BIBL. NAZ.

XVIII
C
12

Digitized by Google

Digitized by Google

XVIII
C — 12
47

Digitized by Google

17.

Digitized by Google

Digitized by Google


יהוה
Cæsar Maest
Eccles
FASCICVLVS
IURIS PUBLICI
collectus
ſtudio et operâ
HERMANNI HERME
I·V·D·
Salisburgi A· 1674·
Nobiles
Academici
Milites
Mercatores
Artifices
Rustici

FASCICULUS
JURIS PUBLICI
EX
LABYRINTHO CANONICO,
LEGALI, FEUDALI ET S. R. I. VIRIDARIIS,
Primùm Anno 1663. collectus, & Anno 1674. adauctus,
STUDIO ET OPERA
HERMANNI HERMES
J. U. DOCTORIS,
Antè in Alma Univerſitate Agrippinenſi, inferioris Germaniæ, ab Anno 1636. Profeſſoris Publici, Dictatoris Fiſci, & Præſidis, Aulæ Archi-Epiſcopalis Colonienſis Aſſeſſoris, Ordinis Equeſtris Syndici, pòſt trium Celſiſſimorum S. R. I. Principum & Archi-Epiſcoporum Salisburgenſium Conſiliarii, nec non in eadem Univerſitate ab Anno 1652. uſque ad Annum 16[illegible] (quo obiit 28. Aprilis,) Juris Publici & Codicis Profeſſoris emeriti.

TERTIA VICE PRÆLO DATUS.



An. M. DC XCVII.

Cum Gratia & Privilegio Speciali Sac. Cæſ. Majeſtatis, hoc Anno iterum renovato.

SALISBURGI, Sumptibus JOANNIS BAPTISTÆ MAYR, Aulico-Academici Typographi & Bibliopolæ.

B. R. NEAPOLIS
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI
Digitized by Google

EPITAPHIUM
EXCELLENTISSIMI DOMINI AUTHORIS.

Quis es ô homo?
mortem time!
Hoc è tumba perorat,
NOBILIS AC EXCELLENTISSIMUS DOMINUS

HERMANNUS HERMES,
J. C.

Primùm Coloniæ Profeſſor Publ. Aulæ Aſſeſſor, Fiſci Dictator
& Præſes, Ordinis Equeſtris Syndicus, pòſt Salisburgenſis Conſiliarius,
JURIS PUBLICI ET CODICIS
Annorum propè XXX.
PROFESSOR CELEBERRIMUS.

VIRUM hunc Emeritum, Univerſitatis ampliſſimum Lumen,
Stupendum Jurisprudentiæ Oraculum.
Eheu! Mors ſeverior, non reverita faciem ſenis,
Annorum Ætatis LXXX.
Actione Depoſiti *convènit.*
Quid fecit Depoſitarius *docendo*
& implendo Jura nunquam deficiens?
Hoc fecit,
Nè Fidei ruptæ teneretur;
Quod primum docuit Juris præceptum,
Suum accipere tribuere,
In ſeipſo implendo piè defecit
XXVIII. Aprilis M. DC. LXXX.
Ut ſuum cuique eſſet, Corpus Terræ,
SPIRITUM DEO tribuens,
Dignum coronari ab Ea repoſitâ ſibi
Coronâ Juſtitiæ.
Huic piè obiens VIII. Junii Anno M. DC. LXXXIV. Ætatis LXIV.
Sociari voluit ſecunda vitæ Socia,
Nobilis ac Dilectiſſima Domina Uxor

ELISABETHA à BÜSTORF

Nempe ut ibi haberet Cor ſuum,
ubi haberet
Theſaurum ſuum.

Digitized by Google

I. PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

LEOPOLDUS Divinâ favente Clementiâ, Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes Tyrolis, &c. Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis; Quod cum Nos Honorabili, Docto, Noſtro, Sacríque Imperii Fideli, Dilecto HERMANNO HERMES J. U. D. & Profeſſori Salisburgenſi Anno adhuc ſuperiore Millesimo Sexcenteſimo Sexageſimo tertio ſuper Faſciculo Juris Publici ex dicti Sacri Romani Imperii Viridario propriâ ſuâ induſtriâ collecti Privilegium Noſtrum Cæſareum Typographicum benignè ad decennium contulerimus, isque eundem interea reviſum, duplóque auctiorem noſtro itidem Sacríque Imperii fideli & dilecto JOANNI BAPTISTÆ MAYR, Typographo & Bibliopolæ Salisburgenſi Aulico-Academico, in Quartò denuò excudendum tradiderit, ac hujus Nobis nomine ſubmiſsè ſupplicatum fuerit, ut pro aliorum auctum hunc Juris Faſciculum præproperè fortè recudentium fraude evitandâ, dictum Privilegium Noſtrum pro ſe renovare, atque ad alterum Decennium extendere clementer dignaremur: Nos ejúsve precibus uti æquitate nitentibus benignè annuendum cenſuerimus: Ac proindè omnibus & ſingulis Typographis, Bibliopolis ac Bibliopegis, aliisque rem ſeu negociationem liberariam exercentibus ſeriò atque diſtrictè & ſub pœna quinque Marcarum Auri puri, Amiſſionísque Exemplarium inhibentes, ne quisquam eorum prædictum Juris Faſciculum quocunque modo charactere aut formâ ſive integrum, ſive aliquam ejus partem citra prædicti MAYRS voluntatem & aſſenſum intra Decennium proximum à prima editionis die computandum recudere, aut alio recudendum dare, ſive alibi etiam impreſſum inter Sacri Romani Imperii, Regnorúmque & Dominiorum Noſtrorum hæreditariorum fines apportare, vendere vel diſtrahere audeat aut præſumat; Quatenùs comminatam pœnam ex ſemiſſe Cameræ Noſtræ Imperiali, & pro reliquo parti læſæ irremiſſibiliter pendendam incurrere; & omnibus Exemplaribus, quocunque loco repertis (quorum ſibi vel propriâ authoritate vel Magiſtratûs loci auxilio vindicandorum ſupradicto MAYR poteſtas ſit) privari noluerit. Dummodò tamen hujus Privilegii Noſtri Cæſarei tenor in fronte libri præimpreſſus exhibeatur, & quaterna ad minimum exemplaria ſupplicantis ſumptibus ad Cancellariam Noſtram Imperialem Aulicam quamprimùm transmittantur; Mandamus ergò univerſis Noſtris & Imperii Sacri, Regnorúmque & Ditionum Noſtrarum hæreditariarum Subditis, cujuscunque Statûs, Gradûs, Ordinis, Conditionis aut dignitatis exiſtant tam Eccleſiaſticis, Sæcularibus, præſertim verò iis, qui in Magiſtratu conſtituti vel proprio, vel Superiorum nomine & loco, Jus ac Juſtitiæ adminiſtrationem exercent, ne quenquam Privilegium hoc Noſtrum Cæſareum temerè & impunè transgredi, aut violare patiantur, quin potiùs contumaces, quos compererint, præſcriptâ pœnâ mulctari, aliisquè modis idoneis coërceri curent; Quatenùs & ipſi eandem mulctam evitare voluerint. Harum teſtimonio Litterarum manu Noſtrâ ſubſcriptarum & Sigilli Noſtri Cæſarei appreſſione munitarum. Datum in Civitate Noſtrâ Viennæ die vigeſimâ ſecundâ, Menſis Martii, Anno Domini Milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo quarto, Regnorum Noſtrorum Romani decimo ſexto; Hungarici decimo nono, Bohemici verò decimo octavo.

LEOPOLDUS.

(L.S.)

Vt. Leopoldus Guilielmus Comes in Königsegg, &c.

Ad Mandatum Sac. Cæſ. Majeſt. proprium.

Chriſtoph. Beiier.

Digitized by Google

II. PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

LEOPOLDUS Divinâ favente Clementiâ Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes Tyrolis, &c. Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium, quod cùm Nobis Noſter & Sacri Imperii fidelis dilectus JOANNES BAPTISTA MAYR, J. U. Conſultus, ac Reverendiſſimi Archi-Epiſcopi Salisburgenſis Cubicularius & Typographus Aulico-Academicus humillimè expoſuerit, ſe HERMANNI HERMES Faſciculum Juris Publici in quarto, ſuper quo Opere jam Anno Milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo quarto ad decem annos Noſtrum Privilegium extenſivum obtinuit, nunc denuò edendum parare, vereri autem, ne aliorum invidiâ eundem Librum alibi recudentium impendii & laboris ſui fructu deſtituatur; ideóque Nobis demiſsè ſupplicarit, quatenus indemnitati ſuæ conſulere, & dictum Privilegium Noſtrum pro ſe renovare atque ad alios ſex annos extendere clementer dignaremur; Nos ejus precibus utì æquitate nitentibus benignè annuendum cenſuerimus, omnibus & ſingulis Typographis, Bibliopolis ac Bibliopegis aliíſque rem ſeu negotiationem librariam exercentibus ſeriò atque diſtrictè, & ſub pœna quinque Marcarum Auri puri amiſſioníſque Exemplarium inhibentes, ne quiſquam eorum præfatum Juris Faſciculum quocunque modo, charactere aut formâ ſive integrum ſivè aliquam ejus partem citra prædicti JOANNIS BAPTISTÆ MAYR & ſuorum hæredum voluntatem & aſſenſum intra ſexennium à prima editionis die computandum recudere aut aliò recudendum dare, ſive alibi etiam impreſſum inter Sacri Romani Imperii Regnorúmque & Dominiorum Noſtrorum hæreditariorum fines apportare, vendere, vel diſtrahere audeat aut præſumat, quatenus comminatam pœnam ex ſemiſſe Cameræ ſeu Fiſco Noſtro Imperiali, & pro reliquo parti læſæ irremiſſibiliter pendendam incurrere & omnibus Exemplaribus quocunque loco repertis (quorum vel propriâ authoritate vel Magiſtratûs loci auxilio vindicandorum ſupradicto MAYR poteſtas ſit) privari noluerit, dummodo tamen hujus Privilegii Noſtri Cæſarei tenor in fronte libri impreſſus exhibeatur, & quaterna ad minimum Exemplaria ſupplicantis ſumptibus ad Cancellariam Noſtram Imperialem Aulicam quam primum transmittantur;. Mandamus proindè univerſis Noſtris & Sacri Romani Imperii, Regnorúmque ac Provinciarum Noſtrarum hæreditariarum Magiſtratibus Eccleſiaſticis & Sæcularibus, cujuscunque Ordinis, conditionis & gradus fuerint, ne quemquam huic Noſtro Cæſareo Privilegio ullatenùs impunè contravenire patiantur, quin etiam ejuſdem transgreſſores, ſupradictis pœnis aliisque licitis modis coërceri curent, quatenus & ipſi eandem mulctam evitare voluerint, Harum teſtimonio litterarum manu Noſtrâ ſubſcriptarum & Sigillo Noſtro Cæſareo munitarum; quæ dabantur in Civitate Noſtrâ Viennæ, die decimâ Junij, Anno Milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo, Regnorum Noſtrorum Romani trigeſimo nono, Hungarici quadrageſimo ſecundo, Bohemici verò quadrageſimo primo.

LEOPOLDUS.

(L.S.)

Fr. Sebaſtianus Wunibaldus Comes à Zeyhl.

Ad Mandatum Sac. Cæſ. Majeſt. proprium.

Lutzo Dolberg.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

I. APPROBATIO FACULTATIS THEOLOGICÆ IN PRIMAM EDITIONEM.

FAsciculus *iſte* Juris Publici, *totus in flore, & fructu, ingrati odoris nihil ſpirat contra Fidem Catholicam, aut bonos mores, ſed inſigni amœnitate ac varietate ita ſenſus capit Germanos, ut ex eo videatur jure merito ſibi Author immarceſſibilem coronam nectere.*

P. BERNARDUS WAIBEL,
Illuſtriſſimi & Exempti Monaſterii B. Virginis Einſidlenſis in Helvetia Ord. S. Benedicti Monachus, SS. Theol. Doctor & Profeſſor Ordinarius, Celſiſſimi & Reverendiſſimi Principis & Archi-Epiſcopi Salisburgenſis Conſiliarius, & p. t. Facultatis Theol. Decanus.

II. APPROBATIO FACULTATIS JURIDICÆ AD PRIOREM EDITIONEM.

FAſciculus *iſte* Juris Publici Florem *exhibet*, id eſt, *quod pulcherrimum puriſſimúmque in eo eſt*; *Unde* Jure ſuo *publicam lucem expoſcit ac meretur*: *Et quia ſimul variæ Eruditionis præſtantes* Fructus *continet, inſignem utique jucunditatem & utilitatem* Lectori *adferet*; *faciétq; ut* Nobilis Clariſſimi ac Conſultiſſimi Domini Authoris Nomen & Laudes magis in dies effloreſcant, *quod hanc ampliſſimam Materiam, in Catholicorum Univerſitatibus hucúsque rarius propoſitam, tam ordinatè digeſſerit, contraxerit adeò breviter, & nihilominùs ita dilucidè diſcuſſerit.*

FRANCISCUS MATTHIAS MAY,
Jurium Doctor ac Comes Palatinus, Celſiſſimi ac Reverendiſſimi Principis & Archi-Epiſcopi Salisburgenſis Conſiliarius Aulicus, & Digeſtorum Profeſſor Ordinarius.

)(III. AP-

Digitized by Google

III. APPROBATIO
FACULTATIS THEOLOGICÆ,
In adauctum Faſciculum Iuris Publici.

PRæſens *Faſciculus Juris Publici* à Nobili Clarissimo Et Consultissimo Viro Ac Domino Doctore HERMANNO HERMES, &c. ante aliquot annos primò editus, jam verò *duplo auctus*: Jure meritiſſimo publici Juris ſit: cùm nec ſacræ nec ſanæ Doctrinæ ſpiret contrarium, ſed potiùs è ſelectis *Sac. Rom. Imp. Viridariis collectus* & flores jucundæ lectionis gratiſſimos, & fructus ſcientiæ *Juris & ſtatûs publici* utiliſſimos ferat & contineat: digniſſimus qui ſemper & ubique floreat, & cum quo etiam anni & cani Authoris HERMANNI refloreſcant, in utilitatem publicam & laudem perennem.

Ita cenſeo

An. 1674. 18. Martij. Loco ſpectabilis Domini Decani,

P. GREGORIUS WIBMPERGER,
Benedictinus Cremiſanenſis, SS. Theologiæ Doctor & Profeſſor ordinarius.

IV. APPROBATIO
FACULTATIS JURIDICÆ,
Ad Faſciculum adauctum,

VIx aliquid tam bonum & perfectum, quod non poſſit majorem recipere perfectionem. *Faſciculus Juris publici* à Clariſſimo Domino Collega HERMANNO HERMES anteà editus, erat plenus ſcientiâ, doctrinâ, publicarumque rerum experientia. Aſt longè plenior & perfectior modò redditur, poſtquàm multùm adauctus eſt. Cum igitur *adauctum iſtud opus* fructus uberrimos ſuperrimos ſuperaddat prioribus, merito Typo publico committitur, ut omnes liberum aditum habere, & de fructibus iſtis recentibus decerpere, & guſtare queant.

Loco ſpectabili Domini Decani.

CHRISTOPHORUS BLUMBLACHER,
J. U. D. Celſiſſ. & Reverendiſſ. Principis & Archi-Epiſc. Saliſburg. Conſiliarius Aulicus, Ejusdem Cameræ Procurator, & in Alma Univerſitate Saliſburg. Pandectarum Profeſſ. Ordinarius.

NOBILI

Digitized by Google

NOBILI CLARISSIMO ET CONSULTISSIMO VIRO AC DOMINO

HERMANNO HERMES,

J.U.Doctori, Celſiſſimi & Reverendiſſimi Principis Archi-Epiſc. Salisburg. &c. Conſiliario, in ejusdemque Celeberrima Vniverſitate Juris Publ. & Codicis Profeſſori Ordinario Primario, &c, in Faſciculum ejusdem de Jure Publico publicandum.

Quale tibi nomen, quæ ſtirpis origo, libelle
Parce, requiro jocis, cur tibi Faſciculus?
Cæſaris atque Ducum, an procerumque hominumque talenta?
Geſta legis legum, Faſciculumque facis?
Aut ut Faſciculus florum ſervetur in undis
Longius; arte una publica jura velis?
Credo legis flores, ſpinarum forſan ariſtas;
Eſt enim odoriferis proxima ſpina roſis.

aMorIs DeCorIsqVe ergo Ita appLaVſerat

Maximilianus Carolus Comes à Cavriani Philoſophiæ ac Juris Publ. Stud.

EIDEM

In præfationem ad Lectorem, in qua bene præfatus Author, quòd una, inquit, die, hic liber legendo abſolvi poſſit.

Quis mihi bis tantum duodenis perleget horis
Librum hunc, vis annum cum ſatis eſſe putem?
Forſan Bellerophontis equo non ibis in urbem,
Ut quondam; aſt lentè pergere quando libet?
Tam ſubitóne tibi eſt Romanam condere gentem?
Scilicet in cunctis eſt breve, quicquid amas.

aMICo sVo Ita gratVLanDI ergo opt...

Joannes Aloysius Comes à Cavriani.

Digitized by Google

EIDEM IN PUBLICUM DE JURE PUBLICO LIBRUM.

ECce ſimul quot amicitiæ me vincula, Juris
Magne maris, jungunt, Archithalaſſe, tibi?
Donec enim occiduos licuit coluiſſe penates,
Mens, animusque jam erat caſtra ſubire tua;
Te ecce Salisburgum noſtris ſubtraxit ab oris,
Juris Agrippina heu, quanta ruinâ fuit!
Sed te poſt ubi Luſtra duo hic ſors cernere ceſſit,
Illud nil Vereor dicere, lætus eram;
Nam te cum Patrem Videor ſentire Patronum,
Obſequium Princeps, orbis at ingenium:
Cæſaris atque Ducum, Procerumque hominumque per aulas
Magna labore tuo fama perennis erit;
Jure Palatinus Comes ipſo Jura docendo
Ter denis annis, Codice (a) cuique patet.
Nemo triumphali crines accinxerit auro
Quisquis Juris opus, Martia caſtra pavet.
Publicus iſte liber, qui publica jura repoſta
Orbi publicitus nobile geſtit opus.
Haud opus eſt, nec erit, præco ut præconia laudum
Prædicet, iſta ſatis prædicat artis opus?
Nam puris rivos de Juris fontibus altè,
Hic mira mentis dexteritate refert.
Non habet ut ſummus ſibi parva exordia ſplendor,
Fluminaque ut minimis magna replentur aquis,
Solus principio magnus magno liber hicce eſt,
Magnas exiguo tempore pendet opes,
Faſciculus florum nobis effloruit iſte,
Quando figit apis ſæpè ſtativa roſis,
Nec malè; naſcit in his etenim optima mella latere
Ridet ita ambroſiis floribus iſte ſuis,
Rixanturque loci, redivivo per arva duello,
Nardiferi, Zephyri, & ſuavia bella gerunt
Flore itaque æternum, flos inclyte turbine nullo,
Nec te mordaci frigore carpat hyems.
aDDe DIes VIta hVIC Longos æterna poteſtas
Vt poſt feLICes Veſperi & aDDe DIes.

Ita patrono sVo DVLCIs aMorIs ergo
JOANNES MATTHÆUS COROSCHITSCH, J.U. Cand.
præfatorum DD. Comitum à Cavriani p. t. Præfectus.

(a) l. un. de Profeſſ. qui in urbe Conſtantinopol. l. 2.

CHRONOGRAPHICA DUO ANNI MENSIS ET DIEI.
MaIVs fIne sVo tenDebat ab æthere CœLI
In Gentes herMes pVbLICa IVra Dabat.

IN

IN IDÆAM
ET
APPICTA INSIGNIA D. PARENTIS
Omni Ævo Colendiſſimi, ceu perpetuæ filialis obſervantiæ publicum Symbolum.

SAlsburgum ex Erebo rediiſſe videtur Apelles,
Hanc qui picturam chartis impreſſit & æri,
Os humeros, faciem ſimilem, cum voce colorem;
Faſciculo inſertis ſolitus diſcurrere verbis
Sic oculos ſic ille manus ſic ora ferebat;
Lintea Parrhaſii cedant & Zeuxidis uvæ:
Sed quid Mercurius ſibi vult & ſtemmatis alæ?
Hermes, Mercurius non re ſed nomine diſtant,
Nuncius ille DEUM vectus velocibus alis,
Faſciculum hunc primum toto vulgavit in orbe,
Et nunc indubium quod non vulgabit adauctum;
Virga quid hæc geminis ſerpentibus inſignita?
Eſt hic Faſciculus concordis pacis alumnus,
Angues Mercurii liber hic ſibi reddit amicos,
Inſenſosque homines ad bellum & prælia natos:
Hoc folium triplex quid? Nil eſt aptius unquam,
Hermeti, Sophiæ, Canonum Juriſque Perito.
Cumque Profeſſorem Montis, Juriſque Cathedræ,
Aula Aſſeſſorem & Lunata Colonia vidit,
Ordo Oratorem ſtatus ſibi legit equeſtris,
Nunc Salsburgum audit ſolventem ænigmata Legum,
Romani Imperii Germanica Jura docentem.
Pro Salsburgenſis certantem Principis aris,
Atque focis, nec non pro ſummi Jure tonantis,
Quæ Triſmegiſti nomen per ſydera tollent;
Dumque Cothurnato ſummi mandata Deorum.
Fert pede, Cauſidicus poterit bonus eſſe tonantis:
Quid ſol? Quid radii? Sydus quid denotat ipſum?
Juſtitiam quicunque docet fulgebit ut aſtra
Tempore perpetuo, & cœli dominabitur aſtris.
Scripturæ facit hoc teſtatum pagina ſacra.
Quod Clymacterium fœlix exceſſeris annum,
Gratulor, adjicient plures tibi proſpera fata,
Et quoniam Muſas Parcarum ſemper amicas,
Nocte dieque colis, non rumpent ſtamina Parcæ.
Hoc mihi non avium fibræ, tonitrusvè ſiniſtri,
Sed naturalis rationis ſuggerit uſus.

Poſt abſolutum ſtudii Juris curſum, tentamen & examen ſuperatum, ab inclyta Facult. Juridica decretum gradum in V.I. & habitam diſputationem publicam, Spiram ad praxin accinctus, poſuit 9 Martii, Anno 1674.

ANTONIUS HERMES,
Colonienſis J.U. Candidatus.

PRÆ-

PRÆFATIO.

Ubi ſimul Methodus obſervanda & Conſilium cupido Lectori proponitur.

JUriſprudentiam Imper. Juſtinianus definit *in §. 1. I. de I. & I. poſt Ulpianum in l. 1. ff. Eod.* quòd ſit divinarum & humanarum rerum notitia, &c. Ubi per res divinas jus publicum, per humanas privatum denotatur, ideò hujus ſtudij duas poſitiones ſubjungit, Jus ſcilicet publicum & privatum; Hoc multorum Juriſconſultorum commentariis illuſtratum fuit, illius verò licét dignius ſit & ſublimius, dolendum tamen in Catholicorum maximè principum plerisque Academiis, nullam vel exiguam hactenus habitam fuiſſe rationem. Huic Jurisprudentiæ operam dantes Jureconſulti & utriusque Juris ſtudioſi vocantur, multi unius tantùm Juris Auditores & ſectatores vocandi, qui ſcilicet privati Juris ſtudio contenti, publicum nec à limine ſalutârunt, nec primis quidem labris deguſtârunt, quibus Jure objici poteſt illud Juriſconſulti *ex L.2.§.Servius. 43. D.de O.I.* Turpe eſt eum, qui Juris utriusque Doctor vel ſtudioſus dici vult, alterum jus ſcil. publicum ignorare. Turpe eſt interrogatum, quid ſit? magis quàm piſcem obmuteſcere; Maximè cùm præcipuus hujus ſtudii finis ſit ea diſcere, quæ civem ad remp. in partibus ſuis gubernandam aptum reddunt. *juxta fin. procem. Inſtit.* Ineptus autem gubernator futurus ſit, qui ad eam nudâ privati Juri doctrinâ inſtructus acceſſerit, ſimilis illi, qui navis moderationem in procelloſo mari apprehendere præ aliis antevertit, remum autem nunquam attigit, aut vadabundum mare ne quidem per ſomnum vidit, qui corbitæ præficitur, & celocem ante nunquam rexit: Solent namque Juriſconſulti conſuli, & conſulti olim fuerunt, non de ſtillicidiis tantùm ſed omni ferme reip. negocio. *Bullæ. in diſcurſ. acad. ad lect. in fin.* Quòd verò Imp ad prima Inſtitut. rudimenta tantùm retulerit jus privatum, publicum autem omittendum duxerit, id factum ex ratione tradita *in §. hujus ſtudii de I. & I.* qui Jus privatum, tanquam ſenſibus magis obnoxium facilius eſſe crediderat, quàm publicum, à vulgi conſpectu magis abſtractum. *Lym. de Jure p. lib. 1, c. 2.* In Digeſtis verò & Cod. Juris architecti parciùs de Jure publico egerunt, quia Jus publicum vetus, ad ſacra, Sacerdotes & magiſtratus pertinens, tempore Imp. Juſtiniani magna ex parte abrogatum, vel aboli-

Digitized by Google

abolitum erat. Ethnica illa Idolomania, non à natura monſtrata, ſed levitate ingeniorum & diabolicis præſtigiis efficta, unà cum ſacris & Sacerdotibus ſuis jam à tempore Conſtant. M. XXXIV. Rom. Imp. (qui à Sylveſtro Pont. baptizatus,) abſterſâ leprâ Chriſtianam religionem non minùs impensè fovit, quàm ſuperſtitionem Ethnicorum afflixit, *ut patet ex c. Conſtantinus. diſt. 96.* Sicque venerandâ Chriſtianorum fide Romanum plurimum, (non ut quidam legunt minuit, ſed) munivit Imperium, *l. Divis. C. de naturalib.* recepto jam verò Dei cultu: Abolita inſuper erant Jura veterum Magiſtratuum, antiquorum Juriſconſultorum libris comprehenſa, & nullum ferè tempore Imp. Juſtiniani uſum habebant, translato Româ in Thraciam imperio, magiſtratuum quoque nominibus & officiis commutatis.

Hinc non abs re viſum omiſſis antiquitatibus hodierni Jurispublic. Imp. Rom. Germ. ſtatum in brevem faſciculum redigere, & ſeqq. capitibus comprehendere & nunc adaugere. Ita ut agatur

CAP.	1. *De Juris publici hodiernis legibus.*	pag. 1
	2. *De Imperijs in genere.*	14
	3. *De S. R. Germanico Imperio in ſpecie.*	25
	4. *De Roman. Imp. dignit. & amplitudine veteri.*	27
	5. *De R. I. Statibus & membris hodierni temporis.*	40
	6. *De Elect. Imp. & Romani Regis & antecedentibus.*	45
	7. *De Adjunctis Electionis.*	65
	8. *De Ejus conſequentibus.*	82
	9. *De Capitulatione Cæſarea.*	84
	10. *De Coronatione Cæſarea.*	88
	11. *De Juribus & Reſervat. & Regalibus Princip. cum ſupplemento.*	97
	12. *De Superioribus Imperij Dicaſteriis, in ſpecie de Conſilio Imper. Aulico.*	186
	13. *De Cam. Imper. Spirenſi.*	191
	14. *De Supplicat. & reviſione.*	198
	15. *De Judicio Rotvveilenſi & Auſtregis.*	203
	16. *De Electoribus in genere.*	205
	17. *De Elect. Eccleſ. in genere.*	224
	18. *De Elect. Sæcular. in genere.*	241
	19. *De Elect. Arch. Moguntino.*	271
	20. *De Elect. Arch. Colonienſi.*	274
	21. *De Elect. Arch. Trevirenſi.*	293
	22. *De Electore Rege Bohemiæ.*	297
	23. *De Elect. & Duce Bavariæ.*	318

CAP. 24.

Digitized by Google

CAP. 24. *De Elect. & Duce Saxon.* pag. 322
25. *De Elect. & Marg. Brandeb.* 331
26. *De Elect. & Duce Palatino.* 335
27. *De S. Rom. Imp. Collegio Principum.* 339
28. *De Archi-Epiſcopis in genere.* 367
29. *De Archi-Epiſc. Principe Salisburg. ubi de Biſontino.* 370
30. *De Epiſcopis in genere & ſpecie.* 388
31. *De Abbatibus in genere & ſpecie.* 404
32. *De Archi-Ducibus Auſtriæ.* 417
33. *De Ducibus, Landgraviis, Marggraviis, Burggraviis.* 420
34. *De Comitibus & Baronibus Imperii.* 448
35. *De Liberis Imp. & Anſeaticis Civitatibus.* 462
36. *De Nobilitate & Nobilibus Imp.* 525
37. *De Academiis.* 542
38. *De Militibus.* 599
39. *De Civibus mediatis.* 632
40. *De Comitiis Imp. & Provinc. &c.* 650

Quæ omnia & ſingula cupidus lector ſine magna moleſtia facilè uno die legere & incorporare poterit: diem intelligo non naturalem ſed civilem ſeu ſpacium 24. horarum, *ut in l. more Rom. de Feriis.* Horas quoque non continuas, (grave enim foret ſine interruptione diem noctemque continuò ſine cibi potusque ſumptione inſomnem legendo ducere) ſed utiles, prout in uſu Juris annus frequenter pro utili accipitur, eo tantum computato tempore quo eſt agendi copia. *l. fin. C. de temp. in int. reſt.*

Aut ſi dies ordinarius civilis pro jam adaucto faſciculo à 36. ad 40. capita non ſufficiat, diem aſſumat, qui fuit tempore Joſue, qui contra Gabaonitas ſolem ſtitit, *Joſ. 10.* qui 36. horarum fuit, quando ſol decem lineis per gradus, quos deſcenderat, reverſus eſt, *4. Reg. 20. Iſaiæ c. 38.*

Et ſi experimentum ſumat ac comperiat hoc 36. horarum utilium ſpatio, ſe unam vini urnam ſine difficultate adſumere poſſe, cur non eodem ſpatio horarum eâdem facilitate, XL. capita legendo expedire poterit?

CAPUT

CAPUT I.

De Juris Publici hodiernis Legibus ex quibus dependet.

SUMMARIA.

1. *Iuris Deſinitio, Diviſio & in quibus Jus Publicum conſiſtat.*
2. *Ejus Deſcriptio.*
3. *Differentia à privato.*
4. *Privati cognitio non ſufficit.*
5. *Quæ ſit Lex Regia.*
6. *De A. B. ejûsque Commentariis.*
7. *De Conſtit. Imp.*
8. *Pacificationis Contradictio.*
9. *Jus Can. Pars Juris Publ.*
10. *Hoc Lutherus exuſſit & vituperavit.*
11. *Evangelici an rectè in Iure Can. creentur Doctores.*
12. *Juris Can. Laus.*
13. *Canonici aliquot textus in Decret. emendati.*
14. *Jus Feudale pars 1. Publ.*
15. *Aurea Bulla unde dicta.*
16. *Non eſt revocata.*
17. *Ejus cauſa.*
18. *Author A. B.*
19. *De Carolo IV. Elogium Maximil. I.*
20. *Caroli IV. Laus.*
21. *Wenceslaus deditus Magis.*
22. *Xyti Magi Ludificationes.*
23. *Xytus Sues vendit.*
24. *Idem à Dæmone raptus.*
25. *Wenceslai vita præſagia.*
26. *Idem Religioſum mergi juſſit.*
27. *Idem captus.*
28. *Wenceslai Laus.*
29. *Ubi lata A. B.*
30. *An Imp. eam tollere poſſit?*
31. *An Jus Publ. in Scholis tradendum?*
32. *Cur fœminæ à feudis arceantur?*
33. *Arcana non revelanda.*
34. *An Jus Publ. ex Comitiorum uſu diſcendum?*
35. *Cur in Inſtit. omiſſum?*
36. *An hoc collectum ex Jure Naturali, Gentium & Civili?*

1 IUs quod ars boni & æqui *in l. 1. ff. de Juſt. & l.* & divinarum, humanarúmque rerum notitia dicitur, §. 1. *Inſt. eod.* rectè in PUBLICUM & PRIVATUM dividitur, *l.* 1. §. 2. *d. l.* cùm per res divinas PUBLICUM, per humanas PRIVATUM intelligatur, de priore hîc nobis agendum, quòd dicitur in Sacris, Sacerdotibus & Magiſtratibus conſiſtere, *l.* 1. §. 2. *v. publicum. ff. de I. & I. c. pen. diſt.* 1. In ſpecie autem & per excellentiam ac pro ſubjecta materia pro Jure Publico Romano accipitur, ut aliàs Juris nomen abſolutè poſitum pro Jure Rom. uſurpari ſolet. §. 2. *v. ſed quoties. l. de Iure nat.* † Illud defi- 2
nitur, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat primò ſcilicet principaliter & immediatè: Licet enim, Jura omnia & Leges pro utilitate publica latæ ſint,

3 c. *Erit autem diſt.* 4. † tamen quædam in executione primò in utilitatem publicam redundant, ex quibus in conſequentiam utilitas ad ſingulos diffluit, unde Jus Publicum. Aliæ verò leges ſunt ex quibus utilitas in executione priùs ad ſingulos deinde ad rempubl. dimanat. *ut ad t. de* L. & I. *per me in* parit. ad Weſemb. *ſub num.* 14. *traditum. poſt* Fachin. 12. *cont. c.* 94. Reinck. *de regim. ſec. lib.* 2. *claſ.* 2. *c.* 6. *n.* 2. Hoc Commentariis ſuis prolixè illuſtrarunt quidem Lymnæus, Schütz & alij in nucleo Juris Publici, nos autem poſt optimorum meſſorum terga tantùm ſpicas colligemus.

4 † Et quia notitia Juris privati non ſufficit ad Imperij partem adminiſtrandam ſine cognitione univerſi ſtatûs Germanici, cujus illa pars eſt propter totum, & toti ſuam ſubſtantiam debet, nec de parte rectè deliberari poteſt niſi toto cognito, unde aſinos ad lyram vocant, qui ad Reip. Rom. ſtructuram gubernandam & explicandam in publicum provolant hujus Juris rudes & ignari, Monzamb. *pag.* 61. Similiter lanam ab aſino vellere dicitur, qui tantùm à vetere Reip. Rom. formâ ad ſtatum hodiernum argumentari præſumit. Horning. *de Poſtar. Jure c.* 2. *pag.* 19. Cùm multùm interſit inter id, quod fuit, & nunc eſt, *l.* 9. §. *aream. de Solution.* & illa Jura vetera noſtro accommodare horizonti eſſet Ephemerim ſecundùm elevationem poli Neapolitani vel Hiſpanici conficere. Horning. *pag.* 20. & Monzamb. *p.* 20. qui tamen rectè applicationem Legum Juſtinianæarum non omninò rejiciendam autumat. *pag.* 21.

5 Quòd autem olim in Imp. Rom. circa ſtatum ejus fuit lex Regia §. 6. I. *de Jur. nat. l.* 1. *in p. de Conſt. princ. l.* 1. §. 3. *de vet. Jur. En.* Sive lex Remnia, ut voluit Coraſ. *lib.* 6. *miſc. c.* 6. Quod in Regno Galliæ eſt lex Salica ſub. Pharamundo primo Francorum Rege lata circa annum Chriſti 425. *de qua* 2. *Feud. t.* 29. quam deſcribit Hotoman. *de antiq. reg. Gall. c.* 23. *ad Cov. p.* 9. *q.* 1. *n.* 8. ex qua Lilia non nent, & regnum illud in colum non cadet, Arum. *in diſc.* 2. *ad A. B. Th.* 3. Quod in regno Longobardico erat lex Longobardica *de qua* 1. *Feud.* 10. *in fin.* Alibi ſunt literæ majeſtatis, ut in Regno Bohemiæ, apud alios die Lands Vereinigung / ut in Electoratu Colon. de Anno 1463. 26. Martij cum aliis, prout & in S. Scriptura reges fœdus cum ſubditis feciſſe leguntur, 1. *Reg.* 12. *v.* 4. 2. *Reg.* 3. *v.* 21. & 5. *v.* 32. *Paral.* 23. *v.* 16.

Ita hodie Imp. Rom. Germ. Jus Publicum ex certis Juribus & LL. reſultat & in iis fundatur, ſive conſtat ex iis, *arg.* §. *conſtat. de Juſt. nat.* Primum eſt A. Bulla, quæ lex fundamentalis Imp. dicitur, item firmiſſima petra, ſuper quam Majeſtas & Pax tutò conquieſcunt, compendioſam inductionem eorum continens, quæ Imperii & Imperatoris Jura, ſublimium Electorum prærogativam, ſeſſionis ordinem & Imp. Statuum tranquillitatem concernunt. Arum. *diſc.* 1. *ad A. B. Th.* 2. Ad hanc A. B. ſcripſerunt Arum. Rumel. cum addit. Myleri, Lymn. Dieterich. & alij. Erant autem qui putant A. B. à Carol. IV. ideò latam, ut filium Wenceſlaum promoveret ad Imperium, nam A. B. lata eſt Anno 1356. Wenceſlaus verò natus quinto anno poſt eandem. *Not. ad Monzamb. pag.* 366. 6

Huic accedunt Conſtit. Imperiales poſt Auream Bullam latæ, ſive communes Imp. & Statuum ſponſiones, in Comitiis ſancitæ & ob novos emergentes caſus latæ, ſub Imp. Carol. IV. Frider. III. Maxim. Carol. V. Ferd. I. Maxim. II. Rudolpho II. Matth. Ferdin. II. & Ferdin. III. noviſſime Ann. 1654. promulgatæ. Huc ſpectant articuli Pacis Monaſterii & Oſnabrugi, An. 1648. concluſæ, noviſſimis Comitiis Ratisbo. An. 1654. communi Statuum voto acceptati & receſſui inſerti. Et quæ Comitiis durantibus his accedent. Dictæ pacificationi contradicit Author quidam Anonymus inſcriptus Status Germaniæ deplorandus editus An. 1664. à quodam incerto mihi incognito Epiſtolæ incluſus, & per poſtam miſſus, ubi addit in fine Bullam Apoſtolicam, quæ incipit Zelus domus Dei, &c. quam Bullam ipſe in rem judicatam tranſiiſſe dicit. 7

Pars III. quoque Juris hujus ſunt Capitulationes Imperatoriæ ſive capita & articuli quos Imperator ante Confirmationem ſe ſervaturum promittit, quas legis regiæ renovationem appellat Reinck. *de reg. ſec. lib.* 1. *claſ.* 3. *c.* 9. *in p.* Arum. *de Comit. c.* 3. *n.* 51. & *c.* 4. *n.* 21. quarum contenta annotamentis ſuis illuſtravit Lymn. & alij. 8

Nec minus huc referenda quæ Jure Can. de rebus Sacris & Eccleſiis, de Arch. Epiſc. Abbat. eorúmque Electione, Poſtulatione, Conſecratione, Autoritate, & Uſu Pallii & his ſimilia extant. Eò quòd etiam in terris Imperii circa res & perſonas ſacras & ſpirituales ſervandum ſit Jus. Can. *Jur.* [illegible] *vulg.* 9

Digitized by Google

vulg. Quæ etiam *in lib. 1. ff. ad fin. de officio Magiſtrat. lib. 2. de juriſd. lib. 43. Ne quid in loco ſacro. & tit. ſeqq. lib. 50. ad municip. & ſeqq. in Cod. de ſum. Trinit. de Epiſc. & Cler. de Hæret. re militari, Jure Fiſci, & ultimis, 3. lib. Cod.* proponuntur, Juris Publici non minima portio ſunt, & adhuc ſuam obtinent firmitatem, niſi reperiantur correcta. *l. ſancimus* C. *de Teſtam. l. præcip.* C. *de appellationibus in fin.*

10 Jus hoc Can. Lutherus An. 1520. Wittembergæ palam exuſſit; etiam Bullam Leonis combuſturus quin & Jus civile, niſi metu gladii Cæſaris abſtinuiſſet, Sleidan. 2. *Comm. circa fin.* hócque factum ipſe propugnavit ejúſque Sectatores, Jacobus Cluten Megapolitanus Pontificalem Thalmudum appellavit, lucum errorum, faſciculum impuritatis, iniquitatis, falſitatis, cui ſe oppoſuit Præſide P. Roſcio Ludovicus Ronſeliis Treviris Anno 1620. Contra integritatem quoque J. Can. multa congeſſit Laurent. Olomuc. *de Jure Epiſc. Th. 11. litt. A.* Schütz. *diſp. 7. de diviſ. ſtat. p. 1. Th. 7. pag. 370.* Sed tales Pantomachos vocat. Chock. in Vindiciis Hiſpidum Eſau, cujus manus contra omnes. *Geneſ. 16. v. 12.* cùm ne Hercules quidem contra duos. Hodie tamen Scholæ & Curiæ Evangelicæ partim hoc Jus recipiunt, partim contemnunt, quatenus ſcilicet juxta ſuos conceptus cum Jure divino pugnare dicunt, *juxt. c. fin. diſt. 9. c. Julianus. 93. 11. q. 3.* Lutherus autem in ſuis Symphoniacis T. 66. von Juriſten / p. 403. improbat illis verbis: das Geiſtliche Recht ſeye wie alle Juriſten ſagen/ ein Buch von Unflat/ das nach Geld ſchmecket. *V.* Lym. *de J. Publ. lib.*
11 8. *c. 8. n. 56.* Unde † *Quæritur quomodo Authoritate etiam Apoſtolica Evangelici, qui Jus Pontificium parum curant, & Pontificem ipſum contemnunt, Doctoratus in Jure Can. conferre poſſint?* Ad quod Reſp. aliud eſſe cuidam Juris authoritatem reſpuere, aliud iſtius Juris præmia & honores decernere, And. Gerhard. *ad auth. habita. q. 2. C.*
12 *ne filius pro patre.* † Aliter Couvarr. qui opus hoc Canonicum aureum vocat adeò, ut ſi quis ejus lectionem omiſerit, vel negligenter legerit, Jure ſit ex albo eorum delendus, qui Juris divini & huma-
13 ni Profeſſores vocantur, † quamvis ipſe illud Decretum multis in locis mendis ſcatere ſentiat, in ſpecie inſcriptionem, *c. de Neptis. 31. q. 2.* Ibi: (*Sacratio regi Arragoniæ*) ait enim, quòd ex illis Regibus nullus hoc nomen habuit, & vult legendum Sanctio Regi Arragonum, cùm de eo ſit hiſtoria, quòd ſtrenuo cuidam militi infimæ conditionis neptem ex fratre vel ſorore voluit deſponſare, quæ invita fuerit, quod conjugium Urban. II. nullum declaravit, qui factus eſt Papa Ann. 1087. Alii id Hormisdæ tribuunt, qui factus eſt Papa An. 517. illo autem tempore non fuit Arragonenſis Principatus, ſed dein poſt 500. annos initium ſumpſit. Idem monet *circa c. Julianus 94. 11. q. 3. lib. 4. Var. reſol. c. 12. & c. Anaſtaſius diſt. 19. 4. reſ. 13.* & tradit ideo in his quæ ad hiſtoricam fidem ſpectant, non omninò credendum eſſe Gratiano, adde Duarenum *in præf. de SS. Eccl. Min.* Sed cùm Corpus Juris Civilis etiam mendis non careat, ut tradit Ant. Fab. *in Conject.* Mercerius *de modo concil. Leg.* Cujac. paſſim & alii, nec propterea tamen Authoritatem amittat, cur potiùs ex hoc capite Juris Canonici vel Decreti authoritas minuetur?

Demum ex Jure Feudali magna pars hodier- 14
næ Juriſd. regalium & dignitatum dependet, quæ ſingula ſingulares requirent tractatus, nos autem propoſito maximè inſervientia producemus.

Quæstio I. *Unde AUREÆ BULLÆ nomen?*

℞. Obveniſſe vel ob materias aureas, qui- 15
bus conſtat, vel quia ſigillo Imp. aureo eſt ſigillata, non ſigillo ſimplici, quo Impp. tantùm ante coronationem utuntur, *Buxtorf. ad A. B. c. 4. conc. 1. gl. ad Clem. 1. in fin. de Jurej.* poſt eam autem Imperialia Reſcripta prodeunt ſigno aquilæ, cum duplici capite ſubſignata & ſigillata litteris in eo ſigillo ceræ purpureæ, loco forſan conchilii vel muricis in orbem impreſſis, nomen ipſius Imperantis indicantibus, cum Secretarii ſubſcriptione, in tantum mutatâ obſervatione. *l. pen. C. d. diverſ. Reſc.* Lym. *de Jur. pub. lib. 1. c. 11.* Sicque fuit tota originalis A.B. conſtitutio in pergameno 24. foliis comprehenſa & ſigillata, apparente in unâ parte ſigilli figura Imp. Carol. in majeſtate ſedentis cum corona Imperiali in capite, habentis in manu dextrâ ſceptrum, & in ſiniſtra pomum cum cruce, & à latere dextero clypeum cum aquila, & ſiniſtro clypeum cum forma leonis. In circumferentia verò legitur Carol. IV. Divina Favente Clementia Rom. Imp. Semper Augustus Et Bo-

HEMIÆ REX, ab alio verò latere caſtrum magnum cum duabus turribus, habens portam in medio, inferiùs cum literis aurea Roma, in circumferentia hæc verba: ROMA CAPUT MUNDI, REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI. *Arum. diſc. acad. lib. 2. c. 12. fol. 174.* BULLARE autem idem eſt quod ſigillare, unde Dd. bullati dicuntur bullâ obtentâ, qui in ejus vim titulum Doctoralem per comitem Palatinum obtinuerunt.

16 Dictum A. B. tanquam in præjudicium ſedis Apoſtolicæ revocatam fuiſſe per Joan. XXII. *in extravag. Si fratrum &c.* voluit falsò Marta citatus à Buxtorf. *ad c. 5. A. B. Th. 55. Litt. A.* ſed fide caret, quia conſtat A. B. poſt ejus obitum factam fuiſſe.

QUÆST. II. *Quæ cauſa hujus Bullæ promulgandæ?*

17 ℞. Plures fuiſſe, ut aliàs paſſim facit §. *Affinitatis I. de nupt.* Una principalis, quia inter S. R. I. Electores ita ambitio exarſerat, ut primum quiſque locum & auctoritatem in eligendo, & ſedendo ſibi vindicaret, unde ſimultates ſæpe, & cædes aliquando oriebantur, *ut patet ex A. B. ibi: Tu quidem invidia.* Cùm enim Otto M. in Cæſarem deſignatus eſſet, quæſtio de conſecrando Rege inter Trevir: & Colonienſem orta eſt, illius quia antiquior ſedes erat à D. Petro fundata, hujus quia ad diœceſim ſpectabat conſecrationis locus, ſibi hoc jus vendicantibus. Idem factum, cùm Henric. IV. puer 5. annorum Aquiſgrani coronandus eſſet, inter Colonienſem & Moguntinum. Hic enim id ſibi competere aſſerebat, quòd regni negotia ſibi per Germaniam commiſſa eſſent, ille quia ut d. locus Conſecrationis Aquiſgrani in ſua Diœceſi erat. Rurſus in conventu Imp. quo Henricus IV. Friderici filius Rex Rom. deſignabatur, Colonienſem Electorem ſiniſtrum latus Imp. tenentem, Abbas Fuldenſis loco dimovere niſus eſt. Item cum Henric. III. Moguntiæ eſſet inter Miniſtros Archiepiſc. Mogunt. & Abbatis Fuldenſis de loco orta eſt quæſtio; qui gladiis concurrentes, ſanguine humano Eccleſiam fœdirunt. In coronatione Carol. IV. cùm Marchio Juliacenſis ſceptrum teneret regale, Ludovicus Marchio Brandenb. id eidem manu eripere conatus eſt, donec rumore orto ipſe Rex ſe interpoſuit. Ideò cùm omne regnum in ſe diviſum deſoletur, probante Senatu frequentiſſimo hæc Bulla Imperialis pro ſervanda inter eos concordia promulgata eſt.

QUÆST. III. *Quid de auctore Bullæ?*

Lata eſt Carolo IV. Imp. auctore ut dictum, 18
eapropter ſummè celebrando, etſi ob quædam alia à multis culpetur, quòd ſcilicet in Italia quaſi mercatum agens omnia concedens omnibus, à quibus pecuniam corradere poterat, ut competitoribus pacatis bonis Imperii, quibus inhiabat, potiretur, unde Gunthero Schwartzenburgico ab aliis Electoribus deſignato Imperatori 22000. marcarum argenti, & in Thuringia duo oppida ad vitam dedit. Cuſpinian. *in vita Guntheri.* Poſt obitum verò Guntheri, Friderico Marchioni in ejus locum electo 10000. marcarum ſolvit, ut Imperio cederet. Ad hæc ut filium ſuum Wenceslaum hominem degenerem, monſtrum illud hominum, ad Imperium promoveret, cuique Electori centum flor. millia promiſit, cúmque ea ſolvere non poſſet, telonia Imperii non tam oppignoravit quàm abalienavit, Aquilámque Imperii miſerè deplumavit. Cranz. *in Saxonia lib. 10. c. 3.* ut ea reliquis animantibus ſit contemptui, quid enim poteſt pennis nudata Aquila? Dubrav. *lib. 22. hiſt. Bohem.* adeóque totum Imperium ad ſublimationem Bohemiæ venditurus fuiſſet, ſi modò emptorem inveniſſet, † quorum intuitu Maximil. I. 19
Imp. dixiſſe fertur, eo peſtilentiorem peſtem Germaniæ nunquam obtigiſſe, nam reditus Imperii, qui adhuc tempore Barbaroſſæ 60. tonnas auri confecerant, Schneidew. *ad t. de ſucceſſ. ab Inteſt. de ſucceſſ. Fiſci n. 5.* hodie adeò ſunt exigui, ut inde Imp. aulam alere nequeat: Idem Carol. Familiæ Vice-comitum perpetuum Vicariatum in magnum Imperii detrimentum per Lombardiam conceſſit. Cuſpin. *in vita Carol. IV.* Regnum quoque Arelatenſe ab Ottone III. Imp. adjectum, unius prandii gratia, in villa nova prope Avenionem Galliæ regi tradidit, Sturmius autem *in Avenione pag. 10.* refert, Regnum Arelatenſe Philippum Valeſium à Cæſare Ottone, & ſupremam in eo poteſtatem pro pretio 300000. marcarum argenti accepiſſe, quam venditionem Status Imperii approbarint; Idem *d. l.* addit, Carol. IV. Argentorati publicè ſcripto vulgaſſe, ſi in regno Arelatenſi cum Imperii Inſignibus compareret, id Regi Galliæ non fore præjudicio. Sedecim civitates ad Imperium pertinentes

Digitized by Google

tinentes vicinis Principibus ceſſit, Luſatiam regno
20 Bohemiæ adjecit. † Licèt de reliquo Principem ut ſermone affabilem, acceſſu facilem, religioſum, literarum & literatorum fautorem, linguarum quoque Ital. Gal. German. Bohemicæ, & Latinæ, Juris quoque peritiſſimum & amantiſſimum fuiſſe memorent, quòd non tantùm A. B. prodit (quid enim fidibus cum graculo) ſed inde ſimul colligitur, quòd Pragæ generale ſtudium inſtituerit, Doctos ibi aliquando audiens ad quatuor continuas horas, etiam cum nauſea ſuorum officialium & aulicorum. In omnibus autem negociis ad manus liberaliter habuit Bartolum de Saxo ferrato illius ætatis Juris peritiſſimum, cujus operâ ſemper uſus eſt, ut Bartol. de ſe teſtatur; *in Extravag. ad reprim. in princ.* hoc addo, quòd propriâ manu Caroli A. B. compoſita dicatur, nam Bartolus anno compoſitionis Bullæ jam obierat, mortuus autem Carol. primùm fuit anno Chriſti 1419.

21 De filio Caroli IV. Wenceslao Dubravius Epiſcopus Olmuc. *lib* 23. refert. cùm Sophiam Bavariæ Ducis filiam in Conjugem duxiſſet, quòd novus Dominus Socer, cognito, generum ſpectaculis ludicris & magicis præſtigiis delectari, plauſtrum præſtigiatorum plenum Pragam miſerit, qui, cùm artis ludibria explicarent, & eſſet inter
22 ſpectatores. † Magus Xytus ore usque ad aures dehiſcente, is accedens artificem Palatini, cum omni apparatu eum ſubitò devorarit, ſolos calceos, quia luto obliti erant, expuens, ſeceſſum inde petens, ventrem inſolitâ eſcâ plenum exonerarit, præſtigiatorem adhuc madidum ſpectatoribus reſtituens, deridendum, unde factum, ut ſocii à ludo deſiſterent, Majol. *Tom. 2. Canic. Coll. 3. pagin. mihi* 245. Idem Xytus nunc in purpura & ſerico mox in panno ſordido propriâ alienâve ſpecie ſe Regi præſentabat, ambulabat in terra acſi in aqua navigaret, aliquando, gallis gallinaceis rhædæ alligatis loco equorum vehebatur, in menſa Regis, manus convivarum, in pedes boum & ungulas equorum convertebat, ne eas ad patinas extendere poſſent, vel eos puderet extendere, aliquando cornua convivarum capiti adjiciens, ne ex feneſtella proſpicere vel proſpectantes ex ea ſe ſubducere poſſent, atque oſtenderet, ſe pecuniam quoque arte ſuâ acquirere poſſe, ex manipulo fœni,
23 30. bene ſaginatos ſues effinxit, † eos piſtori vendens eâ conditione, ne gregem ad flumen lotum compelleret, quâ hic neglectâ vidit in flumine manipulos fluctuare ſuibus ſubmerſis, quare ab eo in Jus vocatus paciſci coactus fuit. Majol. *p.* 152. † Hic autem Xytus poſt multas ludificatio- 24
nes à Cacadæmone vivus cum corpore & animâ ex mediâ hominum turbâ ſubreptus eſt. Eundem Wenceſl. Ann. 1360. 28. Sept. natum, Norimbergæ ritu ſolenni baptizatum luſtralem aquam lotio conſpurcaſſe † peſſimo omine, & altero an- 25
no ætatis regem Bohemiæ inſignitum aram onere ventris fœdâſſe traditur. v. Bucel. *An.* 1379. *p.* 113.

Idem poſtea. An. 1383. Jo. Nepomutium re- 26
ligioſiſſimæ vitæ virum in Moldavam mergi juſſit, quod confeſſione Reginæ exceptâ, quam ab ea audiverat, prodere noluiſſet.

An. 1388. Wenceslao Papæ per Legatos gratulatus ſimulans, ſe Romam cogitare pro corona accipienda, decimas redituum Eccleſiæ per Germ. & Bohemiam poſtulans impetravit, quas tamen itinere intermiſſo laſciviendo abſumſit, eôque anno ultra 70. civitates in Bohem. & Franconia ab ipſo defecerunt, vexatæ à Principibus nil opis à Wenceslao ſperantes.

Admonitus à Suis An. 1391. regnum diligentius curare, monitores alios capitis damnavit, & Senatores regios epulo adhibitos regio evocato ſuper menſam regiam carnifice perterrefecit.

An. 1393. captus ab ignotis Civibus Pra- 27
genſibus, ab Imperio depoſitus, aliquot ſeptimanis detentus balneandi licentia, nudus ſuperato flumine Moldavâ evaſit.

An. 1394. rurſus in Venatione captus Viennam ductus eſt, ubi per funem operâ Piſcatoris evadens majori fortunæ ludibrio reſervatus eſt, propoſitâ capitis ſententiâ in eos, quos putabat Authores, magis odioſus exinde redditus.

Unum hoc in ipſo laudatur, quòd An. 1380. 28
Aquisgranis habitis Comitiis, dum graviſſimo Schiſmate laboraret Eccleſia, Germaniæ conſuluit probato Urbano VI. rejectóque Clemente Antipapâ, quamvis hunc Galliæ Rex commendaret.

Hoc quoque in ipſo prædicatur, quòd poſt depoſitionem, cùm Norinbergenſes viginti Millia nummorum pro relaxatione à Jurejurando eidem offerrent, aurum contempſit & elegit 4. currus vini Bacheracenſis, vel ſecundùm alios Neccarenſis

renſis. Et poſtquam 16. Liberas Civitates vicinis Principibus vendidit, aliæ 14. immediatè imperium recognoſcentes conſpirârunt, ne ſe paterentur inſtar pecudum vendi. Klock. *de ærar. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 66.

QUÆST. IV. *Ubi promulgata & lata primùm A. Bulla?*

29 ℞. Factam partim in Comitiis Norinbergenſibus Anno 1356. 4. Idus Jan. juxta Proœm. d. Bull. in fin. Indictione nona, anno Regnorum ſuorum decimo, Imperii verò ut habet editio Moguntina, ſecundo, *Buxtorf. ad A. B. Th.* 8. in domo auf dem Bonerſ-Berg / ſo jetzo zum gulden Löwen genannt wird / ubi Imperatori in ſolio Majeſtatis conſtituto, Imperialibus, Infulis, Enſe, Pomo, Sceptro, & Diademate coronato aſſidebant Electores, Principes, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Nobilium & Civitatum multitudo numeroſa. *Juxt. cap.* 22. *&* 25. *d. A. B.* Aliquæ tamen Conſtitutiones ejusdem à tit. 24. promulgatæ ſunt Metis Ann. 1356. Occaſionaliter oritur

QUÆST. V. *An Imp. A. B. tollere & abrogare poſſit?*

30 Ratio dubitandi eſt, quòd uti promulgatio, ita etiam abrogatio legum univerſalium regulariter ad Imp. ſpectet. *l. Humanum. & l. fin. C. de Leg. arg. l. nihil. tam naturale. de R. I. l. ſi quis in Princ. ff. de Legat.* 3. II. Quòd Carol. IV. ſuos Succeſſores in Imperio & pares obligare non potuerit, ut qui ab eodem cauſam non habent, licèt hæres aliàs non debet venire contra factum & voluntatem defuncti. *l. cùm à matre.* 14. *C. de R. V.* aliud tamen eſt in Impp. qui per liberam electionem ad Imperium aſſumuntur, *facit l. ſi quis domum locat. c. dilecto. X. de Præb. junct. l.* 4. *&* 6. *ff. de recept. qui arb.* Reinck. *de reg. ſæc. lib.* 1. *claſ.* 3. *c.* 10. Verùm his nil remorantibus, verius eſt ſolum Imp. eam tollere non poſſe. *Bald. in c. licet X. d. Vit. & hon. Cleric.* I. Ratio, quia non à ſolo Imp. ſed aſſiſtentibus Principibus & Statibus S. R. I. *ut q.* 4. *d.* promanavit, unde ad ejusdem deſtructionem horum quoque autoritas requiritur, *ut in primâ ratione dubitandi probatum eſt*, maximè cùm hæc Bulla ut lex fundamentalis Imperii ſine corruptione ſtatus publici interverti & mutari non poſſit. *Ita* Greg. Toloſ. *lib.* 7. *de rep. c.* 19. *in fin. pag. mihi* 303. II. Ad quod Imp. Capitulatione & Jurej. adſtringitur id ipſe mutare nequit, cùm hæc ſint contractus ab initio voluntatis, & dein neceſſitatis. *l.* 5. *C. de O. & A. l.* 17. *§.* 4. *Commod.* ſed inter cætera Imp. promittit quòd A. B. ſervare velit, ut legenti Capitulationes obvium eſt, & cùm aliàs Princeps etiam nuda pacta ſervare debeat, multò magis id obtinet in Juratis. *Bod.* 1. *de rep. c.* 9. Hinc Archiep. Colon. *apud. Crantz. lib.* 6. *cap.* 46. *in Saxon.* Verba (inquit) Cæſareæ Majeſtatis mihi pro Juramento ſunt, ideóque Adolphum Naſſovienſem Juramenti transgreſſorem de ſolio Imperiali dejectum fuiſſe refert Aventinus *lib.* 7. *ann. Bojor.* Quod etiam innuit Frider. I. Imp. in controverſia Arch. Colon. & Abb. Fuldenſis, reſpondens, voteres approbamus, ut tenemur, Imperii noſtri conſuetudines: Carol. etiam V. monitus, ut ob graſſantem aliquam peſtem Aquisgrani, alium locum coronationi ſuæ deſtinaret, reſpondit, ſe non poſſe temerè legem majorum A. B. mutare. Pro ratione tamen ſtatus in puncto aliquo accidentali, & reliquis ſtatibus minimè præjudiciali conſenſu Imp. & E. E. pro nunc & tunc ab eadem recedi, locum vel modum variari potuiſſe docet experientia, quamvis ad articuli ſubſtantialis aut præjudicialis & gravis mutationem multóque magis ad totius Bullæ abrogationem temporibus fortè id exigentibus omnes Status adhibendi eſſent.

Adeóque quin Imp. cum Univerſis ſtatibus eam tollere, & aliam Reipubl. formam inducere poſſit, non eſt dubium, ex ratione *l. nihil tam naturale. de R. I.* quando ſcil. quod omnes tangit, hoc modo ab omnibus approbatur, prout etiam Imperator id, quod ſui ſolius favore in ea conſtitutum eſt, in ſui non etiam ſuorum Succeſſorum vel aliorum præjudicium remittere poſſet. *arg. l.* 1. *§. uſque adeo. de Injur.* Ut & quod Electores ſuum tantùm favorem concernentia accidentalia, maximè pro locorum & temporum circumſtantiis variare poſſint, ut, alium locum Electioni quàm Francofurtum, alium Coronationi quàm Aquisgranum, deſignare, quamvis & hic intereſſe Imperatoris concurrat, de quo ſuo loco.

An autem mutare legem ſemel latam conveniens ſit, alia eſt quæſtio, de qua Paſſerinus *ad c. licet* 1. *de conſt. in* 6. *a.* 1. *q. un.* ubi tractat, quæ ſit juſta cauſa mutandæ legis *num.* 2. At objiciunt, lex debet

debet eſſe perpetua. Sed explicat hoc D. Thom. *p.2.q.104.a.3.ad3.* Id ita intelligi, ut non ſit determinata ad certum tempus, prout & V. T. leges judiciales habuerunt perpetuam obligationem in illo ſtatu. *facit l. Edita. C. de Edendo. l. Arrianus de O. & A. c. fin. de Offic. Leg. in 6.*

QUÆST. VI. *An hoc Jus Publicum in Academiis docendum & diſcendum ſit?*

Non deſunt magni nominis Politici, qui re-
31 rump. Jura in publicum trahi vetent, periculoſum ajunt, & dominantis imperio averſum, aut ex ſuggeſtu à Parochis aut Profeſſoribus ex Cathedra ea evulgari, & arcana judicio vel ingenio plebis committere, hæc ad aulas ſolùm ſecretáque Principum
32 ſpectare conſilia, quorum arcana † prodere injurium eſſe clamitant, unde reip. deſolatio & extrema ruina frequentiſſimè oriatur, *ut oſtendit Zieritzius in diſſert. de Conſ. & Everſ. rerump. fol. 35.* unde ſecreti revelationem majoribus culpis annumerant Canoniſtæ, intérque eos Navarrus *de detect. ſecret. per tot.* Feudiſtæ in homagio, quod à vaſallo præſtandum eſt, expreſſè cavent: ne vaſallus domino in damno ſit de ſecreto ſuo, *c. 1. de Form. fidel. c. un. d. nova form. fid.* ut Vaſallus ſecretum revelans ob hanc feloniam feudo privetur, *c. 1. quib. mod. f. am.* quæ præter alias etiam una cauſa eſt, † quòd fœminæ à feudis arceantur, quia
33 ſecreta ſibi concredita celare non poſſunt. Tiraq. *in II. Connub. ad l. 12. n. 12.* Celant enim (juxta vulgatum) mulieres & pueri, quod ignorant, & hinc quoque mulieres ad audiendas confeſſiones non admittuntur, *c. nova. X. de Pœnit. & Remiſ.* imò etſi B. Virgo dignior & excellentior eſſet Apoſtolis univerſis, non tamen illi, ſed his claves Chriſtus commiſit, *d. c. 10.* ac proinde inferunt hanc Politicorum maximam, Canoniſtarum & Feudiſt. regulam; hâc ratione violari.

34 Alii verò Jus Publicum in Aulis & Curiis Principum (potiùs quàm in ſcholis) obſervandum, imitandum & diſcendum volunt. Ad priores quod attinet, negari non poteſt, Rerump. earúmque moderatores reconditas ſuas artes habere, quas quidam ſtratagemata, alii ſimulationes vocant, quibus præſentem Imperii, regni, provinciæ, aut reipubl. ſuæ ſtatum adverſus novatorum techinas tueantur, quas etiam certo modo neceſſarias eſſe tradit Schribon. *in Polit. Chriſtian. lib. 1. c. 13.* Beſold. *in Synopſ. Pol. lib. 2. c. 2. de arcan. rerum.* quæ arcana nec perſcrutanda à quovis, nec evulganda ſine magno reipub. & evulgantis periculo, ex literis Ammiani Marcellini ad Conſtantinum olim datis clarum eſt: Sed hæc Juris noſtri Publici non ſunt objecta, intacta ea relinquimus, non de Secretis ſed Jure Politico agendo, quo Caput S. R. I. ejúſque membra utuntur, ex A. B. Conſtitut. Imper. Publico, publica authoritate Sac. Cæſ. Majeſt. promulgatis & typo mandatis decretis, quæ palam excutere ſub bono Principe ſemper impunitum fuit, hâc enim in Imp. libertate fruimur, quâ licet ſcire quod ſumus, licet exercere quod ſcimus, ita tamen ut adſit de majeſtate Principis, de dignitate ſuperiorum ſermo reverens, & effrænata cavillandi libido procul abſit, Tribunipl. adverſus Patres olim uſi, Remp. Rom. non tantùm pernitioſiſſimè afflixerunt, ſed peſſundederunt, ut non immeritò omnes cordati pacis & quietis publicæ amatores iis graviter ſuccenſeant, qui annis ſuperioribus evulgatis libellis S. Imper. Majeſt. quam humillimè revereri eos & tueri oportebat, verbo & ſcriptis fœdiſſimè lacerare, ejus culmini competentia regalia & reſervata nefariè adimere, inter utriúſque religionis proceres diſſidia ſeminare & Anarchiam tyrannide crudeliorem introducere, modis omnibus conati ſunt.

Poſterioribus opponitur authoritas Imp. Juſtin. *in præfat. ſup. allegata. ex fin. Proœm. Inſt. & Auth. Habita. C. Ne Fil. pro patre*, & ſi Jura publica tantùm in aula diſcenda forent, quoties imperitus tyro ad aulas accedens omnium ludibrio & riſui exponeretur, rerum & actionum publicarum planè ignarus? Nunquid tutiùs eſt perceptis fundamentis pleniorem dein cognitionem in aulis ex uſu quotidiano & quotidiana praxi haurire, quàm aliorum maſtygum publico ſe exponere contemptui, ubi æmulationi non informationi locus eſt? Sicut privata Jura, ita planè Jus Publ. (ut unius Juriſp. partes) in ſcholis deglutiendum, in foro dein digerendum; quomodo autem quis digeret, quod non deglutiit? Sicut ars naturam, & contra natura artem format, Theoriam Praxis adjuvat; ita unum ſine altero mancum eſt & periculoſum, nec uſus ſine doctrina, nec ſine uſu doctrina, ut oſtendit Pinell. *ad l. 2. C. de Reſ. Vend. p. 2. c. 4. n. 2. pag. mihi. 351.* ut proinde Peckius, *in præfat. ad t. de*

de SS. Eccleſ. ad. dicat plus damni reip. imminere ab his, qui nullâ Juris cognitione in foro & circa tribunalia verſantur, quàm ab his, qui Scholaſticæ Jurisp. regulis primò formati & aſſueti, aliquantulùm à forenſibus actionibus alieni & peregrini videntur, cujus rationem allegat Peck. *loc. cit.* Adeóque qui ſine fundamentis prius poſitis publica tractare audet, ei facilè applicari poteſt, quod de Phormione dixit Hannibal de quo Guevar. *in horol. princ. proœm. gener. n.* 12. eſt talis inſtar cœci, qui alium aliquantulum videntem vult ducere, maximè ſi coram aliis in hoc genere verſatis publica tractentur, quamvis negari non poſſit, ſi jactis privatim, vel in Academiâ primis & univerſalibus fundamentis accedat in publico exercitatio & uſus, hic magnam vim habeat, prout rerum militarium cognitio in caſtris merè perficitur, & rectius de periculis & ſcopulis, qui in mari (Juris Publici) occurrunt, monere, eósque vitare poteſt, qui præter lectionem annum unum in mari verſatus, quàm qui pluribus annis tantùm in portu vixit. Guevar. *cit. loc. n.* 15. *adde* Monzamb. *in fin.* 1. *diſc. p.* 30. Et hoc modo etiam reſolvi poteſt

QUÆST. VII. *An Juris Publici peritia ab uſu Comitiorum unicè petenda?*

Quod negat Jo. Wolf. Textor. Profeſſor Altdorffi: *in tract. de verâ Rat. Stat. præf. ſeq. q.* 7.

QUÆST. VIII. *Cur Jurisp. pertractationem in inſtit. Imp. Juſtinianus omnino prætermiſerit, tantùm de Jure privato agens: §. fin. I. de I. N. G. & C.*

35 ℞. Id factum I. ut in præf. inſinuatum, ne incipientis animum varietate nimium oneraret, & ex diffidentia deſertores ſtudii efficeret. *§. his itáque de I. & I.* Sunt enim incipientium ingenia inſtar vaſculorum oris anguſti, quæ ſuperfluentem humoris copiam non admittunt, ſin autem lentè inſtillaveris facilè recipiunt. II. Jus Privatum magis ſenſibus obnoxium, faciliùs creditum eſt, cùm faciliùs intellectui repræſentari poſſit, quod ſub ſenſus cadit, ut ſunt contractus & ſimilia negotia, quàm Publicum, quod in Tribunalibus, Aulis & Dicaſteriis Principum colitur, à facilioribus autem incipiendum, ut cum Milone Crotonienſe quis diſcat ante portare vitulum, deinde taurum, à minori ad majus procedendo, ante diſcat loqui & ambulare, quàm cantare & ſaltare. III. Communis ea eſt hominum inclinatio, ut quæ privatim potiſſimùm proſunt, magis curent & appetant, quale jus privatum eſt, quod ad ſingulorum utilitatem tendit principaliter, cùm publicum primario ad bonum publicum tendat, Salus populi ſuprema lex ſit, & inde conſequenter tantùm commodum ad ſingulos redundet, hinc in Inſtit. non niſi pauca & avarâ manu quædam de reb. Sacris, Sanctis, Religioſis, ut & iis, quæ Univerſitatis ſunt, vel Publica, conſignavit Imp. ulteriora ad latiora ff. & Codicis volumina reſervando. *§. fin. de Publ. Judic.* IV. His accedit, quod Jus publ. Rom. antiquorum Juriſconſultorum libris comprehenſum magnâ ex parte mutatum erat, religione Chriſti invectâ à temporibus Conſtantini, & ab eodem magiſtratuum officiis & nominibus commutatis, exauctoratis Prætorianis, quos Maxentius inſtituerat, ſurrogatis 4. Præfectis Prætorio, quorum munus longè diverſum ab antiquis præfectis Prætorio erat. Goldaſt. *part.* 1. *de Elect. Imp. cap.* 4. *pag. mihi.* 12. adeò ut multùm intereſſet inter illud, quod olim fuit & tunc vigebat. *l. qui reſ.* 98. *§. arcam. de Solut.* cùm aliud antiquitati placuiſſet, aliud novitas per uſum amplexa eſſet. *pag.* 1. *de Satisdand.* ut proinde huc applicari poſſit illud Gelaſii, *in c. Sancta* 3. *v. item geſta. diſt.* 15. ideo ſingulari cautela non legi, quia non, ut ordo rei & novitas exigit, ſcripta putantur, ne ſubſannandi vel levis oriatur occaſio.

QUÆST. IX. *An ſicut privatum, §. fin. de I. & I. ita etiam publicum Jus collectum ſit ex naturalibus, gentium & civilibus præceptis?*

Ratio pro negativa elicitur *ex d. §. fin.* ar- 36
gumento ducto à contrario ſenſu, quod in Jure validum eſt, *l.* 1. *de off. ejus, cui.* & quia poſtquam Imp. Jus publ. à privato diſtinxit, ſubdit hoc privatum ex illis præceptis collectum. Pro affirmat. facit, quòd Jus ad cultum Dei & ſtatum Politicum ſpectans publicum ſit, & non tantùm civibus Rom. ſed aliis etiam gentibus & amantibus competat. Sic corvos invocare Deum traditur. *Pſalm.* 147. *v.* 9. apes ordinem Politicum monſtrant, *c. in apibus.* 7. *q.* 7. Plin. *nat. hiſt. lib.* 11. *c.* 17. Nec ulla gens tam barbara fuit & immanis, quam non imbuerit aliqua Deorum religio. *Cic. in off.* licèt ritibus & ceremoniis diſcriminentur homines. Verùm hic medio tutiſſimus ibis, ſi dicatur Jus publ. ex civilibus quidem

Digitized by Google

dem & Juriſg. præceptis conſtare, & ſic argumentum à ſenſu contrario procedere, nec obeſt, ſed corroborat noſtram ſententiam, cùm cultum DEI, ut parentibus, patriæ & ſuperioribus pareamus (quæ Juris gentium ſunt præcepta, *l. 2. de I. & I.*) apud alios populos paſſim etiam obtinere in confeſſo ſit: Non idem de Jure naturali primariò dicendum, quod homini cum beſtiis commune eſt, cùm cultus DEI, reverentia magiſtratui, obedientia parentibus debita, reſpectus patriæ (quæ potiſſima ſunt Juris publici objecta) à brutis omnino ſint aliena: nec obſtant, quæ de corvis & apibus allegata ſunt, hæc enim per metaphoram & analogiam dicuntur, ut mare videre & fugere, cœli & terræ audire & placere. *Pſal.* 113. v. 3. ſol præeſſe diei, *Pſal.* 103. v. 7. Delrio *duq. mag. lib. 1. c. 3. q. 1.*

CAPUT II.

De Imperiis in genere.

SUMMARIA.

1. *Varietas imperandi pro Varietate ingeniorum.*
2. *Populi alii ad ſubjectionem præ aliis proniores.*
3. *Item pro diverſitate Climatum.*
4. *Germani ad bibendum proni.*
5. *Auſtriacorum Principum laus.*
6. *Varia imperandi forma.*
7. *Monarchia oppoſita Tyrannis.*
8. *Ariſtocratia quæ?*
9. *Ariſtocratici regiminis exemplum.*
10. *Ei opponitur Oligarchia.*
11. *Democratia duplex.*
12. *Quod regimen prævaleat?*
13. *Duo ſimul regentes.*
14. *Imperia quatuor.*
15. *Chaldæorum Imperium.*
16. *Semiramidis Imperium.*
17. *Imperium Perſicum.*
18. *Darii Somnium.*
19. *Imperium Græcorum.*
20. *Romanorum.*
21. *Imperia hæc aliquando mixta fuêre.*
22. *Imperia hæc non uno tempere, ſed ſucceſſivè interierunt.*
23. *Nil in rebus humanis ſtabile.*
24. *Inſtabilitatis exempla & teſtimonia.*
25. *De annis periodicis.*
26. *De Imperiorum primâ origine à DEO.*
27. *An in ſtatu innocentiæ Status fuiſſet Politicus?*
28. *An inter Angelos & Dæmones Politia?*
29. *An ſingulis regnis Angelus aſſiſtat?*
30. *Imperium an conſiſtere poſſit in unâ Urbe?*
31. *Zingari an habeant Rempublicam?*

ANtequam in ſpecie hodiernum Imp. Romano-Germanici Statum exhibeamus, præliminariter in genere quædam de Imperiis præmittenda, & res ipſa ab origine repetenda, exemplo & conſilio Gai Jurisconſulti *in l. 1. de O. I.*

Varii autem pro temporum varietate modi
1 imperandi fuerunt, prout contraria ſunt Græcorum & Latinorum ingenia, ut quæ Latinis ſapientia in ſenectute, & poſt rerum exitum eſt, Græcis in juventute videatur adoleſcere, ut nunquam ad veram frugem, rerúmque exitum veniant, ut Græci quaſi ſemper pueri, nunquam ſenes, ſicut Padus ubi deſinit, ſeptem lacus efficit, ſed Strymon Macedoniæ & Græciæ terminus ſtatim ſeptem lacus facit, ipſe autem deſinit: Auſonius quóque cenſuit malum futurum, qui Patre Genuenſi, Matre verò Græcâ in mare natus eſſet, juxta Verſ. Vulg.

Genua tui patrem, genitricem Græcia partum
Puppis & unda dedit, non bonus eſſe poteſt.
Et
Sunt Vani Ligures, mendax eſt Græcia; Ponto
Nulla fides, hæc tu ſingula ſolus habes.

De mulieribus autem in navi parturientibus hoc tradit Majol. quòd illi infantes ex admirandâ quadam maritimi climatis natura non vagiant: Quia Athenis cœlum tenue, acuti putantur Attici, pingues Thebani, Carthaginenſes fraudulenti, Ligures montani

Digitized by Google

montani & agreſtes, Campani bonitate agrorum
ſuperbi, Aѐtoli fœdifragi, Alexandrini deriſores
& dicaces, Aphri ſubdoli & mendaces, Arabæi
molles & effœminati, Archivi Latrones, Atheni-
enſes glorioſi, Aſiatici luxurioſi, Alex. ab Alex.
genial. dier. lib. 4. b. 3. Menoch. *de arbit. Jud. c. 57.
n. 57.* Bocalinus tradit, ſuos patriotas Italos ce-
rebrum in ſuo capite, Gallos, & inferiores Ger-
manos in capite alieno habere, quia Itali ſcriben-
tes ex proprio capite libros concipiunt, alii ex
aliis authoribus colligunt, ad hæc Itali ſemper re-
gali nobilitate prædití, Galli ſtolidi, Hiſpani ja-
ctantiæ animoſitate elati; Lacedæmoniis furari
probrum non erat, ut aliis gentibus eſt: Ita ſingu-
læ ferè nationes agnata habent morum diſcrimi-
na, per quæ à ſe invicem ſeparantur à voce, ſer-
mone, oratione, conſilio, amore, odio, irâ, ma-
litiâ & ſimilibus, alios populos ab aliis dignoſci-
mus inceſſu, moribus, & geſtibus, habitu; in cantu
balare Itali, gemere Hiſpani, ululare Germani,
modulari Galli dicuntur: Culpant alii invidiam
Judæorum, perfidiam Perſarum, aſtutiam Ægy-
ptiorum, fallaciam Græcorum, ſævitiam Sarace-
norum, levitatem Chaldæorum, varietatem Afro-
rum, gulam Gallorum, vanam gloriam Longo-
bardorum, crudelitatem Hunnorum, immundi-
tiem Suevorum, ferocitatem Francorum, ſtulti-
tiam Saxonum, duritiem Pictaviorum, libidinem
Scotorum, inſolentiam Hiſpanorum, iram Bri-
tannorum, rapacitatem Normannorum. Münſte-
rus, *in Coſmog. p. 122.* Nec deſunt alii, qui lau-
dent Hebræorum prudentiam, Perſarum ſubtilita-
tem, Ægyptiorum ſolertiam, Græcorum ſapien-
tiam, Romanorum gravitatem, Chaldæorum ſa-
gacitatem, Aſſyriorum ingenium, Gallorum fir-
mitatem, Scotorum fidelitatem, Hiſpanorum ar-
gutiam, Britannorum hoſpitalitatem, Norman-
dorum communionem. Münſt. *loc. cit.* Alii po-
2 puli ad imperium, ad ſubjectionem alii, magis in-
clinati fuerunt, ut proinde ſcitè Juriſconſultus
dicat. *in l. 31. §. qui mancipia. 21. de ædil. Edict.*
Natio ſervi aliquando provocat aliquando deter-
ret emptorem, ſic aliæ gentes Servitutem facilè
pati poſſunt, aliæ non, & Germani ſemper libe-
riores fuerunt. In Livonia ruſtici nobilium vi-
liſſima ſunt mancipia, qui ſi penſum non ſolvant,
vel dominos irritent, vapulant miſerrimè quos
cùm Stephanus Poloniæ Rex An. 1582. à plagis
eximere ſe velle ſignificaret, & pro plagis mul-
ctam imponere mitiſſimam, reſponderunt ſe omnia
malle pati, quàm novitatem induci. Lorentz Müller
in der *Septentrional*-Hiſtory *fol. 32.* Sic Perſæ
flagris juſſu regis cæſi gratias eidem agebant, quòd
hoc facto Rex teſtatus eſſet ſe eorum memoriam
non depoſuiſſe, *ut refert Stobæus ex Nicolao Dama-
ſceno.* quæ ſervilis conſuetudo à Perſis translata
eſt in Parthos, Scythas, Tartaros & Moſcoviam,
Perſiæ ab ortu conterminam, ubi uxores ægger-
rimè ferunt, ſi non à viris aliquando dedolentur,
aut depalmentur; ex quo indicium maritalis amo-
ris colligant, juxta illud, Quem amo, caſtigo.
Liber Baro Sigiſm. ab Herberſtein *in ſuo itinerario.*
Beſold. *in diſc. de natura popul. 14.* Et de Aſiæ po-
pulis dicere ſolebat Ageſilaus eos bonos eſſe ſi ſer-
virent, malos ſi libertate fruerentur. Plutarch.
in Apophtheg. quod tamen de Politica ſervitute
ſeu ſubjectione imperii intelligit Treut. *Vol. 1. diſp.
2. th. 2. lib. 6. poſt Ariſtotelem 1. Polit. 3.* Similiter
pro diverſitate climatum aliæ gentes, ad alia & di- 3
verſa inclinantur: Germanis communiter vitio
vertitur ebrietas, ac licèt immoderata bibendi 4
conſuetudo ad hauſtus æquales ſub pœnâ vetita ſit,
tum Jur. Can. *c. à Crapula. 14. X. de Vit. & Hon.
Cler.* tum etiam Lege Civili, in Comitiis Auguſta-
nis An. 1500. vom Zutrincken. & An. 1512. An.
1530. 1548. Attamen iſtæ prohibitiones non plus
vigoris obtinuerunt, quàm nix in tectis adverſus
rectos ſolis radios, ſed hæ in cunis cùm enaſceren-
tur, ipſis durantibus Comitiis, factis contrariis
plerumque oppreſſæ ſunt. Klock. *in tract. de ærar.
lib. 2. c. 101. n. 26.* poſtquam enim latæ fuerunt,
ſtatim habitæ ſunt ludibrio, & Nobilibus dictum,
propino tibi hauſtum in Conſtitut. Imper. de ebri-
etate vitanda. Es gilt dir auf des Reichs-Abſchieds
Geſundheit. Cúmque in conventu Ratisb. multi
Germani compotationibus extinguerentur, Carol.
V. pro tollendo hoc abuſu ab Hiſpanis interpel-
latus reſpondit: Tam facilè obtinuero, ac ſi Hiſpa-
nis manus conſtringere vellem ne furentur. Kirch.
de Legat. c. 3. n. 31. adeóque iſtæ Conſtit. ceu Ger-
manorum moribus minùs conſentaneæ civitate
donatæ, & receptæ non ſunt, nec obligant. *arg. l.
32. §. 1. de LL. junct. can. erit. autē 2. diſt. 4. can. in iſtis.
diſt. 4.* quapropter Germanis vulgò objici ſolet:
Ger-

Digitized by Google

Germani poſſunt magnos tolerare labores,
O Utinam poſſent tam bene ferre ſitim!

Quibus ipſi reſpondent:

Ut nos dulce merum, ſic vos Venus improba vexat:
Lex poſita eſt Veneri Julia, nulla mero.
Ut bibas haud ſitiens, vel edat jam ventre repleto,
Verberibus cogi beſtia nulla poteſt.
Ergo homo, deterior longe eſt, fateamur oportet,
Qui bibit haud ſitiens, qui vorat ante ſatur.

Reinck. *de reg. ſecul. lib. 2. claſſ. 1. c. 8. n. 61.* quamvis in hoc bibendi genere olim etiam excelluerint Græci, unde nata vox pergræcari, id eſt genio indulgere; Alexander quoque M. plus bibenti præmia propoſuit, Chock. *in Jac. Hiſt. cent. 1. c. 13.* Maximinus Imp. bibit de die Vini Capitolini amphoram id eſt 34. pocula Belgica, & comedit 40. libras carnis; Aurelianus uno die ante menſam aprum, centum panes, vervicem, & porcellum comedit, unde quòd non parum biberit colligere, licet.

5 Licet Impp. Auſtriacis peculiare præ multis tribuatur hoc encomion, quòd hæc familia ab avis & atavis ſemper ejuſmodi compotationes exhorruerit, licèt eorum regio vini fertiliſſima ſit & locupletiſſima, Cuſpin. *in orat. de bello cont. Turc. c. 2. pag. 3. 146.* Schütz. *Col. publ. Vol. 2. diſp. 9. n. 3.* In tanta varietate hominum naturæ vix poſſibile ad unam eandémque ſententiam omnes inclinari, ſed veriſſimum eſt illud JC. *in l. item ſi unus. 27. ꝑ. princip. de arbit.* Hominum ad diſſentiendum naturalis eſt facilitas, unde Reinck. *de reg. ſec.*

Cuique ſuum caput eſt, ut pileus, approbat Hermes.
Improbat Hermannus, nec mens eſt omnibus una.

6 Non diſſimili ratione pro varia populorum natura varia imperandi forma placita & uſitata fuit, & Tacitus *lib. 4. ann.* ait: Cunctas nationes & urbes, Populus aut Primores aut ſinguli regunt. Schönb. *5. Polit. c. 1.* Unde recepta paſſim diviſio Imperii in Monarchicum, Ariſtocraticum, Democraticum. Aut enim poteſtas Imperii penes unum reſidet & dicitur Principatus ab MONARCHIA; vel penes paucos & optimates, & ARISTOCRATIA vocatur; vel penes univerſos aut majorem populi partem, ita ut omnes ſinguli imperent & ſinguli omnibus obtemperent, ſintque viceſpræcipiendi & parendi, & DEMOCRATIA erit. Ariſt. *6. Polit. 2.* Gregor. Toloſ. *4. de rep. 5.*

Monarchiæ opponitur Tyrannis, quemadmodũ enim Monarcha ſecundùm leges & legitimè imperat, ita Tyrannus pro ſua voluntate omnia agit, ille Reip. prodeſſe, hic ſuis commodis ſtudet, quamvis medium inter Monarchiam & Tyrannidem nonnulli conſtituant dominatum, cum Princeps unus libertatis, & fortunarum omnium Dominus jure belli aut fœdere factus ſubditos, ut Paterf. ſervos moderatur, ut Turca hodie, cujus legibus cautum, ne quis ullius prædii ſe Dominum dicat præter Calipham Pontif. Max. referente Bodin. *2. de Rep. c. 2.* 7

In Ariſtocratia, quo pauciores ſunt optimates, patritii, ſeniores, ſtatus vel ordines dicti, eo ſtabilior, & diuturnior erit ſtatus, eò quòd concordia facilius inter paucos, quàm plures conſervetur, & hinc Pharſaliorum, & Lacedæmoniorum Reſp. diutiſſimè floruerunt, quia altera 20. altera 30. ex optimis ſelectos habuit primores ex infinito pene civium numero. Henon. *diſp. 10. concl. 23.* & in hac conſultum eſt, ut æqualis omnium ſit poteſtas, & ad vitam durabilis, unde Rempubl. Genevarum ſtabiliorem autumant: ſolet tamen unus eligi, qui iſti ſenatui ut dux præſidet, & in Civitatibus Imperial. communiter conſul vocatur, qui in reliquos tamen optimates non habet ſingulare Jus; ſed tantùm convocat, proponit, & concluſa exequitur, ut fit etiam in Republ. Veneta, & hi optimates alibi ab ipſis optimatibus alibi à Civibus eliguntur; ✝ Talis ſtatus fuit in Iſraël ſub 70. ſenioribus, & tribuum ac familiarum ſingularum principibus Geneſ. *36. v. 31.* Exod. *3. v. 16.* & apud Romanos Regibus exactis Livius *lib. 2.* & hodie apud Venetos. Arcanum ejus eſt, ut conſilia habeantur ſecreta, nec in vulgus emanent, ne inter ipſos optimates diſſenſiones oriantur, nec plebi injuria inferatur. ✝ Huic Ariſtocratiæ opponitur Oligarchia quæ eſt Reip. corruptio, in qua poteſtas eſt penes paucos, qui per vim vel malas artes ſibi aliis excluſis adminiſtrationem acquiſiverunt, ad ſuam privatam utilitatem, Richter *axiom. Polit. 39.* qualis fuit Athenis, cùm de Lyſandri ſententia 30. viri, qui nomine Adminiſtratores, reverâ autem tyranni con- 8 9 10

ni conſtituti eſſent, quia omnia pro libidine agebant: talis Romæ, cùm à decem viris, & poſtea à duum viris regeretur, Livius *lib.* 3. apud Polonos, cùm Weywodæ 12. ad gubernacula ſederent, ſua potentia abuſi, Cromer. *de Rep. Polon. lib.* 2. Hæc tamen non ſimplex ſed mixta eſt. Status Ariſtocraticus dici poteſt, qualem Norimb. & Venetiis eſſe ait Beſold. *de Ariſt.* 3. *n.* 3. ut & apud Raguſios & Geneveuſes, quia ſecundùm leges imperant, & quod Norimberg. ex magna Civium copia 28. tantùm tribus, ſeu familiæ ab antiqua civium ſtirpe honorum ac Imperii participes ſunt,
11 Bodin. *de Rep. lib.* 2. *c.* 6. Beſold. *d. loc.* † Democratia autem duplex eſt, adſtrictior vel liberior; talis viguit Romæ Regibus ejectis, cùm à Tribun. omnia populi nomine adminiſtrarentur, ea hodie etiam apud Helvetos Suitenſes, item Reutlingæ, Rotweilæ, Argentinæ, & alibi &c. cui opponitur Ochlocratia, quæ eſt turbulenta plebis furentis potentia, quam Cicero maximam Tyrannidem vocavit, & ferarum omnium ferociſſimam. Bodin. 4. *de Rep. c.* 7.

12 Quæ autem ex his imperandi forma melior ſit, vetus eſt diſputatio, olim etiam apud Perſas in dubium vocata, ut videre licet apud Herod. ubi extat oratio Otanis pro Democratia, Megabiſi pro Ariſtocratia, Darii pro Monarchia; Hujus autem ſententia prævaluit, tanquam ordini naturæ convenientiſſimus modus juxta Senecam *de Clement.* natura regem commenta eſt. Sic principio omnes Græciæ civitates ſub regibus fuiſſe
13 ſcribit Dion. Halicarn. † Roma primò regibus paruit. *lib.* 2. *de O. I.* & quamprimùm condita fuit duos fratres reges ſimul habere non potuit, ſed augurio & parricidio lis dirempta fuit. *l. fin. ff. de R. D.* Et licèt poſteà Regn. Rom. Roman. ſub populari dominatu crevit, tamen in maximis permutationibus ſine dictatore (quaſi rege temporali) conſervari non potuit, multóque magis poſteà ſub Auguſto floruit. Sic in univerſo Deus unus, in homine cor unum, in familia unus dominus, corpus unâ regitur animâ, reſpublica autem corpori aſſimilatur. Guevar. *in horol. princ. lib.* 1. *c.* 28. Lipſ. 2. *Polit. c.* 2. Schönb. 2. *Polit. c.* 2. Sic apes unum ſeqvuntur regem; pacatiùs autem res ab uno quàm pluribus regitur propter naturalem hominum ad diſſentiendum inclinationem. *l.* 3. *§. apparet de adm. tut. l.* 2. *§. noviſſimè de O. I.* juxta vulg. viel Köche verſaltzen das Kraut / 2c.

Segniùs expediunt commiſſa negocia plures. Dd. *ad t. Inſt. de ſatiſd. tut. §.* 1. Geil. 2. *obſ.* 153. *n.* 5. & 10. Prout ſi plures gubernatores clavum navis torquere velint, etſi artem calleant, nihilominus ſe ipſos in navi dirigenda impediunt, G. Chock. *polit. aph. c.* 3. *pag.* 15. *ad d. diſcurſ. Polit. de rerump. inter ſe comp.* Beſold. *c.* 1. *p. mihi.* 217.

Apum politiam V. apud Majol. *tom.* 1. *col.* 5. *pag.* 122. quem ipſæ Regem faciant, & quomodo Chockier *in theſaur. lib.* 1. *c.* 1. *pag.* 12. & 15.

Imperia autem Monarchica 4. recenſentur 14
in ſacra & profana pagina. In Sacra denotantur per 4. beſtias, quas Daniel *c.* 7. per ſomnium vidit Oceano prodire; ubi Leæna denotat regem Aſſyriorum, urſus regnum Perſicum, Panthera Græcorum Alexand. III. Et quartâ innominatâ terrificâ & horrendâ aſpectu Rom. Imp adumbratur. Chaſſ. *in Cat. gl. mund. p.* 5. *Conſ.* 28. Item Daniel. 2. per ſtatuam viſam à Rege Nabuchodonoſore unde nata videtur fabula de 4. ſæculis apud Ovid. 1. *Metam. add.* Goldaſtum *Polit. part.* 8.

Primum Imp. Babylon, Chaldæorum & 15
Aſſyriorum, quòd etiam notatur per caput aureum ſtatuæ viſæ, Dan. 2. *v.* 38. originem habuit à Nimroth, qui robuſtus venator dicitur, Geneſ. 10. & 1. Paral. 5. qui urbem Babel cæpit ædificare & in ea turrim ſummæ altitudinis, Geneſ. 15. *c.* Majol. *in Caniend. de memorab. art. hum. fact. c. ll.* 23. *p.* 503. in cujus exſtructione 40. anni conſumpti ſunt, & plebis urbanæ ſexcenta millia fuiſſe perhibentur, ejúsque urbis adhuc veſtigia ſupereſſe teſtis eſt Surius *in Comment. An.* 1534. quæ hiſtoria Poëtis occaſionem fecit fabulandi de gigantibus, qui congeſtis montibus cœlum oppugnare conati ſint, Ovid. *in Metamorph.* Hæc Monarchia incepit Anno mundi 1789. & duravit Annos 1646. ſub Nabuchodonoſore. Balthaſare & aliis, Arum. *vol.* 5. *Jur. pub. diſ.* 2. *c.* 1. *de Monarch. in gen.*

In hac prima Monarchia Nini Regis primò 16
concubina, mox Conjux, & demum Rege ſublato facta Regina eſt ſequenti aſtu: Cùm Rex ardens fœminæ formâ nihil petenti denegaret, eique obtuliſſet, quod peteret, ſe conceſſuram; Hæc unius diei Imperium ſibi concedi poſtulavit, riſit quidem rex, ſed tamen conceſſit lege promulgata,

ut

Digitized by Google

ut certo die omnes ei parerent, ſub pœna mortis, ſtato die mulier regio cultu ornata in regio ſolio ſedens primò res leviores ad tentandos animos, deinde graviora mandat, eúmque parentes omnes dicto videret, jubet regem adduci, vinciri, vincitur; interfici, interficitur, ita imperium ejus ex diurno diuturnum effectum eſt. Majol. *tom. 3. col. 2. p.* 166. quod autem in annorum ſeu durationis tempore varient ſcriptores facilè contingere potuit, quia ſub Sardanapalo deficere cœpit, à Beloch reparatum legitur An. 3018. donec omnino ceſſavit An. ab orbe condito 3143. v. Herod. *in Clio pag.* 212.

17 Secundum Imperium Perſicum fuit ſive Medorum cœpit juxta Reuſner. Anno mundi, 3415. vel ſecundum priorem calculum, 3435. Originem habet à Cyro adempto Medis Lidiſque imperio, deſignatum per pectus argenteum, *apud* Daniel. *c.* 2. & duravit uſque ad Darium ab Alexand. M. devictum, ſtetit annis 200. & ampliùs, ſub hoc Cyrus, Aſuerus, Xerxes.

18 Cùm Darius ante congreſſum poſtremum cum Alexandro M. ſomniaſſet ſe videre Exercitum Macedonicum ardentem incedere per Aſiam, & Babylonem venire, ibique Alexandrum veſte Perſica indutum templum intrare, & mox evaneſcere, ipſe per flammas exitum, per veſtem vero Alexandrum in poteſtatem ſuam venturum ominabatur, ſed flamma celeritatem, & veſtis Alexandro victoriam præſagiebat, Majol. *Canic. tom. 2. col. 4. p.* 330. eúmque Alexandri victoris pecuniam 40. mulorum millia ferre non ſufficiebant, qui poſtea in Babylone veneni una drachma compoſita peremptus eſt, Majol. *tom. 1. pag.* 557. Ex his Medorum Regibus domus Cyri à Memnone illigatis auro lapidibus ſtructa dicitur: Cræſus vero ab oraculo edoctus Imperium ſuum duraturum donec apud Medos mulus regnaret, Imperium ſibi perpetuum pollicitus erat, non intelligens per mulum intelligi Cyrum, qui diverſis duabus gentibus natus erat, matre Mundane, patre Cambyſe; Illa Meda erat, Aſtyagis Medorum Regis filia, hic autem ex Perſia Medis ſubjecta; quomodo autem imperii hujus, & alias tranſlationes prædicere potuerint per oracula Dæmones. V. Majol. *tom. 2. c ll. 2. de vaticiniis. p.* 106. & *ſeqq.* quæ tamen plerumque ænigmatibus involviſſe leguntur.

Tertium Imperium fuit Græcum ſeu Mace- 19
donum, quod poſt oppreſſas opes Perſicas Alexander M. à Perſis ad Græcos tranſportavit, ſecundum Reuſnerum Anno 3642. juxta calculum priorem Anno 3635. & duravit ad annos 300. vel ſecundum alios 270. uſque ad annum 330. ante natum Chriſtum, de cujus Alexand. M. geſtis Plutarchus, Q. Curtius, Juſtinus & alii. Hæc beſtia per Danielem viſa 4. habens capita, denotat 4. duces Alexandri quibus Imperium ceſſit, Philippum, cui Macedonia; Antigonum, cui Aſia minor; Seleucum, cui Syria; & Ptolomeum Lagi, cui Ægyptus obvenit. Cùm oraculum Lacedæmones admonuiſſet, ut Leuctra vitarent, hi paulò poſt victi prælio ad Leuctra Bœotiæ Imperium amiſerunt ducibus Pelopida, & Epaminonda, non procul à Sepulchro filiarum Scedaſi, quas duo Spartani Juvenes hoſpitaliter excepti patre abſente per vim ſtupratas crudeliter interfecerunt, ubi pater, cùm fruſtra vindictam Magiſtratus Spartani aliquoties imploraſſet, ſe confoderat, poſt hánceque ſtragem nunquam Lacedæmonii vires receperunt, & locus celebris perpetuò manſit.

Quartum Imp. Roman. deſignatur Daniel. *2.* 20
per tibias ferreas & pedes, ex ferro & luto miſtas.

Dicuntur autem hæ quatuor Monarchiæ non 21
quòd ſemper Monarchico uſæ fuerint regimine, aut ſingulæ ſemper unum caput habuerint, ſed quòd ut plurimùm talia imperia fuerint, nec enim ſemper in uno ſtatu permanſerunt, ſed frequenter alterationem paſſa ſunt, non tantùm ab alienis ſed etiam propriis ſubditis ſæpiùs diviſa ac dilacerata, quæ tamen per hoc non dicuntur ceſſaſſe, donec tandem ita conciderunt, ut reſpirare & reſurgere non potuerint. Beſold. *in Theſ. pract. verbo Monarch.*

Adhæc iſta Imperia non ita ſibi ſucceſſiſſe 22
exiſtimandum eſt, ut ſecundum prorſus non extiterit, niſi omnino ceſſante & abolito primo, nec tertium niſi penitus deſtructo ſecundo, nec quartum niſi totaliter abolito tertio. Clarum namque extitiſſe Regnum Medorum & Perſarum, antequam Imperium Aſſyriorum fuit extinctum; Et ſimiliter regnum Græcorum cæpiſſe multò ante interitum Perſarum; Item Rom. Imp. fuiſſe potens antequam omnino ſubactum eſſet regnum Græcorum. Dicuntur autem hæc imperia ſibi ſucceſſiſſe.

Digitized by Google

ceſſiſſe, quia initium ſecundi fuit circa corruptionem primi, & ſic conſequenter, & quia temporis ſucceſſu poſteriora prioribus prævaluerunt, & tunc tandem extincto priori poſterius eousque exaltatum eſt, ut ſupremam in terris poteſtatem penes ipſum remanſiſſe communi conſenſu certum ſit; Et quia ex his tertium Græcorum, non ſemper ſub uno fuit Principe, ſed poſt obitum Alexand. M. in plures diviſum eſt, qui ſinguli ad regnum Græciæ ſpectârunt, propterea hoc, non unâ vice extinctum, ſed paulatim & per partes à Romanis ſubactum eſt; unde fit, ut non niſi ultimo ſuperato extinctum dici potuerit, adeoque finis ejus fuit tempore pugnæ Actiacæ, quia Ægyptus non infima Græcorum pars ab Auguſto Cæſare priùs Romano Imp. adjecta eſt. Beſold. *d. loc.* Torniell. *in annal. fol.* 153.

23 Ex quibus palam eſt, quod ait Imp. *in Nov.* 7. *c.* 2. nihil in rebus humanis ſtabile eſſe & immutabile, ſeu quòd non patiatur ſuam alterationem, multas converſiones regnorum circa 500. annum, alias ad dimidiatam iſtius temporis periodum 250. an. quin etiam ſæculares ſeu centeſimasRegnorum & Regiarum ſtirpium periodes recenſet Chock. *in theſ. polit. Apho. lib.* 6. *c.* 1. *per tot.* Plura vide apud Goldaſt. *in polit. p.* 8. *de* 4. *ſum. Imp.*

Facit illud Salomon: Eccleſ. 3. Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt univerſa ſub ſole, ſic facto unius aviculæ in Regione Sueciæ in ſummo montium Peſriniorum vertice, quæ pedibus paululum nivem movit, quæ ſenſim deorſum deſcendens, & in pilæ formam ſe movens ſemper aucta in tantam crevit molem rotata, ut ad montis pedem ſua mole maxima oppida deſtruxerit, Olaus *lib.* 2. *c.* 13.

24 In Gallia quoque ab altiſſimis montibus in monaſterium magnæ Carthuſiæ nix aliquando ruit humum & lapides ſecum trahens, quæ fratres in ipſorum cellis oppreſſit, Surius *tom.* 3. *in Vit. S. Anſelm. tunc Prioris de familiis Illuſtribus intra* 406. *An. extinctis.* conſule Beſold. *adauct. verbo.* Alte Grafen. Klock. *de arar. lib.* 2. *c.* 40. *n.* 30. *ad.* Speid. *in Verb.* Herren/ ꝛc. ubi tradit intra 600. annos in Auſtria mille quingentas familias nobiles extinctas eſſe, & *ad verb.* Hieruſalem / ubi jam Troja in Græcia, Alexia in Burgundia, Tyrus in Palæſtina, Corynthus in Peloponenſo, Babylon Athenæ, quorum vix extant veſtigia, Scoper *in Chorol. c.* 5. *p.* 420. Aliquæ olim Inſulæ nunc in terram coaluerunt per terræ motus, & terræ in aquas mutatæ ſunt, ut de mari mortuo tradit Scriptura; Sic balſamum natum in Jericho, poſt deſolationem urbis ibi non creſcit amplius, ſed in Arabia. Münſt. *Coſmog. p.* 45. Exemplum mutabilitatis recens eſt in Carolo II. Stuardo Britanniæ Rege, & ejus reſtitutio, cùm infeliciſſime armis ſuccubuiſſet, peregrinas terras procul oberraſſet, à Conſanguineis deſertus, á Parlamento & ſubditis abactus, Dei gratia, & Monchii fideli opera regnum ſuum avitum plauſibilis intravit. † Ad annos periodi- 25
cos quod attinet obſervatum ſingulis mille annis mutationem ſolere contingere; Item ſingulis 500. ſi initia rectè inveſtigentur, ſic enim ab exitu Iſrael de Ægypto usque ad Salomonem, 500. anni numerantur, à devaſtatione Jeruſalem ſub Nabuchodonoſore usque ad Titum 500. An. à Nino uſque ad Trojæ excidium 1000. An. à Davide usque ad Chriſtum 1000. An. à Salomone usque ad Auguſti Monarchiam 1000. Anni, Coler. *adauct. pag.* 17. Ex prophetiâ Eliæ Judæi volunt mundum 6. annorum millibus duraturum Coler. *p.* 19. Moſaica lex duravit 2000. & Chriſti durabit 2000. ſed hi ob peccata breviabuntur. Alii, quot diebus crevit mundum, tot millenis eum duraturum volunt, ſed 6. diebus crevit, & ſeptimo quievit, Scriptura S. teſte. At jam plures tranſierunt anni.

QUÆST. I. *Ex quo Jure Imperia & magiſtratus originem trahant?* 26

Non deſunt qui auctoritatem & functionem regum ex Jure g. non etiam immediatè ex Jure divino deſcendere & obedientiam Imp. Regi, vel Principi non alio reſpectu deberi quàm propter ordinem politicum contendunt. Verùm refelli facilè poſſunt text. *Prov.* 8. *v.* 15. Per me reges regnant, *Rom.* 13. *c. V.* 1. *c. nec is.* 15. *q.* 1. *non ſolum.* 23. *q.* 5. Diſſentientes tamen facilè in concordiam reducuntur, ſi dicamus, imperium eſſe ex Jure Divino, ſed rationem imperandi ex humano inſtituto dependere, ut contractus ſunt ex I. g. §. 2. *de Jure nat.* quibus tamen ex Jure civili ſpecialis addita eſt forma. *l.* 1. *C. de Jure Emph.* Et ſimiliter *Bellarm.* 2. *de Pontif. c.* 12. differentiam facit inter ſucceſſionem & rationem ſuccedendi, *add. Eundem lib.* 8. *de Clericis & in tract. de Laic. c.* 6. Objiciunt quidem

Digitized by Google

quidem quòd omnino Imperia vi coaluerint, adeóque vis & cupiditas imperandi cauſa fuerint. Sic Anno 249. poſt diluvium primus in terra potens eſſe cepit Nimrodus, *Gen.* 10. *v.* 8. & 9. attamen etiam ante diluvium Principes legitimi fuerunt qui Filii Dei vocantur. *Gen.* 6. *v.* 2. & poſt Diluvium Deus imperia firmavit, cùm jus gladii conceſſit magiſtratui, *Geneſ.* 9. *v.* 6. quod autoritati publicæ ibidem tribuit, *Add. Iſaiæ c.* 45. ſic etiam Deus regnum de gente in gentem transferre dicitur ob injuſtitias *Syrac. c.* 45. §. *add. No.* 73. *in præf.* §. 1. *N.* 6. *in pr. Còvar. pract. qq. c.* 1. *n.* 6. *ſect.* 1. *art.* 42. *n.* 3.

27 Quæst. II. *An in ſtatu innocentiæ ſtatus Politicus fuiſſet?*

Sunt qui velint futuram fuiſſe ſpeciam reip. non diſſimile domeſtico dominationi; Verùm ſicut familiæ ſingulæ caput habituræ fuiſſent, ita propagato genere humano ex familiis diverſis hinc inde per totum orbem diſperſis conſtitutæ diverſæ ſocietates fuiſſent ad vitam commodiùs agendam, & ſicut ſingulæ familiæ caput habuiſſent, ita familiæ plures conjunctim non fuiſſent ſine capite; eò quòd vita ſocialis plurium ſine uno directore non bene ſubſiſtat; Nec enim conditio hominis in illo ſtatu melior fuiſſet à ſtatu Angelorum (nam paulò minùs ab angelis minuiſti eum) at inter Angelos bon. & malos eſt quædam præfectura. Habent & dæmones Principatum, alii aliis ſubſunt, juxta Binsfeld. *de Conf. Maleſ. præl.* 10. & Jo. Weier, Reges, Duces, Marchiones, Comites & Præſides infernales & plebejorum dæmonum legiones recenſet, cui add. Ayrer in proceſ. Bel. cont. Chriſt. quod innuit Paul. *ult. Epheſ. v.* 12. dum ait, nobis colluctationem eſſe adverſus Principes, Poteſtates & Rectores tenebrarum; & *ad Coloſ.* 2. ℣. 15. Hinc Diabolus diſtinguitur ab angelis ſuis. *Matth.* 25. *v.* 41. unde nomen diaboli in numero ſingulari, dæmoniorum verò in plurali uſurpatur. Principis etiam dæmoniorum mentio fit. *Matth.* 9. ℣. 34. quem principatum, poſt peccatum non priùs acquiſivit, ſed ſecundùm conditionem, quam antè habuit, retinuit, quia naturalia per lapſum non amiſit, adeò ut politia inter eos & concordia ſit, qualis inter latrones: de Angelis quoque bonis eos dominium habere in malos docet. D. Th. 1. *q.* 109. *a.* 4. & inter ſe gradibus diſtingui ex Apocal. *c.* 12. probatur: ſic Archangeli ab Angelis diſtinguuntur, 1. *ad Theſſal. c.* 4. *v.* 16. *ad Coloſ.* 1. *v.* 16. licèt negari non poſſit, primævam imperandi rationem quæ fuiſſet natura per peccatum integra in multis inter homines mutatam fuiſſe, *cum* Beſold. *diſſert. Philolog. pag. mihi* 65. *n.* 12. §. 1. *ubi utriùsque differentiam declar n.* 13. Quanta ſit multitudo Angelorum colligitur ex Daniel. 7. v. 10. ibi millia millium miniſtrabant ei, & decem millies centena millia aſſiſtebant ei. Ad Apoc. 5. *v.* 11. Pſal. 67. ℣. 18. Job. 25. & putant quidam Angelorum multitudinem ad homines natos & naſcituros eſſe ſecundum proportionem 99. ad unum, arg. parabolæ Matth. 18. & Luc. 15. ubi centum oves habens unam amiſit, Scotus *mirabil. lib.* 1. *c.* 4. *pag.* 8. boni tamen Angeli plures ſunt, quàm mali, quia dicitur Lucifer traxiſſe tertiam partem Stellarum, ſive Angelorum caudâ ſuâ, Apoc. 12. Scotus *d. c.* 4. §. 3. Sicut autem inter bonos Angelos eſt Hierarchia juxta prædicta ex qua mali exciderunt, quibus poſt lapſum naturalia manſerunt integra, meritò in his quoque forma politica eſſe debet; † Et licet in Inferno nul- 28
lus ordo eſſe dicatur, ſed horror perpetuus, quia tamen non omnes Dæmones ſunt in Inferno, illatum contra non ſequitur, ſic Lucæ 11. dicitur Belzebub princeps Dæmoniorum & Joan. 14. & 16. dicitur: *Nunc Princeps hujus mundi ejicietur foras.* & Matth. 15. *Ignis paratus eſt Diabolo & Angelis ejus*, ergo hi ipſi ſubditi, ut milites Duci, & membra Reip. ſuo capiti, Scot. *mirab. lib.* 1. *cap.* 14. Non obſtat, quòd Dæmones ſuperbiſſimi non poſſint ferre regimen, quo Dei Imperium excuſſerunt, R. Et liberos, qui nolunt parere patri, ſæpe cogi ſubeſſe vitrico, ad hæc eſſe inter eos regimen alio fine odii Dei & hominum, ſic in Litaniis fit mentio: Spiritus fornicationis, de Spiritu mendacii, 3. Reg. 22. de legione Dæmonum Matth. 18. Marc. 5. & Luc. 15. qui erant in obſeſſo. De Dæmone tentatore Matth. 4. Spiritu immundo Marc. 1. Luc. 4. Item Matth. 17. Marc. 9.
Luc. 9. † An autem ſingulis Regnis adſit ſingu- 29
laris Angelus, v. Scot. *mirab. lib.* 1. *c.* 15. *pag.* 38. ubi idem de Angelis malis, qui Dei regimen inſtar ſimiæ æmulantur. *add.* Majol. *Canic. tom.* 3. *col.* 2. *p.* 208. ſic & urbium conditores Deos proprios, ſeu tutelares urbibus ac provinciis aſſignare conſueverunt,

ſueverunt, qui tutelam quaſi iſtius loci ſubirent, ut Syriæ Aſtartis, Arabiæ Dioſares, Norico Tibelinus, Africæ Cæleſtus, unde ab Heſiod. (*teſte* Crin. *lib.* 1. *de hon. diſſ.*) 30. millia Deorum celebrantur, & M. Varone trecenti Joves. *add.* Guevar. *in horol. lib.* 1. *c.* 4. *p.* 16. *& ſeq.*

30 QUÆST. III. *An Imperium, Monarchia vel Reſp. in una civitate vel ſpacio terræ exiguo poſſit conſiſtere?*

Affirm. quia non in latifundiis nec in muris aut mœnibus, ſed in cœtu civium conſiſtit, ſub poteſtate aliquâ ſummâ. Et ſicut Elephas non magis animal eſt quàm muſca, ſic amplum Hiſpanorum Imperium non magis Reip. nomen meretur, quàm Raguſa, Geneva, Luca. Hinc Agellus in Nortmania titulo olim & privilegio regni donatus à Clotario I. Francorum Rege. Beſold. *in diſſ. Philologica n.* 7. Jul. Belluſ. *in Hermete Polit. fol.* 27. Sic ex hiſtoria Moyſis & Joſue apparet, quòd olim ſingulis urbibus ſinguli Reges ſeu Monarchæ imperaverint Geneſ. 14. *v.* 1. *&* 2. Ita Joſue occidit unum & triginta Reges in Palæſtina, Joſue 12. *v.* 24. Quin & in exercitu Agamemnonis multos fuiſſe Reges, tradit Homerus, parvis Inſulis imperitantes. in Arabia quoque ſingulis civitatibus ſuos fuiſſe reges, probat Beſold. *de Jure territ. cap.* 4. Quamvis credibile ſit, unum ex ipſis digniorem fuiſſe aliis propter text. Joſue 11. *v.* 11. Aſor antiquitus inter omnia regna principatum tenebat, & c. 13. *v.* 30. cuncta Regna Og Regis Baſan, ut ita vanum ſit commentum, qui politices ignari volunt, regem habere debere decem civitates. Lancell. *in templ. Ind. fol.* 471.

QUÆST. IV. *An Zingari de loco in locum commigrantes Remp. habere dicantur?* 31

Ratio dubitandi hæc eſt, quòd licèt in his deficiat conſenſus uno loco cohibitandi, ducem tamen habeant, & adſit conſenſus civiliter inter ſe communicandi: prout Scythæ olim illuſtre habuerunt imperium, quamvis hominibus inter ſe nulli fines nec domus ulla, tectum aut ſedes fuerit, qui armenta & pecora ſemper paſcebant, per incultas ſolitudines errantes uxores & liberos ſecum in plauſtris vehentes, Juſtin *lib.* 2. cujus vitæ generis autor fuiſſe videtur Jabal, Geneſ. 4. *v.* 20. Verùm cùm his territorium fuerit amplum, in quo nemo alius Jus dicere auſus fuit, aliud de Zingaris & id generis erronibus ſentiendum, qui nullibi locorum imperant, nec territorium habent, ſed ubique pro vagis mendicis habentur.

CAPUT III.

De Imperii Romani in ſpecie, Origine & Progreſſu.

SUMMARIA.

1. *Incrementa decrementa varia Sedis Apoſtolicæ.*
2. *Cur plures Pontifices quàm Impp. fuerint?*
3. *Imperii Romani vires.*
4. *Auguſti ortus & præſagia.*
5. *Prædictio Cæſari facta.*
6. *Decrementum Imperii.*
7. *Orientalis Imp. origo.*
8. *Occaſio diviſi Imperii.*
9. *Conſtantino Crux apparet.*
10. *Diviſionis alia ſententia.*
11. *Imp. aliquando unienda fuerunt.*
12. *Conſtantini Imp. laus.*
13. *Incrementum Imp. ſub Juſtin.*
14. *Omen tempore Juſtiniani.*
15. *Et ridicula evenientia.*
16. *Gilmer rex captus.*
17. *Decrementum aliud Imp.*
18. *Occidentalis Imp. origo.*
19. *Narſes Longobardos advocat.*
20. *Imp. aliud incrementum.*
21. *Iconomachia cauſa malorum.*
22. *Aquilæ duplicis denotatio.*
23. *Carol. M. Papam reſtituit.*
24. *Caſus Imp. incertus.*

25. *An Imperium adhuc Romanum?*
26, *Cur Rom. Germanicum?*
27. *An Imperium translatum in Carol. M. ut vel Franciæ vel Galliæ Regem?*
28. *Imp. cur Sacrum dicatur?*
29. *Reges aliqui Sancti.*
30. *Poteſtas curandi ſtrumas an ad Sanctitatem faciat?*
31. *Imp. Romanum an adhuc Monarchicum?*
32. *Imperatoris poteſtas tantùm reſtricta.*
33. *Mixtio Statuum an Monarchiam tollat?*
34. *An Majeſtas in real. & perſonalem rectè dividatur?*
35. *Ejus ratio.*
36. *An in omni libera rep. duplex majeſtas?*
37. *Subjectum majeſtatis realis.*
38. *Imperium an majus ſit Imperatore.*
39. *Status Imp. quomodo Capita vocentur?*

1 SIcut Pontificatus ſuum augmentum & detri-
mentum habuit, nam poſt longas perſecu-
tiones, poſtquam fidei Chriſtianæ lux publi-
cè affulſit, ſub Conſtantino M. à Sylveſtro
Papa, usque ad Papam Conſtantinum Syrum ad
tempora Juſtiniani 50. Pontifices primatum fir-
mârunt per 400. annos. II. ab hoc Conſtantino us-
que ad Gregorii V. tempora 56. Pontifices annu-
ente maximè Carolo M. ejúsque Succeſſoribus ma-
xima ſumpſit Incrementa. III. à Gregorio An.
300. usque ad Bonifacium VIII. ſtatus vigoris fuit,
quo ſummæ poteſtatis participes facti fuiſſe dicun-
tur, Pontifices in coronandis Imperatoribus. IV.
à Bonifacii VIII. tempore primatus cæpit vexari,
quod tempus decrementi, usque ad Carolum V.
ubi majora ſuſtinuit, ibíque curioſum eſt, quòd à
Carolo M. usque ad Ottonem III. fuerint 14. Impp.
& interim 49. Pontifices, ſive ſepties ſeptem nu-
mero II. ab Ottone III. usque ad Rudolphum I.
Imp. 14. & Pontifices 49. III. à Rudolpho I. usque
ad Rudolphum II. Imp. 14. Pontifices 49. IV. à Ru-
dolpho II. usque ad Leopoldum.

2 Majol. *dier. Can. tom. 3. col. 2. p. 175.* quod vix
mirandum, quia Pontifices frequenter in ſenio e-
lecti non diu vixerunt poſtea, Impp. verò etiam in
florida & juvenili ætate; Sic enim Sixto V. ſuc-
ceſſit Urbanus VII. dies paucos ſuperſtes, huic ſuc-
ceſſit Gregorius XIV. annum Pontificatu non
perficiens, ei ſurrogatus Innocentius IX. vix bi-
meſtri ſuperſtes. Majol. *tom. 1. col. 1. p. 6.* Ita quo-
que Imp. hoc Rom. ſuas habuit, & ſenſit vices,
nam & quarta hæc Monarchia Auguſtiſſimi Rom.
Imp. ex minutiſſimis Principiis in tantam excrevit
amplitudinem, ut totum terrarum orbem ſibi pœ-
ne adjunxerit. *Nov. 24. in præf. p. de Juſt. Cod.*
3 *confirm.* † Prima ejus origo cum condita urbe
Roma cæpit Anno mundi 3197. ſecundùm alios
3213. vel 3220. à capto ilio 431. ante natum
Chriſtum An. 751. regnante Oſia in Juda & Jero-
boam in Iſrael. *Spreng. in fragm. p. 752. Schönb. 5.
polit. c. 4.* Imperium à primo conditore Romulo
regale, Tarquinius Superbus inviſum populo red-
didit, qui 6. Calen. Martias regno exutus eſt Anno
mundi 3441. ante natum Chriſtum 507. Deinde
incrementum habuit tempore Ariſtocratiæ, quo
Patres imperabant. III. Vigorem & ſtatum habuit
tempore Democratiæ, cùm ſummum conſulare
Imperium plebi communicaretur. IV. Summum
verò vigorem quando fatali circulo confecto ad
unius Imp. Octavii Auguſti poteſtatem lege regia
res Romana devenit. † Auguſti Imperatoris 4
ortus dein incidit eum in diem, quo de conjuratio-
ne Catilinæ in ſenatu agebatur, quo cum tardiùs
Pater Octavius veniſſet, excuſans ſe ob puerpe-
rium uxoris, Nigidius natali hora inſpectâ dixiſſe
fertur: Dominum terrarum orbi natum eſſe:
Prædixerat Spurina. † Cajo J. Cæſari, ut pro- 5
ximos dies 30. ceu fatales caveret, quorum ulti-
mus erat Idus Martiæ; Cúmque eo mane fortè in
domo Domitii conveniſſent, Cæſar Spurinæ ait
Idus Martias jam veniſſe; & reſponſum accepiſſet
nondum præteriiſſe, Eo die Cæſar confoſſus, &
Auguſto aditus ad Imperium patefactus eſt. † V. 6
Decrementum defuncto Auguſto usque ad obitum
Cõnſtant. M. VI. Caſum cùm Gothi & Wandali
iterum Italiam, Africam, Hiſpaniam, aliáſque re-
giones devaſtârunt: Factum quoque eſt Imp. hoc
duplex; Orientale Græcorum, & Occidentale
Rom. Germanicum.

Orientalis Imp. origo eſt à Conſtantino M. 7
usque ad Juſtinianum. Poſtquam enim Conſtan-
tinus extinctis 4. tyrannis Diocletiano, Maximia-
no, Maxentio & Maximino, qui in Imperio hor-
rendam lanienam exercuerant, Anno Mundi

quater milleno ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Anno Romæ conditæ 1060. extincto etiam Licinio XXXIV. Rom. Imp. factus eſſet, is ſedem Rom. Imperii, Româ Bizantium, ſurrogato Romæ Silveſtro Papâ. *c. Conſtantinus, diſt. 96.* tranſtulit, quod à ſe Conſtantinopolin appellavit, Anno Chriſti 311. ſecundùm Carionem 310. juxta Caſſiodorum verò An. 331. quam D. V. Mariæ dicavit, 5. Idus Maij. cui eadem privilegia, quæ Roma habebat, conceſſit, & nova Roma etiam hæc dicta eſt. *§. fin. l. de ſatiſd. l. 1. §. 13. C. de Vet. Jur. En. l. 14. C. de SS. Eccleſ. Nov. 70. c 1. No. 131. c. 2.*

8 Occaſio prima diviſionis ſequens perhibetur ſub Conſtantio Cæſare: Helena virum ſuum Cæſarem tum erroribus infectum, tum ob ſanguinem Chriſtianum ſæpe à ſuis Imperii collegis effuſum expiare conata eſt, Gelen. *in Colon. Claud. lib. 1. Synt. 4. pag. 24.* qui (contra Baronium) Helenam matrem Conſtantini ante filii Baptiſma Chriſtianam fuiſſe contendit, ad morientem autem Conſtantium magnis itineribus advolans effecit, quod Conſtantinus M. ejus filius ab Ejoco Alemannorum Rege & Exercitu proclamatus eſt Imperii hæres, qui Coloniam feſtinans Rheno trajecto Francorum Reges vicit, cœpit, occidit, ad An. Chriſti 306. 307. & ſeq. apud Ubios, ubi citiſſima expeditione in Bructeros trajecit Rhenum ponte ſternens hoſtibus pacem petentibus, qui tamen rebellantes rurſus expugnari debuere. Cumque ei allatæ eſſent querelæ de Maxentii tyrannide, ex urbe & Italia contra ipſum meditanti expeditionem, ſe adjunxit ſancta Thebæorum, & Britannia Societas per Helenam culti cum aliis, quibus auſpiciis igniculus gratiæ divinæ afflatu matris ſuccenſus, ſenſim in flammam crevit, contra Maxentii ſuperſtitionem,

9 † Cum autem in Colonienſi Diœceſi caſtra moveret, quinto Nonas Maij claro Cœlo Imperator cum toto Exercitu apud Aram fluvium agri Colonienſis ſuper eum locum, ubi nunc eſt Sintzrig veteris facti memoriam ſignans, & hodie adhuc ſervans, Crux in Cœlo apparuit his literis circum lucentibus: IN HOC SIGNO VINCES: Victo deinde Maxentio, & velut altero Pharaone ſubmerſo in urbe Roma ſignum S. Crucis publicè erexit, tali elogio: HOC SALUTARI SIGNO VERO FORTITUDINIS INDICIO CIVITATEM VESTRAM TYRANNIDIS JUGO LIBERAVI, ET S. P. Q. R. VINDICANS PRISTINO SPLENDORI RESTITUI. Gelen. *d. lib. 4. p. 722.*

Diviſum hoc modo fuit Imp. in Orientale, cujus ſedes Conſtantinopolis, & Occidentale, cujus ſedes Roma manſit, ſicque Aquila biceps facta eſt.

† Diviſionem etiam nonnulli referunt ad 10
tempora Caroli M. quo imperante, quod ultra Neapolim erat, ad Orientale, quod ab altera parte ad Occidentale ſpectaſſe dicitur, qui cum Nicephoro Imp. Græco Societatem ita inivit ut orientem ille, Carolus vero Occidentem bicipitis aquilæ teneret, Münſter. *c. Coſmog.* Freher. *ad Pet. de Andlo de Rom. Imp. lib. 2. c. 14. p. 199.* unde verſ.

Picta biceps aquila hinc occaſum, hinc aſpicit ortum,
Alter ait noſtri eſt, Cæſaris alter erit.

Klock. *de ærar. lib. 1. c. 4. n. 2.* † Cumque An. 803. 11
Caroli M. Legati Conſtantinopoli reverſi, & Cæſaris Nicephori Legati Salisburgi hoc fœdus tractaviſſent & concluſiſſent, utrumque hoc Orientis, & Occidentis Imperium uniendum rurſus fuerat legatis de matrimonio inter Carolum, & Irænem Orientis Imperatricem tractantibus, niſi Nicephorus Legotheta Imperium invaſiſſet, ut ne quid à Carolo tentaretur, Auguſti ei titulum detuliſſet, Occidentis Imperium ſponte cedens ſola Sicilia, & quæ à Sipontinis verſus Græciam ſpectarent, retentis. Bucelin. *in An. pag. 46.* Ac licet illi Conſtantinopolitani Impp. deinceps dicerentur, nomen tamen Rom. Imp. à ſe non abdicârunt, ut ex eorum reſcriptis epiſtolis & nummis probari poteſt. *facit. l. ſi quando. 35. C. de Inof. teſt. princ. proœm. Inſtit. ibi & princeps Romanus.* Quódque ante Cæſar dictator, & Severi Imp. filii Caracalla & Geta aliquando propoſuerant, ut novam urbem conderent, quâ in Oriente Imperium fundaretur, hic in effectum deduxit; Germanos enim Dacos, Getas, Sarmatas, aliaſque nationes inter Rhenum, Danubium, Mare oceanum & Scythicum, ſolitudines ita repreſſæ erant, ut nullæ incurſiones, aut vis ab iis facilè pertimeſcenda eſſet, Orientales verò & leviſſimos maximè Syros, Perſas, & alios hac novâ urbe in officio contineri poſſe ratus eſt. In hoc uno non ſatis cautus, *juxta* Gold. *p. 1. de Elect. regis. cap. 4.* quòd præcipua Imperii ſuſtentacula limites Romani orbis, qui ab Auguſto ſuper Rhenum & Danubium 15. legionum præſidio firmiſſimè

Digitized by Google

miſſimè muniti erant, iis translatis in Orientem ſuſtulit, eorum loco caſtella condens, & ripas debilibus ſubſidiis munitas relinquens, unde Barbarorum, Gothorum, Wandalorum, Alanorum, aliorumque copiis invaſum & occupatum, ex quo ruina occidentalis Imp. primò manavit, quod non dudum, poſt deceſſum Conſtantini M. qui cùm regnaſſet annis 24. menſibus 5. diebus decem, mortuus eſt non abſque ſuſpicione veneni, 22. Maij, Anno ab urbe conditâ 1088. Barbari enim, quos omnino proſtratos exiſtimaverat, fluviorum ripis trajectis, nullo negocio oppida, & caſtella, præſidiis ſolitis nudata vel infirmioribus munita, facilè expugnârunt, Romanas provincias Imperiúmque miſerè vaſtârunt, & exactis Imperatoribus brevi Roma Imperii domicilium Barbarorum facta eſt mancipium, cùm vix 140. annis à morte Conſtant. lapſis, Odoacer Herulus Rex Gothorum, Italiâ & urbis Româ potitus eſt, poſtquam alii Gothorum reges Italiæ 77. An. præfuerunt, quæ tamen omnia, ut futura contingentia, prævidere non
12 potuit bonus Imp. † Si ingenium, ſi pietatem & reliqua in principe ſpectanda ſpectes, minimè contemnendus, licèt eum omni convitiorum cœno obruerit Zoſimus, præter quem nemo unquam repertus eſt Chriſtianus, qui poſt 11. ſæculorum decurſum famam ejus lædere tentârit, ſed mirum non eſt, quòd homo à Chriſtianâ religione alienus, Idolorum hoſtem ſubverſoremque odio & invidia
13 proſecutus ſit. † Incrementum hoc Imperium ſumpſit à Juſtiniano Imp. qui primò cum Juſtino, deinde ab An. 527. ſolus imperavit annis 38. ſub quo per Beliſarium & Narſen duces Italiæ, & Africæ potentiſſimæ provinciæ, & quæ de terrarum orbis Imperio dudum decertaverant, barbarorum manibus ereptæ Romano Imp. reſtitutæ ſunt, Perſæ debilitati, Erulos quoque Hunnos, Antaras, Gepidas, Alanos, Zannos, Abyſſinos, Blemmias & alias innumeras gentes Juſtiniani auſpiciis edomitas tradunt hiſtorici & legiſtæ *ad proœm. Inſtit.* in quo non ſolùm incredibilem animi virtutem, juſtitiam & pietatem, verùm etiam immortale quoddam Dei Opt. Max. beneficium admiratur omnis poſteritas, quicquid contra obganniat Procopius & noviter quidam Alemannus, quos rectà refellit Thom. Riccius Regis in Angl. Advocatus An. 1628.

Cùm Juſtiniani tempore Samnites pueri per 14
luſum ex ſe unum pro Beliſario, alterum Vitigem elegiſſent, Vitiges autem iſto luſu victus eſſet, hunc pueri ex arbore ſuſpenderunt, & lupo veniente fugerunt, quod pro Juſtiniano ſignum boni ominis habitum; ſub eodem Juſtiniano captus eſt Conſtantinopoli piſcis, qui jam Bizantio 50. annis infeſtus fuerat, adduxítque tunc quidam Conſtan-
tinopolim † canem, ad quem ſpectandum cùm fre- 15
quens populus concurriſſet, multique annulos ſuos in acervo ante eum poſuiſſent, ipſe Domini juſſu cuique ſuum citra omnem errorem reſtituit, idem canis rogatus, quis ex adſtantibus dives, quis pauper, quæ mulier, vidua, virgo, meretrix eſſet, abſque errore monſtravit, veſte cujusvis ad quæſtionem manu apprehenſa, ex Zonara Majol. *tom. 1. col. 7. p. 171.*

Sub eodem, cùm Rex Gilmer à Beliſario 16
gravi clade afflictus cum ſuis in Numidia montem acceſſu difficilem profugiens, dein victus inedia & frigore confectus ſe dediſſet, in triumphum Conſtantinopolim ductus, Juſtiniano Imperatori præſentatus, id unum ſiccis congeminabat oculis, Imperatorem in throno intuens, & ſuam conſiderans dejectionem, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*; qui Gilmer Hildericum Wandalorum Regem, in Africa à matre olim fide Chriſti imbutum ſanguine proximus ipſe Arrianus ceu ignavum, ante accuſans hoc apud Wandalos obtinuerat, ut eo capto & interfecto accuſatori ſceptrum, & coronam deferrent, Imp. Juſtin. autem Hilderici viduam, & filios uti ex Valentiniani ſanguine ſibi cognatos benignè habuit, & coluit, Gilmerem autem cùm Arrianiſmum deſerere nollet, inter patritios referre noluit, ſed tamen terris quibusdam in Galatia donavit. Ann. Bucelin. *pag. 20. & ſeq.* plura de vita Juſtin. tradunt DD. *ad proœm. Inſt.* & in ſpecie Giphanius. Status Imperii hujus à temporibus Phocæ, qui interfecto Mauritio An-
no 603. creatus eſt Imperator. † Decrementum 17
à Baſilio, Caſus ab Andronico uſque ad excidium Conſtantinopolitanum quando à Mahomete Amurathis filio occupatum & direptum fuit, útque urbs Conſtantinop. à Conſtantino M. S. Helenæ filio inſtaurata, ſic ſub Conſtantino Paleologo alterius Helenæ etiam filio occupata fuit, unde Jornandes ajebat: In iis ſæpè regna deficiunt, à quorum nominibus inchoant.

18 Ad Occidentale quod attinet, ejus prima
origo eſt à Longobardis: nam poſtquam Gothis
exactis & Italiâ Imperio Orientis adjunctâ, hæc
proprium Imp. habere deſiit, quæ olim Imperium
ipſum pepererat, cùm Narſes ducis titulo Italiæ
præfectus injuriis Theodoræ Auguſtæ laceſſitus
eſſet. Ex quo enim Auguſta hunc Narſen oderat,
vel quòd Eunuchus eſſet, vel quòd dives, vel quòd
majorem jubendi poteſtatem haberet, eique dixe-
rat: *Narſes, cùm Eunuchus ſis, non vir, non es*
muneri tanto idoneus, itaque in textrinam, ubi
puellæ texunt, abi, & operare: ad hæc aculeata
verba ſedatè reſpondit: *Eam telam orditurus diſce-*
do, quam ipſa fortè, dùm vixeris, detexere non po-
19 *teris.* † Hinc Neapolim profectus, legatos in
Pannoniam ad Longobardos, miſit, ſuadens ut re-
lictâ terrâ incultâ, frigidâ, aſperâ, in Italiam fer-
tilem, temperatam & opulentiſſimam venirent,
miſſis ſimul equis velocibus, pomis ſuaviſſimis,
metallis puriſſimis, aromatibus odoriferis & ve-
ſtibus ſericis, quibus abundabat Italia, quâ occa-
ſione vaſtantes totam Italiam ingreſſi, eàque po-
titi ſunt Anno Chriſti 566. Carion. *lib.* 3. *hiſt. pag.*
mihi. 143. Guevar. *in horol. princ. lib.* 1. *c.* 16.

20 Incrementum ſumpſit tempore Carol. M. Cùm
enim Romani Pontifices ab orientalibus Impp.
contra Longobardorum ſævitiam opem implo-
raſſent, fruſtra autem, tum quòd vix vires ſup-
peterent, iis, propter vicina loca à Saracenis,
Avatibus, Bulgaris, Hunnis & aliis tuenda, tum
quòd Conſtantinop. Impp. in Iconomachiæ hære-
ſin lapſi, cum Pontificibus, ipſorum hæreſi adver-
ſantibus ſimultates habebant, qui non tantùm
SS. Imagines Conſtantinopoli & in Oriente impiè
abradi juſſerant, ſed idem Romano Pontifici ſub
pœna mortis perſuadere volebant; quorum amen-
tiam Gregor. II. Pont. non ſolùm contempſit, ſed
etiam in Miſſarum ſolennibus Orientalis Imp.
nomen reticeri voluit, ejus imaginem Romæ in
nummis cudi & Leoni Iſaurico tributa & vectiga-
lia tam Italiæ quàm urbis Romæ ſub Anathemate
ſolvi vetuit, unde quicquid in occidente Impp.
Conſtantinopolitanis ſupererat, id amiſerunt.

21 Præfata Iconomachiæ hæreſi Ann. 767.
ortâ prima inter Orientalem & Occidentalem Ec-
cleſiam controverſia fuit de S. Trinitate, & ſacris
imaginibus *Annal. Pipin. p.* 62. ubi Leo III.
Imp. Conſtantinopolitanus edicto publico per
totum ſuum Imperium imagines SS. tolli manda-
vit Conſtantinopoli, cui ſe opponens Gregor. II.
Papa Cæſarem excommunicavit, & Imperio amo-
vit, ſurrogatúſque eſt poſt Leonem Conſtantinus
V. cúmque Papa convocatâ Synodo Ravenæ coli
imagines juſſiſſet, Conſtantinus convocatâ Sy-
nodo per Græciam Patribus amolitione con-
cluſâ exemplo patris ſui easdem ſuſtulit, &
combuſſit mandans Paulo Papæ, ut juxta con-
cluſum hujus Synodi idem faceret, qui tamen
Pipini Francorum Regis viribus fidens hæc ven-
to commiſit, Conſtantinus moriens filium reli-
quit Conſtantinum VI. qui ducta Irene unum fi-
lium Conſtantinum impuberem reliquit: Hæc
convocatâ Synodo in Nicæa imaginum uſum re-
duxit ante à Leone III. & aliis proſcriptum, Con-
ſtantinus autem VI. jam adultus, cùm Imperio po-
tiretur, rurſus easdem dejecit, Papa econtra pro
imaginibus perſtitit; Hic Conſtantinus dein do-
lo matris Imperio privatus in carcere aſſervatus
eſt. Nicephorus autem Imp. ad ſe traxit, & ima-
gines rurſus dejecit, quem imitati ſucceſſores
Conſtant. Impp. excepto Theodoro qui in Concilio
Lugdunenſi Galliæ ad partes Papæ tranſiit Impe- 22
rio ideò exutus. † Quia autem Aquila avium re-
gina cenſetur, ideò duplex Orientem & Occi-
dentem deſignat, Freher *ad And.* 1. *c.* 14. *fol.* 199.
& Romulo in monte plures primò apparuiſſe a-
quilas quidam tradunt, non vultures, ut com-
muniter, licèt hic faſciculos fœni in vexillis uſur-
pârit. Hinc Pontifex Greg. II. ad Francorum
regum opes longè latéque per Occidentem floren-
tes confugit eas contra Longobardos evocando,
cúmque Carol. Martellus Francorum Dux pro
Papa Gregorio apud Luitprandum Longobardo-
rum regem precibus egiſſet, ejúſque Filius Pipi-
nus vel hortatu vel rogatu Stephani Papæ, contra
Arſtulphum armis uſus eſſet, *c. hortatu* 10. 23. *q.* 8.
tandem paternæ & avitæ pietatis heres Carol. M.
Romanam ſedem & urbem pro Hadriano Papa,
contra Deſiderium Longobardum bello tutatus
eſt. *d. c.* 10. *junct. c. Hadrianus.* 22. *diſt.* 63. devi-
ctâ Papia cœpit Deſiderium regem. *d. c.* 22. † Qui 23
Carol. cùm ſedem Romanam opibus & temporali
ditione extollerat, Ravennam cum Exarchatu, &c.
de Longobardis captam Sedi Romanæ largitus

eſſet.

eſſet, à Papa Francorum primò mox Longobardorum Rex, inunctus & Patricius Romanorum creatus, quæ tum ſuprema in urbe erat dignitas. Cùm inſuper in occidente Conſtantinopoli Irene mulier filio Conſtantino oculis privato, Imperii habenas ſola tractaret, hâc occaſione, Leo III. Papa populi ſcito & cleri rogatu Carol. M. ob egregia in Chriſtianum nomen & Romanam ſedem merita Romanorum Imp. Occidentis primò, & inunctum & diademate aureo redimitum Auguſtum appellavit 8. Calend. Jan. ipſo die natalis Chriſti Anno Chriſti 801. & ſubſecuta eſt mox populi acclamatio, ſicque primus ex Francis Romæ veteris & Occidentis Imp. creatus eſt majorum Romano more regnandi jure Occidenti reſtituto. Coring. *de Rom. Imp. n.* 24. Acta & Vitam Carol. M. deſcripſit Eginhard. ipſius Alumnus. Status hujus Occidentalis Imperii fuit ab Ottone ad Rudolph. Habſpurgenſem. Decre-
24 mentum à Rudolph. ad Carol. V. † Caſus eſt de reſervatis ſolius Dei; perennem enim & cum omni ævo duraturam fœlicitatem divina ei ominantur oracula. Daniel. 2. v. 44. & 7. v. 18. *jam futuram.* 12. q. 1. quod olim etiam perſuaſum fuit Ramanis juxta illud Virgil.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono.
Imperium ſine fine dedi.

V. Beſold. *de rep. cur. ſub n.* 14. quemadmodum enim aquila ſenio non oppetit nec ægritudine, ſed fame, Plin. *lib.* 10. *nat. hiſt. c.* 3. & immunis eſt à fulmine, ita hujus Imperii dignitas ad finem mundi durabilis eſt: Et ut aquila humeris ſuis portat pullos ſuos; Ita Deus auxilio paterno Imp. ſublevabit & Imperii hujus membra, omnes fucos qui irretortis oculis veram Dei fidem pertinaciter intueri nolunt, vel agnoſcere, & advolant deprædandi ſtudio, potenter repellet. Schönb. 4. *polit. c.* 4. *in fin.*

Hanc autem eſſe quartam Monarchiam, de qua vaticinatus eſt Daniel, probatur 1. Illud Imp. eſt ultima Monarchia, in quo de monte abſciſſus eſt lapis, Daniel, 2. v. 34. ſed id factum ſub Imp. Rom. quando Anno Auguſti 42. de monte, id eſt, de V. M. abſciſſus, & natus eſt ſine opera virili lapis Chriſtus, Luc. 2. v. 1. & B. Virgo anno ætatis ſuæ 14. genuit Salvatorem. Gelen. *in Colon. Claud. Syntag.* 1. *pag. quæ de re conſulendi Theologi, add.* Petrum de Andl. *lib.* 2. *c. ult.*

QUÆST. I. *An hoc Imperium adhuc dici poſſit Romanum?* 25

Affirm. Sequitur ex dictis; aut enim adhuc durat Imperium Rom. aut prophetia Danielis fallit, juxta quam perdurabit usque ad adventum Chriſti in noviſſimo die in judicio & throno ſuæ majeſtatis, D. 7. v. 9. vel in nubibus Dan. 2. v. 13. non hoc, ergo illud. Et hinc in receſſibus Imp. paſſim vocatur das Heilige Römiſche Reich Teutſcher Nation/ ac licèt accidentia mutata ſint, ſubſtantia tamen manſit, accidens autem non mutat ſpeciem ex doctrinâ Philoſophorum. Hinc iiſdem Imp. adhuc utitur inſigniis, quibus priſci Impp. videlicet aquilâ, quæ regem deſignat apud Ezechiel. c. 17. v. 3. atque ita de hoc vaticinatus eſt Moyſes Deuter. 28. v. 49. Marium enim in bello Cimbrico aquilam in vexillo habuiſſe legitur. Beſold. *in Theſ. Verb.* Adler.

Accedit, quòd omnes in orbe Romano degentes Cives Romani dicantur, *l. in orbe de ſtat. hom.* & Roma communis omnium ſit patria. *l. Roma ad Municip.* Apoſtolus quoque Paulus ſe civem Romanum dixit Actor. 25. v. 10. cùm tamen Tharſo, Ciliciæ oppido natus eſſet: Sic Imperium I. Aſſyriorum, quandóque Babylonicum dicitur, cùm tamen una fuerit Monarchia, cujus ſedes fuit in Ninive, dein translata Babylonem, unde dictum etiam fuit Babylonicum, nec tamen propterea deſiit eſſe Aſſyriacum, ſed primam denominationem retinuit. Eſaiæ 14. v. 25. Schönb. 5. *polit. c.* 4. *pag.* 489. Quin & hoc unum ſufficet ad omnem hunc ſcrupulum tollendum, quòd olim translato Imperio Bizantium, Romanum tamen dictum ſit Imperium, ut & Imperator Conſtantinopolitanus dictus adhuc eſt Romanus, *l.* 35. *C. de Inof. teſt.* §. 1. *l. procem.* Reinck. *de reg. ſæc. lib.* 1 *claſſ.* 2. *c.* 3. Quid quòd hodierna Germanorum nobilitas maximè à Romanis deſcendat: Romana, verò in Italia plurimùm defluxerit?

Non obeſt, quòd Roma tranſlata ſit ad Papam, eique pareat, *c. Conſtantinus. diſt.* 96. unde ergo dici poteſt Imp. Romanum? R. I. Romam non tam caput quàm ſedem fuiſſe Imperii; ſedes occidit, Imperium autem ad Germanos devenit. R. II. ibi Romam cenſeri, ubi Romanus eſt Imperator, unde Bizantii novâ ſede Imperii conſtitutâ hæc nova Roma dici cœpit. §. *fin. de ſatiſd.* Et Lucanus ait:

Veios habitante Camillo
Illic Roma fuit.

Zaſ. *in parat. n. 10 D. de his qui ſui vel al.* Sic & Roma Avenione fuit, Pontificibus ibi annis plùs minùs ſeptuaginta viventibus, nullus tamen Papa ſe Avenionenſem, ſed omnes Romanum appellârunt: Item ubi Helena, ibi Troja, Herod. *in Muſit.* Moravitzky *de S. R. I. pag. 13.* ubi dicta Blondelli refellit.

26 QUÆST. II. *Cur Romano-Germanicum non Germanico-Romanum vocetur?*

℞. Id requirere Romani nominis præcellentiam & dignitatem, quâ aliis præit.

Ante citos quantum Pegaſus ibat equos. & quia ad principium formatur eventus, réſve quævis ab origine potiùs denominanda. *l. 1. §. 13. ff. depoſit. adde latiùs* Lymn. *in annot. ad capit. Carol. V. ad verba* Römiſch Reichs. *pag. 100. & ſeqq.*

27 In dubium quidem vocari ſolet, An in Carolum Magnum tanquam Germanum, vel Regem Franciæ translatum ſit Imperium; pro priore facit, quòd Carolus Magnus Germanus fuerit, qui menſibus & ventis nomina indidit germanica, quibus adhuc utimur; Ejus pater Pipinus Moguntiæ à Bonifacio conſecratus in Germania ſedem fixerit.

28 QUÆST. III. *Cur hoc Imp. Sacrum dicatur, & quandóque etiam Sacroſanctum.*

An quòd ſanctione pœnali ab injuria præſervetur, pœnâ cap. & perduellionis in ejus violatores conſtitutâ, *l. fin. de R. D. t. t. ad leg. Jul. Majeſt.* An quia leges ſanctæ, *l. Sanctio de pœnis.* vel ſacratiſſimæ, *§. & cùm ſacratus procem. Inſt.* legum cultores ſacerdotes, *l. 1. de I. & I.* Multò magis Imperium ipſum propter quod hæc omnia ſunt talia, ex communi axiomate, propter quod unumquodque tale, illud ipſum magis tale eſt: An quòd multi Impp. ſancti, at hoc longè petitum, fuerunt enim etiam multi Athei & mali, prout Regi Galliæ titulum ſancti tributum refert Lymn.
29 *in annot. ad cap. Carol. V. p. 97.* † quòd multi Reges, qui illi præfuerunt, ſancti ſint, quæ licentia eò excrevit, ut vigeſimum quemque Regem ab eo, qui primus inter ipſos fidem Chriſti ſuſcepit, ſanctum determinare quis auſus fuerit, addens ad Regem Ludov. XIII. Domine vos eſtis XX. Rex Galliæ poſt S. Ludovicum, ut ille fuit XX. poſt Carolum M. in numerum SS. relatus: verùm hinc regulam de XX. formare, periculoſum eſt, cùm ſit ex cenſu earum rerum, quæ ſemel aut bis eveniunt, unde non reſultat regula. *l. 3. & 4. de legib.* Sic & in Hungaria quinque Reges Wenceslai fuerunt, & ex his duo Sancti. In Hungaria duo Stephani, ex quibus unus in numerum SS. relatus. In Caſtellano Regno duo Alphonſi, primus ob pietatem Catholicus, ſecundus ob pudicitiam caſtus; Inde quinque Ferdinandi, ex quibus tertius Sanctus habetur; unde tamen, ſicut nihil infertur, ita etiam nihil inferri poteſt. In Gallia duodecim Ludovici fuere, & in his Ludovicus Sanctus, Novem Caroli, quorum primus Carolus Magnus, ut & in Anglia Eduardi novem, quorum ſecundus eſt Martyr & Sanctus, poſt Eduardos Henrici Octo, ex quibus laudatiſſimus eſt Quintus.

Nec facit quicquam ad ſanctitatem Regum 30
Galliæ poteſtas curandi ſtrumas: nec hoc Sanctitatis ullum eſſe poteſt indicium, nam & mulier Adriani Imperatoris genua oſculata viſum recepiſſe legitur; Pyrrhus Epirotarum Rex dexteri pedis pollice ſplene laborantes curabat, cúmque Rex mortuus combureretur, ſolus ille digitus integer manſit. Maj. *tom. 2. coll. 2. p. 122.*

QUÆST. IV. *An Imp. Romano Germanici Status adhuc ſit Monarchicus?*

Præſuppoſito quòd tres adminiſtrandi ſpecies miſceri poſſint, & detur Status reip. mixtus, 31
ut oſtendit Beſold. *in diſſert. ſing. de ſtatu reip. mixto, cont.* Bodin. *2. de reip. c. 1.* Imò nec Monarchiam, nec Ariſtocratiam, nec Democratiam ullam puram ſine temperamento unquam extitiſſe, nec hodie extare propugnat Knichen *diſſ. reip. 3. coroll. ult.* Conzen. *1. polit. cap. 14. §. 3.* quod tamen aſſerere non audeo. Quòd ſi tamen miſceantur, & hæ formæ intendantur & remittantur, & una prædominetur, ab hac faciendam eſſe denominationem, ſuadet *Arg. l. quæritur de ſtat. hom. l. 2. in fin. ff. ad l. aquil.* cùm mixta contineantur ſub ſimplicibus & iis, quorum naturam magis participant, quâ ratione non malè dicitur hæreditatis petitionem, & tria judicia fam. heriſcundæ, com. divid. fin. reg. quæ mixta dicuntur, *l. 7. C. de hæred. pet. §. quadam, I. de act.* verè eſſe realia Judicia, quia præſtationes perſonales abeſſe & adeſſe poſſunt, non etiam natura realitatis:

Licet

Licèt itàque in S. R. I. Electorum Collegio Ariſtocratia, in quibusdam Imperii Civitatibus Democratia, in quibusdam hæc cum illâ mixta reperiatur, ein enger Raht oder Ausſchuß/ quod ad Oligarchicam imperandi rationem tendit. Beſold. *in th. pract. v.* Geheimer Rath. De hiſce tamen ſubordinatis hic non eſt quæſtio, ſed de ſumma Rom. Imperii & Imperatoris poteſtate ac imperio, cui hæc ſubordinantur & conjunguntur: Et quòd Imperium hoc adhuc Monarchicum ſit propter Monarchiæ prævalentiam, ſuſtinet poſt alios Reinck. *de reg. ſec. l. 1. claſ. 2. c. 2. n. 52. & ſeqq.* quam ſententiam licèt ſolidiſſimis rationibus magni nominis Juriſconſulti & Politici fundent, tamen poſt optimorum meſſorum terga ſpicas colligendo, hinc manifeſtum evadit, I. quòd olim Monarchicum Imper. & Majeſtas fuerit apud Pop. Rom. *l. 7. §. pen. de capt. & poſſ. l. 1. §. ad l. Jul. Maj.* hic autem omne ſuum Jus transtulit lege Regia in Imper. *l. 1. de Conſt. pr. §. ſed & de I. G. C.* Unde fortuna Imperialis ſupra omnes alias eminere dicitur, *l. cum multa. in fin. C. de bon. q. lib. Nov. 30. in præf. c. 2 in pr. de re Jud. in 6.* eâ nihil ſanctius in terris habetur. *l. fin. C. de ll. l. Titius. 87. de ll. 2.* de Jure mundi dominus dicitur, *l. 9. ad l. Rhod. l. bene. C. de quad. præſc.* Sed hoc nullibi revocatum legitur, ergò adhuc durat, *l. præcipimus C. de appell.* Cùm de præterito in præſens præſumatur, *l. fine C. de prob. Clar. 5. ſent. text. 8. q. 35. n. 8.* Unde & hodie Imperii omnium Statuum & Principum Imperii dicitur & eſt dominus clementiſſimus, R. A. zu Augſpurg/ *An. 1525. in pr.* omnes & ſinguli Status obedientiam ei & ſubjectionem tanquam ſupremo Domino debent, *Conſtit. Imp. ſub tit.* von Handhabung des Friedens/ *de Anno* 1521. Similiter titulus Majeſtatis tribuitur ut ll. noſtris *l. Imp. §. 1. de hered. inſtit. l. famoſi 7. §. hec tamen 3. ad l. Jul. Maj. l. 4. C. de ll. l. ſi Imperialis. 12. in pr. & fin. C. eod. l. fin. C. de don. inter vir. & ux. Proœm. Inſtit. in pr.* Ità hodie paſſim teſtantibus receſſibus Imp. cùm nec Rex Bohemiæ, nec Daniæ titulo Majeſtatis in Conventibus Imp. & Electoralibus ubi ut membra Imperii adſunt, polleant. Beſold. *in th. Verb. Majeſt.* Alii autem Imperii Principes Eminentiæ, Serenitatis & Celſitudinis titulo contenti ſint. Bod. 1. *de rep.* 10. *p.* 233. At inſurgunt contradictores nemini niſi Imperatori titulum Majeſtatis in Imperio Romano-Germ. tribui, id autem intelligi vel reſpectu Imperii, cujus autoritatem Imp. repræſentat, aut ex antiquæ poteſtatis relicto veſtigio, aut pro inani ſimulacro habendum eſſe, & ita fieri more Germanis uſitato, qui ubivis ac ſemper inanium titulorum ſint largiſſimi, & voce Majeſtatis abutantur, & addit Bodin. 1. *de rep. c.* 10. quòd hæc curialia nihil poteſtati imperantis tribuant, vel addant; ſin autem non circa corticem verborum hærere, ſed rem ipſam ſepoſito omni partiali affectu inſpicere velimus, cùm non in nomine, ſed in plenitudine poteſtatis Majeſtas & Monarchia conſiſtat, aliâs nihil ad rhombum faciat, an quis Dux, Rex, vel ſua Majeſtas vocetur, *juxta Feudiſt ad t. feud. Quis dicatur dux.* Verùm hæc erronea eſſe, hinc patet, quòd Juriſconſulti veteres, quorum reſponſa in Pandectis extant, Majeſtatem Rom. Imper. adſcripſerint, qui verborum proprietatis religioſiſſimi fuerunt obſervatores. Cujac. *ad l. 8. de Exe. tut.* & obſtat ipſis commune hoc, quòd verba ſemper in ſignificatione propriâ accipienda ſint, niſi abſurdus inde vel ineptus ſequatur intellectus. *l. 19. de ll.*

At replicant; Quicquid fuerit olim, hodie poteſtatem Imperat. reſtrictam, ut majeſtatis eſſentia ei adempta ſit, cùm teneatur Imp. Imperio ſeu ordinibus actionum ſuarum rationem reddere, & ſi dignitate Imperiali indignus judicetur, à gubernaculis & Imperio removeri poſſit, ut Exemplo Adolphi Naſſovienſis, & Wenceslai probant; Cùm aliàs ii qui Majeſtatem habent Monarchæ, nemini præterquam immortali Deo rationem reddere cogantur. Bodin. 1. *de rep. c.* 8. Ad hanc replicam reſpondendo licèt negari non poſſit quoad modum adminiſtrationis modernæ in Imp. Rom. Germ. Monarchiam magis quàm olim temperatam eſſe, ut aliàs declarabitur, quia tamen adhuc Monarchia prævalet, à prævalente denominatio priſtina manet. *arg. d. l. queritur.* 32

At hanc mixtionem diverſarum formarum Monarchiæ cum Ariſtocratia rejicit Bodin. 2. *de rep. c.* 1. verùm refellitur per tradita Bodin. *in diſſert. Sing. de ſtat. reip. mixt. c.* 1. cui favet quotidiana experientia: Ait Bodin. tres illas reip. formas Monarchiam, Ariſtocratiam, Democratiam ſpecies eſſe naturæ planè contrariæ, legibus & principiis conſtare contrariis, media & fines habere 33

bere contrarios: Et ſicut Monarchia in unius ſumma & abſoluta poteſtate conſiſtit, ſic contrà Ariſtocratia optimatum, & popularis Democratia unius imperii impatiens ſit, & in his eo tenditur, ne unus ſed plures vel omnes clavum teneant, unde infertur, quòd ſtantibus iſtis contrariis motibus ac intentionibus, hos ſtatus inter ſe collidi neceſſe ſit, vel excitari graviſſimas diſcordias, ut armis tandem diſcernatur, donec unus ſtatus purificetur, & aut ad unum, vel plures, vel univerſos ſumma deveniat poteſtas, ut de diſſenſionibus patrum & plebis veteres hiſtoriæ commonſtrant: Hoc tamen nihil attento, cùm videamus, quòd ex 4. elementis contrariarum qualitatum ipſa rerum natura conſtet, & mundus ipſe, quæ contrarietas non tantùm naturam non deſtruit, ſed admirabili temperamento variè exornat: Item ex repugnantibus inter ſe humoribus natura hominis coagmentata eſt, in qua calida cum frigidis, humida cum ſiccis pugnant, flava bilis & fel amariſſimum cum dulciſſima pituita; quâ diſcordiâ & temperamento ſublato, homo, natura & mundus interitura ſunt: Ex diverſi quoque toni fidibus ad ſymmetriam intentis ſonus oritur gratiſſimus & melodia ſuaviſſima, gravibus mediis & acutis conjunctis: Cur non eodem modo Reſp. ex diverſis & contrariis conflata conſtare poſſet ex diverſarum perſonarum gradibus, ex ſocietate imperantium & parentium, per ſummam unius monarchæ poteſtatem, ſicut anima in corpore humano, natura in mundo contrarias inter ſe qualitates devinxit tali temperamento, ut in ſuaviſſimam harmoniam conſpirent, ſi ſumma poteſtas per alias temperetur: Sic durante Democratiâ Romana plebs non potuit abolere Jura Patritiorum, & Senatus; ac viciſſim plebis libertas contra optimates defenſa fuit. Si itaque tunc non repugnavit Ariſtocratiam cum Democratia junctam fuiſſe, nec hodie pugnabit mixtio Monarchiæ cum Ariſtocratia. Repugnet eſſe contraria in eodem ſubjecto in gradu æquè intenſo, at in gradu remiſſo non repugnat; nec impedit unum eundémque in aliquo gradu frigidum eſſe & calidum, album & nigrum, magnum & parvum: Ita & honoris & majeſtatis ſui ſunt gradus, & majeſtas alia major, alia minor eſt, hæc autem æquè ut illa majeſtas, ut muſca non minùs eſt ſubſtantia quàm elephas, & minima capitis diminutio Jure noſtro æquè eſt capitis diminutio, ut maxima & media, *t. t. de Cap. minut.* ita majeſtas capitulationibus hodie reſtricta æquè majeſtas eſt, ut olim illimitata. Hinc & prætori majeſtas aliqua ſed infima. *l. 11. de I. & I.* hoc eſt dignitas & decor. *l. 1. de poſtul.* At & Deo altiſſimo Majeſtas æterna, aliis Impp. temporalis tribuitur, *l. fin. in pr. C. de feriis. l. non diſting. 32. §. Sacerdotio, de recept. qui arb. Auth. Gazaros. C. de haret.* Quæ divina tamen tranſcendens eſt, ad quam venerandam omnia noſtra ſtudia & actiones dirigimus cum Imp. *in l. 1. C. de off. praf. prator. Afric.*

QUÆST. V. *An in uno imperio duplex eſſe poſſit Majeſtas?*

Non hic de concurſu Majeſtatis Divinæ & humanæ, ſed de humana tantùm dubium eſt. Sive 34
an Majeſtas reperiatur in Imperio & Imperatore, qui eidem præficitur? Reſp. in eodem Imperio pluribus Majeſtatem ſecundùm gradus & reſpectus diverſos tribuere, non eſt abſurdum: Unde enim eſt Majeſtas Imperii, altera Imperatoris; illa realis; hæc perſonalis: Utraque inſinuatur verbis receſſuum illis, in Unſer und des Reichs Stadt. Beſold. *diſp. polit. de majeſt. in Gen. c. 1. §. 4.* Et hanc realem etiam Imp. Juſtin, *in §. 2. de publ. Jud.* poſtquam jam dudum lege Regiâ majeſtas & poteſtas pop. Rom. in principem fuit translata, agnovit & adhuc tamen in populum & Rempublicam Rom. crimen læſæ Majeſtatis committi dicit, *l. 1. §. 1. ff. ad l. Jul. maj.* Bocer. *de Crim. laſ. Maj. c. 1. n. 25.* ſervavit enim poſtea adhuc majeſtatem, *l. 7. §. 1. de capt. & poſtlim. reverſ.* † Ratio autem duplicis majeſtas hæc eſt: Cum enim Imperii regnorum & rerump. finis ſit, ut bene beatéque vivatur, finis autem moveat agentem, neceſſe eſt remp. ea poteſtate valere, quæ ad illum finem eſſequendum eſt neceſſaria, illa autem poteſtas tùm in optima conſtitutione, tum in conſtituta laudabili adminiſtratione conſiſtit, nec itaque ſufficeret ſola poteſtas adminiſtrandi, ſeu poteſtas & majeſtas perſonalis; ſed altera inſuper exigitur realis, à quâ iſta perſonalis promanat, quæ facit alios imperantes, alios parentes, & ſi imperantes ſemel conſtituti extincti ſint, novos ſurrogat, qui ab aliis aliter appellantur, in Imperio noſtro Imperatores alibi Reges, alibi Duces, Protectores, &c. Beſold. *d. loc.* Hæc realis Majeſtas Reip. coæva eſt, & durat quamdiu

diu ipſa Reſp. non mutatur, aut vi majore, aut omnium quorum intereſt conſenſu. Sic in Imp. Romano-Germ. exulat ſucceſſio, & Imperatore mortuo ſucceſſor à Septemviris juxta A. B. eligitur, interim verò Vicarii Imperii proſpiciunt, ne quid interregni tempore Reſp. damni accipiat; & ſicut ante hàc ſeptem EE. ad hoc aſſumpti, ita jam placuit communi conſenſu octavum Electorem adjungi. *ex Inſtrum. pac. Germ. Suec. à 4. §. quod ad domum Palatinam.* Item in Galliis ad majeſtatem realem pertinet, quòd primogenitus maſculus proximus agnatus ſuccedat, per l. Salicam deficiente prole maſcula fœminæ arceantur, & per pares Regni proximus denominetur, & LL. fundamentalibus hæc continentur qualis in Imperio noſtro eſt A. B. & Capitulatio Cæſarea, in Gallia d. L. Salica, in Suecia hereditaria unio, alibi Majeſtat Brief / Land-Freyheit / Land-Vereinigung. In regno quoque Turcarum tales extare leges, hinc colligitur, quòd Ann. 1622. Turcarum Imper. Oſmannus à ſuis occiſus perhibetur, ob ſuſpicionem quaſi ſedem Imperialem in Aſiam transferre vellet, Beſold. *in hiſtor. Turcica. fol. 1339.* Quamvis effectus hujus realis majeſtatis non ſemper nec quovis tempore apareant, ſed durante majeſtate perſonali dormiant, aut ſint velut Roſa per hyemem in radice vel ſuſpenſo. Ac licèt Paulus *in l. 169. §. 1. de R. I.* dicat, quòd pendet, pro eo eſt, ac ſi non eſſet. Tamen dici poteſt, quòd dies hujus majeſtatis, ſi nondum venit, ceſſit tamen: *l. 223. de V. S.* Ad hæc aliqui majeſtatem realem oppugnant hac catapulta; ut majeſtatem Imperatoris perſonalem eo magis amplificent, ajunt; quòd majeſtas propriè ſit in re animata, quæ verò Imperio & rei inanimatæ tribuitur, impropriè talis ſit, ac per conſequens non mereatur nomen majeſtatis. Uti Herodes, qui metaphoricè eſt vulpes, non eſt vulpes; & Deus qui impropriè habet manus, non habet manus. ℞. Namque quòd Imperium conſtituant Status, quorum ſingulæ perſonæ animatæ ſunt, ex quibus coeuntibus totum Imperii corpus componitur; & licet univerſitas animam non habeat particularem, univerſi tamen habent, quibus conjunctis majeſtas competit, quam realem dicimus: Utraque ſumma ſuo modo; Realis quidem in ordine fundandi Imperium, perſonalis ſumma in ordine regendi, Realis in Imperio noſtro eſt perpetua & ſempiterna, cui durationem ad conſummationem ſæculi divina oracula, ut d. promiſerunt, perſonalis tantùm per ſurrogationem, *facit l. proponebatur. 76. de judic.* At inſtant, duo ſumma in eodem ordine dari implicat. ℞. Poſſe ſine implicantia juxta diverſum reſpectum dicto modo prout in ſimili conſilium Aulicum Imperii & Judicium Camerale utrumque recte ſupremum dicitur, hoc in R. A. zu Augſpurg An. 1530. §. und damit / illud verò à Matth. Imp. in concept. des neuen Hof-Rahts-Ordnung / de Anno 1614. tit. 1. §. Jedoch iſt unſer.

QUÆST. VI. *An omnes liberæ reſpublicæ realem habeant majeſtatem?* 36

Dubitat quidem Bertius, *in diſcurſ. de Juriſprud. publ. Germ. c. 2. concl. 8.* Sed de unaquaque id affirm. Carpz. *de capit. c. 1. n. 15. in prin.* Beſold. *2. Polit. c. 2. n. 4. & de majeſt. ſect. 1. c. 1. n. 5.* cujus affectus apparet, ſi non aliis, ſaltem hoc caſu, quo populus dominatur ſubjectis, vel pro derelicto habetur; vel morte omnes imperantes amiſit, ut novos ſibi ſucceſſores & reip. formam conſtituere non poſſit, Schütz. *de I. publ. vol. 1. diſp. 3. Th. 5. lit. C.* quarum rerum diſpoſitio ad imperantem non pertinet, niſi populi permiſſu, prout quandoque in gratiam chariorum ſibi principum judicium eorum & diſpoſitionem de ſucceſſore (quem alias nominare ipſis fas non eſſet,) ratam habent. Bertius *de Jure maj. c. 2. concl. 5.*

QUÆST. VII. *Quodnam in Imp. noſtro ſit hujus realis majeſtatis ſubjectum genuinum?* 37

Quidam EE. eſſe arbitrantur, Bert. *in d. diſc. 1. c. 2. c. nc. 4. & 9.* Tum I. quòd hi *in A. B. c. 12.* vocentur baſes & columnæ Imperii. Tum II. quòd his competat jus & neceſſitas eligendi Imp. *c. 4. §. 2. A. B.* & quidem jam Jure quaſi proprio non ampliùs nomine mandati nec precario *juxta Bert. d. l. n.* 10. in quo conſiſtit fundatio Romanog. Imperii. Tum III. etiam quòd EE. jus habeant Imperium Imperatori electo committendi, & pro Statu Reip. alias & alias leges ſive Capitulationes novo Rom. Regi præſcribendi, Carpz. *d. Capitul. c. 1. n. ult.* Demum IV. ut meritum inveſtiendi ſic immeritum deveſtiendi jus EE. uſurpant, & quædam alia, &c. Verius tamen eſt, ſi non univerſus populus, qui lege Regia Principi jus primitus dedit, ſaltem reliquos Principes & Status Imperii in majeſtatis

realis ſocietatem Electoribus eſſe adjungendos. Pro populo facit, quòd quicquid agunt circa Electionem Capitulationes, &c. Electores, id nomine reliquorum Principum & Populi agere videantur, acſi id fieret à totâ univerſitate Principum & Populi nomine. Carpz. *d. loc. n. ult.* Pro Principibus verò facit Elect. Moguntini ad cæteros Electores in electione Carol. V. habita oratio; Conciliabit, inquit, vobis benevolentiam Principum, qui vobis tantæ rei arbitrium ſolis commiſerunt. Pro omnibus Statibus facit, quòd A. B. non tantùm Elect. & Principum, ſed omnium Statuum conſenſu & approbatione facta ſit, adeóque ipſis Jus per hanc reip. fundationem quæſitum. Ad hæc EE. integrum Majeſtatis realis aſſem non obtinere, hinc colligitur *ex c. 1. §. cùm autem A. B.* quòd ipſi virtute fidei, quâ ſacrum tenentur proſequi Imperium, eligendi jus habeant, unde ipſi ſoli A. B. mutare, & novam reip. formam ſine concurſu aliorum Statuum inducere nequeunt, Lym. 1. *de l. pub. c.* 11. *n.* 130. prout poſt A. B. in conventibus Imp. Status omnes ſua ſuffragia cum EE. comportare videmus. Nec his obſtant verba A. B. *c.* 12. ubi dicitur, duratura ad placitum Cæſaris & EE. ℞. Hæc de materia ibi ſubjecta tantùm intelligenda, de loco ubi EE. congregatio fieri poſſit: Ad ſupra objecta pro EE. ℞. ad I. non ſolos EE. eſſe baſes & columnas ſed cum aliis junctos, licet præcellentiores columnæ ſint. II. Jus eligendi ipſos habere nomine Imperii, quòd autem aliquando id dicantur habere ſuo nomine, id ambiguè dici videtur, non quòd poſſint eligere, vel non, aut aliam formam reip. inducere, ſed ideo quia ſtante hâc reip. formâ, nulli alii jus eligendi ſibi arrogare poſſunt, & nunc EE. ex vi legis Imperii ſeu A. B. electionem peragunt; ad hæc rectè dicitur meum eſſe, quod mihi cum alio commune eſt. *arg. l.* 46. *ff. de Rit. nupt. l.* 5. §. *fin. de Leg.* 1. Sic Maximus Imp. (ut ab Herodiano proditum eſt) populi etiam imperium agnovit, dum ait: Nobis adminiſtratio tantùm & diſpenſatio unà vobiſcum demandata eſt. Caput Imperii eſt Imperator, non totum corpus; & ut in corpore humano etiam aliarum partium ſunt functiones, ita adhuc corporis & populi eſt Majeſtas ſua realis ſuo modo & tempore.

38 Quæst. VIII. *An Imperium ſit majus Imperatore vel contra?*

In hâc Quæſt. Bodinus neſcio quâ odii vir uleatiâ ineſcatus linguæ laſciviâ, & petulantis calami crenâ Majeſtatem Imp. Rom. non penes Imp. ſed Principes & Status Imp. reſidere, nec Imperatorem caput ſummum eſſe, nec Majeſtatem habere ſuſtinet, & conſequenter Imperio primas defert, his motivis: I. quòd conſtituens tanquam cauſa prima major ſit conſtituto, ne plus ſit in cauſato, quàm profluit ab influente potentiâ cauſante; ſed Imperium ejúsque nomine EE, Imperii conſtituunt Imperatorem, ergo. II. dependens non eſt majus eo, à quo dependet; ſed Imperator ab Imperio dependet, ejúsque beneficio imperat. III. Prius eſt dignius, Imperium autem eſt antè, & prius Imperatore. IV. Imperator eſt propter Imperium, non contrà; propter quod autem unumquodque tale, id eſt magis tale, juxta axioma Philoſoph. Verùm hæc & ſimilia tanti momenti non ſunt, ut ſupremam Imperatoris Majeſtatem enervent. Contrarium autem ex ſeqq. potiſſimùm apparet, quòd in receſſibus Imperii Imperatores ſuam autoritatem Imperii autoritati præferant. R. A. *de Anno* 1566. §. Demnach. ibid. zu Erhaltung Unſer und des Heiligen Reichs Autoritet, *& aliàs:* Jn Unſer und des Heiligen Reichs Stadt/ꝛc. *Item*: Anno 1594. §. Dieweil dann in Unſer und des Heiligen Reichs ſchwere Ungnad. Quod etiam abſente Imperatore Status & Proceres Imperii Imperatori tribuerunt (ne quis dicat priora teſtimonia eſſe domeſtica & in cauſa propria adeóq; ſuſpecta) Comitiis Auguſtanis *An.* 1525. *circa princ. &* zu Eßlingen/ An. 1526. *ibid. in p.* Als ſie der Kayſerl. Majeſt. und dem Heiligen Reich verwandt und ſchuldig ſeynd. Reinck. *c.* 1. *claſ.* 2. *de reg. ſec. n.* 70. *& ſeqq.* Ad argumenta in contrarium allata reſpondendo. Ad I. Negatur major, cùm Princeps ſupremus, etiam alium ſupra ſe conſtituere, eique ſe ſubmittere, & jus poteſtatis in eum transferre certo modo poſſit, ut fecit Populus Romanus lege Regiâ; diverſum eſt, ſi Princeps poſt ſe deinde conſtituat Proconſules & Magiſtratus, qui tanquam Imperatoris & Imperii ſubditi poſt ſe Juriſdictionem exercent. Sic Cardinales creantur à Papa cum voto aliorum Cardinalium conſiſtorialiter, & hi conſtituunt Papam, cui tamen ſubſunt. Sic Canonici Capitulares Arch: & Epiſcoporum, Religioſi Abbatem, nec tamen Archie-

Digitized by Google

chiepiſcopo, Epiſcopo & Abbate ſuo ſuperiores ſunt, ut proinde diſtinguendum cum Reinck. *de Reg. ſæc. lib. 1. claſ. 5. c. 9. n. 20.* inter translationem ſummi Imperii & conceſſionem Jurisdictionis à principe factam, his, qui in partem ſollicitudinis aſſumuntur, illa ſuperioritatem inducit in accipiente & ſubjectionem in eligente, hæc verò ſuperioritatem in electo & ſubjectionem in eligente. Quod autem de cauſâ primâ influente allegatum fuit, obtinet tantùm in cauſis permanentibus non etiam in tranſeuntibus, poteſtas autem, quam populus conſtituens, & nomine populi Electores uſurpârunt, non manſit apud conſtituentes, ſed in Imperatorem tranſivit; donec vivit, vel quoad vacet Imperium, tunc enim Ordinibus Imperii Jurisdictio ſuprema habitualiter ineſt, & per Sereniſſimos Imperii Vicarios exercetur, donec eligatur novus Imperator, in quem dein omnis poteſtas ſumma & majeſtas perſonalis tranſit. Ad II. ℞. quoad originem conſtitutionis Imperium dependere ab eligentibus, non tamen actuali poteſtate gubernationis, cùm poſt electionem jam Dei ordinatione Princeps imperet. Ad Rom. 13. V. 1. *l. 1. C. de Vet. Jur. Enucl. N. 73. in præf.* unde non EE. beneficio, ſed Dei gratiâ ſeſe imperare, Principes edictis publicis profitentur. Ad tertium dicitur majorem non eſſe abſolutè veram, ovum enim eſt prius pullo, non tamen dignius, & embryo prior eſt homine, non tamen præſtantior, ſic animalia bruta & cætera creata ſunt ante hominem, & tamen homo ultimò creatus cæteris dignitate antecellit. Ad IV. ℞. Illud axioma obtinere in cauſis naturalibus eſſentialiter connexis, & per ſe agentibus, non verò in voluntariis, ſic medicus eſt propter ſanitatem, non tamen ſequitur ipſum eſſe magis ſanum, quàm ſanitatem ipſam; ſic Chriſtus paſſus eſt propter nos homines, non tamen nos Chriſto digniores.

At dices: Status Imperii capita vocantur. 39
R. A. *de An.* 1524. §. weiters. & §. vornemlich zwiſchen den Chriſtlichen Häuptern. Caput autem cujusque rei ſupremum & digniſſimum cenſetur, *facit l. 44. de Relig.* ℞. hanc appellationem ſtatibus non tribui ſimpliciter & abſolutè, ſed ratione ſuorum ſubditorum per quandam analogiam & convenientiam, Arum. *de I. p. vol. 4. diſc.* 43. prout etiam paterf. caput ſuæ familiæ appellatur *l.* 195. §. *fin. de V. S.* Imperator autem ad differentiam ſummum caput, das Ober-Haupt vocatur. R. A. *de An.* 1566. §. Und nach dem auch / *circa fin. ibid.* Wie Wir dann als Römiſcher Kayſer und Ober-Haupt im Römiſchen Reich / cui reſpondet verſus Guntheri:

Nullum caput iſta ſuper ſe
Aſpicit excepto cælorum rege poteſtas.

CAPUT IV.

De Imp. Romg. Dignitate & Amplitudine veteri.

SUMMARIA.

1. *Ambitus terræ.*
2. *Amplitudo ſola non tribuit Imperio præeminentiam.*
3. *Romani Imperij præcellentia.*
4. *Davidis Ungnadij factum.*
5. *Amplitudo Imperij olim.*
6. *Amplitudo ſub Trajano.*
7. *Imperium eſt inſtar peculij.*
8. *Africa ſub Imperio fuit.*
9. *Mahumetana Secta origo.*
10. *Aſia Imperio paruit.*
11. *Græcia ſub Imperio fuit.*
12. *Conſtantinopolis urbis occupatio.*
13. *Macedonia & Ægyptus ſub Romanis fuit.*
14. *Perſia, Arabia, Chaldæa & Judæa Romanis ſubfuit.*

15. *Palaſtina iudem paruit.*
16. *Italia ad Imperium pertinuit.*
17. *Mechtildis donatio.*
18. *Hiſpania ſub Imperio fuit.*
19. *Theſauri inveſtigatio infelix.*
20. *Neapolis Juris Italici.*
21. *Neapolitani Regni vires.*
22 *Gallia Romanis paruit.*
23. *Portugallia quomodo exempta.*
24. *Arelatenſe Regnum.*
25. *De eodem.*
26. *Britannia Rom. Imp. Provincia fuit.*
27. *Anglia Imperio ſubdita.*
28. *Dania ſubacta.*
29. *Hungaria Tiberio paruit.*
30. *Polonia Imperij fuit.*
31. *Polonia latitudo.*
32. *Geneva qualiter exempta.*
33. *Florentia exempta.*
34. *Boruſſia Imperio adjecta.*
35. *Livonia Imperio addita.*
36. *Tranſylvania ſubtracta.*
37. *Veneti an ſub Imperio fuerint.*
38. *De Lucenſi Rep.*
39. *De Senenſi.*
40. *De Mediolano.*
41. *Galeazius Dux Mediolanenſis.*
42. *Meta, Tulla, Verdunum, qualiter ab Imperio diſceſſerint.*
43. *Sedunenſis Epiſcopus.*
44. *Loſanenſis Epiſcopus.*
45. *Helvetiorum Exemptio.*
46. *Helveti olim à Vicariis regebantur.*
47. *Sabaudus Imperij Vicarius.*
48. *Lotharingia Dux.*
49. *Burgundia & Belgij Provincia.*
50. *De Hollandia.*
51. *Belgij hodierna diviſio.*
52. *Neomagum unde dictum.*
53. *Zutphania Comitatus.*
54. *Luca.*
55. *Romania.*
56. *Troja in Aquila.*
57. *Beneventum.*
58. *Tuſculanenſe Caſtellum.*
59. *Todi Comitatus.*
60. *Tridentina Civitas.*
61. *Rhegij & Mutina Comitatus.*
62. *Delphinatus.*
63. *Statuum avulſorum numerus.*
64. *Civitates Imperiales avulſa.*
65. *Aquila deplumata.*
66. *Deminutio ſucceſſiva.*
67. *Imperator, an bona Imperij alienare & oppignorare poſſit.*
68. *Neceſſaria alienatio.*
69. *Qualiter licita.*
70. *Imperator, an eos, qui ſe ſubducunt, revocare poſſit.*
71. *Ottonis IV. Intentio perdita recuperandi.*
72. *Friderici I. Imp. & Adriani Papa diſſenſio.*

1 TErræ univerſæ ambitus juxta pleróſque ad 21. millia milliaria Italica, ſecundum alios ad 31000. ſive 540. milliaria Germanica ſe extendit in circuitu. Münſter. *in Coſm. pag.* 2. quam amplitudinem etiam quævis minima ſtella ſuperat, D. Thom. *ſup. Matth. cap.* 24. quædam autem multis modis excedunt, licèt ob diſtantiam videantur minimæ; Majol. 1. *Canic. coll.* 1. *p.* 34. Jo. *de S. Boſco.* ubi diſtantiam ſingulorum cœlorum ad terram proponit, ita, ut ſi ſingulis diebus quis hinc ad Lunæ globum 60. milliaria conficere poſſet, quinque anni & duo menſes, ac plus temporis ad hoc requireretur. Ex ejus partibus Europæ pars minima dicitur; Sub Trajano autem Romani Imperii latitudo fuit 90. gradium, latitudo verò ejus ab Æquinoctiali ſeptentrionem verſus ad 45. minus gradus fuit (unde hodie vix decem tam in longitudinem, quàm latitudinem reſtant) ubi cuivis gradui 60. milliaria Geographi aſſignant, vel Germanica quindecim, quorum gradium 300. totum orbem complectuntur, Klock. *de arar. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 61. Freher. *in not. ad Andlo. cap.* 18.

Verùm Imperio alicui ſola amplitudo præ- 2
eminentiam non tribuit, *ut dicetur inf.* adeoque Imperii & Imperatoris Majeſtati dignitati præeminentiæ per Provinciarum defectionem aut detractionem nihil deceſſit, † quanta Imperatoris Romanog. dignitas & præcellentia ex ſeqq. facilè colligitur.

I. Quòd felix Rom. genus omnibus ante- 3
poni nationibus & gentibus dominari cæperit. *L.* 1. *C. de Juſt. Cod. Conf.*

II. Quòd

II. Quòd fortuna Imperialis omnes alias emineat. *l. cùm multa. in fin. C. de bon. quæ lib.*

III. Quòd hoc in terris nihil habeatur ſanctius. *l. fin. C. de ll. l. Titius. 87. ff. de leg. 2.*

IV. Quod mundi dominus dicatur Imp. *l. 9. ff. ad l. Rhod. l. bene à Zenone, C. de quad. præſc.* ita ut hoc negantem hæreticum dicat Bald. referente Bullæo *horarum ſucciſivarum. diſc. 5. pag. mihi.* 347. Coring. *in diſcurſ. de Imp. n. 5.* quas aliasque prærogativas ipſe Turcarum rex verbo & facto agnoſcit, dum eidem ſcribit: Aus den Potentaten JEſu dem vornehmſten/ dum aliorum Regum legatos ſtantes, Imperatorios verò ſedentes audire dicitur; cúmque Carol. V. Legatus à Rege Turcarum conſidere non eſſet juſſus, pallio quod habebat ſubſtrato inſedit, & mandata Imp. ſui expoſuit, conſurgens verò idipſum reliquit: Interrogatus autem à Turcis, cur id faceret, vel potiùs monitus, ut pallium ſecum ſumeret, ſalsè reſpondit, Cæſaris legatum ſellam portare non ſolere, Arum. *de Jure pub. diſc. 1. pag. 9.* quamvis hodie etiam à legatis Cæſareis ſtando legationis Capitula proponi ſolere referat Reinck. *de reg. ſæc. lib. 1 claſ. 2. c. 7. n. 53.* & ita ſervari à legato quodam Cæſareo intellexi. † Cúmque David Ungnadius Legatus Cæſareus Conſtantinopoli Sultano valedicturus eſſet, & Legatus Perſicus priùs ad divanum ſive audientiæ locum acceſſiſſet, & conſpicatus hic Perſam primum locum occupâſſe, inſalutato Sultano diſcedere vellet; Mahometis Baſſa Conſiliarius Perſam licèt Mahumetanum loco inferiore ſedere juſſit, idque in celebritate circumciſionis, quæ duravit totis 40. diebus & noctibus, præſentibus Conſtantinopoli maximorũ propè totius orbis Principum legatis. Bullæ. *horar. ſucciſ. diſc. 5. p.* 346. Quibus accedit Alphonſi regis Neapolitani elogiũ, cui cùm adulatores exprobrarent Fridericum Imp. ſuperiori ſellâ locatum, reſpondit ipſe: Nos Reges omnes debemus reverentiam Imperatori, qui eſt Caput & Dux Regum. Hinc non dedignantur varii Reges, qui in ſuis literis Imperatorem tit. Ew. Majeſt. affantur, ab ipſo titulum Ew. L. recipere. Et ſi unquam adverſarii confeſſio quid momenti habuit, habet hîc Bodini Germani nominis hoſtis accerrimi, qui *lib. 1. de rep. c. 9. fol.* 227. ait, licèt Principes omnes Chriſtiani poſt Pontificem Imperatori loco cedant, quam præcellentiam etiam nec Galliæ, nec alii Reges eorumque legati apertè excutere auſi fuêre, nec Jus præcendentiæ ſibi arrogare. Hac tamen noſtrâ memoriâ An. 1634. in nuptiis deſignati Regis Daniæ Chriſtiani V. omnium ferè ex Europâ principum legatis decoratis, novo ſed occulto auſu, ex humanitate, quam hoſpites hoſpitibus debent, præcedentiæ fundamenta jaciendi legatus Gallicus callidum ſuſcepit conſilium, ſub officii enim & Curialitatis aulicæ ſpecie Celſiſſimum Holſatiæ Principem Fridericum Ferdinandi II. Imp. legatum, in conclavi ſuo ſe inviſere velle nunciavit, ſéque in congreſſu & diſcurſu Celſitudinis titulum Principi tributurum, modò ſciret, tum dexterum ſibi locum durante viſitatione tributum, tum Excellentiæ titulo ſe honoratum iri; quas machinationes Cæſareus legatus advertens reſpondit: Se nil mirari, ſi vel ab alio vel Gallico Legato Celſiſſimi titulo honoretur, ſed injuriam fore non levem, ſi id non fieret, deinde ſe ſponte noſſe, quid loci titulive hoſpiti tribuendum, & quam perſonam ſuſtineret, proinde uti penes legatum Gallicum eſſet, viſitationem vel perficere, vel omittere, ita & ſibi omninò certum eſſe, nihil omittere aut facere, quod in ejusmodi ſolennitatibus Majeſtati Imp. tantillum detrahere poſſit. Schütz, *Vol. 1. diſp. 3. Th. 2. in fin.* Quid quod Gravellano exprobranti nihil emolumenti Cæſari ex Imperio accedere, regeſſit Philippus Landgravius Haſſiæ; At quanti eſt, quòd Carol. V. authoritas ſuper omnes concilietur Reges Sleid. *lib.* 17. Et hinc Carol. V. dicere ſolebat: In aliis Regnis ſe ſervis dominari, in Germania Regibus. In Conviviis Papæ, ſi adeſt Imperator, paratur pro eo ſedes ad dexteram Papæ, & menſa ſuper plano, ubi ſolus comedit Imperator. pro aliis verò Regibus menſa remotior. Plures Imperatoris præcellentias allegat Goldaſt. *in Polit. p. 11. de prærog. Imp. Germ.* ubi multis oſtendit, quòd non tantùm Imp. ſed etiam Romanorum Regi præcedentia præ Regibus Galliæ de Jure competat, ad quem amatæ brevitatis gratiâ ſit remiſſio.

5 Ad amplitudinem Imperii tranſeundo, non pauci eandem oſtendere volunt *ex l. 9. ff. ad l. Rhod.* ubi Imperator mundi dominus dicitur, *junct. c. futur. 15. 12. q. 1. vid. Chaſſan. in Catal. glor. mundi, p. 5. conſ. 28. per tot.* quod teſtimonium quidam, ut in

ut in propria cauſa ſuſpectum habent, *juxt. l. nullum. C. de Teſtib.* Alii volunt *d. l. 9.* intelligi de mundo muliebri ejúsque ornatu, uti mundus in uſu juris aliquando capitur, ſed hanc interpretationem nec comparatio *in d. l. 9.* facta, nec citatus textus Canonicus admittit. Amplitudo ejusdem ſatis probatur *per text.* Luc. 2. *v.* 11. ubi decretum exiit à Cæſare Auguſto, ut totus orbis cenſeretur, quæ ſolutio cenſus ſubjectionis evidentiſſima eſt probatio. *c. quanta. X. de Cenſib. c. licet. X. de probat.* quamvis quidam per figuram majorem partem pro toto capiant, Coring. *n.* 10. Ab initio quidem anguſtius fuit, quando vix manipulus hominum fuit agreſſum; poſteà verò ita crevit, ut totus penè terrarum orbisei obediret; *juxta N.* 24. *in præf. Nov.* 11. *in præf. N.* 30. *c.* 12. *Nov.* 9. *in præf. Nov.* 26. *c.* 2. ſucceſſu autem temporis plurimùm decrevit, manſit tamen, in ſua formalitate Imperium, ſicut una vel altera ſpecies de genere ſubtracta vel etiam plures non faciunt perire genus, & ſpecies etiam in uno individuo conſervatur ex Philoſophorum doctrina. † Ejus longitudo
6 ſub Trajano, Diocletiano & Conſtantino adhuc 90. graduum fuit, quorum 300. abſolvunt orbis circulum, latitudo fuit 45. graduum, gradui autem tribuuntur 60. milliaria vel germanicorum 15. Hodiè verò, quod Imperatori paret, vix longitudinem & latitudinem 10. graduum implet, & ſic vigeſimam partem veteris facit, quam tamen computationem ſcrupulo non carere, ait Schütz. *vol.* 1. *diſſ.* 1. *th.* 17. *lit.* 6. *in fin.* 4.

Eſt Imperium inſtar peculii *l.* 40. *de pecul.*
7 ideóque incrementum & decrementum recipit, Knipſchild. *de Civit. Imp. lib.* 5. *c.* 1. *p.* 1004. *n.* 7. Habuit aliquando Roma 334. turres, & 37. portus in ambitu, 2000. paſſus, ad 5. circiter milliaria Germanica, cujus muros ex vivo lapide reparavit Tarquinius ſuperbus; Münſter. *pag.* 174. hodie tantùm 20. portas habet, habuit aliquando mille Senatores, nec in ea dives habebatur, qui annuo ſuo cenſu legionem alere non poſſet, prout Lucullus Romanus Civis, quem Cæſar togatum Xerxem appellabat, 25. millia hominum honorificentiſſimè hoſpitio excipere poterat, nec ipſe ſolus, ſed erant in urbe 20. millia Civium, qui cum ipſo divitiis concertabant, ut Julio II. Papæ perſuaſum; Cæſar autem opes Civium auxit, quando campum ſtellatum, & agrum Campanum Reip. relictum diviſit inter 20. millia, vel ſi id melius placet, 2. millia civium; Præter hos quoque erant alii ditiſſimi, Plinius enim Senior, vir doctiſſimus ac ditiſſimus Romanæ claſſi præfectus, cùm in Hiſpania procuraret, Licinio Commentarios 40. millibus nummûm vendidit, pretium autem recipere reſpuit, quod ſibi pecunia afflueret. Plinius quoque junior non minus liberalis fuit, quam horum temporum munificentiſſimi Principes, aut Reges, nam Quintiliani filiæ nubenti non rogatus contulit 50. millia numinûm, & hoc munuſculum appellavit; Romano autem Firmo ſibi à puero noto, ut in ordinem equeſtrem cooptari poſſet, dono dedit 300. millia, & multa alia, cui Deus ita benedixiſſe creditur temporaliter, quòd apud Trajanum datis ſuis literis egerit, ut perſecutio Chriſtianorum intermitteretur, cùm ipſe Plinius jam ante à perſecutione abſtinuiſſet in Hiſpania, ut nil dicam de Seneca.

Verùm ſi nunc Italiæ & Romæ antiquam iſtam dignitatem & præcellentiam, Senatorii ordinis ſapientiam, Equeſtris virtutem & diſciplinam, à mari usque ad mare palmites extenſos, & Inſulas extra urbem poſitas de præſenti opponere vellet, poſſet, ut Fridericus I. per ſuos Legatos, teſte Friſing. *lib.* 2. *c.* 21. ex improviſo non improviſè reſpondit, reſponderi; Fuit quidem olim in Romana Republica iſta virtus, ſed ſenſit viciſſitudines, ſola non potuit evadere, æterna lege, & ab omnium auctore ſancitam ſub lunari globo degentibus ſortem; Clarum eſt, qualiter Nobilitatis robur translatum ſit ad Orientis urbem Regiam Bizantium, & per annorum curricula ubera Romanarum deliciarum Græculus eſuriens ſuxerit, ſupervenit Francus, verè nomine & re Nobilis, eámque, quæ adhuc reſidua fuit ingenuitas, attraxit: Si nunc intueri quis velit antiquæ Romæ gloriam, Senatoriæ dignitatis gravitatem, tabernaculorum diſpoſitionem, Equeſtris Ordinis virtutem & diſciplinam, ad conflictum procedentis intemeratam audaciam, Germanicam intueatur Rempublicam, in qua hæc cuncta juncta ſunt, ad quam omnia ſimul cum Imperio dimanârunt; Nec enim nudum Germanis ceſſit Imperium, ſed virtute amictum venit, ornamenta ſua ſecum traxit, penes Germanos nunc ſunt Conſules Romani, pe-

nes

Digitized by Google

nes eos Romanus Senatus, penes eos miles Romanus, Proceres Francorum nunc Reges Romanorum. Orbem conſilio regere; equites eorum ab ipſis injuriam propulſare debere, gloriatur Roma, Carolum ipſum Civem, dein Principem factum. At; nunquid Carolus virtute ſua expugnatis Græcis, & Longobardis urbes, & Italiam eripuit? teſtantur id Deſiderius & Berengarius. Tempore Friderici Barbaroſſæ Italiæ & Germaniæ reditus ſe ad 60. auri tonnas adhuc extendebant. Knipſchildt. *de Civit. lib. 5. c. 1. p.* 1004. *n.* 1.

8 Fuit olim ſub Imperio Romano Africa, ſteriliſſima quidem, ſed locis quibusdam fertilis, ubi Ægypto conterminâ eſt, ibi frumenta, ad 5. cubitorum altitudinem creſcunt, & calami non ſunt minores digito, fructum vero referunt ad 30. & 40. bis in anno meſſis eſt, & poſt prima ſata non ſeritur, ſed ſponte, quæ à culmo grana deciderunt, in novam meſſem reſurgunt, & miſſæ fuerunt ad Neronem 340. ſtipulæ ex uno grano; ſed hoc in quibusdam ejus locis fit. Majol. 1. *coll.* 17. *pag.* 392. quam Imperii arcem appellat Cicero *in orat. pro Ligario*, quæ à Scipione ditioni Romanæ adjecta eſt, unde Africani nomen obtinuit, quam refractariam in ordinem redegit Cæſar, ubi Ligarius, cùm infirmum Tuberonem applicare ad oram, quam tenebat, nec aquam haurire permiſit, accuſatus, & à Cicerone defenſus eſt. *l.* 2. *§. poſt hoc quoque ff. de O. I.* Quàm cùm annis 9. Wandali tenuiſſent, qui animarum fuerant ſimul hoſtes & corporum, animas quidem diverſa tormenta non ferentes rebaptizando, corpora verò liberis natalibus clara jugo barbarico duriſſimè ſubjugando, Eccleſias perfidiis ſuis maculando, & nonnullas in ſtabula convertendo. *l.* 1. *C. de off. præf. prætor. Afric.* Imperator Juſtinianus libertati & Imperio reſtituit. *d. l.* 1. *N.* 37. Nunc ejus partem Turca, partem Rex Hiſpan. tenet, qui loca quædam in ora maritima poſſidet; maxima verò ex parte Abyſſinorum Regi & presbytero ſeu pretioſo Joanni paret, qui ex Salomone & Reginæ Candacis proſapia ortum ſe jactitat, & religionem Chriſtianam Judaicis mixtam ceremoniis profite-
9 tur. ✝ Mahumetana Furiarum ſecta Heraclio imperante orta eſt, Klock. *de ærar. lib.* 1. *cap.* 5. Mahumetes autem Arabs humili loco natus, à Sergio Chriſtiano edoctus, eam promulgavit ex Judaiſmo, Paganiſmo, & Chriſtianiſmo conflatam, Mahumetes verò II. Turcarum Imperator duo Imperia Conſtantinopolim, & Trapezuntum ſibi ſubegit Regna 12. rapuit, Urbes 200. recuperavit, Majol. 2. *coll.* 4. *pag.* 356.

II. Aſiam Attalus Rex hæreditariam fecit 10
pop. Romano, & Tyberio paruit Teſte Tacito *lib.* 4. *ann.* nunc à Turcis, Perſis, Moſcis, Tartaris & aliis detinetur, quamvis nec totam Aſiam & Africam (America enim olim incognita fuit) Romanis ſubjectam fuiſſe tradat Coring. *d. l. n.* 8.

De Græcia vid. *Halicarnaſſ. in antiq. Rom. lib.* 11
7. ſub qua Peloponneſus, Lacedæmonia, Theſſalia, Epirus, Creta, Euboea, Thracia, violentiâ Gothorum ſubtractâ, jam Turcis parent.

In obſidione autem & occupatione luctuoſiſ- 12
ſima urbis Conſtantinopolitanæ Ann. 1453. nimium ſuperſtitionibus & vaticiniis tribuerant Chriſtiani, quorum fiducia vim Turcici Exercitus propellere ſperabant, fore ſcilicet, ut ab hoſte potentiſſimo occuparetur pars urbis, verùm cùm is perventurus eſſet ad locum celebrem, qui à Tauro Æneo nomen habuit, eum à civibus ejectum iri, qua ſpe freti, cùm ob varias oppugnationes Turcæ pulſis defenſoribus mœnia occupâſſent, major pars Civium in Taurum confluxêre, ſed aliter evenit, nam tanta fuit Civium conſternatio, ut potiùs per adverſam portam verſus mare ad naves fugerent, quàm reſiſterent hoſti, imò prædicto oraculo ficti cuſtodes portam fugienti agmini occluſerunt, útq; cogi non poſſent ad eam denuo reſerandam, claves extra muros projecerunt, hócque vaticinium etiam ante cauſa fuerat, ut Cives & milites in mœnibus defendendis minùs conſtantes ad fatalem illum locum ſe intempeſtivè reciperent, hoſtique maturiùs aditum ad mœnia deſertis propugnaculis patefacerent. Majol. *tom.* 2. *col.* 2. *p.* 131.

In ſpecie quòd Macedonia provincia fuit 13
pop. Rom. tradit Sleid. *de* 4. *ſum. Imp. lib.* 1. Ægyptus regnum antiquiſſimum ſimul & fertiliſſimum, cujus mentio fit. *Geneſ.* 11. cujus reges olim Pharaones, deinde Ptolomæi appellati ſunt, ſicut noſtri Cæſares Auguſti, cujus fertilitas inundationi Nili adſcribitur, unde orbis Rom. horreum dicta fuit, & licèt rarum nobis ſit gemellas vel ternas proles uno partu produci, *l. Areſcuſa. de ſtat. hom. l. antiqua. Si pars hered. pet.* ibi tamen frequentiſſimè

4. vel

4. vel 5. uno partu naſci in lucem, tradit Ulp. *in l. ſi pater 36. ad fin. de ſolut.* Hæc ita Romanis ſe ſubmiſit, ut Regi Ptolomæo juveni tutorem dari à populo Romano miſſis legatis petierit, & conſtitutus ſit Pompejus, quòd ſubjectionis evidens ſignum eſſe ſatis arguit. *l.* 10. *de Tutel.* nunc à Saracenis erepta. Hæc imbrium expers dicitur, ideo ibi tectorum non eſt uſus, in eâque ob fertilitatem decem, & Octo millia urbium numerantur, Surius *de An.* 1517. *de* quo gloriari non poteſt Germania.

14 Perſia, Arabia, Chaldæa manſerunt in fide Rom. Imperii usque ad Imperium Tyrannicum Heraclii, cujus crudelitate irritati rebellarunt. De Judæa *II. Mach.* 1. *c.* 20. *v.* 20. ubi fœdera quæ cum Rom. fecit.

15 Palæſtinam ut & Judæam Pompejus, Hieroſolymam Titus Veſpaſianus ſubjecit, nunc à Turcis tenentur. Carion. *lib.* 3. *Chron. in Veſp.* Hæc adhuc temporibus Conſtant. M. à Chriſtianis poſſeſſa, ſed Anno 609. à Coſroe Rege Perſarum graviter afflicta usque ad tempora Henr. IV. ſub quo Saraceni eam vi armatâ occupârunt, Chriſtianis ejectis, quam dein Anno 1097. Gotofr. Lothar. Duce recuperârunt, qui Rex ibidem factus coronam auream eo loco geſtare recuſavit, ubi Chriſtus ſpineam portârat, mortuus Anno 1100. quam Sultanus Anno 1187. rurſus totam templo Salomonis excepto devaſtavit, & Anno 1200. omnibus Chriſtianis exactis ſub poteſtate Turcarum in hunc usque diem permanſit.

16 Italiam Rom. Imp. quondam ſedem jam Papa tenet, *c. Conſtantinus. diſt.* 96. licèt hanc donationem à Conſtantino M. Papæ Silveſtro factam oppugnent magno numero tam Catholici quàm Acatholici ſcriptores, eò quòd poſt Conſt. M. adhuc Impp. Romæ LL. tulerint, ut Conſtantius Junior & Conſtans. *l.* 1. *cùm vir.* 31. *C. ad l. Jul. de adult. Anno* 326. qui poſt Ccuſtantinum M. imperârunt. *Nov.* 70. *c.* 1. *Lym. ad Capit. Carol. V. p.* 169. Cúmque Donatus Reip. Venet. Legatus ab Alexand. Pont. M. interrogatus eſſet, quo Jure Veneti maris Adriatici poſſeſſionem ſibi uſurparent, reſpondiſſe fertur: Veſtra dignitas mihi velit oſtendere patrimonium D. Petri, & à tergo maris Adriatici donationem nobis factam inveniet. Bodinus verò 1. *de rep. c.* 9. *pag.* 206. hanc donationem, ſi valuiſſet, retractandam cenſet ex *l. fin. C. de revoc. d. n.* Quam quæſtionem pro & contra tractatam vide apud Steuchum *de donat. Conſt. M.* Reinck. *de reg. ſac. lib.* 1. *claſ.* 2. *c.* 8. Franciſ. Balduin. *de Conſt. M. leg. pag.* 26. Covarr. 4. *Var. reſol. c.* 16. *n.* 9. Coring. *diſcurſ. de Imp. Rom.* 9. *n.* 22. *& ſeqq.* Chockier, *in vind. p.* 2. *c.* 1. ad quos amatæ brevitatis causâ fit remiſſio.

Ultra hæc Mechtildis filia Bonifacii Ducis 17
de Leven ex ſanguine Ducum Bohemiæ Papæ donavit Anno Chriſti 1080. quicquid eſt inter Senas & Capuam. Münſt. *in Coſmogr. p.* 213. quod patrimonium S. Petri vocant. Huc ſpectant Aquapendens vel Aquala, Sutria, Volſinium, Tuſcanilla, Monſlaſcon. olim Fatiſcum, Viterbium.

De Hiſpania V. Mach. *c.* 8. *v.* 3. *lib.* 1. *& l.* 18
2. *§.* 1. *ibi quacunque in partibus Hiſp. C. de off. præf. af. facit l. relegat. §.* 10. *v. ſed Impp. de ſacerd. & relig. item inſcriptio. l. cùm ſervum C. de ſervis fugit.* Quam Gothi Italiâ pulſi recuperârunt, & per Reges tenuerunt usque ad Rodericum XXV. Regem, in quo familiâ illa regia defecit, qui eum Juliano legato miſſo ejus conjugem domi relictam vitiaſſet, ulturus hunc deſpectum Saracenorum Regem Miramolinum imploravit, & hic duce Mura An. Chriſti 740. univerſam Hiſpaniam cæſo Roderico & ingenti Chriſtianorum multitudine occupavit, in quibus præliis intra 2. Annos periiſſe dicuntur hinc inde ſepties centena virorum millia, qui eam ad 700. Annos tenuerunt, donec Ferdin. Caſtiliæ Rex Anno 1454. Saracenos expulit, & quia hoc modo ſine Cæſare ex manibus Saracenorum & Arabum liberata eſt Hiſpania, Imperium noſtrum non agnoſcit. Prædictus Rodericus, cùm in urbe Toleto palatium eſſet ab hominum memoria ſemper occluſum, hoc contra commune conſilium fecit
aperiri, † theſaurum ſe inventurum ſperans, 19
ſed invenit tantùm ciſtam, in quâ linteum cum literis hujus tenoris: QUANDO SERA HÆC RESERABITUR, TUNC IN HOC LINTEO PICTI POPULI HISPANIAM OBRUENT, ET OCCUPABUNT. Erant autem Arabici Equites cum Armis, Arcu, Sabulo, & varii coloris equis: Regem aperturæ mox pœnituit, nam deinde Saraceni exercitum, & Regem ipſum ſuperârunt. *de hoc Regno Hiſp. V.* Klock. *de ærario. lib.* 1. *c.* 6. Ex Philippo Hiſp. Rege ſuperſunt liberi ſequentes: 1. Maria Thereſia nata 20. Septembr. Anno 1638. ſed Anno 1660. nupta

Regi

Digitized by Google

Regi Galliarum. II. Margarita nata 12. Julii 1651. nupta Leopoldo Rom. Imp. An. 1666. & Filius unicus Regni ſucceſſor.

20 Neapolis ceu pars Italiæ eodem Jure quo Italia uſa fuit, *arg. l. q ua de tota de R. V.* Maranth. *in ſpec. p. 6. v. & quandoque n.* 249. Nunc Hiſpa-
21 niæ regi paret. ✝ In hoc regno novendecim ſunt Principes, Duces 25. Comites 54. Barones mille & plures, olim Urbs principalis dicta fuit Parthenope, Bucellin. Sprenger. *in Juriſp. pag. 6.* Coring. *de finib. Imperij. p.* 150. An hoc Regnum Neapolitanum & Siciliæ pro Eccleſiæ vel Imperii feudo habendum ſit, An. 1059. usque 1268. bello certatum eſt, V. Beſold. *ad add. V.* Geiſtlich Lehen. *n.* 27.

22 Gallia à Cæſare domita Imperio Romano paruit, ut patet ex inſcriptione, *l. 5. C. de juriſd. l. 2. §. 1. C. de off. præf. præt.* Beſold. *verbo* Franckreich. Et Sigismundum Imper. Anno 1411. auctoritate Imperiali uſum in civitate Lugdunenſi Comitem creâſſe, in Parlamento Pariſienſi ſententiam dixiſſe refert Bodin. Unde Elector Trevirenſis per Galliam ceu Vigeſimam Imp. partem Archi-Cancellarius dicitur. Hodie ab Imperio avulſa eſt, *c. Venerabilem §. inſuper. X. qui fil. ſint leg.* quam avulſionem quidam factam volunt in nepotibus Carol. M. alii ad tempora Childerici & Annum Chriſti 580. referunt *Thuan. & Schönbor. lib. 5. hiſtor.*

23 Portugalia occaſione Hiſpaniæ exempta eſt. Portugaliæ Rex, quòd quinque Reges Saracenos bello necâſſet, quinque ſcuta in Inſigniis gerit crucis formam exhibentia in campo argenteo, ſcutulo quovis additis quinque denariis argenteis.

24 Arelatenſe regnum Philippum Valeſium Gall. regem Carol. ab Henrico V. Cæſare emiſſe, eique argenti pondo ducenta millia ſolviſſe conſentientibus Imperii Ordinibus tradit Bodin. *de rep. 1. c. 9. n.* 201. De Carol. IV. Imp. alienatione. *V. ſup. c. 1. ſub n.* 19.

25 Regnum hoc Arelatenſe à Regia primaria ſede nomen habet; de eo varii varia; Albertus Argentinenſis tradit, quod Rudolphus ob occupationes non potuerit in poteſtatem trahere, unde Rex Galliæ Baronibus, quibus hoc commiſſum erat cuſtodire, mandavit ut ſibi darent, aliàs ſe regnum totum vaſtaturum, quâ re ad Rudolphum delatâ ipſe reſpondit, ut ſe defenderent, vel cum Rege componerent, ſicut poſſent, quia pro tempore ſubvenire non poſſet, Coring. *de finib. Imp. cap. 24. pag.* 568. Goldaſtus autem *in dedicatoria* der Reichs-Handlungen refert, quod Wilhelmus Imperator Comes Hollandiæ An. 1251. omnia ſua Jura hujus Regni Comiti Burgundiæ pro 10000. marcarum argenti oppignoraverit, luitio autem mox facta ſit per Succeſſorem Richardum ex Anglia Rom. Imp. & per Rudolphum rurſus recuperata, quod deinde durantibus bellis Germanicis ope Papæ Rex Galliæ ad ſe retraxerit, Adolphus Naſſovius An. 1295. armatâ manu recuperare ſtuduerit, ſed à conatu aliunde retentus ſit, poſt Adolphum proſtratum Albertus Succeſſor Imperii indixit Comitia in Lotharingia, ad quæ Regi Galliæ comparenti hoc Regnum donaverit. Bodinus autem 1. *de rep. c. 9. n.* 128. ait, quòd Philippus Valeſius Caroli VI. proavus hoc Regnum ſibi emerit ab Henrico V. Cæſare, qui argenti pondo 200000. ſolverit, Statibus Imperii ratificantibus, prædem dederit Joannem Bohemiæ Regem: Econtra alii ſcribunt, quòd Carolus IV. Cæſar Philippo Audaci Burgundiæ Duci illa loca fruenda dederit. Rurſus Aventinus à Carolo IV. Ludovico Andegavenſi Caroli Regis Francorum fratri pro uno ſolenni prandio vendidiſſe ait, quod factum Sigiſm. Imp. probârit, & diploma extet Pariſiis. Coring. *p.* 574. aliter alii, Sturm. *in pratens. Gall. de Avenione. p.* 16. ubi contra Cæſaris prætenſiones diſcurrit. Klock. *de ærar. lib. 1. c. 4. n. 66.* de quo etiam dictum ſupra.

Britanniam maximam Imperii Provinciam 26
vocat Tacitus *in Vita Jul. Agric.* Hæc Gallorum Regis metu Innocentio III. facta tributaria Anno 740. impoſito ſingulis domibus S. Petri denario annuè Pontifici ſolvendo, & præter iſtum denarium S. Petri Rex Angliæ Joannes Innocentio Papæ promiſit annuè mille marcas ſterlinorum ſive Centena millia floren. Reinck. *de reg. ſæc. lib. 1. claſ. 2. c. 9. n.* 42. Münſt. *in Coſmog.* Tandem Eccleſiæ & Imperii jugum excuſſit.

Angliæ Regnum ad Imperium pertinuiſſe 27
probat. *l. 2. §. 4. de Vulg. ſubſt. l. 1. C. de R. V. ubi Godef. lit. G.* Hodiernam ejus libertatem autem agnoviſſe videntur Maximil: & Carolus V. Impp. ab Angliæ Regibus Aureæ Periſcelidis ordinem ſuſcipientes, cujus inſtitutio nulli competit, niſi qui

Jura Majeſtatis habet, Arniſ. *de Jure Maj. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 6. Cumque Imp. Sigismundus ad littora Galliæ pacem facturus inter Henrici V. Angliæ & Galliæ Reges, non fuit admiſſus priùs quàm duci Gloceſtriæ ſtricto gladio interroganti, Et ſe non alium agnoſcere quàm Regem reſpondit, ſe nil contra libertatem Regis prætendere. Nold. *de ſtat. nobil. c.* 2. *n.* 67. Knipſchildt. *de Civit. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 3. de hujus & Regni Scotiæ reditibus videri poteſt Klock. *de ærar. lib.* 1. *c.* 8. *p.* 88. *& ſeqq.*

28 Dania ab Ottone Imperio ſubacta fuit, & de manu Frid. Imp. coronam accepit, Guiac. *de Feud. in p. lib.* 1. Wehn. *verb.* Dennenmarck. Hodie autem Rex Daniæ Ratione Holſatiæ Imperio ſubeſt, Geil. *de arreſt. c.* 3. *n.* 16. R.A. zu Speyer. *An.* 1542. §. Dieweil.

29 Hungaria Tiberio paruit, cujus clientelam Rex Stephanus S. Pontifici deferendo ab Imperio exemit. Azor. *Inſtitut. moral. lib.* 3. *c.* 6. §. *Hungaria.* latè de hujus Regni proventu vide Klock. *c.* 10. Knipſchildt. *de Civit. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 6. *p.* 1033.

30 Poloniam ſub Imp. Rom. fuiſſe colligitur *ex Nov.* 50. & Boleslaus ab Ottone M. primus Rex creatus eſt, ſed tacitè Imperio repudium miſit, ut colligitur ex R. I. *de Anno* 1566. §. über vorigen. *ibid.* Daß ſolche Landſchafft/ ꝛc. *adde* Spreng. *præſenſ. illuſt. pag.* 171. Ea nunc eſt propugnaculum contra Turcas, & tam Carol. V. quàm Ferdin. Imp. maxima præbuit auxilia, Maximil. II. putavit Imperio meritò uniendam *R. I. de An.* 1555. §. über vorige/ ꝛc.

31 Regnum hoc longum eſt 20. latum, ad 150. milliaria, dividitur in majorem & minorem Poloniam: habet duos Archi-Epiſcopos Gneſenſem, & Lembergenſem, 14. Epiſcopos, 30. Prælatos, 38. Caſtellanos, nomen à planitie terræ, quam Scythæ Pole appellant, veniſſe creditur; de ejus proventu V. Klock. *de ærar. lib.* 1. *c.* 10.

32 Quo Jure Geneva extrema Sabaudiæ urbs ſe catalogo Imperii Civitatum exemerit, V. Menoch. 1. *Conſ.* 2. *n.* 8. *& ſeqq.*

33 Florentia tempore Honorii IV. ſoluto precio 6000. ducat. ſe in libertatem vindicavit, quam ad imperium redegit Carol. V. Hodie de facto ſuperiorem non recognoſcere dicitur. Eorum libertati cauſa Finnarienſis non leve vulnus inflixit; Regerunt tamen controverſiam non fuiſſe de ipſa civitate, ſed Marchionatu Finnarienſi, qui Imperio paret, uti Cæſar Anno 1553. 8. Cal. Jan. ſe judicem competentem declaravit, appellatione ad Papam refutatâ. *add.* Klock. *de ærar. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 59. *pag.* 42.

Boruſſia à Teutonicis Imperio adjecta Ordinis Magiſtro ceſſit cum reſervatione Imperii, 34
quam deinde Polonia bellis afflixit, & Albertum Brandeb. adegit, ut etiam Cæſare invito clientelare obſequium præſtaret, ſic ex Magiſtro Dux factus. Sleid. 5. *Com. in fin.* & quod titulo uſusfr. tenebat, jam proprietario habet, Thuan. *lib.* 1. *hiſtor. add.* Klock. 1. *c.* 11. *n.* 25.

Livonia Bremenſium inventa induſtriâ vir- 35
tute Teutonicorum Imperio adjecta, ſub Frid. I. ad cultum Chriſti redacta, Crantz. *in Saxon. c.* 24. Invaleſcente Moſcowitarum crudelitate & Germanorum viribus deficientibus, Sigismundi Poloniæ Regis clientelæ ſe ſubmiſit An. 1561. Paurm. *de Jurisd. lib.* 2. *c.* 4.

Tranſylvaniam Turcæ tributariam fecerunt. 36
V. act. publ. lib. 1. *c.* 26. *pag.* 96. Hæc olim Dacia dicta ſub Trajano victo Decebalo, cujus urbs principalis fuit Hermen-Stadt. *Chron. Hung. pag.* 22.

De Venetis V. Coring. *de Imp. Rom. Germ.* 37
§. 20. qui cœperunt An. Chriſti 476. *juxta Carion. in Chron. fol.* 12. & tempore Attilæ in Italia. An unquam ſub Rom. Imperio fuerint, controvertitur, at quia in diverticulo maris Adriatici ædificarunt, territorio & Jurisd. Imperii quidam eos cedere volunt. *facit contra eos l.* 3. *ne quid in loco publ. V. acta publ. cum Venetis apud Goldaſt. in polit. p.* 21. Ipſi in fœdere Carol. M. cum Irene privilegium ſe accepiſſe ferunt, ut neutrius Juris cenſerentur. Sed contra eorum exemptionem arguit Cameræ Imp. ante aliquot annis Latinè & Germanicè publicatâ banni ſententia. *Ad act. pub. tom.* 2. *lib.* 3. *tract.* 21. *p.* 662. adde de potentia & ærario Venetorum Klock. *de ærar. lib.* 1. *c.* 13. *p.* 113. *& ſeqq.* Hic Leo Garmanus, idémque Rom. Pontifex Patriarchatum inſtituiſſe ſcribitur Anno 1050. quod beneficium Germano Antiſtiti ſe debere ipſi fatentur, Anno 700. primo Ducem ſibi elegerunt (cùm ante Tribunos & Centgravios habuiſſent) ſed cum multis crudeliter actum. V. Münſt. *Coſmogr. p.* 186.

De Lucenſium & Senenſium Rep. nil aliud 38
occurrit, quàm quòd à Rudolpho libertatem

emiſſe

Digitized by Google

emiſſe dicuntur. At Bodin. *de rep. lib. c. 9.* Henricum V. pro decem millibus coronatorum. † Se-
39 nenſem Remp. libertati commiſſam ſcribit. *add.* Klock. *de loc. c. 4. n. 59.*

40 De Mediolano V. R. A. zu Nürnberg. Anno 1342. §. Und wie Ihr Kayſerl. Maieſt. Wenceslaum Imp. Saliacum Comitem Papiæ, & virtutum Ducem Mediolanenſem creaſſe, eique civitatem Mediolanenſem cum totâ Lombardia in feudum conceſſiſſe, & ſic utile dominium Imperii alienaſſe, irrequiſitis EE. auctor M. Chronici Belg. teſtatur, quæ etiam fuit ſimul ſuæ depoſitionis cauſa. Goldaſt. *tom. 1. conſt. Imp. p. 379.*

41 Eſt autem Anno 1394. Jo. † Galleatius hunc ducatum conſecutus, & conſtitutus Dux ſuper ſequentes urbes & Regiones Brixiam, Bergomum, Comum, Novariam, Vercellas, Alexandriam, Bertoriam, Bobium, Placentiam, Regium, Parmam, Cremonam, Loncinum, Bermum, Burgium, S. Dominici pontem tremulum, Miſſam novam Felicianum cum oppido & arce Araſſi, & omni ejus Jure in Aſtenſi diæceſi, Ceravallum, Comitatus ad Imperium ſpectantes, Aquiſtagna, Veronam, Vincentiam, Feltrium, Bellunum, Baſſanum cum territoriis, Sarcaſiam, Laventinam, Carariam, D. Stephani, &c. pro ingenti auri pondere. Klock. *de ærar. lib. 1. c. 4. n. 82. & 6. n. 17.*

Ex hoc ducatu Rex Hiſp. annuè 80000. ducatorum percipit, unde vulgo Miniſtros Regis ſubditos in Sicilia arrodere, In Neapolitano Regno comedere, in Mediolanenſi penitus devorare dicitur, quamvis in hac Galliæ Ciſalpinæ Metropoli tam multa, & in tanta frequentia artificum genera habeantur; ut inde natum ſit proverbium: Qui Italiam Reficere Totam Velit, Destruere Mediolanum Debere. Klock. *de ærar. l. 2. c. 37. n. 32. p. 329. ad inf. trad. ad de Civit. 31. ſub n. 82.*

42 Meta, Tulla, Verdunum Anno 1552. Imperio, per Regem Galliæ ſubducta fuêre. Beſold. *verbo* Franckreich. *pag. 127.* Hodie *in art. c. pacis Germ. Gall. §. quo magis* conventum, quòd ſupremum dominium ſuperioritatis aliaque omnia Jura in Epiſcopatum Metens: Tullens: Verdunenſem, eo modò, quo antè ad Romanum pertinuerunt Imperium, impoſterum ad Coronam Galliæ ſpectare, eique in perpetuum & irrevocabiliter manere debeant, reſervato tamen Jure Metropolitano ad Arch. Trevirenſem ſpectante. Poſtquam hi tres Epiſcopatus An. 1592. ab Henrico II. Galliæ Rege capti fuêre, Carolus V. eodem anno urbem Metenſem arcta obſidione cinxit, ita ut tormenta majora Argentorati, quæ 18. milliaribus hinc diſtat, audita ſint, tamen eam capere non potuit, & nunc in Symbolum Caroli, Plus Ultra, ſequentes verſus evulgati ſunt:

Herculis optâſti longas tranſire columnas,
Siſte gradum, Metis hac tibi meta datur.

V. not. in Montzamban. *pag. 45.* de Epiſcopo Sedunenſi V. Spreng. *pag. 343.*

Cum Robertus Epiſcopus Sedunenſis Carolo 43
V. Imp. arma minaretur, quòd ipſi Comitatum Bullion, qui Epiſcopo Leodienſi olim venditus erat, adjudicare nollet, is ſe Franciſco Galliarum Regi ſubmiſit, quæ prima belli occaſio inter Franciſcum, & Carolum V. Hoc ſecuto Fridericus Mauritius Dux Bullionæus à Ludovico XIII. captus pro ſua liberatione hunc Comitatum cedere Regi debuit, & ſic coronæ Galliæ innexus. *V. not. ad* Montzamban. *p. 44.* cujus Friderici frater Henricus Vitzgravius hodie eſt ſupremus Mareſchallus Regis Galliæ.

De Luſanenſi eundem, Sprenger. *pag. 344.* 44
fuit olim ſtatus Imperii, nomen habet ab urbe Loſanna, quæ Subaudum pro patrono agnovit, eam Anno 1536. Bernenſes occupârunt, & loco Epiſcopatus ibi Academiam fundârunt, Epiſcopus autem ſede veteri relicta Freiburgi in Nuchtlandia degit. *not. in* Montzamban. *pag. 41.*

Sunt & alii, qui Majeſtatem Imperii non 45
ſpernunt, ab onerum tamen contributione ſe eximunt, ut Helveti An. 1316. ad libertatem provocârunt, Majeſtatem tamen Imperii obſervando, quam cùm ſæpiùs ſibi ab Imperio confirmari petiiſſent, tandem à Ferdin. III. ſub dato 14. Maij Anno 1647. & cum conſenſu Statuum Imperii in noviſſima Pacificat. obtinuerunt. *art. pac. Germ. Gall. 5. num. 20. pag. 67. v. cùm item Cæſarea Majeſtas nomine Civit Baſilea & univerſa Helvetia.*

Hi à Vicariis aliquando regebantur, inter 46
alios autem Landebergii furor intolerabilis fuit Subſylvanis Præpoſiti, qui raptis alienis bobus agricolæ reſpondit, Cervices ipſe ſuas aratro ſubjiceret, cùm autem idem honeſtæ matronæ ſtuprum intuliſſet, patientiâ in furorem verſâ mari-

tus ipſum ſecuri mactavit, hinc turbæ populi, deinde Suitii, Uranienſes & Subſylvani ad libertatem proclamarunt, ad Ludov. Bavarum confugiendo ductoribus Wilhelmo Tellio, & Statuffacero: Cumque Gislerius Uraniæ Sanctiæque Præfectus pileum ſuum ex pertica Altofi ſuſpendiſſet inſtar ſui venerandum, idque Tellius non feciſſet ſubjici, juſſit deinde pomo in vertice Junioris filii poſito Tellium arcu configere, quem filio illæſo diſcuſſit: Burgund. *in hiſt. Bavar. lib. 1. pag.* 29. Inter hos Tigurina Reſp. ita emptionibus crevit, ut plus, quam Ducatum poſſideat, Knipſ. *de Jure Civit. lib. I. c.* 13. *n.* 23. In tractu Valeſiano cacumina montium ubique ſunt nive candida, ſed clivi & valles ſuaviter virent: Fœdere Helveti nec ſunt cum Rom: Pontificibus, Sixto, Julio II. Leone X. Clemente VII. cum Principibus vicinis, Auſtriis, Subaudis, Medio'anenſibus, Wirtembergenſibus, Epiſcopis Conſtantienſi, Baſilienſi, cum Urbibus vindelicis ad lacum Acronium, cum Suevis, & Rhætis: Ex Gallorum Regibus primus cum illis fœdus iniit Ludovicus XI. & annua ſingulis pagis publicè ſtipendia ſolvit, ad 10. annos ſeptem millia, francorum ſingulis. Bello quoque Burgundico contra Carolum magnum pecuniæ vim iisdem ſuppeditavit, ne cum Carolo de pace agere cogeretur, quod fædus paternum filius Ludov. Carolus VIII. An. 1483. renovavit, & uſus eorum milite Franciſcum citerioris Britanniæ Ducem vicit, Ejusdem etiam ſucceſſor Ludovicus XII. fædus in decennium cum iisdem junxit; quod & fecit Ludovici gener, & ſucceſſor regni Philippus Valeſius Simler. *de Rep. Helvet. lib.* 1. *circ. fin.* cum pagis omnibus uno Tigurinorum pago excepto, de ſubſequentium Regum pactis cum ipſis V. Klock. *lib. de ærar. c.* 15. *p.* 131.

47 Sabaudiæ Dux Vicarius Imperii perpetuus dici vult, ſed ab eo ſe eximit, *pac. Germ. Gall. n.* 1. §. 1. 23. ad Comitia tamen citatus comparet ex ſubſcriptione receſs. *Anno* 1543. §. Nachdem Wehn. *in obſervat. vid.* Spreng. *prac. illuſt. p.* 204.

48 Lotharingiæ dux, licèt à jurisd. Cameræ privilegiatus ſit, Ducatum tamen ab Imp. ſub fide clientelari accipit, licèt diu dubium fuerit, an Germ. vel Gall. adhæreat. Beſold. *v.* Lothringen. *de advoc. cap.* 5. *n.* 507. Recognoſcit ab Imperio Civitatem Aſtenſem, Marchionatum Ceræ, & Regionem Pedemontanam; Klock. *de contr. c.* 4. *n.* 238. Huic Philippus II. Hiſp. Rex pro dote inter alia promiſerat 60. millia ducatorum annuatim ex Ducatu Mediolanenſi, & 8. millia ex Neapolitano, ſed anno 1614. queſtus eſt ex iſtis locis ſibi dotem non ſolvi, Klock. *de ærar. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 4. *p.* 135. Hic dux etiam jus prætendit in Urbem Genevenſem, *de quo* Thuan. *V. Eund. n.* 12. *& ſeq. & not. ad* Montzam. *p.* 42.

Burgundicæ & Belgicæ Provinciæ, item 49
Geldria, Zutphania, Ultrajectum Imperio adnumerantur, *R. I.* zu Augſpurg. *An.* 1548. §. Nach deme dann von Uns in Burgundiſch: und Niederländiſchen Erbländern. Carpz. *in voto ſeptemvir. poſit.* 24. Hodie autem Belgicæ provinciæ fœdere cum Hiſpano unito libertatem prætendunt, ex articulis pacis inter Regem Hiſp. & Confœd. Belgii Ordines conceptis, concluſis, ſignatis, Monaſterii, 30. Jan. 1648. † De Hollandia Carolus Cal- 50
vus Theodoricum Comitem aliquando inveſtivit, qui & Imperator, & Rex Galliæ fuit, unde in dubio fuit, an Germaniæ vel Galliæ feudum fuerit, pro Germanis & Imperio præſumit Klock. *de ærar. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 38. ubi tradit, quod Batavi olim Cæſarum Aquiliferi fuerint. † Hodie Belgium 51
dividitur in Hiſpanicum & Fœderatum, nam decem ditiones Hiſpano parent, & ſeptem Potentiores à fœderatis poſſidentur, hæ ſunt: Ducatus unus Gelria, duo Comitatus, Hollandia, & Zelandia, Dominia quatuor Trajectum, Friſia, Tranſiſalania & Groninga, Gelria ex his ampliſſima 22. continet egregias urbes, præcipuæ ſunt; Neomagium, Ruræmunda, Zutphania, Arnhemium. Gelria in Superiorem & Inferiorem dividitur, & ab urbe Ducatus nomen habet, quæ ſita eſt ad flumen Nerſam, quæ inde Goch Civitatem Cliviæ alluit Gennepiam tendens, ubi ſe cum Moſâ conjungit, Ruræmunda ſuperioris Gelriæ caput eſt, ita dicta, quaſi oſtium Ruræ habens ſub ſe Venlonam, Gelriam, Ungediam, Stralem, & Græconbeciam, Wachtendoncam, Ercklens, Montfortium, Midlariam, in Eccleſiaſticis quarta pars urbis Epiſcopum Leodienſem recognoſcit, hanc Anno 1572. 4. Augusti Princeps Aurangiæ cœpit, ſed ab Hiſpanis recuperata eſt; Strala verſus orientem ſeſqui leuca ab eadem diſtat; Ex hac urbe Ruræmunda Adolphus Anno 1462. Patrem Arnoldum

Digitized by Google

noldum Ducem Gelriæ, & Comitem Egmondanum oppugnavit, & Ruræmundanos deficere nolentes, ſed ibi filius à Patre obſeſſus operâ patrui Guilielmi Egmondani pace factâ in gratiam receptus urbem Neomagum à Patre dono accepit. Anno 1543. in Caroli V. legitimi ſui Principis poteſtatem, hic Ducatus rediit, & ordines Provinciæ Anno 1549. Juramento eum ſuſceperunt, cum Verlonenſes ſe fœderatis jungerent, quos Anno 1586. Dux Parmenſis obſedit, in qua urbe Martini Schenckii conjux erat, ejusque ſoror, & 700. præſidiarii, 28. Junii ſe dedidit; Princeps Aurangiæ eam Anno 1592. recuperare molitus eſt fruſtra, demum in Statuum poteſtatem devenit.

52 Neomagum à Magno Galliæ Rege potentiſſimo dictam volunt, in hac Urbe Cajus Julius Cæſar præſidium fixit; Carolus Magnus eam, ſicut etiam Aquisgranum, & Theodonis villam ſibi ſedem elegit, adjacet Rheni fluminis iſti alveo, qui Wahlis dicitur, diſtat à Ravenſtein 2. milliaribus, feudum & oppidum eſt Rom. Imperii, unde hinc non appellatur ad Cancellariam Gelriæ, ſed Aquisgranum Imperatoris Regiam urbem (ſicut etiam fit ex Duisberga) & mittit eò annuè pipere plenam chirothecam per certum hominem: In Spiritualibus ſubeſt Archi-Epiſcopo Colonienſi; Verùm cùm An. 1248. Otto Gelriæ Princeps mutuâſſet Guilielmo Romanorum Regi 20. millia marcarum puri argenti eo pacto, ut niſi intra certum tempus pecunia redderetur: oppidum hoc Ottoni, ejusque ditioni accederet, quia pecunia reſtituta non fuit, coaluit cum Ducatu, quod Imperator Rudolphus ratificaſſe dicitur Ann. 1584. hæc cum aliis Belgii Civitatibus ſe Henrico IV. Gall. Regi dedidit, ſed per Parmenſem recuperata eſt capto Ducisburgo, quam eùm ſtratagemate recipere ſtuduit Martinus Schenck cum Comite de Moers Anno 1585. & impreſſionem An. 1588. faceret in portam S. Antonii ſole orto, cùm autem ſupra navem Schenckii plures ſaltarent, ipſe cum plurimis armatus ſubmerſus eſt, cujus corpus in ripâ inventum Cives in 4. partes ſectum ad portam affixerunt, donec Princeps Aurangiæ Ann. 1592. 21. Octobris urbe deditâ in ſepulchro Ducum Gelriæ reponi curavit, & ita hæc urbs ad Unitas Provincias pervenit, *Werdenhagen Rerumpub. p. 4. c. 3.*

Zutphaniæ Comitatus Gelriæ acceſſit matri- 53
monio inter Ottonem I. Comitem Gelriæ & Gerlaci Zutphanienſis Comitis filiam inito An. 1082. *d. Werdenhagen p. 9. c. 21. ad* Sprenger. *in fragment. 1. p. p.* 160.

Luca excitatis variis & periculoſis in Italia 54
motibus, vendita modo Gambacurtiis, mox Viſcontis pro 12. millib. ducat.

Imperator Ludovicus Lucenſibus privilegia confirmavit, ab Henrico III. ipſis conceſſa, Alii à Rudolpho I. pro 25. millibus ducatorum venditam volunt, quos refert Knipſchildt *de Juris Civit. lib. 4. c. 1. n.* 88. *f.* 1019. hodie ſibi ipſi Princeps eſt, & neminem recognoſcit. Caſtald. *de Imper. q. 54. n. 15.*

In Romania, Lombardia, Lunigrania ſucceſſi- 55
vè, factæ ſunt venditiones, ſed minoris ponderis.

Trojam in Ampuliæ limitibus ſitam, Hen- 56
ricus II. Benedicto X. dono dediſſe, refert Marcell. *de Jure ſac. Pont. c. 11. p.* 69.

Beneventum ab Henrico II. vel III. *juxta* 57
Marcell. d. loc. Romano Pontifici donatum tradit Mutius. *chron. germ. lib. 14. p. 115. apud Piſtor. tom. 2. germ. ſcript.*

Tuſculanenſe caſtellum, quod aſylum Im- 58
perii contra omnes Romanorum inſultus fuit, qui illud poſteà funditus deſtruxerunt, Frid. II. acceptâ coronâ Imperiali Innocentio III. donâſſe, tradit Otto *de Blaſ. in app. ad lib. 7. Chron. Ott. Friſinenſ.*

Todi Comitatum nec non Comitatum de 59
Fondi Rudolphi I. Florentinis pro 6. mill. vel ſecundum alios 12. millibus ſcud. Carol. IV. Piſanis pro 6. mill. eundémque Arelatenſe Regnum unius prandii gratiâ tradidiſſe, dict. eſt ſup.

Tridentinam civitatem Wenceslaum Pon- 60
tifici Gregorio XII. Ann. 1377. donâſſe ex Curio, Marcell. *d. tr. cap. 16. pag.* 138. Et hanc Imperatoriam licentiam alii imitati ſunt juxta vulg.

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Comitatum Concordiæ Rhegii Mutinæ 61
aliarúmque ditionum quas Mechtildis Comitiſſa, ut vaſalla ad Imp. Rom. in feudum tenuit, Pontifici Rom. donâſſe Anno 1100. ſub Papa Paſchali. Boter. *in Coſmog. pag. mihi.* 53. Reinck. *de reg. ſec. lib. 1. & 8. cap. 5. v.* Godef. Monach. *in ann. apud* Freh. *tom. 2. germ. rer. p.* 279.

Delphinatum Humbertus Gallo ceſſit, Mu- 62
tius

tius *lib.* 25. *Chron. p.* 247. Nihem. *lib.* 2. *hiſt.* 125.

63 † Refert quoque Goldaſt. à tempore Rudolphi ad
64 ſuam usque memoriam † ſupra 200. Status ab Imperii obſequio defeciſſe, Klock. *de ærar. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 65. Diverſas alias Civitates, Regna, Principatus, & Provincias ab Imperio avulſas, & aliis nunc vel plenè, vel certis conditionibus ſubjectas recenſet Knipſ. *de Jur. Civit. lib.* 4. *cap.* 1. *per tot. & c.* 2.

65 Ex quibus aliisque dismembrationibus factum ut Aquila deplumata cæteris avibus ferè ſit deſpectui, Italia Imperio nihil ampliùs contribuere dicatur, cùm tamen adhuc Friderici I. curâ olim ex ſolis fiſci regii Juribus vindicatis, & ex his tantùm, qui nullo Jure ſed ſolâ præſumptione de regalibus ſe intromiſerant, tringinta millia talentorum plùs minùs reditibus publicis ſingulis annis acceſſerint. Et adhuc Henric. VII. tempore Piſas convocatis Italiæ principibus tributum Imperio debitum impetraverit, de præteritis quidem, iis qui non erant ſolvendo (ob inanem aliàs actionem *l.* 6. *de dol. mal.*) multa remittens, edicto autem ſevero ſtatuens, ſe deinceps non laturum, ut fraudetur Imperium, cujus rempublicam, non ſuam agat. Mutius *lib.* 23. *Chron. p.* 218. Nunc tamen in Italia Imperio nil præter nomen remanſiſſe, ait Boter. *in polit. reg.* 1. *de Imp. Rom. p.* 56. Inſuper etiam reditibus in Germaniâ nimiùm acciſis Imperatori non ſupereſt, ut Majeſtatis ſplendorem ex Imperii proventibus oſtentare poſſit, ut innuit Maxim. I. Comit. Wormat. Anno 1495. Et Palatino in Hiſpaniam ab EE. ablegato pro decreto Elect. Carol. V. offerendo objectum fuerit: Nil habere Imperium præter inanes titulos & vanæ gloriæ nomen, innumeris ſumptibus & laboribus obnoxium ſine ullius fructus perceptione. Unde Rudolph. II. Comitiis Ratisb. Anno 1582. non erubuit neceſſaria à Statibus nova ſubſidia petere,

66 † Et nunc impoſſibile eſſet ſumptus Imperatori neceſſarios facere, niſi proprium haberet patrimonium. Uti poſt Carol. IV. è publico & vectigalibus Imperii non modò non nervos Belli, ſed ne Pacis quidem ſubſidium habuiſſe, Author eſt Lehmann. *Chron. Spirenſ. lib.* 5. *c.* 54. *pag.* 611. *litt. c.* Cùm circa annum Chriſti 800. diviſio jam Imperio tantæ adhuc eſſent opes ſub Baſilio, Lipſio & Zonara teſtibus, ut haberet 200. m. talenta auri, id eſt 12. milliones, ſub Friderico Barbaroſſa viribus attenuatis ſuperfuiſſe 60. tonnas auri refert Klock. *de ærar. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 54. poſt ſub Frid. II. circa annum 1211. ex Imperii reditibus ei obveniſſe tantùm 20. tonnas auri, quorum maximam partem Italia, minimam Germania contribuiſſet, tradit Schneid. *ad tit. de ſucceſſ. ab Inteſt. Inſt. de Succeſſ. feud. n.* 5. quantumvis autem potentia per hoc attrita ſit, non tamen virtus emarcuit, nec exungulata eſt Aquila, ſed adhuc An. 1547. Carolus V. ab Imperii ordinibus pro geſto bello ſedecim centena auri millia percepit, Klock. *de ærar. l.* 1. *c.* 4. *n.* 104. qui Turcis 90. millia peditum, & 30. millia Equitum ut & Maximil. II. ad 100. millia peditum & 350. millia Equitum Turcis oppoſuit.

QUÆST. I. *An Bona Imperii Imperator alienare, donare vel oppignerare poſſit?* 67

Non eſt hîc dubium quin bona Imperii communi Imp. & Statuum conſenſu transferri poſſint, & alienatio valeat, *ex Inſtr. Monaſt. Anno* 1648. §. *ad majorem ſupradd. Ceſſicnum.* ad quam alienationem olim conſenſus omnium Statuum requiſitus fuit, hodie poſt Capit. Carol. V. *a.* 9. ut juſta ſit, ſex Electorum conſenſus ad eam exigitur, & quidem unanimis, ita ut majoris partis aſſenſus non ſufficiat propter vocem ſämtlich / aliàs enim d. a. additum fuiſſet, oder des mehrern Theils / *ut in art.* 7. *Capit. Carol. factum.* ex ratione, quia quod meum non eſt, alienare, non poſſum. *l. nemo.* 6. *C. de reb. al. non alien.* in tantum ut etiam ad alienationem rei modicæ idem requiratur; quicquid contrà dicat Roſenth. *de Feud. c.* 5. *concl.* 12. *n.* 3. Si enim minimarum particularum alienatio Imp. concederetur, conſequenter eidem ad magnæ & totius partis alienationes aditus aperiretur, ſic ſimiliter ſub Jul. III. Pap. decretum ne deinceps ulli Pontificum liceat quicquam alienare de illis quæ in patrimonio S. Petri ſunt; nec ſolùm Pontifices ſed etiam Cardinales electi ad decreti iſtius obſervantiam Jurei. adſtringuntur; & ſi contingat hoc decretum ab aliquo Pontifice vi abſolutæ poteſtatis revocari, & fiat donatio aliqua ex plenitudine poteſtatis, ea valida non cenſetur, priùsquam à tribus ſucceſſoribus Pontificibus toto Cardinalium collegio conſentiente approbetur. Conſenſu autem EE. deficiente hodie non tantùm donatio & venditio & alienatio pura, ſed etiam conditionata; item

Digitized by Google

item pignoris & hypothecæ datio nulla cenſetur, *arg. l. fin. C. de reb. al. non ali. c. Imperialem 2. F. 55. c. 2. X. de reb. Eccleſ. non alien.* licèt enim hæ ab initio veræ alienationes non ſint, inde tamen eæ ſequi ſolent. *Grot. de Jure bell. & pac. lib. 2. c. 6. n. 9.* ſi ſcil. debitum non ſolvatur, res hypothecæ ſubjecta non luatur, adeóque diſtrahitur. *juxt. l. 4. ff. de pign. act.* Nec tantùm propter expreſſa cap. verba *Carol. V. a. 9.* ſed ea etiam ceſſante alienatio non valeret; cùm enim Rex & Imp. reip. Rom. adminiſtrator ſit & curator, Regula de reip. Curatoribus ſervanda eſt, ut jus reip. pactionibus mutare non poſſit. *L. 2. §. Jus reip. de adm. Rer. ad civit.* quod in omnibus adminiſtratoribus obtinet, *l. 28. ff. de Pact.* ad hæc Rex & Imp. Populo tutoris inſtar eſt, populus verò & imperium inſtar pupilli *l. 3. C. de Jurib. reip. lib. 11.* Tutor autem pro domino habetur, cùm pupillo providet & ſalutem ejus tuetur *lib. Tut. 27. de adm. tut. lib. 7. §. ſi Tutor. Pro Emp. l. interdum. 56. §. pen. de Furt.* ne deterioris ſit conditionis Imperium ut pupillus publicus, quàm alius privatus pupillus aut minor, cujus privati immobilia ſine decreto magiſtratus alienare non licet. *t. t. C. de præd. min. ſin. decret. non alien.* quas magiſtratus partes olim Status nunc EE. pro Imperio ſuſtinent, quorum exquirere eſt, an alienationem honeſtas, utilitas aut neceſſitas poſtulet, quæ aliquando ſeparatim, aliquando conjunctim

68 adeſſe poſſunt. † Honeſtas exigit, ſi propter imperio egregiam navatam operam remuneratio facienda ſit, quo caſu etiam regi Galliæ dominium, quod aliàs ſacrum & inalienabile, ac tunicæ Chriſti inconſutili, quæ à militibus integra relicta Treviris aſſervatur, comparant, alienationem admittit. Mera autem donatio in perſonam, cujus nulla vel exigua ſunt merita, ægrè admittenda, cùm donare ſit perdere, quod ei qui liberam adminiſtrationem habet etiam denegatur. *l. 7. ff. de donat.* Ob utilitatem quoque præſentem permutationem & venditionem licitam eſſe, ratio ſuadet, ut & ob neceſſitatem, quæ exlex eſt, ut EE. in alienationem ditionum, vel bon. Imperii pro ratione temporum conſentire cogantur, ſicut ut naufragium evitet gubernator navis, jactu id redimit. *t. t. ad l. Rhod.* ut vitam conſervet æger, manum, brachium, pedem ſibi avelli non recuſat, & trunco corpore gaudet; & ſic pacificatione proximâ alia & alia abalienata ſunt, quorum impoſſibilis vel difficilis erat recuperatio ex manibus occupantium, quibus non dimiſſis pax imperio maximè neceſſaria concludi non potuiſſet. *V. Arum. 4. de l. pub. diſc. 21. pag. 92.*

Quamvis tam neceſſitate quàm utilitate 69
publicâ exigente id potiùs eligendum ſit, quò minùs Imperium gravatur, & ſic potiùs res hypothecari, oppignorari, in feudum vel emphyteuſin dari, quàm vendi, aut caſu quo venditur, pactum, ſi fieri poteſt de retrovendendo adjici debeat, & hoc potiùs ut quandocunque ſoluto pretio reſtituatur, quod ad certum tempus limitatum. Item ut potiùs fiat in ſubditum Imperii, quàm in extraneum potentem Regem vel Principem, à quo difficilior ſit recuperatio, & potiùs in perſonam quàm in collegium aut univerſitatem, & ſi feudi ſit conceſſio, potiùs in Regem ejúsque deſcendentes, quàm regnum ipſum; Et ut in ſignum recognitionis vel ſuperioritatis, quotannis cenſus Imperio præſtetur, quám ſine reſervatione & absque onere Imperio abdicetur: Si verò neceſſitas horum nihil admittit, eundum eſt, quò trahimur, non quò volumus, & ejusmodi pacta ſervanda ſunt. At dices: Si alienatio & oppignoratio ditionum vel Civitatum Imperii per ſe nulla; ad quid opus, quòd certæ Civitates ſibi de Privilegio Imperiali providerint, ut in ſpecie Wilhel. Rom. Rex & Carol. V. Francofurto conceſſit, ne ampliùs obligaretur vel pignoraretur; Alii aliis idem conceſſerunt. R. Ut hæc aliquid operentur nec ocioſa ſint, intelligenda hoc modo, ne alienentur ab Imp. etiam obtento conſenſu EE. & Statuum.

QUÆST. II. *An eos, qui ſe Imperio vel ſubduxerunt, vel de facto exemerunt, aut ſufficienti titulo deſtituuntur, Imperat. Jure ad Imperium revocare poſſit, ſicut domino in ſervum ſuum fugitivum Barbarium Philippum revocandi jus fuiſſet. l. 3. ff. de Offic. Præt.* 70

Aff: ſuadet Capit. Carol. V. *a. 9.* Ubi cautum, quòd Imp. bona ab Imperio avulſa, quæ partim ab Imp. ſubditis, partim exteris injuſtè detinentur, recuperare debeat, ſive hoc factum occupatione *R. I. Aug. Anno* 1566. §. Nach obgeſetzten. Zu Speyer. *Anno* 1570. §. Wir haben auch. *& alibi.* ſive aliis modis, de quibus Reinck. *de reg. ſæc. 1. claſ.*

Digitized by Google

1. *claſ.* 2. *cap.* 8. Idémque aliorum ſubſeqq. Impp. Capitulationibus inſertum eſt. Hæc repetitio juſta eſſe dicitur *in c. dominus.* 23. *q.* 2. Monet id titulus Auguſti ab augendi munere Impp. inditus, non errore conſiliariorum, aulicorum & priſcorum gloſſatorum, *ut voluit Goldaſt. in rational. Tom.* 1. *Conſt. Imp. pag.* 65. nec falsò, ut voluit Hippol. à Lapid. de *rat. ſtat. p.* 3. *c.* 2. ubi ab Anguſtando titulum derivat, quaſi antiphraſis eſſet Anguſtus, quaſi minimè talis, ut bellum & Pacem, quamvis hîc minimè negligendum videatur conſilium Maximil. I. non facilè bellum pro recuperatione ſuſcipiendum, cùm ut Totilas Rex Goth. dicere conſueverat, in acquirendo ignavia poſſidentis ſæpè plus conferat, quàm virtus militaris, *Cam. cent.* 1. *oper. ſubciſ. c.* 2.

71 Hac in re ſe exercuit Otto IV. qui Viterbium, montem Flaſconum, Urbevetum, Peruſiam, &c. in Imp. poteſtatem redegit. *Trithem. c.* 22. *Arniſ. de jur. maj. lib* 3. *c.* 1. *n.* 12. Frider. II. qui Sardiniam repetiit, cúmque à Pontifice admoneretur juramenti nuper præſtiti de defendendis rebus Eccleſiæ reſpondit, priùs ſe juràſſe de repetendis rebus Imperii, à quibus Sardinia non Jure alienata eſſet, adeóque priore juramento ſe fortiùs ſtringi, maximè quòd potiores cauſas haberet Reſpubl. quàm Eccleſia. *Godef. Monach. in ann. apud Freher.*
72 *tom.* 1. † Sed hæc Friderici II. & Adriani Papæ ſimultas hujus morte ceſſavit, quem anginâ extinctum legitur, cùm Friderici fautores muſcam eum deglutiiſſe, vel ſaltem, cùm deglutire non poſſet, ſuffocatum fuiſſe ſparſerunt Anno 1119. quod creduli Papæ oſores facilè amplexi ſunt, cùm citò credi ſoleat, quod libenter auditur, & creditur. Quod autem legitur Alexandrum III. Friderici Barbaroſſæ collum calcaſſe additis verbis ex Pſalm 61. v. 13. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabo, & calcabo leonem & draconem commentum eſſe dicit Bernegg. *in qq. hiſtorico polit.* Beſold. *adauct. ad verb.* Pabſt. *in addit.*

Carol. V. idem ſibi propoſuit, *ut refert R.I. Worm. An.* 1521. §. Und als wir. Maximil. II. hac de re deliberavit. *R. I. Aug. An.* 1566. §. Nach obgeſetzten. & factâ deliberatione promiſit *R.I.* Spiræ *An.* 1570. §. Darauf ſie / ꝛc. & ſe feciſſe memorat *R. I. Ratisb. An.* 1576. §. Wir haben auch. Rudolphus II. occaſionem expectavit R. A. zu Augſpurg. *An.* 1582. §. Und als wir. Sed in hac materia verba non ſufficiunt, ubi facto opus eſt, canones non juvant, ſed canones & tormenta bellica, non legationes ſed legiones requiruntur. Alios Impp. partim Turcarum impetus, reíque difficultas, partim ſtudium pacis & quietis, partim inteſtina bella impediverunt, avulſa membra corpori reddere, & promiſſis ſtare, & quandóque aquilæ ea fuit debilitas ut nidum ſuum tueri vix potuerit.

C A P U T V.

De S. R. Imp. Statibus & Membris hodierni temporis in genere.

SUMMARIA.

1. *Imperium corpori aſſimilatur.*
2. *Imperium inſtar corporis variis infirmitatibus obnoxium.*
3. *Imp. ſubditorum diviſio in mediatos, & immediatos.*
4. *Imperii diviſio in 3. collegia.*
5. *In VII. Claſſes.*
6. *In Circulos.*
7. *Ratione dignitatum in 4. vires.*
8. *Status Imp. requiſita.*
9. *Matricula unde dicta.*
10. *Matricula an probet.*
11. *Matricula qua ſervanda.*
12. *Status vota & Seſſio.*
13. *Convocatio quomodo probetur.*
14. *Status requiſita poſſeſſio.*
15. *Statuum conſenſus ad Statum conſtituendum an requiratur?*
16. *Statuum votum cur requiratur?*
17. *Status dignitas an perſonalis, vel realis.*

Non

Digitized by Google

1 NOn ir appoſitè Imp. Rom. germ. ut corpus quoddam myſticum conſideratur, & ita appellatur, *in receſ. Imp.* zu Trier und Cöllen / *Anno* 1512. §. 1. *in fin.* Cujus caput eſt Imperator juxta A. B. *c.* 1. *§.* Ich *N.* Ertz-Biſchoff. *ibid.* Ein weltlich Haupt/ membra verò proceres, ſtatus ac ſubditi, & ex his quidam pars corporis dicantur, *l. quisquis C. ad l. Jul. Maj.* quod pulchrè oſtendit Trajano Imper. Plutarchus, qui ejus ævo vixit celeberrimus Philoſophus, in opere, quod inſcripſit doctrina Principum referente Guevarra *in horol. Princ.* In quo reip. corpore, ſi caput omnium ſupremum ſive Princeps, penes quem Imperii ſumma eſt, deficiat, actum de corpore cenſetur, ut proinde magnis curis & vigiliis circa cooptationem novi, nec non Vicariorum conſtitutionem opus fuerit, prout fiducia in corona currenti ad metam deſtinata ei nulla ponenda, cui ſupra caput calceus cernitur, quia tum non caput, ſed pedes imperant. Oculi hujus corporis viri ſunt in reſp. boni, quorum ductum ſequimur; aures quæ audiunt ſubditi ſunt, qui Imperata faciunt; Lingua quâ loquimur Legislatores ſunt & Doctores, à quibus præcepta, leges & diſciplinas audimus; Capilli ex capite penduli ſunt oppreſſi, qui opem Principis implorant; manus & brachia Com. Equites, Nobiles qui hoſtem reprimunt; pedes qui caput & omnia membra ſuperiora ſuſtinent ſunt agricolæ & operarii, qui victum & omnia neceſſaria omnibus ordinibus præbent; Oſſa quæ omnia fulciunt, ſunt viri ſapientes, qui conſiliis ſuis omnia conſervant; Corda quæ palam non videmus ſunt familiares intimi, qui in arcano ſecretum dant conſilium; Collum quo caput membris cohæret eſt amor & unio regis & regni, qui per Leges fundamentales, Capitulationes, Concordata, Receſſus in Conventibus, univerſalibus & particularibus conglutinantur, quæ compages partium maximè & membrorum principalium ſine interitu totius convelli nequeunt, imò membra à capite vel toto ſeparata, minùs valent quàm digitus à manu avulſus; vel unguis à pede, aut capillus à capite reſectus, ut artificiosè aliquando oſtendit Menenius Agrippa, quando plebs trans Anienem Romæ in montem receſſit, propoſito lepido apologo de conſpiratione membrorum humani corporis contra ſtomachum, quo ſenatum plebi & plebem ſenatui rurſus junxit. *Dd. ad §. plebiſcitum. l. de l. nat. g. & C.* HERMES Faſc. Jur. Pub.

2 Et ſicut corpori humano, & fruitione bonæ valetudinis increſcentibus malis humoribus, etiam minimis, ſi iis non occuratur maturè, facilè internus calor, & ſpirituum debilitas, aut incurabilis morbus naſcitur, quibus, ſi initia non fuiſſent neglecta, per ordinaria remedia occurſum fuiſſet; Ita in Republica ſeditioſis mentibus præveniendum, eaque pellenda antequam augmententur, prout ob hanc curam omiſſum Jacobus II. Angliæ Rex à prudentioribus Politicis culpatur, quòd Puritanorum ſectam non tantùm toleràrit, ſed etiam ad publicas diſputationes admiſerit, ut ait Auctor des Hiſtoriſchen Welt-Buchs des Kriegs in Engel- Irr- und Schottland. *in fin.* des Eingangs.

3 Diviſiones horum membrorum & civium Imp. à capite uno Imper. dependentium variæ ſunt, celebriores ſequentes. I. & ſumma, ratione dignitatis in cives immediatos & mediatos, quorum illi immediatè Imperatori & Imperio parent, hi verò mediatè Imp. ſubſunt, aliis immediatè manente Imperii & Imp. ſupereminentia ſalvâ. Illi partim Eccleſiaſtici, partim ſæculares: & rurſus vel ſunt Status vel non ſunt Status: Eccleſiaſtici ut EE. Archi-Epiſc. Magiſt. Ord. Teutonici, Epiſcopi, Abbates, Prælati, Abbatiſſæ, Sæculares, Archiduces, Duces, Comites, Barones, Civitates Imperiales. Non Status ſunt multi Abbates, Prælati, item Nobiles immediati, &c. Ex quibus facilè colligetur, qui ſint mediati ſcil. quidam Comites, Barones, Nobiles, Academici, Milites & inferioris conditionis ſubditi, Cives, Ruſtici, &c

4 Altera diviſio Statuum eſt in Collegia tria, quorum I. eſt S. R. I. Electorum. II. Principum. III. Liberarum Imp. civitatum. Cui ſubſervit

5 Tertia Sequens in claſſes ſeptem. I. eſt Electorum. II. Archi-Epiſcoporum. III. Epiſcoporum. IV. Principum. V. Prælatorum. VI. Comitum & Baronum. VII. Liberarum civitatum. Schönb. *Polit. lib. c. 6. pag.* 496. Wehner. *pag.* 614. *verbo* Reichs-Ständ / de quibus ſuo loco.

6 Quartò Ratione Territorii Status in circulos dividuntur, quorum olim à Maxim. Imp. Auguſtæ Anno 1500. ſex erant conſtituti, I. Francicus. II. Bavaricus. III. Suevicus. IV. Weſtphalicus. V. Belgicus. VI. Saxonicus. R. Abſchied von Ordnung des Regiments. Quibus additi poſtea ſunt quatuor ſub Carol. V. Norimbergæ, Erklärung des Land-Friedens / Auſtriacus, Burgundi-

Digitized by Google

cus, Electoralis Rhenanus, & ſuperior Saxonicus, R. A. zu Trier und Cölln. *Anno* 1521. §. Die ander Sechs. Quorum Circulorum ſinguli ferè continent 3. Status Eccleſiaſticorum, Principum ſæcularium & liberarum civitatum. Si quid tamen deliberandum eſt ad ſex contrahuntur, O. C. *p.* 1. *t.* 2. ut & in præſentatione Adſeſſorum. R. A. *d. c. Anno* 1556. §. Und ſollen. Qui quando, qualiter & quibus ex cauſis convocentur tradit Wehn. *in obſ. Verb.* Kraiß-Tag. Denais. *Juris Camer. t.* 222. *v. pacis pub'ica. qua de re infra.*

Cùm enim vaſtum hoc Imperii corpus non facilè moveri poſſe viderent proceres, in certos tractus id diſtinguere viſum fuit, eique conſilii capiendi cauſâ præfectos conſtituere, quo ingruentibus neceſſitatibus commodius conſilium capi poſſet: Sic terram benedictam olim Deus juſſerat diſtribui in tres circulos ſeu partes æquales, Deut. 19. v. 3. Julius Cæſar etiam Galliam in tres partes diſtribuit, in Belgicam, Aquitanicam & Celticam ſive propriè Gallicam, *Cæſar ipſe lib.* 1. *com. in princ.* Hodie verò in ſeqq. provincias diſtribuitur, in Burgundiam, Campaniam, Picardiam, Normaniam, Britanniam minorem, Xanthones, Guiennam, Vaſconiam, Languedociam, Provinciam, Maſſilienſem & Delphinatum. Sleid. *in illuſt. rer. gall. poſt Comin.* Qui ſingulis Circulis continantur, tradunt accurratè Reinck. *de reg. ſæc. lib.* 1. *claſ.* 4. *c.* 1. Lym. *de Jure publ. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 19. *& ſeqq. & alij.* ut his immorari ſupervacaneum videatur.

7 Quintò ratione dignitatum antiqua diviſio eſt in IV. viros, quales ſunt.

I. Ex Ducibus: Dux Sueviæ, Brunſwiciæ, Dux Lotharing. Dux Bavariæ.

II. Ex Vicariis: Dux Brabantiæ, Dux veteris Saxoniæ, Dux in Weſtrich / Dux Sileſiæ.

III. Ex Marchionibus: Marchio Brandeb. Moravienſis, Miſnenſis, Badenſis.

IV. Ex Landgraviis: Thuringiæ, Haſſiæ, Alſatiæ, Leuchtenbergenſis.

V. Ex Burggraviis: Norimberg. Magdeburg. Stromberg. Pernechenſis.

VI. Ex Comitibus: Schwartzenburg. Clivenſis (qui jam titulo Ducis gaudet) Comites Ciliæ (quæ domsis in Archiduces Auſtriæ An. 1456. Jure Feudi devoluta eſt) Comes Sabaudiæ (qui jam Dux eſt.)

VII. Ex Baronibus: Limburg. Weſtenburg. (quem Luningenſes hodie repræſentat) Aldewadenſis, Tuſſenſis de Ray.

VIII. Ex Militibus: de Andlo, in Strandeck, de Meldingea, de Frauenberg in Bavaria.

IX. Ex Civitatibus Imp. Auguſta Vindelicorum, Moguntia, Aquisgranum, Lubeca.

X. Ex Pagis: Bamberga, Schletſtadia, Hagenoia, Ulma.

XI. Ex Ruſticis: Colonia, Ratisbona, Salisburgum, Conſtantia.

XII. Ex Villis: Amberga, Oliomanda, Liechtenauria, Ingelhemia. De quibus quatuor Viris *Dan. Otto. de I. p. lib.* 2. *c.* 18.

QUÆST. I. *Qua requirantur, ut quis ſit Imperij Status?* 8

R. Plura conjunctim ad Status qualitatem debere concurrere: I. ut matriculæ ſit inſcriptus. II. Ut Seſſionem & Votum in Comitiis habeat, & præter has duas potiſſimas. III. quòd indictiones & collectas imperii pro rata ſolverit. IV. alii addunt poſſeſſionem & immediatam ſubjectionem. R. A. *de Anno* 1548. §. Wann auch. Ad I. quod attinet; ſicut matricula militem aut cohortalem probat. *l. quincunque. C. de Cohortal. l.* 13. *C. de commeat.* Item civem & ſtudioſum. *l.* 1. *&* 2. *C. de Primicer.* Ita etiam Imperii Statum arguit, hæcque matricula Imp. & Fiſci intentionem fundat, ut ſemel inſcriptus, tamdiu Juris præſcriptione pro Statu Imperii habeatur, donec probetur contrarium. *c. cùm à perſona. de Privil. in* 6. *c. cum dilectus X. de Relig. dom. l.* 1. *de alb. ſcrib.* Wintzler. *de Collect. obſ.* 9. Geil. 1. *obſ.* 27. *n.* 7.

Eſt autem matricula diminutivum à matrice, qui erant libelli, in quibus Cæſareo Fiſco penſitantes notabantur. *l. matricula. C. de agent. in reb. lib.* 12. Wehn. *in verbo Matricul.* Budæus *ad l.* 1. *de Edend.* Aliis matricula materia tricarum, curarum, laborum, dicitur, Knipſ. *de Jure Civit. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 83. *p.* 37. *& c.* 12. *n.* 14. † Et plene quidem matricula probat, quia eſt Inſtrumentum publicum ex archivo publico proveniens, *c. pervenit.* 30. *q.* 1. *Vietor, ad Exempt. concl.* 5. 9 10

Hodie eſt Catalogus indictionum, darinn die Anſchläge verfaſſet / welche in der Mäntziſchen Cantzley aufgehalten werden/ut paria ſint in matriculam Imperii relatum eſſe, und in des

Reichs

Reichs-Anſchlag begriffen zu ſeyn. Quæ matricula per Compulſoriales Cameræ ex Cancellariâ Moguntinâ ab eo, cujus intereſt, peti poteſt. R. A. *de Anno* 1548. §. Nach dem auch. & ita factum in cauſa Fiſcali contra Bayern. Arumn. *de Comit. c.* 8. *n.* 64. Anſchlag autem vocatur ſumma Contributionum in Comitiis placitata. R. A. zu Cöllen. *Ann.* 1512. §. Wo aber.

Cùm autem earum plures extent veteres ſcil. & novæ, I. Antiquiſſima ſub Frid. III. Comitiis Norimberg. Anno 1467. confecta, II. Francofurti Anno 1489. III. Norimb. Anno 1491. aliæ Ratisbonæ, Anno 1471. Francof. 1486. Norimb. 1487. Coloniæ 1505. Wormatiæ 1521. Norimbergæ, Anno 1522. 1524. 1525. Spiræ Anno 1526. & 1529. Auguſtæ, 1530. Wormatiæ Anno 1535. 1545. 1548. Auguſtæ 1551. aliquando in dubium vocatum fuit, cui Catalogo vel matriculæ inhærendum, quæve ex his prævaleat? idque factum in cauſa ducum Brunſwicenſium contra Brunſwick. Illi enim ad recentiores, in quibus civitas omiſſa erat, hæc ad antiquiores quibus inſerta provocabant. Reinck. *de reg. ſec. lib.* 1. *claſ.* 4. *c.* 1. *n.* 22. Deciſum eſt *in R. I. Ratisb. Anno* 1576. §. Wann auch. *Item Ratisb. Anno* 1594. §. Wann auch bey

11 vorigen Tractaten. † Standum eſſe illi matriculæ quæ Wormatiæ Anno 1521. publicata eſt, eámq; in votando & decidendo pro norma habendam cum certa tamen clauſula. Weh. *pract. obſ. verbo matricul.*

Idque in contradictorio obtinuiſſe in Camera in cauſa Br. contra Br. refert Meiſchner *tom.* 3. *deciſ.* 6. Non obſtat, quòd nullibi in Receſſibus Imperii legatur Matriculæ ſtandum, quod non fuiſſet omiſſum in re tam ardua, in qua cardo Imperii verſatur. R. I. eſſe argumentum ab authoritate negativa, quod non ſtringit. R. II. ſufficere, quod ex Jure communi illa ſit Archivorum authoritas, ut ſuprad. notorium inſuper eſt in omnibus collectis Imperii matriculam de An. 1421. obſervatam hucusque fuiſſe, ut propterea minimè dubitandum ſit, eam ſatis ſolenniter confectam, & firmatam, maximè cùm in factis antiquis non ſit opus probatione ſolennitatum, ſed ob temporis antiquitatem omnia ſolenniter facta præſumantur, *c. pervenit. X. de Empt. l. qui in aliæ. §.* 3. *de acquir. hæred.* Et quamvis temporum ſucceſſu territoria & bona de uno ad alterum tranſlata ſint & Status nunc ſucceſſerint, nunc decreverint, tamen per hoc matricula non redditur incerta cum bona iſta cum onere, & cenſu Imperii ad quosvis poſſeſſores tranſeant, *t. t. C. ſine Cenſu* Gaill. 1. *ob.* 21. *n.* 12. Item licet in antiquioribus matriculis aliquæ Civitates reperiantur, quarum in poſterioribus nulla ſit mentio, ut conſtat de Civitate Braunſchweig / cujus in matricula An. 1431. 1467. 1471. reperitur, ſed de An. 1474. 1486. 87. & 89. non ſit mentio, tamen iſta omiſſio nec pro deletione habenda eſt, nec iſtis præjudicare poteſt, ut tradit Klock. *de contrib. c.* 19. *n.* 65. quia talis mutatio inſciis & abſentibus illarum Civitatum deputatis facta, quam ex intervallo ſibi oblatam receperunt, ſed contradixerunt, & contra proteſtati ſunt, quæ proteſtatio juxta ſtylum Imperii non fuit rejecta, & adhuc originaliter oſtendi poteſt, ipſi nocere non potuit, uti res inter alios acta. *Juribus Vulg.* Knipſ. *de Juribus Civit. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 14.

Secundum Status requiſitum de Seſſione & Voto probatur ex R. I. *de An.* 1548. *§.* Wann auch. 12
& §. Und ſoll unſerm. Geil. *de obſ.* 21. *n.* 9. Nemo enim ad ſenatum & conſilium Imperii aſſumitur, niſi ſit pars Curiæ Imperialis, *arg. l. honores. ff. &* *l.* 2. *C. de decur.* adeò ut uno actu comparitionis & conſultationis, quaſi poſſeſſio Status Imperii acquiratur, non tamen ſufficit ſola convocatio ad Comitia Imperii, nam etiam quandoque mediatè ſubjecti vocantur non ad eum finem, ut ſeſſionem & ſuffragium ibi habeant, ſed ad alium affectum, quod evenire poteſt ex variis cauſarum figuris, Reinck. *de reg. ſec. d. claſ.* 4. *cap.* 1. *n.* 28.

Convocatio autem facile probari poteſt per literas Imperatoris debitè inſinuatas; de voto verò 13
& ſeſſione per ſubſcriptionem Receſſuum Imperii, nec minùs Civitatis probatio huc conducit, quod in Camera Imperiali in prima Inſtantia in cauſis realibus perſonalibus activè & paſſivè agat & conveniatur, quod niſi immediatè ſubjectis Imperii ſtatibus convenit, *Cam. Ord. p.* 2. *tit.* 1. *in princ.* *&* *§.* 1. Gail. 1. *obſ.* 1. *n.* 20. Idem in Aula Cæſarea in prima Inſtantia ſit *Ord.* zu Wormbs / *de An.* 1595. *t.* Die Unterthanen. *Capit. Ferd. II. §.* Wir ſollen. *& Ferd. III. §.* Wir ſollen. Reinck. *de Reg. ſecul. lib.* 1. *claſſ.* 5. *c.* 7. *n.* 16. Mingius. *de ſuper. terri. concl.* 24. *&* 53. cùm Immediatus cenſeatur, qui ſolius

 Cæſaris

Digitized by Google

Cæſaris Juriſdictioni ſubeſt, *arg. c. ex parte 13. X. de privileg. Clement. un. v. caterum. X. de Jurej.* Mingius. *d. loco. concl. 45. v. iſti, & concl. 47. §. ſi verò.* Plures modos probandi tradit Knipſ. *d. loco. n. 26. & ſeq.*

14 Præter has duas qualitates potiſſimum ad poſſeſſionem Status probandam requiſitas, tertium probatur per *R. I. de Anno* 1548. §. Wann auch. Geil. *d. loc. n.* 9. quamvis aliquando duo priora ſine hoc ſufficiant, cùm fieri poſſit ut quis privilegio vel præſcriptione ab hoc onere immunis ſit. Reinck. *d. loc. n.* 42. Quartum etiam non eſſe perpetuum probat Reinck. *d. l. n.* 52. & ita cauſa Honech contra Reinck. ſervatum tradit *auctor deciſ. Camer. verbo ſtatus publ. contra* Gail. 1. *obſ.* 21. *n.* 9. Mager. *de advoc. arm. c.* 6. *n.* 146. ubi Geil. *n.* 9. formulam articulandi & probandi Statum aliquem eſſe proponit, cui conforme videtur Capitul. Ferd. IV. Anno 1653. §. desgleichen 45. ubi cautum in collatione dignitatum Principum, Comitis & aliarum obſervandum, ut dentur benè meritis præ aliis in Imperio poſſeſſionatis, & qui media habent, Statum quem affectant pro dignitate tuendi, neminem autem Principum Collegio, vel in Principum aut Comitum ſcamno, ad ſeſſionem & votum inſerendum, niſi Principum vel Comitum bonis ſufficienter ſit proviſus ac qualificatus, & circulo alicui pro Steura condigna adſtrictus; ac licèt proximis Comitiis Ratisb. vigore decreti Cæſarei Directorio Moguntino ad communem conſultationem & ſtatuum placitum propoſitum fuerit: An dux de Amalphii, Comes Piccolomini, in numerum Principum & ſtatuum admittendus? Et ei obſtare videbatur, quòd nemo ad Conſilium Statuum Imperii recipiendus, niſi ſit conſors Imperii, par Curiæ Imperialis & ſic immediatè Imperio ſubjectus, *Geil. d. loc.* Nunc autem D. D. Piccolomini Principatum non in Imperio, ſed regno Neapol. obtineret, tamen favore ſingulari pro eo concluſum eſt, attentis meritis ejus belli pacisque tempore præſtitis, & noviſſimè adhuc in executionis Norimberg. negocio Inſtrumentum pacis concernente, ita tamen ut hoc ſingulare non trahatur in conſequentiam, quamvis inſuper præſtanda præſtare promiſerit.

Primo requiſito non obſtat, quòd dicitur *in l. Herennius. ff. de decur.* per albi inſcriptionem non cenſeri aliquem decurionem, prout etiam ſcriniarii non utuntur Jure militari, etſi eorum nomina inſerta ſint matriculæ militari. *l. ſcriniarios, C. de Teſt. mil.* R. námque *ad d. l. Herennius.* ſolam inſcriptionem contra legem nón operari, ſed ſi ritè & ſecundùm formam Juris facta ſit. R. 2. *ad l. ſcriniarios* ideo privilegia militaria ipſis non competere, quia non ſunt milites, aliaque militum requiſita in ipſis deficiunt, nec ſunt in expeditionum neceſſitate conſtituti, quæ cauſa principalis fuit inducendi privilegii militaris, quod etiam ipſis militibus immatriculatis actu militantibus extra dictam neceſſitatem non ſimpliciter, ſed certo tantùm modo conceditur. Reinck. *de reg. ſec. d. l.* 16. 1. *claſ.* 4. *c.* 1. *n.* 15. & 16. Cùm aliàs etiam, quando lex conjunctim duo vel plura requirit, alterum non ſufficiat adeſſe, nec impleri, *l. ſi ita quis ſtipulatus de V. O. l. ſi haredis. de Cond. inſt.*

Quæst. II. *An ad conſtituendum Imp. Statum præter Imperatoris voluntatem Statuum Imp. aſſenſus requiratur?* 15

Id affirm. Lymn. *lib.* 1. *c.* 7. *n.* 29. Reinck. *d. loc. n.* 11. Geil. *n.* 2. *auctor deciſionum Cameral. verbo ſtatus Imperij.* E contra cùm Imperator ſolus primus Status fecerit & hodie Statibus de novo factis, ſolus de ſeſſione (quæ potiſſima pars eſt Juris Statuum) proſpiciat, §. nach dem auch. *R. I. de Anno* 1570. ſolus quoque Principes Imperii creet & dignitates regales, ut olim, ita & nunc conferat, etiam ſolius Imperatoris voluntas in Statu faciendo ſufficere videbitur: in qua quæſtione arduâ, *cum Juriſconſ. Schütz. in diſp.* 6. *de poteſt. part. Th.* 2. *lit. C.* non facilè quicquam vel contrà Imperatorem, vel contra Status reſolvendum. Hoc tamen minimè prætereundum, quòd noviſſimâ Capitulatione Ferdin. IV. Anno 1653. proviſum & placitatum, neminem admittendum, niſi præter collegium Electorale illud Collegium aut ſcamnum, ad quod quis admitti deſiderat, ſufficienter audiatur.

Quæst. III. *Cur Statibus Imp. in conſultationibus Votum communicatum ſit?* 16

Reſp. Quia ars benè imperandi populo & rectè formandi remp. non minùs eſt difficilis quàm ſublimis & ſcientia ſcientiarum, unde Ietro ad Moyſen populum judicantem dixiſſe legitur, *Exod.* 18. *v.* 18. Rem non bonam facis Moyſes, ſtulto labore

labore conſumeris, defatigando defatigaris. Tu & populus iſte, qui tecum eſt, ultra vires tuas eſt negocium, ſolus id non poteris ſuſtinere. Cujus conſilio Moyſes conſtituit Tribunos, Millenarios, Centenarios, Quinquagenarios & Decanos, eosque populo præfecit, ut ſimul judicarent eum. *v.* 20. *& ſeqq.* Ita Imperator propter rei difficultatem & Imperii amplitudinem, negotiorum occurrentium diverſitatem, viros fortes in curam & ſollicitudinis partem aſſumpſit, quorum præſidio dextera Imperialis potentiæ roboretur. Chriſtoph. Ming. *de ſuper. territ. Concl.* 1. & 2.

17 QUÆST. IV. *An dignitas Status perſonalis ſit vel realis?*

℞. Realem eſſe: Ita ut jus hoc à primo acquirente vi receptionis in matriculam & aſſumptionis ad conſilium in ſucceſſores transmittatur, ſicque ſufficiat probare anteceſſores immatriculatos & aſſumptos, nec ex matricula demptos, licèt nomina ſuccedentium in matricula non extent, quamvis ſi antiquæ matriculæ aliquis inſertus, in nova autem omiſſus ſit, hunc ex matriculâ deletum & remotum cenſeat Lymn. *de I. pub. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 80. ac licèt Geil. tradat non ritè deletum pro non deleto habendum, præſumptio tamen eſt ritè deletum fuiſſe, nec ignoranter hoc factum præſumitur. Et quidem in civitatibus Imp. iſta tranſmiſſio minùs eſt dubia ſivè nunc Democraticè gubernetur, ubi olim Ariſtocraticum erat regimen, ſive contrà; cùm ſemper eadem civitas cenſeatur, nunc omnibus etiam civibus & magiſtratu commutato, quæ fuit olim, *argt. lib.* 56. *de Uſuf. l.* 76. *de Judic.* Idem in Eccleſiaſticis dignitatibus, Epiſcopatibus & Prælaturis, quæ per Electionem competunt, ubi dignitati jus Status adhæret, & in ſucceſſorem tranſit. Prout in ſimili, ubi Rectori Academiæ certa adhæret functio, ut Helmſtadii Rector officio durante, ſacri Palatii Lateranenſis, Aulæque Cæſareæ & Imperialis Conſiſtorii Comes eſt, & hoc habet ex privil. Maxim. II. de An. 1579. ſub dato Pragæ 9. Maij. Ut & hæc dignitas Decano Facult. Jurid. Marpurgenſis data à Frid. II. Hinc quicunque ibi Rector, hic Decanus eligitur, hanc dignitatem aſſequitur vi primæ conceſſionis. In reliquos ſæculares EE. Principes, Duces, Comes, Barones autem jus Status devolvitur ex pacto & providentiâ primi acquirentis, & ſimul ſucceſſionis hæreditariæ, non in filios tantùm, ſed etiam in alios, etſi paternum avitum, vel majorum ſuorum principatum diviſerint, (niſi jus primogenituræ hoc uni addicat.) Tum quia in dubio quilibet ſibi & ſuis hæredibus proſpicere voluiſſe cenſetur; Tum quia pacta in rem potiùs, quàm perſonâ cenſeantur, ſicque realia magis, quàm perſonalia Juribus vulg.

CAPUT VI.

De Electione Rom. Imp. & Regis in genere, ejúsque antecedentibus.

SUMMARIA.

1. *Rom. Imp. corporis diſtributio.*
2. *Galliæ regnum ſucceſſivum, non electivum.*
3. *Philippo Pulchro mortuo aſſumptus Phil. Valeſius.*
4. *Galliæ Regni inſigne olim Crotta.*
5. *Hiſp. Reg. Portugalliæ, Luſitan. Caſtellan. ſucceſſivum.*
6. *Daniæ regnum olim non fuit ſucceſſivum; Hodie ſecus.*
7. *Poloniæ Regnum electivum.*
8. *Hungariæ Regnum an ſucceſſivum?*
9. *Romanum Imperium olim ſucceſſivum, hodie ſecus.*
10. *Auſtriacâ ſucceſſione non deſiit eſſe Electivum.*
11. *Paterna merita liberis proſunt.*
12. *Electio quid ſit?*
13. *Vacare qualiter dicatur Imperium.*
14. *Vacat per mortem.*
15. *Etiam civilem.*

16. *Caroli V. laudes.*
17. *Lotharius Imperator factus Monachus.*
18. *Henricus II. Imperator fit Canonicus Argentinenſis.*
19. *Carolomannus factus Monachus Benedictinus.*
20. *An Imperator Imperio ſe ſponte abdicare poſſit?*
21. *Affirmativa eſt verior.*
22. *Pontifex an poſſit Pontificatui renunciare?*
23. *Ludovicus Bavarus renunciare voluit Imperio.*
24. *Eccleſia contractus non impedit Renunciationem Prælati vel Epiſcopi ſui.*
25. *Nec Matrimonium ſpirituale cum eâ contractum.*
26. *Juramentum promittentis ſe reſignaturum an obliget?*
27. *Reſignatio Imperij cui facienda.*
28. *Ad manus Electorum.*
29. *Reſignationis cauſa, & ſingulariter in Carolo V.*
30. *Imperator non habet ſuperiorem.*
31. *Renuncians an pœnitere poſſit?*
32. *Vacat Imperium per depoſitionem.*
33. *Depoſitio Regis Sueciæ.*
34. *Imperatores, qui Imperio exuti ab Imperio.*
35. *Depoſitio à quo fiat?*
36. *Statibus omnibus an depoſitio Imperatoris competat?*
37. *Depoſitio Electoribus competit.*
38. *Status an Judices in cauſa depoſitionis?*
39. *Imperatore vivente An alius eligi poſſit?*
40. *An duo ſimul eſſe Imperatores poſſint?*
41. *Vacante Imperio per alios modos, quàm morte, an neceſſitas eligendi Electoribus incumbat?*
42. *Electorum major conſenſus, an ad remotionem ſufficiat?*
43. *Moguntinâ ſede vacante, an Capitulum Electores convocet?*
44. *Papæ conſenſu an opus ad convocationem Electorum?*
45. *Electionis Imper. locus.*
46. *De loco Electionis Ludovici Bavari.*
47. *Tempus trimeſtre Electionis an minui, aut extendi poſſit?*
48. *Quid ſi neceſſitas? aut evidens utilitas termini abbreviationem ſuadeat?*
49. *Renſa recuperatio.*
50. *Electores omnes ad Electionem convocandi.*
51. *Capitulum ſede vacante an Jus eligendi Imperatorem habeat?*
52. *Ferdinandi III. Electio.*
53. *Archiepiſcopus nondum infulatus an Jus eligendi Imperatorem habeat?*
54. *Archiepiſcopus nondum à Cæſare inveſtitus an jus eligendi habeat?*
55. *Elector ſæcularis nondum inveſtitus an jus eligendi habeat?*
56. *Ætas quæ in Imperatore eligendo ſpectanda?*
57. *De ætate Pauli III. dictum.*
58. *Electorum filii ſub tutela Patruorum.*
59. *Bohemiæ Rex an vocandus.*
60. *Bohemiæ Rege minore, an ipſe, vel Status vo-*
61. *Et cui citatio inſinuanda.* (*candi?*
62. *Electoratu controverſo quis vocandus.*
63. *Hac de re præjudicium.*
64. *Electoratum an alius, & alius Votum habere poſſit.*
65. *Electoratu per vim pulſus an jus habeat eligendi?*
66. *Electores an in perſona comparere debeant?*
67. *Elector cur non ultra 50. armatos inducere debeat?*
68. *Leopoldus Auſtriacus unde ſuperbus dictus?*
69. *Pœna non comparentis.*
70. *Electorum major pars ſi emaneat, an Electio fieri poſſit?*
71. *Electores an tantùm ſeptem eſſe debeant?*
72. *An augeri poſſit Electorum numerus?*
73. *Contradictio anonymi contra pacificationem.*
74. *Francofurtenſibus quid tempore Electionis incumbat?*
75. *Salvus Conductus.*

1 UT Romani Imperii corpus breviter ſper partes ſingulas oculis ſubjiciamus, à capite ejus meritò ſive Imp. incipiendum, antequam ad reliqua membra juxta ordinem *præc. cap.* ſecundum diviſionem propoſitum procedamus.

Cùm ordinariis modis ad Imperia perveniendi duo potiſſimùm celebrantur, Succeſſio ſcil. & Electio, pro diverſitate climatum & nationum, temporum quoque & circumſtantiarum aliis hic, aliis ille placuit, Jo. Chockier. *in Theſ. polit. lib. 1. cap. 2.*

In Gallia ex l. Salica Jure ſanguinis regum proximiori maſculo excluſis fœminis defertur, 2
Bodin.

Digitized by Google

Bodin. 6. *de rep. c.* 5. Covar. *pract.* Q. Q. 1. *n.* 2. deficiente autem prole maſcula deſcendente proximus ex ſanguinis regii propinquitate denominatur & ſuccedit, quod quartâ vice ſuo tempore eveniſſe refert Comin. *de bello Neapol. lib. 5. in fin. pag. mihi* 940. Electionem aliquando Gallis placuiſſe multis teſtimoniis firmare conatus fuit Hotom. *in Francogal. c. 7. p.* 48. at verò hunc celebre ſuum nomen infamâſſe inſolentis ejus tractatus editione refert Moriſottus. *in Henric. M. c. 11. p.* 33. deceptus autem fuit Hotom. veterum ſcriptorum formulis, apud quos eligere aliquando ſignificat declarare, prout & regnum hereditarium procerum ſuffragiis approbari & à populo acclamari poteſt, quæ declaratio & acclamatio ſubmiſſionis, obedientiæ & fidelitatis eſt argumentū, non vera electio, vel quia dubium incidit, uter ſit proximus, an hic vel ille legitimus ſit de ſanguine, hoc dubium facti reſolvendum eſt, re autem penitùs inſpectâ certum eſt, regnum Galliæ legitimum eſſe & ſucceſſivum, Lyni. *in annot. ad proœm. Capit. Carol. V. p.* 49.

3 Et ſic Philippo Pulchro Galliæ Rege mortuo, qui tres habuit filios, Ludovicum, Philippum, Carolum, & unam filiam nuptam Eduardo II. Angliæ Regi, cùm filii ſucceſſivè ſine liberis mortui eſſent, aſſumptus eſt Philippus Valeſius, non defuncti Regis filia Eduardo nupta, *Froſſard. teſte.*

4 Hujus regni inſigne olim fuit Crotta, & referunt cùm deſtructo Ilio Priami nepotes ultra Helleſpontum ad mare Meoticum conceſſiſſent, ibi electo ſibi rege, & à vicinis Gothis moleſtarentur, decreto quod fecit Marcomirus cum primoribus Scytharum, deſerere voluerint, cui apparuerit viſio cum tribus capitibus, Aquilæ, Crottæ, & Leonis, Aquilæ capite dicente ad Marcomirum: *Tua familia me ſupprimet, Leonē conſternet, & Crottam necabit*, ſive quod poſteri victores erunt contra Romanos, Gallos & Germanos, quos Leo deſignat, Itaq; An. 433. Scytha Marcomirus cum ſuis in partes Germaniæ Gelriam, & Neomagū venit, primusq; eorum Rex fuit Antenor Marcomiri filius. Münſt. *in Coſmogr. pag.* 93. II. Priamus. III. Francus, à quo Francia nomen habet: Prædictum inſigne trium Crottarum Clodovæus Rex aſſumptâ fide Chriſtianâ Anno 499. mutavit, & tria Lilia ſurrogavit, Münſter. *pag.* 94. *in fol.* Id Gallis uſitatum, quod *Lilia non nent*, id eſt excluduntur à Regni ſucceſſione fœminæ per l. Salicam, quam Pharmundus I. Francorum Rex deliberatione habitâ cum quatuor ex Sicambris ſpectatis Proceribus, Uſugaſto, Loſogaſto, Sologaſto, & Vologaſto promulgavit, quod etiam obtinere prole maſculâ deficiente experientiâ compertum fuit.

Hiſpaniæ, Portugaliæ, Luſitaniæ, Caſtellæ, 5
Siciliæ, Neapolis & Navarræ Regna ita ſucceſſiva ſunt, ut etiam fœminæ deficientibus maſculis admittantur. Anglia & Scotia eodem modo, nec à ſucceſſione nec à gubernatione, fœminas excludunt, Münſt. *in Coſmog. l. 2. c.* 18. Sicque Eliſabetha Regnò Angliæ potita eſt, Anno 1559. & ad 45. annos regnavit, usque ad annum 1603. quo 24. Maij obiit, ſuccedente eidem Jacobo ex Sorore Scotiæ Regina Nepote; Similiter Maria ad Scotiæ regnum admiſſa eſt.

In Dania hactenus etſi filij ſint, tamen ſucceſ- 6
ſioni non fuit locus, ſed totum in arbitrio procerum fuit, licèt plerúmque filii prælati ſint, & ab Anno 1448. quo Chriſtianus Comes Oldenburgenſis in regem Daniæ electus eſt, in hac familia, licèt non ſemper in electâ lineâ, permanſit. In libro Regni Daniæ das Lob-Buch dicto, ſcriptum eſt, quòd quando Regis heres fidem mutat, exheredari poſſit; Hinc Iſabella relegata, hac conditione à matre in Hollandiam miſſa, ut Coloniæ in Catholicâ Religione informaretur, prout factum ibidem in Monaſterio S. Claræ neben der Burg-Mauren/ unde tamen diſcedens ingreſſa eſt Monaſterium Diſcalceatiſſarum, & quæſitum fuit, an ei debeatur quota patrimonialis? uti ex fide digna relatione percepi, prætenſio ejus hæc erat, quod filia Regis eſſet, & legitima Jure naturæ debita auferri non poſſet, nam Chriſtianus IV. Rex Daniæ, Norwegiæ, &c. mortuus Anno 1645. cum conjuge Luneburgicâ genuit Frid. III. Regem, ex quo natus eſt Rex modernus Chriſtianus, idem cum Chriſtina Comitiſſa Holſatiæ habuit 5. filias, unum maſculum d. Wolmarum, quam Chriſtinam poſtea duxit cum conſenſu, & reſcripto Statuum Regni. Ex filiabus primogenita nupſit Comiti de Ulenfeld Præfecto Regni. II. filia D. Hannibali, qui fuit Vice-Rex Norwegiæ, per invidiam, ut dicitur, remotus, & receptus in Regni Daniæ Theſau-

Digitized by Google

Theſaurarium, Patrem autem habuit Cancellarium, III. filia habuit Ebbe, id eſt Everhardum Ullenfeld, qui unus eſt ex 12. Regni Conſiliariis: de quinta Iſabella jam dictum. Hodie verò Procerum & Statuum conſenſu hæreditarium declaratum eſt. Poſt noviſſimam pacem cum Rege Sueciæ, Friderico III. pro ſe & heredibus etiam fœminis jus ita ceſſum Ann. 1660. 17. & 27. Octobr. & homagio præſtito Anno 1662. 1. Septembr.

7 In Polonia quoque Reges Senatûs & Equitum ſuffragiis eliguntur, non tamen temerè à ſtirpe regiâ diſceditur. Bodin. *de rep. lib. 6. c. 5.*

8 Hungariæ regnum, tum liberam electionem admittit, quando Regis liberi non ſuperſunt Comin. *lib.* 10. *Comm.* De Bohemia infra ſuo loco in ſpecie agetur.

9 In Imperio Romano Auguſtus, Tiberium Cæſarem; Tiberius Caligulam, hæredes & ſucceſſores habuerunt, §. *pen. I. de adopt.* poſteà autem electioni locus factus eſt, & Impp. vel ſuffragio exercituum, vel per legiones, vel per Prætorianos creati ſunt, Goldaſt. *in polit. part.* 14. *c.* 1. *& part.* 3. *c.* 13. Poſtquam autem ad Imperiũ occidentale Carol. M. aſſumptus fuit, ad tres eum ſequentes hæreditario Jure, quatuor ulteriores, hæreditate quidem, accedente tamen approbatione, usque ad Ludovicum Arnulphi filium Imperium pervenit, quo defuncto ad Saxones & Francones pura electio eſſe cepit, quæ in Imperio adhuc frequentatur, Capitulatione quoque Cæſareâ hodie cavetur, ne Impp. ſucceſſione ſed electione ſe Imperium habere ſtatuant. Lym. *in annot. ad Capit. Carol. V. verbo* Erwählter. *p.* 48.

10 Licèt autem *in act. publ. tom.* 2. *lib.* 3. *tract.* 4. *p.* 640. hodie Imperium pro hæreditario in domo Auſtriaca habendum ſuſtineatur, hac ratione quòd tempus immemoriale ſit loco tituli & privilegii. *I.* 3. §. *ductus, de aqua quotid.* ultra autem centum & plures annos Imp. in hac Sereniſſ. familia perduravit; & quia olim Proteſtantes liberis Electorum ſuffragiis non parum præjudicari exiſtimârunt ex continuata electione in certâ familia, hanc legem proviſionalem à Cæſarea Majeſtate extorquere elaborârunt, ne deinceps ex una principali domo tres Reges ſucceſſivè aſſumerentur ad interpellandam ſcil. præſcriptionem. Goldaſt. *p.* 2. *rerum inter germ. t.* 4. prout ex ſimili ſuſpicione Cardinales, cùm poſt fata Leonis X. Pontificis, ex Medicæorum familia oriundi, Julianus etiam Medicæus ad Pontificatum ſpem haberet, ipſum in locum ſurrogare, quòd quaſi hæreditario Jure in Pontificatu ſuccedendi exemplum foret pernitioſum exiſtimârunt: nam & Canones vetant filium patris legitimum etiam, cujus pater poſtea factus eſt presbyter, ei Eccleſiæ præfici, cui pater præfuit, niſi ſimplex ſit beneficium. *c. ad hæc.* X. *de Fil. presb. c. ad abolendam* 16. *c. ad extirpandam.* 11. *d.* *t.* & ex hac ratione Innoc. III. Papa cum Sueviæ Duces Imperium obtinuerent, inconſultum putavit, ut ex una familia ſucceſſor Philippus per Electores aſſumeretur, quòd ſcilicet libertas Principum EE. periret, & reliquis fiducia ſive ſpes ad Imperium tolleretur: Nam ſi, inquit, *in c. venerabilem.* 34. *v. inſuper fin. X. de Elect.* Si præter Ducis ſuo patri eorum & Dux ipſe Fratri ſuo ſuccedit, videtur Imperium non electione ſed ſucceſſione deberi, *ad d.* Beſold. *de Jurisd. Rom. Imp. q.* 9. unde tempore Ludovici Bavari Electores conveniſſe dicuntur, de Auſtriaco in futurum perpetuis temporibus nunquam eligendo, ut quidam ſcribunt. Verùm ſicut hæc EE. S. R. I. non moverunt, quin ex eâ domo Imperatorem aſſumerent, ita nec ſententiam dictam infringunt; Qua ſuſtinemus adhuc eſſe Imp. electivum: Liberrima enim electio non tollitur, ſi nunc ut olim à temp. Conrad. I. Septemviri in Franconicâ, Saxonicâ, Suevicâ, & Auſtriacâ domo diutùs Imperium retinuerunt, ob anteceſſorum merita quæ hoc modo remunerare voluerunt, prout regnum Judæ à Davide usque ad Sedechiam vigeſimum primum ejus familiæ regem permanſit, & pollicitus erat Deus Davidi, regnum in ejus familia æternum. 2. *Reg.* 2. Illi vero quod de præſcriptione allegatum, quòd Proteſtantes aliquando moliti ſunt, quod Cardinales & Pontifex ipſi veriti, periculo ſatis occurritur, capitulatione, quâ electus Rom. Rex ad culmen Imperii non admittitur, niſi priùs omni prætenſioni hereditariæ renunciârit, quæ in dubium vocare piaculum foret, quæ de EE. pactione allegantur non etiam probantur, ab ea EE. mutuo conſenſu recedere poſſe, palam eſt *ex LL. vulg.*

Et quidem ſi ob patris delictum punitur filius, cur non multo magis ob ejus merita præmiari poterit, prout ob ſacra vaſa à Patre Nabuchodonoſore 11

Digitized by Google

donoſore ex templo ablata Balthaſar ejus filius pœnas luit. Guevar. *in horol. lib. 1. c. 23. n. 86. p. 85.* Et ſicut in liberis paternorum ſcelerum exempla metuuntur, *l. quisquis. C. ad l. Jul. Maj.* cur non paternarum virtutum imitatores præſumeantur, & ſicut illi negliguntur, ita hi evehentur. *junct. l. 42. de pœn. junct. Vulg. c. odia. d. R. I. in 6.* Nec facit, quod cum apud Joannem XXII. Papam aliquis merita ſui patris prædicaret, ipſe reſponderit: A Salomone Rege ſapientiſſimo natum eſſe filium peſſimum, quia regulariter præſumitur filius Patri ſimilis; & fortes creantur fortibus & bonis, &c. *n.* niſi contrarium appareat & præſumptio per fortiorem probationem elidatur, aliud dicendum.

12 His præliminariter præmiſſis, pro fundamento *ſeqq.* ſciendum, quòd Electio Imp. ſit actus legitimus, quo perſonæ idoneæ adminiſtratio Rom. Imperii juxta præſcriptum in A. B. per Electorale Collegium aut majorem ejus partem defertur, quæ duplex eſt: Una ordinaria, quæ fit vacante R. Imperio, altera extra ordinaria, quando vivente adhuc & conſentiente Imp. EE. Rom. Regem aſſumunt. Circa quæ ſeqq. incidere ſolent & inciderunt hactenus controverſiæ partim jam deciſæ, partim adhuc decidendæ, inter quas eſt.

13 QUÆST. I. *Qualiter vacare dicatur Imp. ut electioni locus fiat?*

Variè id fieri poſſe indicat text. *A. B. t. 1.* ibi: Quandocunque ſeu quotieſcunque caſus emerſerit, quæ verba indefinita & univerſalia ad unum caſum reſtringi non poſſunt, ſed indefinitè accipienda ſunt, *l. ita de Leg. 2. l. ſi pluribus de Leg. 3.* poteſt autem neceſſitas vel caſus emergere variis modis, accedit ratio hæc, quòd electio ſit inſtar ſucceſſionis, & quod in aliis regnis operatur ſucceſſio, hic ſupplet electio, adeóque unum alteri ſurrogetur, & ut ſurrogatum alterius naturam ſapiat, *facit. l. ſi. ejus §. qui injuriarum. Si quis Cantion.* prout de ſimilibus idem eſſe ſolet judicium, *l. non poſſunt de LL.* ſed in regnis ubi viget ſucceſſio variis modis ſucceditur, ergo etiam in imperio, ubi viget electio.

14 I. Itaque Imperium per mortem Imper. vacare extra omne dubium eſt; mors enim omnia ſolvit, *N. 22. c. 2. princ. quibus mod. Jus. pat.* prout noviſſimè vacavit è vivis ſublato Ferd. III. Rom. Imp. invictiſſimo. S. A.

II. Idem dicendum de morte civili, quæ fit, 15
ſi Imperator Religionem ingrediatur, *auth. ingreſſi. C. de SS. Eccleſ. c. ſcripſit nobis, ubi gl. 17. q. 2. Reg. Cancell. 57.* exemplo Carol. V. Imp. qui renuncians Imperio in Hiſpaniæ monaſterium Hieronymitanum S. Juſti receſſit. *Turſell. Epit. hiſt. lib. 10.* quamvis alias cauſas ultroneæ ſuæ abdicationis allegent alii, nempe ætatem & perpetuam corporis imbecillitatem, quæ exprimuntur tanquam concurrentes in Receſ. Imp. Auguſtæ, Anno 1559. *in princ. ibid.* Aus mercklichen groſſen und tapffern Urſachen / ſonderlich aber von wegen obligenden Alters und immerwehrender Schwachheit. *ad Tiraq. de nobil. c. 26.*

Laudes Caroli V. vid. apud Majol. *Canicul.* 16
tom. 3, coll. 2. p. 196. Huic 24. dies Februarii omnibus eventibus memorabilis fuit; illo die Anno 1500. natus Gandavi, *Surius rer. in orb. geſt.* Illâ Regem Galliarum Franciſcum vicit; & captivavit, Illâ Bononiæ coronatus eſt, *Majol. tom. 1. col. 4. pag. 124.* Item Attabatrem Coſcomiorum Regem novi orbis ſuis armis ſubegit, qui cum ſeptuaginta Milliones Carolinorum, id eſt ſeptuageſies dena centena millia aureorum intra diem ſeptuageſimum ſe promiſiſſet appenſurum, ſi (captivus enim erat:) libertati reſtitueretur, duorum Tribunorum Cæſaris diſſenſione & avaritiâ, poſt ſepties quadraginta auri vaſa appenſa morte violentâ ſublatus eſt non modicâ Caroli Cæſaris jacturâ. Idem Carolus novem expeditiones in Germaniam fecit, Sex in Hiſpaniam, 7. in Italiam, decem in Belgium, 4. in Galliam, duas in Angliam, duas in Africam, omnes numero quadraginta, in quibus octies mare Mediterraneum transnavigavit, & ter oceanum: Reſignationem Regiones Belgicæ deflebant, maximâ multitudine ad lachrymandum commotæ. *Caramuel. in Dominico. p. 318. Wurchm.* im Königſpiel. *obſ. 5. p. 67.*

Ita Lotharium Imp. Prumienſe monaſterium 17
à ſe extructum & ampliſſimis poſſeſſionibus à ſe dotatum Anno 801. ingreſſum fuiſſe, tradit Otto Friſing. *lib. 6. Chron. c. 1.* cujus rei novitatem omnes ſtupuerunt, quod faſces Imperii ſumma ambitione quæſitos tam promptè abjiceret, & profeſſione emiſsâ tantâ demiſſione & contritione vitam ageret, ut à plurimis ſanctitatis nomine celebretur; *Bucelin. in annal. pag. 52. Turſellin. p. 147.*

G Impera-

18 Imperator autem Henricus II. cùm An. 1019. Argentinam concedens Canonicam vitam ibi tranſfigere vellet, à Principibus Imperii abſtractus & in Imperii gubernatione retentus fuit, eáque præbenda deinde vocata eſt regalis. *Scadans in ſum.*
19 *Argent. templi. cap. 2. pag. 11.* † Carolomannus quoque Filius Pipini Carol. M. Patruus, relicto & abjurato regno ex patris Pipini morte delato, Monachus S. Benedicti factus eſt, in monte Soracto apud Eccleſiam S. Sylveſtri conſtituto monaſterio, *juxta annal. Carol. M. An. 746. apud Eginhard.*

20 QUÆST. II. *An Imperator ſponte ſe Imperio abdicare & reſignare magiſtratum regium vel Imperialem ſemel ſuſceptum poſſit? Et ſic vacare cenſeatur?*

Pro negat: facit, quod iſta abdicatio nulla lege reperiatur conceſſa, ſed II. abdicatio magiſtratus videatur prohibita. *l. fin. C. de Defens. civit.* III. Sic Legatus Cæſaris vel præſes ſe abdicando Imperium non amittit. *l. 20. ff. de off. Præſ.* IV. Facit pro hac negativa exemplum Henrici II. q. 1. allegatum, cujus conatui contradictum eſt à Statibus & ad Imp. adminiſtrationem revocatus fuit. V. Accedit, quòd cùm idem Henricus Abbati Verdunenſi Richardo profeſſionem feciſſet, volens apud S. Victorem monachus fieri, Abbas in virtute obedientiæ eidem injunxit, ne Imperium dimitteret, quoad viveret, & ſic eum ad Imperium remiſit.

21 Verùm his non obſtantibus, affirmativa eſt verior I. quia illa reſignatio nulla lege reperitur prohibita, ergo cenſetur conceſſa, *arg. l. nec non ex quibus cauſis maj. l. mutus. de Procur. l. 12. §. 1. de Judic. c. 2. de Procur. in 6.* II. Mandato ſuſcepto renunciari poteſt. *l. 32. §. fin. mand. §. 11. Inſt. Eod.* quòd cùm in privatis obtineat, multò minùs Principi, ne deterioris ſit conditionis, quàm ii, denegandum, *arg. l. 3. in fin. ff. de off. præt.* III. Tutor tutelam ſuſceptam deponere poteſt. *l. 40. de Exc. tut.* ergò & Princeps Regni ac Imperii adminiſtrationem. IV. In regno hæreditario locus eſt abdicationi, ergo etiam in regno ſucceſſivo, *per trad. h. q. n. 1. in pr. in.* ſic Franciſcus I. Gall. Rex, cùm captivus, à Carol. V. detineretur, Delphino Galliæ, id eſt filio ſuo primogenito, adminiſtrationem reſignare voluit. † V. Expreſsè conſtitutum
22 eſt *in cap. 1. de Renunc. in 6.* quòd Pontifex, poſſit renunciare Pontificatui, prout Marcellinus Papa, cùm immolâſſet idolis, renunciavit; eique ſubſtitutus eſt Marcellus, *c. nunc autem. diſt. 21.* Item Clemens, cui ſucceſſit Linus. Et de Cyriaco Papa refert. *gl. ad d. c. 1. de Renunc. in 6.* quòd poſt revelationem ſibi factam, ſe martyrii palmam cum B. Urſula & 11000. Virginum reportaturum, congregato Clero & Cardinalibus coram iis reſignavit officio & dignitati Papali, quamvis Cardinales inviti eſſent, quia credebant, quod non ex devotione ſed ob blandimenta virginum ſe abdicaret (quem tamen Cyriacum alii nomine Pontiani Papæ in exilio agentis Pontificatum adminiſtrâſſe volunt) quod ergo in Papa locum habet, cur non in Imp. obtineret. *Pet. Gregor. de rep. lib. 26. c. 3. n. 20.* VI. Quia invito beneficium non datur, *l. invito. de R. I.* merito cuique renuntiatio ſui Juris permiſſa eſt, *l. pen. C. de pact.* VII. Licèt non exemplis ſed LL. judicandum ſit, *l. nemo. C. de ſent. & interloc.* attamen cum ut d. nulla extet lex prohibitiva, ab exemplo legitimum ſumi poteſt argumentum, Bartol. *ad. l. nemo. c. alias. 15. q. 6. facit §. 1. de Fideic. hered. §. 1. I. de Codicill.* maximè autem exempla ſummorum Principum à Statibus & Electoribus admiſſa autoritatem habent. Sic Diocletianus poſt adminiſtratum virtute ſummâ & prudentia ad annos 20. Imperium (princeps optimus ſi ea excipias, quæ gentilium errore & ſuaſu ductus in Chriſtianos admiſit) cum Maximiano collega Nicomediæ ſe Imperio abdicavit, Anno Chriſti 308 & Solonæ in Dalmatia vitam hortorum cultura oblectans privatus tranſegit, in quo propoſito decem annis, quibus ſuperfuit, conſtans permanſit, & à privata vita rurſus ad Imp. ſollicitatus reſpondit: Nullos ſibi unquam dies lætiores affulſiſſe. Deinde verò ſciſſo Imperio Anaſtaſius II. & Theodoſius III. Chriſtiani Impp. depoſito Imperio vitam in monaſteriis finiverunt, Iſacius Comnenus, qui Michaëlem Stratiotam Imperio dejecerat, in Stadienſe ſive Anthemii monaſterium à ſe ædificatum tonſa corona ſponte tranſiit, quod tamen potiùs ad q. ſpectat, plura recenſet Goldaſt. *in Polit. p. 7. c. 1. pag. mihi 379. & ſeqq.* Lym. *2. d. I. p. c. 11. & in annot. ad proœm. Capit. Ferdinand. I. Verſ.* Obangeregt Römiſch Kayſerthum: Quâ forma Carolus V. Imperium reliquerit refert Lym. & Gold. *dd. locis.*

Ludovicus quoque Bavarus Imperio etiam ſe ab- 23

ſe abdicare voluit ex cauſis allegatis à Burgund. *hiſtor. Bavar. lib. 1. p. 36. Anno 1258.* cùm Richardus jam coronatus Imperator titulum hunc oneri potiùs & ſumptui, quàm honori & emolumento eſſe ſentiret, inops, & inglorius in Angliam reverſus: Cauſas ob quas Papa non videbatur poſſe renunciare *in c. un. de renunc. in 6. allegat. gloſſ.* quibus decem addit Jo. And. ſed res deciſa eſt à Cœleſtino Papa vivæ vocis oraculo, poſtea à Boniſac. VIII. *d. cap. un. ubi vide Paſſerinum.* & Cœleſtinus poſt renunciationem ad eremum rediit, & in habitu Monachi usque ad mortem vixit, quamvis nec Papa, nec Epiſcopus renuncians ad Monaſterium redire neceſſitetur. *Paſſerin. d. c. un. n. 13.*

24 Nec impedit contractus renunciantis Papæ cum Eccleſia, & Imperatoris cum Imperio initus, qui neceſſitatem inducere videtur, & renunciationem partis unius non admittere *l. 5. C. de O. & A.* Ad Papam quod attinet, Reſp. *cum Paſſerin. n. 38.* cum Papa non eſſe poſſe contractum talem, nec adeſſe poſſe ſine Simoniâ.

25 Nec obſtat argumentum à matrimonio carnali, quod indiſſolubile eſt, & vinculum ſpirituale inter Epiſcopum & Eccleſiam; ℞. hoc ſpirituale tantùm eſſe ſimilitudinarium & metaphoricè matrimonium, & differentiam eſſe, quod illud ſit contractus inter conjuges ob bonum prolis, ſed Pontificatus eſt officium, quod à Chriſto datur, ſic relictâ poteſtate renunciandi, ſicut relinquit poteſtatem acceptandi; Aliæ autem Prælaturæ inferiores majorem habent cum Matrimonio ſimilitudinem, quàm Pontificatus, quia Petrus non fuit obligatus ad Regimen univerſale Eccleſiæ ex contractu cum Chriſto, & Eccleſia inito, ſed impoſitione ſibi à Chriſto collatâ, ita & Papa ejus ſucceſſor. *Paſſer. n. 39.* Imperator autem, licèt cum Electoribus per capitulationes quaſi contrahat, notum tamen eſt, quòd ſecundum Jura feudalia Vaſallus Domino etiam per contractum oneroſum homagio obligatus feudo renunciare poſſit, *qua de re Feudiſtæ.* Vicina eſt

26 QUÆST. III. *Qui ſi Papa promiſit, & juravit ante aſſumptionem ſe ad libitum Cardinalium reſignaturum?*

Bald. *in c. venerabilem. X. de Elect.* ait, hoc Jus non valere, quia eſt contra libertatem, quam Papa à Chriſto habet, & Cardinales non poſſunt reſtringere. *Paſſerin. in d. cap. un. n. 44. & ſeqq.* Solent quidem ſede vacante Cardinales capita quædam reformando regimini Pontificio formare, quæ ſinguli Cardinales ſe ſervaturos jurant, ſi dein ad Pontificatum evehantur, tamen omnium ætatum experimentis compertum eſt, neminem Juramento ſe obligatum ſenſiſſe, ſed ſæpe poſt electionem profeſſos ſe non potuiſſe obligari vel ipſa aſſumptione ad Pontificatum jurejurando ſolvi; prout in ſpecie Paulus IV. capitulatione conſtrictus, quòd non poſſet ultra 4. Cardinales creare poſtea contradixit, ajens, quòd hoc eſſet poteſtatem Apoſtolicam legibus ſolutam adſtringere, Papam non poſſe obligari, nec ſe ipſum obligare, eſſe inſtar articuli fidei, ac contra ſentientes hæreſin incurrere, à qua paratus ſit eos ſolvere.

Non obſtant argumenta pro contraria ſententia allegata. Non I. per rationem pro hac opinione ſupra allatam. Non II. quia citata *l. fin.* non omnino prohibet reſignationem, ſed eam quæ non eſt facta ſervatis à Jure ſervandis. III. Allegata verò *l. pen. de Off. præt.* non de Cæſare ſed legato loquitur. IV. Ad exemplum Henrici dicitur: Etſi abdicatio Statibus non placuerit, non tamen ſequitur, nullam illis placere debere, prout ſæpè parentibus diſplicet abdicatio proprietatis & renuntiatio filiorum, ſæculum deſerentium, quæ tamen etiam ipſis invitis valet nec pœnam meretur, *l. 55. de Ep. & Cleric.* prout etiam reſignatio per Cyriacum facta eſt invitis Cardinalibus. V. Quod de Abbate Verdunenſi dictum eſt, regulam non conſtituit, cùm is tantùm oſtenderit Henrico non expedire dimiſſionem Imperii & ingreſſum in ordinem. Hinc reſultat

QUÆST. IV. *An ergo pro libero ſuo arbitrio dimittere & reſignare Imperium poſſit Imperator?*

Videbatur primâ fronte ſolum arbitrium reſignantis ſufficere, per rationes pro reſolutione præcedentis q. allatas, Verùm minimè contemnenda videtur diſtinctio Lym. *ad Cap. Ferd. I. n. 17.* vel regnum eſt hæreditarium & patrimoniale, & ſufficit voluntas abdicantis; vel eſt electivum ut Imp. Rom. & cauſa movens ſimul in conſiderationem trahenda eſt. Quemadmodum enim hic neceſſitate vel utilitate publica ſuadente invitus ad Imperium trahi poteſt. *arg. l. ſi quis. 9. l. honor. 14. §. fin. de mun. & honor. §. fin. I. de ſatisd. Tut.* niſi ei

 competat

competat juſta excuſatio, cùm nemo ſibi ſoli naſcatur, ſed etiam patriæ commodis & uſui. *l. un. §. 15. ff. de ventre in poſſ. mitt. l. poſtliminium. §. filius quoque. de Capt. & poſtlim. Cic. 4. offic. Toloſ. de rep. lib. 4. c. 5. n. 4.* Ita etiam invito ob ſalutem publ. imponi poteſt, ut adminiſtratione Imperii perſeveret. Si cauſa excuſationis non ſubſit, & preces ſuſcipere recuſet. In quam ſententiam appoſitè Ovid. 2. *Metam.* inducit ſolem poſt Phaetontis interitum de abdicando officio cogitantem, his verbis:

Circumſtant omnia ſolem
Numina, néve velit tenebras inducere rebus
Supplice voce rogant, miſſosque Jupiter ignes
Excuſat, precibú que minas regaliter addit

Itaque cauſæ abdicationis proponi, examinarique priùs debent, an ſufficientes ſint nec ne, & ſi Imperator ætate aut morbo adminiſtrationi ampliùs non ſufficiat, non ſtatim abdicationi locus erit, ſed ſi Imperio utiliùs ſit & decentiùs, onere Imperii eum ſublevari, Rex Rom. ei adjungi poterit pro EE. judicio *arg. c. un. de Cler. ægr. in 6. c. 3. & fin. X. eod.* Non obſt. quòd licèt interdictum ſit Monacho privatâ autoritate commigrare ab uno monaſterio ad aliud, hoc tamen receptum & permiſſum, quòd ſi licentiam à prælato ſuo petierit, ad regulam arctiorem tranſire poſſit, *c. licet. 18. X. de Regul.* R. à ſeparatis non rectè inferri. II. Jus publ. privatis LL. non coarctari. III. Quia ratio diverſitatis in promptu eſt; Salus populi & utilitas publica.

27 QUÆST. IV. *In cujus manus Imperator reſignare debeat, qui de cauſa ſufficientia cognoſcat?*

Licèt Toloſan. *l. 6. 26. de rep. c. 6. n. 10.* apertè ſcribat: Renunciat ſummus Pontifex coram Collegio Cardinalium; Imperator verò debet renunciare in manibus Papæ, qui ſibi ſuperior eſt, non in manibus Electorum: quam ſuam ſententiam fundat *in c. ad apoſtolicam. de ſent. & re jud. in 6. Clem. Roman. X. de jurej. Venerabilem. 34. X. de Elect.* Ex quibus textibus arguunt depoſitionem Imperatoris ad Papam ſpectare, ergo etiam reſignationem; quam ob cauſam à Paulo IV. Papa abdicationem Carol. V. improbatam fuiſſe, & acta Francofurti ſine autoritate Papæ nullius momenti habita in Curia Rom. *ex Thuan. in hiſtoria ad ann. 1558. refert Lym. latè in annotam. ad procem. Capit. Ferdin. I. pag. 454. cui accedit Azorius part. 2. Inſt. moral. lib. 10. part. 9. pag. 1050. allegans Lancell. in templ. om. Jud. lib. 1. c. 1.* Gaſtaldus verò *in tract. de Imp. q. 103. n. 13.* poſt Lancell. velit, quòd antè confirmationem reſignatio fieri debeat in manus E E. poſtea verò in manus Papæ, quæ controverſia agitata fuit inter Paul. IV. Pontif. & Ferd. I. Imp. Goldaſt. *in Polit. p. 7. de abdicat. Imp. in fin.*

Verior tamen videtur eorum ſententia, qui tradunt reſignationem faciendam ad manus EE. excluſis aliis, Pontifice & Statibus Imperii, nec non cauſas reſignationis ab Electoribus examinandas eſſe. Reinck. *de reg. ſec. lib. 1. claſ. 3. c. 2. n. 25.* Lym. *de I. p. lib. 2. c. 11. n. 23.* ut ſicut Pontifex reſignat ad manus Cardinalium, à quibus electus eſt, *c. un. de Renunc. in 6.* Petrus Gregor. *d. lib. 26.* ita Imp. ad manus EE. qui facultatem eligendi Cæſarem ab univerſitate Imperii habent; quod jus etiam Pontifex ſe in eos tranſtuliſſe fatetur *in d. c. Venerabilem ad princ.* qui propterea ad Electionem procedentes jurant per fidem, quâ Deo & S. R. I. adſtricti ſunt. *A. B. c. 2. §. 1.* prout etiam nomine Imperii dant electo poteſtatem Imperium adminiſtrandi, & electum in poſſeſſionem mittunt, *d. c. 2. §. 5.* Ratio autem ſuadet, ut ſi Imperator adminiſtrationem à ſe abdicare velit, reſignet iis, à quibus eam accepit. Uti enim EE. ab univerſitate Imperii illud mandandi & conferendi jus habent, ita etiam recipiendi jus, quod retro traditur, habere cenſentur: Et ſicut mandatarius mandato ſuo renunciat in perſonam mandantis, ita adminiſtrator in perſonam ejus, à quo vel cujus nomine adminiſtrationem obtinuerat, & in omnibus aliis, ubi aliena negocia ſuſcepta ſunt. 28

Sic redit ad dominum, quod fuit ante ſuum. Lym. *ad Cap. Ferd. I. d. loc. n. 25. pag. 457.* Pontifex autem Imperium non tradit nec commiſit; prout nec Status immediatè tradiderunt, ſed per EE. Imperii id factum, atque ita Carol. V. abdicante EE. cauſas examinârunt, & eas ſufficientes noverunt, quæ traduntur in R. I. *Auguſt. Anno 1559.*

Videbatur quidem Carolus ſeptuagenario minor, cùm reſignaret; natus enim fuerat Gandavi Anno 1500. *Suetio teſte.* Excuſationem verò à tutela vel curâ tantùm tribuit ætas 70. an. completa. *l. un. C. qui ætat. l. 2. in p. ff. de Exc. Tut. §. 13. Inſt. Eod. l. 15. §. 2. de Adopt.* Verùm ſententia 29

tia EE. illam ætatem in negocio publico & poteſtate ſummâ ſufficientem cenſuit, quæ in actibus privatorum non ſufficeret, cùm magna ſit diverſitas inter privatæ anguſtæ domus tutelam ſeu curam, & totius latè patentis Imperii adminiſtrationem; illis enim ſeptuagenario major faciliùs ſufficit, quàm diffuſæ adminiſtrationi totius Imperii ſexagenarius; cùm hæc circa magnam orbis partem occupetur, & tot ferè hoſtes quot vicinos numeret. Facit, quòd cùm Reges & Principes communem terminum privatæ ætatis antevertant, aliis citiùs adoleſcant, anno ætatis 18. pro majoribus habeantur, & ad gubernacula Principatuum & Regni admittantur ex A. B. præſcripto: alii autem ad remp. adminiſtrandam ante 25. ann. non cenſeantur capaces, *l. ad remp.* 8. *ff. de Muner. & bon.* nulla autem lege caveri poſſit ne tardiùs illi quàm hi ſeneſcant, mirum non eſt ob negociorum molem & alia concurrentia ſenectutem promoventia, animi languorem cauſantia, quòd aliis citiùs oneri ferendo reddantur impares. Prout in ſimili mulieres, quæ citiùs Jure noſtro Viripotentes, quàm maſculi puberes cenſentur. *princ. I. de Curat.* Citiùs etiam veniam ætatis, quàm maſculi impetrant. *l. 2. C. de his, qui Ven. ætat.* & ex ſententia medicorum experientiâ quoque conteſtante citiùs ad generationem quàm mares redduntur, uti habiles ita etiam inhabiles, ſic etiam maturiùs, quàm mares nuptiarum ſunt capaces, *princ. I. de Nupt.* Quamvis in Carol. V. præter ætatem alia acceſſerint ſcil. perpetua virium debilitas, arthridis morbus juxta Thuànum, qui aliàs etiam excuſationem tribuit, *l. un. C. qui morb. lib.* 10. Gold. *in Polit. part. 7. de abdic. Imp. per totum.* Ut proinde attendi debuerit illud vulg.

Et quæ non faciunt ſingula, juncta juvant.

Cùmque illa abdicatio ab EE. accepta ſit, & ſic vim legis obtineat, infert, Henricus Zollners *in nucl. Juris publ. diſp. 5. de Regis Rom. Elect. Theſ.* 10. *lit. b.* incumbere ſeqq. Impp. idem facere ſatagentibus renunciare, ut eam faciant ad manus EE. perinde ac ſi id lege ſancitum eſſet, *Schrad. de feud. p. 1. ſect. 3. n. 177. & ſeq.*

30 Non obſtat, quòd renunciatio debet fieri ad ſuperiorem, ſed Imp. non habet ſuperiorem, vel EE. ſuperiores non ſunt, aut ſi habet, is eſt Pontifex. ℞. EE. tanquam repræſentantes Imperium haberi pro ſuperiore reſpectu reſignantis ob majeſtatem realem Imperii, quæ ſuo modo major eſt quàm perſonalis, ut in materia de reſervatis *c. 10. infra.* tradetur. ℞. II. Pontificem ſuperiorem eſſe in ſpiritualibus, in qua materia hîc non verſamur. ℞. III. Majorem obtinere, quando renuncians habet ſuperiorem; Imp. autem ſuperiorem non habet in terris, *c. quod in dubiis. X. de Renunc.*

QUÆST. V. *An renunciatione ſemel factâ renuncianti pœnitere, eámque revocare liceat?* 31

℞. Cum diſt. vel res adhuc eſt integra & revocatio admittenda argt. *l. is qui de Coſſ. bon.* Vel non eſt integra & aliud dicendum, *c. quidam De Transl. Epiſc.* ne videantur ludificari, qui renunciationem admiſerunt, *c. bonæ memoriæ. De Poſtul. præl.* Sic in ſimili de muliere tutrice, quæ volens tranſire ad ſecunda vota dimiſit tutelam liberorum juxt. *auth. Si quæ mulier. C. quando mul. tutel.* diſtingui communiter ſolet, ſi vel ante contractas ſecundas nuptias ſponſus moriatur, vel ob aliud incidens matrimonium non ſortiatur effectum, nec tamen alius ſit ſurrogatus tutor, quòd tutelam dimiſſam reaſſumere poſſit. *Dd. in d. auth. Myns. Cent. 3. obſ.* 83.

QUÆST. VI. *Cùm per depoſitionem etiam vacatura inducatur, in dubium vocari poteſt, An Imperator ab Imp. depon poſſit?*

De hac materia parcè loquendum. Licèt 32
autem Rex & Imp. non poſtuletur, ut medicus cujus cura & Imperium durat quamdiu infirmo placet: Ex cauſa tamen graviſſima deponi & removeri poteſt; Imperator ut inutilis, ignavus & inhabilis, vel regni bonorum diſſipator, ut deinde in privatorum numero reliquum vitæ tempus cogetur peragere, Reinck. *de reg. ſæc. lib. 1. cl. 3. c. 2. in fin.* Cùm autem cauſæ depoſitionis nulla generali lege definitæ ſint, hæc tutiùs ex variis ſententiarum formulis excerpere ac ex obſervantia definire, quàm regulâ aliquâ certâ circumſcribere, eáſque examinare noſtrum non eſt. *argt. cap. 1. ante fin. 2. feud. 34. quæ fuit prima cauſa.*

Sic in Suecia Ragnaldo & Sueicheto Regi-
bus cæſis ob crudelem dominationem; Wal- 33
demaro Rege ob ignavos mores, cum Erico filio in
cuſtodiam detruſo, Bergero Waldemari fratre
ſubſtituto, nec non ejus ſucceſſore Magno Schmeck
ob libidinem, perfidiam, &c. regno ejecto, & aliis

pul's Guſtavum Erico ſucceſſiſſe An. 1523. refert Mithodius *in diſſert. de controv. Sued. Polon. p. 50.*

34 Ad Romanos veniendo Carolus Craſſus Imperator, cum corpore ſimul & animo languere cœpiſſet, à Germanis Regio nomine exutus eſt, novóque exemplo Patruus fratris filio in tutelam datus, ſic ut Auguſtus ab eo victum emendicaret ante tribus Regnis Germaniæ, Galliæ, Italiæ & Imperii titulis clarus. Horat. Turſell. *ad Ann. 880. pag. 151.*

Henricus IV. Imperator à Germaniæ proceribus regno ſpoliatus, acie victus, captúsque ludibrio fuit, Bucelin. Turſell. *ad an. 1055. p. 179.* quem patrem tot annis Eccleſiæ rebellem filius deſeruit Cæſar ſalutatus, Henricus V. dictus, qui acta Patris reſcidit, Idem Nordhuſiæ in plena Epiſcopali Synodo ſe purgavit, quòd bellum patri faceret non regnandi cupiditate, ſed ſtudio obedientiæ erga Sedem Apoſtolicam declarandæ, pater autem remotus in cuſtodia præ mærore extinctus eſt 7. Auguſti 1106. ætatis 56. qui toto Imperii ſui quinquennio excommunicatus, ſepulturâ privatûs, quo nemo alias collatis ſignis toties cum hoſte conflixiſſe dicitur, adeo, ut M. Marcellum, & Cæſarem ſupergreſſus 62. prælijs dimicaſſe legatur, tandem tamen Anno 1112. d. Henricus IV. excummunicatione abſolutus hactenus ſepulturâ carens Spiræ Mauſolæo Cæſarum funebri pompa illatus eſt; Adolpho Anno 1292. ſecundùm alios 98. conventu indicto Moguntiam (ut abſentia Palatini, qui Cæſaris gener erat & Trevirenſi, qui frater) Imperium abrogatum eſt, 9. Cal. Jul. Alberto ſurrogato, qui paulò poſt 6. non. Julii cruentiſſimo prælio cum Adolpho congreſſus fortiſſimè dimicantem Adolphum lethali vulnere feriit, irruentibus in ſeminecem reliquis, donec animam exhalaſſet, cujus cadaver in vallis roſarum monaſterio uſque ad tempora Henrici conditum, poſtea exhumatum Cæſarum Mauſolæo Spirenſis Eccleſiæ Cathedralis regio apparatu illatum eſt; Conjurati autem omnes contra Adolphum miſerè periiſſe dicuntur, Comites ab Hohenlohe, & Oxenſtirn gladio interempti, Comes Bipontinus flumine hauſtus, Epiſcopus Argentinenſis à Ruſtico gladio transfixus, Comes Leiningenſis phreneſi extinctus, Moguntinus morte repentina ſublatus; occubuêre cum Adolpho 60. Comites, cum magna Nobilitatis Germanicæ parte, cùm ſole adverſo pugnarent, ſolis nimio æſtu, & laboribus exhauſti, & pulveribus oppreſſi, iniquiore ſibi loco ab Alberto valentiore Exercitu circumventi eſſent *Carpzovius, Cuſpin. Avent.*

Quæst. VII. *A quo vel quibus præfata depoſitio fieri poſſit?* 35

Quidam eam Papæ attribuunt, & ab eodem, propter hæreſin, ſacrilegium, perjurium, exinanitionem feudi, quod ab Eccleſia tenet Imp. aut ſi in ſervitutem vellet redigere Laicos & Clericos, vel libertatem Eccleſiaſticam impugnare, excommunicari & deponi eum poſſe ſcribunt, *gl. in cap. ad Apoſtol. de R. I. in 6. Bellarm. 5. de Rom. Pont. c. 7.* Primò quòd propter crimina depoſitus Frider. I. *c. 2. de ſent. & re jud. in 6. c. Venerabilem. X. de Elect.* Item quòd Gelaſius Papa Anaſtaſio Imp. ſcripſit, quòd Imp. pendeat à ſummi Pontificis judicio, *c. duo ſunt. diſt. 96.* Sic Innocentius Papa excomunicavit Arcadiũ, quia conſenſerat, ut D. Chryſoſtomus ſede ſua pelleretur; Item B. Ambroſius Arch. Theodoſium, alii alios; Addunt hanc rationem, quòd Impp. recipiant diadema à S. Pontifice, eique Juramentum præſtent, adeóque Jurej. ſponte ſe eidem ſubmittant, *Clement. 1. de Jurej. can. tibi domino. diſt. 63.* ut & quòd poteſtas eligendi Rom. Regem à Sede Apoſtolica ortum habeat, *cap. Adrianus. 22. diſt. 63. junct. c. 3. Ead. diſtinct.* Et quòd tradit Bald. *in l. Barbarius ff. de off. Prat.* poſt Electionem EE. functos eſſe officio ſuo, ut quibus data ſit tantùm poteſtas eligendi, inde Electores dicti, non deponendi, unde non vocantur depoſitores.

Hinc jus exauctorandi omnibus Imperii Ordinibus tribuit autor *in not. ad Montzamb. p. 366.* hac ratione, quod jus eligendi ſit privilegium (alias toti Imperio competens) Electoribus conceſſum ad evitandos ſumptus, & diſſenſiones, unde jus ſingulare ultra terminos hos non ſit extendendum, ſed reſponderi poteſt ex Juris Reg. 37. & quod mandatum aliàs ſtrictæ interpretationis recte extendatur ad connexa. 36

Verior tamen videtur ſententia depoſitionem ad EE. ſpectare, ut qui habent poteſtatem eligendi, etiam ex juſta cauſa jus habeant deſtituendi electum, *arg. l. nemo. de R. I. l. 12. in pr. de legat. 3. Nov. 15. c. 1. in fin.* Unde Elector Mogunt. contra Henricum 37

Digitized by Google

Henricum dicebat, quem meritum inveſtivimus, cur demeritum non deveſtiamus? *Arniſ. lib. 1. de Jure Maj. c. 6. in fin.* Lym. *de I. pub. lib. 2. c. 11. n. 23.* Nec hujus rei deſunt exempla & præjudicia: Sic enim Adolphus Naſſovienſis per EE. Imperio privatus eſt, quia ſcil. Principes Imperii neglexerat, indignos extulerat, publicè adulteria & ſtupra patraverat, & fidem publicam literis & ſigillo firmatam violaverat. *Cuſpin. in vita ejuſd.* Sed *Naucl. vol. 3. Chronolog. gener. 43.* refert, quia à Rege Angliæ pecuniam acceperat, ut eum juvaret contra Regem Galliæ, id indignè tuliſſe Principes, unde depoſito perjurium Moguntinus objecit, & quòd ſtipendium contra Francos accepiſſet, quòd falſam monetam ſignaſſet, quòd feciſſet ſacerdotem decollari, quòd mandâſſet Eccleſiaſticos ſpoliari, quas rationes examinare, noſtri non eſt inſtituti: Adhæc Henricum IV. à Principibus depoſitum tanquam incorrigibile ſchiſmaticum caput, refert Goldaſt. *tom. un. conſtit. Imp. pag. 250.* Sic contra Wenceslaum Carol. IV. filium EE. in ripa Rheni ſupra oppidum Lahnſtein, ſpecialiter ad hoc erecto tribunali, (quod adhuc extat) exauctorationis ſententiam publicârunt Anno Chriſti 1400, 20. Aug. rationes allegat poſt alios Lym. *2. del. p. c. 11. n. 17.* ſententiam exauctorationis refert Hotom. *diſſ. feud. c. 41. h. m.* Propter quas cauſas nomine prædicti S. R. I. Co-Electorum noſtróque præd. D. Wenceslaum ceu inutilem negligentem diſſipatorem & indignum S. R. I. defenſorem, eodem Rom. Imperio, omnique ejus gradu, dignitate & ditione ad idem pertinente privamus, & ſubmovemus, Cunctis Principibus, Optimatibus, Equitibus, Ingenuis, Urbibus, Provinciis ac ſubditis S. R. I. denunciantes, eos ab omni homagio perſonæ Wenceslai nomine Imp. præſtito prorſus eſſe liberos, requirentes atque monentes eos ſub Jurisj. fide, quâ S. Imperio obſtricti tenentur, ne præd. D. Wencеslao tanquam Romano Regi deinceps obediant, &c. Hunc Cuſpin. dignum fuiſſe ſcribit, qui non diadema in capite ſed in collo laqueum geſtaret, nec inter Reg. Rom. & Bohem. ſed inter hiſtriones potiùs vel porcos numerandus, qui in lucem prorepens & naturam offendiſſet (mater enim in partu extincta fuit) & Deum, nam baptiſmate abluendus baptiſterium ventrem exonerando conſpurcavit; ſicque ſigna oſtendit ſecuturæ ſpurciſſimæ vitæ *ut ſup. monitum*, quamvis iſtam depoſitionem improbat Pet. Greg. *de rep. lib. 26. c. 5. n. 19.* Quæ ſupra in contrarium allata ſunt, tunc obtinere poſſunt, quando EE. officium facere recuſant, & Imp. ſchiſmaticum, hæreticum, excommunicatum & notoriè indignum non removerint, ut tunc ad Pontificem hoc jus devolvatur, *arg. t. t. de ſuppl. negl. Prælat.*

38 Nec eſt, quod quis dicat non poſſe Status Imperii, vel Electores in propria cauſa eſſe Judices. & ſententiam depoſitionis ferre contra ſuperiorem, cui parere neceſſe habent, nam conſtat in iis regnis, quæ adſtricta ſunt legibus, aut populi, vel optimatum aſſenſui obnoxia ſuborta inter Regem & Status, vel etiam cum civibus controverſia, eam ab ordinibus, vel iis qui totum populum in claſſes diſtributum repræſentant, decidi rectè poſſe, *Method. diſſ. de contr. feud. polon. p. 30. ad.* Stamler. *de reſerv. §. 17. pag. 65. & 68.*

19 QUÆST. VIII. *An adhuc vivente Rom. Imperatore (nec depoſito) eligi poſſit Rom. Rex?*

Quæ quæſtio in dubium vocata fuit tempore Ferdin. I. Imp. Id factum fuiſſe ſæpiùs teſtantur, leges & hiſtoricorum monimenta, *t. text. de pace tenenda in fin. corporis*, iſtis verbis: Nos Fridericus & Filius noſter Rom. Rex, &c. *junct. c. in nomine diſt. 23. l. ſi excepta C. de maleſ. l. Fiſcus. §. fin. de Jure Fiſci.* ex quibus clarum eſt, eodem tempore fuiſſe Imp. & ſimul Rom. Regem. Sic Wenceslaus vivente Carol. IV. Item Maximiliano I. Frid. II. Ferdinando I. Maxim. II. Rudolpho II. Ferdin. II. Ferdinando III. Ferdinandus IV. viventibus Impp. electi fuerunt. Verùm quia non tam exemplis quàm LL. judicandum, nec tam attendendum, quid factum ſit, ſed quid fieri debeat; Hanc q. ad Juris trutinam reducendo diſting. vel Imperator habilis eſt, nec ſe Imperio reddit indignum, & ipſo invito Rex Rom. non eſt eligendus (indigno enim alium adjungi poſſe palam eſt, cùm etiam removeri poſſit per tradita *q. præd.*) vel conſentit Imperator, & electio fieri poteſt. Prior pars probatur I. Quia præmatura nimis eſt cogitatio de ſucceſſione viventis, *l. 1. §. ſi impuberi. de Collat. bon. l. 2. §. interdum de Vulg. ſubſt.* adeóque priſcorum Cæſarum tempore capitale fuit, ſi quis de futuris à morte Imp. contingentibus diſceptaret. Et in vita Eliſabethæ Angliæ Reginæ de futuro

de futuro ſucceſſore in regno disquirere ſub pœna capitis vetitum fuit, Bodin. *6. de rep. c. 5.* Altera pars quòd ſcil. ſi Imperator pro bono publico conſentiat ad evitanda futura pericula, quæ interregna comitari ſolent, ut Rex Rom. eligatur, qui ipſo ad beatiorem vitam evocato ſuccedat, id fieri poſſe de Jure probatur. Cùm enim quòd delatio regiminis ante mortem principis conſtitui nequeat, ejus ſolius favorem concernat, poterit huic ſuo favori renunciare. *l. poſt mortem. C. de Fideic. libert. l. Eum, qui ff. de ann. leg.* ſicut ejus favorem concernit, quòd ſolus regnare poſſit, quem non minùs quàm Rex hereditarius adſcito ſibi collegâ negligere poteſt. Sic vivente Imp. Juſtino Juſtinianus ejus ex ſorore nepos An. 572. Calendis April. electus, cum Juſtino avunculo ſuo imperavit ad calendas uſque Auguſti; Et licèt quidam unam tantùm conſtitutionem ſub nomine utriuſque in Cod. extare ſcribant, duas tamen videre licet, unam *l. 2. C. de mand. princ.* & alteram *l. fin. C. de off. ma?. offic.* Sic in electione Regis Matthiæ aſſenſus Rudolphi II. requiſitus fuit, *Buxtorf. ad A. B. Concl. 12. lit. d. Arum. ad A. B. Th. 14.* Reinck. *de reg. ſec. lib. 1. claſ. 3. c. 14. n. 146.* Non obſtat, quòd talis electio Cæſare vivente inducere videatur votum captandæ mortis, adeóque ut contra bonos mores facta non ſubſiſtat. *juxta l. licet. l. pactum quod & l. fin. C. pact. l. ex eo C. de inutil. ſtip.* Rꝫ. namque etiam Jure civili conventiones, de viventis ſucceſſione factas valere, ſi factæ ſint cum conſenſu ejus, de cujus ſucceſſione agitur, *d. l. fin. junct. c. 1. § moribus. Si de Feud. def. cont. ſit. 2. Feud. 26. in fin. c. 1. qui ſucc. ten.* Quod etiam in feudis uſu receptum, quotidiana docet experientia, ad Fachin. *1. controv. 28. v. poſtrema. & v. ſed quoniam. Vult. 1. Feud. c. 7. n.* 48. Geil. *2. obſ. 155. n. 2.* nec enim ſimpliciter omnia pacta in caſum mortis alienæ collata illicita dici poſſunt J. Cæſareo, ſed ea tantùm quæ fiunt de re prorſus aliena, & in qua paciſcentes nihil Juris habere poſſunt, quod hic non procedit, quia Electores diſponunt de adminiſtratione futura Imperij & ſurrogatione Imperatoris, quæ ipſis mortuo Imperatore incumbit, ut ſic pactum ſit in defectum Juris tertij conceptum in caſum caducitatis. *latius Vult. cit. loco.*

40 † At dices, non patitur Cœlum duos ſoles: Rꝫ. licèt Cœlum non alium ſolem patiatur, tolerat tamen lunam, quæ à ſole lumen accipit, & ſole occidente, vel deficiente tellurem univerſam illuminet.

QUÆST. IX. *An ſicut Vacante Imperio per mor-* 41
tem, ita quoque ſi prædictis aliis modis neceſſitas eligendi naſcatur: vel utilitas publica id ſuadeat, El. Ep. Moguntinus Electores convocandi Jus habeat?

Ratio dubitandi eſt, quòd ſtatuatur hoc in A. B. *c. 1. §. cælorum,* de Vacante Imperio ex obitu: adeóque aliis caſibus videatur ejus jus ceſſare. Verùm cùm textus alibi ſint generales, ſemper E. Moguntino convocationem competere verius eſt, ſic enim ex *c. 1. prim.* dicitur, quotiescunque & quandocunque neceſſitas ſive caſus electionis Regis Romanorum emerſerit, quæ verba ad unum caſum vacaturæ non ſunt reſtringibilia., *facit l. quoties. C. Fam. her. iſc. c. ſecundo requir. de appell.* in antecedentibus autem dicta in conſequentibus tacitè repetita cenſentur, *arg. princ. L. de ſervit. præd. §. ne nec plurimi. de l. aquil.* neceſſitas autem vel caſus electionis variè poteſt accidere, vel per mortem naturalem vel civilem, ingreſſum religionis, depoſitionem, adjunctionem, ut ſup. d. ergo. Ratio eſt, quia hic Epiſcopus eſt Archi-Cancellarius Imp. per Germaniam. *R. Imp. de An.* 1555. *§.* Es ſich dann abermals. Item Collegii electoralis Decanus Caſtald. *de Imp. q. 96.* Convocatio autem collegij ſpectat ad decanum ejusdem non uno tantùm caſu, ſed abſolutè, & hujus Juris optimè interpres eſt conſuetudo. *l. 33. l. 35. 36. ff. de ll.* Non obſtat quòd Palatinus Rupertus in electione Ludovici Bavari citationem fecerit, Cranz. *lib. 9.* Saxon. 3. Rꝫ. namque tunc A. B. nondum fuiſſe formatam, quæ pro futuris temporibus lata prioribus, quatenus ei contrariantur, derogat. Diſſentit Aſterius *in Exam. Comit. Ratisb. 1637. pag. 10.*

† Licèt autem vacante Imperio ad electionem Romani Imperatoris Majora vota ſufficiant, *c. 3. §.* 42
præſtito & §. poſtquam A. B. ſi tamen vivente Romano Imperatore electio facienda ſit; Aſterius *in d. exam. pag. 17.* unanimem conſenſum requirit, adeoque ut in concordia electus ſit conſpirantibus ſcilicet omnium Electorum votis, ex hac ratione differentiæ, quod vacante Imperio ſimpliciter, & abſolutè neceſſaria ſit electio, & ſurrogatio novi capitis; Spirante vero adhuc Imperatore non tam neceſſarium, ſed tantum utile, & commodum

ſit;

Digitized by Google

ſit; Item prius ordinarium poſterius extraordinarium ſit remedium & inſolitum, in actibus verò inconſuetis omnium conſenſu opus ſit, *l.* Sabinus. 28. *ff. Comm. divid.* Sicut in admiſſione Coadiutoris in Eccleſia Cathedrali omnes Canonici concordare debent, cùm ſit actus gratioſus inſtar poſtulationis, Panorm. *in c. bona de poſtul. pral.* Verùm id in poſtulatione non eſt verum, in qua tantum duas tertias votorum requirunt Canones, ſi ea ſede vacante cum electione concurrat, ſi verò poſtulatio cum poſtulatione, majora ſufficiunt, ſuam ſententiam Aſterius *pag.* 18. exemplis firmat, in ſpecie, quòd Maximil. I. An. 1518. Carolum V. ex Philippo filio Nepotem regem Romanorum efficere non potuit, ob unius Friderici Saxoniæ Electoris contradictionem: At huic opponi poteſt ſupra allegata electio depoſito Adolpho in Albertum facta abſente Trevirenſe, & Palatino utroque etiam illo ut fratre, hoc ut genero diſſentientibus, nec ad hæc minor videtur neceſſitas per mortem Cæſaris vacante Imperio, ubi Vicarij Imperij omnia ſupplent, quàm Imperatore malè adminiſtrante, & ſe Imperio indignum reddente, inſtar tutoris, qui removetur à tutela, vel curatela, Idem tamen ſuam ſententiam non ſervari fatetur *pag.* 78.

43 QUÆST. X. *Sed quid ſi eo tempore quo facienda eſt convocatio E E. ſedes Moguntina per obitum Archiepiſcopi vel alio modo vacet? an Capitulum ſede vacante in locum ſuccedat & E E. convocare poſſit?*

Ratio dubitandi pro parte affirm. elicitur ex I. Can. quo ſede vacante vel Archiepiſcopo ab hac luce ſubtracto adminiſtratio tam temporal. quàm ſpiritualium penes Capitulum Eccleſiæ exiſtit. *c. 3. de ſupp. negl. pral. in 6. c. cùm elim. 34. X. de Major. & obed. c. ſuſcepit. de Reſc. in 6.* Idémque obtinet in renunciatione & translatione Epiſcopi *c. 1. de rer. permut. c. in apibus. 7. q. 1.* Item ſic contraxerit matrimonium Epiſcopus vel Archiepiſcopus. *c. un. de Cler. conjug. in 6.* vel etiam ſi captus eſſet à Turcis vel Saracenis, *c. 3. de ſuppl. negl. pral. in 6. c. 32. de elect. in 6.* Tunc enim poteſt Capitulum omnia quæ Epiſcopus potuit exceptis iis, quæ ſunt ordinis vel collationis beneficiorum. *c. 2. de Elect. in 6.* Quidam voluerunt ſede Moguntina vacante Jus convocandi Papæ competere, ſicut Pius II. à Dietero Iſenburgico Electore Moguntino flagitaverat, Rumel. *ad A. B. diſc. 2. Th.* 11. Verùm cùm A. B. *in c. 1. §. cùm autem*: diſpoſuerit, ad quam tanquam Cynoſuram perpetuò reſpiciendum, Moguntino ceſſante Principes EE. motu proprio etiam non vocatos in virtute fidei, qua ſacrum proſequi tenentur Imperium, convenire debere, ab hoc textu minimè recedendum, qui tanquam ſpecialis in hoc paſſu generali Canonico meritò derogat. *l. in tota Jure de R. I.* vel melius ad rationem dubitandi R. Capitulum ſuccedere in iis quæ Epiſcopo ut Epiſcopo competebant, hoc autem convocandi Jus habet Moguntinus tanquam Elector Imperij, Schüz. *de l. p. p. 1. diſp. 2. th. 10. lit. b. facit. c. illa devotionis. 2. X. Ne ſede vacant.* Ubi dicitur Capitulum ſede vacante non ſuccedere in iis, quæ Epiſcopo non ut Epiſcopo ſed aliunde competunt. Joach. Cluten. *in tract. de Comit. Elector. ſect.* 1. *q.* 1.

QUÆST. XI. *An ad intimationem per E. Moguntinum faciendam etiam conſenſu Papæ opus ſit?* 44

Neg. nec enim A. B. hoc requirit, ergo ſine lege loqui meritò erubeſcimus. Nov. 18. *c.* 5. nec id unquam obſervatum. Buxtorf. *th. 15. lit. b.* Rumel. *ad A. B. p. 1. diſc. 2. Th.* 11.

QUÆST. XII. *Quid de loco dicendum, an E E. neceſſariò Francofortum evocandi?* 45

Olim quidem certus locus ad hoc conſtitutus non fuit, ſed quidam Impp. Francofurti, alij Wormatiæ, Aquiſgrani, Coloniæ, Moguntiæ &c. electi fuerunt; Poſteà autem ex obſervantia & uſu frequenti res converſa eſt in neceſſitatem, & lege latâ ſancitum eſt in A. B. *c. 28. §. invenimus.* ut juxta traditiones antiquorum & obſervantiam tanti temporis, cujus non habebatur tunc memoria electio **in Franckfurt** celebretur, quòd ad hoc nullus in Imperio locus commodior videretur, ut declarat Arum. *diſc. 1. Th. 35. ad A. B.* juxta verſum:

Conveniunt Proceres totius viſcera Regni
Sede ſatis nota, rapido que proxima Mœno.

Prorſus autem dubito cum Arum. *d. diſc. 1. th. 35.* an verum ſit, quòd Hartmannus Maurus tradit, Carol. IV. ea quæ de loco Electionis ſtatuerat An. 1363. contraria ſanctione ſuſtuliſſe, hoc prætextu, quòd non ſit è Majeſtate Imperij ut Principes Imperij circum margines Rheni vel Mœni hæreant

reant immobiles, fieríque poſſit, ut Imperator cum E E. procul in loco hoſtili degat, adeò diſlito, ut infra tempora conſtituta occumbente Imperatore hunc locum attingere non poſſint; Cúmque de illa lege correctoria non conſtet, A. B. meritò inhærendum, nec in libera poteſtate E. Moguntini eſt, alium locum Electioni præfigere, niſi id E E. ex gravibus cauſis permittant, ob impedimentum fortè occurrens & inexpectatum, aliàs autem propriis ſuis commoditatibus in loci determinatione ſibi proſpicere ſoli Moguntino E. non licet in aliorum E E. diſpendium; ſed conſenſus omnium, optimùm concordiæ eſt adjumentum: Hinc Elect. Saxoniæ contra Electionem Ferdin. I. Coloniæ factam excepit, poſtquam autem abdicatio per Carol. V. ſupravenit, ea facta eſt ad manus E E. Francofurti, 24. Febr. Anno 1558. & Ferdinandus I. proclamatus eſt Imperator 18. Martij Francofurti. Quòd ſi tamen impedimentum foret notorium, ut fortè nimia contagio Francofurti graſſans, aliquid de rigore laxandum ſuadet ratio, *l. caſus C. de Teſtam.* permiſſione Electorum opus non eſſe cenſet Lymn. *in annotament. ad Cap. Ferd. I. ad verba.* Mit folgender Genehmhaltung. *n. 50.* quod impedimentum illius loci Moguntino ut Electori vicino præ aliis cognitum eſſe poteſt. Idem dicendum de bellis civilibus, *argt. l. 13. §. 7. ff. Locat.* Hinc ob locum non ſervatum nonnulli in dubium vocârunt Electionem Carol. IV. quæ per EE. nulla declarata fuit. Cuſpin. *in vita Carol.* & Hermannus LotharingiæDux per contemptum Rex Alliorum vocatus eſt, quòd Islebiæ loco non legali electus eſſet. Quòd autem communi EE. conſenſu locus alius electioni præfigi poſſit, minùs eſt dubij, cùm locus ſit accidens non de ſubſtantiâ actûs, *c. fin. de Reſtit. ſpol.* quod noviſſimis præjudiciis confimatur, ſic enim Ferdin. III. Ratisbonæ propter Suecicos milites circa Francofurtum graſſantes & Hannaw de facto obtinentes, ut locus ordinarius vel acceſſus ad eum tutus non eſſet, electus fuit, facit *l. uſuras C. de ſolut. Lindenſpir. in monit. Polit. c. 1.* Ferdinandus autem IV. durantibus Comitiis Ratisb. electus eſt Auguſtæ: Aliàs etiam Juris eſt explorati, quòd vocatus ad locum non tantùm comparere non teneatur, *Clem. ut. Paſtoralis. §. notorium. de ſent. & re Jud. c. accepimus. X. de Fide Inſtr. Gail. 1. obſ. 52. n. 3.* prout Gregor. XII. ſeſe excuſavit, quòd non veniret ad Concilium Piſanum, quia gravitatem cœli Piſani ferre non poſſet, *facit l. 2. §. fin. ff. ſi quis Caut.*

In Electione LudoviciBavariFridericus Auſtria- 46
cus in Sachſenhauſen electus: Spargebatur quidem palam, non referre, quo loco facta eſſet electio, nec per Electores ibi congregatos ſtetiſſe, quò minùs ſolemnia loco conſueto perficerentur, alijs contradicentibus, qui nullibi, niſi in loco, ubi aſſolet, fieri debere contendebant, ſed ut hoc ſancitum, quo diſcordiis & ſchiſmatibus obviam iretur, ita remiſſum aliquando, cum expediret Reip. temporibus ita poſtulantibus, quibus leges ſervire convenit, verùm prævaluit electio Ludovici facta, ab eo, qui vocandi jus habebat in loco ſolito, qui aliquando extra urbis mœnia fuerat, quando oppidum in ſuburbia deſinens foras ædificia porrexerat, veteres campum appellabant, hócque nomen re mutatâ retinuit, quia planities erat, populo necdum in eam multitudinem exundante, ut murorum anguſtiis includi opus non eſſet, ubi vetus regia fuit in quam Septemviri conveniebant ſuffragia laturi, ceſſuram dein deſignato Cæſari in hoſpitium, ita Nicol. Burg. *in hiſtor. Bavarica. lib. 1. pag. 10.* & cùm ad antecedentia electionis ſpectet tempus, intra quod E. Moguntinus reliquos convocare debet, ut nempe eosdem à die notitiæ obitus Cæſaris infra menſem continuum ad comparendum infra tres menſes evocet, *A. B. c. 1. §. protereà. 18.* Oritur

Quæst. XIII. *An hoc trimeſtre inſcẽ s EE. Moguntinus abbreviare p.ſſit?* 47

Hoc de abbreviatione negandum, idémque dicendum in termini extenſione, cùm eadem ſubſit ratio. *§. 1. l. de his qui ſui vel al.* Ratio I. eſt, quia tempus à lege inductum, non poteſt arbitrio hominis mutari, *l. 4. §. ſi quis condemnatus. ff. de re Judic.* II. Jus Publicum non pendet ab arbitrio Moguntini, cùm nec Cæſari Electorum Jura mutare liceat, *c. 2. §. Et quia. A. B.* ergo multò minùs E. Moguntino licebit. *argt. a contrario ſumpto ex l. 3. in fin. de off. præt.* III. Imperij adhæc intereſt tempus hoc ſervarj, ne fortuita aliqua Electoris abſentia vota præter culpam abſentis minuantur. IV. Si in arbitrio Moguntini E. eſſet, tempus hoc coarctare, per eum Vicariis Imperij præjudicari, & Vicariatus dignitas ex lege Imperij ipſis competens

Digitized by Google

tens adimi vel abbreviari poſſet, quod ſanè iniquum foret, *l. non debet. 74. de. R. I.* maximè cùm interregni tempore Moguntinus reſpectu Vicariorum ſit inferior, inferior autem in ſuperiorem Jus exercere non poſſit. *l. 4. de rec. arb. l. Judicium. de Judic.*

48 QUÆST. XIV. *Sed quid ſi evidens utilitas aut neceſſitas Imperij termini abbreviationem ſuadeat?*

Reſp. Moguntinum advocatis in conſilium Vicariis ſtatuere poſſe, voluit Arum. *d. loc.* Verùm quia durum foret tres Electores & ſic numerum minorem Collegij, ſi cum reliquis quinque conferantur, majori numero, onus aliquod, quod in anticipatione temporis vertitur, imponere: Ideò hæc Juris communis & termini in A. B. conſtituti reſtrictio non rectè paucis videtur concedenda, ſed quod omnes tangit ab omnibus meritò approbandum eſt, vel ſaltem à majori parte Collegij Electoralis, *l. quòd major. ff. ad Munic.* prout nec aliàs Jure Can. nonniſi major pars Capituli terminum conſuetum abbreviare poteſt, *gl. & Dd. in c. cùm nobis. X. de Elect. Mart. deciſ. 789.* Ac licet maximè interſit Vicariorum, ne terminus brevietur præ reliquis E E. reliquorum tamen etiam ex aliis gravibus cauſis intereſt, quibus invitis præjudicari non poteſt, ſed ſicut Moguntinus Vicariorum ita nec aliorum E E. jus minuere poteſt: Quòd ſi autem major pars E E. conſentiat, etiam invitis Vicariis abbreviatio facta valebit, licèt enim allegent ſe Imperatorem repræſentare, & eſſe majores reliquis E E. nil tamen proficiunt, quia Collegium Electorale, vel quod idem eſt major ejus pars, *argt. §. 4. c. 2. A. B.* uti poteſtatem habet ex cauſis abbreviandi terminum adminiſtrationis ipſius Imperatoris, ſi eum deponat, ita multò magis poteſtatem habet abbreviandi adminiſtrationem Vicariorum Imperio vacante, quorum autoritas tam fixa & radicata non eſt, ut ipſius Imperatoris; Cùmque Collegium Electorale in his negociis repræſentet majeſtatem realem & totum Imp. Rom. non minùs eſt ſupra Vicarios, quàm ſuper Imp. ſi viveret, quanquam antequam in A. B. definitum fuit hoc trimeſtre, ſoliti erant vacante Imperio E E. convenire in villa Renſee, ubi ſtatuebant inter ſe terminum ad electionem faciendam, idque in electione Carol. IV. ſervatum refert M. Albert. Argentin. anno 1346. & poſt depoſitionem Wenceslai, *Lindenſp. ad A. B. in mon. pol. pag. 325.* ubi poſtquam è regione Renſee ſententia exauctorationis, de quâ ſup. lata fuiſſet contra Wenceslaum, hoc loco in Renſee publicata fuit loco ideò electo, quòd ibidem ſonantis tubæ clangor à tribus Rheni Electoribus in propriis ſingulorum terris exaudiri poſſet, à Moguntino in Lanſtein, Trevirenſi in Capella, Colonienſi in Renſee (quem pignoris Jure ab Eccleſia Colon. Haſſus tenet) Philippus I. ex gente Heinsbergica Archi-Epiſcopus Colonienſis recuperavit ejus advocatiam, † noſtris autem temporibus à Sereniſſimo 49
Principe Electore Ferdinando ex Haſſica oppignoratione reluita eſt *Gelen. in Colon. Claudia pag. 172.* Hinc quando An. 1619. ad 20. Julij citati fuerunt E E. Francofurtum, licèt E. Palatinus etiam Vicarius Imp. prorogationem ſuaderet, *ut conſtat ex act. publ. Tom. 2. lib. 4. tract. 1. pag. mihi 708.* eo tamen non attento in termino per A. B. præfixa ad electionem Ferdin. II. proceſſum fuit. † Ad Electionem convocandos eſſe omnes E E. palam eſt, 50
ita ut ſi vel unus ſit præteritus, plus ejuſdem contemptus quàm cæterorum contradictio ad annullandam Electionem operetur, *c. Venerabilem X. de Elect.*

QUÆST. XV. *Si Elector aliquis mortuus ſit, an ſede vacante Capitulum vocabitur & votum habebit?* 51

Neg. Lymn. *de I. p. lib. 3. c. 5, in fin. Heig. q. 4. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 5. n.* 88. Ratio eſt, quia Electio Eccleſiaſticis non tanquam Epiſcopis ſed ut Imp. Principibus competit per ea, quæ tradita ſunt ſup. q. 10. † Hinc contra electionem 52
Ferdinandi III. factam ſine Trevirenſi, & Palatino, movet Aſterius *in diſquiſ. polit.* ſive in examine Com. Ratisb. edito An. 1637. qui *pag.* 22. quærit: An etiam Elector, ſi hoſtis, ſit vocandus? quod affirmat *ex c. 2. §. ſi verò, & §. ſi quis autem A. B.*

QUÆST. XVI. *Quid ſi Archiepiſcopus quidem electus ſit Capitulariter, nondum tamen infulatus nec conſecratus?* 53

Reſp. Nihilominus vocandum ad electionem, ait Buxtorff. *ad A. B. Concl. 18. Dan. Ott. de I. pub. c. 10.* ratio eſt, quia ut d. hoc Jus Archiepiſcopis tanquam Imperij Principibus competit, Papa autem ſuâ conſecratione non facit Principem Imperij.

Digitized by Google

perij, Feuda enim Eccleſiaſtici habent ab Imperio quorum intuitu Principes ſunt, Geil. 1. *obſ.* 3. *n.* 1. *Mynſ.* 5. *obſ.* 58. Ea autem qualitas in perſona ejus, quæ duplici reſpectu eſt conſpicua, conſideranda eſt, cujus reſpectu actus peragendus eſt, *l.* 15. §. 1. *de adopt. Everh. in loc. legal. in loco à tanquam*, eò quòd ſola electio non faciat Epiſcopum & Archi-epiſcopum, ſed accedere debeat confirmatio ſuperioris & conſecratio in tantum, ut ſi electus ante Confirmationem ſe adminiſtrationi ingerat, Jus per electionem quæſitum amittat. *c. licèt de Tranſl. Epiſ.* ℞. Licèt in Archiepiſcopo poſt Elect. duplex requiratur qualitas ad officium in omnibus ſuis partibus explendum, unam tamen ad hunc actum ſufficere, *argt. l. ſi pater. §. qui duos de Adopt.* Scil. dignitatem principalem: Sic ad Collegium Electorale admiſſos fuiſſe EE. Eccleſiaſticos nondum confirmatos patet ex ſubſcriptionibus receſſum. *ut refert Schüz. p.* 1. *de I. p. diſp.* 2. *Th.* 11. *Lym. de I. p. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 41. *Buxtorf. ab A. B. Th.* 18. *cit.* 6.

54 QUÆST. XVIII. *Quid ſi autem Archiepiſcopus ab Imp. Inveſtituram nondum ſit conſecutus?*

Licèt nec Inveſtituram Cæſaris prærequiri putet Buxtorf. *d. Th.* 18. Verius tamen videtur, quòd electus Archiepiſcopus niſi inveſtitus ſit, vel de eo indultum habeat, nec vocandus nec admittendus ſit, his rationibus: I. Quia hic Elector conſideratur ut princeps, Princeps autem fit per Inveſtituram, *c.* 1. *quis dicat. dux.* 2. *Feud.* nec enim privati Capitulares ex Nobile vel Comite, Principem facere & Electorem poſſunt. II. Electores juxta A. B. jurare debent per fidem, quâ Imperio adſtricti ſunt, A. B. *t.* 2. ergo neceſſe eſt, ut ſe ante Imperio obligaverint, quod fieri ſolet per Inveſtituram, *c. ſin per quos fiat. Inveſt.*

55 QUÆST. XIX. *Quid ſi autem E. ſæcularis nondum Inveſtituram aſſecutus?*

Dummodo ſucceſſor legitimus & in poſſeſſione Electoratus conſtitutus ſit, etiam ante inveſtituram vocandum & admittendum cenſet Buxtorf. *d. Concl.* 18. & 85. *lit. b.* Primò quia Electoratus ſæcularis ipſo Jure poſt mortem Electoris ad proximum Jure hereditariæ ſucceſſionis devolvitur, *A. B. c.* 7. & 20. *facit l. cum hereditas*, 23. *de acq. poſſ. l. legatum.* 80. *de Legat.* 2. In Feudis quoque ſucceſſio tribuit dominium. *Vult.* 1. *Feud. c.* 9. *n.* 23. non etiam Electio in Eccleſiaſticis. II. Quia omnis vaſallus annum habet de Jure ad petendam inveſtituram, *c.* 3. *quo temp. miles. c. præterea. de proh. Feud. al. per Frid.* nec debent Electores ſæculares eſſe deterioris conditionis quàm alij vaſalli, *argt. ſæpè cit. l.* 3. *in fin. de off. præt.* III. Accedit his obſervantia optima legum interpres, *l.* 52. *de LL.* Sic enim Chriſtianus I. E. Sax. Anno 1586. Joh. Frider. E. Brand. Anno 1598. & Frider. IV. E. Palatinus nondum inveſtiti etiam Comitiis interfuère. Nec quæ *ſup. q.* de Archiepiſcopis allata ſunt his applicari poſſunt, cùm ſæculares ſucceſſione à primo acquirente Feuda dignitatum acquirant, iiſque ex prima conceſſione ab antiquo Jus radicaliter quæſitum ſit, item Duces & EE. naſcantur quo in Eccleſiaſticis ſecus eſt, *v. diſp.* 6. *de vitar. Imp. in nucleo. Th.* 23. 56

QUÆSTIO XX. *Quæ ætas in defuncti Electoris ſucceſſore legitima cenſeatur?*

Reſp. annum 18. & quidem completum requiri, *in A. B. c.* 7. ac licèt aliàs in favorabilibus annus cæptus pro completo habeatur, *l.* 8. *de. Mun. & hon.* quod in honoribus favoritis cauſa conſtitutum eſſe dicitur; per quem textum, *ut Goteſ. notat*, Michael Hoſpitalius Franciæ Cancellarius An. 1563. Carol. IX. Galliæ regem annum 14. incipientem majorem eſſe probare niſus eſt. Tamen A. B. *d. loc.* complementum An. 18. requirit. *facit. l. à qua ætate.* 14. *qui teſt. fac.* pront etiam Jure noſtro ætas 18. Ann. completa requiritur, ut quis alium adoptare poſſit, *§. majorem. I. de adop.* ut Procurator alienus, ut advocatus & Judex quis eſſe *§. juſta l. quib. ex cauſ. mun. l.* 1. *§. pueritiam. de Poſtul. l. quidam.* 57. *de Re Iudic.* Ac licèt minimum non curet Prætor, *l. ſciendum.* 4. *de in int. reſt.* & aliàs cingendus pro cincto habeatur, *l. filiusf. de teſt. mil.* id tamen in modico tantùm defectu intel- 57
ligendum, *d. l.* 4. † De Paulo III. Papa traditur, quod is cùm Alexandrum Franciſcum ſuum ex Petro Aloyſio filio notho nepotem, & Guidonem Aſcanium Sfortiam alterum ex filia notha Conſtantia, illum 14. hunc 16. annos natum Cardinales crearet, iis qui teneram ætatem objiciebant, reſponderit, ſe ſua decrepita ætate annorum numerum facilè compenſaturum. *Polan. in hiſtor. Trident. pag.* 79.

Cùm EE. ætatis defectum patientes ſub tutela pro-

Digitized by Google

proximi agnati eſſe jubeantur usq; ad annum 18.& hac ætate durante Curatores vocē habeant ex A.B.

58 QUÆRITUR XXI. *An iſta tutela vel curatela teſtamento patris E. auferri poſſit?*

Cujus deciſionem infrà trademus in c. 14.

59 QUÆST. XXII. *De Rege Bohemiæ aliquando dubitatum fuit, an hic ſicut alij EE. vocandus ſit, & votum habeat in Electione?*

Licèt quidam velint ei ante A. B. nullum votum competiiſſe, quaſi non ſit Germanus, Electio autem Rom. Regis Germanis competat. Hæc tamen ſententia reprobatur *per. c. 7. A. B. ibi longè &c.* Alij verò EE. in pari numero diſcrepantibus ſeptimum votum Regi Bohemiæ competiiſſe velint, quos refert Buxt. *ad A. B. Aſſ.* 49. Verius tamen eſt, tam antè quàm poſt A. B. Bohemiæ Regi ut aliis votum competiiſſe & competere, ut probat Goldaſt, *in conſult. de off. & Jure reg. Boh. in conventu Electorali Ann.* 1627. *Francofurti editâ, & in ſpecie dicetur infra de R. Boh.*

60 QUÆST. XXIII. *An Rege Bohemiæ exiſtente minore Curator ejusdem vel Status Regni ad Electionem vocandi?*

Hoc aliquando Status Regni contenderunt, quòd uſus & adminiſtratio Jurium Electoralium non ad agnatos proximos & ſeniores minorennis Regis vel tutores, ſed ad Status & Proceres Regni pertineat, atque ita ſervatum ajunt in Elect. Carol. V. Imp. ad quam non Regis Poloniæ Sigiſmundi tanquam Patrui & agnati ſenioris, Regis Bohem. Ludovici Legatus, ſed ipſo poſthabito Statuum Regni legatus contradictione ipſius non obſtante ad conſilium Electorale & actus appertinentes admiſſus ſit; In quo præjudicio ſeſe Status Regni fundârunt, in Electione Ferdin. II. referente Reinck. *de reg. ſæc. lib.* 1. *c.* 3. *c.* 3, *n.* 31. Quibus tamen ex parte Cæſaris replicatum fuit, tunc Regem Ludovicum, non Status, ad Electionem fuiſſe vocatum, Legatos à ſolo Rege literas accepiſſe ſalvi conductus à ſolo Rege credentialibus inſtructos acceſſiſſe, & quanquam etiam mandatum à Statibus attulerint, tamen apparere ex protocollis, id ratione litis cum Sigiſmundo eveniſſe.

61 QUÆST. XXIV. *Cuinam citatio ad Electionis actum inſinuanda? An Regi Boh. abſenti, an verò præſidibus Regiminis in arce Pragenſi? Idem in aliis EE. abſentibus dubitari poteſt?*

R. Ipſum E. & Regem vocandum eſſe, etſi in ordinario reſidentiæ ſuæ loco non verſetur, Bohemus forte non Pragæ ſed Viennæ, Colon. non Bonnæ aut Breulæ ſed Leodii in Arnſperg aut alibi; Trevirenſis non Treviris ſed Confluentiæ &c. Quamvis E. Mogunt. neceſſitate non adſtringatur aliò literas & legatos, quàm ad locum reſidentiæ dirigere, prout cùm Ludov. Boh. Rex Anno 1519. ad electionis actum vocandus eſſet, nec tamen Pragæ repertus, Legati Moguntini, proteſtationem apud officiales Regis Pragæ interpoſuerunt, unde conſequens eſt, ſi Moguntinus aliò Legatos dirigere velit, non prohiberi, prout tunc temporis miſiſſe legitur ad Ludovicum in Hungariam, Reinck. *de Reg. ſæc. lib.* 1. *claſ.* 3. *c.* 3. *n.* 32.

QUÆST. XXV. *Sed quid ſi plures de Electoratu Eccleſiaſtico vel Sæculari contendant? Quis ex contendentibus competitoribus ad Elect. actum citandus?* 62

R. Quando non conſtat, quis ſit ſucceſſor legitimus de Jure, vocandus eſt is qui in poſſeſſione Electoratus conſtitutus eſt: Sic ortâ controverſiâ inter Rupertum Seniorem, Rupertum Juniorem Palatinos, pro ſeniore deciſum fuit, quia is in poſſeſſione Palatinatum & Archidapiferiam habebat cum appertinentiis, non attento quòd pro Ruperto juniore, ceu ex primogeniti linea deſcendente, prærogativa militaret text. A. B. fundata. Item in Electione Matthiæ Cæſ. An. 1612. conſtat Palatinum Bipontinum patruo ſeniori Palatino Neob. Philippo in perficiendis actibus Electoralibus prælatum fuiſſe, quod in poſſeſſione tutelæ Electoralis conſtitutus eſſet, Reinck, *de reg. ſæc. lib.* 1. *claſ.* 3. *c.* 3. *n.* 29. Ex hoc capite directores Regni Bohemiæ, Anno 1619. prætenderunt Ferdin. II. Regem, Boh. non habere vocem in Collegio Electorali, quòd non eſſet in poſſeſſione vel quaſi adminiſtratione regni: Sed perperam; Erat námque jam ante Ferdin. Rex Bohemiæ in publico regni conventu 7. Jun. Anno 1617. declaratus cum aſſenſu regni procerum, & regni ſucceſſio Jure ad ipſum devoluta erat, Coronâ inſignitus fuerat, ſubjectionis & fidelitatis homagium ipſi præſtitum, quæ infallibilis ſuperioritatis eſt teſſera, & quaſi poſſeſſionem inducit, civilem ſaltem, ut naturalem propriâ authoritate Jure apprehendere potuiſſet, quamvis & illa ſufficiat, quando quis dolo vel vi tyranni.

tyranni aut rebellium poſſeſſionem ingredi impeditur, *argt. l. ſi finita. §. illud quæritur. & §. ſi quis metu. junct. §. fin. ff. de damn. infect.* Accedit, quòd multi ex Statibus adhuc in devotione Ferdinandi Regis perſiſtebant, & eum ſuum legitimum Regem agnoſcebant, nec reſiſtentia ac rebellio ſubditorum Jus regium ſemel legitimè quæſitum tollere potuerit.

63 Sic ad electionem Ludovici Bavari Bohemus & Brandeburgicus admiſſi fuerunt, ad fiduciariam poſſeſſionemDD. collegarum judicio, licèt eorum jus controverſum eſſet, donec tranſactione, vel ſententiâ lis finiretur, & votum dederunt, ſi enim in negotiis privatis id obtinet, *t. t. uti poſſid.* cur non in publicis conventibus, ne prætextu dubiæ alicujus litis differri debeat electio, & ſine capite diutiùs fluctuet Reſpublica ad litis finem, quæ tunc 14. menſium interregnum paſſa erat; Burg. *lib. 1. pag. 14. ſub. §. ſiquidem.*

64 Quæst. XXVI. *An alius Jus Electionis, alius verò Electoratum habere poſſit?*

℞. Quicquid fortè fuerit ante A. B. cùm hodie virtute principatuum Jus eligendi competat, atque ita cohæreat, ut hæc duo à ſe invicem ſeparari nequeant, abſonum videtur, alium voce Electorali gaudere, qui Electoratum ejusque ditiones non poſſidet; ut abſonum eſt aliquem Ducem, Principem vel Comitem dici, qui Ducatum, Principatum, Comitatum nullum habet, *cap. quis dic. dux. 2. Feud.* 10. de his enim dici poteſt, quod jactari ſolet, Doctor ſine legibus, Eques ſine equo, Epiſcopus ſine Epiſcopatu, Abbas ſine præbenda, dicuntur nulla tenentes, & entia rationis, quæ fundamentum non habent in re. Unde non ſufficit patre Electore natum, niſi Electoratum juſtè poſſideat, nec poſſediſſe aliquando ſatis eſt, ſed ut caſu electionis obveniente in poſſeſſione juſta reperiatur, exigitur, quæ unio ideò præcisè præſcripta videtur, ut officium Electorale habens reditus quoque tantæ dignitatis ſuppares habeat, & onera Imperij facilius ſuſtineat, nec officium Electorale ſit ſine reditu, nec reditus ſine dignitate; Unde primogenitus in conſortium regiminis admittere nequit ſecundo genitum, nec in alium transferre poteſt Electoratum ſibi reſervato voto, Arum. *diſc. 6. ad A. B. c. 20.* nec itaque per tranſactionem, ceſſionem, permutationem, aut alio modo in vel extra judicium ſeparari poſſunt. Ex dd. patet reſolutio q. ſeq.

Quæst. XXVII. *An ditione Electorali per vim aut ſubditorum rebellionem excluſus, voto in Collegio Electorali carere debeat?* 65

Neg. *partim ex dd. q.* 25. Et quia vi ejectus perinde habetur ac ſi poſſideret, cùm interdicto recuperandæ poteſtatem habeat repetendi, & ſpoliatus ante omnia reſtituendus ſit, *l. ſi quis. C. unde Vi. l. non videtur de acq. poſ.* Improba autem poſſeſſio ac violenta poſſeſſori ſuo prodeſſe non debent. *l. 7. C. de acq. poſſ.* Sic Rudolph. Palatinus E. Ludovici Imp. offenſam metuens, quòd ſuo ſuffragio Auſtriacum ſublimare voluit, in Angliam fugiens, ideò dignitatem & vocemElectoralem non perdidit, nec etiam, cùm Baldunus Trevirenſis Epiſcopatum Trevirenſem occupavit, ideò Henricus Electorali Jure deſtitutus fuit.

Quæst. XXVIII. *An Electores in perſona, ſi legitimam ætatem habent, comparere teneantur?* 66

℞. Regulariter quidem teneri, *c. 1. §. Aurea B. §. quandocunque.* Si tamen juſtis impedimentis detineantur, non modò aliquem de Collegio, ſed etiam extraneum reliquis invitis conſtituere poſſunt. *d. §. quandocunque ibi procuratorem cujuscunque dignitatis vel ſtatus.* Licèt aliud foret de Jure communi. *c. quia propter. §. illud de Elect. c. pen. §. fin. Eod. in 6.* Mitti tamen debent cum plena & omnimoda poteſtate, cujus formula præſcribitur *in A. B. c.* 19. Unde ad certam perſonam eligendam dari mandatum non poteſt, licèt ante A. B. Walderamus Marchio Brandeb. ſuo legato in mandatis dederit, ut certam perſonam nempe Fridericum Auſtriacum eligeret, quo non obſervato, cùm is Ludovicum Bavarum nominâſſet, nomine Friderici in inſtrumento eradicato, effoſſis oculis in carcere necatus eſt. Crantzius. *ad lib. 9. cap.* 8. Licet de Walderamo hæc neget Burgund. *d. pag. §. hac & ejuſmodi*, & velit id ab Auſtriacis in odiumLudoviciBavari diſſeminatum, deinde à Joanne XXII. Papa in materiam criminandi acceptum, & vulgo ſparſum fuiſſe, nec non à Scriptoribus evulgatum, qui quævis audita etiam falſa pro veris Annalibus inſeruerunt.

Quæst. XXIX. *Cur Elector ad Electionem accedens, non ultra ducentos equites, inter quos non* 67

Digitized by Google

non niſi 50. armati eſſe poſſunt, in urbem inducere debet. d. c. 1. §. plures, A. B. *licèt pauciores poſſit?*

℞. Etſi hoc hactenus tam curioſè ſervatum non fuerit, rationes tamen non ſunt exiguæ. I. ne nimia multitudine civitas impleatur & oneretur, deinde ne unus vel alter Elector alterius potentiam extimeſcens, in ejus votum invitus tranſire cogatur, & ſic omnis metus impreſſionis evitetur, demum ſi quis in urbe excitaretur tumultus, ut is faciliùs à Francofurtenſibus ſedari poſſet, Reinck. *de reg. ſec. lib. 3. t. 3. n. 58.* Lym. *de I. p. l. 2. c. 3.*
68 *n. 25.* † Hinc Lepoldus Auſtriacus (Anno 1411. mortuus) inde ſuperbus dictus fuit, quòd Comitijs Francofurtenſibus præter famulitium aulicum, 52. Comites & Barones in comitatu ſecum habuerit.

69 QUÆST. XXX. *Quæ ſit pœna E. non comparentis nec mittentis legalem nuncium?*

℞. Eſt privatio vocis & voti pro iſta vice, *c. 1. §. princeps. A. B.* itaque nullâ habita ratione abſentium per præſentes licèt numero ſint pauciores electio perficietur, *c. ſicut. X. de Elect. l. reſcripta. de pactu.* Sic Elect. Sax. abſentia Electionem Ferdin. I. impedire non potuit, etſi contra eam proteſtaretur per filium. Dicitur pro iſta vice, quia tantùm quis delinquere cenſetur, quantum contemnit, pœna autem delicto commenſuranda eſt, unde ſemel contumax aliâ vice admittitur. Sic Trevirenſis & Palatinus primæ electioni Alberti non intererant, ad ſecundam tamen admiſſi ſunt, *V.* R. A. zu Speyr. *de Anno 1519.* §. Und damit. R. A zu Regenſpurg. *An. 1551.* §. Wann auch Churfürſten. Quia iniquum foret quorundam contumacem abſentiam negocia publica impedire, *l. 45. de decur.* Hinc aliis præſentibus procedendi Jus competit. Quòd ſi autem aliquis compareat quidem, ſed ante Electionem finitam recedat, eandem pœnam patietur, *d. c. licèt.* cùm paria ſint non venire & non expectare finem, *c. 1. X. de Judic. c. certum 11. q. 3.* Tardiùs autem accedens, adhuc tamen ante Electionem perfectam, in eo ſtatu admittendus eſt in quo electio eſt tempore adventûs ſui, *c. 2. §. poſtquam autem. A. B. Panorm. in c. cum vobis X. de Elect.*

70 QUÆST. XXXI. *Quod ſi major EE. pars emaneat vel recedat, an præſentes nihilominus ad deſtinatam electionem procedere poterunt?*

Affirmat Schütz, *Coll. pub. p. 1. diſp. 2. Th. 23.* Reinck, *de reg. ſec. lib. 1. claſ. 3. c. 3. n. 17.* Buxtorf. *ad A. B. concl. 25.* propter generalitatem textus ante citati, qui ait: recedentem privari voto, privabitur ergo non unus tantùm ſed etiam ſecundus & plures; Et ita ſervatum in Electione Rudolphi, cui 4. tantùm EE. interfuiſſe teſtatur. Trith. *in Cron. Anno* 1400. Idque à Jure communi non diſſonat, quo in fine termini à lege vel homine ſtatuti, ne dum pauci ſed etiam unus de collegio eligere poteſt, & Jus Collegij penes unum reſidet, ſi cæteri inhabiles ſint vel abſentes, *l. 7. §. in decurionibus. Quod cujuſq; univerſ. nom. § ſi grex: l. de legat.* Ac licet unus non ſit univerſitas, nec univerſi nec univerſus, tamen per eum Jus univerſitatis retinetur, quod ab initio per unum conſtitui nequit, *l. Neratius. de V. S.* & ſic de Jure Electio ad pauciores recidere poteſt, *c. gratum. de poſtul. præl.* Non obſtat: Id cenſeri legitimè factum, quod major pars fecit, *l. quod major. Ad municip.* unus autem duo vel tres non ſunt major pars ergo. Reſp. id obtinere, quando plures adſunt, ſecus ſi emanſerint vel recedunt. II. Quòd Albertus I. Cæſar noluit Electionem ratam habere ob Trevirenſis & Palatini abſentiam itaque factæ Electioni renunciavit, & denuo electus eſt. ℞. Id Albert. voluiſſe, quia vivo Adolpho in Regem Rom. electus fuerat, quia actus erat extraordinarius, adeóque magis conſenſum EE. requirebat, quàm Electio ordinaria, *arg. l. Sabinus 28. Comm. divid.* Nec contrà facit exemplum Guntheri Schwarzenburgici, qui alia conditione in ſui electionem conſentire noluit, quàm ſi major EE. pars in eum conſentiret, Cuſpin. *in vita Gunther.* ℞. enim Cuſp. loqui, quando EE. adſunt, tunc enim partis majoris aſſenſus requiritur, hic verò verſamur in iſto Statu quæſtionis, ubi major pars intereſſe Electioni detrectat. Contendit, quidem Joan. XXII. Papa, Papæ vocare Imperium, quando imparibus votis Electores diſtrahuntur: ſed habuit Lotharius æmulum Conradum, Otto Philippum; Albertus Adolphum; Inter Alphonſum Hiſp. Reg. & Richardum Angl. diſcordaſſe ſuffragia conſtat, nec tamen ideo vacavit Imperium, nec ad Eccleſiam aut Papam devolutum fuit, nec illorum tempo-

rum

Digitized by Google

rum Pontifices obtenderunt Imperium vacaſſe, & ad Eccleſiam devolutum eſſe. *Burg. hiſt. Bavar. lib. 2. pag. 86.*

71 QUÆST. XXXII. *Cur in A. B. ſeptem Electores non plures nec pauciores ad Electionem ſint conſtituti?*

Licèt non omnium quæ à majoribus conſtituta ſunt ratio reddi poſſit à priori. *l. non omnium de ll.* Probabilis tamen aliqua ſubeſt: Forſan id factum quòd numerus ſeptenarius ſacer & perfectus ſemper ſit habitus tam in ſacra quàm profana hiſtoria. *Geneſ. 2, v. 1. 2. 3. Joſue 6. ℣. 4.* unde etiam in teſtamentis condendis hic numerus teſtium placuit ll. conditoribus.

72 QUÆST. XXXIII. *An numerus hic ſeptenarius EE. augeri poſſit?*

De Maxim. Imp. traditur quòd ab EE. petiit hoc Jus ſuffragij in Electione Imperiali etiam Archiducibus Auſtriæ communicari, ſed hoc obtinere non potuit, Freher. *in not. ad Pet. de Andlo. lib. 2. c. 1. Sextin. 1. de reg. 4. n. 35.* Communi tamen Statuum conſenſu id fieri poſſe, dubium non eſt, cùm is, qui legem tulit, eam mutare, tollere, ei addere & detrahere poſſit, *ut d. ſup. cap. 1. de Jurisp. hod. ll. q. 5. argt. l. 35. de R. I. §. pen. de Jure nat.* Atque ita cùm per tractatum noviſſimæ Pacificationis Anno 1648. Octavus Elector aſſumptus eſt, communis Statuum conſenſus acceſſit

73 Comit. Ratisb. Anno 1654. † Quicquid contradicat autor anonymus, qui inſcribitur Status Germaniæ deplorandus Anno 1664. impreſſus, ideo quod Innocentius X. Papa pacificationem Monaſterienſem, & Oſnabrugenſem & conſequenter hanc auctionem Electorum nullam eſſe declaraverit, 26. Novembr. Anno 1648. hac addita ratione, quòd numerus dictorum olim authoritate Apoſtolica præfinitus, ſine Sedis præfatæ beneplacito augeri non poſſit, nec octavus Electoratus in favorem Caroli Ludovici Comitis Palatini inſtitui.

QUÆST. XXXIV. *Pro coronide quæritur, quid Francofurtenſibus circa Electionem incumbat?* 74

℟. A. B. ab his duo exigit I. ut omnes & ſingulos EE. eorumque comitatum virtute Juramenti, quod ipſi EE. præſtare debent, ab omni injuriâ defendant. II. & Alterum, ut per tempus, quo Electio durat, ultra comitatum EE. neminem in urbem recipiant, receptos abſque mora exire curent ſub pœna perjurij, amiſſionis privilegiorum, & banni Imperialis. Hoc poſterius ante A. B. non obtinuit, ſic enim Electioni Frider. I. Otton. IV. & Rudolph. I. alios Principes interfuiſſe tradit Arum. *di. 1. th. 33.* Nunc autem Senatus Francofurt. pridie ejus diei, quo Juramentum EE. præſtatur, ante Curiam Cives convocat, & pulſato per urbem tympano in omnibus viis denunciat, mandato ſeveriſſimo de peregrinis omnibus ad aulas Principum non pertinentibus dimittendis. Peractâ autem Electione portæ cuivis ingredi volenti patent. Idque etiam obſervatum An. 1519. cùm Franc. I. Galliarum Rex Senatum Francof. literis requiſiviſſet, ut Oratores ſuos ad EE. miſſos cum famulitio & equitatu uſque ad numerum 300. equitum ad civitatem admitterent, aut in oppidum vicinum, in quo tutò commorari poſſent, eosque in protectionem ſuſciperent. Senatus Francof. reſpondit: Sibi hoc per A. B. non licere, ac licet Regis Legati id ægrè ferrent, & hanc repulſam incivilem dicerent, literis ad EE. Collegium eum in finem miſſis, nihilominùs tamen & hîc repulſam paſſi ſunt, reſpondentibus EE. ſe non poſſe A. B. derogare, nec Senatum contra fidem datam ad petita ſtringere. Idem obtinet quando alibi electio celebratur, prout in Elect. Ferdin. IV. Rom. Regis An. 1653. Auguſtæ celebratâ 30. Maij, Hiſpan. & Polon. Legati cum aliis peregrinis urbe dimiſſi ſunt, & claves urbis Mareſchallo Imperii traditæ, qui conclavi Electorum cuſtodiendas impoſuit. † de ſalvo conductu 75
adde Speidel, & Beſold. *ad auct. V.* Glaidt.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT VII.

De Adjunctis Elect. Cæſareæ.

SUMMARIA.

1. *Actus primus Electionis Cæſareæ.*
2. *Udalricus & Afra Abbas in Electione Ferdin. III. ſolennè officium cantavit.*
3. *Juramentum Electorum.*
4. *Juramentum tactis SS. Evangeliis an licitum?*
5. *Juramentum an Electores ſibi remittere poſſint?*
6. *Electores quo ordine votent?*
7. *Moguntinus in Electione Caroli V. primum votum dedit.*
8. *Scrutator votorum Electorum quis?*
9. *Vota an ſecretè facienda?*
10. *Vota conditionalia, & alternativa an valeant?*
11. *Vota an per Literas transmitti poſſint?*
12. *Imperator qualis eligendus?*
13. *Unus.*
14. *Mas non fœmina.*
15. *Idoneitas in virtutibus.*
16. *Comes vel Baro.*
17. *Potens Imperator an eligendus?*
18. *Imperator an cogi poſſit, ut acceptet Imperium?*
19. *Imperator an exterorum ope uti poſſit?*
20. *Regis infimo genere nati ſolertia.*
21. *Potentia in Rege cur requiratur.*
22. *Imperator an Senex vel Juvenis aſſumendus?*
23. *Pueri in Imperatorem electi.*
24. *Venuſtas an in Imperatore ſpectanda?*
25. *Carolus Magnus an Sanctus?*
26. *Germanus ſit Imperator.*
27. *Imperium à Græcis an tantùm activè translatum?*
28. *Germani Imperatores ante Carolum Magnum.*
29. *Germanus quis cenſendus?*
30. *Galliæ Rex an eligibilis?*
31. *Rationes negativæ.*
32. *Galliæ Reges an origine Germani?*
33. *Galliæ Regis confeſſio.*
34. *Gallorum prima origo.*
35. *Gallos inter & Francos differentia.*
36. *Gallorum natura.*
37. *Albinagij jus in Galliâ.*
38. *Inſignia Regum Galliæ quæ?*
39. *Sueci & Finni an eligibiles in Imperatorem?*
40. *Daniæ Rex an eligibilis?*
41. *Daniæ opes.*
42. *Electio ſui ipſius an valeat?*
43. *Electio Patris pro filio an valeat?*
44. *Tempus quod eligendi?*
45. *Electus duobus quid Juris?*
46. *Vota majora an ſaniora attendenda?*
47. *Votorum majoritas an reſpectu Collegij eſſe debeat?*
48. *Suffragij corrupti pecuniâ pœna.*
49. *An adhoc requiratur Judicis ſententia?*
50. *Compromittere Electores an poſſint in unum?*
51. *An etiam in plures?*
52. *Compromiſſarius intra quod tempus eligere debeat?*
53. *Compromiſſarius an delegare poſſit?*
54. *Compromiſſario an certa perſona præſcribi poſſit quam nominet?*
55. *Compromiſſariorum major pars an eligere poſſit?*
56. *Compromiſſarij an aliquem ex ſe eligere poſſint?*
57. *Compromiſſarius an in ſe conſentiendo numerum augere poſſit?*
58. *Compromiſſum an revocari poſſit?*
59. *Compromiſſum quando integrum rurſus fiat.*
60. *Compromiſſario quando Collegium gratiam feciſſe dicatur?*
61. *Compromiſſum quamdiu maneat integrum?*
62. *Elector ſuperveniens an Compromiſſum impediat?*
63. *Electione factâ quid fiat.*

Digitized by Google

ADjuncta Electionis partim proponuntur *in c. 2. A. B. in ſeqq.* declaranda.

1 QUÆST. I. *Quis primus Electioni annexus ſit actus?*

Reſp. eſt invocatio D. Numinis & gratiæ S. Spiritus, exemplo Juſtin. Imp. *in l. 2. C. de off. præf. per aſ.* qui ad conſilia & actus non niſi invocato nomine D. noſtri I. C. procedere ſolitus fuit, rectè ſibi perſuaſum habens bene & competenter omnia geri, ſi rei cujúſque principium fiat decens & amabile Deo, *Nov. 6. in prin.* ubi autem Chriſtus non eſt fundamentum nullum boni operis ſuperædificium. *c. cùm Paulus. 26. q. 1. c. principatus. 1. q. 1.* Et quia in electionibus Spiritus S. gratia ſpeciatim invocanda ſtatuitur, *ad Coloſſ. 4. v. 17. Act. 1. in fin. c. cum terra. 14. de Elect.* nullâque difficilior deliberatio eſt de ulla re humana quàm de deligendo Imp. incidere poteſt, *Georg. Sabin. de Elect. Carol. V. pag. 4.* Hinc in A. B. conſtitutum *c. 2.* quòd in templo S. Bartholom. miſſa de S. Spiritu decantetur, ad quam coccineâ induti togâ EE. vehi ſolent; Idem obſervando, ſi alibi electio celebretur: ✝

2 Prout in Elect. Ferd. IV. Rom. Regis per Reverendiſſ. D. Bernardum Abbatem Imperialis Monaſterii SS. Udalrici & Afræ in ſua Eccleſia ſolenne officium decantatum fuit, qui 6. annis hujus Univerſitatis Salisburg. Præſidem laudabiliter egit; Et hanc miſſæ celebrationem de ſubſtantia Electionis eſſe, eâque omiſſâ ipſam vitiari ſentit Marcus *deciſ. 1250. p. 1.* quam [illegible] s à Catholica religione alieni, qui Miſſam [illegible] m fecêre, eo tempore, quo Miſſa & Litania [illegible] tur, in proximum conclave ſe recipiant, ut in Elect. Matthiæ An. 1612. à Palatin. Saxon. & Brandeb. factum; Eâ tamen finitâ loca priſtina ſua ſinguli occupant, dum canitur: Veni Creator Spiritus.

3 Cùm orationibus his & precibus finitis omnes EE. ſeu eorum nuncij ad altare accedentes juramentum præſtare debeant, ſæculares quidem tactis ſacroſanctis Evangeliis duobus digitis, ex A. B. decreto, Eccleſiaſtici verò tantùm vel coram Evangelio S. Joannis, quod etiam à J. Civili non eſt alienum *l. 27. C. de Epiſc. & Cler. l. fin. §. 5. C. de Cur. fur. dand. Nov. 74. c. 5. junct. c. hortamur. 3. q. 5.* vel coram Evangelio manus pectori admoventes. *Nov. 123. c. 1. N. 137. c. 2. c. fin. X. de Jurej. Cal.* quod ob reverentiam omnibus Epiſcopis conceſſum. *Rot. deciſ. 7. de Jurej. l. 27. de Epiſc. aud.* ubi promittunt omnes ſe in deligendo Imp. nec precio, nec pollicitationibus locum daturos, ſed ex animi ſententia nominaturos, quem reip. Chriſtianæ utilem iudicârint. *A. B. c. 2. §. 2.* iſto ordine, ut id primò à Moguntino, deinde ab aliis ſucceſſivè fiat, quod deinde per Notarium conſignari ſolet; Aliquando inter Catholicos & Proteſtantes in fœderibus, inveſtituris aliisque actibus Juramentum requirentibus in dubium vocatum fuit:

QUÆST. II. *An tactis SS. Evangeliis jurare licitum ſit?* 4

Licèt Donell. *lib. 21. Comm. Jur. Civil. c. 13.* tactum Evangeliorum ſuperſtitioſum & malo exemplo introductum ſenſerit. Idem tamen poſteriori & maturiori judicio *lib. 20. c. 14. in fin. & c. 21. circa med.* re meliùs ponderatâ, hunc actum nihil ſuperſtitionis habere tradit, cùm inventus ſit ob majorem ſolennitatem & obſervantiam inducendam, turpiorque perfidia cenſeatur, non ſolùm voce & ſermone, verùm etiam corporali actu, DEUM advocatum teſtem fallere, *Duar. ad t. C. Si a v. vendit.* Quòd verò ſcribit Gabriel. *lib. 2. concl. 5. t. de minor. limit. 3. num. 3.* loco libri Evangeliorum licere quemlibet alium librum tangere, id nimis licentioſum eſt, & minimè concedendum. *V. Ord. Cum. p. 1. t. 57.* quæ exigit Juramentum, zu GOtt und auf die H. H. Evangelia. Atque ita etiam Proteſtantes jurare refert Buxtorf. *ad c. 1. A. B. con. 29.* Hodie communiter hoc modo juratur: *Ita me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.*

QUÆST. III. *An EE. hoc Juramentum ſibi invicem remittere poſſint?* 5

Ratio dub. eſt, quòd pars contra quam teſtis producitur teſtificaturo Juramentum remittere poſſit. Verùm diverſa hic eſt ratio, quia illud teſtis Juramentum maximè inductum eſt in privatum partis favorem, cui renunciare licet, hoc autem publico bono inductum eſt, *facit l. Jus publicum, de Pact.* & ſimul de forma actus eſt, quæ omitti non poteſt.

Hiſce peractis ordine ſuo EE. conclave intrant, in quo Electio futura eſt, *Buxtorf. concl. 28. 29. 32.* hinc

QUÆST. IV. *Quo ordine ſua Vota dent Electores?* 6

Licèt

Digitized by Google

Licèt Moguntino tanquam Decano olim primum votum competierit *juxta Buxtorf. Th.* 42. tamen in A. B. *c.* 4. *§.* 3. proviſum, quòd Moguntinus ſingulos EE. ex ordine interroget, & vice verſa omnes votum Moguntini exquirant, quæ collecta in ſcripturam ſigillis ſingulorum EE. confirmantur, tunc Conſiliarii tanquam teſtes in Cameram vocantur demum EE. ad altare redeunt, & Mogunt. vel ejus Cancellarius in loco eminentiori Electum populo renunciat. Vel ſi præſens ſit; ipſe Electus ſiſtitur in altari inter medios EE. collocatus, ac precibus peractis, Te Deum Laudamus, decantatur muſicè, campanæ compulſantur
7 & tormenta majora exploduntur. † Non obſtat, quòd in Elect. Carol. V. primum votum dederit Moguntinus, *Arum. diſ.* 3. *ad A. B. Concl.* 14. & 21. Carpz. *ov. in voto ſeptem. poſit.* 7. Reſp. rationem ſtatus tunc temporis hoc ſuaſiſſe, ideòque à Moguntino Electioni actuali deliberationem aliquam præparatoriam fuiſſe præmiſſam, in quâ Moguntinus Elect. & deliberationis iſtius Director & Decanus (quo titulo honoratus fuit in epiſtola Archiprincipum EE. ad Benedictum XII. Pontificem exaratâ) rationes, cur Carolus Auſtriacus potiùs quàm Franciſcus Rex Gall. aut alius eligendus eſſet, præliminariter expoſuit; Prout in aliis inferioribus Collegiis paſſim receptum, ubi Decanum primum loqui videmus, *Marcus deciſ.* 1365. *n.* 13. *p.* 1. *Chaſſ. in catal. gl. mund. p.* 1. *conſ.* 19. Et probabile quoque eſt ſermone illo finito, ordinem Bullæ obſervatum. Ut etiam in aliis particularibus Imper. conventibus ſervatur, teſte oculato Reinking. *de An.* 1923. *Ratisbon. in tract. de reg. fac. lib.* 1. *claſ.* 3. *c.* 5. *n.* 19. ubi Moguntinus aliorum vota usque ad Saxonem exploravit, ſuum verò ultimo loco expoſuit cum brevi omnium votorum recapitulatione. Et quamvis Moguntinus etiam Brandeburgici legatos voluerit interrogare, ut & alios principes ibi præſentes, tamen id admittere noluerunt Legati Saxonici dicentes, aliter uſu receptum; Itaque Legatus Saxoniæ Brandeburgicos & reliquos ex ordine interrogavit, ultimo tandem loco ſuam ſententiam addidit Moguntinus, cum indicatione quonam major pars votorum tenderet. Quicquid tamen in aliis conventibus fiat ab iis tanquam ſeparatis, huc non rectè infertur, ubi ſpecialis forma in A. B. conſtituta eſt: Scilicet in quibusdam prudentum Conſiliis ultimi & deinceps ordine ſucceſſive explorentur ſententiæ, quod in Diœceſi Colonienſi ſæpè fieri vidi tempore Syndicatus mei, ubi in Provincialibus diætis propoſitione per Sereniſſ. E. vel ejus nomine Statibus factâ & copiis communicatis, primò omnium civitates deliberant, & referunt, dein Nobiles, ſive Status equeſtres; Tertio Comites, ſinguli per ſuos Syndicos, & quartò Capitulum Metropoliticum per ſuum Syndicum, ſingulorum Statuum concordantia, vel etiam diſcordantia & diſparia vota ad Principem E. deferunt in omnium Statuum præſentiâ, cujus ratio hæc eſſe videtur, ne inferiores formident declinare à ſententia majorum, ſi hi primò deliberarent & vota Statibus inferioribus proponerent. Idque etiam in deliberationibus Theologicis Academiæ Pariſienſis receptum, & in ſenatu Neapolitano ita practicari teſtatur Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol.* 1. Et Rota Romana, *Chaſſ. in Catal. gl. mund. part.* 1. *conſ.* 19. Tamen quia A. B. conditoribus hic modus non placuit ejusdem forma ſervanda erit.

QUÆST. V. *Quis ergo votorum Electoralium Scrutator dicendus?* 8

Reſp. Ne hac de re lis oriatur, ut ſæpè fieri ſolet in Electionibus Prælatorum, *Mandag. de Elect. p.* 1. *c.* 32. hoc receptum, ut E. Moguntinus, non alii, ſingulorum vota inquirat: Idque Juri communi eatenus congruit, quòd hic Scrutator de gremio aſſumatur, *c. quia propter.* 42. *de Elect.* Eatenus verò diſcrepat, quòd unus tantùm non plures deputati ſint, *d. c.* 42. *Tolos. lib.* 17. *Syntag. c.* 12. *n.* 29.

QUAEST. VI. *Dubitari poſſet, an iſta votorum* 9
inquiſitio ſecretè fieri debeat vel publicè fieri poſſit?

Cum 1. Can. vota ſecretè inquiri in ſcrutinio debeant, *d. c.* 42. *ibi ſecretè.* Verùm tam hoc quàm illud fieri poſſe probabile eſt. *Buxtorf. ad A. B. concluſ.* 24. quod enim lex A. B. non requirit, nec nos requirere debemus, *l. ſi ſervum.* 71. *§. non dixit. d. acq. hæred.* at lex Carolina non requirit, ut ſecretè fiat inquiſitio; Deinde Moguntinus ſuum votum palam exprimit, *c.* 4. *§. primò quidem: in fin. h. t.* Quid impedit, idem à Cæteris EE. fieri? atque ita in Elect. Carol. V. & Maximil. II. publicè

publicè fuit votatum; *Cluten. de Comit. Elect. q. 66.* Cùm autem expreſsè A. B. non definierit qualiter votare debeant EE. hæc exſurgit dubitatio

10 QUAEST. VII. *An conditionalia & alternativa vota valeant?*

Ratio dub. quòd hoc ut non prohibitum permiſſum cenſeatur. *l. 1. §. 1. de Teſtib.* prout ex hac ratione in Electione Papæ ejusmodi vota admittuntur, quòd illa non ut in aliis Prælatorum Electionibus, ſic in hac expreſsè reperiantur prohibita. *gl. in c. 2. de Elect. in 6.* Verius tamen eſt, ut aliàs tantùm pura non conditionalia nec incerta aut alternativa vota admittenda. *cap. in Election. de Elect. in 6.* Eſt enim electio actus legitimus qui diem & conditionem non recipit, *l. 77. de R. I.* Cúmque hac de re aliquando in Cam. Imperiali diſputatio exorta eſſet, quibusdam contendentibus vota conditionalia ad officia ſæcularia permiſſa eſſe, indéque numerum poſſe computari; Tamen contrarium per Statuum deputatos comprobatum fuit, ut ſcilicet vota purè non autem in eventum ferantur; *ex Jud. & Aſſeſſ. memorial. de Anno* 1600. §. Und damit. 9. *in Jure Camer. t. 13. §. 13.* quamvis gradus electionis fieri poſſe tradit. Buxtorf. *d. loc. aſſ. 43.*

11 QUAEST. VIII. *An Elector aliquis votum per literas transmittere poſſit?*

Neg. Nam nec Jure communi abſentes de Capitulo per literas votare poſſunt, *c. ſi quis juſte. 46. §. abſens. de Elect. in 6.* quod hic multò magis obtinet, ubi Electio in uno loco congregatis EE. interponenda, vota per E. Mogunt. exquirenda & colligenda, ut ponderatis diverſis animorum motibus in eam ſententiam faciliùs convenire poſſint, quæ ad Dei gloriam & Reip. incolumitatem collimat. Et quanvis aliter factum in Electione Richardi, *teſte Aventin. lib. 7. annal. Bojor. fol. 559.* ubi adverſus Anglum tabulis abſentes ſuffragia ferebant; Idque etiam in Electione Ludov. Bavari factum; *Cuſpin. ſub rub. de diviſ. Imp. pag. 368.* Prout etiam in electione Gregorii Papæ, *lib. 9. de reb. Ital. An.* 1088. *fol. 121.* Tamen Jus commune eſt in contrarium, *d. c. 46.* cum quo A.B. concordat, *c. 4. §. Caterùm ibi qui intereſſe. c. 1. §. princeps in fin.* Ardua ſubintrat.

12 QUAEST. IX. *Qualis nam Imp. eligendus? cùm EE. jurent ſe electuros, qui ad hoc extiterit idoneus?* A. B. c. 2. §. 2.

In hoc plura concurrere debent, ut unicâ reſponſione non poſſit definiri. † Primò enim 13
requiritur, ut unus tantùm eligatur, *facit c. in apibus. 47. c. 7. q. 1. l. 2. §. neceſſe 11. de O. l.*

Quia *ut d. ſup.* omnis poteſtas conſortis impatiens, hinc Rex Calatarum Dejotarus cùm plurimos haberet liberos, omnes uno excepto ſuis manibus occidit, quo firmius Regnum obtineret; Abimelech 70. fratres, ut ſolus regnaret, trucidavit. *Judic. 9.* idque ſuper lapidem unum, excepto uno minimo. *verſ. 5.* Apud Turcas quoque creati novi Imperatoris fratres, etſi ſexcenti eſſent, hodie trucidantur, *Majol. Canic. p. 3. Coll. 2. p. 274.* † II. Ut mas ſit, non fœmina. *argt. Geneſ.* 14
3. v. 16. c. mulierem. 33. q. 5. l. 2. de R. I. 12. D. de Judic. l. pen. de Edend. junct. l. 1. §. 1. ad SC. Vellejan. quàm periculoſum ſit, fœminas regnare, tradit Majol. *tom. 1. coll. 2. p. 67.*

Nam turpe eſt Regi de muliere regi. adde Tiraq. de Jure primog. p. 1. q. 8. n. 14. hinc fabulam de Joanna Papa refellit Majol. *tom. 1. col. 3. p. 66.* & ſpeciali tractatu P. Nicolaus Ferrarius, licet B. Populla virili habitu induta in Turonenſi Diœceſi in congregationem Monachorum ſe contulerit, electa in Abbatem, 30. annis à nemine agnita in eo vixerit, quæ Sexum revelavit, tertiò ante mortem die, & à mulieribus ablata & dein ſepulta eſt, Majol. *pag. 66.* † III. Idoneitas præcipuè conſiſtit 15
in virtutibus Imperatore dignis, *de quibus Dd. ad princ. procem. Inſtit.* Guevar. *in horol. princ. lib. 1. c. 1. Toloſan. lib. 10. de rep. c. 3.* Uti enim una ulna merces omnes metimur, ita ad vitam Principis omnes ſe conformant; Guevara *in procem. gener. horol. princ.* † IV. Ut Laicus ſit, non Clericus. *facit c. cùm ad verum diſt. 96.* Buxtorf. *ad* A.B. *Concl. 31.* A. B. *c. 2. §. ibi. §.* Ein weltlich Haupt. *v. ſup. de anteced. Caſ. Elect. q. 1. ad fin.* † V. Ut 16
ad minimum Comes ſit vel Baro, quod conſuetudine tandem inductum, licèt, de Jure porta honoris nulli præcludenda ſit, juxta illud:

Porta patens eſto, nulli claudatur honeſto.

prout olim etiam ex infinita conditione homines ad ſupremum dignitatum Regni & Imperii faſtigium vocati fuerunt. Sic Saul quærens aſinum factus eſt Rex, David ab ovibus, Arſaces ex latrone Rex Parthorum, Rex quoque Lydorum Gygas paſtor fuit, Darius Regis Cyri armiger fuit, Valentini

Digitized by Google

ſentini Imperatoris pater reſtio fuit, Leſco ex au-
rifabro factus eſt Rex Poloniæ. Majol. *p. 3. p.* 175.
Baſilius Macedo ex equorum cuſtode Imperator
Conſtantinopolitanus, cùm equum indomitum
conſcendiſſet apud Michaëlem Imperatorem tan-
tâ valuit gratiâ, ut factus ejus Cubicularius, in Im-
perio ei ſucceſſerit. Majol. *tom. 1. col.* 4. *p.* 108.
Franciſcus Sfortia ex infimâ plebe in caſtris culi-
narius bello elevatus, d. Sfortia quaſi fortis duxit
in uxorem Mariam Blancam filiam naturalem Phi-
lippi Mariæ Vice-Comitis Mediolanenſis, dein
ipſe Dux Mediolanenſis. *add. Caſſan. in Catal. gl.
in princ. p. conſ. 65. fol.* 57. Et Bohemiæ regem
Uratislaum ex aratore creatum legimus, hoc ta-
men & ſimilia exempla rara, extraordinaria & pro-
digioſa ſunt non minùs, quàm Popeum vorari à
muribus, juxta verſum:

Agricolam fieri Regem atque à mure vorari
Regem, res æquè prodigioſa fuit.

Comites autem admiſſos docent exempla Wilhel-
17 mi, Rudolphi, Adolphi, Guntheri, &c. † VI.
Eligendum eſſe potentem ſuaſit Mogunt. in Elect.
Carol. V. Si enim aliqui Principes Imperii alio-
rum Regum ſtipendiis addicti, ut & civitates quan-
doque obedientiam facere recuſent, futurum po-
tentiâ deſtituto Imp. quod lepori, quia fruſtra con-
cionabatur & edicta Leonibus componebat, Carpz.
in voto ſeptem. poſit. 18. *Cluten. de Comit. Elect. q.*
59. At dices, aliquando etiam Comites non adeo
potentes fuiſſe electos, ut Rudolph. I. Adolph.
Naſſov. Comes de Schwarzenb. Comes Henricus
Luzenb. quorum aliqui bene præfuère. R. Illis
temporibus non fuiſſe tot potentes Imperii æmu-
los ut nunc, qui Imperium vel ambiunt vel dilace-
rare ſtudent, nec Turcas & Tartaros, Suecos &
alios Imperio ut nunc appropinquaſſe, nec in ſub-
ditis illas animorum & religionis diſſenſiones ut
nunc extitiſſe, unde licèt virtutis in Imp. prima ſit
habenda ratio, *ut ſub n. 3. d.* niſi tamen virtus po-
tentiâ ſit ſubnixa, majeſtas Imperatoris & Impe-
rii conſervari nequit, ne titulum ergo & umbram
Imperii ſine autoritate, ſine viribus gerat, poten-
tem eligi intereſt; & ita cenſuit Moguntinus &
Frider. Saxo, in Electione Carol. V. ne tam exteri
quàm ſubditi decreta irrideant, quæ tam inteſtina
mala, quàm extera bella, potentiâ præcavere &
avertere poteſt. Carpz. *d. loc. poſ.* 17. & 18. Hinc
cùm Ludovico Bavaro à nonnullis Imperium of-
ferretur, ille actis gratiis reſpondit: honorem
hunc ſe non promereri, his verbis; Virtus, quam
in me non agnoſco, ſola ad Imp. Germ. non ſuffi-
cit, niſi digna potentia accedat, nam nec quies ſine
armis nec arma ſine ſtipendio haberi poſſunt, de-
preſſáque jacet ſine viribus Majeſtas. Permitta-
mus cæteris populis ex virtute Regem ſumere, qui
cum purpurâ & ſolio vires omnes in electum con-
ferunt Principem, qui non ſolùm mereatur ama-
ri, ſed etiam ante fortunam timeri poterat: Ego
cum ærario meo calculum poſui, virium mearum
infirmitatem menſus ſum; Ex totâ Bavariâ por-
tionem tertiam vix poſſideo, in tantillâ provin-
ciâ Majeſtas ſe pro dignitate explicare non poteſt,
opes hæ ad ſplendorem & donativa non ſufficiunt,
&c. *Nicol. Burg. in hiſt. Bavar. lib. 1. pag.* 8. cui
eleganter reſponſum eſt: de infirmitate potentiæ
fruſtrà queri, à quo ſcirent prælio victum Fride-
ricum, nec Henrico VII. nec aliis obfuiſſe quò mi-
nus Germaniam tenerent perculſam reverentiâ
ſui, cui tamen opulentiâ ipſe non cederet, majo-
rum vero imaginibus præſtaret ſatis validum eſſe,
qui à ſuis timetur, potentiam in obſequio paren-
tium ſitam: Cùm autem Ludovicus in priore ſua
ſententia perſtaret, ſtupentibus ad animi magni-
tudinem tam pertinaciter faſtidientis Imperium,
quod alii per ignes ferrúmque appeterent, donec
legatorum unus plura philoſophari volentem in
iram verſus interpellavit, dicens: Scias impera-
turum te, aut moriturum; *Burg. p.* 9. unde prio-
rem ſententiam mutavit. Hac occaſione oritur

QUÆST. X. *An electus cogi poſſit ut acceptet, etſi* 18
promiſit ſe non accepturum, ut Ludovi-
cus Bavarus fecerat?

Hac de re *V. Burg. pag. 9. & in fin. pag.* 83.

Quàm exigua fuerint prima Romani Imperii
crepundia, exprimit Poëta ſequentibus verſibus:

Dum populus pauper dum nova Roma fuit,
Dum caſa Martigenam capiebat parva Quirinum
Et dabat exiguum fluminis Illua thorum.
Jupiter Auguſtâ vix totus ſtabat in urbe
Inque manu dextrâ fictile fulmen erat.
Frondibus ornabant, quæ nunc Capitolia gemmis.
Paſcebátque ſuas, ipſe Senator oves.
Nec pudor in ſtipula placidam cœpiſſe quietem,
Et fœnum capiti ſuppoſuiſſe ſuo.

Idem

Idem Ovid. *1. Faſtorum.*

Jura dabant olim poſito jam Conſul aratro
Et levis argenti lamina crimen erat.

Sed mutatis temporibus mirum non eſt mutari
quoque Jura & mores.

19 At dices II. Poſſe Imperatorem per ſe non
potentem exterorum regum & magnatum confœ-
deratorum ſubſidiis juvari contra omnes tumultus
& hoſtilitates. Verùm quantum iis fidendum ſit,
docet experientia, quòd ſicut auxilia infidelium
illicita ſunt, ita à perfidis timenda, â ſubditis verò
frivola ſint. Sic enim Philippus Alexandri M. pa-
ter ſub prætextu petiti præſidii Thraciâ Reges eje-
cit. Quomodo Britanni ab auxiliatoribus Hiſpa-
nis in Liflandia pro ſubſidio requiſitis tractati, quo-
modo in India Tagellani ſumptus ſubſidii ſolvere
debuerint, quomodo Henrico II. Regi Galliæ à Prin-
cipibus Germanis petita ſubſidia occaſio fuerint
Metam, Tullam, Verdunum ab Imperio avellendi,
quid auxilia Ducis Bernardi Saxon. Vinarienſis à
Gallis obtenta effecerint, quòd Briſacum, Philippo-
burgum, aliàque munita loca cum Alſatiâ in pote-
ſtatem Gallorum pervenerint, pleni ſunt Hiſtori-
corum faſti; unde colligitur, quàm periculo-
20 ſum ſit alienis viribus fidere. † Cùm Amaſis
Regem ſuum, ut qui Plebejus fuiſſet nec inſigni
familia ortus, Principes, & ſubditi principio Re-
giminis contemnerent, ipſe ſua ſolertia eos cor-
rexit ſequenti modo: Erat ei pelvis aurea, in
qua tam ipſe, quàm omnes ejus convivæ pedes ab-
luebant, hanc confregit, èxque ea Dæmonis ſta-
tua confecta eſt, eam loco editiori poſuit. Ægyptii
vero ſummè venerati ſunt. Hinc convocatis pro-
ceribus aperit illis ex illa pelvi, in qua pedes lava-
re, mingere, ſpuere, vomere ſolebat, factum eſſe
ſimulacrum, quod venerentur, itéque ajebat ſe
perinde, ac pelvim eſſe factum, cùm ante fuiſſet
plebejus, jam Regem, & jubere, ut ſibi honos ex-
hibeatur, Herodot. *in Euterpe lib.* 2. *p.* 153. ſed non
carent hæc periculo, & dubio evento, pendéntque
à futura incerta contingentiâ, tutius autem eſt
certiora aſſumere.

Rurſus III. dices: At modus contributionum
21 in Imperio Majeſtatem principis conſervare pote-
rit. Sed qualiter Cæſar per ſe non potens à di-
verſæ religionis ſubditis refractariis neceſſarias
contributiones pro ordinariis Imperii neceſſitati-
bus ad bellum Turcicum, ad Legationes Turcicas
& alios Monarchas, pro conſilio aulico, pro ipſis
refractariis cohibendis, in officio continendis vel
ad obedientiam reducendis, pro decretis ſuis exe-
quendis obtinebit? Vana erit ſine viribus ira; Cùm
animi ſubditorum non ſint iidem, & majora ſe-
cundum multos, in puncto contributionum non
concludant. Et licet diſtinctio adhiberi ſoleat
inter neceſſarias & voluntarias, tamen invitis ca-
nibus non bene venari licet, cùm controverſia
facti communiter incidat, an occurentes neceſſa-
riæ ſint vel voluntariæ, quæ ſæpè protrahitur ad
longum tempus antequam reſolvi poſſit. Acce-
dit, quòd nec ordinariæ & neceſſariæ pro ſuſtenta-
tione Cameræ Imp. ex circulis rectà perſolvantur.
Quoties hac de re queritur Fiſcalis, & communi-
catione banni debita liquida extorqueri debent.
R. Imp. de An. 1594. *O. C. p.* 1. *t.* 42. Ad hæc in
omnibus diætis nunc hi nunc illi Status pro mode-
ratione contributionum inſtant, ut proinde in iis-
dem certum & firmum fundamentum collocari
non poſſit. Hinc ergo neceſſarium talem eligi
Imp. qui Statibus ſolutionem remorantibus ex
ſuis mediis impetum hoſtilem avertere & Statum
Imperii conſervare poſſit, donec ex contributio-
nibus & caſſa Imperii expoſita refundantur.

VII. Non etiam quærendus eſt ſenex Imp. 22
ut cùm biduo aut triduo imperavit, poſteà mox
de electione novæ difficultates oriantur. Carpz.
in vot. Elect. poſſ. 33. licèt in Electione Papæ com-
muniter aliter ſervetur. † Pueri aliquando in 23
Reges & Imperatores evecti leguntur; Theodo-
ſius Junior, vel II. ex Arcadio, & Eudoxia natus,
mox annos 8. natus renunciatus eſt Imperator,
& cum Honorio patruo imperavit etiam puer,
quamvis Pulcheria virgo Sanctiſſima divinitus e-
docta tenerum Imperatorem ad omnia munia in-
ſtituerit, & tantiſper, donec hic adoleſceret,
Orientem cum laude rexerit. *Turſell. hiſt. lib.* 5.
in Honor. & Theodoſ. pag. 109. Wenceslaus Al-
berti Filius, cum vix 4. menſes attigiſſet, Regni
Hungariæ diademate coronatus eſt, ut & Wences-
laus Caroli IV. filius Rex Bohemiæ, *de quo ſup.* Ste-
phano Joannis Sepuſii filio vagienti adhuc Regni
Ungarici corona impoſita eſt; Guſtavus Adol-
phus 9. Decembris An. 1594. natus, An. 1611.
inauguratus, & An. 1617. coronatus eſt Rex Sue-
ciæ. Klock. *de ærar. lib.* 1. *c.* 9. *num.* 65.

Quæst.

Digitized by Google

24 QUÆST. XI. *An Corporis venuſtas in eligendo ſpectanda?*

Conſtat ſanè ex parvo filice ſcintillam ſæpe elici acerrimam, non ex immani ſcopulo. Sic David licet facie rubicundus, ſtaturâ tamen brevis fuit, *1. Reg.* 16. Julius Cæſar glaber, ſeu calvus, naſum aquilinum, manum alteram breviorem, faciem rugoſam habuit, & ſuppallidam, & incedebat ſemper diſcinctus; Annibal oculo dextero carebat, pede ſiniſtro, varus ſimul, & ſuperciliosus, ſtaturâ brevis, & vultu torvus; Alexander Magnus collo exili, capite grandi, facie lurida, oculis ſubturbidis, corpore puſillo, & membris parum concinnis; Cræſus altero pede claudus, oculo altero ſtrabus, capite calvo, ſtatura adeò parva, ut nano parum abeſſet, Guevara *in horol. lib. 1. c. 44. n. 200. p. 200.* Specialiter hic eſt

25 QUÆST. XII. *An exter, qui natione Germanus non eſt, in Regem Rom. eligi poſſit?*

Pro Germano votum Moguntini *apud Sleid. lib. 1. cum Carpzovio in elect.* & ſeqq. rationes militant: Illum Legibus noſtris & Jure arbitror impediri, quibus cautum eſt, ne decus hoc Imperii ad exteros transferatur, quod conſtit. Ott. III. effectum fuiſſe tradunt Dd. apud Buxtorf. & alii *concl.* 31. ab eo allegati, qui illam legem dignam judicat novâ approbatione, utque ad præſcindendam omnem ſpem exteris in corpus decretorum redigatur. *Panorm. in c. Venerabilem. X. de Elect. Simon. Piſter. conſ.* 1. *q.* 7. qui fusè oſtendit Imperium activè & paſſivè ad Germanos translatum. Nec, laus Deo, opus eſt, ut Germanis extraneus tutor quæratur, ſemper enim illuſtre Germanorum Principum nomen & fama celebris fuit, quæ nondum extincta eſt, ſed incolumis viget, & floret. Hinc Æneas Sylv. *in deſcript. Germ. c.* 30. inquit: Nullibi familiis EE. & procerum Imperii ſimiles inveniri poſſunt. *add. Petr. de Andlo. lib.* 1. *c.* 15. ubi de Germanicæ nobilitatis excellentiâ & antiquitate agit, idemque *c.* 14. divino præſagio Rom. Imp. ad Germanos transferendum fuiſſe oſtendit iſto facto S. Petri Apoſtol. Principis, qui non ſine myſterio, cùm Maternum uti Epiſcopum, Anchariùm & Valerium in Alſatiam ad prædicandum Evangelium miſiſſet, quæ Germaniæ eſt provincia, & Maternus in villa legia, naturæ debitum perſolviſſet morte, baculum ſuum paſtoralem eo miſit, cujus contactu S. Maternus revixit die 40. mortis, & ſanus cum reliquis adhuc annis 40. verbum Dei annunciavit. Unde dicitur Spiritu prophetico baculus ad Germanos tranſmiſſus, ob quam cauſam ſimul & myſterium illius Rom. Pontifex inſtar aliorum Pontificum baculo paſtorali hodie non utitur, *juxta Text. & gl. in c. un. de Sacra Unct. c. nullus diſt. 1. de conſecrat. c. nullus. c. diſciplina. d. ſt.* 17. quod myſterium Andlo *d. loc.* latiùs explicat. Adjuvat hanc ſententiam textus Sacer *Deut.* 17. *v.* 15. ibi: E medio fratrum tuorum conſtitues ſuper te regem non alienigenam, nec poteris alterius gentis hominem facere, qui non ſit frater tuus. *ad Clem. 1. de Elect. c. Deus. de Vit. & hon. Cler. c. cum ſingula. §. prohibemus de præb. in 6. Caſtald. in tr. de Imperat. q. 7. n. 2.* nec quenquam fore arbitror Germanum qui non ſepoſito omni alio affectu exiſtimet è re Imperii Germanici eſſe gubernationem ejus Germano potiùs quàm alterius nationis principi committi. Quod ſi in dubium vocaretur, multis documentis, exemplis, ipsâque experientiâ facilè demonſtrari poſſet; Exteri enim ſuæ nationi præ aliis favent, officia tum militaria & bellica, tum Commiſſariorum & aulica ſuis committunt, eorum ductu omnia gerere, & hi honores præ aliis præripere ſolent; Item princeps externus etſi rem bene gerat; quia tamen moribus & ingenio differt, nec eam repræſentare poteſt benevolentiam, ac ſi indigena eſſet, facilè hinc diſſenſionum occaſiones naſcuntur, quò fit, ut poſteà pro defenſione Principatus ad ſe delati & ſuarum fortunarum, militares copias aliunde adducat, ab eoque aucti magnam multitudinis invidiam ſibi conciliet. *Comin. lib. 8. hiſt. in fin.* Carpz. *in Vet. ſeptem. doz.* 8. & *poſit.* 29. Sic Veneti ad ſuæ reip. adminiſtrationem peregrinis omnē viam præcludunt. Item Hiſpani, Helveti, Sueci, Poloni, Belgæ faciunt, Carpz. *d. loc. Lym. de I. p. lib.* 2. *c.* 2. *num.* 82. Sic translato Imperio in Germanos, Carol. M. Germanus fuit natus Ingelhemii, quod non procul à Binga, milliari Moguntiâ diſtat, inter Bingam & Moguntiam, ubi etiam Taſſilonem Bavariæ Ducem accuſatum, condemnatum & ad Monaſterium relegatum tradunt, ubi ejusdem Carol. M. palatium fuit, (eademque patria Münſteri) quamvis de Caroli M. ſede non minùs certetur, quàm de patriâ Homeri, de quo verſus:

Septem

Septem urbes certant de ſede inſignis Homeri,
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Jos, Argos, Athena.

Alii Leodii natum volunt, alii Carolo-Burgi (quod in Boicâ tertio lapide ab urbe Monachio diſtat) alii cum Eginhardo negant natalem locum Carol. M. certò ſciri poſſe, *Lym. in ann. ad cap. Carol. V. verbo.* Wir Carl. *ad. Fagnan. in c. audivimus. de*
26 *relsq. & Vener. SS.* ubi tradit † Carolum Magnum ex tolerantia Romanæ Eccleſiæ tanquam Sanctum coli in ſola ſua capella Aquisgrani, non autem in aliis Eccleſiis, cujus miracula extant in Hiſtor. *Specul. lib. 25. c. 5. teſte Joan. And. in d. c. audivimus. n.* 5. pro patria Leodienſi ſtat Chockier *in Vindic. c.* 18. *n.* 6. Cui accedit longiſſima obſervantia, præſcriptio multorum ſæculorum, quæ vim privilegii obtinet ſecundùm quam ab illo tempore Germani aſſumpti ſunt. Nec poteſt dici, rem hanc eſſe meræ facultatis ideóque non præſcribi. *R.* namque etiam in iis quæ ſunt meræ facultatis tunc præſcriptionem procedere, quándo non attentâ partis adverſæ contradictione contrarium uſurpatur; Nunc autem licèt aliæ nationes ægrè tulerint, Solum Germanum eligi, ideoque ſæpè orta ſint bella, tamen Germani in continuâ poſſeſſione permanſerunt, & aliæ nationes ultra hominum memoriam acquieverunt.
27 † Non obſt. I. quòd diſſentientes allegant *ex c. Venerabilem de Elect.* Imperium Romanum quidem à Græcis translatum eſſe, ſed activè tantùm, quia data eſt Germaniæ Principibus poteſtas eligendi Imperatorem. Sed Panorm. reſpondet, iſtam interpretationem confundi *per cit. text.* qui dicit, quòd Imperium translatum ſit in Carolum, quod paſſivè intelligitur non activè, quia ipſe aſſumens, ut d. Germanus fuit non autem ipſi Carol. Germano data eſt poteſtas activè eligendi Imperatorem; unde ſequitur etiam paſſivè translatum in Germanos, quam conſiderationem monet eſſe notandam. Prætereà ſtante ſententia diſſentientium, non rectè diceretur à Græcis translatum, ſi Græcus adhuc eligi poſſet, *Petr. de And. lib. 1. c. 3.* II. objiciunt diſſentientes: Quòd EE. quibus diſpoſitio circa Electionem eſt commiſſa, non ſolùm ad bonum Germanicæ nationis ſed totius Chriſtianæ reip. reſpicere debeant, poſſet autem princeps extra Germaniam ita eſſe meritus, ut præferendus eſſet Germanis, ergo & hic eligi poterit. Verum *R.* nunquam Germanicam generoſitatem ita expiraſſe, ut propriis agris ſitientibus opus fuerit irrigare alienos; Et quicquid olim fuerit, nunc reip. formâ mutatâ diverſum ab antiqua jus eſt & ſervari debet. Demum III. ajunt, EE. ſucceſſerunt in locum ſenatus populíque Rom. ſed Rom. Imperium orbis tenentes nonnunquam viros extra rationem Italicam ad Imperium aſſumpſerunt, ut de Trajano, qui in Hiſpania; Diocletiano, qui in Dalmatiâ, ex oppido Dioclea, oriundus fuit, traditur in hiſtoriis. Sic & Valentinianus, dum apud Argolicos Imperium teneret, à Græcis Imperator creatus eſt, licèt ipſe non Græcus ſed Pannonius, è Civitate Cybala, natus eſſet. Huic reſponſio proximè ad II. data applicari poteſt. Ad Extremum pro confirmatione noſtræ ſententiæ hoc facit, quòd ſicut in aliis regnis & rebusp. ita etiam Imperii Capitulationibus caveri ſoleat, ne ad officia publica & magiſtratus peregrini ſeu exteri, ſed indigenæ admittautur. *Lym. in annot. ad Cap. Carol. V. verbo* Mit keiner andern Nation als gebornen Teutſchen. *pag. mihi* 201. Quòd cùm in inferioribus magiſtratibus probetur, meritò in ſupremo principe & Imper. Germanico etiam probandum, *arg. l. 1. ff. Quod quisque Juris.*
† Qui ante Carolum Magnum Germani fuerint
Imperatores tradit Scopper *in Chronol. pag.* 269. 28
quàm difficulter autem exterorum Imperia ferant ſubditi, oſtendit Chock. *in theſ. pol. lib. 1. c. 2. p.* 13. At Trajanus, Marcus Aurelius, & Theodoſius Imperatores Hiſpani fuerunt; Guevar. *in proœm. ſpecial. horol. n.* 54. *in fin.* nonnullis Dacia, Dardania, Dalmatia, Gallia, Thracia, Cappadocia olim dedit originem; Lindenſp. *in diſſ. de Rom. Imp. fol.* 24. Verùm à veteri Roma, Reip. forma ad hodiernum ſtatum non bene inferri ex Horning. *de I. poſt. c. 2. p. 19. ſup.* 21. *cap.* 1. dictum eſt.

QUÆST. XIII. *Quis in hac materia pro Germano* 29
habendus ſit?

Hæc declaratio quidem ad Collegium Electorale ſpectat: Sed tamen ex uſu recepto pro Germano habetur, qui vel natus eſt in Germania, vel etiam avo paterno Germano vivo extra Germaniam editus eſt. *l. 1. §. aſſumptio. ff. ad Municip. l. ſenator. Eod. l. filios. C. d. Municip.* Sic mortuo Maximil. I. Carol. V. Hiſpan. Rex ut Germanus

electus

electus eſt, quia natus Gandavi fuerat An. 1500. Flandriæ urbe, Flandria autem Imperio ſubeſt ad circulum Burgundicum ſpectans, R. A. zu Augſpurg *de Anno* 1548. §. Nachdeme. Item natus fuit patre Germano Philippo Auſtriaco, ut ſileam quòd matre Margaritâ Auſtriacâ & tutoribus Germanis educatus, & vivente avo Maximil. I. Burgundiæ quoque feudum Imperii adeptus eſt, cujus intuitu Rex Hiſpan. etiam hodie Imperii vaſallus eſt, Carpz. *in voto ſept. poſ.* 13. *& ſeq.* Aliud exemplum eſt in Ferdin. I. in Hiſpania nato vivo Maximiliano I. ejuſdem avo, & tamen pro Germano agnitus eſt. *Toloſ.* 1. *de rep. c.* 15. *n.* 18. Buxtorf. *ad A. B. aſ.* 31

30 Quæst. XIV. *An ſaltem Galliæ Reges in electione votum paſſivum habere poſſint, prout Elector Trevirenſis Franciſco I. Gall. Regi concurrenti cum Carol. V. votum ſuum dediſſe dicitur?*

Sanè Joannes XXII. Papa Gallorum Regi Imperium Romanum deferri Electorum ſuffragiis petiit tempore Ludovici Bavari. *Burg. lib.* 2. *p.* 88.
31 *& ſeqq. in lin.* 3. *in fin.* † Negatur ergo I. Quia peregrinæ provinciæ mores exteri non præſumuntur ſcire, *c. quanta. §. quosdam. X. de Præſumpt. l.* 2. *C. de off. præſ. præt.* id quod Imperatori ex Officio incumbit. II. Quia periculoſum eſt Gallis Imperium committere, & timendum, ne fortè ereptis Electorum ſuffragiis, dignitatem Imperii ſuæ familiæ incorporent, perpetuamque faciant ſucceſſionem, cùm novo principi & moribus populi non aſſueto, difficile ſit, aliud perſuadere, quàm ipſi videatur, *Toloſ.* 7. *de rep. c.* 4. *n.* 13. Prout Franciſc. I. Gall. Rex dixiſſe fertur, Ludovicum XI. Reges Galliæ ſuæ tutelæ feciſſe, ab alienâ liberâſſe, quia Principum autoritatem auxit, Statuum poteſtatem obtrivit, quorum conſenſu ante in publicis regni Comitiis tributa indicebantur, *Comin. lib.* 5. *hiſt. c.* 18. nec ante licuit regi ea aliter imponere, unde natum eſt diverbium, Regem Ludov. XI. fuiſſe bonum regem, ſed pravum hominem, quia Regum Galliæ libertas ita crevit, ut nulla Chriſtiani nominis natio ſit, quæ tanta ferat, qualia ferunt Galliæ provinciæ, ita ut plebi ruſticæ omnis reſpirandi facultas præcluditur, & rari degentes agricolæ deterioris ſæpè conditionis ſint, quàm bruta animalia, nec aliam vitam vivant, quàm plenam languore & amarulentiâ. Signum imminutæ libertatis in Gallia hoc unum eſſe poteſt, quòd in nonnullis provinciis Sal autoritate publicâ diſtribuatur eo modo, ut populares, etſi eo non egeant, emere tamen cogantur. Item ſpeciem ſervitutis præ ſe fert, quòd nulli Galliæ magnati liceat matrimonium contrahere aut filias elocare ſine regis conſenſu, ſive hoc generaliter, ut quidam volunt, ſive in caſum, quo cum exteris hoc contrahitur, intelligendum ſit, frænum certè magnum libertati injectum eſt, quod fieri non debuit. *Vaſq. Cont. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 9. quale Germaniæ Principes nunquam admiſerunt. Porro noſtri Germaniæ Principes phraſi illa (Dei gratiâ) liberè utuntur, in Gallia verò id nemini licet, niſi Regis Primogenito ſeu Delphino, vel niſi Epiſcopalis ſit ordinis. Quid quòd noſtri Imp. Principes Jus monetandi in auro & argento liberè exercent, quod in Gallia à ſolo Rege exercetur. *Latius Lymn. in ann. ad Cap. Carol. V. Verbo* Römiſcher König. *pag.* 51. ut proinde Maximilianus Imp. Regem Galliarū regem aſinorū eſſe dixerit, quia ejus ſubditi ad quævis imperata onera ſufferenda parati eſſe debent, Regem Hiſpanorum eſſe regem hominum, Regem Britaniæ diabolorum, ſe verò Regem Regum. Et quòd apud Gallos ſubditi ſicut oves & vellera tonſuræ ſubdantur & inter tondendum clament: Vive le Roy. De diverſitate morum utriusq; nationis V. Comin. *lib.* 6. *hiſtor. c.* 3. *n.* 7. quam inſinuat Anagramma Andius Sine Bono, vel Joannes Bodinus, *ita dictus à Cujac.* Hoc diſcrimen inter Gallos & Germanos olim animadvertit Cæſar, cùm horum vitam in venationibus & ſtudiis rei militaris à puero conſiſtere, Gallos verò molles dixit. Et Cornel. Tacit. *de morib. Germ.* ait: Treviri, & Nervij circa affectationem Germanicæ originis ultro ambitioſi ſunt, tanquam per hanc gloriam à ſimilitudine & inertia Gallorum ſeparentur. † Ac licèt 32
Franciſc. I. Gall. Rex in literis ad EE. & Principes fœderis Smalcaldici Socios Farræ, Anno 1537. 10. Cal. Junias ſcriptis profeſſus ſit, ſe ex gente Germanica originem ducere, eámq; cum Francia tantâ ſemper neceſſitudine conjunctam fuiſſe, ut majores utramq; pro una gente cenſuerint; Prout & legati Henric. II. Gall. Regis Anno 1559. in Comitiis Auguſtanis actis teſtantibus perorantes coram

Digitized by Google

Cæſare & Statibus dixerunt; Reges noſtros à Germanis originem duxiſſe non tantùm non erubeſcimus, verùm etiam gloriamur. ℞. Tamen, iſta origo nimis longè petita non ſuffragatur iisdem, cùm ſæculis aliquot præterlapſis ita à Germanis degenerarint Galli, forſan ex cœlo mitiori, ut nec à bonis corporis nec animi alteriùs Germanos fratres habere poſſint, quin potiùs eorum naturam excuſſiſſe videantur.
33 † Prædicta autem Regis Galliæ confeſſio non propter Lazarum ſed Martham facta videtur, ad conſequendam Imperii coronam, quam ut aureum vellus expugnare Franciſcus Rex ſtudebat, *not. ad Monzamb. pag.*
34 *91.* † Et ſi antiquæ fabulæ Gallis patrocinari poſſunt, poterunt quoque à Turcis Trojam repetere, ac à Germanis Imperium, quia perhibent ſe ab Hectoris filio natos. Carpz. *in voto ſeptem. poſit.* 20. ſicque facilè omnes à Noachi nepote vel pronepote Tuiſcone deſcendentes Imperii capaces forent, tanquam Germani; facit quòd natura inter omnes homines cognationem quandam conſtituit. *l. 3. de I. & I.* Quòd II. de translato Imperio in Carol. prò Gallis quidam inferunt, id non Gallis ſed potiſſimùm Germanis in laudem cedit, qui ſub nomine Francorum Galliam ſuperârunt, & ex ſuo ſanguine reges victis dederunt, indéque Carol. M. ſanguine Germano genitus Imperium non in Gallos ſed Germanos transtulit, eique non ut Gallo ſed Germano gratias pro translatione debemus. Accedit, quòd Carolus Franco Germanicus dictus fuerit, non Franco-Gallus. Montzamb. *de Stat. Imp. Germ. c. 1. n. 7. & in not. diſc. 3. pag.* 109. Item in Canonibus non Galliæ Rex, ſed Francus vocatur; *c. in Synodo. c. ego Ludovicus. diſt. 63.* quamvis etiam eſſet Rex Galliæ, quia Franciæ nomen tanquam dignius aſſumebat. *Montzam. pag.* 115. *edit.* 2. & Franci paſſim ut digniores poſt
35 Romanos nominantur. † Accurata quidem aliquamdiu poſt devictos Gallos à Germanis, qui Francos ſe nominabant, inter utramque gentem fuit diſtinctio, quale diſcrimen inter victum & victorem, plebem & nobiles eſſe ſolet, Germanorum quoque & Francorum unam fuiſſe remp. alteram ab altera traxiſſe originem voculæ antiquiſſimæ provincia Franconiæ & civitatis Francofurdiæ de Francorum nomine dicta inſinuant, nec hoc ad Galliam trahi poteſt. Nec etiam III. Gallis patrocinatur Liga & confœderatio cum Germanis inita; Cùm non omnes Germani cenſeantur, qui iis fœdere aliquo contra hoſtes communes juncti ſunt, nec adſcititia illa amicitiæ conjunctio, ſed mores, ingenium, & lingua, Germanos facit. Quod plus eſt, etſi natio non impediret, tamen è re reip. Germanicæ non eſt, Gallum aſſumi, quia hic volet fines ſuos amplificare, Auſtriacis bellum movebit, ſicque Germania bellis ſimul involvetur, & alba lilia in rubicunda in ſolo Germanico verterentur. Hinc quoque Germanicæ libertati non minimum imminet periculum, quòd cùm multi olim in Gallia fuerint Principes, nunc ibi numerus eorum in anguſtum redactus ſit & Rex propè ſolus omnia teneat. An hanc libertatem Germanorum æquo animo ferre poterit Gallus? At dices, Capitulationibus conſtringetur Gallus Imp. ne Germanicam libertatem violet. Verùm ſolet ſæpè cupiditas & ambitio homines trahere transverſos, ut ab officio diſcedant, promiſſi & Juramenti immemores. Cicero: *Si Violandum jus, regni cauſa Violandum, &c.* † Et quis neſ- 36
cit, quòd fides Gallica caret bonis operibus, quorum antiquiſſimum eſt præconium, Gallos eſſe leves, quod à Cæſare ſcriptum, à Tacito confirmatum, ab Italis repetitum tam altè in pectore Germanorum radices egit, ut evelli nequeat à Bodino fidei Gallicæ defenſore acerrimo, *de rep. lib. 5. c. 1.* ut oſtendit Carpz. *in vol. ſept. poſ.* 15. Accedit quòd Imperatori reſidendi neceſſitas in Imperio incumbat: Ubinam autem Rex Galliæ reſidebit? An credibile, quod Pariſios deſeret? An E. Bavariæ ipſi aulam Monachienſem? Saxo Palatium in Dresden? Brandeburg in Berlin, aut Palatinus Heidelberg evacuaturus erit? aut fortè Argentorati, Norinbergæ vel Auguſtæ in domo Senatoria aulam alet? Eccleſiaſticorum quoque immunitatem non parùm per Gallum labefactum iri timendum eſt, cùm reditus Eccleſiarum ſibi in Gallia arroget, & collationes beneficiorum ſuo faciat arbitrio, qua ſuper re, cùm Bonif. Papa Philippum Pulchrum ſcripto reprehendiſſet, hoc à Rege reſponſum accepiſſe dicitur: Sciat tua fatuitas in temporalibus nos alicui non ſubeſſe, aliquarum Eccleſiarum & præbendarum vacantium Jus ad nos regio Jure pertinere, & percipere fructus earum, & contra omnes nos viriliter tueri, ... ſecus.

Digitized by Google

ſecus autem credentes fatuos reputamus. Licèt olim ampla poteſtate in Gallia uſi fuerint Pontifices, *V. Duar. de imm. Reg. Gall.* Cur non idem multò magis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Prælatis Eccleſiarum Germaniæ metuendum? Quid verò Acatholicis ſub Rege Galliæ in Germania ſperandum? ſuperiorum temporum acta demonſtrant de An. 1563. & 1572. ubi ultra 100000. Acatholicorum in Gallia ſupplicia luerunt. Accedit his, quòd latina libertas eorum, qui in Colonias tranſlati, in vita libertate fruebantur, teſtari tamen de bonis non poterant, ſed ut ſervi moriebantur, quam Imp. Juſtinianus me-
37 rito ſuſtulit, *l. un. C. de latin. libert.* † In Gallia tamen ejus ſpecies, quod Jus Albinagii vocant, adhuc obtineat, nam alibi nati, vel peregrini, qui non poſſunt fieri regnicoli, etſi longo tempore regnum incoluerint, nec beneficia ibi obtinere valent, quamdiu autem vivunt, plena quidem libertate fruuntur, ſed in morte omnis poteſtas diſponendi iis adimitur, & bona Fiſcus occupat, quem iniquum morem in Imperio Romano ſuſtulit Imperator Fridericus II. *auth. omnes peregrini. C. Com. de ſucceſſ.* cùm homini libero, & Patrifamilias nihil magis debeatur, quàm ut ultimæ voluntatis liberum ſit arbitrium, *l. 1. C. de SS. Eccl.* Speidel. *in verbo: Albinagium.* Idque obtinet, niſi in Gallia literas naturalitatis Albin. à Rege obtinuerint, ſine quibus ita beneficiorum in Gallia incapacem eſſe peregrinum, ut nec à Pontifice ſine literis naturalitatis diſpenſari poſſit tradit Speidel.

38 Sunt autem ex cerebro quorundam excogitata, quòd cùm Regum Galliæ inſignibus fuerit aliquando alauda, II. aliquando tres bufones, III. tria diademata rubea, IV. Luna, creſcentis ſeu bicornis figuræ, Item Leo repens caudæ habens impoſitam aquilam, Clodovæus vero lilia aſſumpſerit incerto ut volunt, numero, quæ Carolus VI. ad tria reduxerit: Et illa Clodovæo monitu divino allata dicuntur per Eremitam (quem forte Rex ſubornaverat) Lilia autem ſint deſignatio ſpei, atque ita de tribus ſpes abſoluta, & certa fœlicitatis fiducia deſignetur: Alii vero arguunt, Regis Galliæ inſignia in Gallinacei cerebro reperiri, quod ſi abſque fractura exoſſetur, conſpiciatur una facie bufo, quo in dorſum verſo altera facie appareat lilium, unde Toloſ. *in prælud. op. Jur. c.* 11. *n.* 1. concludit Ultimam Monarchiam in Regem Galliæ devolvendam:

Admiſſi riſum teneatis Amici,

Inquit Lymn. *lib. 6. c. 6. n. 37.* quæ ſomnia facile evaneſcunt divinis oraculis. Daniel. 2. *v.* 44. & *aliis ſupra. c. de Imp. in ſpec e ante q. 1. allegatis.*

QUÆST. XV. *Quid de Suecis & Finnis ſentiendum: An hi pro Germanis habendi?* 39

Hoc quidam volunt, quòd ii Gothorum traduces ſint, & Germania non tam arctis finibus (ut hodie) concluſa fuerit; ſed in ultimum ſeptentrionem fines porrexerit, & omnem Daniam ac Norwegiam ambitu ſuo complecteretur, prout & in Hiſpania nobiliores familiæ originem derivant à Germanis, Gothis ſcil. (qui ante 900. vel mille annos Hiſpaniam devicerunt) ſicut etiam de origine Germanica multi Itali gloriari ſolent, adeóque multo magis Sueci & Finni pro Germanis habendi, ut d. Gothorum traduces & ex eorum ſanguine orti, qui etiam à lingua Germanica tantùm dialecto differunt, cùm hodie Germanis ſoleant accenſeri omnes, qui lingua aut dialecto Germanico utuntur, *Mercat. in diſc. Germ.* Verùm eſt differentiam eſſe Germanum eſſe & oriundum eſſe ex Germania, & proprie Germanum eſſe ac ducere originem à ſtirpe Germanica; ſicut enim vinum aquâ mixtum pure vinum non manet, vitis Germanica in Gallia vel Hiſpania plantata uvas quidem & vinum ibi profert, ſed colore & ſapore à Germanico alienum, quod vinum Gallicum & Hiſpan. non autem ampliùs Germanicum nominatur, ut videmus in vino Hiſpanico vulgo Peter Simon dicto, quod originem habet à vite Rhenana per Petrum Simonis Batavum in Hiſpaniam transportata ibique plantata. *V. not. ad Montz. p. 52.* Regnum hoc aliàs antiquum à Magog ortum, qui fuit nepos Noë ex Japheto, & Sueciam, Gothiámque occupavit, anno mundi 1745. poſt diluvium 85. quòd verò hi & Poloni à Scythis orti dicantur, hinc fit, quod à Magog orti, & Gothi, & Scythæ, hi manſerint in Scythia, Gothi vero inde progreſſi occupârint Sueciam, aliqui verò redierint in Sueciam parvam; Hanc nonnulli Aſtronomi ſecundùm quatuor Cardines mundi inter quatuor Monarchias numerant, ut prima ſit Orientalis Aſſyriorum, II. Meridionalis Perſarum, & Græcorum, III. Occidentalis Romanorum, IV. Septen-

Digitized by Google

trionalis ſeu Borealis, quam conſtituet Deus in ſeptentrione per leonem ſeptentrionalem *Daniel.* 12. Sed aliam ejus interpretationem ſecundum prædominium, & Propheticis & Apocalypticis prædictionibus attulimus ſupra. *c. 3. ante quæſt. 1.*

40 QUÆST. XVI. *Quid de Rege Daniæ?*

℞. Licèt parentibus natus Germanis ex familia Comitum de Oldenburg/ & principatum in Imperio Holſatiam obtineat; Tamen cùm Anno 1625. Circulus inferior Saxon. Regem Daniæ ſollicitaſſet, ut ſui protect. & defenſionem ſuſciperet Ferdin. II. Imp. ut deſignaretur in ducera circuli, conſentire noluit, hac ratione quòd à potiore fiat denominatio, Regis autem Daniæ principale prædicatum non ex Germaniâ ſed extero loco Daniæ ſumatur, ut proinde circularium officiorum Imperii non ſit capax, ad quæ ſoli Germani vocantur: Majus autem lumen minus obfuſcat.
41 *add. not. ad Montzamb. p. 54.* † De Regis hujus divitiis agit Beſold. adauct. *Verbo:* Fiſcherey. Klock. *de ærario. lib. 1. c. 10.* Mira Regni converſio ad fidem Chriſti hæc traditur: Cùm Poppo ex aquilonari plaga Sacerdos diu in Italia peregrinatus, & ſummis Pontificibus charus permiſſu Regis Daniæ, idololatriæ addicti, ad portum, qui ob frequentiam glaciei inde nomen habet, in magno cætu Danorum verba faceret, & pro verificatione dictorum ferri candentis geſtationem obtuliſſet, allatâ ferreâ, ignitâque chirothecâ usque ad cubitum longâ, eam usque ad cubitum induit, & detulit ad locum ei conſtitutum, demúmque rediens illæſus ad pedes Regis dejecit, qui hoc viſo ſponte in Chriſtum credidit, & baptizatus eſt. *ex Cranzio Majol. tom. 1. Canicul. coll. 4. pag. 82.*

42 QUÆSTIO XVII. *An E. aliquis ſeipſum eligere poſſit, ut ſibi Votorum pluralitatem paret?*

Pro negativa militant ſeqq. rationes I. Quòd ut inter dantem & accipientem ita inter eligentem & electum debet eſſe perſonarum diverſitas, *l. 4. de Cur. fur. dand. c. cùm ad noſtram. de Inſtit.* prout nec in contractibus idem poteſt eſſe debitor & creditor. II. Nemo poteſt eſſe teſtis & Judex in propria cauſa *l. 10. de Jurisd. l. nullus. C. de Teſtib. l. un. C. ne quis in ſua cauſ.* Eligens autem ſeipſum de propria habilitate judicaret vel teſtaretur. III. Sic Jure Can. nullus ſeipſum in Eccleſia patronata præſentare poteſt, quamvis idoneus & bene meritus, *c. per noſtras. X. de Jure patr.* IV. Hinc cùm Joan. XXII. Pont. M. ex compromiſſo jus renunciandi Pontificis habens ſeipſum nominaſſet, à conſilio Baſilienſi ſede deturbatus eſt. Verùm his non obſtantibus ex A. B. *c. 2. §. fin.* colligitur, quòd aliquis ex EE. numero voto ſuo aliorum vota confirmare & ſuo conſenſu augere poſſit. Idque obſervantia & exemplis confirmatur Ruperti, Maximil. II. & Ferd. II. Reinck. *de reg. ſec. lib. 1. claſ. 3. c. 5. n. 24.* Buxtorf. *ad A. B. concl. 39. lit. d.* Atque ita cùm poſt Robertum Bavarum ad Electionem cum aliis vocatus fuiſſet Sigismundus Hungariæ Rex tanquam Marchio. Brandeb. hícque reſpectu dignitatis regiæ primus ſententiam dicere rogatus eſſet, ſeipſum nominaſſe legitur. Me (inquiens) ego novi alios non æquè, an mecum Imperio orbis digni ſint, præſertim in tanto rerum motu, quam vocem EE. communi calculo approbantes Sigismundum Cæſarem ſalutârunt. Non obſtant argumenta ſuprà pro contrariâ ſententia allegata. ℞. Námque ea omnia procedere, quando uni electio competit, vel ſit in unum tanquam compromiſſarium eligendi poteſtatem EE. conferant, vel etiam de quo infrà, ſi reliqui EE. debitè citati contumaciter emaneant, & jus Electionis in unum recidat, *juxt. l. 7. Quod cujusque univerſ.* Hic enim ſeipſum eligere non poteſt, *c. fin. de Elect. Arum. ad A. B. diſc. 2. Th. 29.* Sin autem aliorum votis ſe conformet, ſecus eſt, hic enim non tam ſuum quàm aliorum judicium ſequi videtur, & incivilior diceretur, ſi aliis magnatibus vellet contradicere, & plùs ſapere, Schütz. *Vol. 1. de l. p. diſ. 2. th. 16. in fin.* unde pro cautela tradit Reinck. *de reg. ſec. lib. 1. claſ. 3. c. 5.* quòd quando quis ex EE. ſpem habet ad Imperium, ſi commodè ita fieri poſſit, non ſit primus in votando, ſed potiùs votum aliorum expectet, & ſi per alios eligatur, electioni de ſe factæ protinus conſentiat, vel ſi cogatur priùs votum proferre, illum eligendo nominet, quem veriſimiliter nullus vel minor pars eliget, quia ſi ab aliis poſtea eligatur, poſſet recedere, variando à primo voto & conſentire electioni de ſe factæ, *facit c. publicato ſcrutinio. 58. de Elect. Capolla. cont. 96. n. 1.* quamvis hæc Cautela ſcrupulo non careat, quâ ſervatâ in Collegio vel Capitulo Canonicorum.

Digitized by Google

nonicorum, cùm ad vacantem dignitatem & officium omnes tacitè anhelarent, & in ſecreto. Juniori minimè meritò votum darent, effectum eſt, ut voto ſuâ opinione irrito, is unanimi vel majori conſenſu ad officium eveheretur.

43 Quæst. XVIII. *An filius patrem aut alium conſanguineum ſuum quis eligere poſſit?*

Id cùm toties factum ſit, non videtur dubitabile multùm, quin rectè fiat, uſus enim pro lege eſt. *l. 32. de ll.* Sic Moguntinus Adolphum Naſſovienſem conſanguineum elegit, Joannes IV. Rex Bohem. in Imperatorem elegit Carol. IV. hic ſuum filium Wenceslaum, & ſeqq. ex domo Auſtriaca pro fratribus & filiis etiam ſuis ſolliciti fuerunt, *fac. c. cùm in Jure 33. X. de Elect.* Non obſt. quòd pater & filius in uſu Juris una perſona cenſeantur, *§. 4. de inut. ſtip. l. fin. C. de Imp. ſub ſt.* ℞. Hic nos verſari in Jure Publ. ubi patria poteſtas non attenditur. *l. 13. cum ſeq. ff. ad Trebell.*

44 Quæst. XIX. *Infra quod tempus electio perficienda?*

℞. Ex A.B. præfinitos 30. dies à die præſtiti Juramenti. *c. 2. §. præſtito.* Et ſi intra hoc tempus EE. eam non perfecerint, panem & aquam manducent, *ratio ſumitur ex c. ubi periculum. de R. I. in 6.*

45 Quæst. XX. *Quid ſi duo eligantur Imperatores votis diſcordantibus?*

℞. Licèt ante A.B. uterque ſibi adminiſtrationem arrogaret; Ad hæc Papa neutrum pro Imperatore agnoſcere vellet, priùsquàm pro ſuo libitu unus confirmatus eſſet. *Innoc. in c. venerabilem. X. de Elect.* Tamen A.B. *c. 2. §. 1. & 2.* prudenter ſtatuit, quòd nec uterque nec neuter, ſed ſolùm & ſtatim, is qui à majore parte EE nominatus eſt, pro Imperatore legitimo habendus ſit, ac ſi ab omnibus nemine diſcrepante concorditer nominatus eſſet. Nec eſt iſta controverſia prælio dirimenda *argt. l. aquiſſ. 13. de Uſuf.* ut aliquando ante A.B. factum, quandò Electores tam plenum jus nondum habuerunt, Beſold. *1. Polit. c. 5. n. 46. pag. 216.* ubi Imperium obtinebat qui Francofurtum obſidens non poterat repelli, Beſold. *in Theſ. verbo* Franckfurt. Quod remedium ſine ruina & exitio ſubditorum Imperii vix adhiberi poteſt, ut experta eſt Germania in bello ab Imp. contra Philippum Friderici I. filium ob electionem geſto; Item tempore belli inter Ludovicum Bavarum & Fridericum Auſtriacum per 5. annos continuati. Malè etiam quidam hanc rem duello dirimendam putârunt, hoc enim magis turmatos equites quàm principes decet. *Cluten. de Comit. Elect. q. 71.*

Quæst. XXI. *An verò ſola majoritas, an verò etiam ſanioritas in votis EE. attendenda?* 46

Licèt Canones utramque requirant conjunctim, *c. fin. X. de his quæ fiunt à maj. part. Cap. c. Eccleſia veſtra. c. congregato. X. de Elect.* Aliud tamen in Electione Imperatoris obtinet per text. A.B. qui tantùm majoritatem requirit; Ad hæc Jura Civilia in actibus collegialibus majorem tantùm numerum non ſaniorem exigunt. *l. 19. ad municip. l. 4. ff. quod cu juſque un. l. 45. C. de decur.* unde ſequitur, quòd in actibus univerſatum ſæcularium & terris Imperii non attentis ſanioribus ſecundùm Juris Civilis diſpoſitionem majoritas ſufficiat, ex quo numero ſanioritas præſumitur. *Pacian. de probat. lib. 2. c. 43. n. 72.* Buxtorf. *ad A. B. Con. 34.* quamvis ratio etiam aliquam rationem diverſitatis ſuadeat inter electionem inferiorum & eorum, qui ſuperiorem non agnoſcunt, cùm in illâ ſuperior cognoſcere poſſit de votis, an ſaniora ſint, in hac autem cognitor deficiat, adeóque cùm contraria ſententia variis contentionibus, & turbis occaſionem daret, meritò iis via præcludenda eſt.

Quæst. XXII. *An verò quod de majore parte dictum eſt, intelligendum de majore parte habito reſpectu concurrentium, an verò reſpectu ipſius Collegij Electoralis?* 47

Pulcherrimæ eſt quæſtionis. Nos reſpectum ad ipſum collegium & eligentium numerum habendum putamus *cum Buxtorf. concl. 35.* idque quia textus A. B. requirit, ut quis à majore parte EE. eligatur, *ad c. Eccleſia veſtra. de Elect.* ubi Panorm. addit, ſe vidiſſe Paduæ propter illus defectum, quia non major omnium eligentium, licèt major pars reſpectu Electorum prætorem eligeret, electionem fuiſſe retractam, Goldaſt. *de Imp. q. 70. n. 3. Lantell. in templ. om. Jud. lib. 1. c. 1. §. 2. q. 4. n. 5.*

Quæst. XXIII. *Quæ ſit pœna ſi contra Religionem Juramenti, pro ſuffragio pecunia detur aut accipiatur?* 48

Præſuppoſito, quod ex A. B. EE. jurej. adſtrin-

adſtringantur ne votum vel vocem ſuam prævio aliquo pacto ſtipendio pretio ſeu promiſſo dare velint. *d. c. 2. A B. §. Ego Archiepiſcopus.* Idque quia in electionibus libertas requiritur, quâ ſublatâ non poteſt dici electio, cui libertati corruptio per munera plurimùm obſtat, cùm corrupti liberè ſententiam non dicant: Hinc non tantùm corrumpens ut indignus repellendus eſt, *c. quoniam. diſt.* 10. ſed etiam accipiens vel paciſcens pro iſta vice voto carere debet. *Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 5. n. 29.* Imò licèt unus Elector tantùm pecuniam acceperit nihilominùs totam Electionem irritam eſſe volunt, *Dd. & in ſpecie Panorm. ad c. nobis. de Simon. n. 2.* idque quia actus electionis eſt individuus, *A. B. c. 2. §. Et quia.* ubi is Rex eſſe dicitur, qui modo præmiſſo & ſic ſine pretio & pacto electus eſt. *Sichard. ad l. 5. C. de his qua vi n. 4.* Non obſtat, quòd utile per inutile vitiari non debeat; *c. utile. de R. I. in 6.* Quia id tantùm obtinet in dividuis, quale non eſt electio, *Schuz. Vol. 1. diſp. 2. Th. 15. lit. b.* non enim valet electio formâ non ſervatâ, Juramentum autem eſt de formâ. *Sim. Piſtor. conſ. 1. n. 3.*

43 QUÆST. XXIV. *An ad hoc neceſſariò requiritur ſententia Judicis annullans?*

Negans quidam argumento eorum quæ tradit Modeſt. Piſt. *Vol. 1. Conſ.* 44. ubi tamen ipſe affirmativam ſequitur, etſi electus ignorarit, *Nicol. de Cuſin. de Concord. Cathol. c. 35.* Non obſtat quòd Carol. IV. ut filium ſuum Wenceslaum promoveret ad Imp. ſingulis EE. promiſerit 100000. flor: quia non videndum quid fiat aut factum, ſed quid fieri rectè debeat: Nec facit quòd Franciſc. I. Gall. Rex magnis pollicitationibus EE. gratiam ſibi conciliare ſtuduerit, nã Palatino 20000. Coronat. ſi Rex Rom. fieret, ſingulis annis promiſiſſe dicitur, Saxoni & Brandeburgico ferme tantundem. Ut etiam Moguntino & Colonienſi magnam ſummam, nec non Conſiliariis, qui apud EE. auctoritate valebant, ſi negocium promoverent, remunerationis magnæ ſpes facta ſit: ſc. non conſtare an in anteceſſum vel arrhæ loco promiſſa ſint, & an EE. acceptârint. Prædictis & hoc obmovendo addunt, quod Carol. V. Rex Hiſp. cùm Franciſci competitoris ſui machinationes compertas haberet, Friderico Com. Pal. Viceregium munus in Regno Neapol. obtuliſſe & monuiſſe dicitur, ut promovenda ſui Electione, nulli parceret pecuniæ, ſe omnia ſuppeditaturum. An autem quidquam factum ſit, ſe non poſſe affirmare ait Sleidan. Auctor de Conſeillie d'eſtat, affirmat Electori data ducenta millia ſcutatorum, Et quòd Elect, Colon. ad Comitia electionis gratia An. 1530. indicta venire noluerit, niſi ſibi & ſuis conſiliariis ſatisfieret de penſionibus & donariis promiſſis in Elect. Carol. *Lym. in annot. ad cap. Carol. V. verbo.* Durch die Wahl. *pag.* 73. ubi dicit, ſe de reliquis EE. nil ſolidi habere. Ad Saxoniæ verò Electoris laudem allegatur, quòd oblatam à Carol. V. 30. millium flor: ſummam per Carol. Legatos ipſe rejecerit, & ſuis, ne quicquam acciperent, ſeriò mandaverit, cumq; urgeretur, ut tantùm decem millia pateretur dari famulis; Accipiant, inquit, ſi velint, attamen poſtridie nemo manebit apud me, qui vel aureum acceperit, Quicquid tamen ſit, conſtat ſeq. tempore tricies & bis mille ac quingentos flor. Rhen. Saxoni datos non quidem in parata pecunia ſed in tabulam relatis debitis. Item quòd Electoris familiares & miniſtri Philippus Comes Solmenſis 4000. Fridericus à Tungeren 2000. Fabianus à Fertlioh 1000. Io. nobilis de Plantz 500. & Secretarius 500. fl. ac pro ſigillatione decreti 100. fl. acceperit, quæ an vera ſint dubitat Lymn. *d. loc.* Verùm poſito quòd vera eſſent, hæc ad ordinaria Xenia quæ citra notam EE. eorumq; miniſtris dari & accipi poſſunt, intelligenda putat, quæ Electione finitâ debentur in remunerationem impenſarum & laborum, ad quæ d. Jusjur. non pertinet, ut & ante A. B. ſingulis EE. electione peracta quater mille & quingentæ libræ argenti perſolvendæ erant, quod per A. B. non reperitur correctum, quia hæc loquitur de temporè, quod electionem antecedit, non quod ſequitur, nec credibile eſt, EE. Carol. IV. conceſſiſſe aut conſenſuros fuiſſe, ſi ſciviſſent ipſis hoc emolumentum per A. B. adimendum fuiſſe. Accedit, quòd hæc Xenia intentionem & finem Carolinæ conſtit. non infringant, non enim ideò major vel minor propenſio in hunc vel illum excitabitur, quia par remuneratio futura eſt ſive hic ſive ille eligatur, adeóque Carol. Conſtit. donationes & munera, quæ poſt Electionem ſponte offeruntur, nullo pacto præcedente non cenſentur prohibitæ.

QUÆST. XXV. *An EE. in unum compromittere poſ-*

Digitized by Google

poſſint in vel extra Collegium aut Imperium, cui facultatem nominandi Regem Rom. tribuant?

Affirm. probatur exemplis: Sic enim factum in Adolpho Naſſovienſi, ubi omnium vota conſecutus eſt Moguntinus: Prout etiam Ludovico Severo Septem viro à toto Electorali collegio uni & ſoli per compromiſſum data fuit poteſtas ſuo arbitrio Imperatorem pronunciandi, qui prudenter ac feliciter nominavit Rudolphum Habſpurgenſem, poſt quem in hodiernum uſque diem ex Sereniſſima Domo Auſtriaca electi tenuerunt Imperium. Idq; concordat cum conſtit. Innocentij *in c. quia propter de Elect.* quæ licèt meminerit multorum, tamen ſatiùs eſt interdum in unum compromitti, *c. ſi compromiſſarius* 37. *X.* & *c.* 23. *de Elect. in* 6. propter naturalem Hominum ad diſſentiendum facilitatem, *l. Item l. ſi unus* 17. *§. principaliter. ff. de Rec. qui arb. rec. c. quia diverſitas.* X. *de Conceſſ. præb. l. quia poterat. in fin. ff. ad Trebell.* ratio hujus compromiſſi dependet ex Reg. Jur. Can. 72. qui facit per alium perinde eſt acſi faceret per ſeipſum; & nominatus à compromiſſario ab ipſo Collegio compromittentium nominatus cenſetur, Mandag. *de Elect. c.* 39. *Caſtrenſ.* & *Dd. in l. inſtituto. talis de Cond. Inſtit.* Quòd autem cit. text. Canonicus loquatur de pluribus id factum, quia frequentiùs in plures compromittitur, *c. in cauſis.* X. *de Elect.* Jus autem adaptari ſolet ad ea quæ ſæpè eveniunt *l.* 4. 5. 6. *d. LL.* In unum autem tantùm compromitti poſſe nullibi reperitur vetitum; Imò in unum compromiſſum valere patet *ex c. cauſam.* X. *de Elect.* Ubi moniales in Epiſcopum compromiſerunt. *facit l.* 7. *§.* 11. *ibi vel. cujus V. bon. rapt. l.* 3. *§. negocia. de neg. geſt. l. ſcimus.* 22. *§. fin. à C. de Jure delib.* ex quibus colligitur, quòd lex in Theſi concepta de plurali numero etiam verificetur in hypotheſi de uno. Id tamen ferendum, quòd ad ejusmodi compromiſſum omnium EE. conſenſus requiratur, licet enim in actibus collegii ordinario modo expediendis ſufficiat conſenſus majoris partis Collegii, *c.* 1. & *fin. de his quæ fiunt à præl. ſap. cit. l. quod major. ad municipal.* Attamen in actibus extraordinariis & inconſuetis aliud eſt. *l. Sabinus.* 28. *ff. Com. divid.* sicque unius diſſenſus compromiſſum impedit, *Panorm. ad c. quia propter. in verbo. Vel ſaltem.* Cui accedit hæc ratio, quòd compromiſſum ſit voluntarium, adeòque ab omnibus recipi debeat. *c. quod omnes. de R. I. in* 6. *add. c. quia propter de Election.* & *l. item §. ſi decuriones. quod cujusque univ. nom.* adeò ut etiam compromitti poſſit in perſonas incertas, ita ut ipſi compromiſſarii unum, vel plures nominent, aut adſciſcant, *l.* 32. *§.* 16. *de recept. arb.* An verò compromiſſum de Papa eligendo à Cardinalibus fieri poſſit in perſonas Eccleſiaſticas extra Collegium Cardinalium, tradit Fagn. *ad c. cauſam. n.* 18. & *ſeq. de Elect.*

QUÆST. XXVI. *An etiam in duos compromitti poſſit ab EE?* 51

Affirm. *per l.* 17. *§. ſi in duos.* & *§. principaliter. de rec. qui arbi l. ubi numerus de Teſt. c. pluralis de R. I. in* 6. Quamvis ad evitandam diſcordiam meliùs ſit, ut impares numero aſſumantur, ne res ſit ſine exitu propter naturalem hominum ad diſſentiendum proclivitatem. *c.* 1. X. *de arbiter. l. duo judices* 18. & 33. *de re judic.* quod in uno vel in pari numero facilè vitari poteſt, quia majoribus votis ſtandum eſt, *l.* 39. *de Recept. qui arb.*

QUÆST. XXVII. *At infra quod tempus compromiſſarius eligere debet?* 52

℞. vel dies certa ac hora & terminus brevior V. G. ad conſumptionem candelæ, *ut in c. in veteri.* X. *de Elect.* præfixus eſt, & tunc ſi compromiſſarii infra tempus non nominaverint, eligendi poteſtas ad EE. revertitur, cùm lapſo tempore compromiſſum expiret, *l. ſi cùm dies de rec. arb.* vel ſine aliqua temporis determinatione compromiſſum eſt, & tunc compromiſſario tantum temporis indulgetur, quantum ipſis EE. Jure competit vel ipſi Collegio Electorali in A. B. definitum eſt; cùm compromiſſarius fungatur vice compromittentium, *c. in cauſis* X. *d. t.* adeòque quando aliud non eſt dictum, idem tempus habere debet, quod habet Collegium Electorale. *facit l. Ea quæ. C. de temp. in int. reſt. ſuper lit.* X. *de reſc. l. ſi. Judex.* 32. *de Judic.* cùm ſurrogatum ſapiat naturam ſurrogati, nec EE. plùs Juris in alium transferre poſſint, quam ipſi habent.

QUÆST. XXVIII. *An compromiſſarius ab EE. nominatus vices ſuas alteri delegare poterit?* 53

℞. Neg.

Digitized by Google

℞. Neg. quia eſt inſtar delegati, qui proprium nihil habet, *l.* 1.§. *qui mandatum. ff. de offic. ejus.* adeóque inſtar uſuarii in alium transferre nihil poteſt. Non obſt: quòd delegatus principis ſubdelegare poſſit. *l. Judice. C. de Judic.* Hoc enim obtinet tantùm in principibus, qui ſuperiorem non recognoſcunt, Electores autem ſubſunt Imperatori, & vacante Imperio Vicariis. Ad hæc in iſto compromiſſo cenſetur electa induſtria perſona. *c. quoniam Apoſtolica.* §. *is autem. de off. deleg.* quo caſu ſubdelegationi etiamſi princeps delegaverit non eſt locus. Hoc tamen fallit, ſi Compromiſſo ſubdelegandi facultas inſerta ſit: *argt. c. cùm in cauſis. X. de Elect. c. cùm à nobis. X. de arbit. l. non diſtinguimus.* 32. §. *quæſitum de recept. arb: facit l. cùm eſſent.* 33. §. 1. *de ſervit. ruſt. l. unum ex familia.* 67. §. 1. *de Leg.* 2. *l. Theopompus de liber. leg. Mandag. p.* 1. *c.* 44.

54 QUÆST. XXIX. *An ita compromitti poſſit ut certam perſonam nominet compromiſſarius?*

℞. Neg. quia non valet compromiſſum ut certo modo laudum ferat arbiter, *l. qualem.* 19. *de rec. arb.* cùm arbiter debeat aliquam electionem habere. *l. Item.* 17. §. *Si ita* 4. *d. t.* Valeret tamen compromiſſum, ut ex duobus vel pluribus nominatis, unum eligat compromiſſarius quem velit, ac digniorem vel utiliorem Imperio judicaverit. *fac. c. conſtitutus. X. de appell. Mandag. p.* 1. *c.* 45.

55 QUÆST. XXX. *Quid ſi autem ab EE. tres vel plures aſſumpti ſint compromiſſarij, an valeat nominatio à majore horum parte facta?*

℞. Affirmativè, dummodo omnes compromiſſarii fuerint præſentes, *l. Item.* 17. §. *Celſus.* 7. *de recept. arb.* ſin autem unus abſens fuerit, ſecus eſt; cùm potuiſſet ejus præſentia, autoritas & ratio alios in ſuam ſententiam pertrahere, *d. l.* 17. §. *fin.* prout Epheſius perſuaſis Romanis, ut leges peterent à Græcis civitatibus, *l.* 2. §. *Ex actis. de O. I.* Uni Gamalieli cæteri omnes ceſſerunt, *Actor.* 5. uni Paphnutio Nicæna Synodus conſenſum præbuit. *Sozomenus.* 1. *cap.* 22. Fallit tamen hoc, ſi in compromiſſo actum ſit, quòd aut omnes aut plures, vel duæ partes ex iis debeant concordare, tunc enim compromiſſi forma ſervanda erit, nec eam egredi licebit, *c. cùm debito X. de Reſcript. l. diligenter Mandat. Mandag.* 1. *part. q.* 46.

QUÆST. XXXI. *An compromiſſarij aliquem ex ſe ipſis eligere poterunt?* 56

Si unus eſt compromiſſarius, id ei non licet, *per tradita ſup. q.* 17. Si verò plures ſint, poſſunt unum ex ſuo numero eligere, *Mandag. de Elect. p.* 1. *c.* 48. *Dd. in c. cùm in Jure. X. de Elect. facit c. in ſcripturis.* 9. *ibi Ecce.* 8. *q.* 1. *Eſaia* 6. Non obſt. *in d. c. cum in Jure. & c. fin. X. de ſortil.* dicitur hoc indultum. ℞. Etiam indulto ſpeciali ceſſante competere & eſſe indultum à Jure. Non obſt. II. *c. per Veſtris. V. de Jure patron.* ℞. Loqui & intelligi de uno compromiſſario qui ſeipſum eligere non poteſt. *fac. c. cùm ad noſt. X. de Inſtit. l. prætor. de Tutor. & cur. dat.* Fallit tamen prædicta reſponſio tunc, ſi compromiſſo iis vetitum ſit, ne aliquem ex ſeipſis eligant, tunc enim unum ex ſuo numero nominare iis non licet, *l. Sabinus.* 61. *de Judic. c. cùm. Eccleſia. v. cùm Jure. X. de Cauſ. poſ. & propr.* † Quid ſi ſint tres Compromiſſarii, an 57
unus ex iis cum aliis conſentiendo numerum cum ſe eligentibus ſaltem augere poſſit? pro affirm. facit *arg. l. plane, ubi gloſſ. Verb. poteſt; quod cujúsque univ. nom.* Nec hic obſtat, quod ſeipſum eligens ambitioſus judicetur, adeóque indignus, *c. ſcripturis.* 9. 8. *q.* 1. *c. cum in jure. de Elect.* Nam talis Electio non poteſt dici de ſe ipſo orta, ſed proceſſit ab aliis, nec talis ſe principaliter elegit, ſed acceſſoriè coëlegit, dummodo alii ante ipſum elegerint, aliàs, ſi præ aliis ſeipſum eligit, ambitioſus cenſendus; Si vero alium elegit, & ſequentes in ipſum conſentiant, & eligant eum, revocare poteſt votum, & electioni ſuæ aſſenſum præbere, *c. cùm in jure de Elect.* Item opus hic eſt, ut accedente ſuffragio proprio major pro ipſo ſit numerus eligentium, vel compromiſſariorum; Hinc ſi ſex ſunt, & duo eligant unum ex corpore vel gremio, quibus ipſe tertius aſſentitur, & tres eligant extraneum, hic votis prævalet, ſecus, ſi duo Titium eligant, unus Mævium, & duo alii Sempronium, hic vero conſentiat.

QUÆST. XXXII. *An compromiſſo data facultas nominandi Imp. à compromittentibus EE. revocari poterit?* 58

Licèt hac de re diverſæ ſint ſententiæ: Videtur tamen tutior ſequens diſtinctio; Vel intendit Collegium alicui facere gratiam, ut in eum pro iſta vice transferat facultatem eligendi, & hoc

caſu

Digitized by Google

caſu invito compromiſſario ſive res intregra ſit ſive non revocari nequit, quia hoc idem eſt ac donatio, quæ temerè revocari conſenſu ſemel perfecta non poteſt, *l. 17. C. de Fid. inſtr. §. alia. 2. Inſt. de donat. add. l. ſive. C. de donat. & ita intelligitur c. cauſam. X. de Elect.* Volente tamen compromiſſario revocatio facta valeret, *c. prætereà. X. de ſponſal. c. omnes c. 1. X. de R. I. l. 5. C. de O. & A.* Vel EE. ideò nominârunt Compromiſſarium, ut Imperio faciliùs provideretur: Et hoc caſu, quando res adhuc eſt integra, revocare poteſt vel totum collegium vel ejus major pars. *argt. à contrario ex c. in cauſis. X. d. t.* item argumento ducto à Judice delegato, *c. venerabili X. de Jud. deleg.* quamvis multi ad revocationem majorem partem EE. non ſufficere velint, citati à Mandag. *1. p. c. 49. lit. g.* Vel res non eſt ampliùs integra, & hoc caſu nec pars major nec totum collegium revocare poteſt; quod omnium communi conſenſu re-
59 ceptum eſt. † Quòd ſi tamen electio per Compromiſſarios facta effectum non ſit aſſecuta, quia electus ab iiſdem acceptare noluit, aut ſi compromiſſarii per pœnitentiã ab electione receſſerint, tunc quia res integra efficitur, cùm ad novam electionem vel poſtulationem ſit procedendum, & compromiſſarii ſemel nominando functi ſint officio ſuo, hi non videntur ſine novo compromiſſo procedere poſſe, ſed eligentibus liberum eſt vel ipſis eligere, vel de novo in eosdem, vel alios compromittere; quod autem re integra unus vel pauci compromiſſum ſemel legitimè factum revocare nequeant, hanc habet rationem, quod inconveniens cenſeatur id, quod omnium conſenſu factum eſt, ab uno, vel paucis revocari poſſe, item deſpectuoſum eligentibus, quòd unanimi omnium voce placitatum eſt, per unum mutari, ac licet unus impedire poſſet compromiſſum faciendum, non tamen ſequitur unum etiam revocare poſſe, cùm aliàs facilius aliquid impediatur, quàm legitimè factum tollatur.

60 QUAEST. XXXIII. *Unde autem conſtabit, an collegium EE. intenderit facere gratiam, an providere collegio?*

℟. Id ex accedentibus colligendum: Quod ſi ex iis aut adjunctis hoc non appareat, in dubio præſumitur Collegio voluiſſe providere quàm donationem facere aut gratiam, *argt. l. cùm de indebito. 25. §. fin. de Probat. c. bona. 2. in p. X. de prab.*

QUAEST. XXXIV. *At quamdiu res dicetur integra?* 61

℟. Quamdiu compromiſſarii non incæperunt tractare de perſonis unam aut alteram ſcrutando. Sin autem tantùm celebratæ ſint ſolonnitates præambulæ, ut habita Miſſa de S. Spiritu, res adhuc integra dicetur. *Mandag. d. c. 49. circa fin.*

QUAEST. XXXV. *Quid ſi poſt compromiſſum* 62
omnium EE. præſentium conſenſu factum, ante electionem à Compromiſſario factam ſuperveniat adhuc unus Elector antè abſens, an is compromiſſum impedire, & retractare poterit, ſicut impedire potuiſſet ex l. Sabinus Com. divid. *ſi antè præſens fuiſſet, & contradixiſſet?*

Diſting. Vel vocandi non fuerunt debitè evocati, & ſupervenientes revocare poſſunt compromiſſum ob ſui contemptum; Si autem legitimè vocati ad terminum venire contempſerint, retractare nequeunt, ſed poſt terminum venientes admittendi ſunt ad Electionem, in eo ſtatu, quo tunc res eſt, cùm comparent, non ad retractandum id, quod actum eſt. *Mandag. p. 1. c. 33. C. cùm Nobis X. de Elect.* Idem in Cardinalibus poſt incœptam electionem Papæ obtinet. *c. ubi periculum. §. ſanè de Elect. Ant. de Roſet. tract. de poteſt. Imp. & Pontif. §. videndum. n. 13.* ut & in Epiſcopo poſt inchoatum nondum abſolutum Concilium accedente, *c. propter Eccleſiaſticos. 1. diſt. 18. Thom. Campeg. de concil. c. 13. n. 13.* admittendus eſt in eo ſtatu, quo Electio vel concilium adventus ſui tempore reperitur. Id quod etiam in A. B. *c. 2. §. poſtquam. in fin.* approbatum legitur.

Solent autem peractâ electione ſinguli EE. 63
Eccleſiaſtici ſua diplomata conficere offerenda Pontifici M. pro electi coronatione; ut fecêre Moguntinus, & Trevirenſis electo Ludovico Bavaro. *Burg. lib. 1. hiſt. Bavar. p. 15.*

CAPUT VIII.

De conſequentibus Electionem.

SUMMARIA.

1. *Electionis publicatio, & confirmatio privilegiorum.*
2. *Confirmare an etiam debeant privilegia Statuum præter EE.*
3. *Joan. Angliæ Regis factum culpatur.*
4. *Confirmatio an ad validitatem jurium neceſſaria.*
5. *Succeſſor tenetur ad factum anteceſſoris.*
6. *Regina Angliæ Hanſeaticis non rectè ademit privilegia.*
7. *Confirmatio an neceſſaria circa bona Imp. pignorata.*
8. *Confirmatio an fiat à non conſecrato.*
9. *Electio facta in diſcordia.*
10. *Acclamationes ſolitæ poſt Electionem.*

1 COllectis & collatis ſuffragiis à majore EE. vel compromiſſariorum numero Imperator primò in conclavi ab E. Mog. deinde coram populo per Decanum Eccleſiæ Metrop. Moguntinæ publicari & proclamari ſolet, & ſi Electus præſens eſt, cum promulgatione ſimul populo in Eccleſia S. Bartholomæi ſiſtitur, ſin autem abſit, electionis ſuæ per legatos & literas certior fieri debet: Ita tamen, ut peractâ ſtatim Electione priusquam adminiſtret, &c. univerſis & ſingulis Principibus EE. Eccleſiaſticis & ſæcularibus privilegia, absque dilatione & coutradictione confirmet, *A. B. c. 2. §. & quia.* Hinc ſeqq. notabiliores controverſiæ veniunt reſolvendæ.

QUÆST. I. *An Electus etiam aliis Principibus, Comitibus & Statibus præter Electores privilegia confirmare debeat?*

2 ℞. Licèt de his in cit. text. A. B. nihil expreſſum ſit, quæ tantùm EE. meminit, tamen idem dicendum, cùm eadem militet ratio in eorum privilegiis confirmandis, unde quod in A.B. (quæ EE. potiſſimùm proſpexit) omiſſum eſt, reliquis Statibus detrimento eſſe non debet, ſed aliunde ſupplendum, & ſic in Capitulatione Rudolphi II. horum quoque facta eſt mentio. *Lymn. in annot. ad cap. Carol. V. verbo confirmamus. pag.* 153. Buxt.
3 *concl.* 37. † Meritò autem culpatur Joannis Angliæ Regis factum, à quo cum Proceres privilegiorum ſuorum confirmationem poſtulaſſent, ipſe transmiſſa legens reſponderit, ſe non poſſe aut velle ea magis ita habere, quàm diadema regni ſui tradere. Unde proceres replicarunt, ſe eum perpetuo bello perſecuturos, donec ea confirmâſſet, & toto regno magiſtratus ab officiis deſtiterunt, Regisque famuli eum deſeruerunt, donec poſtulatis aſſentiretur, Chock. *in theſ. pol. lib. 2. c. 2. pag.* 90.

QUÆST. II. *An iſta confirmatio ad validitatem Jurium EE. & Statibus competentium de Jure ſit neceſſaria?* 4

℞. Ex parte petentis hoc eſſe voluntarium, an ſcil. confirmationem petere, & hoc modo in ſignum reverentiæ gratiæ Imperiali ſe ſubmittere, ac notitiæ inſinuare velit. Ex parte tamen Imperatoris regulariter neceſſarium eſt, ut inſinuant verba A. B. Ohne Weigerung/ ꝛc. dixi regulariter, ſi quis enim ſe tempore interregni incapacem reddiderit privilegii ob feloniam, rebellionem, vel quid ſimile, ei confirmatio etiam petenti rectè denegatur, niſi ipſi ſpecialiter à Cæſare fiat gratia, & noxa remittatur, quàm aliàs ex debito non rectè poſſet petere. † Aliàs clarum eſt, 5
quòd conceſſiones, contractus, & conventiones nomine Imperii & dignitatis ab anteceſſoribus celebrati morte Imperatoris non extinguantur, nec easdem ſucceſſor pro ſuo arbitrio revocare poſſit, ſed ſervare debeat, ſicut ejus anteceſſor ſervare obligabatur, *c. ſi gratiosè de Reſc. in 6.* cùm dignitas non moriatur, *l. 76. de Judic.* ſed anteceſſor conceſſum privilegium revocare & contra proprium factū venire non potuit, maximè quòd titulo oneroſo data pecunia, vel ob præſtitum aliquod gratū ſervitium, ſive ob bene merita privilegiati obtentum eſt, *argt. l. eſt receptum de jurid. Lancell. in templ. om. Jud. lib. 1. c. 1. n. 3. Ant. Pereg. de Jure Fiſci. lib. 1. c. 3. n. 28.* † Ut proinde non licu- 6

ceat

erit Reginæ Angliæ civitatibus Hanſæ Teutonicæ adimere privilegia, quæ ipſæ Anglis teſtibus auro & ſanguine ſuorum comparaverant, prout Eduard. IV. Rex poſt diuturnum bellum cum Hanſeaticis, pace tandem factâ Trajecti ſe ducentas libras Sterlingorum Civitatibus debere confeſſus fuerat, & in hujus ſummæ remunerationem ipſis privilegia nec per ſe nec per ſuos revocanda contulerat: eáque conventio à quatuordecim in ordine Regibus ipsâque Maria fuerat firmata; quod multò magis obtinet in privilegiis, quæ in vim contractûs tranſiverunt, ut ſi magnis privilegiis ad habitandum, negociandum vel artem aliquam exercendam, mercatores, profeſſores aut ſtudioſi invitentur, hoc privilegium poſt eorum adventum & translationem domicilii revocari nequit, quâ de re olim inter Hanſam Teutonicam, item Flandrenſes & Ruſſos in Norwegia, & hodiernis temporibus inter Hanſam & Anglos contentiones. Crantz. *rer. Wandal. lib.* 9. *c.* 19. Sic ſe ſæpè res verterunt, ubi tenuis primordiorum ſtatus promiſit venientibus ſpecioſas immunitates, floreſcentibus autem rebus, qui invitaverunt, vix patiuntur ſecum conſiſtere, deſiderium vertentes in contemptum & faſtidium. in juratis quoque privilegiis eadem & multò major eſt obligatio, quo fortius eſt Juramenti vinculum ſimplici promiſſione, *Tapia ad l. fin. de Conſt. princ. n.* 72. *Pinell. de R. ſc. Vend. p.* 1. *c.* 2. *num.* 10. Qualia ab Iſraelitis impetrârunt Gabionitæ, *Joſue.* 9. quæ non impunè violavit etiam ſub ſpecioſo prætextu Saul. 2. *Reg.* 25. Ac licèt Juramentum vinculum ſit perſonale, promiſſio tamen eſt ad ſucceſſores tranſitoria, quam omne Juramentum involvit, quod ſit Deo & homini. De privilegiis quibuscunque cum procerum conſenſu approbatis minus eſt dubii, *Caſtal. Tract. de Imp. q.* 114. *n.* 3. *Bruning. de Var. univerſ. ſpec. Th.* 60. De iis autem privilegiis, quæ ex merâ gratia Principis data ſunt, major eſt difficultas, de qua alibi commodiùs agetur.

7 QUÆST. III. *An iſta confirmatio etiam facienda ſit circa bona Imperii oppignorata?*

Quidam exiſtimârunt, confirmandas eſſe oppignorationes quæ nullam reluitionem admittunt. Verùm verius eſt idem de reluibili oppignoratione dicendum, ita tamen, ut ſecundùm naturam oppignorationis non ſit denegandum Imperatori, vel cui facta eſt hypothecatio, res oppignoratas cum ſuo onere ita exigente utilitate adhibitis adhibendis vendere, vel titulo Feudi conferre, vel etiam per ſe aut alium reluere. *l.* 10. *C. de pig. act.* Nec Confirmatio Cæſarea illam reluitionem impedit, quia confirmatio nihil novi, quoad eſſe privilegii vel Juris ante competentis tribuit, Klock. *de contrib. c.* 20. *n.* 101. & robur tantùm negocio priori addit, nullatenus verò naturam ejus alterat aut imminuit, Geil. 2. *obſ.* 1. *n.* 8. Bald. *in l. adverſus.* 3. *n.* 3. *C. ſi advers. rem. Judic.* Non obſtat, quòd privilegia maximè Imperialia contra concedentem quàm pleniſſimè interpretanda ſint; *l.* 3. *de conſtit. princ.* Nec enim talis fieri debet interpretatio, ut natura rei ſubjectæ alteretur, diverſa autem inter ſe ſunt, oppignorationem factam ab anteceſſore confirmare, & eandem à reluitione immunem reddere; Licèt enim hoc fieri poſſit ex conventione partium, ut & in rebus Imperii privilegio Cæſareo, accedente EE. conſenſu, ſoli tamen & nudæ confirmationi non ineſt, *Lym. ad cap. Carol. V. a.* 4. *verbo*, Pfandſchafften. *pag.* 151. *Facit Inſtrum. pac. Oſnab. a.* 5. §. 9.

QUÆST. IV. *An confirmatio Privilegiorum fieri poſſit ab Electo nondum conſecrato?* 8

Id prima fronte videbatur negandum. I. Quia cauſa imperfecta non poteſt producere effectum perfectum, imperfectum autem eſt, cui aliqua particula deeſt, *l. cum aliter ad Syllan.* at Electo ad perfectionem deeſt Coronatio, nam Imperator in coronatione oriri dicitur, *l. omnes.* 7. *u. noſtris etiam diebus C. de Feriis. ibi. vel ortus Imperii, id eſt, ſecundùm Accurſ. quando coronatus eſt.* Ergo non poteſt exercere quæ ſunt dignitatis & majeſtatis Imperialis, qualis eſt confirmatio privilegiorum, *t.* 1. *C. de imm. nem. conced. lib.* 10. *l. un. C. de his, qui vac. accep. lib.* 10. Verùm cùm ex verbis A. B. conſtet, quòd ſola Electione Imp. conſtituatur; *Hoſtienſ. in c. ſuper quibusdam. de V. S. Sixtin.* 1. *de regal. c.* 4. *n.* 14. Reinck. *de reg. ſec. lib.* 1. *claſ.* 3. *c.* 7. *n.* 1. *&c.* Non eſt mirum, quòd privilegia ſtatim confirmare poſſit. Confirm. II. argt. à minori ad majus. Rex Rom. Electus principatum ad Imperium devolutum alteri concedere poteſt, *text. in cap.* 7. *A. B.* §. *ſi verè aliquis.* Ergò multò magis privilegia confirmare, eò quòd confirmans nihil novi det, ut ille; Unde videmus, quòd etſi minor

Feudi novi conſtituendi poteſtatem non habeat, *argt. l. 8. C. de Nupt.* vetus tamen Feudum ſine Curatore renovare poſſit. III. Electio idem tribuit Electo in Imperio, quod ſucceſſio ſucceſſori in aliis regnis, qui ad regnandum natus eſt, is eveniente caſu ſucceſſionis nomen & rem Regis uſurpat ante coronationem, ergo etiam Electus Rom. Rex. Sunt enim coronationes tantùm ceremoniæ & teſtimonia, quibus patefit eos legitimè ſuccedere & pro legitimis regibus eſſe habendos. *Arum. diſt. 2. ad A. B. Th. 22.*
9 † Quàm vana ſit eorum ſententia, qui putant, eum qui diſcordi electione Francofurtum obſidet, & intra certum tempus non repellitur pro Imperatore habendum, & hoc facto electionem ejus roborari, tradit Freh. *ad Pet. de Andl. 2. cap. 2. fol. 166. & Beſold. in Theſaur. verbo* Franckreich. & ſupra monitum eſt. † Demum 10
acclamationes fieri ſolent alio, quàm olim malè frequentato more, quo in triumpho milites, & abjectiſſimi homines triumphalem currum ſequentes convitiis triumphantem onerabant, ne proſperâ fortunâ plus æquo inſoleſceret, ſic triumphante Cæſare milites dixerunt: Gallias ſubegit Cæſar, Nicomedes Cæſarem. Item: Romani, ſervate uxores, Mæchum Calvum nobis adduximus. *Chaſſan. in cat. gl. m. 1. p. con. 36.* Vitidium quoque Baſſum Parthico triumpho ſecuti decantarunt: Qui mulos fricabat, factus eſt Conſul.

CAPUT IX.

De Capitulatione Cæſarea.

SUMMARIA.

1. *Capitulatio cur fiat?*
2. *Capitulatio an rectè Cæſari præſcribatur?*
3. *Capitulationis aliqua forma in ſacris literis uſitata*
4. *Capitulatio Regis Sueciæ.*
5. *Capitulationis Origo.*
6. *Rom. Regi an Capitulatio fiat?*
7. *Capitulationem an Electus jurare debeat?*
8. *Capitulatio non derogat abſolutæ poteſtati.*
9. *Capitulatio non lædit Majeſtatem.*
10. *Capitulatio an ſtrictè ſervanda?*
11. *Neceſſitatis effectus.*
12. *Capitulatio à quibus facienda?*
13. *Capitulare & eligere ſunt diverſa.*
14. *Capitulat. effectus.*

1 QUia in Imp. Rom. Electo non niſi certis conditionibus adminiſtratio concedi ſolet, ut Monarchia cum Ariſtocratia temperetur, eumque in finem Capitulatio concipitur quam Imp. ſe ſervaturum Jurej. promittit & ſubſcribit, hoc loco dubitari poſſet.

2 QUÆST. I. *An rectè Electo Capitulatio præſcribatur, & per eandem poteſtas ipſius cancellis includi poſſit?*

Quamvis A. B. Carol IV. capitulationis nullam mentionem faciat, inde tamen rectè inferri non poteſt, eam Electo non eſſe proponendam; argumentum enim ab authoritate negativa juxtà ſcholam ſaniorum Philoſophorum non ſtringit, nec potuerunt omnia incidentia lege Carolina comprehendi, *l. non poſſunt. 12. ff. de ll.* Rurſus licet à temporibus Carol. IV. uſque ad Carol. V. nulla extet Capitulatio, tamen noſtra ignorantia veritati non præjudicat, cùm in archivo Moguntino ſine dubio extent; Licèt fortè olim alio nomine appellari conſueverint, origine ducta à lege Regia *l. 1. de Conſt. princ.* per quam, ut olim populus Rom. in principem, ita per has capitulationes proceres in Imperatorem omnem authoritatem, poteſtatem, jus & Juriſdictionem transferunt, quæ primis temporibus ubi abſolutæ poteſtatis appetitus vel nondum adoleverat, vel nondum publica ſpecimina dederat. Capitulationis articuli & Juramenti paucis conſtabant punctis, quæ poſteà paulatim aucta, ut hodie quinquageſimum numerum ſuperent: Ad hæc quia Carol. IV. intentio præcipua fuit per A. B. unitati inter Electores ipſos maximè conſulere, nil de Capitulatione in ea meminit, quæ ad concordiam inter Imp. EE. & Status, caput & membra inſtituitur. Hanc Electionis ſequelam eſſe ait Lim. *ad cap. Carol. V. ſect. 7.* & Electo iſta conditio imponitur, ut ad adminiſtrationem accedat, ſi conditiones ſibi præſcriptas ſe ſervaturum promiſerit juramento perſonali præſtito: In tantum ut licèt Imperatoris Electi mandatarius electionem ratam habere poſſit, ipſe tamen perſonaliter ad obſervationem Capitulationis ſe obligare ſoleat, cujus contenta.

tenta tradit Lim. *in proleg. ad capit. ſect. 7. in fin.*
3 † Nunc ad Q. redeundo uſum Capitulationum
etiam in S. Scriptura cognitum fuiſſe conſtat, &
vocatur in S. paginâ fædus cum populo. Sic Da-
vid, cùm ungeretur, dicitur fœdus percuſſiſſe cum
ſenioribus populi. 1. *Reg.* 12. *v.* 8. 2. *Reg.* 3. *v.* 21.
2. *Paral.* 23. *v.* 16. & nulla unquam gens tam bar-
da fuit & ſtupida, quæ non Regem ad fidem & tute-
lam Regni jurandam in inauguratione adegerit, *ita
Hotom. de Feud. c.* 29. Et ita in Hiſp. Gall. Anglia,
Boh. Suecia, item apud Venetos uſurpari tradit
4 Reinck. *de reg. ſec. lib.* 1. *claſ.* 3. *c.* 9. † De Capi-
tulatione Regis Sueciæ V. Comment. Henrici
Soteri in Suecia *p.* 81. de Capitulationibus Pontifi-
cum ſuprad. Non obeſt. Quod à Deo conſtitu-
tum & probatum eſt, ab homine limitari non po-
teſt, cùm inferior non poſſit derogare legi ſuperi-
oris, & divinâ providentiâ conſtituta immutabilia
ſint, §. *Sed naturalia. de I. nat.* Sed ampliſſima Cæ-
ſaris Regìsque poteſtas à Deo conſtituta & proba-
ta eſt, *Samuel. 8. v. 11. & apud Matth. Reddite quæ
ſunt Cæſaris Cæſari &c.* ergo Capitulationibus non
poteſt conſtringi. ℞. In priore textu tantùm Jura
Tyranni deſcribi, quæ nec à Deo data nec à Samuele
approbata ſunt, ſed populo tanquam abuſus propo-
ſita, ut à regio regimine, cui ſubeſſe deſiderabat, de-
terreretur: Sic enim inter cetera refertur: Agros
& vineas veſtras auferet, *v.* 14. quod tamen
non licuiſſe Achabo conſtat *ex* 1. *reg.* 21. Inſtab. *lib.*
1. *Samuel c.* 10. *v.* 25. Samuel iſta Jura regni dixit
populo, & ante Deum ſcripta poſuit. ℞. Non illam
irregularem licentiam ſed verum Jus regis exhibu-
iſſe, quod etiam apud Matth. probatur. ℞. II. Re-
ges illud Jus laceraſſe ut refert Bodin. 1. *de rep. c.* 10.
pag. 235. *Lim. ad capit. Carol. V. in proleg. ſect.* 2. Reſp.
III. Etſi populo Iſraelitico ob peccatum talis lex fu-
iſſet poſita nihil nobis obſtare, quos leges forenſes
Judæorum non obligant, nec noxa aliena in con-
ſortium trahere poteſt *l. ſancimus.* 22. *C. de Pœn.*
5 QUÆST. II. *Quandò originẽ habuerit Capitulatio?*
Etſi in antiquis originem invenire perdiffici-
le, probabile tamen eſt, cum Imperii Germanici or-
tu originem rei ipſius (quicquid ſit de nomine) cæ-
piſſe, & ſucceſſu temporis incrementum accepiſſe,
poſterioribus autem ſæculis magis cultam ſub tur-
bulento Henrici IV. Imperio, *Lim. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 17.
Non obſtat, quòd Carol. M. ſub quo Imp. germani-
cum cæpit, veriſimiliter non fuerit paſſurus ſibi ſu-
isque poſteris leges imperandi præſcribi. Reſp.
Imò hoc probabile eſſe, eum hoc permiſiſſe, cùm
Civium Germanorum ſanguine laboribus & peri-
culis ad Imperium pervenerit, unde etiam ſua con-
ſilia cum Imperii proceribus in Comitiis ſemper
communicâſſe legitur, *add. infr. q. 6. in fin.*
QUÆST. III. *An etiam Regi Rom. Electo Capi- 6
tulatio præſcribatur ante Coronationem, qui
vivo Imperatore electus eſt?*
Reſp. Licèt Ferd. I. vivente Carol. V. electus
An. 1531. juramentum præſtiterit, Capitulatio ta-
men ei propoſita fuit, poſtquam Carol. V. ſe Im-
perio abdicavit An 1558. Maximilianus tamen II.
Rudolph. II. Ferdin. III. ipſis Impp. adhuc viventi-
bus Capitulatione adſtricti fuerunt, ut proinde res
hæc ab arbitrio EE. dependere videatur, *Lim. in
prolog. ad Cap. Carol. V. ſect.* 5.
QUÆST. IV. *An Electus in Capitulat. ſive articu- 7
los propoſitos jurare teneatur?*
Reſp. Cùm Capitulatio ſit inſtar contractus
præter EE. præſcriptum etiam acceptationem Ele-
cti & promiſſionem, adeòque utriuſque conſenſum
requirit, ut innuunt verba initialia Capitulationis,
ibi. Geding und Pactweiß vereinigt / vertragen /
angenommen / bewilligt und zugeſagt. Unde in ar-
bitrio Electi eſt, an Capitulationem acceptare, an
de mitigatione vel remiſſione unius ac alterius
articuli agere, aut oblatum hiſce conditioni-
bus Imperium repudiare velit, *Lim. in annot. ad
cap. Maxim. II.* Sic contra Carol. IV. electum An.
1346. alii elegerunt Eduardum Regem Angliæ,
ſed is renuit acceptare, ut & Fridericus Marchio
Meisnenſis, Friderici Admorſi Filius, Ludovici Ba-
vari gener electus repudiavit. Licèt enim per electi-
onẽ habeat Electus aliquale in re Jus, tamen plenum
conſequitur priùs prævià confirmatiõe privilegio-
rũ, promiſſione Capitulationis, proclamatione &c. 8
QUÆST. V. *An Capitulatio abſolutæ poteſtati
contrarietur?*
Neg. Licèt enim abſoluta poteſtas Capitulatio-
nis articulis limitetur, caſib⁹ in capitulatione com-
prehenſis, in reliquis tamẽ non limitatis cauſis ma-
net ſalva. *Vaſq. Ill. cont.* 1. *c.* 26. Schütz. *vol.* 1. *diſp.*
4. *th.* 1. *lit. f.* quod enim non mutatur, cur ſtare
prohibeatur? *l. præcipimus. in fin. C. de appell.*
QUÆST. VI. *An Majeſtatem lædit Capitulatio?* 9
Negativ. tuetur Lim. *de J. pub. lib.* 1. *c.* 12. *n.*
37. *& in proleg. ad Capit. Carol. V. ſect.* 8. *n.* 22. Grot.

ſemper EE. tempore inſtituendæ electionis, omnium Statuum ſentimentum, ſuper Capitulatione formandâ inquirere neceſſe haberent, quæ non dilationum & litium oriretur occaſio? Sin autem prætereantur, omnino, quæ non altercationes novorúmque gravaminum & proteſtationum inde reſultaret materia, Statibus de ſuo contemptu conquerentibus, & Electo ex hoc capite ſtatus quæſtionem moventibus? Quæ omnia in Elect. Ferd. IV. Rom. Regis fel. recordationis conſiderantes EE. ratione Capitulationis, aliis Imperii membris ſe inſinuârunt, cum reſervatione tamen Juris ſibi hac in re competentis, & hoc modo Inſtrumento Pacificationis Osnabrugenſis ſatisfactum eſt. Pro conſervatione inſuper Juris ſui, ne videretur Electio & Capitulatio neceſſariò facienda in generalibus Comitiis, EE. Ratisbonâ Auguſtam conceſſerunt, néve Capitulationi alii Status ſuis monitis ſe immiſcerent, & hoc pro exemplo futuris temporibus allegarent: Neceſſario ſcil. Imper. durantibus comitiis eligi & Capitulationibus adſtringi debere, ut in Polonia receptum; & ibidem Electus Rex eas ſe ſervaturum more recepto promittit.

14 QUÆST. IX. *Quis ſit Capitulationum effectus?* ℞. Eſſe varios, & quidem præcipuè I. Actus ab Imp. contra Capitulationem geſtus, nullus eſt. *l. non dubium. 5. C. de ll. junct. l. 55. de leg. 1.* II. Talis actus non eſt producendus in conſequentiam *junct. Capit. Ferd. a. 14.* III. Status non tenentur ad ſubſidium, Imperator ſine ipſis bellum contra Capitulationem ſuſcepit. IV. Si enormitas facti ita exigat Imperator deponi poteſt, *argt. l. qui fidem de Tranſact. Reinck. de reg. ſec. lib. 1. claſ. 2. c. 2. n. 85.* Nec obſtat quòd de his in Capitulatione nulla fiat mentio. Reſp. Tacitè comprehendi, & vi contractus ineſſe; ſicut enim Imp. non fuiſſet admiſſus ad Imperium, dicens ſe eas Capitulationes non ſervaturum, ita idem dicendum, ſi poſtquam promiſit, mutatâ ſuâ mente eas non ſervet. *l. ſi quis 41. C. de Tranſact.* Quia autem lex erubeſcit caſtigatores patrum filios conſtituere. *No. 22. c. 2.* Imperator autem ſubditos nepotes & filios habet, ideo EE. hos effectus & pœnas contraventionis Capitulationi expreſſè inſerere noluerunt. *Lim. in proleg. Cap. ſect. 10. n. 8.* Demum quæ Capitulationes Electo Regi & Imp. ab EE. proponi ſoleant & propoſitæ ſint, Carol. V. Ferdin. I. Maximil. II. Rudolpho II. Ferdin. II. & III. oſtendit editis ad eaſdem annotamentis Limnæi ſpecialis tractatus. Schütz, *vol. 1. diſp. 4. per tot.* Reinck. *de reg. ſec. claſ. 3. c. 9* ad quos amatæ brevitatis gratiâ cupidus lector remittitur. Cum quibus in ſubſtantialibus conveniunt Capitul. Ferdin. IV. Auguſt. ſub dat. 2. Junii Anno 1653. & noviſſ. Imp. Leopoldi Francofurti Anno 1658.

CAPUT X.

De Coronatione Cæſarea.

SUMMARIA.

1. *Coronatio ſequitur Electionem.*
2. *Coronatio Papæ qualis?*
3. *Coronatio an ſit de neceſſitate?*
4. *Coronationis locus pro electo Imperatore.*
5. *Electi in diſcordia locis diverſis.*
6. *Coronandi jus cui competat Aquiſgrani?*
7. *Coronatio aliquando Moguntino competiit.*
8. *Conſecratio à quo fiat, non multùm intereſt.*
9. *Colonienſis E. ſi non ſit conſecratus, quis Imper. conſecret?*
10. *Colonienſis & Moguntini controverſia circa Coronationem.*
11. *Jura pro E. Moguntino facientia.*
12. *Jura pro Electore Colon. militantia.*
13. *Tranſactio circa jus conſecrandi.*
14. *Juramentum an ante conſecrationem rectè exigatur?*
15. *Poſt Juramentum præſtitum, cur prius de fide præſtanda interrogentur?*
16. *Jurandi forma.*
17. *Conſecrationis ceremoniæ in ſpecie de Unctione etiam olim in veteri Lege ſolita.*
18. *Galliæ Rex inungitur oleo.*
19. *Henricus IV. unctus oleo S. Martini.*
20. *Angliæ Regis unctio.*
21. *Diaconi more cur Imperator veſtiatur?*
22. *Coloniæ Comites in Cathedrali etiam minores ætate cantant Epiſtolam.*
23. *Sigismundus Imper. cantat Evangelium.*

24. Cur

24. *Cur Diaconali veſte induto Imperatori gladius traditur?*
25. *Annulus quid denotet?*
26. *Sceptrum quid ſignificet?*
27. *Corona quid?*
28. *Corona duplex aperta & clauſa.*
29. *Corona an ferrea ſit?*
30. *Coronatio Imp. triplex.*
31. *Romanus Rex & Imp. diverſa.*
32 *Coronationem conſequentes actus, acclamationes, convivia, & ſparſio miſſilium, &c.*
33. *EE. officium in menſa.*
34. *Electoris abſentis officium quis exerceat.*
35. *Reſignatio Imperialis.*
36. *Succia Regina reſignatio.*

1 ELectioni factæ accedit, eàmq; conſequitur Inauguratio ſeu Conſecratio, quæ eſt congeries aliqua actuum ſolennium; & Unctione, Inſignium traditione, & Juramenti depoſitione perficitur, ut authoritas Electo cumuletur, & perſona omnibus nota & ſacra fiat.
2 † Sic & Pontifex electus coronari ſolet, & ante Coronationem dici ſolet congregatio Cardinalium, poſtea Conſiſtorium, dicitur tamen Papa aſſumptus etiam ante conſecrationem, Chock. *in proœm. Reg. Cancell. n. 4. arg. c. 1. diſt. 23.* & electus ſtatim adminiſtrat. *c. licet. de Elect.* & nocte electus Papa ſtatim ſignat ſupplicas. Sicut autem Papa adminiſtrat etiam ante conſecrationem, ita idem procedit in Imperatore. Burg. *lib. 2. pag. 83.* nam Papæ, & Imperatoris faſtigia non magnitudine, ſed materia differunt à ſolo Deo, utriq; credita, *c. ſi Imperator ubi gloſſ. dict. 96. c. duo ſunt eadem. c. quoniam diſt. 10. Burg. d. loco.* quòd autem Epiſcopi non conſequantur Juriſdictionem ſine Confirmatione, nec ea, quæ ſunt Ordinis ſine Conſecratione, *c. 1. X. de confirm. c. noſtr. X. de Elect.* id fit quia dependent in ſpiritualibus à Papa, in temporalibus à Cæſare, ideo à ſuis ſuperioribus poteſtatem conſequuntur, ut autem Papa ita & Cæſares omnem poteſtatem habent à DEO, nec proinde etiam obſtat quòd tutor confirmandus ſit, *tit. de conf. tut.* ſed Imperator eſt tutor Eccleſiæ *c. venerabilis. de Elect.* ℞. ut ante, Tutores aliis ſubeſſe non verò Imperatorem, confirmans enim in confirmandum exercet actum Imperii, quod in Imp. nemò habet; Burg, *lib. 3. pag. 156.*

3 QUÆST. I. *An Coronatio ſit de neceſſitate Electi Imperatoris?*

℞. Cum poſt electionem mediante commiſſione per EE. fienda ipſo Jure plenum adminiſtrandi jus & dignitatem Imperialem conſequatur Electus, *ut ſup. de ex A.B. c. 2. §. Et quia.* & ſtatim nomen Regis obtineat ante coronationem, *Arum. ad A.B. diſc. 2. concl. 20.* omnia poſſit, quæ Imperator ut legitimare, &c. *Forſter. lib. 6. de ſuc. ab int. c. 34. n. 29.* Sequitur, quòd coronatio ſubſequens tantùm ſit ſolennitas accidentalis: Et licèt olim triplex Coronatio recepta fuerit, I. Aquisgrani, II. Modetiæ in ducatu Mediolanenſi, III. Romæ à Pontifice, præ aliis tamen hodie Germanica frequentatur, poſteriores autem à longo tempore omiſſæ fuêre: Rudolphus enim I. Italiam nunquam vidit, nec Maximil. I. nec Rudolph. II. Matthias, Ferd. III. aliàm quàm Germanicam Coronationem ſuſcepit, quam maximè exigit A. B. *c. 28. §. fin. Capitul. Carol. V. a. 3. Ferd. II. a. 37. Ferdin. III. a. 39. Ferdin. IV. n. 37. Leopold. a. 37.*

QUÆST. II. *Quid de Coronationis loco?* 4

℞. Ex *A. B. praeſcript. in c. 28. §. ſancimus.* Expedienda eſt Aquisgrani ob memoriam & juſſum Carol. M. hinc cùm Carol. V. moneretur, ut alium locum ſuæ coronationi præfigeret ob graſſantem aliquam Aquisgrani peſtem, renuit, dicens ſe non poſſe temerè A. B. & legem majorum mutare. Et hìc itàque Caroli M. filius Ludovicus Pius inaugurari voluit, quod à ſubſeqq. Imp. usque ad Carol. V. religiosè obſervatum fuit. Licèt alii velint Archiepiſcopum Colon. pro ſuo arbitrio poſſe quemcunque locum ſuæ provinciæ Coronationi præfigere ex privilegio Rupert. Imp. Sed quantum huic tribuerit Carol. V. ex dictis patet, *add. Lim. de Jure pub. lib. 2. c. 4. n. 7.* privilegia nàmque cum incommodo tertii concedi non debent, incomodum autem ex hoc arbitrio accederet Civitati Aquisgrani & aliis; Quamvis Frid. III. Carol. IV. & Rupertus Dux Bavariæ Bonnæ coronatus legatur, alii Francofurti Anno 1575. Alii Ratisbonæ, ut Rudolph. II. Ferdin. III. Auguſtæ, ut Ferdin. IV. An. 1654. 18. Aug. & noviſſimè Francofurti Invictiſſ. Leopoldus An. 1658. † Electis in diſcordia Ludovi- 5
co Bavaro, & Friderico Auſtriaco; hic non niſi 30. comitatus equitibus properavit cum Electore Colonienſi, & Rudolpho Palatino Aquisgranum occupaturus ſolium Caroli M, ſed certioratus ur-

adſtringantur ne votum vel vocem ſuam prævio aliquo pacto ſtipendio pretio ſeu promiſſo dare velint. *d. c. 2. A. B. §. Ego Archiepiſcopus.* Idque quia in electionibus libertas requiritur, quâ ſublatâ non poteſt dici electio, cui libertati corruptio per munera plurimùm obſtat, cùm corrupti liberè ſententiam non dicant: Hinc non tantùm corrumpens ut indignus repellendus eſt, *c. quoniam. diſt.* 10. ſed etiam accipiens vel paciſcens pro iſta vice voto carere debet. *Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 5. n. 29.* Imò licèt unus Elector tantùm pecuniam acceperit nihilominùs totam Electionem irritam eſſe volunt, *Dd. & in ſpecie Panorm. ad c. nobis. de Simon. n. 2.* idque quia actus electionis eſt individuus, *A. B. c. 2. §. Et quia.* ubi is Rex eſſe dicitur, qui modo præmiſſo & ſic ſine pretio & pacto electus eſt. *Sichard. ad L. 5. C. de his quæ vi n. 4.* Non obſtat, quòd utile per inutile vitiari non debeat; *c. utile. de R. I. in 6.* Quia id tantùm obtinet in dividuis, quale non eſt electio, *Schuz. Vol. 1. diſp. 2. Th. 15. lit. b.* non enim valet electio formâ non ſervatâ, Juramentum autem eſt de formâ. *Sim. Piſtor. conſ. 1. n. 3.*

49 QUÆST. XXIV. *An ad hoc neceſſariò requiritur ſententia Judicis annullans?*

Negans quidam argumento eorum quæ tradit Modeſt. Piſt. *Vol. 1. Conſ.* 44. ubi tamen ipſe affirmativam ſequitur, etſi electus ignorarit, *Nicol. de Cuſin. de Concord. Cathol. c. 35.* Non obſtat quòd Carol. IV. ut filium ſuum Wenceslaum promoveret ad Imp. ſingulis EE. promiſerit 100000. flor: quia non videndum quid fiat aut factum, ſed quid fieri rectè debeat: Nec facit quòd Franciſc. I. Gall. Rex magnis pollicitationibus EE. gratiam ſibi concilare ſtuduerit, nã Palatino 20000. Coronat. ſi Rex Rom. fieret, ſingulis annis promiſiſſe dicitur, Saxoni & Brandeburgico ferme tantundem. Ut etiam Moguntino & Colonienſi magnam ſummam, nec non Conſiliariis, qui apud EE. auctoritate valebant, ſi negocium promoverent, remunerationis magnæ ſpes facta ſit: n. non conſtare an in anteceſſum vel arrhæ loco promiſſa ſint, & an EE. acceptârint. Prædictis & hoc obmovendo addunt, quod Carol. V. Rex Hiſp. cùm Franciſci competitoris ſui machinationes compertas haberet, Friderico Com. Pal. Viceregium munus in Regno Neapol, obtuliſſe & monuiſſe dicitur, ut promovenda ſui Electione nulli parceret pecuniæ, ſe omnia ſuppeditaturum. An autem quidquam factum ſit, ſe non poſſe affirmare ait Sleidan. Auctor de Conſeillie d'eſtat, affirmat Electori data ducenta millia ſcutatorum, Et quòd Elect. Colon. ad Comitia electionis gratia An. 1530. indicta venire noluerit, niſi ſibi & ſuis conſiliariis ſatisfieret de penſionibus & donariis promiſſis in Elect. Carol. *Lym. in annot. ad cap. Carol. V. verbo.* Durch die Wahl. *pag.* 73. ubi dicit, ſe de reliquis EE. nil ſolidi habere. Ad Saxoniæ verò Electoris laudem allegatur, quòd oblatam à Carol. V. 30. millium flor: ſum̃am per Carol. Legatos ipſe rejecerit, & ſuis, ne quicquam acciperent, ſeriò mandaverit, cumq; urgeretur, ut tantùm decem millia pateretur dari famulis; Accipiant, inquit, ſi velint, attamen poſtridie nemo manebit apud me, qui vel aureum acceperit, Quicquid tamen ſit, conſtat ſeq. tempore tricies & bis mille ac quingentos flor. Rhen. Saxoni datos non quidem in parata pecunia ſed in tabulam relatis debitis. Item quòd Electoris familiares & miniſtri Philippus Comes Solmenſis 4000. Fridericus à Tungeren 2000. Fabianus á Fertlioh 1000. Io. nobilis de Plantz. 500. & Secretarius 500. fl. ac pro ſigillatione decreti 100. fl. acceperit, quæ an vera ſint dubitat Lymn. *d. loc.* Verùm poſito quòd vera eſſent, hæc ad ordinaria Xenia quæ citra notam EE. eorumq; miniſtris dari & accipi poſſunt, intelligenda putat, quæ Electione finitâ debentur in remunerationem impenſarum & laborum, ad quæ d. Jusjur. non pertinet, ut & ante A. B. ſingulis EE. electione peracta quater mille & quingentæ libræ argenti perſolvendæ erant, quod per A. B. non reperitur correctum, quia hæc loquitur de tempore, quod electionem antecedit, non quod ſequitur, nec credibile eſt, EE. Carol. IV. conceſſiſſe aut conſenſuros fuiſſe, ſi ſciviſſent ipſis hoc emolumentum per A. B. adimendum fuiſſe. Accedit, quòd hæc Xenia intentionem & finem Carolinæ conſtit. non infringant, non enim ideò major vel minor propenſio in hunc vel illum excitabitur, quia par remuneratio futura eſt ſive hic ſive ille eligatur, adeóque Carol. Conſtit. donationes & munera, quæ poſt Electionem ſpontè offeruntur, nullo pacto præcedente non cenſentur prohibitæ.

QUÆST. XXV. *An EE. in unum compromittere poſ-*

Digitized by Google

poſſint in vel extra Collegium aut Imperium, cui facultatem nominandi Regem Rom. tribuant?

Affirm. probatur exemplis: Sic enim factum in Adolpho Naſſovienſi, ubi omnium vota conſecutus eſt Moguntinus: Prout etiam Ludovico Severo Septem viro à toto Electorali collegio uni & ſoli per compromiſſum data fuit poteſtas ſuo arbitrio Imperatorem pronunciandi, qui prudenter ac feliciter nominavit Rudolphum Habſpurgenſem, poſt quem in hodiernum uſque diem ex Sereniſſima Domo Auſtriaca electi tenuerunt Imperium. Idq; concordat cum conſtit. Innocentij *in c. quia propter de Elect.* quæ licèt meminerit multorum, tamen ſatiùs eſt interdum in unum compromitti, *c. ſi compromiſſarius* 37. *X.* & *c.* 23. *de Elect. in* 6. propter naturalem Hominum ad diſſentiendum facilitatem, *l. Item l. ſi unus* 17. *§. principaliter. ff. de Rec. qui arb. rec. c. quia diverſitas. X. de Conceſſ. preb. l. quia poterat. in fin. ff. ad Trebell.* ratio hujus compromiſſi dependet ex Reg. Jur. Can. 72. qui facit per alium perinde eſt acſi faceret per ſeipſum; & nominatus à compromiſſario ab ipſo Collegio comminatus à compromittentiam nominatus cenſetur, Mandag. *de Elect. c.* 39. *Caſtrenſ.* & *Dd. in l. inſtitutio. talis de Cond. Inſtit.* Quòd autem cit. text. Canonicus loquatur de pluribus id factum, quia frequentiùs in plures compromittitur, *c. in cauſis. X. de Elect.* Jus autem adaptari ſolet ad ea quæ ſæpè eveniunt *l.* 4. 5. 6. *d. LL.* In unum autem tantùm compromitti poſſe nullibi reperitur vetitum; Imò in unum compromiſſum valere patet *ex c. cauſam. X. de Elect.* Ubi moniales in Epiſcopum compromiſerunt. *facit l.* 7. *§.* 11. *ibi Vel. cujus V. bon. rapt. l.* 3. *§. negotia. de neg. geſt. l. ſcimus.* 22. *§. fin. à C. de Jure delib.* ex quibus colligitur, quòd lex in Theſi concepta de plurali numero etiam verificetur in hypotheſi de uno. Id tamen ferendum, quòd ad ejusmodi compromiſſum omnium EE. conſenſus requiratur, licet enim in actibus collegii ordinario modo expediendis ſufficiat conſenſus majoris partis Collegii, *c.* 1. & *fin. de his quæ fiunt à prel. ſap. cit. l. quod major. ad municipal.* Attamen in actibus extraordinariis & inconſuetis aliud eſt. *l. Sabinus,* 28. *ff. Com. divid.* sicque unius diſſenſus compromiſſum impedit, *Panorm. ad c. quia propter. in verbo. Vel ſaltem.* Cui accedit hæc ratio, quòd compromiſſum ſit voluntarium, adeòque ab omnibus recipi debeat. *c. quod omnes. de R. I. in* 6. *add. c. quia propter de Election.* & *l. item §. ſi decuriones. quod cujuſque univ. nom.* adeò ut etiam compromitti poſſit in perſonas incertas, ita ut ipſi compromiſſarii unum, vel plures nominent, aut adſciſcant, *l.* 32. *§.* 16. *de recept. arb.* An verò compromiſſum de Papa eligendo à Cardinalibus fieri poſſit in perſonas Eccleſiaſticas extra Collegium Cardinalium, tradit Fagn. *ad c. cauſam. n.* 18. & *ſeq. de Elect.*

QUÆST. XXVI. *An etiam in duos compromitti poſſit ab EE?* 51

Affirm. *per l.* 17. *§. ſi in duos.* & *§. principaliter. de rec. qui arb. l. ubi numerus de Teſt. c. pluralis de R. I. in* 6. Quamvis ad evitandam diſcordiam meliùs ſit, ut impares numero aſſumantur, ne res ſit ſine exitu propter naturalem hominum ad diſſentiendum proclivitatem. *c.* 1. *X. de arbiter. l. due judices* 28. & 33. *de re Judic.* quod in uno vel in pari numero facilè vitari poteſt, quia majoribus votis ſtandum eſt, *l.* 39. *de Recept. qui arb.*

QUÆST. XXVII. *At infra quod tempus compromiſſarius eligere debet?* 52

℞. vel dies certa ac hora & terminus brevior V. G. ad conſumptionem candelæ, *ut in c. in veteri. X. de Elect.* præfixus eſt, & tunc ſi compromiſſarii infra tempus non nominaverint, eligendi poteſtas ad EE. revertitur, cùm lapſo tempore compromiſſum expiret, *l. ſi cùm dies de rec. arb.* vel ſine aliqua temporis determinatione compromiſſum eſt, & tunc compromiſſario tantum temporis indulgetur, quantum ipſis EE. Jure competit vel ipſi Collegio Electorali in A. B. definitum eſt; cùm compromiſſarius fungatur vice compromittentium, *c. in cauſis X. d. t.* adeòque quando alind non eſt dictum, idem tempus habere debet, quod habet Collegium Electorale: *facit l. Ea quæ. C. de temp. in int. reſt. ſuper lit. X. de reſc. l. ſi. Judex.* 32. *de Judic.* cùm ſurrogatum ſapiat naturam ſurrogati, nec EE, plùs Juris in alium transferre poſſint, quam ipſi habent.

QUÆST. XXVIII. *An compromiſſarius ab EE. nominatus vices ſuas alteri delegare poterit?* 53

℞. Neg.

Digitized by Google

℞. Neg. quia eſt inſtar delegati, qui proprium nihil habet, *l. 1. §. qui mandatum. ff. de offic. ejus.* adeóque inſtar uſuarii in alium transferre nihil poteſt. Non obſt: quòd delegatus principis ſubdelegare poſſit. *l. Judice. C. de Judic.* Hoc enim obtinet tantùm in principibus, qui ſuperiorem non recognoſcunt, Electores autem ſubſunt Imperatori, & vacante Imperio Vicariis. Ad hæc in iſto compromiſſo cenſetur electa induſtria perſona. *c. quoniam Apoſtolica. §. ii autem. de off. deleg.* quo caſu ſubdelegationi etiamſi princeps delegaverit non eſt locus. Hoc tamen fallit, ſi Compromiſſo ſubdelegandi facultas inſerta ſit: *argt. c. cùm in cauſis. X. de Elect. c. cùm à nobis. X. de arbit. l. non diſtinguimus. 32. §. quæſitum de recept. arb. facit l. cùm eſſent. 33. §. 1. de ſervit. ruſt. l. unum ex familia. 67. §. 1. de Leg. 2. l. Theopompus de liber. leg. Mandag. p. 1. c. 44.*

54 Quæst. XXIX. ***An ita compromitti poſſit ut certam perſonam nominet compromiſſarius?***

℞. Neg. quia non valet compromiſſum ut certo modo laudum ferat arbiter, *l. qualem. 19. de rec. arb.* cùm arbiter debeat aliquam electionem habere. *l. Item. 17. §. Si ita 4. d. t.* Valeret tamen compromiſſum, ut ex duobus vel pluribus nominatis, unum eligat compromiſſarius quem velit, ac digniorem vel utiliorem Imperio judicaverit. *fac. c. conſtitutus. X. de appell, Mandag. p. 1. c. 45.*

55 Quæst. XXX. ***Quid ſi autem ab EE. tres vel plures aſſumpti ſint compromiſſarij, an valeat nominatio à majore horum parte facta?***

℞. Affirmativè, dummodo omnes compromiſſarii fuerint præſentes, *l. Item. 17. §. Celſus. 7. de recept. arb.* ſin autem unus abſens fuerit, ſecus eſt; cùm potuiſſet ejus præſentia, autoritas & ratio alios in ſuam ſententiam pertrahere, *d. l. 17. §. fin.* prout Epheſius perſuaſis Romanis, ut leges peterent à Græcis civitatibus, *l. 2. §. Ex actis. de O. I.* Uni Gamalieli cæteri omnes ceſſerunt, *Actor. 5.* uni Paphnutio Nicæna Synodus conſenſum præbuit. *Sozomenus. 1. cap. 22.* Fallit tamen hoc, ſi in compromiſſo actum ſit, quòd aut omnes aut plures, vel duæ partes ex iis debeant concordare, tunc enim compromiſſi forma ſervanda erit, nec eam egredi licebit., *c. cùm debita X. de Reſcript. l. diligenter Mandat. Mandag. 1, part. q. 46.*

Quæst. XXXI. ***An compromiſſarij aliquem ex ſe ipſis eligere poterunt?*** 56

Si unus eſt compromiſſarius, id ei non licet, *per tradita ſup. q. 17.* Si verò plures ſint, poſſunt unum ex ſuo numero eligere, *Mandag. de Elect. p. 1. c. 48. Dd. in c. cùm in Jure. X. de Elect. facit c. in ſcripturis. 9. ibi Ecce. 8. q. 1. Eſaiæ 6.* Non obſt. *in d. c. cum in Jure. & c. fin. X. de ſortil.* dicitur hoc indultum. ℞. Etiam indulto ſpeciali ceſſante competere & eſſe indultum à Jure. Non obſt. II. *c. per Veſtris. V. de Jure patron.* ℞. Loqui & intelligi de uno compromiſſario qui ſeipſum eligere non poteſt. *fac. c. cùm ad noſt. X. de Inſtit. l. prætor. de Tutor. & cur. dat.* Fallit tamen prædicta reſponſio tunc, ſi compromiſſo iis vetitum ſit, ne aliquem ex ſeipſis eligant, tunc enim unum ex ſuo numero nominare iis non licet, *l. Sabinus. 61. de Judic. c. cùm. Eccleſia. v. cùm Jure. X. de Cauſ. poſ. & propr.* † Quid ſi ſint tres Compromiſſarii, an 57
unus ex iis cum aliis conſentiendo numerum cum ſe eligentibus ſaltem augere poſſit? pro affirm. facit *arg. l. plane, ubi gloſſ. Verb. poteſt: quod cujúsque univ. nom.* Nec hic obſtat, quod ſeipſum eligens ambitioſus judicetur, adeóque indignus, *c. ſcripturis. 9. 8. q. 1. c. cum in jure. de Elect.* Nam talis Electio non poteſt dici de ſe ipſo orta, ſed proceſſit ab aliis, nec talis ſe principaliter elegit, ſed acceſſoriè coëlegit, dummodo alii ante ipſum elegerint, aliàs, ſi præ aliis ſeipſum eligit, ambitioſus cenſendus; Si vero alium elegit, & ſequentes in ipſum conſentiant, & eligant eum, revocare poteſt votum, & electioni ſuæ aſſenſum præbere, *c. cùm in jure de Elect.* Item opus hic eſt, ut accedente ſuffragio proprio major pro ipſo ſit numerus eligentium, vel compromiſſariorum; Hinc ſi ſex ſunt, & duo eligant unum ex corpore vel gremio, quibus ipſe tertius aſſentitur, & tres eligant extraneum, hic votis prævalet, ſecus, ſi duo Titium eligant, unus Mævium, & duo alii Sempronium, hic vero conſentiat.

Quæst. XXXII. ***An compromiſſo data facultas nominandi Imp. à compromittentibus EE. revocari poterit?*** 58

Licèt hac de re diverſæ ſint ſententiæ: Videtur tamen tutior ſequens diſtinctio; Vel intendit Collegium alicui facere gratiam, ut in eum pro iſta vice transferat facultatem eligendi, & hoc

caſu

caſu invito compromiſſario ſive res intregra ſit ſive non revocari nequit, quia hoc idem eſt ac donatio, quæ temerè revocari conſenſu ſemel perfecta non poteſt, *l. 17. C. de Fid. inſtr. §. alia. 2. Inſt. de donat. add. l. ſive. C. de donat. & ita intelligitur c. cauſam. X. de Elect.* Volente tamen compromiſſario revocatio facta valeret, *c. præterea. X. de ſponſal. c. omnes c. 1. X. de R. I. l. 5. C. de O. & A.* Vel EE. ideò nominârunt Compromiſſarium, ut Imperio faciliùs provideretur: Et hoc caſu, quando res adhuc eſt integra, revocare poteſt vel totum collegium vel ejus major pars. *arg. à contrario ex c. in cauſis. X. d. t.* item argumento ducto à Judice delegato, *c. venerabili X. de Jud. deleg.* quamvis multi ad revocationem majorem partem EE. non ſufficere velint, citati à Mandag. *1. p. c. 49. lit. g.* Vel res non eſt ampliùs integra, & hoc caſu nec pars major nec totum collegium revocare poteſt; quod omnium communi conſenſu re-
59 ceptum eſt. †. Quòd ſi tamen electio per Compromiſſarios facta effectum non ſit aſſecuta, quia electus ab iiſdem acceptare noluit, aut ſi compromiſſarii per pœnitentiã ab electione receſſerint, tunc quia res integra efficitur, cùm ad novam electionem vel poſtulationem ſit procedendum, & compromiſſarii ſemel nominando functi ſint officio ſuo, hi non videntur ſine novo compromiſſo procedere poſſe, ſed eligentibus liberum eſt vel ipſis eligere, vel de novo in eoſdem, vel alios compromittere; quod autem re integra unus vel pauci compromiſſum ſemel legitimè factum revocare nequeant, hanc habet rationem, quod inconveniens cenſeatur id, quod omnium conſenſu factum eſt, ab uno, vel paucis revocari poſſe, item deſpectuoſum eligentibus, quòd unanimi omnium voce placitatum eſt, per unum mutari, ac licet unus impedire poſſet compromiſſum faciendum, non tamen ſequitur unum etiam revocare poſſe, cùm aliàs facilius aliquid impediatur, quàm legitimè factum tollatur.

60 QUAEST. XXXIII. *Unde autem conſtabit, an collegium EE. intenderit facere gratiam, an providere collegio?*

℞. Id ex accedentibus colligendum: Quod ſi ex iis aut adjunctis hoc non appareat, in dubio præſumitur Collegio voluiſſe providere quàm donationem facere aut gratiam, *argt. l. cùm de indebito. 25. §. fin. de Probat. c. bona. 2. in p. X. de prob.*

QUAEST. XXXIV. *At quamdiu res dicetur integra?* 61

℞. Quamdiu compromiſſarii non incæperunt tractare de perſonis unam aut alteram ſcrutando. Sin autem tantùm celebratæ ſint ſolennitates præambulæ, ut habita Miſſa de S. Spiritu, res adhuc integra dicetur. *Mandag. d. c. 49. circa fin.*

QUAEST. XXXV. *Quid ſi poſt compromiſſum* 62
omnium EE. præſentium conſenſu factum, ante electionem à Compromiſſario factam ſuperveniat adhuc unus Elector antè abſens, an is compromiſſum impedire, & retractare poterit, ſicut impedire potuiſſet ex l. Sabinus Com. divid. *ſi antè præſens fuiſſet, & contradixiſſet?*

Diſting. Vel vocandi non fuerunt debitè evocati, & ſupervenientes revocare poſſunt compromiſſum ob ſui contemptum; Si autem legitimè vocati ad terminum venire contempſerint, retractare nequeunt, ſed poſt terminum venientes admittendi ſunt ad Electionem, in eo ſtatu, quo tunc res eſt, cùm comparent, non ad retractandum id, quod actum eſt. *Mandag. p. 1. c. 33. C. cùm Nobis X. de Elect.* Idem in Cardinalibus poſt inceptam electionem Papæ obtinet. *c. ubi periculum. §. ſanè de Elect. Ant. de Roſet. tract. de poteſt. Imp. & Pontif. §. videndum. n. 13.* ut & in Epiſcopo poſt inchoatum nondum abſolutum Concilium accedente, *c. propter Eccleſiaſticos. 1. diſt. 18. Thom. Campeg. de concil. c. 13. n. 13.* admittendus eſt in eo ſtatu, quo Electio vel concilium adventus ſui tempore reperitur. Id quod etiam in A. B. *c. 2. §. poſtquam. in fin.* approbatum legitur.

Solent autem peractâ electione ſinguli EE. 63
Eccleſiaſtici ſua diplomata conficere offerenda Pontifici M. pro electi coronatione; ut fecêre Moguntinus, & Trevirenſis electo Ludovico Bavaro. *Burg. lib. 1. hiſt. Bavar. p. 15.*

CAPUT VIII.
De conſequentibus Electionem.

SUMMARIA.

1. *Electionis publicatio, & confirmatio privilegiorum.*
2. *Confirmare an etiam debeant privilegia Statuum præter EE.*
3. *Joan. Angliæ Regis factum culpatur.*
4. *Confirmatio an ad validitatem jurium neceſſaria.*
5. *Succeſſor tenetur ad factum anteceſſoris.*
6. *Regina Angliæ Hanſeaticis non rectè ademit privilegia.*
7. *Confirmatio an neceſſaria circa bona Imp. pignerata.*
8. *Confirmatio an fiat à non conſecrato.*
9. *Electio facta in diſcordia.*
10. *Acclamationes ſolitæ poſt Electionem.*

1 Collectis & collatis ſuffragiis à majore EE. vel compromiſſariorum numero Imperator primò in conclavi ab E. Mog. deinde coram populo per Decanum Eccleſiæ Metrop. Moguntinæ publicari & proclamari ſolet, & ſi Electus præſens eſt, cum promulgatione ſimul populo in Eccleſia S. Bartholomæi ſiſtitur, ſin autem abſit, electionis ſuæ per legatos & literas certior fieri debet: Ita tamen, ut peractâ ſtatim Electione priusquam adminiſtret, &c. univerſis & ſingulis Principibus EE. Eccleſiaſticis & ſæcularibus privilegia, abſque dilatione & contradictione confirmet, *A. B. c. 2. §. & quia.* Hinc ſeqq. notabiliores controverſiæ veniunt reſolvendæ.

QUÆST. I. *An Electus etiam aliis Principibus, Comitibus & Statibus præter Electores privilegia confirmare debeat?*

2 ℞. Licèt de his in cit. text. A. B. nihil expreſſum ſit, quæ tantùm EE. meminit, tamen idem dicendum, cùm eadem militet ratio in eorum privilegiis confirmandis, unde quod in A. B. (quæ EE. potiſſimùm proſpexit) omiſſum eſt, reliquis Statibus detrimento eſſe non debet, ſed aliunde ſupplendum, & ſic in Capitulatione Rudolphi II. horum quoque facta eſt mentio. *Lymn. in annot. ad cap. Carol. V. verbo confirmamus. pag. 153.* Buxt.

3 *concl. 37.* † Meritò autem culpatur Joannis Angliæ Regis factum, à quo cum Proceres privilegiorum ſuorum confirmationem poſtulaſſent, ipſe tranſmiſſa legens reſponderit, ſe non poſſe aut velle ea magis ita habere, quàm diadema regni ſui tradere. Unde proceres replicarunt, ſe eum perpetuo bello perſecuturos, donec ea confirmaſſet, & toto regno magiſtratus ab officiis deſtiterunt, Regisque famuli eum deſeruerunt, donec poſtulatis aſſentiretur, Chock. *in theſ. pol. lib. 2. c. 2. pag. 90.*

QUÆST II. *An iſta confirmatio ad Validitatem Jurium EE. & Statibus competentium de Jure ſit neceſſaria?* 4

℞. Ex parte petentis hoc eſſe voluntarium, an ſcil. confirmationem petere, & hoc modo in ſignum reverentiæ gratiæ Imperiali ſe ſubmittere, ac notitiæ inſinuare velit. Ex parte tamen Imperatoris regulariter neceſſarium eſt, ut inſinuant verba A. B. Ohne Weigerung / ꝛc. dixi regulariter, ſi quis enim ſe tempore interregni incapacem reddiderit privilegii ob feloniam, rebellionem, vel quid ſimile, ei confirmatio etiam petenti rectè denegatur, niſi ipſi ſpecialiter à Cæſare fiat gratia, & noxa remittatur, quàm aliàs ex debito non rectè poſſet petere. † Aliàs clarum eſt, 5 quòd conceſſiones, contractus, & conventiones nomine Imperii & dignitatis ab anteceſſoribus celebrati morte Imperatoris non extinguantur, nec eaſdem ſucceſſor pro ſuo arbitrio revocare poſſit, ſed ſervare debeat, ſicut ejus anteceſſor ſervare obligabatur, *c. ſi gratioſè de Reſc. in 6.* cùm dignitas non moriatur, *l. 76. de Judic.* ſed anteceſſor conceſſum privilegium revocare & contra proprium factū venire non potuit, maximè quòd titulo oneroſo data pecunia, vel ob præſtitum aliquod gratū ſervitium, ſive ob bene merita privilegiati obtentum eſt, *argt. l. eſt receptum de Jurisd. Lancell. in templ. om. Jud. lib. 1. c. 1. n. 3. Ant. Pereg. de Jure Fiſci. lib. 1. c. 3. n. 18.* † Ut proinde non licu- 6

erit

erit Reginæ Angliæ civitatibus Hanſæ Teutonicæ adimere privilegia, quæ ipſæ Anglis teſtibus auro & ſanguine ſuorum comparaverant, prout Eduard. IV. Rex poſt diuturnum bellum cum Hanſeaticis, pace tandem factâ Trajecti ſe ducentas libras Sterlingorum Civitatibus debere confeſſus fuerat, & in hujus ſummæ remunerationem ipſis privilegia nec per ſe nec per ſuos revocanda contulerat: eáque conventio à quatuordecim in ordine Regibus ipsâque Maria fuerat firmata; quod multò magis obtinet in privilegiis, quæ in vim contractûs tranſiverunt, ut ſi magnis privilegiis ad habitandum, negociandum vel artem aliquam exercendam, mercatores, profeſſores aut ſtudioſi invitentur; hoc privilegium poſt eorum adventum & translationem domicilii revocari nequit, quâ de re olim inter Hanſam Teutonicam, item Flandrenſes & Ruſſos in Norwegia, & hodiernis temporibus inter Hanſam & Anglos contentiones. Crantz. *rer. Wandal. lib. 9. c. 19.* Sic ſe ſæpè res verterunt, ubi tenuis primordiorum ſtatus promiſit venientibus ſpecioſas immunitates, floreſcentibus autem rebus, qui invitaverunt, vix patiuntur ſecum conſiſtere, deſiderium vertentes in contemptum & faſtidium. In juratis quoque privilegiis eadem & multò major eſt obligatio, quo fortius eſt Juramenti vinculum ſimplici promiſſione, *Tapia. ad l. fin. de Conſt. princi. n. 72. Pinell. de R. ſc. Vend. p. 1. c. 2. num. 10.* Qualia ab Iſraelitis impetrârunt Gabionitæ, *Joſue. 9.* quæ non impunè violavit etiam ſub ſpecioſo prætextu Saul. 2. *Reg. 25.* Ac licèt Juramentum vinculum ſit perſonale, promiſſio tamen eſt ad ſucceſſores tranſitoria, quam omne Juramentum involvit, quod ſit Deo & homini. De privilegiis quibuscunque cum procerum conſenſu approbatis minus eſt dubii, *Caſtal. Tract. de Imp. q. 114. n. 3. Bruning. de Var. univerſ. ſpec. Th. 60.* De iis autem privilegiis, quæ ex merâ gratia Principis data ſunt, major eſt difficultas, de qua alibi commodiùs agetur.

7 QUÆST. III. *An iſta confirmatio etiam facienda ſit circa bona Imperij oppignorata?*

Quidam exiſtimârunt, confirmandas eſſe oppignorationes quæ nullam reluitionem admittunt. Verùm verius eſt idem de reluibili oppignoratione dicendum, ita tamen, ut ſecundùm naturam oppignorationis non ſit denegandum Imperatori, vel cui facta eſt hypothecatio, res oppignoratas cum ſuo onere ita exigente utilitate adhibitis adhibendis vendere, vel titulo Feudi conferre, vel etiam per ſe aut alium reluere. *l. 10. C. de pig. act.* Nec Confirmatio Cæſarea illam reluitionem impedit, quia confirmatio nihil novi, quoad eſſe privilegii vel Juris ante competentis tribuit, Klock. *de contrib. c. 20. n. 101.* & robur tantùm negocio priori addit, nullatenus verò naturam ejus alterat aut imminuit, Geil. *2. obſ. 1. n. 8.* Bald. *in l. adverſus. 3. n. 3. C. ſi adverſ. rem Judic.* Non obſtat, quòd privilegia maximè Imperialia contra concedentem quàm pleniſſimè interpretanda ſint, *l. 3. de conſtit. princ.* Nec enim talis fieri debet interpretatio, ut natura rei ſubjectæ alteretur, diverſa autem inter ſe ſunt, oppignorationem factam ab anteceſſore confirmare, & eandem à reluitione immunem reddere; Licèt enim hoc fieri poſſit ex conventione partium, ut & in rebus Imperii privilegio Cæſareo, accedente EE. conſenſu, ſoli tamen & nudæ confirmationi non ineſt, *Lym. ad cap. Carol. V. a. 4. verbo*, Pfandſchafften. *pag. 151. Facit Inſtrum. pac. Oſnab. a. 5. §. 9.*

QUÆST. IV. *An confirmatio Privilegiorum fieri poſſit ab Electo nondum conſecrato?* 8

Id prima fronte videbatur negandum. I. Quia cauſa imperfecta non poteſt producere effectum perfectum, imperfectum autem eſt, cui aliqua particula deeſt, *l. cum aliter ad Syllan.* at Electo ad perfectionem deeſt Coronatio, nam Imperator in coronatione oriri dicitur, *l. omnes. 7. u. noſtris etiam diebus C. de Feriis. ibi. vel ortus Imperij, id eſt, ſecundùm Accurſ. quando coronatus eſt.* Ergo non poteſt exercere quæ ſunt dignitatis & majeſtatis Imperialis, qualis eſt confirmatio privilegiorum, *t. 1. C. de imm. nem. conced. lib. 10. l. un. C. de his, qui vac. accep. lib. 10.* Verùm cùm ex verbis A. B. conſtet, quòd ſola Electione Imp. conſtituatur; *Hoſtienſ. in c. ſuper quibuſdam. de V. S. Sixtin. 1. de regal. c. 4. n. 14.* Reinck. *de reg. ſec. lib. 1. claſ. 3. c. 7. n. 1. &c.* Non eſt mirum, quòd privilegia ſtatim confirmare poſſit. Confirm. II. argt. à minori ad majus. Rex Rom. Electus principatum ad Imperium devolutum alteri concedere poteſt, *text. in cap. 7. A. B. §. ſi verè aliquis.* Ergò multò magis privilegia confirmare, eò quòd confirmans nihil novi det, ut ille; Unde videmus, quòd etſi minor

Feudi novi conſtituendi poteſtatem non habeat, *arg. l. 8. C. de Nupt.* vetus tamen Feudum ſine Curatore renovare poſſit. III. Electio idem tribuit Electo in Imperio, quod ſucceſſio ſucceſſori in aliis regnis, qui ad regnandum natus eſt, is eveniente caſu ſucceſſionis nomen & rem Regis uſurpat ante coronationem, ergo etiam Electus Rom. Rex. Sunt enim coronationes tantùm ceremoniæ & teſtimonia, quibus pateſit eos legitimè ſuccedere & pro legitimis regibus eſſe habendos. *Arum. diſ. 2. ad A. B. Th. 22.*
9 † Quàm vana ſit eorum ſententia, qui putant, eum qui diſcordi electione Francofurtum obſidet, & intra certum tempus non repellitur pro Imperatore habendum, & hoc facto electionem ejus roborari, tradit Freh. *ad Pet. de Andl. 2. cap. 2. fol. 166. & Beſold. in Theſaur. verbo* Franckreich. & ſupra monitum eſt. † Demum 10
acclamationes fieri ſolent alio, quàm olim malè frequentato more, quo in triumpho milites, & abjectiſſimi homines triumphalem currum ſequentes convitiis triumphantem onerabant, ne proſperâ fortunâ plus æquo inſoleſceret, ſic triumphante Cæſare milites dixerunt: Gallias ſubegit Cæſar, Nicomedes Cæſarem. Item: Romani, ſervate uxores, Mæchum Calvum nobis adduximus. *Chaſſan. in cat. gl. m. 1. p. con. 36.* Vitidium quoque Baſſum Parthico triumpho ſecuti decantarunt: Qui mulos fricabat, factus eſt Conſul.

CAPUT IX.

De Capitulatione Cæſarea.

SUMMARIA.

1. *Capitulatio cur fiat?*
2. *Capitulatio an rectè Cæſari præſcribatur?*
3. *Capitulationis aliqua forma in ſacris literis uſitata.*
4. *Capitulatio Regis Sueciæ.*
5. *Capitulationis Origo.*
6. *Rom. Regi an Capitulatio fiat?*
7. *Capitulationem an Electus jurare debeat?*
8. *Capitulatio non derogat abſolutæ poteſtati.*
9. *Capitulatio non lædit Majeſtatem.*
10. *Capitulatio an ſtrictè ſervanda?*
11. *Neceſſitatis effectus.*
12. *Capitulatio à quibus facienda?*
13. *Capitulare & eligere ſunt diverſa.*
14. *Capitulat. effectus.*

3 Quia in Imp. Rom. Electo non niſi certis conditionibus adminiſtratio concedi ſolet, ut Monarchia cum Ariſtocratia temperetur, eumque in finem Capitulatio concipitur quam Imp. ſe ſervaturum Jurej. promittit & ſubſcribit, hoc loco dubitari poſſet.

QUÆST. I. *An rectè Electo Capitulatio præſcribatur;*
2 *& per eandem poteſtas ipſius cancellis includi poſſit?*

Quamvis A. B. Carol IV. capitulationis nullam mentionem faciat, inde tamen rectè inferri non poteſt, eam Electo non eſſe proponendam; argumentum enim ab authoritate negativa juxtà ſcholam ſaniorum Philoſophorum non ſtringit, nec potuerunt omnia incidentia lege Carolina comprehendi, *l. non poſſunt. 12. ff. de ll.* Rurſus licet à temporibus Carol. IV. uſque ad Carol. V. nulla extet Capitulatio, tamen noſtra ignorantia veritati non præjudicat, cùm in archivo Moguntino ſine dubio extent; Licèt fortè olim alio nomine appellari conſueverint, origine ducta à lege Regia *l. 1. de Conſt. princ.* per quam, ut olim populus Rom. in principem, ita per has capitulationes proceres in Imperatorem omnem authoritatem, poteſtatem, jus & Juriſdictionem transferunt, quæ primis temporibus ubi abſolutæ poteſtatis appetitus vel nondum adoleverat, vel nondum publica ſpecimina dederat. Capitulationis articuli & Juramenti paucis conſtabant punctis, quæ poſteà paulatim aucta, ut hodie quinquageſimum numerum ſuperent: Ad hæc quia Carol. IV. intentio præcipua fuit per A. B. unitati inter Electores ipſos maximè conſulere, nil de Capitulatione in ea meminit, quæ ad concordiam inter Imp. EE. & Status, caput & membra inſtituitur. Hanc Electionis ſequelam eſſe ait Lim. *ad cap. Carol. V. ſect. 7.* & Electo iſta conditio imponitur, ut ad adminiſtrationem accedat, ſi conditiones ſibi præſcriptas ſe ſervaturum promiſerit juramento perſonali præſtito: In tantum ut licèt Imperatoris Electi mandatarius electionem ratam habere poſſit, ipſe tamen perſonaliter ad obſervationem Capitulationis ſe obligare ſoleat, cujus contenta.

tenta tradit Lim. *in proleg. ad capit. ſect. 7. in fin.*
3 † Nunc ad Q. redeundo uſum Capitulationum etiam in S. Scriptura cognitum fuiſſe conſtat, & vocatur in S. paginâ fœdus cum populo. Sic David, cùm ungeretur, dicitur fœdus percuſſiſſe cum ſenioribus populi. *1. Reg. 12. v. 8. 2. Reg. 5. v. 11. 2. Paral. 23. v. 16.* & nulla unquam gens tam barbara fuit & ſtupida, quæ non Regem ad fidem & tutelam Regni jurandam in inauguratione adegerit, *ita Hotom. de Feud. c. 29.* Et ita in Hiſp. Gall. Anglia, Boh. Suecia, item apud Venetos uſurpari tradit
4 Reinck. *de reg. ſec. lib. 1. claſ. 3. c. 9.* † De Capitulatione Regis Sueciæ V. Comment, Henrici Soteri in Suecia *p. 81.* de Capitulationibus Pontificum ſuprad. Non obeſt. Quod à Deo conſtitutum & probatum eſt, ab homine limitari non poteſt, cùm inferior non poſſit derogare legi ſuperioris, & divinâ providentiâ conſtituta immutabilia ſint, §. *Sed naturalia. de I. nat.* Sed ampliſſima Cæſaris Regiſque poteſtas à Deo conſtituta & probata eſt, *Samuel. 8. v. 11. & apud Matth. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari &c.* ergo Capitulationibus non poteſt conſtringi. R. In priore textu tantùm Jura Tyranni deſcribi, quæ nec à Deo data nec à Samuele approbata ſunt, ſed populo tanquam abuſus propoſita, ut à regio regimine, cui ſubeſſe deſiderabat, deterreretur: Sic enim inter cetera refertur: Agros & vineas veſtras anferet, *v. 14.* quod tamen non licuiſſe Achabo conſtat *ex 1. reg. 21.* Inſtab. *lib. 1. Samuel c. 10. v. 25.* Samuel iſta Jura regni dixit populo, & ante Deum ſcripta poſuit. R. Non illam irregularem licentiam ſed verum Jus regis exhibuiſſe, quod etiam apud Matth. probatur. R. II. Reges illud Jus laceraſſe ut refert Bodin. *1. de rep. c. 10. pag. 235. Lim. ad capit. Carol. V. in proleg. ſect. 2.* Reſp. III. Etſi populo Iſraelitico ob peccatum talis lex fuiſſet poſita nihil nobis obſtare, quos leges forenſes, Judæorum non obligant, nec noxa aliena in conſortium trahere poteſt *l. ſancimus. 22. C. de Pæn.*
5 Quæst. II. *Quando originē habuerit Capitulatio?*

Etſi in antiquis originem invenire perdifficile, probabile tamen eſt, cum Imperii Germanici ortu originem rei ipſius (quicquid ſit de nomine) cæpiſſe, & ſucceſſu temporis incrementum accepiſſe, poſterioribus autem ſæculis magis cultam ſub turbulento Henrici IV. Imperio, *Lim. lib. 1. c. 4. n. 17.* Non obſtat, quòd Carol. M. ſub quo Imp. germanicum cæpit, veriſimiliter non fuerit paſſurus ſibi ſuisque poſteris leges imperandi præſcribi. Reſp. Imò hoc probabile eſſe, cum hoc permiſiſſe, cùm Civium Germanorum ſanguine laboribus & periculis ad Imperium pervenerit, unde etiam ſua conſilia cum Imperii proceribus in Comitiis ſemper communicâſſe legitur, *add. infr. q. 6. in fin.*

Quæst. III. *An etiam Regi Rom. Electo Capitulatio præſcribatur ante Coronationem, qui vivo Imperatore electus eſt?* 6

Reſp. Licèt Ferd. I. vivente Carol. V. electus An. 1531. juramentum præſtiterit, Capitulatio tamen ei propoſita fuit, poſtquam Carol. V. ſe Imperio abdicavit An 1558. Maximilianus tamen II. Rudolph. II. Ferdin. III. ipſis Impp. adhuc viventibus Capitulatione adſtricti fuerunt, ut proinde res hæc ab arbitrio EE. dependere videatur, *Lim. in proleg. ad Cap. Carol. V. ſect. 5.*

Quæst. IV. *An Electus in Capitulat. ſive articulos propoſitos jurare teneatur?* 7

Reſp. Cùm Capitulatio ſit inſtar contractus præter EE. præſcriptum etiam acceptationem Electi & promiſſionem, adeòque utriuſque conſenſum requirit, ut innuunt verba initialia Capitulationis, ibi. **Geding und Pactweiß vereinigt / vertragen / angenommen / bewilligt und zugeſagt.** Unde in arbitrio Electi eſt, an Capitulationem acceptare, an de mitigatione vel remiſſione unius ac alterius articuli agere, aut oblatum hiſce conditionibus Imperium repudiare velit, *Lim. in annot. ad cap. Maxim. II.* Sic contra Carol. IV. electum An. 1346. alii elegerunt Eduardum Regem Angliæ, ſed is renuit acceptare, ut & Fridericus Marchio Meisnenſis, Friderici Admorſi Filius, Ludovici Bavari gener electus repudiavit. Licèt enim per electionē habeat Electus aliquale in re Jus, tamen plenum conſequitur priùs prævià confirmatiōe privilegiorū, promiſſione Capitulationis, proclamatione &c.

Quæst. V. *An Capitulatio abſoluta poteſtati contrarietur?* 8

Neg. Licèt enim abſoluta poteſtas Capitulationis articulis limitetur, caſib⁹ in capitulatione comprehenſis, in reliquis tamen non limitatis cauſis manet ſalva. *Vaſq. Ill. cont. 1. c. 26.* Schütz. *vol. 1. diſp. 4. th. 1. lit. f.* quod enim non mutatur, cur ſtare prohibeatur? *l. præcipimus. in fin. C. de appell.*

Quæst. VI. *An Majeſtatem lædit Capitulatio?* 9

Negativ. tuetur Lim. *de J. pub. lib. 2. c. 12. n. 37. & in proleg. ad Capit. Carol. V. ſect. 8. n. 22.* Grot. *de Jure*

de Jure pac. & bell. lib. 1. c. 3. n. 16. Idque ſimilitudine patrisf. Lim. declarat, qui ſi quid ſuæ familiæ permiſit, quod ad familiæ gubernationem meliorem pertinet, non per hoc deſinit, in ſuâ familiâ ſummum Jus, quantum familia fert, habere, nec deſinit eſſe paterf. Prout nec maritus ſua poteſtate maritali privatur, eò quòd uxori ſuæ aliquid permiſerit. Et ſicut ſuâ ſuperioritate non cadit princeps, quòd obedientiam præſtet ll. divinis, ita etiam ſi ll. fundamentalibus ſubjiciatur; cùm ſuperioritate uti debeat in ea forma, iiſque conditionibus, quibus conſtituta fuit. Eſt autem majeſtas in omni rep. talis, qualem reſp. ei confert, quem ad Imperium evehit, & pro diverſitate regnorum & regionum alia major eſt, alia minor, ſicut juga montium non omnia ſunt æqualia, ſingulorum tamen apex ſummus eſt. Nec enim majeſtas naturæ opus eſt, ſed hominum; nec tale, quod omnium conſenſu uniformiter ſit conſtitutum, ut ejus perpetua & una ubique forma ſit & facies, ſed ab arbitrio cujúsque reip. dependet. *Cluten. in diſp. pol. de Comit. Imp. conc. 70. contra Bodin. 1. de rep. c. 8. n 87. Arnis. de Jure maj. lib. 1. cap. 5.* ſicut itaque libertas naturalis manet, licèt quis Jure aliquid facere impediatur, *§. 1. de Jure perſon.* ita majeſtas durat legum vinculis conſtricta; Et ſicut libertas alia major eſt, alia minor. *§. fin. de libert.* ita etiam majeſtas gradus recipit. Sic ante annos plus quàm mille Imp. Anaſtaſius Juſtini & Juſtiniani anteceſſor, priusquam coronaretur, Jurej. præter alia promiſit, ſe dum imperaret, nullum novum dogma in Eccleſiam introducturum, ſed decreta Concilii Chalcedonenſis rata habiturum, quamvis id in promovendo Eutychianiſmo parum ſanctè obſervârit, ut ex probatis ſcriptoribus refert Reinck. *de Reg. ſec. lib. 1. claſ. 3. c. 9. n 7.*

10 QUÆST. VII. *An Capitulatio adeò ſtrictè ſervanda ſit, ut nec in caſu neceſſitatis ob moræ periculum ab ea Imp. recedere poſſit?*

Pro licentiâ ſtetit Maximil. Imp. in Comitiis Wormatienſibus An. 1505. & Ferd. II. in conventu Electorali Anno 1630. Ratisbonæ habito, hincque ſententiam ſuſtinuit & in eâ perſtitit, ut mandatum ejus ſub dat. Viennæ 14. Maji An. 1631. ad Status Aug. Confeſs. Lipſiæ congregatos teſta-

11 tur, quam fulciunt ſequentes rationes. † I. Sumitur ex *l. 1. in fin. de Exercit. act.* Ubi locus & tempus non patitur plenius deliberandi conſilium, à regulis Juris communis recedi poteſt, ut & ll. alias receditur, quando periculum eſt in mora. *l. 5. §. 2. de nov. op. nunc. l. 1. de damn. inf. l. 3. C. de Feriis. Gail. 1. obſ 102. n. 6.* III. Ratione utilitatis communis multa contra Juris communis regulas recepta ſunt, *l. 51. §. 2. ad l. aquil. Gail. 2. obſ. 56. n. 4.* Sic cauſa neceſſitatis ſpernitur obedientia, *c. 2. de obſ. jejun.* in cauſa neceſſitatis alienatio fideicommiſſi conceſſa eſt, *l. filiusf. §. diur. de Leg. 1. l. cùm fid. ii. de Fideic. libert.* idem in dote conſtitutum, *l. quamvis cum ſeq. Sol. matrim.* In cauſa neceſſitatis adulterium vel fornicatio à muliere commiſſa non eſt Jure Civili punibilis, *l. palam. §. 5. de rit. nupt. Peckius ad c. peccatum, de R. I. in 6.* Et ſecundùm alios neceſſitas omnia illicita ferè facit licita, quamvis id in foro poli non admittatur. IV. Neceſſitas non habet legem; *Gail. de p. p. lib. 2. c. 2. n. 1.* V. elicitur ex *l. quod favore. de ll.* Capitulatio enim favore Imperii & boni publici inducta eſt, ut proinde non ſit ita amplianda, ut tendat in ejus damnum & odium. VI. Juramentum intelligitur rebus in eodem Statu manentibus, *c. quemadmodum. 25. X. de Jurej. l. fin. qui ſatisd. cog. Gail. 2. obſ. 13. n. 9.* adeóque ex cauſa de novo ſuperveniente ab eo ſine perjurii nota recedere licet, *d. c. 25.* VII. Juramentum non extenditur ad incognita, *Tiraq. in praef. l. 8. C. de revoc. don. n. 170.* VIII. uti pactum, ita Capitulatio obſcura & ambigua interpretanda eſt contra eum, in cujus poteſtate fuit legem apertiùs conſcribere, & ſic contra ipſos EE. qui eam confecerunt; *l. Veteribus de Pact. l. Laico 21. de Contr. Empt.* IX. Prioribus accedit, quòd licet hominis liberi venditio ſit vetita, *§. fin. de Contr. Empt.* Pater tamen in caſu neceſſitatis filium vendere poſſit, *l. fin. C. de patrib. qui fil. diſtrax.* X. Pro neceſſaria defenſione homicidium aliàs vetitum permittitur tam in foro poli, quàm fori, ſi factum ſit cum moderamine inculpatæ tutelæ; *l. 3. de Juſt. & I. l. 45. §. 4. ad l. aquil. Clem. unic. de Homicid.* XI. In neceſſitate famis licèt furari eſculenta, *c. ſi quis propter neceſſitatem. X. de Furt. Conſt. Carol.* Vom Stehlen in Hungers-Noth. Econtra pro ſtrictâ obſervatione Capitulationis ſtetit Saxo in literis ad Moguntinum datis 23. Febr. Anno 1623. ſeqq. motivis.

motivis. I. Quod non eſt datum, cenſetur reſervatum, *Vaſq. 1. Cont. c. 47. n. 13.* II. Verba Juramenti ſunt ſtrictè capienda, *cap. 8. X. de Jurej.* III. Pacta quoque ſunt ſtricti Juris, *l. quisquis 99. de V. O.* IV. Cùm inter Imperatorem & Imperium contractus mandati ratione adminiſtrationis cenſeatur initus, mandati fines ſtrictè cuſtodiendi ſunt, *l. diligenter 5. in princ. Mand.* maximè in publicis, *facit l. deſertorem. 3. §. in bello. 15. de re militar.* quæ & ſimilia ab EE. eorumque legatis Imperatori Anno 1630. in conventu Electorali Ratisbonæ inſinuata fuerunt, ut & à Statibus Auguſt. Conf. Lipſiæ congregatis Anno 1631. 18. Martij, *Lim. in cap. proleg. ſect. 8. n. 33.* Accedit, quòd Principis Regimen, quantùm fieri poteſt, divino regimini conformari debeat: At Deus; qui eſt caput omnium Principatuum & Rex regum, *ad Coloſſ. 2. v. 10. Apocal. 17. v. 14.* fœdus, quòd cum Eccleſia percuſſit & juravit, ſervat, *Geneſ. 22. v. 16. Eſaia 62. v. 8.* ſi itaque is cujus majeſtas eſt ineffabilis id fecit & ſervat, nec per hoc majeſtas ejus violatur, cur pactum violabit Princeps terrenus, maximè cùm publicè utile ſit pacta ſervari? *l. 1. d. pact.* pro ſalute autem publica Princeps multas inſomnes trahat noctes, *Nov. 8. in præf.* ſive diu noctúque ſuis conſiliis & laboribus excubet, *l. fin. C. de quadrien. præſc.* Ad rationes prioris ſententiæ ſic reſpondent. Ad I. aliam eſſe conditionem privati hominis, qui liberam habet rerum ſuarum adminiſtrationem, eámque alteri conferre poteſt pleno Jure, *l. 21. C. Mand.* Cui etiam re ſuâ abuti licet, *l. 25. §. 11. de her. pet.* Alia ſors eſt Imperatoris & EE. nec enim hi ita liberam poteſtatem concedunt, nec ille accipit; Et ſi neceſſitas conſilium requirit moræ longioris impatiens, via compendioſa EE. conſenſum exquirere poteſt Imperator, ſi omnium Statuum conſenſum expectare temporis anguſtiis impeditur. Et ita reſpondent ad II. ſubeſſe ſcil. remedium conſulendi EE. Ad III. & IV. re. ſi generaliter accipiantur & crudè, non eſſe vera; nec enim neceſſitas omnia illicita facit licita; ſed tunc, quando adeſt authoritas ex neceſſitate id permittens. Nec etiam facit neceſſitas ex principe & adminiſtratore reip. dominum Reip. Nec in Monarchia cum Ariſtocratia mixtâ, ſoli capiti permittendum judicium de cauſa neceſſitatis, an ea verè ſubſit, omnibus aliis excluſis, hoc enim prætextu omnes exceſſus velari, & via ad puram Monarchiam, quin & Tyrannidem facilè aperiri poſſet; Et uti publicæ utilitatis cauſâ aliqua permittuntur aliàs illicita, ita ejus cauſâ multa prohibentur aliàs conceſſa, *l. 2. C. de Commerc. l. 1. & 2. C. quæ res export. non deb.* ubi autem ex utroque latere ſubeſt utilitas publica, major vincit minorem, & minor majori cedit; magis autem utile eſt, ut Capitulatio ſtricte ſervetur, & ita patet reſponſio ad quintum. Ad VI. & VII. quicquid ſit in juramentis & pactis privatorum, quorum interpretatio à Jure privato dependet, jurisjurandi huju. Capitulationi annexi ab ipſis legum fundamentalium conditoribus interpretatio dependet, *argt. l. 1. C. de ll.* qui obligationem inde natam præciſam eſſe ajunt, etiam caſu neceſſitatis ſervandam, de quo etiam tempore Capitulationis cogitatum cenſetur, ſi non in ſpecie ſaltem in genere, nec ſolùm de ordinariis ſed etiam fortuitis & inopinatis. VIII. dicunt Capitulationem nec obſcuram eſſe nec dubiam, & ſi naſcatur ambiguitas interpretationem ad Collegium EE. ſpectare, *d. l. 1. C. de ll.* Ad IX. patet reſponſio ex dd. ſup.

Quæst. VIII. *Ad quos ſpectet Capitulationem facere?* 12

Licèt ad concipiendum & examinandam Capit. hactenus tantùm Electores excluſo Rege Bohemiæ (qui Electioni non aliis Electoralibus nec Imperii conventibus intereſt) excluſis etiam Statibus vocari conſueverint, quibus hoc tanquam appendix Juris eligendi adhærere cenſeatur; Tamen poſt mortem Rudolphi II. hæc res à Statibus ad animum revocata fuit, & noviſſimâ Pacificatione concluſum de certa conſtantique Capitulatione Statuum conſenſu agi & ſtatui debere. *Inſtr. pac. Cæſ. Suec. a. 8. §. gaudeant. v. habeantur.* Eò quòd in arduis aſſumendi ſint Status in partem curarum.
† Item quòd aliud ſit eligere Imperatorem & aliud 13
Electo Capitulationem præſcribere, illud EE. per A.B. competat, ut & per Inſtrumentum noviſſimæ pacificationis; In hoc etiam Statuum Intereſſe notabiliter verſetur. *Textor de rat. ſtat. Germ. c. 18. not. ad Monzamb. p. 371. Inſt. pacis Cæſ. Suec. a. 8. v. Habeantur.*

Verùm cùm de ſufficienti prudentia EE. in eligendo Imp. non dubitetur, cur de prudentia in Capitulationibus concipiendis iis diffidendum? Et ſi

ſemper

ſemper EE. tempore inſtituendæ electionis, omnium Statuum ſentimentum, ſuper Capitulatione formandâ inquirere neceſſe haberent, quæ non dilationum & litium oriretur occaſio? Sin autem prætereantur, omnino, quæ non altercationes novorúmque gravaminum & proteſtationum inde reſultaret materia, Statibus de ſuo contemptu conquerentibus, & Electo ex hoc capite ſtatus quæſtionem moventibus? Quæ omnia in Elect. Ferd. IV. Rom. Regis fel. recordationis conſiderantes EE. ratione Capitulationis, aliis Imperii membris ſe inſinuârunt, cum reſervatione tamen Juris ſibi hac in rę competentis, & hoc modo Inſtrumento Pacificationis Osnabrugenſis ſatisfactum eſt. Pro conſervatione inſuper Juris ſui, ne videretur Electio & Capitulatio neceſſariò facienda in generalibus Comitiis, EE. Ratisbonâ Auguſtam conceſſerunt, néve Capitulationi alii Status ſuis monitis ſe immiſcerent, & hoc pro exemplo futuris temporibus allegarent: Neceſſario ſcil. Imper. durantibus comitiis eligi & Capitulationibus adſtringi debere, ut in Polonia receptum; & ibidem Electus Rex eas ſe ſervaturum more recepto promittit.

14 QUÆST. IX. *Quis ſit Capitulationum effectus?*

℞. Eſſe varios, & quidem præcipuè I. Actus ab Imp. contra Capitulationem geſtus, nullus eſt. *l. non dubium.* 5. *C. de ll. junct. l.* 55. *de leg.* 1. II. Talis actus non eſt producendus in conſequentiam *juxt. Capit. Ferd. a.* 14. III. Status non tenentur ad ſubſidium, Imperator ſine ipſis bellum contra Capitulationem ſuſcepit. IV. Si enormitas facti ita exigat Imperator deponi poteſt, *argt. l. qui fidem de Transact. Reinck. de reg. ſec. lib.* 1. *claſ.* 2. *c.* 2. *n.* 85. Nec obſtat quòd de his in Capitulatione nulla fiat mentio. Reſp. Tacitè comprehendi, & vi contractus ineſſe; ſicut enim Imp. non fuiſſet admiſſus ad Imperium, dicens ſe eas Capitulationes non ſervaturum, ita idem dicendum, ſi poſtquam promiſit, mutatâ ſuâ mente eas non ſervet. *l. ſi quis* 41. *C. de Transact.* Quia autem lex erubeſcit caſtigatores patrum filios conſtituere. *No.* 22. *c.* 2. Imperator autem ſubditos nepòtes & filios habet, ideo EE. hos effectus & pœnas contraventionis Capitulationi expreſsè inſerere noluerunt. *Lim. in proleg. Cap. ſect.* 10. *n.* 8. Demum quæ Capitulationes Electo Regi & Imp. ab EE. proponi ſoleant & propoſitæ ſint, Carol. V. Ferdin. I. Maximil. II. Rudolpho II. Ferdin. II. & III. oſtendit editis ad easdem annotamentis Limnæi ſpecialis tractatus. Schütz, *vol.* 1. *diſp.* 4. *per tot.* Reinck. *de reg. ſec. claſ.* 3. *c.* 9 ad quos amatæ brevitatis gratiâ cupidus lector remittitur. Cum quibus in ſubſtantialibus conveniunt Capitul. Ferdin. IV. Auguſt. ſub dat. 2. Junii Anno 1653. & noviſſ. Imp. Leopoldi Francofurti Anno 1658.

CAPUT X.

De Coronatione Cæſarea.

SUMMARIA.

1. *Coronatio ſequitur Electionem.*
2. *Coronatio Papæ qualis?*
3. *Coronatio an ſit de neceſſitate?*
4. *Coronationis locus pro electo Imperatore.*
5. *Electi in diſcordia locis diverſis.*
6. *Coronandi jus cui competat Aquisgrani?*
7. *Coronatio aliquando Moguntino competit.*
8. *Conſecratio à quo fiat, non multùm intereſt.*
9. *Colonienſis E. ſi non ſit conſecratus, quis Imper. conſecret?*
10. *Colonienſis & Moguntini controverſia circa Coronationem.*
11. *Jura pro E. Moguntino facientia.*
12. *Jura pro Electore Colon. militantia.*
13. *Transactio circa jus conſecrandi.* [*tur?*
14. *Juramentum an ante conſecrationem rectè exiga-*
15. *Poſt Juramentum præſtitum, cur prius de fide præſtanda interrogentur?*
16. *Jurandi forma.*
17. *Conſecrationis ceremonia in ſpecie de Unctione etiam olim in vetere Lege ſolita.*
18. *Galliæ Rex inungitur oleo.*
19. *Henricus IV. unctus oleo S. Martini.*
20. *Angliæ Regis unctio.*
21. *Diaconi more cur Imperator veſtiatur?*
22. *Coloniæ Comites in Cathedrali etiam minore ætate cantant Epiſtolam.*
23. *Sigismundus Imper. cantat Evangelium.*

24. Cur

24. *Cur Diaconali veſte induto Imperatori gladius traditur?*
25. *Annulus quid denotet?*
26. *Sceptrum quid ſignificet?*
27. *Corona quid?*
28. *Corona duplex aperta & clauſa.*
29. *Corona an ferrea ſit?*
30. *Coronatio Imp. triplex.*
31. *Romanus Rex & Imp. diverſa.*
32 *Coronationem conſequentes actus, acclamationes, convivia, & ſparſio miſſilium, &c.*
33. *EE. officium in menſa.*
34. *Electoru abſentis officium quis exerceat.*
35. *Reſignatio Imperialis.*
36. *Succia Regina reſignatio.*

1 ELectioni factæ accedit, eámq; conſequitur Inauguratio ſeu Conſecratio, quæ eſt congeries aliqua actuum ſolennium; & Unctione, Inſignium traditione, & Juramenti depoſitione perficitur, ut authoritas Electo cumuletur, & perſona omnibus nota & ſacra fiat.
2 † Sic & Pontifex electus coronari ſolet, & ante Coronationem dici ſolet congregatio Cardinalium, poſtea Conſiſtorium, dicitur tamen Papa aſſumptus etiam ante conſecrationem, Chock. *in proœm. Reg. Cancell. n. 4. arg. c. 1. diſt. 23.* & electus ſtatim adminiſtrat. *c. licet. de Elect.* & nocte electus Papa ſtatim ſignat ſupplicas. Sicut autem Papa adminiſtrat etiam ante conſecrationem, ita idem procedit in Imperatore. Burg. *lib. 2. pag. 83.* nam Papæ, & Imperatoris faſtigia non magnitudine, ſed materia differunt à ſolo Deo, utriq; credita, *c. ſi Imperator ubi gloſſ. dict. 96. c. duo ſunt eadem. c. quoniam diſt. 10. Burg. d. loco.* quòd autem Epiſcopi non conſequantur Jurisdictionem ſine Confirmatione, nec ea, quæ ſunt Ordinis ſine Conſecratione, *t. t. X. de confirm. c. noſtr. X. de Elect.* id fit quia dependent in ſpiritualibus à Papa, in temporalibus à Cæſare, ideo à ſuis ſuperioribus poteſtatem conſequuntur, ut autem Papa ita & Cæſares omnem poteſtatem habent à DEO, nec proinde etiam obſtat quòd tutor confirmandus ſit, *tit. de conf. tut.* ſed Imperator eſt tutor Eccleſiæ *c. venerabilis. de Elect.* ℞. ut ante, Tutores aliis ſubeſſe non verò Imperatorem, confirmans enim in confirmandum exercet actum Imperii, quod in Imp. nemò habet; Burg, *lib. 3. pag. 156.*

3 QUÆST. I. *An Coronatio ſit de neceſſitate Electi Imperatoris?*

℞. Cum poſt electionem mediante commiſſione per EE. fienda ipſo Jure plenum adminiſtrandi jus & dignitatem Imperialem conſequatur Electus, *ut ſup. de ex A.B. c. 2. §. Et quia.* & ſtatim nomen Regis obtineat ante coronationem, *Arum. ad A. B. diſc. 2. concl. 20.* omnia poſſit, quæ Imperator ut legitimare, &c. *Forſter. lib. 6. de ſuc. ab int. c. 34. n. 29.* Sequitur, quòd coronatio ſubſequens tantùm ſit ſolennitas accidentalis: Et licèt olim triplex Coronatio recepta fuerit, I. Aquisgrani, II. Modetiæ in ducatu Mediolanenſi, III. Romæ à Pontifice, præ aliis tamen hodie Germanica frequentatur, poſteriores autem à longo tempore omiſſæ fuère: Rudolphus enim I. Italiam nunquam vidit, nec Maximil. I. nec Rudolph. II. Matthias, Ferd. III. aliàm quàm Germanicam Coronationem ſuſcepit, quam maximè exigit A. B. *c. 28. §. fin. Capitul. Carol. V. a. 3. Ferd. II. a. 37. Ferdin. III. a. 39. Ferdin. IV. n. 37. Leopold. a. 37.*

QUÆST. II. *Quid de Coronationis loco?* 4

℞. Ex *A. B. preſcript. in c. 28. §. ſancimus.* Expedienda eſt Aquisgrani ob memoriam & juſſum Carol. M. hinc cùm Carol. V. moneretur, ut alium locum ſuæ coronationi præfigeret ob graſſantem aliquam Aquisgrani peſtem, renuit, dicens ſe non poſſe temerè A. B. & legem majorum mutare. Et hîc itáque Caroli M. filius Ludovicus Pius inaugurari voluit, quod à ſubſeqq. Imp. usque ad Carol. V. religiosè obſervatum fuit. Licèt alii velint Archiepiſcopum Colon. pro ſuo arbitrio poſſe quemcunque locum ſuæ pruvinciæ Coronationi præfigere ex privilegio Rupert. Imp. Sed quantum huic tribuerit Carol. V. ex dictis patet, *add. Lim. de Jure pub. lib. 2. c. 4. n. 7.* privilegia námque cum incommodo tertii concedi non debent, incomodum autem ex hoc arbitrio accederet Civitati Aquisgrani & aliis; Quamvis Frid. III. Carol. IV. & Rupertus Dux Bavariæ Bonnæ coronatus legatur, alii Francofurti Anno 1575. Alii Ratisbonæ, ut Rudolph. II. Ferdin. III. Auguſtæ, ut Ferdin. IV. An. 1654. 18. Aug. & noviſſimè Francofurti Invictiſſ.
Leopoldus An. 1658. † Electis in diſcordia Ludovi- 5
co Bavaro, & Friderico Auſtriaco; hic non niſi 30. comitatus equitibus properavit cum Electore Colonienſi, & Rudolpho Palatino Aquisgranum occupaturus ſolium Caroli M, ſed certioratus ur-

bem teneri præſidiis inimicorum Bonnæ ſubſtitit, ibi, à Colonienſi Electore diademate cinctus: Ludovicus autem cum conjuge Aquisgrani coronatus eſt, longè ante A. B. S. Stephanus V. Papa An. 818. Ludovicum Cæſarem Rhemis conſecravit.

6 QUÆST. III. *Cui Jus coronandi competat Aquisgrani?*

Cùm Aquisgranum ſit ſub Archidiœceſi Colonienſi, ideo indubitatè ibidem coronatio expedienda eſt ab Archiepiſcopo Colon. tanquam loci Ordinario. *ex A. B. c. 4. §. primò quidem. Chaſ. in catal. gl. mund. p. 5. conſ. 27.* Prout Galliæ Regem Archiepiſcopus Remenſis, Hiſpanum Toloſanus, Anglum Cantuarienſis, Hungarum Strigonenſis, Bohemum Pragenſis, Polonum Gneſnenſis, Danum Ludenſis, Suecum Lipſonenſis, Neapolitanum Neapolitanus, & Siculum Panormitanus, Archiepiſcopi inungere & conſecrare ſolent, Bux-
7 torf. *aſſ. 46.* † Ac licèt antiquitus in Imp. Romano Jus hoc Moguntino competierit, cumque in coronatione Ottonis I. Trevirenſis & Colonienſis eam dignitatem uſurpare vellent, præ Moguntino Adelberto tamen non modò tunc, ſed etiam poſteà Moguntini Archiepiſcopi manſerunt in Jure coronandi: Sic Otto II. à Wilhelmo Moguntino Præſule, Otto III. à Willigiſo, Henricus II. ab eodem, Conradus II. ab Aribone; omnibus Moguntinis Archiepiſcopis coronati fuêre; uti etiam Pipinum Regem Francorum manu S. Bonifacii Archiepiſc. Moguntini in civitate Sueſſionis cum regina Petradene An. 752. unctum fuiſſe ex annalibus antiquis allegavit Eminentiſſ. Elect. Moguntinus Joan. Philippus in ſupplicia S. Cæſ. Maj. An. 1653. exhibita. Ubi addit, licèt Henricus III. Aquisgrani à Colon. Archiepiſcopo Peregrino conſecratus ſit, id tamen non Jure proprio, ſed cum conſenſu Moguntini ob reſpectum loci & diœceſis, factum contendit. Prout & Rudolph. Bavarus contra Henricum IV. Moguntinæ conſecratus à Sigefrido Moguntinenſi teſte Mariano *Scot. annal. lib. 3.* qui eo tempore vixit. Poſtquam tamen Henricus III. per Arch. Colon. ipſe conſecratus, & filium ſuum Henricum IV. coronari fecit per Hermannum Colon. ut Fridericus I. per Arnoldum, Henricus VI. per Philippum, Philippus per Adolphum; Otto IV. per eundem, Rudolphus I. per Sifridum, Adolphus per eundem, Albertus per Wichboldum, Henricus VII. per Henricum & Carol. IV. vivo Ludovico per Walderamum, eoque mortuo, per Gerlacum omnes Archiepiſc. EE. Colon. uncti fuêre, ſic paulatim longâ & usque ad A. B. continuatâ conſuetudine Jus hoc Electori Colon. acquiſitum, & per A. B. confirmatum, poſtque eam continuatum eſt in Wenceslao, qui per Fridericum, Ruperto qui per eundem, Sigismundo, Alberto II. Frider. III. qui per Theodoricum, Maximil. I. qui per Henricum, Carol. V. qui per Hermannum, Ferd. I. qui per Henricum, omnes Archiepiſcos Colonienſes
conſecrati fuêre. Buxt. *ad A. B. concl. 48.* † Licèt 8
in legitimè Electo parum intereſſe putet Burgund. 1. *pag.* 14. à quo Conſecrationem accipiat: Ante verò A. B. Hildebeldus Colon. Archiepiſcopus tempore Caroli M. jus & officium Regis Romani coronandi accepit, *P. Cromb. de 3. Regib. lib. 3. c. 31. & 50. pag.* 804. quod Leo IX. Eugenius III. Adrianus & Alexander III. Papæ confirmârunt, Innocentius vero III. Adolphum Colonienſem monuit, ut jus ſuum tueretur contra Philippum Ducem Sueviæ à Tarantaſienſi Epiſcopo conſecratum Moguntiæ cum aſſenſu Capituli Moguntini.

QUÆST. IV. *Quid ſi autem E. Colon. Infulâ vel* 9
Pallio decoratus non ſit, an & tunc Conſecrationem ac Coronationem perficere poterit, aut à quo ea facienda eſt?

Hic caſus in Ferdin. Bavaro E. Col. evenit, prout & Salentinus Iſenburgicus E. Colon. Pallio caruit, & reſignato dein Archiepiſcopatu nuptias contraxit. Buxtorf. *ad A. B. c. 4. aſſ. 48. V. Bertrachinum, in tract. de Epiſc. c. fin. l. 13.* Id in tali caſu non infulato Electori negandum, ſed faciet iſto impedimento durante E. Moguntinus. Prius probatur, quia Electus Archiepiſcopus, etſi confirmatus ſit, tamen ea, quæ ſunt Ordinis, ante conſecrationem exercere nequit, *c. pallium. diſt.* 110. *c. quod ſicut.* 28. *X. de Elect. Gregor. Toloſ. lib. 15. Syntag. c.* 11. Conſecrare autem vel ungere eſt ordinis Epiſcopalis, *gl. in c. quoniam diſt.* 110. Sic Maximil. I. per Danielem Mogunt. E. 3. Novemb. Anno 1562. conſecratus, quòd Colon. Arch. Pallio careret. Rudolphum idem Daniel An. 1575. Auguſtæ coronavit. Idem Ferdin. III. per Anſelm. Caſimirum E. Mogunt. cooperante Colon. & Trevirenſe 13. Julii conſecratus eſt, Buxt. *aſ.* 48. Prout etiam An. 1630. cùm nec Anſelmus Caſimirus Mog. nec Ferdin. Colon. Archiepiſcopi eſſent conſecrati, Coronationem Auguſtæ Eleono-

ræ

ræ Philippus Chriſtophorus Trevirenſis Archiepiſ.
10 peregit, *Toloſ. lib. 11. Synt. c. 11.* † Gravior inter Mogunt. & Colon. Archiepiſc. utrumque conſecratum comitiis Ratisbonenſibus in Coronatione Ferdin. IV. orta eſt controverſia, ſcil.

QUÆST. V. *Cui hoc jus coronationis competat, ſi corona in non Aquisgrani ſed extra diœceſin Colon. facienda ſit, fortè in diœceſi Moguntina vel alio loco Imperij per Germaniam?*

Super qua quæſtione ex parte Emin. Arch. Moguntini Ratisbonæ Cæſareæ Majeſtati exhibita eſt ſuplica. 8. Julii Anno 1553. in qua latè Jus Eccleſiæ Moguntinæ deductum eſt; Cui poſtea oppoſita eſt ex parte Sereniſſ. E. Colon. brevis informatio, cur Elect. Colonienſi præ Moguntino actus Coronationis Imperialis de Jure competat, Archiepiſcopus quidem Moguntinus in poſſeſſorio manutentus eſt cum proteſtatione ac reſervat. ſed
11 punctus principalis indeciſus manſit. † Pro Moguntino E. allegata fuerunt ſequentia: I. Exempla antiquiſſima, *de qu. b. ſup. ſub. q. 3.* II. Quòd E. Moguntinus ex A.B. ſit Archi-Cancellarius per univerſam Germaniam. III. Quòd Henric. III. Aquisgrani à Colon. conſecratus ſit, id factum fuerit non Jure proprio, ſed cum conſenſu Moguntini ægrè ad hoc impetrato teſte Lambert. Schanaburgenſi Monach. Hirsfeldenſi, qui vixit Anno 1077. his verbis: Imperatoris filius coronatus eſt in Regem Aquisgrani ab Hermanno Colon. Archiep. vix & ægre ſuper hoc impetrato conſenſu Ludolphi Archiepiſcopi; ad quem propter primatum Moguntinæ Sedis, Conſecratio Regis & reliqua negociorum regni dipoſitio potiſſimùm pertinebat. Hæc ille. Unde inferebatur: Si ad eum E. M. Jure proprio pertinuit, datus conſenſus ultra ſuam cauſam & locum ex natura cauſatorum porrigi non poteſt. IV. Dux Rudolphus Suevus contra Henricum IV. electus à Sifrido Moguntino in Regem conſecratus legitur apud Marian. Scot. *ann. lib. 3.* qui tunc vixit, V. cùm poſt obitum Lotharii II. Cæſaris Carol. III. electus eſſet, licèt Coronatio Aquisgrani fieret, & Colonienſis Elector præſens ac ſacerdos eſſet: tamen Moguntinus Colonienſi non permiſerit, ſed quia Moguntinus ipſe perficere non poterat, Legato Apoſtolico Theodowino eam conceſſerit. VI. Cui accedit exemplum Ludov. Bavari & Friderici Auſtriaci Anno 1314. ante A.B. etiam per E. Mogunt.

coronatorum, &c. † Pro Elect. Colon. militant & allata ſunt ſeqq. fundamenta. I. quod A. B. Carol. IV. Anno 1356. erecta, a. 4. in Electione & Coronatione Reg. Rom. cuivis Electori certas prærogativas & inter cæteras Moguntino convocationem ad Electionem & collectionem votorum, deinde Trevirenſi E. primum votum Colonienſi verò Archiepiſcopo dignitatem, nec non officium Rom. Regi primum diadema imponendi attribuat, ut etiam March. Brandeb. quòd in celebratione Imperialis Curiæ, aquam lavandis manibus Imp. vel Regi miniſtret, primum potum Rex Bohemiæ porrigat, Saxo Mareſchalli officium exerceat. II. Quòd hæ prærogativæ oſſibus EE. adhæreant, nec dicta Bulla ad certum locum eas reſtringat. *d. c. 4. §. 3. ibi: cui competit*, ut proinde ſicut textus A. B. ſine limitatione reſtrict. aut diſtinctione loquitur; ita nec noſtrum ſit limit. reſtring. aut diſtinguere. *Vul. l. de pretio. ff. de publ. act.* Et ſi intentio fuiſſet, hoc Jus ad provinciam Colonienſem reſtringere, facilè verbulo hoc in A. B. exprimi potuiſſet, cùm intentio Carolina fuerit cuique Electori ſuas ſeſſiones & functiones ad omnes lites præſcindendas aſſignare. III. Quod mutato loco Elect. & Coronationis cæteris EE. tam Eccleſiaſticis quàm Sæcularibus Jura ex A.B. competentia ſalva maneant; Cur non eodem modo Colonienſi ſive Aquisgrani ſive alibi Coronatio expediatur, cùm omnino inconveniens videatur huic uni & ſoli mutato Coronationis loco ſuam functionem impediri, & aliorum Jura per omnia illæſa manere; Et ſicut convenit, ut in A. B. Elector Moguntinus etiam extra diœceſ. Moguntinam in Collegio Electorali primam ſeſſionem habeat, vota colligat, &c. Et alii ſuam functionem ubivis locorum exerceant, ita nec in Colon. E. erit indecens, ut Conſecrationem non tantùm in ſua Archidiœceſi, ſed ubique exerceat. Prout IV. E. Trevirenſis ſua reſervata Jura ubique exercet, & primum dat votum, ſive in Germania, ſive Gallia, ſive Italia fieret electio. V. Accedit, quòd ſecundùm Hiſtor. & Politicos Colon. Elector tempore Henrici III. Anno 1039. & ita 300. annis ante A. B. Coronationem Regis Rom. fecerit, Moguntinus autem tantùm in caſu quo Colonienſis non erat infulatus, *juxta Buxt. & alios.* VI. Quòd Moguntinus nullum actum Coronationis ſuæ allegare poſſit, quem præfecerit quando Colon. præ- 12

ſens ac qualificatus fuit, quo caſu abſentiæ vel inqualificatiouis facilè Coronatio Moguntino præ Trevirenſi E. concedi poteſt. VII. Sicut autem ex actu Trevirenſis E. coronando Ann. 1630. Eleonoram Imperatricem, quia tum tam E. Mog. quàm Col. Infulâ carebant, nullum Jus natum eſt, ita nec Moguntinus ex ejuſmodi actibus aliquid prætendere valeat. Et ita Colon. non tantùm Aquiſgrani & in ſua diœceſi, verùm etiam in aliis Imperii urbibus, ubicunque coronatio peragenda eſt, Jus hoc competere ſenſit Lim. *de I. publ. l. 2. c. 4. n. 10. poſt Ciſner. in orat. de Otton. III. & Manteneſium lib. 3. de Elect. Frid. III. pag. 98.* & alios, quos citat Petr. de Andlo. *lib. 2. c. 6. pag.* 73. Colonienſi Coronationem cis Alpes tribuit Schütz, *vel. 1. diſſ. 2. Th.* 20. dicit ſpectare ad Colon. tanquam Vicarium Imp. per Italiam. In hac gravi controverſia meum exiguum judicium ſuſpendo, donec vel deciſione Cæſareâ vel amicabili compoſitione, interventu S. R. I. Procerum ac Statuum definiatur, prout proviſionaliter hac de re aliquid reſolutum videtur vel concordatum.

13 Prout jam concordatum eſt ut coronatio in diœceſi Colonienſi ad Colonienſem Archiepiſcopum ſpectet, in Moguntina ad Moguntinum, extra utramque verò ab utroque alternativè peragatur, de qua transactione Sprenger. *in Jurisp. publ. pag.* 182. *& ſeq.* Sicque in Coronatione Invictiſſimi Imperatoris Leopoldi ſolennem miſſam celebravit Elector Colonienſis, & Cæſarem unxit, coronam verò tres EE. Eccleſiaſtici ſimul impoſuerunt ejus capiti. *Paſtor. act. publ. p. 2. pag. 55. not. Montzamb. p.* 365.

Quæst. VI. *An ante Coronationem rectè Jusjur.*
14 *exigatur ab Imp. interrogante E. Colon. & iſtis verbis reſpondente Imp. Volo, & in quantum divino ſuffultus auxilio valuero, omnia promiſſa fideliter adimplebo, ſic me Deus adjuvet.* ut refertur in not. ad Petr. de Andlo c. 6. in proceſ. coron. *quod Juramentum etiam Coronatione perfectâ repetitur?*

Affirm. Sic enim de Anaſtaſii promiſſione factâ ſuprad. *& refert Reinck. de reg. ſec. lib. 1. claſ. 3. c. 9. n. 7.* prout nec ulla gens unquam fuit, quæ non Regem ſuum ad tutelam Regni jurejurando in inauguratione adegerit: Sic in Hiſp. & Gallia Rex inaugurandus primò jurat, deinde Status ei fidem præſtant, idem de aliis oſtendit Reinck. *d. loc. n.* 22. Non obſt. quod Jure noſtro non ſit major Juramenti vis quàm nudi pacti, *l. Stichum. 95. §. naturalis, de ſolut. l. non ſolùm. §. injuriarum. in fin. de Jurej.* ad quid ergo jurat Princeps, cùm ex pacto etiam Jurato non naſcatur actio ad implendum, vel etiam contra violantem. ℞. quicquid ſit Jur. Civili, de J. Canonico majorem ejus vim eſſe. palam eſt *ex c. 1. 22. q. 1. c. cùm contingat. X. de Jurej. c. debitores. Eod. Sixtin. de regal. c. 5. n.* 105. adeòque impia & deteſtanda vox eſt, cujuscunque ea ſit, Pueros nucibus, viros Juramentis fallendos, nec melioribus notæ iſta: Si violendum Jus, regni causâ violandum. II. Quòd Deus non faciat differentiam inter ſimplicem loquelam & Juramentum. *c. Juramenti. 22. q. 5. Geil. 2. obſ. 95. n. ult. Cujac. 22. obſ. n. 7.* adeoque ſufficiat ſimplex Principis promiſſio. Reſp. Illud efficaciùs obligare. Reſp. II. Deum non facere differentiam ex parte ſuâ ſive nudè aſſerat, ſive juret. III. Quòd Principis nudum verbum multorum inſtar teſtium eſſe debeat, *c. cùm à nobis. X. de Teſtib. Mynſ. 5. obſ. 34. n. 1.* Reſp. abundantem Juramenti cautelam non nocere, *facit. l. teſtament. C. de Teſtam. l. non ſolent. de R. I.* Inſt. At Juramentum non auget obligationem, *l. fin. C. de non num pec.* Reſp. non augere extenſivè, ſed intenſivè, ut ſtipulatio auget pactum. *Duar. ad. l. 1. de pact. princ. I. de V. O.*

Quæst. VII. *Cur poſt Jurj. ab Imperatore E-* 15
lecto priùs præſtitum, tunc demum poſteà Principes interrogantur, an fidem & obſequium Electo præſtare velint?

Reſp. inde colligi & inſinuari, quòd Rex priùs obligetur Regno, & deindo ipſi ſubditi. *juxta vulg.* getreuer Herr/getreuer Knecht.

Quæst. VIII. *Quâ formâ juratur?* 16

Reſp. Id ex A. B. ſup. inſinuatum, licèt apud alios aliæ ſint jurandi formulæ receptæ, de Carinth. Ungar. &c. *V. Lim. ad cap. Carol. V. a. 30. p.* 313.

Ceremonias in conſecratione adhiberi ſolitas refert Freher. *in not. ad Petr. de Andlo. lib. 2. c. 6. pag. mihi* 168. eſt

Quæst. IX. *An neceſſariò adhibeatur unctio, cur* 17
& in qua parte corporis?

Hanc de eſſentia eſſe tradit Lim. *de I. p. lib. 2. c. 4. n.* 12. Et olim quidem ungebantur Reges oleo in

in capite, ut Papa Chriſmate, nunc autem Unctio Regum ad brachium tranſlata eſt, *c. un. de Sacr. Unct.* quia in brachio ſive humero vel armo principatus congruè deſignatur, juxta illud Eſaiæ: *Factus eſt principatus ſuper humerum ejus.* Sumſitque originem unctio ex veteri teſtamento, ubi non ſolùm ungebatur Sacerdos, ſed etiam Rex ex præcepto Dei. Sic Samuel Saulem Regem unxit, 1. *Reg. 9. in fin. Petr. de Andlo lib. 2. c. 6.* unde uncti Domini appellatio nata. Sic David à viris Judæ 2. *Reg.* 2. Salomon à Nathan, 3. *Reg.* 1. Reges inuncti fuére. Sic 3. *Reg.* 19. Deus præcepit Eliæ, ut ungeret Reges c. 1. §. 4. X. *de ſacr. unct.* At dices: nec Joſue, nec Gedeon, nec Samſon ſupremi Judices, & velut Imperatores populi Judaici inuncti ſunt. ℟. ſatis eſt; quòd poſteà uncti fuerint David, Salomon &c. Nec Melchiades, nec Sylveſter aut alius ſacerdos Conſtantinum M. unxiſſe legitur, ſeqq. tamen temporibus non fuit neglectum, & notanter cum Coronatione Ludovici Bavari etiam Auguſta coronata fuit, quæ brevi poſt peperit filium, qui Ludovicus Romanus dictus eſt, *Burgund. hiſt. Bav. lib. 2. pag. 106.*

18 Prout & Reges Galliæ Remis coronandi ab Epiſcopo unguntur Chriſmate, quod S. Remigio, Regem Clodovæum baptizante (cum Clericus à populo interceptus ad fontem ferre nequiret) columba nive candidior cum ampulla attulit, & baptizatus eſt Rex cum 3000. militibus, moxque columba diſparuit. Obiit S. Remigius Anno 545. Clodovæus autem ab eo converſus origine Germanus fuit, cui Baptizato hæc verba dixit S. Remigius:

Mitis depone colla Sicambri.

19 *Bucell. in annal. Germ. pag.* 22. ✝ Quo oleo Reges Franciæ hactenus inuncti fuerunt excepto Henrico IV. qui, cùm urbe Remenſi vi hoſtium excluderetur, nec oleum S. Remigii habere poſſet, unctus fuit Carnuti oleo S. Martini ab illius loci Epiſcopo Ann. 1594. 27. Februar. præſentibus è Regio ſanguine tot Principibus, quot per bella interesse poterant. Dicta autem ampulla S. Remigii hoc dicitur habere mirum, quòd quando Reges ſunt conſecrandi, plena exiſtat, & poſtea pedetentim minuatur, eo paſſu quo Reges ad mortem properant, quam Ludov. XI. morbis graviſſimis afflictus ad ſe deferri juſſit, ut inde cognoſceret ex copia vel inopia liquoris, an morti propinquus eſſet vel non: Alterũ autem oleũ S. Martini aſſervatur in Marmorſtier cænobio ordinis S. Benedicti, ubi 600. Monachi ſub uno Abbate vivunt, quòd à S. Martino ædificatũ & indies multis reditibus auctum fuit, ita ut inter Galliæ nobiliora præemineat. Oleum ab Angelo hâc occaſione allatum dicitur, S. Martinus loci præſes, cùm ſolitus eſſet adultâ ætate nocte in ſacello quodam Eccleſiæ editiori preces ad Deum fundere, Diabolus ut eum deſcendentem affligeret, in gradibus ſaxeis, piſa poſuit, qui præcibus finitis nil inſidiarum metuens, piſorum rotunda mobilitate gradu excuſſus caſu graviter afflict⁹ fuit, ut pedum officio uti non poſſet, quem jacentem in ſolo, & humana ope deſtitutum, angelus cœlo demiſſus, oleo ſecum allato perunxit, & quod in ampulla ſupererat ei tradidit. Quomodo Martinus reſtitutus, Sodalibus rem totam enarravit, & ampullam cultûs ac recordationis gratiâ in Eccleſia collocavit, quæ non oſtenditur hodie niſi cum magna devotione & oſculo; Janua ubi repoſitum eſt olei vaſculum, hanc habet inſcriptionem:

Angelus Ampullâ Martini ſaucia membra

Unxit, & Henricus Maximus omen habet.

Et non procul ab ampullæ repoſitorio hi leguntur verſus:

Hæc Maria titulis adſcribitur, hujus in æde
Martini ampullam tot peperiſſe bona,
Hócque decus referunt Carnutes, quod fuit olim
Remorum ampulla, noſtra quod ante tulit.

Abram. Gorniz. in itinerario teſtis oculatus. pag. 168. Quamvis de veritate eorum dubitet Limn. *in annotam. ad Cap. Carol. V. a. 3. v.* Empfohen/ *n. 35. pag. 325.* ✝ Qui autem Gallis fidem tribuit, 20 injurius eſt, ſi non credat Anglis, qui tradunt Henricum IV. Angliæ Regem unctum fuiſſe oleo cœleſti, quod B. Virgo Maria tradiderit Epiſcopo Cantuarienſi S. Thomæ tunc exuli, prædicens, qui Reges hoc oleo ungerentur, eos fore clementes, humanos & conſervatores Jurium Eccleſiæ. Ac licèt Reges Romani oleo miraculoſo non ungantur, nil tamen per hoc illis decedit, nec Rex Galliæ ideo de aliquâ prærogativa gloriari poteſt, quòd ſolus præ aliis oleo cœleſti ungatur;

M 3 Si

Si enim inde aliqua reſultaret prærogativa, quis non diceret Anglum Gallo præferendum eſſe? Eo quòd oleum Galliæ Columba vel Angelus, Angliæ verò ipſa B. Virgo Maria attulerit, quæ ſupra omnes Angelorum choros exaltata eſt: Oleum Galliæ non ad inaugurationem Regis miſſum eſt, ſed ad alios uſus baptiſmi & medicaminis; poſteà ab uſu deſtinato ad inaugurationem regiam ſine ullo monitu divino propriâ autoritate tranſlatum, quod an licuerit ipſi viderint, Angliæ verò oleum ad inungendum Regem datum dicitur. *V. Lim. de loc.*

21 QUÆST. X. *Cur inaugurandus Imp. Diaconi more veſtitur?*

Cùm hæc veſtis nota & ſignum ſit qualitatis Eccleſiaſticæ, Imperator autem variarum Eccleſiarum Canonicis adſcribi ſoleat: Et I. quidem Aquisgrani, uti in ſpecie Carol. & Maxim. I. qui à Canonicis poſt Coronationem receptus præſtitit ipſis Juramentum ſuper ſanguine & reliquiis S. Stephani Protom. & loco in choro accepto dedit ſtatuta & vinum admiſſionis dari ſolitum, habétque ibidem Imp. duos Vicarios, qui locum ejus ſuppleant in Eccleſia. Idem de Eccleſia Colon. & Bambergenſi ex inſtituto Imp. Henrici V. Nec non in Eccleſia S. Petri Romæ & D. Joan. *Lim. ad Capit. Carol. a. 30. n. 62. pag. 330.* Prout etiam Rex Galliæ in diverſis Eccleſiis Canonicus eſt, quas recenſet Limn. *n. 67.* Alii hoc ita extendunt, ut dicant Imp. Subdiaconatûs ordinem habere, quibus contradicit Duar. *de ſat. diſcerſ. off. c. 8.* Scitur enim uxoratos à ſacris ordinibus qualis eſt Subdiaconatus arceri. *c. fin. de temp. ord. junct. c. 4. & 5. de Converſ. Conjug.* multi autem Impp. electi fuerunt & conſecrati jam conjugati, ad hæc in ſacris ordinibus conſtituti matrimonium contrahere prohibentur. Conſtat autem, plures Impp. poſt Conſecrationem matrimonium contraxiſſe. Licet hoc cum Duar. concedatur, quòd Subdiaconi officium ſubire poſſit Imperator, de quo conſecretur, à Papa expediendo munia ſubdiaconalia, & calicem parando, ſine ordine tamen Subdiaconatus.
22 † Prout ſæpè vidi & audivi in Eccleſia Metropolitana Colonienſi ad ſummum altare inter miſſarum ſolennia illuſtres Canonicos ætate minores 8. vel novem ann. nullo Subdiaconatus ordine inſignitos, in habitu Subdiaconali miniſtrare,
23 & Epiſtolam cantare. † Sic refert Catald. *in tract. de Imp. q. 29. n. 4. Arong. 2. Inſtit. moral. lib. 10. c. 5. in fin.* Imperatorem veſte ſubdiaconi indutum ſervire Papæ maximè in die Nativitatis Domini ſi Romæ ſit, & quòd nocte Natalis in Matutinis cantet ſeptimam lectionem, *Exiit Edictum à Cæſare, &c.* Idque Carol. V. feciſſe Baſileæ & Sigiſmundum Conſtantiæ, ut & Frideric. III. Qui cùm inter veſtiendum moneretur à Magiſtro cæremoniarum, ut tranſverſam ſtolam & pluviale ad ſiniſtram apertum acciperet, reſpondit: Non faciam, ſed utrumque à collo ad pectus inducens converſus ad magiſtrum, Sic, inquit, ſum ſolitus. Suadente idem eodem, ut poſt Evangelium cantatum ad pedem Papæ oſculandum aſcenderet, Lim. *de I. p. lib. 2. c. 4. n. 44.* Hoc etiam, ait, minimè, verbo Germanico. Manè verò partem Euchariſtiæ Pontifex poſt communionem Cæſari dedit, Lim. *in ann. a. 30. n. 49.* Hæc autem ab Imp. fieri ſolent, ut inſinuet, Curam religionis ſibi primam ut Principi eſſe debere, Reinck. *de reg. ſec. lib. 3. claſ. 1. c. 1.* prout initio urbis Romæ conditæ etiam ſacrificiorum & ſacrorum curam Rex ſuſtinuit. Numa religione populum devinxit, effecítque, ut fides & jusjurandum meliùs quàm legum pœnarúmque metus regeret. *Tacitus 3. ann.* unde urbem citiùs ſine ſolo quàm ſine religione conſtitui, aut conſtitutam ſervari poſſe notavit Lipſius *in lib. adverſus Dialogiſtas.* eò quòd homo ſine religione ſit velut equus infrænis, eo deterior, quò natura contumacior & ad vitia proclivior.

QUÆST. XI. *Cur diaconali more veſtito Cæſari & non Pallio exornato enſis traditur?* 24

Ut denotetur, Cæſaream majeſtatem non ſolùm LL. juſtitiæ decoratam, ſed etiam religione armatam eſſe debere. † Gladius autem potiùs quàm 25 aliud quicquam traditur, quia hic eſt inſigne ſummæ poteſtatis & Imperii, quod per gladium definitur à Jure conſulto. *l. 3. de jurisd.* unde Saxo in Coronatione Wilhelmi dixiſſe fertur: Accipe enſem regium, ut rebelles ſeverâ correptione potenter affligas, omnéſque benevolos in tranquilla pace gubernes.

QUÆST. XII. *Quid annulus denotet?* 26

R. Ad ſignificandum in Coronatione Imperatorem deſponderi Imperio, ejusque uſus etiam eſſe ſolet in Coronatione Regum Galliæ. Sic olim

olim Marchiones annulo carbunculis, Comites annulo adamante ornato inveſtiebantur.

27 QUÆST. XIII. *Quid Sceptrum?*

℟. Hoc apud omnes gentes regiæ dignitatis ſignum eſt; & adhuc Galliæ Reges duplici ſceptro utuntur, quorum unum lilia habet in ſummitate ad inſignia regia ſpectans, alterum cum pollice & duobus digitis fidei fortè ſymbolum exhibet, Gallis manus juſtitiæ vocatur, quod poſterius Carol. IV. Imp. in Eccleſia S. Dionyſii videns, cùm eidem ornamenta monſtrarentur & affirmaretur, manum ex unicornu factam, reſpondit Imp. non potuiſſe ex aptiore materiâ manum juſtitiæ effingi, quæ pura omniſque veneni expers eſſe debet, Lim. 2. *de I. p. c.* 4. *n.* 24. Sic Aſſuero Regi ſceptri uſum fuiſſe, patet ex hiſtoria Sacra.

28 QUÆST. XIV. *Quid de Corona?*

Et hujus uſus apud priſcos Reges frequentiſſimus. 2. *Sam.* 12 *v.* 30. Sic Reges Tyrrhenorum uſi fuerunt coronâ aureâ, ſellâ eburneâ & ſceptro in ſummitate aquilam habente, Garſ. *de Exp. c.* 4. *n.* 53. Papa utitur tiara ex auro cum triplici corona, quòd Aſiæ, Africæ, & Europæ caput ſit, vel quòd poteſtatem habeat in cœlo, terra & ſub terra. Rex Franciæ utitur coronâ clauſâ aureâ in forma dimidiatæ ſphæræ, ornatâ margaritis pretioſiſſimis, & hinc inde exaltata liliis, ejus auctor dicitur Carol. VIII. cujus ſtatuam Burdigalæ habitu Imperiali orbem tenentem manibus & corona clauſa coronatam videre licèt: † Similiter apertâ coronâ

29 Reges Hiſpani uti ſolent, Romanorum verò duplex eſt Corona, una clauſa, quam Imperialem vocant, ad differentiam alterius apertæ, quæ vocatur Corona regalis. Lim. *de I. pub. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 15.

30 † Et licèt nonnulli coronam ferream dicant, quâ inauguratur Aquisgrani, *Chaſſ. in Cat. gl. mund. p.* 5. *conſ.* 27. ideò autem ferrea vocatur, quia laminam quandam habet ferream in ſublimitate, aliàs nec ferrea eſt nec argentea, ſed ex puro auro facta, ſic tamen ut in ea veterum laudabilis parcitas ſatis appareat. *Freher. in not. ad Pet. de Andl. c.* 6. *pag. m. hi* 165. De Rudolpho autem II. traditur, quòd ſibi fieri curarit coronam ex auro & pretioſiſſimis orientalibus adamantibus ornatam, quæ unius millionis aureorum pretio æſtimetur & Viennæ cuſtodiatur. Coronâ tamen Regis Galliæ pretio longè ut & pondere coronam Imperialem ſuperat, dicitúrque valere centies & undecies mille & octingentos ac quadraginta Coronatos; Et ne nimiùm iſto pondere rex diu in capite ſuo gravetur, in actibus inaugurationis aliam quoque coronam ad manus habet Archiepiſcopus, quâ ſublatâ alterâ regio capiti imponatur. Lim. *ad Cap. Carol. V. a.* 33. *n.* 61. Viennæ in aula Cæſaris dicitur eſſe corona à Rudolpho II. facta, in qua gemina ad magnitudinem uvæ moſellanæ 30. millia florenorum valens, tota autem corona aliquot centum millibus æſtimatur. Turcarum autem Regis corona æſtimatur à nonnullis quinquies centenis ducatorum millibus, & Smaragdus ingens in eadem octuaginta millibus ducatorum.

QUÆST. XV. *Quotuplex ergo ſit Coronatio?* 31

℟. Duplex, una Regia, altera Imperialis, utriuſque meminit A. B. *c.* 28. *fin. Capit. Ferd. IV. a.* 37. ubi ſe obligat ad Coronam Regiam & Imperialem. *Facit Rec. Imp. Wormat. Anno* 1521. §. Und als wir / quæ ut d. differunt, quòd Corona Regalis aperta ſit, ſed Imperialis clauſa, prout etiam Reges Daniæ & Bohemiæ utuntur coronâ apertâ, cùm ſint vaſalli Imperii, Clauſa verò ſoli Imperatori in Imperio competit, quamvis hodie etiam alii eam uſurpent non ſolùm in capite portando, ſed etiam inſigniis adjiciendo, ut de Reg. Gall. & Hiſp. d. nam & Alphonſus VIII. regnorum Hiſpanicorum dominus nomen Imperatoris aſſumpſiſſe legitur, unde Toletum nomine civitatis Imperialis extulit. † In Imperio autem noſtro 32 quoad Electum conſiderandi ſunt duo gradus; unus in quantum eſt Rex promovendus in Imperatorem, unde ſæpiùs iſta phraſis legitur, Rex Rom. in Imperatorem ſive Cæſarem promovendus. A. B. *c.* 1. §. 19. & 21. *c.* 2. §. 1. 2. 3. *c.* 18. *c.* 28. §. 5. Si enim idem eſſet Rex Rom. & Imper. ad quid diverſa nomina? *l. ſi idem. C. de Codicill.* Et licèt quandoque Imp. cum Rege conjungatur, *A. B. c.* 7. §. 3. & *c.* 5. §. *fin.* inde tamen non ſequitur, quòd Rex Rom. & Imp. idem ſint, nam omnis quidem Imperator Rom. Rex eſt, non tamen contrà omnis Rom. Rex eſt Imperator, majus enim in ſe continet minus, non contra: Sic in 20. decem inſunt, non contrà. *l.* 1. §. 4. *de V. O.* actui ineſt iter, *princ. l. de ſervit.* non tamen contrà itineri etiam ineſt actus; Sic omnis princeps nobilis eſt, non verſa vice omnis nobilis princeps, prout idipſum Stephanus

phanus Poloniæ Rex demonſtravit, ad tollendam pravam conſuetudinem nobilium Polonorum, quia certâ pecuniâ cadaveri impoſitâ ab homicidii pœnâ ſe eximebant, quam cùm ſine periculo gravis ſeditionis legibus latis abrogare non poſſet, ipſe Rex nobilem homicidam ſupplicio affici juſſit, pecuniâ ejus cadaveri etiam impoſitâ, innuens, quòd Nobilibus licet, etiam Regi, qui nobilitate omnes excellit, licere; & hoc modo pravam conſuetudinem temporis ſucceſſu abolevit.

33 QUÆST. XVI. *Qui actus conſequantur coronationem perfectam?*

I. Salutatio & gratulatio coronantis Archiepiſcopi, qui ſuo & Co-Electorum nomine Imperatori in throno Cæſareo adhuc ſedenti fœlix Imperii auſpicium precatur. II. Eò prævio in eodem throno ſedens equites auratos creat Gladio Caroli M. qui manu Angeli ipſi traditus dicitur in Bulla Martini Papæ de Anno. 1400. pridie nonas Octobris, quæ eſt de translatione reliquiarum Norimb. III. deinde cum pompa ex templo reducitur. IV. Succedunt populi acclamationes. V. Jactus miſſilium, ſparſio nummorum aureorum & argenteorum, quod olim etiam in feſtivitate Rom. Conſulum obſervatum fuit. *Nov. 105. de Conſul. c. 2. Dd. ad §. hoc ampliùs de P. D.* VI. Conviviorum ſolennis apparatus, quod etiam antiquitus apud alias gentes obſervatum; ſic deſcribitur convivium Davidis, quòd in ejus inauguratione triduo habitum fuit, 1. *Paral.* 12. idque cum univerſo populo, cujus numerus cenſebatur triginta quatuor millia. 8, 22. Et Salomonis in dedicatione templi Hieroſolomitani, 1. *Paral.* 16. De Adonia Davidis filio, 3. *Reg. c.* 1. Convivium magnificum Aſſueri extat, *Eſter.* 1. *cap.* quas feſtivitates veteres Hilarias dicebant. Idem in uſu fuit apud Perſas. *Plin. lib.* 14. *c.* 15. Convivia Imperialia & Regia deſcribit Majol. *dier. canic. part.* 2. *coll.* 5. *p.* 396. quæ latiùs proſequi inſtituti ratio non admittit.

34 QUÆST. XVII. *Quid incumbit ex officio* EE.

Reſp. in iſta celebratione Curiæ & menſæ Imperialis Eccleſiaſtici EE. ſtantes ante menſam ei benedicunt, aliaque ad Dei cultum pertinentia curant. Bohem. Rex primum potum Electo miniſtrat vinum aquâ dilutum, quem tamen ſub corona regali, niſi ſponte velit, miniſtrare non cogitur: ſi autem velit procedendo, ſedendo vel ſtando coronam regiam geſtare, id ei licet. Non tamen dicendum, quod voluit Caſtald. *de Imp. q. 8. n. 21. v. 5.* quòd pro ſua libera voluntate Bohemus potum miniſtret, ad id autem de neceſſitate non teneatur, *quâ de re infra de Elect. Boh.* Bavarus primum cibum menſæ regiæ apportat, & quidem partem ex aſſato bove, reliquiæ autem per tres dies aſſati bovis unâ cum culinâ à plebe diſcerpuntur. Saxoniæ dux Mareſchalli officium exhibet, & avenæ inequitat: Brandeburgicus aquam & manutergium ſubminiſtrat: Palatinus Rheni ceu Architheſaurarius pecuniam, aurum & argentum in vulgus ſpargit. *c. 4. §. fin. & c. 25. A. B. Freher. de orig. Palat. lib. 1. c. 15.* quibus peractis ad ſuam quisque EE. menſam conſidet, & regio prandio excipiuntur, de quibus tamen ſingulis ſuo loco.

QUÆST. XVIII. *Sed quid ſi* E. *aliquem abſentem eſſe contingat, ut factum abſente Saxone & Brandeb. in coronatione Ferdin. IV. & aliàs, quis hac officia ſupplebit, an legatus abſentis vel Vicemarſchallus, Vicecamerarius &c.* 35

In coronatione Carol. V. cùm inter legatum Regis Boh. & ſubofficiarium pincernam de Limburg, lis orta eſſet, pro vice-pincerna pronunciatum, & ita in electione Ferd. III. Comes de Hohenzollern, non verò Brandeburgici Legatus ſub-Camerarii munus exercuit: Ita etiam factum in coronatione Matth. & Rudolphi. Quòd ſi verò contingat, cum Electore etiam ſub officiarium abeſſe, non legatus E. ſed ordinarius Curiæ Imperialis officiarius hoc munus abſentis expediet. *A. B. t. 16. §.* Darnach. *ibi.* So ſollen. Et ita in Coronatione Ferdin. IV. Baro de Pappenheim in avenæ acervum equitavit. Et ſic fœliciter peractâ Electione & Coronatione tandem conventus finitur & diſſolvitur, ac Imperator nec non EE. eorumque Nuncii poſt mutuas valedictiones cum ſuo quisque comitatu diſcedunt, & ad ſuas ſtationes redeunt, quibus ſalvus conductus præſtandus eſt, *A B. t. 1.* qui aliàs ad eundum datus etiam redeundi facultatem continet, *arg. l. 1. de ſepulch. viol. l. fi. venditor. 10. ff de Relig. l. 53. §. 1. de act. empt. l. 40. §. 1. de contrah. empt. Gail. 2. de pac. pub. c. 11. n. 8.*

Coronidis loco hoc annectendum, quia naturale eſt rem eo modo ſolvi quo conſtituta eſt. 36 *l. nihil*

h. nihil tam naturale. de Re I. ita reſignationem Imperii fieri contrariis iisdem modis, quibus electio facta eſt, ſcil. per redditionem inſignium. Et ita etiam apud exteros fieri docet hodierna praxis. Poſtquam Regina Succiæ Chriſtina more recepto clauſâ coronâ depoſitâ, Carolus autem Guſtavus deſignatus Rex apertâ coronâ inſignitus fuit.
37 † An. 1654. 6. Junii novo ſtylo, ſeu 27. Maji vetere Regina regno Sueciæ renunciavit, ipſa inſignia regni depoſuit; Imprimis Coronam Comiti Petro de Brahe Regni, ut vocant, Droſſardo, & alia aliis conſtitutis regni proceribus tradidit, nempe Gladium, Sceptrum, Pomum, Clavem, Regium habitum, quæ omnia in ſpeciali menſa apud deſignatum Regem Carolum Guſtavum depoſita ſunt. Deinde reſignatione peractâ novus Rex in Eccleſia Archiepiſcopali ab Archiepiſcopo Upſalenſi adhibitis conſuetis ceremoniis coram ſummo altari unctus, & clauſâ coronâ inſignitus eſt, qui etiam moribus noſtri Imperii, & alibi receptis in loco ac throno editiori conſueta præſtitit Juramenta, ipſique viciſſim fidelitas jurata eſt, indéque Rex ex templo ad arcem reductus, ſparſis aureis & argenteis numismatibus quibus hæc erant inſcripta: A DEO ET CHRISTINA.

CAPUT XI.

De Juribus reſervatis & Regalibus Imperatori competentibus.

SUMMARIA.

1. *Nervi Reip. pecunia, ex reſervatis & regalibus dependent.*
2. *Regalia unde dicantur?*
3. *Quomodo definiantur?*
4. *Declaratio definit.*
5. *Diviſio & Subdiviſio.*
6. Primum reſervatum: *Eccleſ. Preces primariæ.*
7. *Cur ita dictæ? earúmque formula.*
8. *Unde Imp. jus Precum competat?*
9. *An conſuetudo Precum de Jure valeat?*
10. *An laicis Jus nominandi competat?*
11. *An ſola conſuetudo Jus hoc tribuat?*
12. *A quo tempore Jus hoc uſurpatum?*
13. *An Imp. Preces competant in territorio Principis Auguſtani?*
14. *An Preces favorab. vel odioſa?*
15. *An Imp. nominationem alteri concedere poſſit?*
16. *An non nominando Jure excidat?*
17. *An Imperator variare poſſit?*
18. *Quis ex nominatis duobus potior?*
19. *Quid ſi duo Preciſtæ de eadem data concurrant?*
20. *Quid ſi unus nominatus ſit à Cæſare, alter ab ejus Commiſſario?*
21. *Quid ſi Preces non ſint ſortitæ effectum, an Imp. alium nominare poſſit?*
22. *Quid ſi benef. fiat litigioſum & interim moriatur Preciſta?*
23. *Quid ſi gratia facta à Cæſare verbo, an à ſucceſſore expeditio fieri poteſt?*
24. *An Cæſar poſſit mutare naturam beneficii?*
25. *An concedere poteſt ante confirm. Papæ?*
26. *An Papa conceſſionem revocare poteſt?*
27. *An Cæſar nominationi adjungere poteſt conditionem?*
28. *Cur non habeant vim in aliis Regnis? an locus erit Precibus ſi collator extra Imp. moratur, beneficia tamen ſint in Imperio?*
29. *Quid ſi principale ſit extra Germaniam acceſſoria in eadem?*
30. *Quid ſi benef. extra Germ. ex Jure devoluto deven t ad Epiſc. Germaniæ?*
31. *An obtineant in Epiſc. Metenſi, Tull. Verd.?*
32. *An benef. Juris patron. Precibus afficiantur?*
33. *An iis locus ſit in officiis Eccleſiæ?*
34. *An ſtatutum Collegii extinguens vel ſuſpendens beneficiorum collationem noceat Preciſtæ?*

HERMES Fasc. JUR. PUB.

35. *An afficiantur beneficia vacantia ex cauſa permut. vel reſignationis?*
36. *Quid de beneficiis reſervatis?*
37. *Quid de benef. ad S. Apoſt. devolutis?*
38. *Quid de litigioſis?*
39. *Quid de monocularibus?*
40. *Quid ſi collator unum habet in & 3. extra Imperium?*
41. *Quid ſi habet unius collat. in Imperio, aliorum præſentat. in Imp.*
42. *Quid ſi unius habet collat. & aliorum cum aliis ſociis?*
43. *Quid de dignitatibus, quæ majores ſunt poſt Pontificales in cathedralibus, ut & principalibus in collegiatis?*
44. *An Preces tantùm afficiant beneficia ad Capituli collationem ſpectantia?*
45. *An omni caſu vacatura Precibus locus ſit?*
46. *An concepta ad caſum mortis obtinent in caſu depoſitionis?*
47. *An afficiantur beneficia quovis menſe vacantia?*
48. *An Precum inſinuatio abſente Ordinario fieri poſſit Vicario?*
49. *An Vicario etiam extra diœceſin?*
50. *Quid ſi Ordinarius latitet?*
51. *Quid ſi directa ad Capitulum, cui inſinuanda?*
52. *Infra quod tempus providendum?*
53. *An caci, ſurdi, vitiati capaces Precum?*
54. *Quid ſi Preciſta contrahat matrimonium?*
55. *Quid ſi impetrans non habet Primam tonſuram tempore gratiæ? vel ætatem tempore datæ, habet verò tempore vacaturæ?*
56. *An illegitimus Precum capax?*
57. *Quid ſi alius pro Preciſta acceptet, an ratihabitio ſufficiet?*
58. *A quo tempore menſis ad acceptandum currat?*
59. *An currat contra minorem vel impeditum?*
60. *An laicus mandatarius eſſe poteſt ad acceptandum?*
61. *An preces alteri cedi poſſint?*
62. *An poſt menſem acceptationi locus?*
63. *An omittens primam vacantem præb. ſecundam acceptare, poſſit? ubi Facul. Jurid. Salub. reſponſum, Anno 1655. 17. Julij.*
64. *Quid ſi Preciſta erravit in nomine ejus per quem vacat?*
65. *An ex Precibus datis ad Eccleſiam acceptari poteſt benef. in Capella?*
66. *An beneficiatus in Eccleſia in eadem acceptare poteſt præbendam?*
67. *Quid faciet Preciſta, ſi Ordinarius recuſet eum inſtituere?*
68. *An executor Precum contra exemtos procedere poſſit?*
69. *Quales oporteat eſſe executores?*
70. An executor *alium delegare poteſt?*
71. *Quid ſi execut. vel ſubexecutor ante collationem moriatur?*
72. *An detur cumulatio titulorum Proviſionis, Ordinarii & Precum?*
73. Secundū reſervatum: *leges univerſales condere?*
74. *An hoc adhuc ſit apud Imperatorem?*
75. Tertium reſervatum: *Privileg. Conceſſio.*
76. *An etiam in tribuendis privilegiis Statuum conſenſu hodie opus?*
77. *An Imp. immunitatem à contribut. concedere poſſit?*
78. *An princeps datum privilegium revocare poſſit?*
79. *Quid de privil. quæ in vim contractus tranſiêre?*
80. *Quid de privileg. ad beneplacitum vel donec revocavere dato?*
81. *Quid ſi enormis ſuperveniat læſio?*
82. *Cujus hâc de re ſit cognitio?*
83. *Quid ſi privilegium lædat, an in totum revocabitur?*
84. Quartum reſervatum: *Soluta ll. poteſtas.*
85. *Quid de ll. fundamentalibus?*
86. *An ad poteſtatem hanc ſpectet virginibus abuti, & invitas vel contra parentum conſenſum alius jungere?*
87. *An Imp. Jus quæſitum tollere poſſit?*
88. Quintum reſervatum: *Creatio Magiſtratuum.*
89. *Objectio Hippoliti reſolvitur.*
90. *Additio Hippoliti refutatur.*
91. *Regerit Hippol. eique reſpondetur.*
92. & 93. *Inſtantia ulterior ſatuſit.*
94. *An ſine Conſiliariis Reſpublica conſiſtere poſſit?*
95. *An illiterati Judices aſſumendi?*
96. *An divites potiùs quàm pauperes?*
97. Sextum reſervatum: *circa honores conferendos.*
98. *De poteſtate degradandi & honoribus exuendi.*
99. *Objectio Hippoliti reſolvitur.*
100. Septimum reſervatum: *Jus erigendi Academias.*
101. Octavum reſervatum: *Jus condendæ civitatis?*

Digitized by Google

102. Nonum: *De Jure Stapularum.*
103. *An hoc Jus non utendo amittatur indiſtinctè?*
104. Decimum: *De Jure nundinarum.*
105. Undecimum: *de Jure Poſtarum & curſûs publici.*
106. Duodecimum: *De literis mercatoriis.*
107. *An Juri ſint conſentanea?*
108. *An tantùm Mercatoribus vel etiam aliis indulgenda?*
109. *An Judæis?*
110. *Ad quod tempus concedenda?*
111. *An ultra quinquennium concedi poſſint?*
112. *An cautio per fidejuſſores etiam in annali præſtanda?*
113. *An quinquennalis dilatio fidejuſſori proſit?*
114. *An major pars creditorum in præjudicium minoris inducias concedere poteſt?*
115. *An ad hæredes tranſeant induciæ?*
116. *An durante dilatione uſuræ currant?*
117. *An in futuris debitis locum habeat?*
118. *An proſint contra omnes debitores?*
119. Reſervat. XIII. *Venia ætatis.*
120. *Famæ reſtitutio.*
121. *An deportatus reſtitutus recuperet bona & famam?*
122. *An reſtitutus ex juſtitia etiam recuperet alienata?*
123. XIV. *Gratia delicti reſervatum eſt.*
124. *An pœnam mortis Jure divino conſtitutum Princeps remittere poteſt?*
125. Reſerv. XV. *legitimatio naturalium.*
126. *An EE. & Duces legitimare poſſint?*
127. *An Camera Imp.?*
128. *An legitimat. fieri poteſt in præjud. agnatorum?*
129. *An ſuccedant in feudis?*
130. *An Princeps ad feuda legitimare poſſit?*
131. Reſerv. XVI. *eſt Jus belli.*
132. *Quid de diffidationibus?*
133. *Hodie ad bellum Statuum conſenſu opus.*
134. *Quid in bello defenſivo & ubi in mora eſt periculum?*
135. *An hæc verba:* Jch will mich rächen/ *important diffidationem?*
136. *An etiam die feſto bellum geri poſſit?*
137. XVII. Reſervatum *circa Pacificationem.*
138. *An belli duces pacem facere poſſint?*
139. *Quid de belli duce cum libera & Vicariis Imp.*
140. *An conducat ipſos Principes intereſſe tractatibus?*
141. *Quid de Mediatoribus?*
142. *Quæ media pacificat: eſſe ſoleant?*
143. *An Princeps privatorum Jura remittere poſſit?*
144. *An ij quorum Jura remiſſa indemniſandi?*
145. *Quid ſi reparatio ſit impoſſibilis?*
146. *Quid de pacto compenſationis?*
147. *Quid de pacto ſatisfactionis?*
148. *Quid ſi pro ſatisfactione tota regiones transferantur?*
149. *Quid pacto reſtitutionis contineatur?*
150. *An bona conſcientia ceu bona Eccleſiaſtica cedi poſſint?*
151. *Quid de Religione?*
152. *An fides pacificat: data neceſſitatem inducat ſervandi?*
153 *An ſucceſſores ad obſervantiam teneantur?*
154. XVIII. Reſerv. *circa inducias.*
155. *Induciarum diviſio in longas & breves.*
156. *Cur in longioribus Principis authoritas requiritur non in brevibus?*
157. XIX. Reſervatum, *circa Fœdera.*
158. XX. *De extremâ provocatione.*
159. *An ab Imp. ad Papam appellari poſſit?*
160. *An ab Imp. ad Status Imp.*
161. *An ab Imp. malè informato ad meliùs inform.*
162. *Quid de Provocat. ad Tribunal Dei vel vallem Ioſaphat?*

Sicut in corpore humano, cui Remp. Rom. & Imp. comparvimus ſuprà, caput, oſſa, caro & membra, neceſſe eſt, ut ligamento quodam nectantur, roborentur & nervis jungantur, quo munus ſuum ſedulò expedire valeant: Ita planè in corpore Politico & Civili caput cum mẽbris niſi inter ſe nervis & vinculis arctè nectantur, qui corpus hoc ſuſtineant, foveant, alant, ſervent & à diſſolutionibus liberent, facile futurum, ut totum
1 corpus corruat. † Nervi hi ſunt legitima honorũ & præmiorum, ut & pœnarum legitima diſtributio, *l.* 1. §. 1. *in fin. ff. de I. & I.* nec minimus nervus eſt pecunia, ita enim hanc Rerump. nervum & fulcimentum declamat Cicero, *pro Manlio. Ulp. in l.* 1. §. *in cauſa.* 10. *de queſtion. Nov. Leon.* 52. *Novell. Juſtin.* 8. *c.* 10. §. 2. in qua omne robur patrimoniorũ veteres collocârunt. *l. lex quæ.* 22. §. *hæc accedit. C. de admin. Tut* hæc ex ſententia Ariſtotelis Fidejuſſor eſt neceſſitatis, ab Horatio Regina appellatur, dũ canit:

Et genus & formam regina pecunia donat.
Unde exclamat:

O Cives, cives, quærenda pecunia primùm eſt,
Virtus poſt nummos!

Quod tamen an ſeriò vel Ironicè ab ipſo dictum ſit, ſcrutari non eſt hujus loci. Et *Eccleſ.* 10. legitur; Pecuniæ obediunt omnia. Hinc cùm vectigalia (ex quibus pecuniarum nervi dependent & colliguntur,) Nero vellet remittere, id Senatores diſſuaſerunt, augurantes inde ruinam totius Imperii, ſi fructus ex quibus conſtat, tolleret, brevi ſecuturam. *Tacitus lib.* 13. *ann.* ac proinde Jo. Trivultius à rege Galliæ interrogatus, quid primò ad bellum requireretur? ℞. Pecunia. Quid ſecundò? Pecunia. Quid tertiò? Pecunia. Klock. *de Vectig. diſp.* 25. *concl.* 1. Cumque tantum nervorum pecuniæ ineſſe viderent Monarchæ, Reges & Principes, in eam curam incubuerunt, ut ærarium & arcam haberent publicam, in quam pecunias (quibus publicis neceſſitatibus ſubvenire, hoſtium incurſiones avertere, bella gerere, publica ædificia & ſacras ædes erigere, dotare, conſervare, Academias fundare, ægris ſubvenire, bene meritis ſtipendia & honoraria tribuere, atque ita Remp. in tranquillum ſtatum ponere poſſent) collocarent: Exemplum eſt in Imp. Juſtin. *Nov.* 8. *c.* 10. *§.* 2. *& Nov.* 149. *c.* 2. Idem apud gentiles nec non apud populum DEI factum, refert Briſſon. *antiquit. lib.* 4. *c.* 12. *Quint. Curt. lib.* 5. *Joſeph. lib.* 11. *antiq. Judaic. c.* 4. *& Lib.* 7. *c.* 3. nec defuiſſe mandatum Dei, teſtatur text. ſacer. *Exod.* 30. *Levit.* 17. *Num.* 1. *&* 20. Hæc maximè dependent à Juribus Majeſtati reſervatis & Regalibus, quibus Majeſtatem, dignitatem, & ſtatum ſuum, & Reip. Reges & Principes conſervare, tueri, & amplificare valent; Unde multa privilegia & ſingularia Fiſco à piis Principibus, quibus publica ſalus cordi fuit, tributa fuerunt, *t. t. ff. & C. de Jure Fiſc. C. de privil. Fiſc.* Ac licèt regalia viginti & unum recenſeantur *in uſibus Feud. lib.* 2. *t.* 56. plura tamen ſunt *juxta Cujac. ad d. c. un.* in quo cap. intentio Imperatoris Friderici tantùm fuit recenſere, quæ præter fidem & obedientiam Imperatori debeant Civitates Italiæ; Alii autem nimis effuſi ſunt in iis cumulandis, inter quos Caſtald. *in tract. de Imp. q.* 110. *fol. mihi.* 191. qui 330. recenſet, ut & Petra *in tract. de Jure quæs. non toll. c.* 21. *verſ. ultimi poſſunt.* ubi 413. recenſet. Verùm quia non omnia quæ Principi competunt regalia ſunt, & ſingula attingere longum foret, quædam tantùm præcipua proponemus, & controverſiis incidentibus illuſtrabimus, ita ut nec neceſſaria omittantur, nec inutilibus aut ſuperfluis oculi legentium prægraventur.

Jura Regalia Imperatori competentia quandoq; 2
Jura regia dicuntur à Rege, cùm J. Feud. Impp. fre-
quenter Reges appellentur. *c.* 1. *de Feud. Marsh. c.* 1.
in princ. de pac. tenend. c. 1. *quis dicatur dux.* Sic
Fridericus Imp. *in c. un. quæ ſint. reg.* Imperiale nu-
men vocat, numen regale, & Jura ſibi Imperatori
in Italiâ competentia dici voluit Regalia; Item
Juſtin. Imp. *in l. fin. C. de LL.* Culmen Imperiale
dicit regale, *item in l. un. C. de adſeſſ. l. bene C. de*
quad. præſc. ad hæc *in c. ſolita §. præterea X. de ma-*
jor. & obed. poteſtas Imperialis vocatur regalis,
ab aliis verò reſervata. *Pereg. de Jur. Fiſci, lib.* 1. *t.*
2. *n.* 98. *&* 100. à Bodino Jura majeſtatis vocantur,
lib. 1. *de rep. c.* 20. † Et ſunt ſumma Jura Impe- 3
rio ſummo adjuncta ex eoque immediatè profluen-
tia, quorum vigore Princeps ſummus facit, præ-
cipit vel permittit aliquid, quod ad Imp. vel prin-
cipatus neceſſitatem, utilitatem vel dignitatem,
& decus ipſius tuendum pertinet. † Dicitur Prin- 4
ceps ſummus, licèt enim in Imper. noſtro Elect.
Principes Imp. Comites, Barones & complures ci-
vitates. Regalia uſurpent, habent tamen ea non
Jure proprio, ſed vel ex conceſſione aut privilegio
Imperiali, aut præſcriptione vel conſuetudine,
quæ in tacito conſenſu Imp. fundatur. Ex verbis
final. definitionis colligitur, quòd quædam Jura
ad dignitatem, decus & ſplendorem, quædam ad
emolumentum, quædam ad neſſitatem, quædam
ad omnes prædictos effectus comparata ſunt; † 5
Unde communiter regalia in majora & minora di-
viduntur, *Vult. de Feud. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 7. Majora
ſunt, in quibus ſuprema poteſtas & dignitas Prin-
cipis elucet ejusque oſſibus adhærent, & Jura Ma-
jeſtatis dicuntur. Minora ad utilitatem compara-
ta Fiſci Jura ſunt, 2. *F. t.* 56. Illa rurſus in Eccle-
ſiaſtica & Politica diſtribuuntur, *Clapm. de arc. rer.*
publ. c. 5. *Arnis. de Jure majeſt.* 2. *c.* 6. *Einſidel. de*
regal. c. 1. *n.* 48. † Primum & Eccleſiaſticum 6
Regale eſt Jus primariarum Precum. Cujus vi-
gore Imp. bene meritas vel alias idoneas perſonas,

Digitized by Google

ad beneficium primo vacaturum in Germaniæ Metropolitanis Cathedralibus, Colleg. & Regularibus Eccleſiis nominare poteſt. Geil. 2. *obſ.* 155. *in fin.* Sixt. *lib.* 1. *de regal. c.* 2. *n.* 56. Reinck. *de reg. ſac. lib.* 3. *claſ.* 1. *c.* 9. *n.* 56. Beſold. *in Synopſ.*
7 *Polit. cap.* 2. *n.* 27. † Dicuntur Primariæ, quòd ſemel duntaxat ſeu pro prima vice ſaltem non autem bis aut ſæpiùs uni eidemque Imperatori, in una eademque concedantur Eccleſiâ. Imperiales autem vel Regales dicuntur, quòd Imp. & Regi Rom. competant. Formulam Precum à Rudolph. Imp. datarum, tradit Chockier *in ſchol. ad preces prim. in proœm. pag.* 4. *&* 5. Beſold. *in theſ. pract. verbo primaria preces. in fin.* ut & formulam earum, quas dedit Ferdin. II. Imperator, V. *apud Voburg. in rudim. Juris Can. ad fin. fol.* (*mihi*) 697. Quas quidem preces, ſi preciſtæ præſentârint, & infra menſem vacantem præbendam acceptârint, Ordinarii, eos inveſtire tenentur, & ad hoc per Executores conſtringi poſſunt, de qua materia poſt *Annot. Ruſaum & Jo. Chockier* adde *noviſſimè Friſchium cap.* 3. *n.* 15. ubi *ex Beſold. in theſauro. verb. primaria* tradit: Auguſtum etiam jus Primariarum Precum habuiſſe; In Gallia etiam jus conferendorum beneficiorum Regale vocat Duaren. *tract. de Sacr. Eccl. miniſt. lib.* 5. *c.* 11. *Fritſchius cap.* 1. *n* 8. *Stamler. de reſervat.* §. 51. *n.* 12. *& cap.* 2. *per tot.* circa has Preces eſt

8 QUÆST. I. *Unde Imperatori hoc Jus competat?*

Licèt non pauci velint, hoc Jus Imperatori competere, quaſi ex Jure Patronatus, quòd in Univerſa Eccleſia Imperator ſit tanquam nutritius advocatus & defenſor, *c. Venerabilem. X. de Elect. clem.* 1. *Ego Rex. de Jurej. Azorius p.* 2. *lib.* 10. *c.* 7. *q.* 5. *Mager. de ad. arm. cap.* 5. §. 2. *n.* 164. *pag.* 130. Verius tamen videtur, hujus tituli occaſione, hoc Jus natum ex inveterata conſuetudine, Apoſtolicâ etiam authoritate roboratâ, id declarant verba formularum antecitatarum hæc ſcil. Cùm nobis ad prædeceſſorum imitationem ex inveteratâ conſuetudine etiam authoritate Apoſtolicâ roboratâ Jus competat Preces, &c. concedendi, *apud Chockier. Beſold. & Voburg. locis cit.* Cui accedit Bulla Apoſtolica his verbis: Quia Eccleſiæ fidelem advocatum te docuiſti, tanquam ipſius Eccleſiæ legitimus pugil & athleta, &c. quòd latiùs explicat Mager. *loc. cit.* alii ex mero indulto Papæ Jus precum ortum volunt, *ut ſpecal. Jo. And. Gaill.* 2. *obſ.* 55. *n.* 7. *Caſtald. de Imp. q.* 100. *Chockier in Scholiis ad has preces. add. Beſold. in theſaur. V. Primaria Preces. Sixtin. de Reg. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 34. *Schütz. Vol.* 2. *diſp.* 4. *th.* 13. *lit.* C. *Rumelin. ad A. B. p.* 1. *diſſ.* 4. *th.* 16. *Sirenus. de pac. relig. concl.* 31. Sicut autem res ipſæ, quæ Jure Regalium poſſidentur, ipſa Regalia vocantur, ut viæ, flumina, tributa, ita Preces ipſum jus appellari ſolent. *Inſtr. pacis Oſnab. A.* 5. §. *ubi Sacra Cæſarea Majeſtas, &c.*

QUÆST. II. *An ejusmodi conſuetudo ſit valida?* 9

Ratio dubitandi eſt, quòd ſacris Canonibus videatur adverſari, quibus expectativæ ad beneficia vacatura, & proviſiones de præbendis viventium per quas votum captandæ mortis alienæ pleniſſimum triſtiſſimi eventus inducitur, *l. fin.* C. *de pact.* in Eccleſia Chriſti damnantur, *c.* 2. *de Conc. præb. in* 6. *c. deteſtanda Eod. in* 6. *Concil. Trid. ſeſ.* 24. *c.* 19. prout nec officia publica viventium civilia rectè impetrantur aut conferuntur, ſive poſſeſſor id ſciat & conſentiat, ſive non, ut deciſum refert in Senatu Sabaudiæ, *Ant. Fab. ad l. diverſ. Reſcr. Grevaeus ad Geil. obſ.* 155. *in fin.* Quin & in regula Cancell. 20. proviſum, quòd ſi ſupplicaverit ſibi de beneficio quocunque tanquam per obitum vacante, qui adhuc vivit, provideri; Si poſteà id ipſum per obitum vacet, proviſio antè facta nullius ſit momenti, non tantùm prior ſed etiamſi renovata ſit, *Chock. ad d. Reg. facit d. l. fin. junct. l.* 61. *de V. O.* Hoc tamen non attento valere Preces verius eſt, *cum Geil.* 2. *obſ.* 155. Quia hæ Preces generaliter concipiuntur, nec ad certam diriguntur Perſonam, textus verò legales expectativam in certam perſonam morituram conceptam reprobant. Nec II. adverſatur Canonibus & Concil Trid. decretis, licèt enim & hoc, quascunque conceſſiones ad vacatura beneficia tollat, quæ mandata de providendo dicuntur & gratiæ ſive expectativæ, & ſi conceſſæ ſint etiam collegio, univerſitati, ſenatui, vel ſingularibus perſonis etiam ſub nomine indulti quovis colore, non valere, nec conceſſis uti licere decrevit: Tales autem expectativæ hæ Preces eſſe videntur. Nàmque juxta reſolut. Card. Cum in cit. text. Can. & Concilio nulla harum precum fiat mentio, eas tali prohibitione non contineri, quod tamen fieri debuiſſet in perſona Imperatoris, ut ſpeciali

Digitized by Google

notâ digni, & ſi id voluiſſet concilium abolere expreſſiſſet, ſicut de aliis expreſſit, de Cardinalibus, Univerſitatibus, Senatibus & aliis ſingularibus perſonis, & ita cenſuit S. Sanctitas ex ſententia congregationis Anno 1575. in una Cameracenſis. Chockier. *ad Reg. Cancell. p. 159. W'ameſius conſ. 261. de præbend.* III. Non adverſatur, quòd Imp. Laicus ſit, cui talis poteſtas Eccleſiaſtica non poteſt competere. ℞. I. Quòd Papa etiam Laico eam concedere poſſit, *Decius in c. 1. X. de præb.* cùm conferre beneficium non ſit Ordinis ſed Juriſdict. hæc autem Laico delegari poſſit, Caſtald. *in tr. de Imper. q. 110. n. 17. & 18.* Adeóque hæc nominatio autoritate & roboratione Papæ, per ipſum Papam facta cenſeatur, *juxta vulg. l. Can. reg. c. muliere. 9. in fin. de ſent. Excom.* ℞. III. Rom Imperatorem non conferre beneficium, *ut Caſtald. q. 100. Madoſ. ad reg. 1. Cancell. q. 13. n. 8.* ſed habere tantùm Jus nominandi perſonas idoneas collatoribus, prout etiam patronum Laicum præſentare poſſe ad beneficia, Juris eſt notiſſimi, qui poſtea authoritate Eccleſiaſtica inſtituuntur, prout etiam, ut viri docti Eccleſiis præficerentur, & pauperes ſtudioſi ſpe aliqua beneficiorum Eccleſiaſticorum ad diſciplinas invitarentur, & aliquam obtinerent anteacti laboris & in ſtudiis conſumpti patrimonii ſui remunerationem, Synodus Baſilenſis & ſummi Pontifices quibuſdam Univerſitatibus poteſtatem fecerunt gradu aliquo inſignitos nominandi ad beneficium Eccleſiaſticum, ut de Lovanienſi Univerſitate tradit Peck. *ad 1. reg. Juris Can. n. 20. & Rebuff. in prax. benef. de nominat. q.*
10 *2. & 4.* † In Univerſitate quoque Colon. ad diverſa beneficia Eccleſiaſtica nominantur Profeſſores de Academia bene meriti à Rectore, Proviſoribus & Decanis, qui ſæpè excepto Decano Facult. Theol. omnes ſunt Laici cum aliquâ diſtinctione præbendarum I. II. III. gratiæ. Ad primi generis beneficia nominat Rector & 4. conſulares viri perpetui Academiæ proviſores. Ad II. Canonici Eccleſiæ Cathed. vel Collegiatæ, in qua vacat, quæ nominatio ad præſens propoſitum non facit. Ad III. Nominat Rector cum 4. Proviſoribus Conſularibus & Facultatum 4. Decanis, in omnibus Cathed. & Collegiatis ad beneficia Sedi Apoſtolicæ 3. Menſibus vacantia. In aliis menſibus Apoſtolicis aliud ſervatur. Sic Papæ beneficio Reges Neapol. habuiſſe Jus nominandi Epiſcopos in 40. Eccleſiis Cathedralibus tradit Lambertin. *de Jure patron. lib. 1. q. 11.* Eadem licentia Regi Angliæ & Ungariæ conceſſa, Bald. *in l. 7. C. de pret. Imp. off. Garſ. de benef. p. 7. c. 10. n. 14.* Eodem Jure uſos fuiſſe Reges Galliæ & in ſpecie Carol, Regem Franc. *textus eſt in c. Adrianus 2. cum ſeqq. diſt. 63.* Et quòd dd. Reges hoc Jus habeant in Eccleſia Carnutenſi, teſtis eſt Specul. *tit. ſede vacante in fin.* imò Reges Galliæ mortuo aliquo antiſtite regium munus eſſe prætendunt, res Epiſcoporum tractare & diſpenſare, cæteriſque defuncti Præſulis muniis, quæ non ſunt Ordinis, perfungi. *Chopp. de Polit. Eccleſ. l. 1. t. 7. citatus à Beſold. in Synop. Polit. c. 2. n. 18. Duar. in tract. pro libert. Eccleſ. Gall. adverſus aut. Rom. ab ipſomet Latinitate donat. lit. d.* Similiter Duces Juliæ & Cliviæ ut & Comites Flandriæ diverſas habent Eccleſias, in quibus ad ipſos ſolos nominatio ad præbendas pertinet, ut & Rex Catholicus hoc Jus habet in Hiſpania & Belgio, *c. cùm longe. 25. diſt. 63.* Ipſe quoque Rom. Rex, in ſuis ditionibus ex indulgentiâ indubiè Pontificum nonnullorum Epiſcopatuum gubernacula quibus vult, mandat, eóſque Pontifici confirm. inſtit. & conſecrandos nominat, Chock. *in proœm. ad prec. primar.* Buxtorf. *ad A. B. diſc. 65. Arum. ad A. B. diſc. 3. Th 34.* At dices: Conſuetudo etiam memoriam hominum excedens tribuens facultatem Laico quamvis patrono ad Prælaturas & Beneficia Canonibus damnatur & corruptela dicitur, *c. Meſſana. 56. X. de Elect. Hoſtienſ. de Elect. §. quis poteſt eligere.* Idque quia laicus etiam principali & regiâ poteſtate fulgens, jura ſpiritualia poſſidere nequeat. *c. cauſam de decim.* Reſp. námque per authoritatem Pontif. accedentem Imp. fieri capacem, quia agit ex conſuetudine, authoritate Apoſtolicâ roboratâ. Limn. *in ſuis quæſt. Canon. a. 3. q. 19.* † Sola tamen conſuetudo vel præſcriptio 11
etiam immemorialis hoc Jus laico tribuere non poſſet; quia principale requiſitum facultas ſcil. poſſidendi Jus Eccleſiaſticum ſine indulto Papæ deficeret, Chock. *in Vindic. p. 2. c. 4.* ubi oſtendit, qualiter Pontifices aliquando contra eos proceſſerunt, qui ejuſmodi nominationes ſibi arrogârunt, & infelicem exitum, qui iſtis nominationibus ſine S. Sedis indulto uſi fuerunt, *c. 5.* Cùm collatio beneficii res ſacra & ſpiritualis ſit, *c. decernimus. X. de*

Digitized by Google

de judiciis. quicquid velit Fritſchius *de prec. c.* 1. *in fin. & c.* 2. *n.* 12. *& ſeq.* ubi tradit id Principibus magis, quàm Epiſcopis conveniro tanquam rem omnino profanam, & temporalem, *allegans Dominic. de S. Geminiano in c. licet. X. de preb.* Verùm cùm non ſit ſola perceptio redituum beneficium Eccleſiaſticum, ſed ejus principale ſit jus adminiſtrandi Sacramenta, prædicandi, cantandi in templo, & officia ſacra alia peragendi, communis ſententia Canoniſtarum à Fritſchio recedit.

12 QUÆST. III. *A quo tempore hoc Jus precum uſurpatum ſit?*

Cùm in antiquis originem invenire perdifficile ſit, de primâ origine certò non conſtat. Illud in comperto eſt, quod Rudolph. I. qui An. 1273. in Regem Rom. Electus eſt menſe Octob. *Naucler. in ſua Chronog.* illas antiquiores fuiſſe ſuo ævo aſſerat, ſéque referat ad prædeceſſorum inveteratàm conſuetudinem authoritate Apoſtolicâ firmatam, ut videre eſt in formula tradita à Chock. *in cit. proœm.* Tenores Precum Caroli IV. & Wenceſlai vide apud Freher & Petrum de Andlo. *lib.* 2. *c.* 6. *pag.* 170. *de Anno* 1530. *Spira, apud Arum. ad* A. B. *diſc.* 3. *c.* 34. *Goldaſt. tom.* 3. *Conſt. Imp. fol.* 106.

13 QUÆST. IV. *An virtute harum Precum in territorio Principis Auguſtani Imperatori Jus ad beneficium vacans competat?*

Hoc multi negant, qui à ſolo indulto Papæ totum jus dependere contendunt; Papæ autem Jurisd. ad Reformatos & Confeſſ. Auguſtanæ addictos non extendi ajunt, adeóque Papam plùs Juris in Imp. conferre non poſſe, quàm ipſe habeat, inferunt *ex l. nemo plus Juris de R. l.* cùm affectus reguletur ex ſua cauſa, *l. ita autem. in pr. de adm. Tut.* Et quòd ſecunda cauſa tantum poſſit, quantum infunditur à prima, *l. pede. §. prædium. de leg.* 2. *V. Arum. diſc.* 3. *c.* 35. *Fritſchium h. c.* 4. *Rumelin. ad* A. B. *pag.* 1. *diſ.* 4. *th.* 16. *Siring. de pace relig. th.* 3. R. Abſch. *de Anno* 1550. *§.* Damit auch/ꝛc. Fritſchius *c.* 2. 29. ait, quòd Papæ privilegium tantùm pro confirmatione habendum ſit, quæ nihil novi det, ſed jus vetus tantùm confirmet, *c.* 1. *de conſt. util. Gail.* 2. *obſ.* 1. *n.* 3. *&* 5. item ſit tantùm abundans cautela, quæ non nocet. *Fritſ. n.* 36. Deinde ex pace Religioſa omnem Jurisd. Eccleſiaſticam Papæ contra Auguſtanæ Confeſſioni addictos ſuſpenſam, adeóque contra Duces Pomeraniæ aut Capitulum Coburgenſe has Preces non competere refert Arum. *ad* A. B. *diſc.* 3. *q.* 35. Verùm cùm non ex ſolo indulto Apoſtolico Cæſari hoc Jus competat; ſed ei occaſionem dederit vel jus patronatus aut fundatio, *c. abbatem.* 18. *q.* 2. vel conſtructio, *c. nemo. de Conſec. diſt.* 1. Et dein antiquiſſima conſuetudo ac præſcriptio, ut ſup. d. quæ dudum ante Auguſtanam Confeſſionem obſervata fuit, probabilior videtur ſententia, id Imperatori hodie non denegandum, dummodo is qui præſentatur per Preces non ſit Religionis Pontificiæ, quod videtur præſupponere auctor conſilii, *quod extat inter deciſiones Schvvanmanni poſt deciſ.* 8. Eò quòd conſtitutio Imperii religionis libertatem admittat, *R. I. Anno* 1555. *§.* Und damit ſolcher Frieden/ ꝛc. quæ impediretur, ſi Pontificius Reformatis obtrudetur. Arum. *ad* A. B. *diſc.* 3. *Th.* 35. Facit pro Imp. Jure, quòd poſt pacem religioſam Impp. eandem habeant poteſtatem, quam eorum anteceſſores ante eam habuernnt, niſi expreſsè aut per neceſſariam conſequentiam aliud in d. pacificatione fuerit inductum, *argt. l. præcipimus. in fin. C. de appell.* Prætendunt hîc quidem diſſentientes in d. Pace ſancitum fuiſſe, quòd Status Imperii die Stiffter / Klöſter und andere geiſtliche Güter/ ante tractatum Paſſavienſem occupata retinere debeant pacificè deinde ex §. Und damit ſolche/ inferunt, Auguſtanæ religioni addictis exercitium competere. Sed Reſp. loqui de bonis, quæ jam in alios uſus erant converſa, in quibus uti mutatis & ſublatis Beneficiatis Preces locum habere nequeunt; Noſtra autem q. eſt de bonis, quæ in antiquo ſtatu relicta ſunt, religione tantùm alterata, nec enim omnia ipſis in alios uſus convertere licitum eſt, ſed tantùm quædam limitatè, §. Dieweil. §. Als auch. *in pacif. relig.* Accedit, quòd in quibusdam Reformatis Eccleſiis, Sedis Apoſtolicæ certi menſes adhuc reſervati ſint; Unde etiam ſtante ſententiâ quòd Preces primariæ à ſolo Papa dependerent, ea adhuc ex indulto Apoſtolico Imperatori com-

Digitized by Google

competerent; ubi tamen ne reformata ipſorum religio admiſſis in ſocietatem Collegialem Catholicis, periclitetur, aliud ab ipſis practicari conſuevit, hoc ſcil. ut admittendi jurent, ſe contra Capituli ſtatuta & exercitium Religionis Auguſtanæ, &c. nihil molituros nec ullum mutandæ Religionis jus ſibi arrogaturos, & deinde ſe nec à Papa relaxationem à præfato Juramento petituros, vel ultro oblatâ abſolutione uſuros, Lim. *de l: I. publ. l.* 162. *cap.* 9. *n.* 16. Quòd autem ex §. Damit auch. de ſuſpenſione Juriſd. Eccleſ. allatum, ad hoc ℞. illam ſuſpenſionem non obtinere in omnibus cauſis Eccleſiaſticis & ſpiritualibus, ſed tantùm in iis quæ fidem ejúsque exercitium principaliter concernunt propter verba ſeqq. §. Aber in andern Fählen der Augſpurgiſchen Confeſſion Glauben/ Kirchen-Gebräuchen/ Ordnungen/ Ceremonien/ und Beſtellung der Miniſterien nicht anlangend/ quales ſunt cauſæ matrimoniales de divortiis. Gilm. *tom.* 2. *Symph. p.* 1. *t.* 3. adhæc in compoſitione Pacificat. religioſæ JC. Dilingenſium *c.* 6. negatur pontificem, illa Pacificatione Juriſdictioni ſuæ renunciâſſe.

14 QUÆST. V. *An hæ Preces Juris favorabilis ſint vel odioſi?*

Quia quod prævalet, attendendum eſt: Veriùs eſt eſſe odioſas, adeóque reſtringendas, *argt. c. odia de R. I. in* 6. *c. quod verò. de ll.* prout privilegia contra jus ſtrictam interpretationem recipiunt, *c. porro. de Privil. in* 6. quod etiam in Privilegiis Pontificum à Jure communi exorbitantibus obtinet, *Rebuff. in prax. benef. p.* 2. *t. differ. inter privil. & reſcript. n.* 23. *in fin.* Ac licèt inductæ etiam ſint Preces in favorem Imperatoris, ob concurrens tamen præjudicium Ordinarium, quibus de Jure ſuo aliquid decedit, magis odioſæ cenſentur, Chock. *ad preces ſect.* 2. *V. decimo ſexto. q.* prout pœnæ licèt favorem publicum concernant, quia tamen ſimul odio delinquentium inductæ ſunt, tanquam magis odioſæ reſtringuntur, *l. interpretatione. D. de Pœn.*

15 QUÆST. VI. *An nominationem Imp. vel Rex Rom. alteri committere poſſit?*

Affirm. ita ut prærogativâ precum non tantùm gaudeant ij, quos Imp. immediatè nominat, ſed etiam ij, qui à Cæſaris Commiſſario nominati ſunt. Ratio eſt, quia factum à mandatario juxta terminos mandati ab ipſo mandante factum cenſetur, *c. qui facit, de R. I. in* 6. Et ita Wenceslaus Imp. olim hoc Jus per diœceſin Spirenſ. & Wormatienſem Ruperto ſeniori Palatino conceſſerat, Lim. *de I. p. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 7. alii aliis noſtrâ memoriâ. Facit I. quòd ea quæ Principi competunt Jure proprio, ex præſcriptione vel conſuetudine immemoriali, ut hoc, delegari poſſint, ſine dubio *l.* 1. *ff. de offic. ejus l. more off. de Juriſd.* II. Poſito non admiſſo, quòd hoc Jus ex ſola conceſſione Papæ Imp. haberet, & ſic eſſet delegatus Papæ ſicut delegatus à Principe aliàs, ita hic delegatus à Papa ſubdelegare poſſet, *l. à principe C. de Judic.* adde Cluten. *in Syllog. rer. quotid. n.* 19. *Fritſ. c.* 3. *n.* 13.

QUÆST. VII. *Quid ſi autem Jure ſuo nominandi in loco aliquo vel Catholice vel Reformato Imp. non ſit uſus an præſcript. excludetur?* 16

Neg. cùm res hæc ſit meræ facultatis, quæ non utendo tantùm non amittitur, *l.* 2. *de Via publ. Geil.* 2. *obſ.* 18. *n.* 4. *facit*, §. *fin. ibi Latinorum nomen non frequentabatur. I. de Libert.* ut in ſimili, ſi mille annis in area mea juxta palatium non ædificavi, adhuc ædificare & domum altiùs tollere potero, niſi prohibitus per tempus legale prohibitioni acquieverim. Chock. *ſect.* 2. hanc quæſt. nullibi tractatam dicit Fritſchius *c.* 4. *n.* 16. Ipſe autem immemoriali tempore jus hoc præſcribi ſuſtinet, *per tradita Vult. de feud. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 1. *Roſenth. de feud. cap.* 5. *con.* 14. R. Abſchied. *de An.* 1548. §. Und ſoll Unſer/ 2c. *Inſtrument. pacis Oſnab. a.* 5. ibi, ubi exercuit jus Primariarum precum, exerceat impoſterum.

QUÆST. VIII. *Quid ſi autem Imp. uni Titio Preces in Eccleſia certa dederit, an variare deinde, & alium nominare poterit?* 17

Videbatur negandum hoc argumento, ſi enim hoc Papæ non conceditur *juxta Rebuff. ad reg.* 17. *Cancell. de jure quæſit. non toll. in princ.* multò minùs Imperatori *argt. l. Barbarius. in fin. de off. præt.* Accedit, quòd variatio in perſonis Principibus reprobatur maximè, *Clement. cùm illuſtr. de Renunc.* qui unum duntaxat calamum unam linguam habere debent, *Laudens, in tract. de princ. q.* 258. Item iſta nominatio per Preces gratia eſt & beneficium, quod decet eſſe manſurum, *c. decet. de R. I. in* 6. At hic non videtur contemnenda diſt. *Chock. ſect.* 2. aut Jus quæſitum eſt primo Preciſtæ, & non poteſt aliàs

aliàs poteſt. Licet enim Princeps revocare poſſit privilegium ex gratia conceſſum, (Secus, ſi ob bene merita qualis donatio revocari nequit, *l. Aquil. & l. ſi pater. in fin. de donat,*) tamen Jus quæſitum ſemel actu tollere ſine cauſa non poteſt, *l. 1. §. ſi quis à princ. Ne quid in loc. publ. l. nec avus.* C. *de Emanc.* Hinc ſi nomen alicujus tantùm in albo ſeu Rotulo Principis ſcriptum ſit, revocationi locus erit, Chockier. *ſect. 2. v. decimo ſept. quæritur. & ad reg. Cancell. 16. aliis 17. de non toll. Jur quaſ.*

18 QUÆST. IX. *Quid ergo, ſi Cæſar hodie unum nominet coram Capitularibus, & cras ſecundum, qui curet ſolenni ritu expediri literas: An ſecundus præferetur, ſicut, ſi duobus res donata ſit & poſteriori tradita ſint inſtrumenta rei, hic potior eſt,* juxta l. quoties C. de R. V. junct lib. 1. C. de donat.

℞. Neg. quia nec ſcriptura eſt de eſſentiâ gratiæ, nec imperialis ſanctio indiget ſcripto, *l. ſancimus. §. exceptis.* C. *de donat. junct. Clem. dudum. v. nos etenim de Sepult. ubi comparantur gratia verbo vel ſcript. conceſſa.* Chock. *ad reg.* Cancell. *8. de literis. inform. rationi congruis, & ad reg. 25.* diverſum eſt in translatione dominii; ubi traditio ſimul vel aliquid ei æquipollens requiritur *d. l. 15.* C. *de R. V. l. 20.* C. *de pact.* Non obſtat quòd is, qui non habet literas expeditas, ſi tantùm habet vivæ vocis oraculum, nihil habere videatur, prout in conceſſione dignitatis vel officii, quam facit Princeps, debet eſſe ſacrum Principis autographum, *l. ſacri affectus.* C. *de diverſ. reſc. l. probatorias.* C. *Eod.* ℞. Hoc obtinere, quoad validitatem gratiæ, objecta verò quoad probationem, ad quam ſcripturâ opus eſt, niſi de eâ aliunde ſatis conſtet, Chock. *de loc. §. Tertiò quæritur.*

19 QUÆST. X. *Quid ſi autem duo Preciſtæ de eadem temporis data in eadem Eccleſia concurrant?*

Uter erit potior? Si in uno dies & hora, in altero tantùm dies appoſitus ſit, præferendus eſt, qui certam horam probat. *Felin. in c. paſtoralis. §. ratione unius horæ. De Reſcript.* Si neuter probet horam, præferendus eſt is, qui eſt in poſſeſſione, *c. Ex literis. de Probat. Menoch. 2. de arb. Jud. 48. n. 10.* niſi ex ordine ſcripturæ (qui in Cancellaria ſervari ſoleat) conſtet, uter priùs preces obtinuerit, ut ſi fortè manè alius & poſt prandium alius ſecretarius expedire expedienda conſuevit, *fac. l. quoties.* C. *de uſuf. l. ſervus ex his de ſtip. ſerv.* Sin autem nec ex ordine ſcripturæ vel ſtylo Cancellariæ prioritas colligi poſſit, conſulendus eſt Cæſar, qui gratiam dedit, *l. 1.* C. *de ll.*

QUÆST. XI. *Quid ſi unus nominatus eſt à* 20
Cæſare, alter ab eo, cui Cæſar hac in re partes ſuas commiſit, nec de prioritate conſtet?

℞. Nominatus à Cæſare erit potior, ſicut in collatione ab Epiſcopo & Vicario ejus eodem tempore factâ, præfertur collatio Epiſcopi tanquam dignioris, *c. ſi à ſede de præb. in 6.* Et ſicut Papa conferendo beneficium videtur datario illam poteſtatem ademiſſe, & in hoc paſſu revocâſſe, *c. ut noſtram X. ut Eccleſ. benef. ſine domin. conf.* Ita & Imperator; cùm Papa & Imp. fraternizent. *Eraſm. Chock. de Jurisd. ord. in Exemp. p. 4. q. 13.* Cæteris quóque paribus, qui priùs Executori præſentat Diploma, præfertur, cùm de eadem data facta eſt gratia, *Rota deciſ.* 100. *Chock. ad reg. Cancell. de concur. in dat. n. 48. & in Scholiis. ſect. 2. verſ. quartò.*

QUÆST. XII. *Quid ſi Preces uni conceſſæ, non* 21
ſint ſortitæ effectum fortè ob mortem Preciſtæ; An Cæſar alium nominare poterit?

Affirm, Hinc ſi Preciſta repudiet, alteri & alteri rurſus gratiam facere poteſt, *Simonett. de reſer. benef. quæſt. 58. Chock. ſect. 2. §. ſeptimo.* Sicut Patronus Laicus plures præſentare poteſt, donec actus planè fuerit conſummatus, *Chock. de loc. v. quinto.* Non obeſt: quòd omnis diſpoſitio intelligenda ſit de prima vice. *l. boves. §. hoc ſermone, ad quam* Tiraquell. *de V. S.* Reſp: Haberi pro unâ nominatione donec ea effectum habeat.

QUÆST. XIII. *Sed ſi beneficium, ad quod Preciſta* 22
nominatus fuit, fiat litigioſum & lite pendente Preciſta moriatur. An Cæſar alium ſurrogare, eique preces novas dare poterit?

Affirm. Sicut jure communi, ſi Electus moriatur, lite pendente vel Electioni de ſe factæ non conſentiat, electio revertitur ad ipſos eligentes, *c. 1. de reſtit. in integ. c. ſi Electio. de Elect. in 6.* quæ jura de Electione loquentia etiam in nominatione & collatione obtinent, *c. 1. ut Lit. pend. in 6.* Et licèt quis replicare fortè poſſit, quòd hæc jura de Eccleſiaſticis perſonis loquantur, idem tamen obti-

obtinet in Cæſare, cujus Jus à Papa confirmatum eſt, ex cujus indulto beneficium ait redditur affectum, donec dominatio per Cæſ. facta plenum & pacificum ſortita ſit effectum, nec eſt hæc nova & ſecunda nominatio aut collatio, ſed prioris ſurrogatio & eadem cenſetur cum primâ; Et ſi hoc non obtineret, nunquam Preciſta eſſet tutus; Cùm ordinarii collatores odio habeant Preciſtas, ſemper moleſtias crearent Preciſtæ, id non facturi ſi ſcirent quando lite pendente moritur preciſta, nominationē non ad Cæſarem, ſed ad ipſos redire.

23 QUÆST. XIV. *Quid ſi Imp. alicui gratiam Precum conceſſit verbo vel ſignaturâ, & deinde moriatur ante expeditionem Cæſar, an Preces adhuc valebunt?*

Affirm. Et expeditio pertinet ad ſucceſſorem, *c. in litris de Reſcript.* rationi enim congruit, ut ea quæ à prædeceſſoribus conceſſa, præpediente verò ipſius obitu expedita non ſunt, expediantur à ſucceſſore ad obtinendum plenum effectum, *Facit Reg. cancellar. Innoc. VIII. quæ eſt Paul. V. ibi* Chock. *pag. mihi* 146 Licèt aliàs alleganti Preces Preciſtæ Ordinarij fidem non habeant ſine literarum præſentatione, aliud tamen eſt quo ad effectum gratiæ Imperialis, quæ perficitur per ſolam ſignaturam ante literarum expeditionem, *R buff. in prax part. 2. ſign. n. 15. in p.* Chock, *ad reg.* Cancell. *25. verbo. non dicitur.* dummodo vox & gratia, Papæ aut Principis regiſtrata ſit, unde Baldus: In Lingua Principis ſtat gratia, in ſcriptura teſtimonium, in executione comoditas. *Farin. deciſ. 185. n. 2. part. 1. in noviſſ.* Itáq; licèt gratia ſit informis, cùm per literas illi forma detur, non eſt tamen hæc forma literarum eſſentialis, ſed probatorialis, quâ deficiente non Jus ſed probatio deficit, *juxta l. duo ſunt. de Teſtam. tut. Ad:* C'em. *dudum. §. nos enim. de ſepultur. Rebuff. in concord. de mandat Apoſt. §. 1. V. literas c. Inſtitutiones. 7. 25. q. 2.*

24 QUÆST. XV *An Cæſar Preces concedendo poterit immutare naturam Beneficij, ut ſi in Eccleſiâ omnes debent eſſe Comites, Barones, Nobiles vel DD. vel biennale aut triennale ſtudium in Academia approbata continuâſſe, vel beneficiatus debet eſſe Presbyter &c. An poterit nominare aliquem iſtis qualitatibus carentem?*

Id negatur, quia Cæſar Jus Eccleſiæ convellere non poteſt, & ſaperet hæc res aliquam ſpeciem alienationis, *Abb. in c. cùm dilectus. De Conſuet.* Ad hæc limitata poteſtas tranſit cum ſuo onere, *c. Ex literis. de pignor,* unde quando ex Jure devoluto ſuperior confert, is tenetur providere ſecundùm naturam fundationis beneficii, & Epiſcopus ex Jure devoluto nominans Abbatem ex gremio nominare debet. *Jo. And. in c. contra cum de R. I.*

QUÆST. XVI. *An Imp. Preces concedere poſſit ante confirmationem à Papa?* 25

Hanc Q. Chockier dicit ſe malle proponere, quàm decidere, & remittit ad Thuſc. *tract. com. concluſ. tom. 4. conc. 39. Azor. lib. 10. Inſt. mor.* Et ego propter rationes hinc inde æqualiter ponderantes eum intellectum captivo. Fritſchius autem ſentit poſſe Imp. poſt Electionem ante Coronationem, *c. 2. n. 48.* ubi etiam quærit, an Rex Roman. electus poſteà Cæſar duplices preces habeat.

QUÆST. XVII. *An Papa Facultatem Precum revocare poſſit, aliàs revocare poteſt omnia privilegia conceſſa ſæcularibus Principibus, qui per conceſſionem & aſſecutionem Jurium Eccleſiaſticorū & ſpiritualium ſubjecti ſunt?* 26

Neg. verior eſt: Tum quia Jus hoc non fundatur in mera gratia Papæ, ſed ſimul in advocatia Cæſarea, tum quia ex immemoriali multorum ſæculorum conſuetudine ortum habet; Tum quia ob cauſam & merita conceſſa revocationi non ſubjacent; *Mandoſ. ad reg. 2. Cancell. n. 7.*

QUÆST. XVIII. *An Cæſar nominat. cui apponere poteſt conditionem?* 27

Negat. *ex c. quæſitum de rer. perm. c. 2. de Elect. in 6.* niſi ſit talis conditio, quæ tacitè ineſt, ſicut juxta Bald. *in c. ſignificaſti. de præb.* valet collatio Epiſcopi, qui confert curatam Eccleſiam ſub conditione, ſi reſignavit primam, quæ tacitè ineſt, *c. de multa. de præb.* vel ut ſe qualificet juxta ſtatuta & Canonica Jura.

QUÆST. XIX. *Cùm Preces hæ non habeant vim in aliis regnis & dominiis, dubitatur, ſi collator vel collatrix non ſit incola Germaniæ, habeat tamen 4. beneficia in Germania, an his Precibus gravari poſſit?* 28

℞. Affirm. quia non tam reſpicitur domicilium collatoris, quàm locus ubi beneficia ſita ſunt, *Rebuff. in praxi de nominat. q. 15. n. 56.* Hinc ſi quis

ſi quis impetravit preces ad certum Prælatum certi loci, qui ante vacationem beneficii ſui prælaturam cum alia permutavit, is preciſta poſtea vacante beneficio ab alio Prǫlato ſurrogato aſſumi debet, nā Prælaturis ipſis, quæ non moriuntur, *l. 76. de Jud.* non Prælatorum perſonis Præces factæ cenſentur.

QUAEST. XX. *Quid ſi beneficium principale ſit*
29 *extra Germaniam ac ceſſoria verò ſint in Germaniâ, an locus erit Precibus?*

Neg. ex reg. Juris, qua acceſſorium ſequitur naturam principalis.

QUAEST. XXI. *Quid ſi beneficium ſit extra Germaniam ſitum, ſed ejus collatio ex*
30 *Jure devoluto pervenit ad Epiſc. vel. Archiepiſcopum Germaniæ?*

Et hîc neg. quia prima cauſa inſpicienda eſt, *l. 1. §. 13. in fin. Depoſ.* & privilegium ſuos non egreditur terminos. *Bart. in l. poſt dotem. ſol. mat. Choc. p. 38.* hoc autem jus Precum limitatum eſt ad beneficia in Imperio exiſtentia. Prout in ſimili Legatus Sedis Apoſtolicæ ; qui non poteſt conferre beneficia extra provinciam vacantia, etiam in iis conferendis jus non accipit, etſi devoluta ſint ad Prælatum ſuæ provinciæ. *Brunell. tract. de poteſt. leg. Concl. 19. decl. 2.* Cum Preces locum non habeant in Italia nec ducatu Mediolanenſi, *juxta deciſ. Rot. de An. 1555. 25. Octobr. quæ reperitur inter deciſ. Creſcentii deciſ. 3. de præbend.* ut nec in aliis Regnis. *Navar. in rub. de Judic. not. 3. n. 156* oritur.

QUAEST. XXII. *An locum habeat in Epiſcop.*
31 *Metenſi, Tullenſi Verdunenſi?*

Ratio dubitandi eſt, quia hi Epiſcopatus à Gallis occupati in eorum ſunt poteſtate, & noviſſimâ Pacific. Germ. Gall. Monaſterii concluſum, quòd hi tres Epiſcopatus eorumque urbes & diſtrictus cum ſupremo dominio & Juribus ſuperioritatis incorporata ſint Coronæ Galliæ perpetuò & irrevocabiliter: Verùm non obſtante translatione, locum ibi precibus eſſe, verius eſt ; Quia translationis poteſtas hoc non inducit, ut rei vel loco translato privilegia adimat, ſed rem & locum in priore conditione relinquit, *l. 2. §. 1. de priv. Credit. l. tempus. in fin. de R. Jud.* Prout etiam translatio bonorum ſit cum oneribus anneis, *l. 1. §. 2. C. de Caduc. toll. Wameſ. Conſ. 64. nu. 3.* Quod hîc multò magis obtinet, tum quia dictâ Pacificatione expreſsè reſervatum fuit Jus Metropolitanum ad Archiep. Trevir. S. R. I. Principem & Elect. ſpectans ; at ubi jus Metropolitanum habet Trevirenſis ; ibi Imp. Preces competunt ; ergo & in his Epiſcopatibus, tum quòd de Pacific. additum ſit : Eo modo quo hactenus ad Rom. ſpectabant Imp. at quando ad Imperium ſpectârunt, Imper. habuit in his locis Preces, ergo & adhuc habebit.

QUAEST. XXIII. *Quid dic : de beneficiis Juris*
Patronatus an hæc Precibus afficiantur? 32

Reſp. cum diſtinct : vel ſunt Juris patroñ. Eccleſiaſtici, vel laici, vel mixta. Prioris generis beneficia reliquis requiſitis concurrentibus afficiuntùr, non reliqua; tantùm enim indultum Apoſtolicum confirmans conſuetudinem Precum loquitur de perſonis in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutis, ergo ſecus eſt in Laicis. *Rebuff. tract. de nominat. q. 8. n. 34.* ratio differentiæ eſt, quòd non facilè Sedes Apoſtolica velit alteri maximè Laico in Jure ſuo derogare, ne fortè à piis ſuis fundationibus, quarum occaſione Jus patronatus plerumq; habent, deterreantur ; unde alias etiam generalis diſpoſitio non ſolet trahi ad beneficia Juris Patronatus laicalis, ſecus eſt in Jure Patronatus Eccleſiaſtico, in quo faciliùs præjudicari poteſt, *Covar. pract. qq. c. 36. n. 5.* Non obſtat, quod Papa indulto ſuo permittit Cæſari Jus precum ad præſentationem quorumcunq; collatorum pertinens. Reſp. per verba generalia non derogari Juri patronatus Laicali, niſi id exprimatur, imò etſi exprimatur; non cenſetur derogatum Juri Patronatus, quod competit Regi, Duci, Marchioni vel alteri Principi, *Chock. ad reg. Cancell. 40. de dereg. Jur. patron. n. 17. & ejus frater Eraſm. Chock. de Juriſd. ord. in Exempt.* ubi notat, quòd diſpoſitio generalis non extendatur ad caſus privilegiatos aut ſpeciali notâ dignos, *arg. l. item 15. §. ait prætor. de Injur.* Verùm de tertio membro ſcil. Jure patronatus mixto major eſt dubitatio. Neg. tn. videtur probabilior, tum quia Jus Precum magis odioſum eſt, quàm favorabile, *ut de ſup. q. 5. ſub nu. 14.* Tum ne laicus propter Clericum ſuum jus perdat, & ne in re individua ſocius ratione ſocietatis præjudicium ſentiat, *Chock. ad reg. Cancel. 40. n. 7. & pag. 43.* Idq; obtinet non tantùm, ſi Laicus habeat majorem partem in Jure patronatus, ut ſi duo eſſent Laici cum uno Clerico, ſed etiam, ſi parem, ut ſi duo Laici ſint & duo Clerici ; ſi tamen Clerici majorē partem haberent & laicis prævale-

rent,ut ſi ad unum Laicum & duos Clericos ſpectaret jus patronatus; cùm à prædominante fiat denominatio, *l. quaritur de ſtat. hom.* tanquam Jus patronatus Eccleſiaſticum æſtimabitur, & Precibus locus erit.

33 QUAEST. XXIV. *An Precibus locus in officiis Eccleſia?*

Diſting. *Affirm.* in Eccleſiaſticis, ut ſunt Theſauraria, Sacriſtia, Primi Clericatus, Archipræsb: Archidiaconatus, & ſimilia, *c. cùm vero. de Conceſſ. prab. c. cùm acceſſiſſent, c. quocirca de Conſtit.* ſunt enim verè & propriè beneficia. Secus in officiis, quæ cadunt in Laicum & Precibus non ſubjacent, ut ſunt Judices, Syndici, Secretarii Capituli &c. An etiam locum habeant in Monaſteriis *v. Friſ. de precibus c. 1. §. 3. &c. 2. n. 9.* Illud aliquandò in dubium vocatum: quid ſi in aliqua Eccleſiâ ſtatutum factum, ut ſupprimatur unus vel plures Canonicatus pro com̃unibus neceſſitatibus Eccleſiæ vel Collegii ſublevandis, vel quia reditus omnibus ad vitam & honeſtam ſuſtentationem non ſufficiunt, e.g. ut 12. Canonici redigantur ad ſeptem, nec ante poſt mortem præſentium Canonicorum ulli provideatur, quàm ad ſeptenarium numerum deventum ſit? Hinc eſt

34 QUAEST. XXV. *An preciſta expectare debeat, donec quinque ſint mortui, & deinde moriatur ſextus?*

Quod Neg. quia hoc ſtatutum interpretandum eſt, ut nulli noceatur, nec Cæſari, nec Preciſtæ, unde fit, quòd ejusmodi ſuppreſſiones non valeant, niſi citatis omnibus, quorum intereſt, & ut cauſæ cognitio adhibeatur, an vergat in evidentem Eccleſiæ utilitatem. Sin autem Preciſta expectare deberet, donec vel tempus ſuppreſſionis eſſet finitum, vel præbendati ad numerum reſtrictum redacti, quælibet Eccleſia in fraudem indulti principalis prætensâ ejusmodi ſuppreſſione ſe poſſet eximere, & hoc modo preces ad multos annos ultra vitam Preciſtæ eludere, quod non eſt admittendũ. Facit, quod *ex Concil. Trid. ſeſ. 24. c. 15.* ſuppreſſiones cum conſenſu patronorum Laicorum fieri debeant, Precum autem harum Jus in eo fundatur, quòd Cæſ. Majeſtas ſe Eccleſiæ patronum devoverit. Ita Beſold. *in Theſ. verbo preces*, quod tamen Chock. *n.* 10. non admittit, ſi cum indulto Papæ facta ſit ſuppreſſio tempore datæ Precum, vult enim, quòd hic Preciſta ſuppreſſa præbenda accipiat, Canonicatum expectare tamen debeat, donec tempus indulti finitum ſit.

QUÆST. XXVI. *An precibus afficiantur beneficia vacantia ex cauſa permut. aut reſignationis?* 35

Id neg. cum Rebuff. *de nomin.* q. 15. n. 64. *Chock. ad reg. 8. Cancell. p. 35. per c. licèt in tua, ubi Boer. de rer. perm. in 6.*

QUAEST. XXVII. *Quid de beneficiis reſervatis?* 36

Reſp. Excipi à Precibus reſervata, *de quibus in Extravag. ad regimen de prab.* ſcil. beneficia Capellanorum Papæ & aliorum Officialium Romanæ Curiæ, eorumque qui in Rom. curia decedunt, vel locis à d. curia non ultra duas diætas diſtantibus, *Chock. ſect. 5. b.* unde ſequitur alias reſervationes Precibus eſſe obnoxias, *facit. c. nonne X de prab.* cùm exceptio firmet regulam in caſu non excepto. *Nev. de non alienand. §. ut au-tem Covar. 2. var. reſ. 5. n. 6.* 37

QUAEST. XXVIII. *Quid de beneficiis legitimè ad Sedem Apoſtelicam devolutis?*

Reſp. Et hæc eximi. *text. c. in noſtra. X. de Conceſſ. prab. c. un. ut Eccleſ. beneſ. Rebuff. de devolut.* ſecus ſi devoluta ſint in alium, *c. Ex parte de Conceſſ. prab.* 38

QUAEST. XXIX. *Quid de beneficiis litigioſis?*

Nec hæc. afficiuntur, ſive hæc Preciſta acceptare non tenetur, niſi fortè prorſus calumnioſa lis eſſet, quæ vitium litigioſi non inducit, *l. 1. de Litig. Chock. pag. 77. tit. 10. ſect. 5. Gomeſ. ad reg. de ſurrog. collit. q. 11. n. 6.* 39

QUAEST. XXX. *Quid de beneficiis monocularib⁹?*

Hoc eſt ſi alicui competat tantùm unius beneficiĩ collatio? *Checkier ad reg. Cancell.* 8. *gl.* 4. *n.* 4. Reſp. nec hæc Precibus comprehendi, quia non eſt veriſimile Pontificem & Cæſarem voluiſſe privare Ordinarium collatorem uno oculo, accedit quòd indultum conceptum ſit, qui habet 4. beneficia ſub ſua collatione.

QUAEST. XXXI. *Sed quid ſi collator, unum habet in Imperio tria verò & plura extra illud?* 40

An hoc unum Precibus gravari poterit? Videbatur hoc aſſerendum, quia ſicut gravamẽ reſpicit totum patrimonium, *l. ſi ſideicom §. 1. de Judic.* ita hoc gravamen Precum cenſetur reſpicere omnia

omnia beneficia ut ſic illud unum non videatur monoculum. Verùm contrarium verius, quia indultum requirit, ut habeat quatuor in Imperio.

41 QUÆST. XXXII. *Quid ſi autem habeat Collationem unius in Imperio, & præſentationem aliorum plurium etiam in Imperio?*

Hoc non eſſe monoculum, ſed precibus ſubjacere ſentit. Chock. *in fin. ſect.* 1.

42 QUÆST. XXXIII. *Quid ſi ſolus habet collationem in uno & in aliis tribus conferre poteſt cum aliis ſociis?*

℟. Locum fore Precibus. Ratio eſt, quia meum etiam dicitur, quod mihi cum aliis commune eſt, *l. ſi quis ſuos ſervos* 47. *de Leg.* 3. *l. pupillus* 239. *§. fin. de V. S.* Chock. *d. loc. & ad reg.* Cancel. 8. *Menech. de arbit. Jud. caſ.* 201. *n.* 69. Non obſtat, quòd ſtante hac ſententia videatur immodicè gravari, ut vix Jure conferendi in vita uti liceat, quæ ratio eſt, quòd monocularia ſint exempta. ℟. Namque; Cum jus conferendi habeant ex indulto Papæ, non eſt, quòd conquerantur. ſi Papæ conſenſu illud ſemel in vita Cæſaris reſtringatur, cùm aliàs omnem poteſtatem conferendi Pontifex à ſe non abdicarit, ſed de jure cum quovis Ordinario concurrere poſſit, *c.* 2. *de præbend.*

43 QUÆST. XXXIV. *Quid de dignitatibus, quæ majores in metropolitanis & Cathedralibus poſt Pontificales exiſtunt, Item de dignitatibus Principalibus in Collegiatis?*

℟. Eſſe à Precibus exemptas in ipſo diplomate Papæ *Adolph. Setto ad* 3. *Reg. Cancell. & ibi* Chock. facit quòd hæ aliàs comprehendi non ſoleant, niſi de iis ſpecifica fiat mentio, *c. quamvis. §. quanquam de præb. in* 6.

44 QUÆST. XXXV. *An Preces tantùm afficient beneficia ad Capituli collationem ſpectantia?*

℟. Neg. ſed etiam locum habent, ſi ad ſingulos de Capitulo ſpectet collatio, non ſolùm, qui vice Capituli nominant, tanquam Turnarii, ut moris eſt in diverſis Collegiis, ubi ex ordine ſinguli diem habent in menſe nominandi ad vacantem præbendam ſuo die, ſed etiam ſi ad unum Canonicum fortè ſeniorem, vel duos ſeniores ſacerdotes, aut Diaconos ſpectet. Quòd ſi autem Canonicus conferat jure ſpeciali vel proprio non vice Capituli, preces ad Capitulum directè hunc non adſtringent, unde cautelam ait Chock. *d. loc. lit. R.* ut Preces dirigantur ad Decanum, Capitulum & ſingulos Canonicos conjunctim & diviſim.

QUAEST. XXXVI. *An in omni caſu vacantis beneficij Precibus locus erit?* 45

Affirm. Itaque non intereſt, an vacet per mortem, ob crimen beneficiati ab ipſo commiſſum, ut ſunt Aſſaſſinium, Hæreſis, Simonia, *de quibus Rebuff. in prax. ſit. quib. mod. benef. Chock. ad* 8. *reg.* Cancell. *gl.* 8. ſive etiam vacet per contractum matrimonium de præſenti, *c.* 1. *&* 3. *de Cleric. conjug. reg.* Cancell. 64. adeò ut talis Clericus contrahens, beneficium non recuperet, etiam nondum alteri collatum, multò verò minùs jam alteri datum, quamvis ſponſa ducta nondum cognita decedat, vel ipſa religionem ingrediatur, Chock. *ad reg. Cancell.* 64. Quod etiam obtinet etſi matrimonium non valeret de Jure, ut quia contractum eſt cum impubere vel conſanguinea, *Maſcard. de probat. Concl.* 180. Secus ſi non valeat ex defectu formæ, puta ſi beneficiatus non contraxit juxta diſpoſitionem Concilii Tridentini coram proprio Parocho & teſtibus, *Sanchez. de matrim. lib.* 7. *diſp.* 43. Eodémque modo locus eſt Precibus, ſi vacet per ingreſſum religionis ſecutâ ſcil. profeſſione, *c. beneficium de R. I. in* 6. *Reg.* Cancell. 57. plures caſus recenſet, Chock. *ad reg. Cancell.* 8. *Et* 30. modos vacandi proponit Rebuff. *tract. de reg. nomin. ad prælat. §. Monaſterij. verbo Vacantibus.*

QUAEST. XXXVII. *An Preces concepta in caſum mortis, locum habebunt in caſu depoſitionis vel alio, &c.* 46

Videbatur hoc negandum, ob ſtrictam interpretationẽ Precum, per tradita *ſup. q.* 14. *argt. c. ſuſceptũ. de reſc. in* 6. Attamen affirm. Verior quòd ſcil. diſpoſitio facta in uno caſu mortis etiam in altero obtineat, cùm remotus ab officio, mortuus cenſeatur. Sic enim in uſu Juris Prælatus ſuccedens in locum renunciantis vel tranſlati, non dicitur ſuccedere vivo ſed mortuo. *c. in apibus. §. Ecce.* 7. *q.* 1. Sic mandatum Epiſcopi uti morte expirat, *Clement. præſenti de offic. Ordin.* ita etiam remotione, tranſlatione, &c. Sic tutor datus in caſum mortis alterius propinqui, ſi propinquus removeatur, admittendus eſt, *facit l. actione §. publicatione pro Socio l.* 1. *§. fin. de bon. poſſ.* Cùm ex æquipollentibus non referat quid fiat. *l. in vita de Cond. & demonſt.*

O 3 QUAEST.

47 QUÆST. XXXVIII. *An Precibus afficiantur beneficia quovis menſe vacantia?*

Affirm. Sive Papæ ſive Capituli ſex menſibus vacant. Nec obſtant Concord. Germaniæ, ubi ſex menſes Papæ reſervantur. Reſp. Harum precum Jus Concordatis inter Frideric. Imp. ac Principes Germaniæ, cum Sede Apoſtolica initis longé eſſe antiquius, cùm Concordata primùm facta ſint, An. 1449. 14. Cal. April. nec veriſimile ſit Imp. Fridericum voluiſſe aut potuiſſe renunciare vel derogare huic Eccleſiaſtico reſervato Cæſaribus à multis retrò annis competenti. II. facit, quòd per generalem renunciationem vel diſpoſitionem non tollatur privilegium, ut ſup. d. III. Quòd noviſſimis indultis Apoſtolicis expreſsè in hoc paſſu concordatis derogetur. Non obſt. quòd hoc Jus Precum habere dicatur Imp. ex indulto Papæ, ſed Papa juxta concordata non habet Jus conferendi beneficia in menſibus Ordinariorum Febr. April. Junio, Auguſto, Octob. & Decemb. ergo non poteſt Imperatori concedere contra Regulam Juris, nemo plus Juris &c. Reſp. ut ſæpiùs, non ex ſolo indulto Papæ hoc Cæſari competere. Et ſi contraria ſententia eſſet vera magnum gravamen inferetur Archiepiſcopis, Principibus & Academiis habentibus ſpecialia indulta conferendi beneficia menſibus Papalibus, ſi hi menſes tantùm Precibus ſubjacerent.

Cùm ante omnia curare debeat Preciſta, ut Preces inſinuentur Ordinario, aliàs enim manus ejus non eſſent ligatæ, & occurrente vacatura poſſet conferre alteri; Oritur

48 QUÆST. XXXIX. *An Ordinario abſente inſinuatio fieri poſſit ejus Vicario?*

Affirm. in tantum, ut ſi Ordinarius poſteà conferat alteri, non valeat, etſi allegaret ignorantiam factæ Vicario inſinuationis. *Rebuff. de nominat. q. 18. n. 60.*

49 QUÆST. XL. *An Vicario extra diœceſin inſinuatio facta ſufficiet?*

Affirm. quia ut voluntariæ Juriſd. ubivis etiam extra territorium expediri poteſt. *l. 2. de off. proconſ.*

50 QUÆST. XLI. *Quid ſi Ordinarius latitet aut aliàs impediat, ne inſinuatio Precum vel inhabitatio Executoris ad ſe perveniat?*

Reſp. Haberi ac ſi facta eſſet, ſicut aliàs pro citato habetur, qui ſe occultat, *c. quoniam. §. porro ut lite. non conteſt. c. 1. de For. compet. l. properandum. C. de Judic.*

QUÆST. XLII. *Quid ſi Preces directa ſint ad Capitulum, cui inſinuatio fiet?* 51

Reſp. Canonicis in Capitulo congregatis. *Rebuff. q. 14. n. 74. de nominat.*

QUÆST. XLIII. *Infra quod tempus Preciſta de Vacante beneficio providendum?* 52

Reſp. infra menſem, poſtquam vacatura innotuit, & ipſe beneficium duxerit acceptandum, ubi autem acceptavit, & Ordinarius inſtituere recuſat, executor conferet, etiam Ordinario collatore non vocato nec monito. Cùm enim hic ſit nudus executor, exceptiones contra reſcriptum vel perſonam non admittet. Ita tamen conferet, ſi literæ precum ipſi præſentatæ ſint, ante enim conferre nequit. *c. cum in Jure de off. deleg.* poſteà verò inducet in poſſeſſionem Preciſtam, vel Ordinarium per cenſuras ad hoc compellet. *Chock. p. 28.*

QUÆST. XLIV. *An cæci, ſurdi aut corpore vitiati ſint capaces precum?* 53

Videbatur affirm. quia l. non diſtinguit, ergo nec nos, *argt. l. de precio. de publ. act.* Verùm hic non negligenda ſequens diſtinctio: Aut agitur de beneficio, quod habet annexum aliquem Ordinem actu vel potentiâ proximâ, velut intra annum, aut non habet annexum Ordinem. Priore caſu ſunt incapaces, quia inhabilis ad Ordines, inhabilis eſt ad tale beneficium, & qui repellitur ab Ordine etiam ab hoc beneficio repellendus; ſed iſtæ perſonæ repelluntur ab Ordinibus, ergo. Altero caſu ſunt capaces accedente diſpenſatione Papæ præter quem alius ſuper tali vitio non diſpenſat: Non obſtat, indulti generalitas, & indefinita locutio. Reſp. verba generalia ſemper ad perſonas habiles reſtringi, *text. cum gl. l. in provinciali. §. fin. de nov. op. nunc. §. de Conſtituta. ubi Dd. l. de act.*

QUÆST. XLV. *Quid ſi Preciſta contrahet matrimonium?* 54

Reſp. Hic precibus renunciaſſe cenſetur, *Dd. in c. un. de Cler. conj. in 6.* ita tamen ut Cæſar alium ſurrogare poſſit, ut ſuprà reſponſum. Si tamen matrimonium non tenuit juxta præd. Precibus non excidit, *c. non præſtat. de R. I. in 6.* Imò qui impetravit Preces, dein uxorem duxit, ſi tempore vacantis poſtea præbendæ uxor mortua ſit, primam vacantem prætendere poterit in ſua viduitate. *Angel.*

Angel. in §. 1. n. 1. Quib. mod. Jus pat. pot. ſol. licèt hac de re dubitet Chockier. ſect. 2. v. decimo.

55 QUÆST. XLVI. *Quid ſi Preces alicui conceſſa ſint, qui non habet primam tonſuram, aut tempore data non habebat ætatem ſufficientem, tempore verò vacaturæ acceptationis, & collaturæ hæc requiſita habet, an ſufficiet?*

Affirm. quia in beneficialibus attenditur ſtatus præſens, *c. cùm de beneficio. de præb.* & ſatis eſt, quòd habilis ſit tempore collationis, *c. ſi eo tempore. de Reſc. in 6. Chock. pag. 76.*

56 QUÆST. XLVII. *An Illegitimus Precibus frui poſſit?*

Neg. quia Cæſar eodem jure uti debet quo Papa. *c. ſi qui de R. I. in 6.* maximè in materia ſpirituali, *c. Venerabilem. §. inſuper. X. qui fil. ſint leg.* Niſi cum Illegitimo à Papa diſpenſatum ſit; Ac licèt enim Cæſar Illegitimum legitimare & naturalibus reſtituere poſſit, *t. t. C. de natal. reſtit.* non tamen id factum cenſetur, niſi probetur; & ſi probetur, non ſufficiet ad beneficialia niſi adſit diſpenſatio ejus, qui poteſt irregularitatem tollere, *Chock. pag. 76. lit. M.*

57 QUÆST. XLVIII. *Cum acceptatio à Preciſta infra menſem à die vacationis fieri debeat, ne diutina Eccleſiaſticorum beneficiorum vacatio diſpendioſa ſit Eccleſiæ*, c. quam ſit X. de Elect. *Quid ſi alius acceptet ſine mandato, an ratihabitio ipſius principalis ſufficiet?*

Affirm. dummodo fiat infra terminum ad acceptandum conſtitutum. *Covar. 3. var. reſ. c. 16. n. 5. facit. c. fin. X. de Jurep. l. fin. C. ad Maced. l. bonorum. rem. rat. hab.*

58 QUÆST. XLIX. *A quo die menſis ad acceptandum currit?*

Reſp. à tempore publicæ vacationis in loco Eccleſiæ ubi beneficium vacat, computabitur, niſi Preciſta abſentiam, aut aliàs juſtam cauſam ignorantiæ probare poſſit. *Menoch. de arb. Jud. caſ. 186. & lib. 6. præſ. 23.*

59 QUÆST. L. *An tempus hoc currat contra minorem vel aliàs impeditum?*

Et quidem contra Impuberem non currit. *l. 3. C. de præſc. 30.* Minor autem poſt pubertatem per lapſum menſis læſus reſtitui poterit, *t. t. de Minor.* Non obſt. quòd minor in ſpiritualibus pro majore habetur, *c. Ex pacto de Reſtit. ſpol. c. ſi annum. de Judic. in 6.* Reſp. id tantum obtinere in merè ſpiritualibus. *Sfort. in tract. de in integ. reſt. q. 6. a. 1.* ut ſunt matrimonium, ingreſſus religionis, votum in aliis autem, quæ ſpiritualibus annexa ſunt, ut ſunt beneficialia, minori reſtitutio non denegatur *Covar. 1. var. reſol. 4. n. 2.* prout in ſpecie ſi læſus ſit minor in reſignando beneficio enormiter, reſtitutione gaudet. *Covar. 1. var. reſ. 3.* etſi beneficium jam alteri collatum fuiſſet, *facit l. in cauſa. §. interdum. de minor. Chock. pag. 73.* Obiic. quod reſtitutio non detur, quando res in alium translata eſt. *l. quod ſi minor.* ergo etiam non dabitur, quando culpâ minoris beneficium jam alteri collatum eſt. ℞. Ex d. l. in ſubſidium enim dari contra tertium, ſi minori aliter conſuli non poſſit. Nec dici poteſt, quòd hic minor certet de lucro captando ſeu beneficio acquirendo. ℞. Cenſeri potiùs quòd certet de damno vitando, quia minor iſte in caſu quæſt. ſpem proximam habebat ad beneficium, quam ei adimi non eſt exigua jactura. *Flam. Paris de benef. lib. 5. q. 7.*

QUÆST. LI. *Cùm Preciſta acceptare etiam poſſit per procuratorem ad hoc ſpeciale* 60 *mandatum habentem vel etiam generale acceptandi beneficia, licèt hujus non ſit facta mentio in mandato Conſtitutionis,* Covar. 3. var. reſol. c. 16. n. 4. *An Laicus mandatarius, eſſe poteſt?*

Affirm. Licèt enim in ſpiritualibus Laicis non ſit poteſtas, *c. Eccleſia S. Mariæ. X. de conſtit. c. decernimus X. de Judic.* Poteſt tamen in beneficialibus eſſe Procurator, & ſic pro Clerico acceptare beneficium, *Anton. de Butrio in c. Meſſana, de Elect.* Maximè cùm iſta acceptatio in nudo miniſterio facti conſiſtat, quod per laicum poteſt expediri. *Chock. pag. 57.*

QUÆST. LII. *An Preciſta preces ſuas per ceſſionem* 61 *in alium transferre poteſt. ut ſi fortè matrimonium contrahere profeſſionem in religione facere velit, vel ſe irregularem agnoſcat?*

Affirm: exemplo & præjudicio ex Anno 1604. confirmat Sigiſm. à Voburg. *in rudim. Juris Can. ad fin. pag. mihi 718.*

QUÆST,

Digitized by Google

An Preciſta poſthabitis precibus proviſionem ab Ordinario recipere poſſit?

Ratio dubitandi eſt, quòd electâ unâ viâ non detur aditus ad aliam, *c. ut qui tuas de Elect. in 6. Chock. pag. 82. l. quod in heredem. §. eligere. de tribut. act.* & nemo poſſit uti titulo duplicato, dominiumque non niſi ex una cauſa acquiri, ſemel verò dominus amplius dominus fieri nequeat, *§. ſic itaque. l. de act. l. cum rei. de Contr. Empt. c. inter dilectos. X. de Feud. Inſti.* Verùm contraria ſententia obtinuit, videlicet Preciſtam ſi videat ſuas preces effectum ſortiri non poſſe, vel ob impedimenta Juris aut facti litibus ſe obruendum timeat, poſſe recurrere ad alteram viam, & acceptare proviſionem Ordinarii. Ratio eſt, quia electa via inutili non tollitur alia utilis, *l. mater. ubi DD. de Inoff. teſtam. l. Claudius de acq. hæred.* uti proponens actionem ineptam, ſi repellatur, poteſt deinde ad aptam recurrere, *Tiraq. in l. boves §. hoc ſermone. n. 16. de V. S. facit c. nullus pluribus. de R. I. in 6. c. poſt. Electionem. v. tam ratione prima, quàm ſecunda conceſ. præb.* ratio eſt, quia iſtæ duæ gratiæ licèt diverſæ ſint, non tamen ſunt contrariæ.

Huic reſervato ſolitò longiùs immorati ſumus, quia materia præſens gravis eſt, quotidiana, & ut ajunt de tempore, cùm jam Precibus per Invictiſſimum Imp. diſtribuendis locus dabitur, nunc ad alia tranſeundum.

73 II. RESERVATUM Majeſtatis proprium & eſſentiale eſt ſubditis leges univerſales dare, eas immutare, interpretari, *l. 1. de Conſt. princ. l. 1. & fin. C. de ll. Caſtald. in t. de Imp. q. 110. n. 1,* hæcque poteſtas ita ei annexa eſt, ut ſicut radii à ſole, ita hæc ab Imp. in alium privativè transfundi non poſſit. *Panorm. de Jurisd. lib. 3. c. 21. n. 1.* dicitur univerſales, *l. leges generales. C. de ll. l. 1. C. SS. Eccleſ.* quia particulares leges etiam quivis magiſtrat⁹ condit. *Perg. in t. del. Fi c. lib. 1. t. 2. n. 81.* ſic ænigmata legum ſolvere dignum Imperio dicitur, *de fin. C. de ll.* quamvis interim donec ſuper lege dubia emanat Imperialis deciſio, judices jubeantur, quod iis juſtum & æquum videtur decernere. *Nov. 125. c. 1. l. placuit. c. de Judic.* quòd tamen tantùm jus facit inter ipſas partes, *l. Ex facto. 43. de Vulg. ſubſt. c. cùm perſona de privil. in 6.*

Grave hîc incidit dubium, an illa poteſtas condendi, interpretandi, mutandi leges, hodie adhuc apud Imperatorem reſideat? Ratio dubitandi eſt, quòd hodie ad hæc ſingula conſenſus Procerum & Statuum Imperii requiratur. 74 Sic Maximil. I. Anno 1498. Friburgi conſtitutionem de vino fecit, mit ſambt ſeinen und deß Heiligen Reichs Churfürſten/ Ständen/ und gemeinen Verſamblung. Idem Maximil. ordinationem pro Notariis à nonnullis Jureconſultis conſcriptam approbavit, mit dergleichen Rath. Carol. V. Conſtitut. de ſucceſſione fratris & ſororis liberorum fecit, mit vorgehendem Rath deß Heiligen Reichs Chur-Fürſten und Ständen. idem factum, ubi legi aliquid addendum. *O. Cam. Anno 1555. in proœm.* Reichs-Abſchied zu Augſpurg. *Anno* 1548. §. welche erklärt. Idem in lege revocanda, *O. Cam. in pr.* Reichs-Abſchied zu Speyer. *Anno* 1570. §. Damit. In lege declaranda exemplum extat in Ordin. deß Land-Friedens zu Wormbs §. ob jemand. Reichs-Abſchied zu Speyer. *Anno* 1557. §. ferners. Idem ubi lex vel conſuetudo abroganda, Cam. Ord. zu Augſpurg. *Anno* 1500. *t.* die Succeſſion der Töchter und Enickelen/ Reichs-Abſchied. *Eod. in fin.* Unde noviſſimè inſtrumento Pacis Cæſareo, Suecicæ inſertum, quòd Status Imperii gaudeant ſine contradictione Jure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negociis Imperii præſertim ubi leges ferendæ vel interpretandæ. Nec his, quæ de declaratione dicta ſunt, obſtat R. I. Ratisb. Anno 1541. ubi Imp. declarationem ſibi reſervavit in §. Doch haben Wir uns vorbehalten / über vorgemeldten Frieden-Stand / ſo offt ſolches die Nothdurfft erfordert / jederzeit Declaration und Erläuterung zu thun / Item in R. I. Anno 1554. Spiræ §. Wäre aber Sach. Reſp. námque ex receſſu Auguſtano de Anno 1548. §. Nach deme auch. & §. auff ſolche unſern ꝛc. Status illud negocium Imperatoris declarationi reliquiſſe illis verbis: Haben ſolches dem Kayſer underthäniglich heimgeſtellet, adeóque illam poteſtatem Cæſaris fuiſſe extraordinariam quod ſæpius factum, legenti receſſus apparebit, unde colligitur regulam eſſe in contrarium. *Ita Lim. in annot. ad a. 2. Capit. Carol. V.* His

tamen

Digitized by Google

tamen non obſtantibus reſervatum Imperiale non corruit, nec enim ad eſſentiam majeſtatis pertinet leges maximè concernentes Statum Reip. Principem ſine conſilio Procerum pro libitu ferre, *Reinck. de reg. ſac. lib. 1. claſ. 2. c. 2. n.* 10. Si Imperii principia & progreſſus conſideremus apparebit, quòd Romulus urbis conditor non omnia manu regia expediebat, ſed Senatum conſtituit ut eſſent quorum conſilio rem adminiſtraret. Cæteri quoque Reges & Imper. Rom. Comitia calata & conventus habuerunt, in quibus de ſummis reip. negotiis cum S. P. Q. R. deliberaretur. Julius Cæſar communicata re cum primoribus ſenatus aut aliquando toto ordine decreta fecit, Auguſtus antequam Jus fideicommiſſorum & codicillorum induceret, majorum more legitur convocâſſe ſapientes & quæſiviſſe, an recipi Jus hoc poſſet, nec abſonum à Juris ratione videretur. *p. l. de Codicil.* Impp. Theod. & Valent. *in l. humanam 8. C. de ll.* reſcripſerunt, ſi quid de cætero in publica privatâq; cauſa emerſerit, quod formam generalem, & legibus antiquis non inſertam expoſcat, id ab omnibus anteà tam Proceribus S. Palatii quàm glorioſiſſimo cætu PP. conſcript: tractari, & ſi univerſis placuerit tunc dictari, ut univerſorum conſenſus Imperialis ſerenitatis auctoritate firmetur *d. l.* 8. Carol. etiam M. regni primoribus totiq; populo in annuis conventib⁹, Imperii negocia propoſuiſſe legitur in annalibus. Lacedæmonii Regibus ſuis adjunxerunt Ephoros. Idem de Hiſpania, Gallia, Angliâ, Scotia, palam eſt. Quid ergo mirum ſi idem hodie à Germanis fiat, qui majore ſemper præ aliis uſi ſunt libertate? Et ſi olim Cæſaris, Auguſti, Theod. Valent. Caroli aliorumque majeſtati per hoc detractum non fuit, nec hodiernis Impp. decedet. Inſurgit hic Hippol. à Lapide *in ſua diſſert. de rat. ſtat. p. 1. c. 6.* Hoc regale hodie Imp. non magis quadrare, quàm ſi exiguo pedi ingentes aptes cothurnos, eò quòd ob tantum procerum in legibus ferendis poteſtatē hodie etiam Imperii, Reichs Abſchied / non Imperatoris receſſus dicantur, vel ſaltem Imperatoris & Imperii, ſive, Unſer und deß Reichs Ordnung. *R. I. de Anno* 1567. §. Aber doch. Quos nonnulli ſtatus omnium nomine ſubſcribant & ſubſignent. Reſp. Námque etiam hodie quædam eſſe negocia, quæ ſolus Cæſar & ſuo nomine expedire poteſt; quædam, in quibus Cæſar & Status ſimul cooperantur, ut eſt Jus ferendarum legum. In his tamen Cæſaris partes eſſe potiſſimas & principales, ut ab hoc principaliore facienda ſit denominatio, *ſæpe d. l. quæritur. de ſtat. hom. l. 2. ad l. aquil Lim. in annot. ad Cap. Car. V. a.* 32. *ibi* Durch Uns. *p.* 360. *Klock. de Contrib. c. 4. n.* 30. quod meliùs oſtendi nequit, quàm ſi partes utriuſque perpendamus. Sic I. Imp. Status convocat ad Comitia ubi de legibus conſtituendis agendum. II. Solus deliberationis capita hac de re proponit. III. Facit legem ſive ut ſonant formalia: Setzet und ordnet von Römiſchen Käyſer und Königlicher Macht. *R. I. Spira. Anno* 1544. §. Als Wir ab. r. IV. Receſſibus apponitur ſigillum Regium vel Imperatorium. V. Subſcribit nomen ſuum. VI. Ponit tránsgreſſoribus pœnam. VII. Legem promulgat vel ſuo nomine publicare mandat. VIII. Terminum publicationi apponit. IX. Violatores conſtitutionis à Fiſcali Cæſaris conveniuntur, & mulcta exigitur, ut ex conſtitutionibus Imperii notum eſt, ut rectè dici poſſit: Omnia noſtra facimus, quibus autoritatem noſtram impertimus, *l. 1. §. omnia. C. de vet. Jure enucl.* Ex quibus prædominans poteſtas & monarchia Imp. apparet & immotum pro eadem argumentum ſumitur apud Arum. *d. c. c. 9. con.* 65. ubi autem Imperium non eſt monarchicum, non tantùm conſultanti, ſed etiam proponendi Jus eſt penes Ordines. *Reinck. de reg. ſac. lib. 1. claſ. 2. c. 2. n.* 119. E contrà autem I. ante indictionem EE. conſenſus adhibetur II. à Statibus deliberatur, quomodo lex concipienda, ut ſit moribus ſubditorum conſentanea. III. Status legem acceptant, promulgatam ſervant. Non itaque hæc circumſcriptio poteſtatis Imperialis tanta eſt, ut Majeſtatis Jus abſorbeat, nec plenitudo & conſilium procerum incompatibilia ſunt ſed conjunctim adhuc ponuntur *in R. I. Ratiſb. Anno* 1530. *ibi*: Aus Unſer Käyſerlichen Macht / Vollkommenheit / und mit gemeldten Unſer Churfürſten/Fürſten und Ständ deß Reichs gemeinen zeitigen Rath. Adhæc proceres ſua ſuffragia cum conteſtatione ſubjectiſſimæ obſervantiæ interponunt. *R. I. de Anno* 1521. §. Und dieweiln.

Digitized by Google

competerent; ubi tamen ne reformata ipſorum religio admiſſis in ſocietatem Collegialem Catholicis, periclitetur, aliud ab ipſis practicari conſuevit, hoc ſcil. ut admittendi jurent, ſe contra Capituli ſtatuta & exercitium Religionis Auguſtanæ, &c. nihil molituros nec ullum mutandæ Religionis jus ſibi arrogaturos, & deinde ſe nec à Papa relaxationem à præfato Juramento petituros, vel ultro oblatâ abſolutione uſuros, Lim. *de I: I. publ. l.* 162. *cap.* 9. *n.* 16. Quòd autem ex §. Damit auch. de ſuſpenſione Juriſd. Eccleſ. allatum, ad hoc ꝛ. illam ſuſpenſionem non obtinere in omnibus cauſis Eccleſiaſticis & ſpiritualibus, ſed tantùm in iis quæ fidem ejúsque exercitium principaliter concernunt propter verba ſeqq. §. Aber in andern Fählen der Augſpurgiſchen Confeſſion Glauben / Kirchen-Gebräuchen / Ordnungen / Ceremonien und Beſtellung der Miniſterien nicht anlangend / quales ſunt cauſæ matrimoniales de divortiis. Gilm. *tom.* 2. *Symph. p.* 1. *t.* 3. adhæc in compoſitione Pacificat. religioſæ JC. Dilingenſium *c.* 6. negatur pontificem, illa Pacificatione Jurisdictioni ſuæ renunciâſſe.

14 QUÆST. V. *An hæ Preces Juris favorabiles ſint vel otioſi?*

Quia quod prævalet, attendendum eſt: Veriùs eſt eſſe odioſas, adeóque reſtringendas, *argt. c. odia de R. I. in 6. c. quod verò. de ll.* prout privilegia contra jus ſtrictam interpretationem recipiunt, *c. porro. de Privil. in* 6. quod etiam in Privilegiis Pontificum à Jure communi exorbitantibus obtinet, *Rebuff. in prax. benef. p.* 1. *t. differ. inter privil. & reſcript. n.* 23. *in fin.* Ac licèt inductæ etiam ſint Preces in favorem Imperatoris, ob concurrens tamen præjudicium Ordinarium, quibus de Jure ſuo aliquid decedit, magis odioſæ cenſentur, Chock. *ad preces ſect.* 2. *V. decimo ſexto. q.* prout pœnæ licèt favorem publicum concernant, quia tamen ſimul odio delinquentium inductæ ſunt, tanquam magis odioſæ reſtringuntur, *l. interpretatione. D. de Pœn.*

15 QUÆST. VI. *An nominationem Imp. vel Rex Rom. alteri committere poſſit?*

Affirm. ita ut prærogativâ precum non tantùm gaudeant ij, quos Imp. immediatè nominat, ſed etiam ij, qui à Cæſaris Commiſſario nominati ſunt. Ratio eſt, quia factum à mandatario juxta terminos mandati ab ipſo mandante factum cenſetur, *c. qui facit, de R. I. in* 6. Et ita Wenceslaus Imp. olim hoc Jus per diœceſin Spirenſ. & Wormatienſem Ruperto ſeniori Palatino conceſſerat, Lim. *de I. p. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 7. alii aliis noſtrâ memoriâ. Facit I. quòd ea quæ Principi competunt Jure proprio, ex præſcriptione vel conſuetudine immemoriali, ut hoc, delegari poſſint, ſine dubio *l.* 1. *ff. de offic. ejus l. more ff. de Jurisd.* II. Poſito non admiſſo, quòd hoc Jus ex ſola conceſſione Papæ Imp. haberet, & ſic eſſet delegatus Papæ ſicut delegatus à Principe aliàs, ita hic delegatus à Papa ſubdelegare poſſet, *l. à principe C. de Judic.* ad. de Cluten. *in Syllog. rer. quotid. n.* 19. *Fritſ. c.* 3. *n.* 13.

QUÆST. VII. *Quid ſi autem Jure ſuo nominandi in loco aliquo vel Catholico vel Reformato Imp. non ſit uſus an præſcript. excludetur?* 16

Neg. cùm res hæc ſit meræ facultatis, quæ non utendo tantùm non amittitur, *l.* 2. *de Via publ. Geil.* 2. *obſ.* 18. *n.* 4. *facit.* §. *fin. ibi Latinorum nomen non frequentabatur. I. de Libert.* ut in ſimili, ſi mille annis in area mea juxta palatium non ædificavi, adhuc ædificare & domum altiùs tollere potero, niſi prohibitus per tempus legale prohibitioni acquieverim. *Chock. ſect.* 2. hanc quæſt. nullibi tractatam dicit Fritſchius *c.* 4. *n.* 16. Ipſe autem immemoriali tempore jus hoc præſcribi ſuſtinet, *per tradita Vult. de feud. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 1. *Roſenth. de feud. cap.* 5. *con.* 14. R. Abſchied. *de An.* 1548. §. Und ſoll Unſer / ꝛc *Inſtrument. pacis Oſnab. a.* 5. ibi, ubi exercuit jus Primariarum precum, exerceat impoſterum.

QUÆST. VIII. *Quid ſi autem Imp. uni Titio Preces in Eccleſia certa dederit, an variare deinde, & alium nominare poterit?* 17

Videbatur negandum hoc argumento, ſi enim hoc Papæ non conceditur *juxta Rebuff. ad reg.* 17. *Cancell. de Jure quæſit. non toll. in princ.* multò minùs Imperatori *argt. l. Barbarius. in fin. de off. præt.* Accedit, quòd variatio in perſonis Principibus reprobatur maximè, *Clement. cùm illuſio. de Renunc.* qui unum duntaxat calamum unam linguam habere debent, *Laudens, in tract. de princ. q.* 258. Item iſta nominatio per Preces gratia eſt & beneficium, quod decet eſſe manſurum, *c. decet. de R. I. in* 6. At hic non videtur contemnenda diſt. *Chock. ſect.* 2. aut Jus quæſitum eſt primo Preciſtæ, & non poteſt aliàs

Digitized by Google

aliàs poteſt. Licet enim Princeps revocare poſſit privilegium ex gratia conceſſum, (Secus, ſi ob bene merita qualis donatio revocari nequit, *l. Aquil. & l. ſi pater. in fin. de donat,*) tamen Jus quæſitum ſemel actu tollere ſine cauſa non poteſt, *l.* 1. §. *ſi quis à princ. Ne quid in loc. publ. l. nec avus.* C. *de Emanc.* Hinc ſi nomen alicujus tantùm in albo ſeu Rotulo Principis ſcriptum ſit, revocationi locus erit, Chockier. *ſect.* 2. *v. decimeſept. quæritur. & ad reg. Cancell.* 16. *aliis* 17. *de non toll. Jur quaſ.*

18 QUÆST. IX. *Quid ergo, ſi Cæſar hodie unum nominet coram Capitularibus, & cras ſecundum, qui curet ſolenni ritu expediri literas: An ſecundus præferetur, ſicut, ſi duobus res donata ſit & poſteriori tradita ſint inſtrumenta rei, hic potior eſt,* juxta l. quoties C. de R. V. junct. lib. 1. C. de donat.

℞. Neg. quia nec ſcriptura eſt de eſſentiâ gratiæ, nec imperialis ſanctio indiget ſcripto, *l. ſancimus. §. exceptis.* C. *de donat. junct. Clem. dudum. v. nos etenim de Sepult. ubi comparantur gratia verbo vel ſcript. conceſſa. Chock. ad reg. Cancell.* 8. *de literis. inform. rationi congruis, & ad reg.* 25. diverſum eſt in translatione dominii, ubi traditio ſimul vel aliquid ei æquipollens requiritur *d. l.* 15. C. *de R. V. l.* 20. C. *de pact.* Non obſtat quòd is, qui non habet literas expeditas, ſi tantùm habet vivæ vocis oraculum, nihil habere videatur, prout in conceſſione dignitatis vel officii, quam facit Princeps, debet eſſe ſacrum Principis autographum, *l. ſacri affectus.* C. *de diverſ. reſc. l. probatorias.* C. *Eod.* ℞. Hoc obtinere, quoad validitatem gratiæ, objecta verò quoad probationem, ad quam ſcripturâ opus eſt, niſi de eâ aliunde ſatis conſtet, Chock. *de loc.* §. *Tertiò quæritur.*

19 QUÆST. X. *Quid ſi autem duo Preciſtæ de eadem temporis data in eadem Eccleſia concurrant?*

Uter erit potior? Si in uno dies & hora, in altero tantùm dies appoſitus ſit, præferendus eſt, qui certam horam probat. *Felin. in c. paſtoralis. §. ratione unius horæ. De Reſcript.* Si neuter probet horam, præferendus eſt is, qui eſt in poſſeſſione, *c. Ex literis. de Probat. Menoch.* 2. *de arb. Jud.* 48. *n.* 10. niſi ex ordine ſcripturæ (qui in Cancellaria ſervari ſoleat) conſtet, uter priùs preces obtinuerit, ut ſi fortè manè alius & poſt prandium alius ſecretarius expedire expedienda conſuevit, *fac. l. quoties.* C. *de uſuf. l. ſervus ex his de ſtip. ſerv.* Sin autem nec ex ordine ſcripturæ vel ſtylo Cancellariæ prioritas colligi poſſit, conſulendus eſt Cæſar, qui gratiam dedit, *l.* 1. C. *de Ll.*

QUÆST. XI. *Quid ſi unus nominatus eſt à Cæſare, alter ab eo, cui Cæſar hac in re partes ſuas commiſit, nec de prioritate conſtet?* 20

℞. Nominatus à Cæſare erit potior, ſicut in collatione ab Epiſcopo & Vicario ejus eodem tempore factâ, præfertur collatio Epiſcopi tanquam dignioris, *c. ſi à ſede de præb. in 6.* Et ſicut Papa conferendo beneficium videtur datario illam poteſtatem ademiſſe, & in hoc paſſu revocâſſe, *c. ut noſtram X. ut Eccleſ. benef. ſine demin. conf.* Ita & Imperator; cùm Papa & Imp. fraternizent. *Eraſm. Chock. de Juriſd. ord. in Exemp. p.* 4. *q.* 13. Cæteris quóque paribus, qui priùs Executori præſentat Diploma, præfertur, cùm de eadem data facta eſt gratia, *Rota deciſ.* 100. *Chock. ad reg. Cancell. de concur. in dat. n.* 48. *& in Scholiis. ſect.* 2. *verſ. quartò.*

QUÆST. XII. *Quid ſi Preces uni conceſſa, non ſint ſortita effectum fortè ob mortem Preciſtæ; An Cæſar alium nominare poterit?* 21

Affirm, Hinc ſi Preciſta repudiet, alteri & alteri rurſus gratiam facere poteſt, *Simonett. de reſer. benef. quaſt.* 58. *Chock. ſect.* 2. §. *ſeptimo.* Sicut Patronus Laicus plures præſentare poteſt, donec actus planè fuerit conſummatus, *Chock. de loc. v. quinto.* Non obeſt: quòd omnis diſpoſitio intelligenda ſit de prima vice. *l. boves. §. hoc ſermone, ad quam* Tiraquell. *de V. S.* Reſp: Haberi pro unâ nominatione donec ea effectum habeat.

QUÆST. XIII. *Sed ſi beneficium, ad quod Preciſta nominatus fuit, fiat litigioſum & lite pendente Preciſta moriatur, An Cæſar alium ſurrogare, eique preces novas dare poterit?* 22

Affirm. Sicut jure communi, ſi Electus moriatur, lite pendente vel Electioni de ſe factæ non conſentiat, electio revertitur ad ipſos eligentes, *c.* 1. *de reſtit. in integ. c. ſi Electio. de Elect. in 6.* quæ jura de Electione loquentia etiam in nominatione & collatione obtinent, *c.* 1. *ut Lit. pend. in 6.* Et licèt quis replicare fortè poſſit, quòd hæc jura de Eccleſiaſticis perſonis loquantur, idem tamen obti-

Digitized by Google

obtinet in Cæſare, cujus Jus à Papa confirmatum eſt, ex cujus indulto beneficium ait redditur affectum, donec dominatio per Cæſ. facta plenum&pacificum ſortita ſit effectum,nec eſt hæc nova &ſecunda nominatio aut collatio,ſed prioris ſurrogatio & eadem cenſetur cum primâ;Et ſi hoc non obtineret, nunquam Preciſta eſſet tutus; Cùm ordinarii collatores odio habeant Preciſtas, ſemper moleſtias crearent Preciſtæ, id non facturi ſi ſcirent quando lite pendente moritur preciſta, nominationē non ad Cæſarem, ſed ad ipſos redire.

23 Quæst. XIV. *Quid ſi Imp. alicui gratiam Precum conceſſit verbo vel ſignaturâ, & deinde moriatur ante expeditionem Cæſar, an Preces adhuc valebunt?*

Affirm. Et expeditio pertinet ad ſucceſſorem, *c. in literis de Reſcript.* rationi enim congruit, ut ea quæ à prædeceſſoribus conceſſa,præpediente verò ipſius obitu expedita non ſunt,expediantur à ſucceſſore ad obtinendum plenum effectum, *Facit Reg. cancellar. Innoc. VIII. quæ eſt Paul. V. ibi Chock. pag. mihi* 146 Licèt aliàs alleganti Preces Preciſtæ Ordinarij fidem non habeant ſine literarum præſentatione, aliud tamen eſt quo ad effectum gratiæ Imperialis, quæ perficitur per ſolam ſignaturam ante literarum expeditionem, *R buff. in prax part. 2. ſign. n. 15, in p. Chock. ad reg. Cancell. 25. verbo. non dicitur.* dummodo vox & gratia, Papæ aut Principis regiſtrata ſit, unde Baldus: In Lingua Principis ſtat gratia, in ſcriptura teſtimonium,in executione comoditas. *Farin. deciſ.185. n. 2. part. 1. in noviſſ.* Itáq; licèt gratia ſit informis, cùm per literas illi forma detur,non eſt tamen hæc forma literarum eſſentialis, ſed probatorialis, quâ deficiente non Jus ſed probatio deficit, *juxta l. duo ſ. nt. de Teſtam. tut. Ad:* C'em. dudum. §. *nos enim. de ſepultur. Rebuff. in concord. de mandat Apoſt. §. 1. V. literas c. Inſtitutiones. 7. 25. q. 2.*

24 Quæst. XV *An Cæſar Preces concedendo poterit immutare naturam Beneficij, ut ſi in Eccleſiâ omnes debent eſſe Comites, Barones, Nobiles vel DD. vel biennale aut triennale ſtudium in Academia approbata continuâſſe, vel beneficiatus debet eſſe Presbyter &c. An poterit nominare aliquem iſtis qualitatibus carentem?*

Id negatur, quia Cæſar Jus Eccleſiæ convellere non poteſt, & ſaperet hæc res aliquam ſpeciem alienationis, *Abb. in c. cùm dilectus. De Conſuet.* Ad hæc limitata poteſtas tranſit cum ſuo onere, *c. Ex literis. de pignor*, unde quando ex Jure devoluto ſuperior confert, is tenetur providere ſecundùm naturam fundationis beneficii, & Epiſcopus ex Jure devoluto nominans Abbatem ex gremio nominare debet. *Jo. And. in c. contra eum de R. I.*

Quæst. XVI. *An Imp. Preces concedere poſſit ante confirmationem à Papa?* 25

Hanc Q. Chockier dicit ſe malle proponere, quàm decidere, & remittit ad Thuſc. *tract. com. concluſ. tom. 4. conc. 39. Azor. lib. 10. Inſt. mor.* Et ego propter rationes hinc inde æqualiter ponderantes eum intellectum captivo. Fritſchius autem ſentit poſſe Imp. poſt Electionem ante Coronationem, *c. 2. n. 48.* ubi etiam quærit, an Rex Roman. electus poſteà Cæſar duplices preces habeat.

Quæst. XVII. *An Papa Facultatem Precum revocare poſſit, aliàs revocare poteſt omnia privilegia conceſſa ſæcularibus Principibus, qui per conceſſionem & aſſecutionem Jurium Eccleſiaſticorū & ſpiritualium ſubjecti ſunt?* 26

Neg. verior eſt: Tum quia Jus hoc non fundatur in mera gratia Papæ, ſed ſimul in advocatia Cæſarea, tum quia ex immemoriali multorum ſæculorum conſuetudine ortum habet; Tum quia ob cauſam & merita conceſſa revocationi non ſubjacent; *Mandoſ. ad reg. 2. Cancell. n. 7.*

Quæst. XVIII. *An Cæſar nominationi apponere poteſt conditionem?* 27

Negat. *ex c. quæſitum de rer. perm. c. 2. de Elect. in 6.* niſi ſit talis conditio, quæ tacitè ineſt, ſicut juxta Bald. *in c. ſignificaſti. de præb.* valet collatio Epiſcopi, qui confert curatam Eccleſiam ſub conditione, ſi reſignavit primam, quæ tacitè ineſt, *c. de multa. de præb.* vel ut ſe qualificet juxta ſtatuta & Canonica Jura.

Quæst. XIX. *Cùm Preces hæ non habeant vim in aliis regnis & dominiis, dubitatur, ſi collator vel collatrix non ſit incola Germaniæ, habeat tamen 4. beneficia in Germania, an his Precibus gravari poſſit?* 28

℟. Affirm. quia non tam reſpicitur domicilium collatoris, quàm locus ubi beneficia ſita ſunt, *Rebuff. in praxi de nominat. q. 15. n. 56.* Hinc ſi quis

ſi quis impetravit preces ad certum Prælatum certi loci, qui ante vacationem beneficii ſui prælaturam cum alia permutavit, is preciſta poſtea vacante beneficio ab alio Prelato ſurrogato aſſumi debet, nā Prælaturis ipſis, quæ non moriuntur, *l. 76. de Jud.* non Prælatorum perſonis Præces factæ cenſentur.

29 QUAEST. XX. *Quid ſi beneficium principale ſit extra Germaniam ac ceſſoria verò ſint in Germaniâ, an locus erit Precibus?*

Neg. ex reg. Juris, qua acceſſorium ſequitur naturam principalis.

30 QUAEST. XXI. *Quid ſi beneficium ſit extra Germaniam ſitum, ſed ejus collatio ex Jure devoluto perveniat ad Epiſc. vel. Archiepiſcopum Germaniæ?*

Et hîc neg.: quia prima cauſa inſpicienda eſt, *l. 1. §. 13. in fin. Depoſ.* & privilegium ſuos non egreditur terminos. *Bart. in l. poſt dotem. ſol. mat. Choc. p. 33.* hoc autem jus Precum limitatum eſt ad beneficia in Imperio exiſtentia. Prout in ſimili Legatus Sedis Apoſtolicæ, qui non poteſt conferre beneficia extra provinciam vacantia, etiam in iis conferendis jus non accipit, etſi devoluta ſint ad Prælatum ſuæ provinciæ. *Brunell. tract. de poteſt. leg. Concl. 19. decl. 2.* Cum Preces locum non habeant in Italia nec ducatu Mediolanenſi, *juxta deciſ. Rot. de An. 1555. 25. Octobr. quæ reperitur inter deciſ. Creſcentii deciſ. 3. de prabend.* ut nec in aliis Regnis. *Navar. in rub. de Judic. not. 3. n. 156* oritur.

31 QUAEST. XXII. *An locum habeat in Epiſcop. Metenſi, Tullenſi, Verdunenſi?*

Ratio dubitandi eſt, quia hi Epiſcopatus à Gallis occupati in eorum ſunt poteſtate, & noviſſimâ Pacific. Germ. Gall. Monaſterii concluſum, quòd hi tres Epiſcopatus eorumque urbes & diſtrictus cum ſupremo dominio & Juribus ſuperioritatis incorporata ſint Coronæ Galliæ perpetuò & irrevocabiliter: Verùm non obſtante translatione, locum ibi precibus eſſe, verius eſt; Quia translationis poteſtas hoc non inducit, ut rei vel loco translato privilegia adimat, ſed rem & locum in priore conditione relinquit, *l. 2. §. 1. de priv. Credit. l. tempus. in fin. de R. Jud.* Prout etiam translatio bonorum ſit cum oneribus anneis, *l. 1. §. 2. C. de Caduc. toll. Wameſ. Conſ. 64. nu. 3.* Quod hîc multò magis obtinet, tum quia dictâ Pacificatione expreſſè reſervatum fuit Jus Metropolitanum ad Archiep. Trevir. S. R. I. Principem & Elect. ſpectans; at ubi jus Metropolitanum habet Trevirenſis; ibi Imp. Preces competunt; ergo & in his Epiſcopatibus, tum quòd de Pacific. additum ſit: Eo modo quo hactenus ad Rom. ſpectabant Imp. at quando ad Imperium ſpectârunt, Imper. habuit in his locis Preces, ergo & adhuc habebit.

QUAEST. XXIII. *Quid dic: de beneficiis Juris Patronatus an hæc Precibus afficiantur?* 32

Reſp. cum diſtinct: vel ſunt Juris patron. Eccleſiaſtici, vel laici, vel mixta. Prioris generis beneficia reliquis requiſitis concurrentibus afficiuntur, non reliqua; tantùm enim indultum Apoſtolicum confirmans conſuetudinem Precum loquitur de perſonis in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutis, ergo ſecus eſt in Laicis. *Rebuff. tract. de nominat. q. 8. n. 34.* ratio differentiæ eſt, quòd non facilè Sedes Apoſtolica velit alteri maximè Laico in Jure ſuo derogare, ne fortè à piis ſuis fundationibus, quarum occaſione Jus patronatus plerumq; habent, deterreantur; unde alias etiam generalis diſpoſitio non ſolet trahi ad beneficia Juris Patronatus laicalis, ſecus eſt in Jure Patronatus Eccleſiaſtico, in quo faciliùs præjudicari poteſt, *Covar. pract. qq. c. 36. n. 5.* Non obſtat, quod Papa indulto ſuo permittit Cæſari Jus precum ad præſentationem quorumcunq; collatorum pertinens. Reſp. per verba generalia non derogari Juri patronatus Laicali, niſi id exprimatur, imò etſi exprimatur; non cenſetur derogatum Juri Patronatus, quod competit Regi, Duci, Marchioni vel alteri Principi, *Chock. ad reg. Cancell. 40. de derog. Jur. patron. n. 17. & ejus frater Eraſm. Chock. de Juriſd. ord. in Exempt.* ubi notat, quòd diſpoſitio generalis non extendatur ad caſus privilegiatos aut ſpeciali notâ dignos, *arg. l. item 15. §. ait prætor. de Injur.* Verùm de tertio membro ſcil. Jure patronatus mixto major eſt dubitatio. Neg. tn. videtur probabilior, tum quia Jus Precum magis odioſum eſt, quàm favorabile, *ut de ſup. q. 5. ſub nu. 14.* Tum ne laicus propter Clericum ſuum jus perdat, & ne in re individua ſocius ratione ſocietatis præjudicium ſentiat, *Chock. ad r. g. Cancel. 40. n. 7. & pag. 43.* Idq; obtinet non tantùm, ſi Laicus habeat majorem partem in Jure patronatus, ut ſi duo eſſent Laici cum uno Clerico, ſed etiam, ſi parem, ut ſi duo Laici ſint & duo Clerici; ſi tamen Clerici majorē partem haberent & laicis prævalerent,

Digitized by Google

rent, ut ſi ad unum Laicum & duos Clericos ſpectaret jus patronatus; cùm à prædominante fiat denominatio, *l. quæritur de ſtat. hom.* tanquam Jus patronatus Eccleſiaſticum æſtimabitur, & Precibus locus erit.

33 Quæst. XXIV. *An Precibus locus in officiis Eccleſiæ?*

Diſting. *Affirm.* in Eccleſiaſticis, ut ſunt Theſauraria, Sacriſtia, Primi Clericatus, Archipræsb: Archidiaconatus, & ſimilia, *c. cùm vero de Conceſſ. præb. c. cùm acceſſiſſent, c. quocirca de Conſtit.* ſunt enim verè & propriè beneficia. Secus in officiis, quæ cadunt in Laicum & Precibus non ſubjacent, ut ſunt Judices, Syndici, Secretarii Capituli &c. An etiam locum habeant in Monaſteriis *v. Friſ. de precibus c. 1. §. 3. & c. 2. n. 9.* Illud aliquandò in dubium vocatum: quid ſi in aliqua Eccleſiâ ſtatutum factum, ut ſupprimatur unus vel plures Canonicatus pro communibus neceſſitatibus Eccleſiæ vel Collegii ſublevandis, vel quia reditus omnibus ad vitam & honeſtam ſuſtentationem non ſufficiunt, e.g. ut 12. Canonici redigantur ad ſeptem, nec ante poſt mortem præſentium Canonicorum ulli provideatur, quàm ad ſeptenarium numerum deventum ſit? Hinc eſt

34 Quæst. XXV. *An preciſta expectare debeat, donec quinque ſint mortui, & deinde moriatur ſextus?*

Quod Neg. quia hoc ſtatutum interpretandum eſt, ut nulli noceatur, nec Cæſari, nec Preciſtæ, unde fit, quòd ejusmodi ſuppreſſiones non valeant, niſi citatis omnibus, quorum intereſt, & ut cauſæ cognitio adhibeatur, an vergat in evidentem Eccleſiæ utilitatem. Sin autem Preciſta expectare deberet, donec vel tempus ſuppreſſionis eſſet finitum, vel præbendati ad numerum reſtrictum redacti, quælibet Eccleſia in fraudem indulti principalis prætensâ ejusmodi ſuppreſſione ſe poſſet eximere, & hoc modo preces ad multos annos ultra vitam Preciſtæ eludere, quod non eſt admittendũ. Facit, quod *ex Concil. Trid. ſeſ. 24. c. 15.* ſuppreſſiones cum conſenſu patronorum Laicorum fieri debeant, Precum autem harum Jus in eo fundatur, quòd Cæſ. Majeſtas ſe Eccleſiæ patronum devoverit. Ita Beſold. *in Theſ. verbo preces*, quod tamen Chock. *n. 10.* non admittit, ſi cum indulto Papæ facta ſit ſuppreſſio tempore datæ Precum, vult enim, quòd hic Preciſta ſuppreſſa præbenda accipiat, Canonicatum expectare tamen debeat, donec tempus indulti finitum ſit.

Quæst. XXVI. *An precibus afficiantur beneficia vacantia ex cauſa permut. aut reſignationis?* 35

Id neg. cum Rebuff. *de nomin. q. 15. n. 64.* *Chock. ad reg. 8. Cancell. p. 35. per c. licèt in tua, ubi Boer. de rer. perm. in 6.*

Quæst. XXVII. *Quid de beneficiis reſervatis?* 36

Reſp. Excipi à Precibus reſervata, *de quibus in Extravag. ad regimen de præb.* ſcil. beneficia Capellanorum Papæ & aliorum Officialium Romanæ Curiæ, eorumque qui in Rom. curia decedunt, vel locis à d. curia non ultra duas diætas diſtantibus, *Chock. ſect. 5. b.* unde ſequitur alias reſervationes Precibus eſſe obnoxias, *facit. c. nonne X de præb.* cùm exceptio firmet regulam in caſu non excepto. *Nov. de non alienand. §. ut au-tem Covar. 2. var. reſ. 5. n. 6.*

Quæst. XXVIII. *Quid de beneficiis legitimè ad Sedem Apoſtolicam devolutis?* 37

Reſp. Et hæc eximi. *text. c. in noſtra. X. de Conceſſ. præb. c. un. ut Eccleſ. benef. Rebuff. de devolut.* ſecus ſi devoluta ſint in alium, *c. Ex parte de Conceſſ. præb.*

Quæst. XXIX. *Quid de beneficiis litigioſis?* 38

Nec hæc afficiuntur, ſive hæc Preciſta acceptare non tenetur, niſi fortè prorſus calumnioſa lis eſſet, quæ vitium litigioſi non inducit, *l. 1. de Litig. Chock. pag. 77. tit. 10. ſect. 5. Gomeſ. ad reg. de ſurrog. collit. q. 11. n. 6.*

Quæst. XXX. *Quid de beneficiis monocularib⁹?* 39

Hoc eſt ſi alicui competat tantùm unius beneficii collatio? *Chockier ad reg. Cancell. 8. gl. 4. n. 4.* Reſp. nec hæc Precibus comprehendi, quia non eſt veriſimile Pontificem & Cæſarem voluiſſe privare Ordinarium collatorem uno oculo, accedit quòd indultum conceptum ſit, qui habet 4. beneficia ſub ſua collatione.

Quæst. XXXI. *Sed quid ſi collator, unum habet in Imperio tria verò & plura extra illud?* 40

An hoc unum Precibus gravari poterit? Videbatur hoc aſſerendum, quia ſicut gravamẽ reſpicit totum patrimonium, *l. ſi fideicom §. 1. de Jud.* ita hoc gravamen Precum cenſetur reſpicere omnia

Digitized by Google

omnia beneficia ut ſic illud unum non videatur monoculum. Verùm contrarium verius, quia indultum requirit, ut habeat quatuor in Imperio.

41 QUÆST. XXXII. *Quid ſi autem habeat Collationem unius in Imperio, & præſentationem aliorum plurium etiam in Imperio?*

Hoc non eſſe monoculum, ſed precibus ſubjacere ſentit. Chock. *in fin. ſect.* 1.

42 QUÆST. XXXIII. *Quid ſi ſolus habet collationem in uno & in aliis tribus conferre poteſt cum aliis ſociis?*

℞. Locum fore Precibus. Ratio eſt, quia meum etiam dicitur, quod mihi cum aliis commune eſt, *l. ſi quis ſuos ſervos* 47. *de Leg.* 3. *l. pupillus* 239. *§. fin. de V. S. Chock. d. loc. & ad reg. Cancel.* 8. *Menoch. de arbit. Jud. caſ.* 201. *n.* 69. Non obſtat, quòd ſtante hac ſententia videatur immodicè gravari, ut vix Jure conferendi in vita uti liceat, quæ ratio eſt, quòd monocularia ſint exempta. ℞. Namque; Cum jus conferendi habeant ex indulto Papæ, non eſt, quòd conquerantur. ſi Papæ conſenſu illud ſemel in vita Cæſaris reſtringatur, cùm aliàs omnem poteſtatem conferendi Pontifex à ſe non abdicarit, ſed de jure cum quovis Ordinario concurrere poſſit, *c.* 2. *de prebend.*

43 QUÆST. XXXIV. *Quid de dignitatibus, quæ majores in metropolitanis & Cathedralibus poſt Pontificales exiſtunt, Item de dignitatibus Principalibus in Collegiatis?*

℞. Eſſe à Precibus exemptas in ipſo diplomate Papæ *Adolph. Sotto ad* 3. *Reg. Cancell. & ibi* Chock. facit quòd hæ aliàs comprehendi non ſoleant, niſi de iis ſpecifica fiat mentio, *c. quamvis. §. quanquam de prab. in* 6.

44 QUÆST. XXXV. *An Preces tantùm afficient beneficia ad Capituli collationem ſpectantia?*

℞. Neg. ſed etiam locum habent, ſi ad ſingulos de Capitulo ſpectet collatio, non ſolùm, qui vice Capituli nominant, tanquam Turnarii, ut moris eſt in diverſis Collegiis, ubi ex ordine ſinguli diem habent in menſe nominandi ad vacantem præbendam ſuo die, ſed etiam ſi ad unum Canonicum fortè ſeniorem, vel duos ſeniores ſacerdotes, aut Diaconos ſpectet. Quòd ſi autem Canonicus conferat jure ſpeciali vel proprio non vice Capituli, preces ad Capitulum directè hunc non adſtringent, unde cautelam ait Chock. *d. loc. lit. R.* ut Preces dirigantur ad Decanum, Capitulum & ſingulos Canonicos conjunctim & diviſim.

QUÆST. XXXVI. *An in omni caſu vacantis beneficii Precibus locus erit?* 45

Affirm. Itaque non intereſt, an vacet per mortem, ob crimen beneficiati ab ipſo commiſſum, ut ſunt Aſſaſſinium, Hæreſis, Simonia, *de quibus Rebuff. in prax. tit. quib. mod. benef. Chock. ad* 8. *reg. Cancell. gl.* 8. ſive etiam vacet per contractum matrimonium de præſenti, *c.* 1. & 3. *de Cleric. conjug. reg. Cancell.* 64. adeò ut talis Clericus contrahens, beneficium non recuperet, etiam nondum alteri collatum, multò verò minùs jam alteri datum, quamvis ſponſa ducta nondum cognita decedat, vel ipſa religionem ingrediatur, Chock. *ad reg. Cancell.* 64. Quod etiam obtinet etſi matrimonium non valeret de Jure, ut quia contractum eſt cum impubere vel conſanguinea, *Maſcard. de probat. Concl.* 180. Secus ſi non valeat ex defectu formæ, puta ſi beneficiatus non contraxit juxta diſpoſitionem Concilii Tridentini coram proprio Parocho & teſtibus, *Sanchez. de matrim. lib.* 7. *diſp.* 43. Eodémque modo locus eſt Precibus, ſi vacet per ingreſſum religionis ſecutâ ſcil. profeſſione, *c. beneficium de R. I. in* 6. *Reg. Cancell.* 57. plures caſus recenſet, Chock. *ad reg. Cancell.* 8. *Et* 30. modos vacandi proponit Rebuff. *tract. de reg. nomin. ad prælat. §. Monaſterii. verbo Vacantibus.*

QUÆST. XXXVII. *An Preces conceptæ in caſum mortis, locum habebunt in caſu depoſitionis vel alio, &c.* 46

Videbatur hoc negandum, ob ſtrictam interpretationẽ Precum, per tradita *ſup. q.* 14. *argt. c. ſuſceptũ. de reſc. in* 6. Attamen affirm. Verior quòd ſcil. diſpoſitio facta in uno caſu mortis etiam in altero obtineat, cùm remotus ab officio, mortuus cenſeatur. Sic enim in uſu Juris Prælatus ſuccedens in locum renunciantis vel translati, non dicitur ſuccedere vivo ſed mortuo. *c. in apibus. §. Ecce.* 7. *q.* 1. Sic mandatum Epiſcopi uti morte expirat, *Clement. præſenti de offic. Ordin.* ita etiam remotione, translatione, &c. Sic tutor datus in caſum mortis alterius propinqui, ſi propinquus removeatur, admittendus eſt, *facit l. actione §. publicatione pro Socio l.* 1. *§. fin. de bon. poſſ.* Cùm ex æquipollentibus non referat quid fiat. *l. in vita de Cond. & demonſt.*

O 3 QUÆST.

Digitized by Google

47 QUÆST. XXXVIII. *An Precibus afficiantur beneficia quovis menſe vacantia?*

Affirm. Sive Papæ ſive Capituli ſex menſibus vacant. Nec obſtant Concord. Germaniæ, ubi ſex menſes Papæ reſervantur. Reſp. Harum precum Jus Concordatis inter Frideric. Imp. ac Principes Germaniæ, cum Sede Apoſtolica initis longè eſſe antiquius, cùm Concordata primùm facta ſint, An. 1449. 14. Cal. April. nec verſimile ſit Imp. Fridericum voluiſſe aut potuiſſe renunciare vel derogare huic Eccleſiaſtico reſervato Cæſaribus à multis retrò annis competenti. II. facit, quòd per generalem renunciationem vel diſpoſitionem non tollatur privilegium, ut ſup. d. III. Quòd noviſſimis indultis Apoſtolicis expreſsè in hoc paſſu concordatis derogetur. Non obſt. quòd hoc Jus Precum habere dicatur Imp. ex indulto Papæ, ſed Papa juxta concordata non habet Jus conferendi beneficia in menſibus Ordinariorum Febr. April. Junio, Auguſto, Octob. & Decemb. ergo non poteſt Imperatori concedere contra Regulam Juris, nemo plus Juris &c. Reſp. ut ſæpiùs, non ex ſolo indulto Papæ hoc Cæſari competere. Et ſi contraria ſententia eſſet vera magnum gravamen inferetur Archiepiſcopis, Principibus & Academiis habentibus ſpecialia indulta conferendi beneficia menſibus Papalibus, ſi hi menſes tantùm Precibus ſubjacerent.

Cùm ante omnia curare debeat Preciſta, ut Preces inſinuentur Ordinario, aliàs enim manus ejus non eſſent ligatæ, & occurrente vacatura poſſet conferre alteri; Oritur

48 QUÆST. XXXIX. *An Ordinario abſente inſinuatio fieri poſſit ejus Vicario?*

Affirm. in tantum, ut ſi Ordinarius poſteà conferat alteri, non valeat, etſi allegaret ignorantiam factæ Vicario inſinuationis. *Rebuff. de nominat. q. 18. n. 60.*

49 QUÆST. XL. *An Vicario extra diœceſin inſinuatio facta ſufficiet?*

Affirm. quia ut voluntariæ Juriſd. ubivis etiam extra territorium expediri poteſt. *l. 2. de off. proconſ.*

50 QUÆST. XLI. *Quid ſi Ordinarius latitet aut aliàs impediat, ne inſinuatio Precum vel inhabitatio Executoris ad ſe perveniat?*

Reſp. Haberi ac ſi facta eſſet, ſicut aliàs pro citato habetur; qui ſe occultat, *c. quoniam. §. porro ut lite. non conteſt. c. 1. de For. compet. l. properandum.* C. *de Judic.*

QUÆST. XLII. *Quid ſi Preces directæ ſint ad Capitulum, cui inſinuatio fiet?* 51

Reſp. Canonicis in Capitulo congregatis. *Rebuff. q. 14. n. 74. denominat.*

QUÆST. XLIII. *Infra quod tempus Preciſta de vacante beneficio providendum?* 52

Reſp. infra menſem, poſtquam vacatura innotuit, & ipſe beneficium duxerit acceptandum, ubi autem acceptavit, & Ordinarius inſtituere recuſat, executor conferet, etiam Ordinario collatore non vocato nec monito. Cùm enim hic ſit nudus executor, exceptiones contra reſcriptum vel perſonam non admittet. Ita tamen conferet, ſi literæ precum ipſi præſentatæ ſint, ante enim conferre nequit. *c. cum in Jure de off. deleg.* poſteà verò inducet in poſſeſſionem Preciſtam, vel Ordinarium per cenſuras ad hoc compellet. *Chock. p. 28.*

QUÆST. XLIV. *An cæci, ſurdi aut corpore vitiati ſint capaces precum?* 53

Videbatur affirm. quia l. non diſtinguit, ergo nec nos, *arg. l. de precio. de publ. act.* Verùm hic non negligenda ſequens diſtinctio: Aut agitur de beneficio, quod habet annexum aliquem Ordinem actu vel potentiâ proximâ, velut intra annum, aut non habet annexum Ordinem. Priore caſu ſunt incapaces, quia inhabilis ad Ordines, inhabilis eſt ad tale beneficium, & qui repellitur ab Ordine etiam ab hoc beneficio repellendus; ſed iſtæ perſonæ repelluntur ab Ordinibus, ergo. Altero caſu ſunt capaces accedente diſpenſatione Papæ præter quem alius ſuper tali vitio non diſpenſat: Non obſtat, indulti generalitas, & indefinita locutio. Reſp. verba generalia ſemper ad perſonas habiles reſtringi, *text. cum gl. l. in provinciali. §. fin. de nov. op. nunc. §. de Conſtituta. ubi Dd. l. de act.*

QUÆST. XLV. *Quid ſi Preciſta contrahet matrimonium?* 54

Reſp. Hic precibus renunciâſſe cenſetur, *Dd. in c. un. de Cler. conj. in 6.* ita tamen ut Cæſar alium ſurrogare poſſit, ut ſuprà reſponſum. Si tamen matrimonium non tenuit juxta præd. Precibus non excidit, *c. non præſtat. de R. I. in 6.* Imò qui impetravit Preces, dein uxorem duxit, ſi tempore vacantis poſtea præbendæ uxor mortua ſit, primam vacantem prætendere poterit in ſua viduitate. *Angel.*

Digitized by Google

Angel. in §. 1. n. 1. Quib. mod. Jus pat. pot. ſol. licèt hac de re dubitet Chockier. ſect. 2. v. decimo.

55 QUÆST. XLVI. *Quid ſi Preces alicui conceſſa ſint, qui non habet primam tonſuram, aut tempore data non habebat ætatem ſufficientem, tempore verò vacaturæ acceptationis, & collaturæ hac requiſita habet, an ſufficiet?*

Affirm. quia in beneficialibus attenditur ſtatus præſens, *c. cùm de beneficio. de preb.* & ſatis eſt, quòd habilis ſit tempore collationis, *c. ſi eo tempore. de Reſc. in 6. Chock. pag. 76.*

56 QUAEST. XLVII. *An Illegitimus Precibus frui poſſit?*

Neg. quia Cæſar eodem jure uti debet quo Papa. *c. ſi qui de R. I. in 6.* maximè in materia ſpirituali, *c. Venerabilem. §. inſuper. X. qui fil. ſint leg.* Niſi cum Illegitimo à Papa diſpenſatum ſit; Ac licèt enim Cæſar Illegitimum legitimare & naturalibus reſtituere poſſit, *t. t. C. de natal. reſtit.* non tamen id factum cenſetur, niſi probetur; & ſi probetur, non ſufficiet ad beneficialia niſi adſit diſpenſatio ejus, qui poteſt irregularitatem tollere, *Chock. pag. 76. lit. M.*

57 QUAEST. XLVIII. *Cum acceptatio à Preciſta infra menſem à die vacationis fieri debeat, ne diutina Eccleſiaſticorum beneficiorum vacatio diſpendioſa ſit Eccleſia*, c. quam ſit X. de Elect. *Quid ſi alius acceptet ſine mandato, an ratihabitio ipſius principalis ſufficiet?*

Affirm. dummodo fiat infra terminum ad acceptandum conſtitutum. *Covar. 3. var. res. c.* 16. *n. 5. facit. c. fin. X. de Jurep. l. fin. C. ad Maced. l. bonorum. rem. rat. hab.*

58 QUÆST. XLIX. *A quo die menſis ad acceptandum currit?*

Reſp. à tempore publicæ vacationis in loco Eccleſiæ ubi beneficium vacat, computabitur, niſi Preciſta abſentiam, aut aliàs juſtam cauſam ignorantiæ probare poſſit. *Monoch. de arb. Jud. caſ. 186. & lib. 6. praſ. 23.*

59 QUAEST. L. *An tempus hoc currat contra minorem vel aliàs impeditum?*

Et quidem contra Impuberem non currit. *l. 3. C. de præſc. 30.* Minor autem poſt pubertatem per lapſum menſis læſus reſtitui poterit, *t. t. de Minor.* Non obſt. quòd minor in ſpiritualibus pro majore habetur, *c. Ex pacto de Reſtit. ſpol. c. ſi annum. de Judic. in 6.* Reſp. id tantum obtinere in merè ſpiritualibus. *Sfort. in tract. de in integ. reſt. q. 6. a. 1.* ut ſunt matrimonium, ingreſſus religionis, votum in aliis autem, quæ ſpiritualibus annexa ſunt, ut ſunt beneficialia, minori reſtitutio non denegatur *Covar. 1. var. reſol. 4. n. 2.* prout in ſpecie ſi læſus ſit minor in reſignando beneficio enormiter, reſtitutione gaudet, *Covar. 1. var. reſ. 3.* etſi beneficium jam alteri collatum fuiſſet, *facit l. in cauſa. §. interdum. de minor. Chock. pag 73.* Obiic. quod reſtitutio non detur, quando res in alium tranſlata eſt. *l. quod ſi minor.* ergo etiam non dabitur, quando culpâ minoris beneficium jam alteri collatum eſt. ℞. Ex d. l. in ſubſidium enim dari contra tertium, ſi minori aliter couſuli non poſſit. Nec dici poteſt, quòd hic minor certet de lucro captando ſeu beneficio acquirendo. ℞. Cenſeri potiùs quòd certet de damno vitando, quia minor iſte in caſu quæſt. ſpem proximam habebat ad beneficium, quam ei adimi non eſt exigua jactura. *Flam. Paris de benef. lib. 5. q. 7.*

QUAEST. LI. *Cùm Preciſta acceptare etiam poſſit per procuratorem ad hoc ſpeciale mandatum habentem vel etiam generale acceptandi beneficia, licèt hujus non ſit facta mentio in mandato Conſtitutionis,* Covar. 3, var. reſol. c. 16. n. 4. *An Laicus mandatarius, eſſe poteſt?* 60

Affirm. Licèt enim in ſpiritualibus Laicis non ſit poteſtas, *c. Eccleſia S. Maria. X. de conſtit. c. decernimus X. de Judic.* Poteſt tamen in beneficialibus eſſe Procurator, & ſic pro Clerico acceptare beneficium, *Anton de Butrio in c. Meſſana, de Elect.* Maximè cùm iſta acceptatio in nudo miniſterio facti conſiſtat, quod per laicum poteſt expediri, *Chock. pag. 57.*

QUÆST. LII. *An Preciſta preces ſuas per ceſſionem in alium transferre poteſt. ut ſi fortè matrimonium contrahere profeſſionem in religione facere velit, vel ſe irregularem agnoſcat?* 61

Affirm: exemplo & præjudicio ex Anno 1604. confirmat Sigiſm. à Voburg, *in rudim. Juris Can. ad fin. pag. mihi 718.*

QUÆST,

Digitized by Google

62 QUÆST. LIII. *An poſt menſem adhuc Preciſta acceptare poterit, ſi res adhuc ſit integra, nec vacans beneficium alteri collatum?*

℞. Neg: quia non ſervatâ formâ præſcripta actus nullus eſt, *Rebuff. tract. nomin. q. 16. n. 1.* facit, quod poſt menſem executor ei providere nequeat obſtante ſcil. formâ mandati, cujus fines ſtrictè cuſtodiendi ſunt.

63 QUÆST. LIV. *An ſi Preciſta omittat acceptare primam vacantem, deinde ſecundo vacantem acceptare poterit?*

Super quâ Q. caſus formatus & Facultati huic Juridicæ Salisburg. Anno 1655. 17. Julii ex urbi Francofurdienſi propoſitus fuit ſequens: Cit. à N. Preces Cæſareas Decano & Capit. N. Collegiatæ Eccleſiæ, ad quam directæ erant, feciſſet inſinuari, eæque acceptatæ fuiſſent, in quibus juxta ſtylum Preciſtæ data facultas acceptandi beneficium quandocunque aut quodcunque duceret acceptandum, & deinde in iſta Eccleſia vacaret Canonicatus cum Cantoriâ, Preciſta hunc non duxit acceptandum, ſed in aliud tempus jus ſuum differendum. proindeque per Not. & teſtes Decano & Canonicis Capitulariter congregatis hanc voluntatẽ inſinuari, & deſuper proteſtationem interponi fecit; Vacavit deinde in d. Eccleſia ſecundum beneficium cum Scholaſteria, nec hoc acceptavit, priore declaratione & proteſtatione Capitulariter repetitâ. Tandem vacavit beneficium & præbenda cum Decanatu, hoc acceptandum duxit, prout acceptavit & Capitulum de hâc ſuâ voluntate & acceptatione per Not. & teſtes certioravit, petendo ſibi poſſeſſionem tradi. Idem Executorem Precum infra menſem pro executione imploravit. Fuit quæſitum an Preciſta in hoc ſufficienter ſit fundatus? Et quidem ſi ſimpliciter ex Jure communi reſpondendum foret, contra Preciſtam negativè reſolvendum videbatur. I. Quia variatio non eſt permiſſa. *l. is qui Stichum. de Procur. cui accedit text. l. ſervi Electione. de Leg. 1. l. apud Aufidium de opt. Leg. l. Paulus rem. rat. hab.* II. Quòd omnis diſpoſitio in dubio reſtringatur ad primum actum. *l. Eum qui. de V. O. l. ſi duo. §. 1. de V. S. l. boves, 89. §. hoc ſermone. ubi Tiraq. de V. S.* cùm preces primariæ nil aliud ſint, quàm expectativa ſuper prima vacatura; Prima autem vacatura cenſeatur, quam alia non præcedit, uti primogenitus in uſu Juris dicitur, ante quem nullus eſt, *c. Joſeph. 5. de V. S. facit. Exod. 13. & 34. Num. 8. & 18. junct. l. qui duos. 9. in fin. princ. ubi legendum, quem nemo antecedit. de reb. dub. l. proximus. 92. de V. S.* adeò ut etiam hora & momentum naturæ attendatur: *l. ſi quis. 5. § ſi duo de Vulg. ſubſt. c. duobus. 14. de Reſc. in 6. junct. l. Arosticuſa de ſtat. hom. Geneſ. 25. junct. c. quam ſit periculoſum. 8. 7. q. 1.* Confirm. III. *per text. c. 11. de præb. in 6.* ubi negativa eſt in terminis. Verùm his rationibus & text. non obſtantibus contrarium & pro Preciſta reſpondit inclita Facultas: Videlicet Preciſtæ intentionem eſſe rationabilem, & Preces in ſuo vigore manſiſſe, patrocinatur Preciſtæ I. text. *c. 1. de Conceſ. præb. in 6.* in terminis, ubi ſi mandatur alicui de beneficio provideri, quod duxerit acceptandum in aliqua provincia, illi optio data cenſetur, quatenus primam vel ea ex cauſa omiſſa ulteriorem duxerit acceptandam; At in hoc indulto Precum arbitrio Preciſtæ id relictum, ut ex ſtylo hodierno paſſim & ſemper inſeri ſolet, juxta formulam à Chockier *in proœm. p. 5. & 6.* item per alios propoſitam, quæ clauſula adjecta jus tribuit Preciſtæ, ut 1. 2. 3. vel ulteriorem (ſi priores neglexit) nulli debitam & vacantem præbendam petere poſſit, Chock. *ſect. 4. fol. 70. idem ſect. 2. lit. 7. p. 45. allegans Rotam deciſ. 37. incipit Nota quod. Ægid. deciſ. 735. incipit Canonicus fac. c. ſi tibi de præb. in 6.* Roboratur II, Jus Preciſtæ per illam Juris Civilis diſpoſitionem, quòd optio vel arbitrium ex pluribus alicui conceſſum, ſit Facultatis arbitrariæ, *Dd. per l. ſi ſtipulatur, 76. de V. O.* ita tamen, ut electio ſemel facta conſumatur, & iteratò eligere & variare non liceat, niſi certis caſibus, *l. 2. 3. 4. 5. de opt. leg.* Cum quo textu civili concurrat notanter gl. & *text. in c. gratia. verbo. Elegeris, de R. I. in 6.* unde infertur, cùm Preciſta antehac nondum elegerit, quod vacans beneficium cum Decanatu eligere & acceptare poſſit; Nec adverſantur Preciſtæ ea quæ ſupra in contrarium allegata. Non primum; Quia non verſamur in terminis, ubi ſemel facta fuit electio, aut acceptatio, & Preciſta variare intendit. Ad II. ℞. allegata Jura procedere in dubio, ut conceſſio tunc intelligatur facta de primo beneficio vacaturo; at hodie non verſamur in dubio, quando Precibus d. clauſula inferitur. Et ſic ℞. ad III. *in c. 11. de præb. in 6.*

Digitized by Google

in 6. mandatum Papæ expreſsè fuiſſe conceptum de beneficio primùm vacante, hîc autem verſamur in caſu diſſimili, ubi adjecta eſt clauſula ſalutaris de vacaturo quocunque & quandocunque. Ad hæc cit. cap, loquitur de eo, quia gratiam neglexit; in noſtro autem caſu Preciſta ſibi vigilavit, & proteſtatione proſpexit, proteſtatione vero Jus conſervatur. *facit. l. ſi debitor quib. mod. pig. ſol.* Chock. *pag. 69.*

64 QUÆST. LV. *Quid ſi Preciſta beneficium acceptavit & petiit ſibi conferri dicens vacare per obitum Titij, quod vacabat per obitum Sempronij, an hæc acceptatio valebit?*

Pro negativâ facit, quòd expreſſo uno modo vacandi non veniat alius, *c. ſuſceptum. de Reſc. in 6.* Verius tamen eſt, acceptationem valere, quando aliàs de corpore beneficii conſtat, *facit l. demonſtratio. ff. de Cont. & dem. l. ſi quis. in fund. de leg. 1.* Idem obtinet ſi in agnomine aut aliâ qualitate beneficiati erratum fuiſſet, Rebuff. *tract. nominat. q. 14. §. Item. de legat.*

65 QUÆST. LVI. *Quid ſi Preces conceptæ ſint ad certam Eccleſiam, an poterit Preciſta acceptare beneficium vacans in Capellâ, Clauſtro, Cæmiterio, aut Ambitu Eccleſiæ contiguo?*

Affirm. Quia hæc cenſentur eſſe ſub uno tecto & pars Eccleſiæ prout ſuburbia cenſentur de continentibus ædificiis civitatis, & urbis nomine comprehenduntur *l. 2. de V. S.* multòque magis Capella, Ambitus, Cæmiterium Eccleſiæ contigua. Secus ſi beneficium eſſet extra ſepta Eccleſiæ ſitum, ad quam Preces directæ ſunt. Nec hoc poſteriori caſu intereſt, an Capellanus vel Beneficiatus teneatur ad aliquod miniſterium in ipſa Eccleſia fortè intereſſe Divinis, quia potiùs attenditur ipſum corpus beneficii, & locus ubi eſt ſituatum, quàm miniſterium aliquod annexum, *argt. l. cum quidem de Fund. inſt.*

66 QUÆST. LVII. *An Beneficiatus in unâ Eccleſiâ in eâdem per Preces acceptare poſſit præbendam?*

Affirm. dummodo iſta duo ſine Apoſtolica diſpenſatione habere poſſit, ut ſunt beneficia difformia, dignitas & Canonicatus, Canonicatus cum Capellania: hæc enim ſunt compatibilia niſi ratione reſidentiæ ſeu ſervitii eſſent repugnantia. Leſſ. *de I. & I. lib. 2. c. 34.* Chock. *ſect. 5. Lit. K.*

QUÆST. LVIII. *Cùm benef. Eccleſiaſticum non poſſit licitè obtineri ſine Canonica inſtitutione* c. 1. de R. I. in 6. *& Ordinarij teneantur ad præſentationem Precum Preciſtam recipere, Laici autem Jus inſtituendi non habeant, nec mittere debeant falcem in alienam meſſem miniſtrorum Chriſti, c.* ſi quis deinceps. 16. q. 7. c. quisquis. c. Meſſana. de Elect. *Quid ſi Ordinarius id recuſet?* 67

℟. Preciſta ad Executorem per Cæſarem datum tanquam ad ſacram anchoram confugiet, qui vel eum inſtituet inducendo infra menſis ſpatium in poſſeſſionem, vel Ordinarium ad hoc per cenſuras compellet, Chock. *p. 28.* ſi ſcil. Ordinarii de facto contradicant; ſecus ſi juſtam cauſam allegent, *argt. l. c. licèt de præb. in 6.* Poterit etiam Preciſta adire immediatum ſuperiorem, quin & ad Papam ſemper confugere poterit Jure concurſus, Rebuff. *ad Concord. Franc. §. ſi quis verò. verbo. diſpoſuerit.*

QUÆST. LIX. *An Executores etiam contra exemptos procedere poſſunt?* 68

Affirm. Chock. *in tract. de Juriſd. ord. in exempt. p. 4. q. 64.* hac ratione quòd hi Executores gerant vices Papæ, cui exempti ſubjiciuntur, quia tamen variis in locis exempti nulli alteri ſubſunt quam S. Sedi, aut ejus legato à latere, niſi delegatio Apoſtolica aliud importet, aliud hic dicendum eſſet.

QUÆST. LX. *Quales debeant eſſe Executores?* 69

℟. Oportet eſſe in dignitate conſtitutos *juxt. c. ſtatutum. in p. de Reſc. in 6.*

QUÆST. LXI. *An executor alium ſubexecutorem deputare poteſt?* 70

Affirm. *per l. à judice. C. de Jud.*

QUÆST. LXII. *Quid ſi executor vel ſubexecutor ante collationem moriatur?* 71

℟. Vel facta eſt commiſſio ſub nomine dignitatis quæ non moritur, & ſucceſſor exequetur, *c. ſi gratioſè. de reſc. in 6. c. quoniam. de off. deleg.* vel ſub nomine proprio, & recurrendum eſt ad primum delegantem. Rebuff. *in form. liter. Execut. mandat. Apoſtol.*

QUÆST. LXIII. *Minimè hic omittenda videtur* 72 *Q. aliquando diſputata, An detur cumulatio titulorum, proviſionis Ordinarij & Precum, ſive cùm nominato à Cæſare objicetur beneficium Precibus non eſſe affectum,*

Digitized by Google

An Preciſta poſthabitis precibus proviſionem ab Ordinario recipere poſſit?

Ratio dubitandi eſt, quòd electâ unâ viâ non detur aditus ad aliam, *c. ut qui tuas de Elect. in 6. Chock. pag. 82. l. quod in heredem. §. eligere. de tribut. act.* & nemo poſſit uti titulo duplicato, dominiumque non niſi ex una cauſa acquiri, ſemel verò dominus amplius dominus fieri nequeat, §. *ſic itaque. I. de act. l. cum rei. de Contr. Empt. c. inter dilectos. X. de Feud. Inſti.* Verùm contraria ſententia obtinuit, videlicet Preciſtam ſi videat ſuas preces effectum ſortiri non poſſe, vel ob impedimenta Juris aut facti litibus ſe obruendum timeat, poſſe recurrere ad alteram viam, & acceptare proviſionem Ordinarii. Ratio eſt, quia electa via inutili non tollitur alia utilis, *l. mater. ubi DD. de Inoff. teſtam. l. Claudius de acq. hered.* uti proponens actionem ineptam, ſi repellatur, poteſt deinde ad aptam recurrere, *Tiraq. in l. boves §. hoc ſermone. n. 16. de V. S. facit c. nullus pluribus. de R. I. in 6. c. poſt. Electionem. v. tam ratione prima, quàm ſecunda conceſ. preb.* ratio eſt, quia iſtæ duæ gratiæ licèt diverſæ ſint, non tamen ſunt contrariæ.

Huic reſervato ſolitò longiùs immorati ſumus, quia materia præſens gravis eſt, quotidiana, & ut ajunt de tempore, cùm jam Precibus per Invictiſſimum Imp. diſtribuendis locus dabitur, nunc ad alia tranſeundum.

73 II. Reservatum Majeſtatis proprium & eſſentiale eſt ſubditis leges univerſales dare, eas immutare, interpretari, *l. 1. de Conſt. princ. l. 1. & fin. C. de ll. Caſtald. in t. de Imp. q. 110. n. 1*, hæcque poteſtas ita ei annexa eſt, ut ſicut radii à ſole, ita hæc ab Imp. in alium privativè transfundi non poſſit. *Panorm. de Jurid. lib. 3. c. 21. n. 1.* dicitur univerſales, *l. leges generales. C. de ll. l. 1. C. SS. Eccleſ.* quia particulares leges etiam quivis magiſtratus condit. *Perg. in t. del. Fi c. lib. 1. t. 2. n. 81.* ſic ænigmata legum ſolvere dignum Imperio dicitur, *de fin. C. de ll.* quamvis interim donec ſuper lege dubia emanat Imperialis deciſio, judices jubeantur, quod iis juſtum & æquum videtur decernere. *Nov. 125. c. 1. l. placuit. c. de Judic.* quòd tamen tantùm jus facit inter ipſas partes, *l. Ex facto. 43. de Vulg. ſubſt. c. cùm perſona de privil. in 6.*

Grave hîc incidit dubium, an illa poteſtas condendi, interpretandi, mutandi leges, hodie adhuc apud Imperatorem reſideat? 74 Ratio dubitandi eſt, quòd hodie ad hæc ſingula conſenſus Procerum & Statuum Imperii requiratur. Sic Maximil. I. Anno 1498. Friburgi conſtitutionem de vino fecit, mit ſambt ſeinen und deß Heiligen Reichs Churfürſten/ Ständen/ und gemeinen Verſamblung. Idem Maximil. ordinationem pro Notariis à nonnullis Jureconſultis conſcriptam approbavit, mit dergleichen Rath. Carol. V. Conſtitut. de ſucceſſione fratris & ſororis liberorum fecit, mit vorgehendem Rath deß Heiligen Reichs Chur- Fürſten und Ständen. idem factum, ubi legi aliquid addendum. *O. Cam. Anno* 1555. *in proœm.* Reichs-Abſchied zu Augſpurg. *Anno* 1548. §. welche erklärt. Idem in lege revocanda, *O. Cam. in pr.* Reichs-Abſchied zu Speyer. *Anno* 1570. §. Damit. In lege declaranda exemplum extat in Ordin. deß Land-Friedens zu Wormbs. §. ob jemand. Reichs-Abſchied zu Speyer. *Anno* 1557. §. ferners. Idem ubi lex vel conſuetudo abroganda, Cam. Ord. zu Augſpurg. *Anno* 1500. *t.* die Succeſſion der Töchter und Enickelen/ Reichs-Abſchied. *Eod. in fin.* Unde noviſſimè inſtrumento Pacis Cæſareo, Suecicæ inſertum, quòd Status Imperii gaudeant ſine contradictione Jure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negociis Imperii præſertim ubi leges ferendæ vel interpretandæ. Nec his, quæ de declaratione dicta ſunt, obſtat R. I. Ratisb. Anno 1541. ubi Imp. declarationem ſibi reſervavit in §. Doch haben Wir uns vorbehalten/ über vorgemeldten Frieden-Stand/ ſo offt ſolches die Nothdurfft erfordert/ jederzeit Declaration und Erläuterung zu thun/ Item in R. I. Anno 1554. Spiræ §. Wäre aber Sach. Reſp. námque ex receſſu Auguſtano de Anno 1548. §. Nach deme auch. & §. auff ſolche unſern ꝛc. Status illud negocium Imperatoris declarationi reliquiſſe illis verbis: Haben ſolches dem Käyſer underthäniglich heimgeſtellet/ adeóque illam poteſtatem Cæſaris fuiſſe extraordinariam quod ſæpius factum, legenti receſſus apparebit, unde colligitur regulam eſſe in contrarium. *Ita Lim. in annot. ad a. 2. Capit. Carol. V.* His

tamen

tamen non obſtantibus reſervatum Imperiale non corruit, nec enim ad eſſentiam majeſtatis pertinet leges maximè concernentes Statum Reip. Principem ſine conſilio Procerum pro libitu ferre, *Reinck. de reg. ſec. lib. 1. claſ. 2. c. 2. n.* 10. Si Imperii principia & progreſſus conſideremus apparebit, quòd Romulus urbis conditor non omnia manu regia expediebat, ſed Senatum conſtituit ut eſſent quorum conſilio rem adminiſtraret. Cæteri quoque Reges & Imper. Rom. Comitia calata & conventus habuerunt, in quibus de ſummis reip. negotiis cum S. P. Q. R. deliberaretur. Julius Cæſar communicata re cum primoribus ſenatus aut aliquandò toto ordine decreta fecit, Auguſtus antequam Jus fideicommiſſorum & codicillorum induceret, majorum more legitur convocâſſe ſapientes & quæſiviſſe, an recipi Jus hoc poſſet, nec abſonum à Juris ratione videretur. *p. l. de Codicil.* Impp. Theod. & Valent. *in l. humanam 8. C. de ll.* reſcripſerunt, ſi quid de cætero in publica privatâq; cauſa emerſerit, quod formam generalem, & legibus antiquis non inſertam expoſcat, id ab omnibus anteà tam Proceribus S. Palatii quàm glorioſiſſimo cætu PP. conſcript: tractari, & ſi univerſis placuerit tunc dictari, ut univerſorum conſenſus Imperialis ſerenitatis auctoritate firmetur *d. l.* 8. Carol. etiam M. regni primoribus totiq; populo in annuis conventibꝰ, Imperii negocia propoſuiſſe legitur in annalibus. Lacedæmonii Regibus ſuis adjunxerunt Ephoros. Idem de Hiſpania, Gallia, Anglia, Scotia, palam eſt. Quid ergo mirum ſi idem hodie à Germanis fiat, qui majore ſemper præ aliis uſi ſunt libertate? Et ſi olim Cæſaris, Auguſti, Theod. Valent. Caroli aliorumque majeſtati per hoc detractum non fuit, nec hodiernis Impp. decedet. Inſurgit hic Hippol. à Lapide *in ſua diſſert. de rat. ſtat. p. 1. c. 6.* Hoc regale hodie Imp. non magis quadrare, quàm ſi exiguo pedi ingentes aptes cothurnos, eò quòd ob tantum procerum in legibus ferendis poteſtatē hodie etiam Imperii, Reichs-Abſchied / non Imperatoris receſſus dicantur, vel ſaltem Imperatoris & Imperii, ſive, Unſer und deß Reichs Ordnung. *R. I. de Anno* 1567. §. Aber doch. Quos nonnulli ſtatus omnium nomine ſubſcribant & ſubſignent. Reſp. Nàmque etiam hodie quædam eſſe negocia, quæ ſolus Cæſar & ſuo nomine expedire poteſt; quædam, in quibus Cæſar & Status ſimul cooperantur, ut eſt Jus ferendarum legum. In his tamen Cæſaris partes eſſe potiſſimas & principales, ut ab hoc principaliore facienda ſit denominatio, *ſæpe d. l. quæritur. de ſtat. hom. l. 2. ad l. aquil. Lim. in annot. ad Cap. Car. V. a. 32. ibi* Durch Uns. *p. 360. Klock. de Contrib. c. 4. n. 30.* quod meliùs oſtendi nequit, quàm ſi partes utriuſque perpendamus. Sic I. Imp. Status convocat ad Comitia ubi de legibus conſtituendis agendum. II. Solus deliberationis capita hac de re proponit. III. Facit legem ſive ut ſonant formalia: Setzet und ordnet von Römiſchen Käyſer und Königlicher Macht. *R. I. Spira. Anno* 1544. §. Als Wir ab. r. IV. Receſſibus apponitur ſigillum Regium vel Imperatorium. V. Subſcribit nomen ſuum. VI. Ponit tranſgreſſoribus pœnam. VII. Legem promulgat vel ſuo nomine publicare mandat. VIII. Terminum publicationi apponit. IX. Violatores conſtitutionis à Fiſcali Cæſaris conveniuntur, & mulcta exigitur, ut ex conſtitutionibus Imperii notum eſt, ut rectè dici poſſit: Omnia noſtra facimus, quibus autoritatem noſtram impertimus, *l. 1. §. omnia. C. de vet. Jure enucl.* Ex quibus prædominans poteſtas & monarchia Imp. apparet & immotum pro eadem argumentum ſumitur apud Arum. *di. c. c. 9. con.* 65. ubi autem Imperium non eſt monarchicum, non tantùm conſultanti, ſed etiam proponendi Jus eſt penes Ordines. *Reinck. de reg. ſec. lib. 1. claſ. 2. c. 2. n.* 119. E contrà autem I. ante indictionem EE. conſenſus adhibetur II. à Statibus deliberatur, quomodo lex concipienda, ut ſit moribus ſubditorum conſentanea. III. Status legem acceptant, promulgatam ſervant. Non itaque hæc circumſcriptio poteſtatis Imperialis tanta eſt, ut Majeſtatis Jus abſorbeat, nec plenitudo & conſilium procerum incompatibilia ſunt ſed conjunctim adhuc ponuntur *in R. I. Ratiſb. Anno* 1530. *ibi*: Aus Unſer Käyſerlichen Macht r Vollkommenheit / 1 und mit gemeldten Unſer Churfürſten/Fürſten und Ständ deß Reichs gemeinen zeitigen Rath. Adhæc proceres ſua ſuffragia cum conteſtatione ſubjectiſſimæ obſervantiæ interponunt. *R. I. de Anno* 1521. §. Und dieweiln.

& *Anno.* 1524. §. Und erſtlich. *Anno.* 1567. §. Haben ſie ꝛc. Replicat quidem Hippolitus *de loc. pag.* 102. Non eſſe hoc nudum conſilium Statuum, quale dat amicus amico, Conſiliarius Domino, quod ſequi vel contemnere liceat: Sed tale, quod certo reſpectu neceſſitatem inducit. Nec Imp. noſtrum illud Regis Perſarum dictum imitari poſſe, Ne viderer meo tantùm uſus conſilio, vos contraxi: Ceterùm mementote. parendum vobis magis eſſe, quàm conſulendum. *Grot. de Jure bell. lib* 1. *c.* 3. *n.* 16. Et addit. Hippol. Imperator abſque Ordinum conſenſu nihilom. quidem poteſt, & Ordinum, ſi non major, ſaltem par in negotiis comitiorum eſt poteſtas, nec merum hîc deliberandi conſilium *ut in l.* 8. *C. de ll.* Conſilium enim non obligat; cui datur, & cùm datur, liberum eſt explorare an expediat, nec ne. *l.* 2. *§. fin. Mand. l.* 77. §. 24. *de leg.* 2. Imperatori verò à Statuum concluſo poſt deliberationem recedere non licet, nec ipſis invitis aliud Cæſar decernere poteſt, ut proinde ſicut Conſulis & Tribuni poteſtas non fuit præcipua, ſed Senatus & Plebis, licèt illi proponerent, dirigerent, & ab ipſis Senatuſc, Plebiſcita, non à Senatu & Plebe denominarentur; Ita idem in Imp. dicendum, ſicque concluſionem potiùs quam propoſitionem ſpectandam ait. *Et pag.* 100. addit de Imp. idem, quod de Rege Poloniæ dici poſſe, ſcripſit Staniſlaus Orichovius: Rex Poloniæ nihil eſt aliud, quàm os quoddam Regni veſtri vobiſcum conjunctum, ut nihil agat, moliatur; ac ne loquatur quidē, niſi quod exintimo ſenſu veſtro ſit profectū. Ad hoc autem quod de comparibilitate Majeſtatis & Jurium Statuum allatum eſt, idem replicat: Receſſus Imperii interdum minùs acuratè loqui, imprimis ubi de dignitate Imperii agitur, quoad Imperatorem longè ſpecioſiùs quam res ipſa requirit, quoad Ordines verò magis dimiſsè quàm authoritas eorum admittit; Sed hoc paraſitaſtris, legiſtis, receſſuum conditoribus & architectis imputandum, aut communi ſæculi noſtri vitio & depravato Germanici idiomatis ſtylo, qui ejuſmodi nugamentis ac inanibus ceremoniis, titulorúmque ampullis ad nauſeam uſque ſcateat, de verbis autem non curent Jureconſulti, nec nominales ſint, ſed reales, & veritas potiùs ipſáque rerum momenta quàm verba curialia ponderanda, qui autem verborum cortici inhærent, nucleum ipſum corrumpant, aut planè amittant. Hæc illæ. Verùm ſatis refellitur ex prædictis, ubi oſtenſum, longe potiùs eſſe Jus Imperatoris in ll. condendis quàm Statuum: Quàm autem abſimiles ſint magiſtratuum Rom. Conſulum & Tribunorum Rogationes, quorum poteſtas erat annua, Imperatoriæ propoſitioni Jure decidendi etiam munitæ, oſtendit ſatis Sluterus *in animadv. ad Hippol. c.* 4. *ſect.* 5. *n.* 2. & 6. ut proinde contra Hippolitum ſimilitudo, quam ipſe adverſus Imperatorem allegat torqueri poſſit; ſicut gubernator navis cum ſcopulos timet, ventíſque impeditur rectà qua vult curſum tenere, tempeſtate ingruente ſuos ad clavum una ſecum dirigendum advocat, per hoc tamen gubernator eſſe non deſinit, ita in Imperii gubernatione, ubi nunquam non ventorum ſcopulorùmque (his maximè conclamatis ſæculis) habenda eſt ratio, ſævientibus & irruentibus undique hoſtibus, rectè is, reip. clavo ſolus, non aſſiſtet, qui tempeſtatem ſatis præcavere nequit, niſi qui ſuorum animos promptos ſciat, ſi in Comitiis Procerum & Statuum conſenſu ad regni negocia ordinanda, adjutorium ſibi faciat, ne eo non adhibito procellis forte obruatur, Rex nihilominus manet, & Majeſtatem conſervat, *Sluter. d. loc. Reinck. de reg. ſecul. lib.* 1. *claſ.* 2. *c.* 2. 75
num. 120. † III. Priori affine reſervatum eſt Privilegiorum conceſſio, quod Majeſtatis proprium eſſe patet, *ex t. t. C. de imm. nem. conced. lib.* 10. *l. un. C. de his qui venat accep. lib.* 10. Ratio eſt, quia derogare Juri ſuperiori & legis univerſali (quod fit per Privilegium, *l.* 16. *ff. de ll.* ita dictum, quòd legem privet, *l.* 1. §. *fin. de Conſtit. princ.*) excedit vires inferiorum Magiſtratuum, & ſic ſoli competit, qui legem generalem facit, *l. omni innovatione. C. de SS. Eccleſ. l.* 43. *de vulg. ſub.* ubi dubium oritur: 76

I. An ſicut hodie in condendis ll. univerſalibus conſenſus Statuum, ita etiam in tribuendis privilegiis requiratur? Quod Neg. ex illo fixo principio: Quòd omnia imperandi Jura hodie adhuc Cæſari competant, quæ olim Cæſaribus competierunt, quæ legibus Regni Status ſibi cum Imp. non fecerunt communia; Nullâ autem lege Regni probatur, quòd Statuum conſenſus requiratur ad privilegia, ergo ſoli Imp. adhuc competit, idque experientia probat: Promiſit quidem Imp. Ferd. III. in Capitulatione art. 47. ſe dignitatem Principis

vel

Digitized by Google

vel Comitis nemini niſi digno & benemerito con-
ceſſurum, at inde privilegii conceſſio ei non adi-
mitur, ſed potius confirmatur, *Schutz. diſp. de Vic.
Imp. Th. 8. Reinck. claſ. 2. c. 1.*

77 II. An ergo Imperator alicui privilegium
immunitatis à collectis vel contributionibus Tur-
cicis concedere poterit? Quin in ſui proprium
præjudicium id Im. facere poſſit, non eſt dubium,
(quod etiam inferioribus Principibus licet) quòd
pro præteriti temporis ſatisfactione militiæ,
quando Status pro certa ſumma in contributio-
nem conſenſerunt, gratiam alicui facere, &
ſuam quotam clementer remittere poſſit. Sin autẽ
pro militia futuri temporis vel alia neceſſitate im-
pendente, cui per placitatam contributionẽ occur-
rendum eſt, remiſſio fiat, res eſt controverſa. *Id.
aff. Cluten. in Syll. rerum quotid. concl. 22. lig. g.* Si
ſcil. ex certâ ſcientiâ & de plenitudine poteſtatis
ſimilèſque clauſulæ reſcripto principali inſertæ
ſint. Verum hoc rectiùs negat Michael Shifferer,
*de Elect. Concl. ult. & Thom. Michael de Jurisd. Rom.
Imp. Conc. 27.* ubi præjudicium Cameræ pro hac
ſententia allegat. Ratio eſt, quia ejuſmodi clauſulæ
ſæpè ex conſuetudine ſtyli præter mentem Prin-
cipis inſeri ſolent, adeóque parũ operantur. *Schütz
de l. p. Vol. 1. diſp. 12. lit. l.* Deinde non cenſetur
princeps beneficium concedere cum incommodo
alterius, *l. 43. de vulg. ſubſt. c. ſuſpic. 15. de off. deleg.*
niſi urgens ſit neceſſitas, *l. 2. §. 16. ne quid in loc.
publ.* ac licèt virtutum præmia tribui merentibus
conveniat, támen aliorum præmia aliis damnorum
non debet eſſe occaſio, *l. 4. C. de ſtat. & immag. l. 4.
C. de Emanc. l. 6. C. unde vi. l. 4. de natal. reſtu. l.
c. C. de prec. Imp. off.*

78 III. An Privilegium ſemel conceſſum Prin-
ceps adimere & revocare poſſit? Diſting. vel privi-
legium eſt conceſſum & reſpectivè acquiſitum titu-
lo oneroſo acceptâ & datâ pecuniâ, vel ob factum
aliquod gratum ſervitium, ſive ob bene merita pri-
vilegiati, & hoc eſt irrevocabile, iſtóque caſu Prin-
ceps adinſtar privati ſe legibus ſuis ſubjicere vide-
tur, *argt. l. eſt receptum. 14. de Jurisd. Lanell. in
templ. om. Jud. lib. 1. c. 1. n. 3. Ant. Pereg. de Jure Fiſci.
lib. 1. c. 3. n. 28.* unde inferunt, non licuiſſe Reginæ
Angliæ Civitatibus Hanſæ Teutonicæ conceſſa pri-
vilegia adimere, cúm illa teſtibus Anglis ipſi auro &
ſanguine ſuorum ea comparâſſent. De Privilegiis ex
merâ gratiâ conceſſis major eſt controverſia, quæ
ex ſeqq. facilè reſolvetur.

Vicina eſt quæſtio: *An Papa poſſit invito Epiſ-
copatum auferre, ſi jam confirmatus &
conſecratus ſit Epiſcopus?*

De qua Vide Fagnan. *in c. quanta. de trans-
lat. Epiſ.* ℞. ex cauſa poſſe, non aliàs, Poſterius pro- 79
batur, quod licèt invitus nemo Epiſcopari cogatur,
c. ut inter. §. 1. & c. innotuit. de elect. poſtquam ta-
men ſemel conſenſit, invitus non transfertur, *c. ſci-
as. 7. q. 1.* Prius inde infertur, quòd omnia benefi-
cia mundi cenſentur manualia reſpectu Papæ. *ſe-
cundùm Bald. arg. c. ſi gratioſa. de reſc. in 6.* Dices.
Si unum, ergo omnes poteſt deſtituere, & transfer-
re. ℞. negando conſequentiam, quia hoc eſſet tur-
bare ſtatuum Eccleſiæ, licèt in beneficialibus ma-
jorem poteſtatem habeat Papa, quam in aliis, &
Principes in bonis ſubditorum, cùm in iis ſit ſupra
omne jus. *c. propoſuit de Conc. præbend. in 6. Clem. 1. ad
fin. ut lite pendent.* maximè, cùm titulos beneficia-
les, & notanter Pariarchatus, Archiepiſcopatus &c.
Romana fundârit Eccleſia, *c. 1. & 2. diſt. 22. c. olim.
diſt. 95.* & per conſequens faciliùs ſit amotio & dici
poſſit, ut Eugenius IV. dixiſſe legitur: *Amice non
facio tibi injuriam, nunquid licet de meo facere, quod
volo.* Ad hæc tituli beneficiales ſunt de jure poſiti-
vo. *d. l. 1. & 2. c. in illis. diſt.* 80. Papa autem legibus
poſitivis ſolutus eſt, nec quis ei dicere poteſt, cùr ita
facis, *c. in memoriam. diſt. 19. §. ex perſona. de pœnit
diſt. 3.* Etſi inferiores poſſint transferri ab Epiſco-
pis, *c. quæſitum de rer. permut:* cur non ſimiliter Epiſ-
copi à Papa; Sic poteſt Papa in uno Epiſcopatu du-
os conſtituere Epiſcopos, unire duos Epiſcopatus,
& unum dividere, *c. & temporis. 16. q. 2. c. ſicut. de
Exceſ. prał.* diſſolvere poteſt matrimonia carnalia
rata. *c. commiſſa de ſponſal. c. ex publ. de conv. Conjug.*
cur non ſpirituale inter Epiſcopum & Eccleſ. non
ob Epiſcopũ, ſed bonum Eccleſiæ contractum? Non
obſtat: quod in his, contra Jus divinum Papa non
poſſit diſpenſare. *c. literas. de reſtit. ſpol. c. ſunt qui-
dam. 25. q. 1.* ſed ſicut carnale, ita ſpirituale matri-
monium inter Epiſcopum & Eccleſiam eſt de jure
divino; & quos Deus conjunxit &c. *c. quocunque 24.
q. 1. c. ecce. c. nullus. diſt. 99.* ℞. comparationem
inter carnalem & ſpiritualem conjunctionem non
eſſe adæquatam, ut alio loco oſtenſum eſt. *add. Jo.
Gædd, diſp. fend. 4. theſ. 4. in fin.*

Digitized by Google

80 IV. Hoc facit quæſtio, quam difficilem ait Bart. *in l. Centeſimis. §. ſi ita ſtipulatus n. 9. de V. O.* An privilegium civitati vel alteri ad beneplacitum conceſſum, donec voluero vel donec revocavero, morte concedentis extinguatur: Et quidem prius, donec voluero, morte concedentis extingui probat in terminis text. *c. ſi gratioſè. de reſc. in 6. junct. l. 4. ff. Locat.* ubi dicitur locatio ita facta quoad is qui locâſſet voluerit morte locantis finiri; quod cùm in contractu oneroſo obtineat multò magis in privilegio obtinebit. *Bruning. de Varunnv. ſpec. Th. 63.* De poſteriori clauſulâ donec revocetur, Neg. *c. ſi delegatur. de off. de leg. in 6.* Ratio differentiæ hæc eſt, quia morte concedentis voluntas ceſſat, *d. l. 4.* & mors omnia ſolvit, *§. deinceps. Nov. de nupt. 22. ubi Sebaſt. Med. conc. 85.* Revocatur verò, quando contrarium ponitur, *Bart. in l. more majorum n. 17. de jurisd.* ubi tamen hoc addendnm, *ex Geil. 2. obſ. 60. n. 5.* quòd privilegium conceſſum ad beneplacitum Cæſareæ majeſtatis morte concedentis non extinguatur, quia magis contemplatione dignitatis, quæ nunquam moritur, *l. 76. de Judic.* Impp. enim nec naſcuntur, nec moriuntur, ut & Reges Galliarum naſcuntur non moriuntur; quàm ratione perſonæ indultum videtur, ac proinde perpetuò durat, niſi revocetur à ſucceſſore. *Bruning. d. loc.*

V. Quid ſi tamen enormis ſuperveniat læ-
81 ſio, an tum ſaltem revocari poterit privilegium titulò oneroſo quæſitum? Reſp. Neg. Quia contractus ab initio voluntatis, poſteà neceſſitatis eſt, *l. 5. C. de O. & A.* adeo ut nec reſtitutioni locus ſit, *ex l. 2. C. de Reſc. Vend.* quia quoad læſionem contractus initium attendendum eſt, non verò tempus & lucrū ſuperveniens, *l. ſi volunt ite. 8. ibi quod fuerat tempore, C. de Reſc. Vend.* dolum tamen abfuiſſe præſupponimus; Cùm fieri potuerit ut conceſſio privilegii concedenti aliquando lucroſa fuerit, mox autem damnoſa ſit, quo caſu poſterioris temporis damnum attendi non debet, ſed hoc cum lucro prioris temporis compenſandum venit, ut in locatione ſterilitas cum fertilitate præcedenti compenſatur. *Geil. 2. obſ. 23. n. 12.*

VI. Sed poſitâ ſententiâ affirmativâ, aut ſi
82 dolus fortè interveniſſe prætendatur, Quis hac de re cognoſcet? Diſt. Aut Civitas vel Collegium, quod privilegio obtinuit, agit contra alium etiam privilegio munitum, & actor juxta regulam ſequetur forum rei; Et ſi Princeps privilegium dedit, is de eo cognoſcet. *Geil. 1. obſ. 1. n. 7.* Si autem damnum ipſum Principem dantem concernat, ut ſi onus civitati vel alteri privilegiato imponatur ab ipſo principe quod ſubire nolit, privilegium immunitatis allegans. Hoc caſu Cæſari cognitionem adhuc competere probant Dd. *arg. l. Et hoc Tiberius. 41. ff. de hæred. Inſt. §. fin. de Vulg. ſubſt. l. proximè de his quæ in teſt. deb. Marant. de appell. n. 34. Geil. 1. obſ. 1. n. 18.* quamvis autem hoc de rigore Juris obtineat, honeſtius tamen erit ſi Princeps etiam ſupremus litis inter ſe & ſubditos intercedentis cognitionem alteri demandet.

VII. Quid ſi autem conſtet privilegium læ- 83
dere, an in totum tolletur, an verò ad moderationem redigendum erit? Prius Tollendum ſcil. voluit Panorm. *in c. ſuggeſtum. X. de decim. Olrad. Vel. 1. Conſ. Marp. 5.* à quorum opinione recedendum cenſeo, *argt. d. c. ſuggeſtum.* ubi Pontifex mandat Abbati & fratribus Dolenſibus, ut cum Abbate & fratribus de Urſino rem componant, id eſt tranſigant, quod fit aliquo dato vel retento.

VIII. Poteſtas & majeſtas Imp. tanta eſt, ut 84
ll. ſolutus ſit Imp. *l. princeps. de ll.* ac licèt Principes legibus ſe teneri profiteantur, *l. digna vox. C. de ll.* id tamen eorum virtuti non autem legum efficaciæ adſcribendum; Vel *cùm Fach. 1. cont. c. 2. D. Thom. p. 1. q. 96. atr. 5. ad 3. Covar. ad c. alma. mater. p. 1. §. 1. n. 4.* diſtinguendo inter honeſtatem & neceſſitatem, ſive inter vim directivam & coactivam, quòd quoad vim coactivam & neceſſitatem ll. ſolutus ſit, *d. l. princeps.* non verò de honeſtate, & ex vi directiva, *d. l. digna vox.* quæ de utraque vi loquitur, *ut & fin. §. fin. l. quib. mod. Teſt. infirm.* Nimiùm autem poteſtatem Imperialem reſtringunt, qui tantùm Juris ſolemnibus Principem eximunt, *ut Covar. 2. Moſc. 25. per. l. 3. & 19. C. de Teſtam. Vasq. 1. cont. c. 16.* licèt enim ſolennibus ſolutus ſit Princeps, non tamen ſolis ſolennibus, nec unius incluſio eſt alterius excluſio. Hallucinantur quoque Græci interpretes, qui Principem ll. pænalibus ſolutum, cæteris adſtrictum volunt, & refelluntur I. per generalitatem, *d. l. princeps. 31. d. ll.* II. Quòd *in l. 3. C. de Teſtam.* dicitur Principem ll. teſtamentariis & Juris ſolemnibus ſolutum, quæ tamen non ſunt pænales. Rurſus alii Principem ll. Juliâ & Papiâ Caduciariis ſolutum reliquis alligatum exiſtimant, *ut Cujac. I.* quòd inſcriptio, *d. l. 31.* ſit Ulpiani ad l. Papiam

l. Papiam. II. quòd *in l. 56. de leg. 2.* quæ item habet inſcriptionem ad l. Juliam Papiam, Princeps eximatur l. Caduciaria. Sed refelluntur facilè cùm aliis etiam ſolutam evincat *l. 3. C. de teſtam. §. fin. quib. mod. teſt. inf. l. 14. §. 1. de manum.* Nec quicquam in contrarium facit inſcriptio, *d. l. 31. & 56.* Quia ex ſingularum legum inſcriptionibus & rubricis, firmum non ſumitur argumentum, cùm nomina Jureconſultorum non ideo adſcripta ſint, ut leges ex ſententia & intellectu iſtorum Jureconſultorum, vel juxta rubricas legum explicari, reſtringi vel ampliari debeant. Sed ut memoria eorum, qui de Jure bene meriti olim fuére, conſervetur, *l. 2. C. de Vet. Jur. Enucl.* ſed potiùs leges juxta mentem Imp. Juſtiniani interpretandæ ſunt ex aliis legibus, adeóque par eſt, ut *lex 31. ſub tit. generali de ll.* poſita generaliter intelligatur. Non deſunt alii, qui ll. ſolutum videri Principem contendunt. Gotof. *ad Nov. 105. c. 2.* reverà autem ſolutum non eſſe. *argt. l. ex imperfecto. 23. de leg. 3. ibi quibus ſolutus videtur.* Sed nec hoc admittendum, quia aliis ll, dicitur ſolutus eſſe, adeóque licèt ſæpe verbum videri in Jure ſit nota improprietatis, *l. 1. §. dejeciſſe. de vi & vi arm. l. 139. §. 1. de V. S.* non tamen raró eſt nota veritatis ex modeſtia à Jureconſultis uſurpata. *§. in bona fidei. de act. l. 30. §. 2. ad l. aquil. l. ſi quis fundum. 37. de Cont. Empt.* quòd autem, *in d. l. 23.* Vox VIDETUR ſit nota modeſtiæ, ſatis colligitur ex aliis ll. ubi dicitur legibus ſolutus eſſe; Et certè ſi Princeps non eſſet ll. ſolutus, aut obligaretur Imperio ſubditorum aut alterius externi Principis, aut ſui ipſius, prius ut & ſecundùm eſt contra omnem Juris ordinem, tertium quoque abſurdum, cùm civiliter nemo ſibi ipſi imperare poſſit, *l. pen. de recept. qui arb. l. 13. §. 4. ad Trebell. l. 58. de Judic.* Hinc dicitur Imperator, carere primâ perſonâ & Sigism. Imp. in Concilio Conſtantienſi reprehenſus à Cardinale Placentino, ob verbum vitioſum, cùm dixiſſet: *Date operam, ut illa nefanda Schiſma eradicetur*, dicenti Placentino, Schiſma eſt generis neutri. Imp. quæſivit, quis hoc aſſerit? dicenti Placentino, Priſcianus; reſpondit Imperator: Placentine mihi non places, an non ego ſum Rom. Rex & ſupra Priſcianum ejúſque Grammaticam? Illud indubium ll. naturalibus gent. & divinis Principem teneri, *l. Papinianus §. Impubes. de Inof. teſt. l. 188. §. 1. de R. I. unde Deut. 17. legitur.* Rex leget in libro legis & non deflectet ab eo. Et Dioniſ. Syracuſanus matri ſeni ſe marito dari poſtulanti reſpondit, Ego civitatis legibus vim facere poſſum, naturæ nequeo, Plutarch. *apoph. 1. p. 30.* naturale enim jus ut & divinum ſuperat omnes leges poſitivas, *can. non licèt. diſt. 10. Menoch. 2. arb. Jud. caſ. 421. n. 8.* ergo & illam quæ dicit Principem ll. ſolutam, *d. l. 31. Vazq. 1. cont. c. 2.* Non itaque obſtant variæ ll. ſeqq. I. *l. Papinianus. §. 1. de Inoff. teſt.* ubi non eſt ſolutus l. glicia, ſed principe hærede ſcripto teſtamentum inofficioſum dici poteſt. II. Quòd in legatis Principi relictis Falcidia locum habeat *l. 4. C. l. Falc.* III. Quòd non poſſit homini ſanæ mentis adimere teſtamenti factionem *l. 43. de Vulg. ſubſt.* IV. Ex teſtamento imperfecto non poſſit capere *l. 3. C. de Teſt. l. 23. ff. de legat. 3.* V. Filium invitum non poſſit in poteſtatē patriam redigere. *Nov. 89. in princ.* VI. Succedit in onera hæreditatis & autoris, *l. 60. de Cond. & dem. l. 22. §. 1. de Jur. Fiſci.* VII. domus Imperialis agnoſcit functiones. *l. 1. C. de prad. & omnib. reb. navic. lib. 11.* VIII. Non poteſt imponere quartam tutelam. *l. 6. de Excuſ. tut.* Ad hæc omnia. ℞. Illa non eſſe merè Juris poſitivi, ſed in Jure nat. gentium & divino fundari. At dices ſi eſſet ſolutus Princeps ll. poſitivis id factum fuiſſet l. Regia per quam omnis poteſtas quam Princeps habet ad eum devenit, *l. 1. de Conſt. princ.* Sed illa hujus ſolutæ ll. poteſtatis non meminit. ℞. Tacitè ſaltem ex l. Regia ſolutum.

Inſtab. Populus Lege Regia omnem quidem ſuam non tamen majorem poteſtatem in principem transtulit: quàm habuit ipſe, majorem nec voluit, nec potuit *l. nemo plùs Juris. de R. I.* at populus legibus non fuit ſolutus, ſed eas ſervare debuit. *l. 1. de ll. l. 1. C. de ſum. Trin.* ℞. Populum ut univerſum ll. ſolutum fuiſſe, non etiam ſi conſiderentur ſinguli, qui ad legum obſervantiam tenebantur, quin & ex veteri aliquo monimento *d. l.* regiæ Principem expreſsè legibus ſolutum fuiſſe probat Colerus *de Jure Imp. Germ. ſect. 16. in fin.* Apud exteros quoque libertas ſumma in Regibus viguit, cùm enim Perſæ Sorores in uxores accipere non conſueviſſent, Cambyſes Rex unius Sororis amore captus, Judices accerſitos interrogavit: Num aliqua lex ſit, quæ hoc permitteret? Ipſi negativè reſpon-

reſponderunt, quandam tamen ſe invenire legem, quod liceat Regi Perſarum facere, quod libet, & ſic eam duxit Rex, & aliquantò poſt, duxit & alteram, Herodot. *in Thalia lib.* 3, *pag.* 234.

Vicina eſt quæſtio, An Papa etiam legibus ſolutus ſit, & Canonibus? de qua v. Fagn. *ad c.* 1. *de conſtit. num.* 57. *pag.* 25. *&* *n.*102. *pag.* 28. *c. propoſuit. de conceſſ. prabend. c. his ita.* 25. *q.* 1. *c. quamvis. de pactis in* 6.

85 Quid de ll. fundamentalibus Imp. A. B. Capitulationibus an ſolutus? Id neg. Tenetur enim iis ut conventione quâdam & pacto inito cum Statibus ad conſervandam Imperii dignitatem, ne ſanguine tam carè partum Imperium Tyrannide quadam deſtruatur, & Monarchiam in Anarchiam degeneret, ſic Trajanus poſt Tyrannidem Neronis, Caligulæ & aliorum fidem ſuam Juramento obſtrinxit Senatui: Et Impp. Græci Pontifici jurare ſoliti fuerunt de fide Catholicâ tuenda, Galliæ etiam Reges infinitam poteſtatem non habent ſed lege regni ſuo modo temporatam, Bod. 1. *de rep. c.* 4. *fol.* 155. Idem apud alias gentes ſalvâ majeſtate regali receptum, Reinck. *lib.* 1. *claſ.* 3. *c.* 9. *n.* 10. *Coler. de Jure Imp. germ. ſect.* 32. Et ſub hac tacita regni lege ut juſtè & bene regat Princeps ſemper admiſſus præſumitur. Geil. 1. *obſ.* 14. *n.* 6. *&* 2. *obſ.* 88. *n.* 2. *&* 9. *Minſ.* 4. *obſ.* 8. *&* 5. *obſ.* 97. *n.* 10. nec tantùm honeſtate ſed præciſa neceſſitate ad earum obſervantiam Imp. adſtringitur, ut ſup. *c. de Cap. Caſ. dictum.* unde ex Ratisb. Conventu 1623. (20.) (30.) Jan. apud Londorp. *tom.* 1. *act. pub. lib. c.* 6. legitur: Wann wir zwar nicht gemeint Ihr Majeſtät Gewalt zu diſputiren / daß ſie das jenige in Obacht zunehmen geneigt / was ſie in ihrer Capitulation Allergnädigſt zugeſagt / und diß ohn Maßgebung / Electores Saxo & Brandeburgicus Ly ohn Maßgebung noluerunt admittere, ſondern haben diß widerſprochen / in deme das ohne Maßgebung und die Capitulation nicht beyſammen ſtehen können / dann warzu Ihr Majeſtät durch die Capitulation verbunden / das wäre Deroſelben ohn Maßgebung nicht heimzuſtellen. Non obſtat Exemplum Margaritæ trium ſeptentrionalium regnorum dominæ, quæ cùm in Suecia contra Capitulationem multa tentaret, & proceres ei Jusj. objicerent, interrogans an haberent diploma conventionum? illis autem reſpondentibus ſe habere & probè aſſervare, dixit: Suadeo vobis ut literas diligenti cuſtodiâ obſervetis, nos autem Caſtra, civitates, & omnes regnorum noſtrorum partes diligentiùs obſervari faciemus. Nàmque non quid factum ſit, ſed quid fieri debeat attendendum; Et quia Capitulationes in ſola Principis religione & conſcientia fundatæ lubricæ forent, in Rom. Imp. cuſtodes earum Electores ſunt, qui obſervantiam earundem promoveant.

Quæst. II. *Hic aliquando quæſitum, an ad poteſtatem ſummam, pertineat poſſe virginibus ac mulieribus abuti? aut invitas contra parentum voluntatem aliis jungere?* 86

Hoc quidam Athei aſſentatores Principum affirmarunt allegantes text. 1. *Reg.* 8. *v.* 13. ibi filias quoque veſtras faciet ſibi unguentarias & panificas. II. Quia Regibus plures concubinas fuiſſe legimus, 2. *Reg.* 1. ut Davidi & Salomoni, ſic Evenus Scotiæ Rex Ethnicus induxit morem, ut domini præfecturæ in ſuo territorio virginitatem omnium ſponſarum delibarent, quam alius Rex ſuſtulit dimidiata argenti marca unam noctem à præfectis redimente ſponſo vel ſponsâ. Sic Adrilmachidæ virgines nupturas Regi exhibebant, & quæ ſibi placebant illas ipſe devirginabat. Herod. *lib.* 4. *Alexand. lib.* 1. *c.* 24. *Gregor. Toloſ. de rep. lib.* 9. *c.* 3. *n.* 48. Alii verò Principes ſibi arrogârunt, cogere filias ſuorum ſubditorum ut nubant, quibus ipſi voluerunt contra ipſarum & parentum arbitrium, prædivites pauperibus prout favebant, & quandoque ſuis meretricibus ac lenonibus honeſtiſſimos ſponſos obtrudebant; quod in vitam & bona ſubditorum ſibi arbitrium arrogarent. Verùm hæc ſententia Chriſtiano Principe indigna, cùm lex divina, Non mœchaberis, *Exod.* 20. *Matth.* 5. etiam Principi ſcripta ſit, legibus enim Dei Princeps ſolutus non eſt iis maximè quæ morales ſunt,

Nec priori opinioni ſuffragatur text. 1. *Reg.* 8. quia eſt aliud facere miniſteriales *juxta text.* aliud verò focarias & concubinas Regum, quia autoritate regia Princeps poteſt cogere ſubditos ut unguenta præparent & culinam reſpiciant vel edulia parent, aut etiam afferant, non ideo ſequitur poſſe illis imperare ad peccandum ſecum contra legem divinam, & ſi imperaret, juſtè contrà impe-

Digitized by Google

imperium obſequium denegaretur, cùm DEO magis quàm hominibus parendum ſit. *Actor. 5. v. 3.* Hinc iſta illicita concupiſcentia ſæpe fuit cauſa deturbandi Reges & Principes de ſolio ſuo, ut expertus eſt Tarquinius ob ſtuprum Lucretiæ, & nota decem virorum abolitio Romæ ob luxuriam Appii Claudii, *de quo text. l. 2. de O. I.* Planè autem aſſentatorium fuit Regi Cambyſi datum reſponſum ab aulicis, qui regi uxorem ducturo, An id per leges liceret, interroganti reſponderunt: Nullâ lege id permitti ſpeciatim, Generali tamen lege, quidlibet, pro libitu faciendi Regi poteſtatem datam. *Herod. lib. 3.* Adhæc meretricis potiùs quàm Auguſtæ vox fuit, illa Juliæ Antoninæ privignum ſuum ad ſtuprum allicientis: Si libet licet, An neſcis te Imperatorem eſſe & leges dare non accipere? *Coraſ. 2. miſc. 25. Greg. Tolos. de rep. lib 9. c. 2.* quo ferè reſponſo uſus eſt portentum illud hominis Caligula, qui pro ſingulari virtute ſemper laudavit inverecundiam, & monitus ab Antonina Avia, ut Imperium prudentiùs moderaretur, reſpondit: Memento, mihi omnia in omnes licere: *Huc facit illud Juven. Satyr. 8. verſ.*

Hoc volo, ſic jubeo pro ratione voluntas.

Belluinum quoque dictum fuit Franciſci Britani Angli equitis aurati, à quo cùm Henricus VIII. Angliæ Rex admiſſo adulterio ſciſcitatus eſſet, quale peccatum videretur matrem primum deinde ejus filiam cognoſcere, reſpondiſſe legitur, Tale O Rex, quale gallinam primùm deinde ejus pullũ comedere, quod verbum cùm Rex magno riſu excepiſſet, dixiſſe fertur: Næ tu meritò meus inferni Vicarius! *Nicol. Sand er. de orig. Schiſm. Anglic. l. 1.*

87 QUAEST. III. *Ex illa ſoluta ll. poteſtate controverſia naſcitur. An Princeps Jus quaſitum alicui auferre poſſit?*

Verius videtur id ſine cauſa Principi non licere, *l. quoties. C. de prec. Imp. off. §. dominorum. I. de his quis ſui vel al. l. 2. §. ſi quis à principe ne quid in loc. publ. Gabriel. 3. de Jure. quaſ. non toll.* ſive quæſitum ſit jus de Jure naturali, ſive ex Jure Civili puta per præſcriptionem, ſemper enim Jus naturale læditur, *l. id quod noſtrum. de R. I. l. 14. de Cond. ind.* quod Princeps inſtar privati ſervare tenetur, ſicut etiam divinum. Dicitur autem Deuter. 17. Nec adimet Princeps de patrimonio privatorum, & ſic Achab. 3. *Reg.* 21. 4. *Reg.* 9. & 10. injuſtè feciſſe dicitur, quòd Naboth vineam ſuam abſtulerit. Sic Maximil. Imp. noluit manumittere ſervum invito domino, Zas. *in l. 47. de re. Judic. Mynſ. 3. ob. 97. Hotom. illuſt. q. 1.* Ex cauſa tamen neceſſitatis vel utilitatis publicæ hoc principi licere, dummodo refundatur juſtum pretium probat *l. ſi quand. C. de oper. publ. d. l. 2. §. ſi quis à principe. Ne quid in loc. pub. I. venditor. 13. §. Conſtat. Com. præd. l. 2. C. in quib. cauſ. ſervus pro proem.* Geil. 2. *obſ.* 56. Non obſt. *l. Barbarius. l. de off. Prat.* ubi populus & multo magis Imp. ſervum manumittere potuit. Rſ. Intelligi prævia reſtitutione precii domino facienda, quod jam Barbarius prætor factus reſtituiſſe dicitur. Et ſic Chockier *Cod. Reg. Cancell. 15. p. 196.* ait: Si Papa alicui tollat jus in beneficio de plenitudine poteſtatis, quod de ſimili providere debeat læſo. Rebuf. *in praxi ferm. nova provis. n. 5.* addit autem Chockier *pag.* 198. quod ſi Papa fecit alicui gratiam derogando ſtatuto Eccleſiæ, quo cautum erat, ut Canonici ſint Nobiles, vel Illuſtres, qualis hic non erat, id intelligendum ſit, ſi Papa expreſsè vult juri derogare, & id fuit.

Et quamvis Thammermuth in Reſponſo Juris pro Canonicis Regularibus Noreſienſibus authoritate Pontificis erectis, & bonis eorundem aliis aſſignatis contendat, quòd unius Monaſterii bona aliis Papa attribuere jure non poſſit, ſi tamen cauſa ſubſit, poſſe tradit Caramuel. *in Reg. S. Bened. diſp. 57. pag. 352.* Salomon ſanè Rex viginti urbes, omnemque terram Chabul & à Socero Ægypti Rege dotales accipere & Hiromo Phœnici donare non dubitavit, non improbante divino Numine ad inhoneſta non connivere ſolito; Coring. *de finib. Imp. pag. 344.* Hæcque omnia multò magis obtinent, ſi per alienationem ſubditorum conditio reddatur melior. Hinc cùm Prætores Romani aquam aliunde in urbem ducerent per vicinos civium agros, Marcus Licinus Craſſus ſeſe oppoſuit, nolens per ſuum agrum duci, quæſitum fuit an rectè? de qua quæſtione Boxhorn. *d. ſq. polit. c. 31.* Pro Craſſo fecit, quòd is eſſet dominus agri ſui non Magiſtratus, & ſic dominia forent in incerto contra jura ſi id liceret, Magiſtratum quoque habere bona, & loca publica, ut à privatis abſtineant; Aquæductum etiam tantùm ob voluptatem parari, Jus autem auferendi bona privatorũ vel iiſdem præjudicandi tantùm ſpectare ad caſum neceſſitatis publicæ, & demum

Digitized by Google

mum pretium à poſſidente æſtimandum & refundendum, *l. 39. de uſuf.* prævaluit Sententia Craſſi non licere, quia neceſſitas publica non adeſſet.

88 V. Reſervatum, Conſtitutio Magiſtratus. Cùm enim parum ſit Jus eſſe à Principe conſtitutum & promolgatum, juxta poteſtatem competentem, niſi ſint qui Jura regant & exequantur præcepta, unde lex carens exactione Magiſtratus dicitur campana ſine piſtillo. Hinc illud ſervatum Majeſtatis Imperatoriæ conſequitur, Magiſtratuum conſtitutio. Bodin. 1. *de rep. n.* 158. & *teſte Halicarnaſ. antiq. Rom. lib.* 5. Lex Romæ fuit, quâ graviſſimè cautum, ne quis Rom, Magiſtratum gereret, injuſſu populi, mortis pœna in violatorem propoſitâ & impunitate illi qui talem peremiſſet, promiſſâ. Et quia populus reſervata ſua & Jura in Principem transtulit, hæc quoque cura ad eum pertinere dignoſcitur, *l. un. ad L. Jul. de ambit.* 2. *feud.* 56. *Sixt.* 2. *de regal. c.* 15. hinc is qui de provincia cùm ei ſucceſſum eſſet, non decedit, majeſtatis reus eſt, *l. 1. ad l. Jul. Maj.* Idque in majorum Magiſtratuum conſtitutione immediatè obtinet, quod ſi autem ab inferioribus Magiſtratus conſtituantur, hoc mediata Imp. authoritate fit, à quo tanquam fonte omnis Jurisdictio promanat, Lancell. *in templ. om. Jud.* 1. *c.* 1. *§.* 4. *fol.* 341. Cúmque ab uno Imp. in diverſis locis cuncta provideri nequeant, plures ſubordinatos eſſe oportet Magiſtratus, qui Imp. juvent, hócque modo Imp. multos oculos, aures, manus & pedes habere dicitur: Magiſtratus autem pro cujusque Reip. Statu alius major eſt, alius minor. alius 50. alius 100, alii mille imperant, exemplo dato à Moyſe, *Exod.* 18. *v.* 21. Major nulli præterquam ſummæ poteſtati ſubeſt, alii verò hoc mediante Imperatorem recognoſcunt.

89 Inſurgit hîc Hippolitus, *p.* 1. *c.* 13. Inter Magiſtratus primum ſine dubio locum ſibi vindicare Vicarios Imperii, Cameram & tres Eccleſiaſticos EE. Archi-Cancellarios, in horum autem creatione nihil Juris eſſe Imperatori, ſed illos ex lege Imperii vacante vel abſente Imperatore adminiſtrare; Hos verò à Capitulis ſuis eligi, quos verò Capitulum ritè elegit eos Imp. nolentem volentem inveſtire cogi & pro Archi-Cancellariis agnoſci debere. Idémque dicendum de Electorum ſæcularium officiis. R. autem horum Magiſtratus ab Imp. originem traxiſſe, & omnia iſta officia ab Imp. electi auctoritate dependere, qui non modò poſt Electionem omnium Electorum Jura confirmat, *A. B. t.* 2. *§. Et quia. pen. & ult.* Verùm etiam à Vicariis tempore interregni geſta ratificat, ita ut fidelitatis Juramenta Vicariis nomine Imperii præſtita ipſi poſteà Imperatori reddenda ſint, *A. B. t.* 5. quòd autem alios ſurrogare non poſſit Archi-Cancellarios, Archipincernas, Dapiferos, &c. id fit, quia ſucceſſor tenetur adimplere factum anteceſſoris, maximè ſi nulla ſit cauſa rationabilis aut delictum ex quibus privatione digni ſint Magiſtratui præfecti. *c. quia Joannes.* 12. *q.* 3. *c. illud.* 16. *q.* 6. Cùm hodie Magiſtratus ſoleant eſſe perpetui, non temporales, ut olim Romæ, nec ideo ut olim ampliùs in dominorum poteſtate auferre ſemel rem vel dignitatem datam aut conceſſam. *c.* 1. *§.* 1. *V. antiquiſſimo. De his qui feud. dar. poſ.* 1. *Feud. t.* 1. Hinc ſi anteceſſoris inveſtitura à ſucceſſore confirmetur, gratia eſt; ſi denegetur, eſt injuſtitia. *Toloſan. lib.* 9. *de rep. c.* 1. *n.* 34. Ad Cameram quod attinet, illa tribunal ipſius eſt Cæſaris quod vel inde liquet, quia contumacia in Cameram admiſſa in Imperatorem commiſſa cenſetur, Geil. 2. *de p. p. c.* 5. *n.* 3. Et in Camera tanquam ſupremi Principis conſiſtorio Juris civilis ſolennitas & nullitas circa proceſſum non attenditur, Mynſ. 1. *obſ.* 58. & 4. *obſ.* 64. Reinck. *de reg. ſec. lib.* 2. *claſ.* 2. *c.* 14. *n.* 29.

Pergit Hippolitus: *pag. mihi.* 262. Magiſtratus ſupremus eſt Camera Imp. ita ut concurrentem etiam cum Cæſare Jurisd. habeat; Hoc autem ait maximâ ex parte ab ordinibus dependere, adeóque Imperii magis quàm Imperatoris eſſe tribunal: Conſilium quoque aulicum des Reichs-Hof-Raht/ novas eſſe machinationes domûs Auſtriacæ in pernitiem Ordinum communiſque libertatis excogitatas. Ad prius Reſp. licèt Cameræ judicium etiam Imperii ſit, tamen ejusdem perſonas principales conſtitui ab Imperatore. Conſtat enim hoc ſupremum tribunal Judice, Præſidibus, Aſſeſſoribus, Fiſcali, Advocatis, &c. Judicem autem conſtituit Imp. *O. Cam. p.* 1. *t.* 2. *§.* Nemlich. & 4. Aſſeſſores quod attinet, quorum olim minor fuit numerus, diverſis vicibus auctus, *Ord. Cam. de An.* 1570. *rub.* Und erſtlich. qui dein ad 41. excrevit *R. I. Spira An.* 1570. *§.* Dieweil dann. Hodie 90

in noviſſima pacificatione & Receſſ. Ratisb. Anno 1654. ad 50. auctus eſt, hi autem ab Imp. & Statibus conſtituuntur: ab Imper. ſcil. quinque, quorum tres Comites vel Barones duo verò Juriſperiti ſint, *R. I. Spir. Anno* 1570. §. Nemlich. itaque à principaliori factâ denominatione non malè à Cæſare conſtitui hoc judicium dicitur, cujus nomine & ſigillo omnia decreta, mandata & ſententiæ emanant, ſic ſupremæ Francorum Curiæ & Parlamenta extant in Gallia, *teſte Bo in. 4. de rep. c. 4. pag.* 692. Item Curiæ regni Caſtellæ, *de quibus Covar. p. p. qq. c. 4. n. 10. in fin.* Senatus Neapolitanus *de quo Matth. de Afflict. deciſ.* 190. *num. 7.* Senatus Pedemontanus, *de quo Theſſ. in praf ante deciſ. n.* 38. quas & alias plures ſupremas curias ſub nomine ſui Principis omnia decernere ſcribit. *Ant. Fab. in Cod. lib. 5. t. 21. def. 34. facit l. un. ff. de off. praf. prat.* Hinc etiam Camera ſummi Principis Conſiſtorium vocatur, das Kayſerl. Kammer-Gericht. *R. I. de Anno* 1543. §. Und wiewol. *Rubr. Ord. Cam. de Anno* 1533. §. *& paſſim. & An.* 1495.

Duplicat Hippolitus, *pag.* 206. *p.* 1. *c.* 10. Hoc argumentum à nudo nomine petitum ad ſimulacra potiùs, quàm ipſam majeſtatis vim pertinere, & referendum eſſe: Prout dicit in Poloniâ verè ad regni conventus appellari, licèt Sigismundus Rex An. 1523. ad regiam majeſtatem tanquam Jurium omnium dominum ſuperiorem pro juſtitia conſequenda appellari jactitaverit. Addit idem aliam eſſe & longè diverſam rationem regum & dicaſteriorum allegatorum, quòd Reges illi & Principes Parlamentorum & Curiarum conſilio jus dicant, & in ſpecie Rex Galliæ ſingulorum ſententias per Cancellarium exquirat, & ad ſe referri jubeat, non tamen vota numeret, prout fit in Camerali aliiſque noſtris Judiciis, ſed ut arbitrio, & voluntate ſua ponderet; ac licèt ſæpiùs eam ſententiam probet, quæ ſuffragiorum numero vincitur, ut tamen intelligatur non Judicium ſed Regis eſſe decretum, Cancellarius non pronunciat Judicibus aut Curiæ ita videri, ſed his utitur verbis: Rex vobis dicit, Bod. 2. *de rep. c.* 1. At in Camerâ numerum votorum ponderari, quinque tantum Aſſeſſoralia vota Imperatori aſſignata, duo verò quæ Auſtriæ & Burgundiæ competunt, Imperatori tanquam Imp. non tribuuntur, *Ita Hippol. ferè.* At hæc duplica tantùm eò tendit, quòd Camera à ſolius Imp. autoritate non dependeat, quod libenter conceditur, quia autem nullus Statuum tantùm in conſtituendis & in tot præſentandis Cameralibus Juris habet, quantùm Imp. hoc tantùm infertur, quòd pura Monarchia in conſtitutione Magiſtratuum non ſit, ſed cum Ariſtocratiâ temperata, *ut ſæpè dictum:* Nec à Polonorum Statu ut à ſeparato argumnentum procedit.

Nec majoris momenti etiam eſt duplica ejusdem Hippoliti, dum dicit: Procur. Advocat. & Notarium Fiſci cæteros quoque Procur. Advoc. & Pedell. prævio libello ſupplici à Camera conſtitui. *R.* ab hoc quòd à Camera, quæ Imperatorem & Imp. repræſentat, conſtituuntur, ab Imp. conſtitutos cenſeri, *ex reg. qui facit per alium. de R. I. in 6.* 91

Ita quoque quod addit reliquos Cameræ miniſtros ab E. Moguntino conſtitui, nihil officit. Reſp. namque, quòd E. Mog. tanquam per Germaniam Imperii Archi-Cancellarius Cancellariæ Cameralis magiſtrum eligat, & Cancellariæ miniſtro vocet, id Majeſtati nihil officere, cùm quod Archi-Cancellarius ordinat, ab Imp. ordinatum cenſeatur, ut cujus Archi-Cancellarii officium ab Imp. deſcendit, adeò ut Electoribus in officiis ſuis aliàs ſubſtituti, à Rom. Imp. dati cenſeantur, *A. B. t.* 29. & cauſa cauſæ juxta Philoſophos etiam ſit cauſa cauſati, unde perſonæ Camerales à Moguntino electæ non Ordinibus nec E. Mog. ſed Imperatori aut ejus loco Cameræ Juramentum fidelitatis præſtant. *O. C. p.* 1. *t.* 26. *in fin.*

Diſſentit noviſſimè in exercitiis ſuis Juris publ. Gerhard. Schröder Præſide Joanne Schmidelio Profeſſore Jenenſi hac ratione. † Quòd Conſtitutio Cameræ non à ſolo Imperatore, ſed etiam Imperii Ordinibus dependeat, *juxta Ord. Cam. de Anno* 1495. §. Wann das Kammer-Gericht/ ꝛc. quod negari non poteſt, ſed pro ſententia noſtra ſufficit præcipuas eſſe hac in re partes Cæſaris ut à principaliore, & prævalente fiat denominatio, *juxta vulg. l. quæritur, de ſtat. hom. l.* 2. *in fin. ad l. Aquil.* Adde, quæ de Papa, An is ſine Cardinalibus res arduas tractare & decidere poſſit? tradit Paſſerin. *in c. un. de renunc. n.* 24. 92 93

Titubat hic graviter Bodin. *ſup. Citato loc.* qui Rempubl. ſine conſiliis conſiſtere poſſe arbitratur, maximè, ſi ea eſt Principis ſolertia, ut ſe ipſo prudentiorem habeat neminem; Idem poſſe Principem ab omnium ſententia diſcedere. 94

 Ut

Digitized by Google

Ut proinde in partem ſollicitudinis hæc & alia judicia aſſumpta, & inſuper ad præſentandos Aſſeſſores conſilio Statuum opus viſum fuerit. Prout Alexander verus ſenatorem nunquam ſine omnium ſenatorum, qui aderant conſilio, aut ad ſummum in Palatio præſentium procerum fecit, dicens: magnum virum eſſe debere, qui ſenatorem facit. *Lamprid. in vita ejus.* Quia autem prima pars optima Imperii in eo conſiſtit, ut Princeps ſit bonus, altera ut bonis & idoneis miniſtris in Magiſtratu, Conſiliis, Judiciis & Officiis utatur, quibusdam Magiſtratus committendi ſint nunc inquirendum: Tutius enim eſt ut Magiſtratum ambientes priùs probentur quàm de Syndicatu dein conveniantur; prout

Turpiùs ejicitur, quàm non admittitur hoſpes.

95 Quaest. I. *An illiterati & Juris Imperiti ad Judicis officium aſſumendi?*

Id negat. Beſold. *diſſ.* 3. *de Mag. & Cenſor. c.* 3. *Bronch. Cent.* 1. *a.* 55. 64. niſi fortè à longo uſu prudentiam ſibi comparârint: Cùm enim Judex æqui & iniqui ſit arbiter, juſti atque injuſti diſceptator, certè ſi leges & conſtitutiones, ad quarum normam & regulam judicandum eſt, ignoret, & aliunde Judicandi modum emendicare cogatur, gravem jacturam maximamque Reip. labem inferet. *Nov.* 82. *c.* 1. *l* 3. §. *fin. de accuſ.* cùm etiam legibus cautum ſit, ne Judex aliter judicet, quàm legibus & moribus præſcriptum eſt, §. 1. *I. de off. Jud. auth. jubemus.* C. *& Jud.* quam regulam indoctus & Juris imperitus ſervare non poteſt. Imò Judex contra leges judicans de Syndicatu tenetur & punitur, *l. filiusf. de Judic. l. fin. de var. & extraord. cog. p. Inſt. de oblig. ex dol.* Non obſtat *l. Expertes C. de decurion.* ubi expertes litterarum decurionis officio fungi poſſunt, w. namque hos tantùm curam & adminiſtrationem bonorum civitatis habuiſſe, ad quam etiam imperiti literarum ſufficiunt, dummodo negociorum non ſint expertes, §. *ſimiliter. I. de Excuſ. tut.* non autem munus judicandi ipſis incumbit, *l. pupillus.* 239. §. *decurionis. de V.S.* De jurisperitis Comin. *lib.* 2. *c.* 9. *fol.* 137. ait: Hos ſi probitatem junxerint cum doctrinâ, Principi ad res conſultandas peropportunos, ſi mali ſint, peſtilentiſſimos; quippe tanto ſplendore verborum orationem ſuam veſtire, tot legum, ac exemplorum, quæ paucis nota ſunt argumentis munire queunt, ut multa ex eorum ſententia temerè ac perperam decernantur. Ac licèt Conſiliarii Jurisprudentiam ſcire debeant, neque tamen Bartolo neque Baldo multò minùs Guiac. vel Donello regi mundum. *Clapm. de arcan. rerum. c.* 21. Politicus autem maximè ſcire debet præter Jus privatum etiam publicum, ut ridiculi ſint, qui uuius tantùm Juris ſcientiam venditant, *ut ſup. d. in proœm. &c.* 1. *n.* 15. *Beſold. c.* 13. *n.* 30. *axiom. Polit.* & ſic qui olim Athenis ad Magiſtratum admittendus erat, vitæ examen ſubire debebat, Beſold. *d. loc. pag.* 178. Quomodo autem conſulet, vel judicabit, ſi caſus incidat de impedimentis matrimonii, conventionibus, an uſurariæ ſint vel ſimoniacæ, Canonici Juris ſcientiâ deſtitutus? Nónne talis cum ignominia in conſilio cum pernitie aliorum verſabitur? Sed remittet, inquies, partes litigantes ad Jureconſultos, aut ipſe eorum ſentimentum explorabit: Sed ſi ad manum non ſit jureconſultus, aut non niſi, lucro præſenti oblato reſponſum daturus ſit; quid faciet miſer judex, quâ ratione ſe extricabit? Neſcius an abſolvendus ſit, vel condemnandus reus? Quid ſi in mora periculum ſit, nec res dilationem patiatur, ut peritior conſuli poſſit? Quæ aliáque incommoda evitabuntur, ſi judices legum periti aſſumantur, & ſubſelliis præficiantur.

Quaest. II. *An divites potiùs quàm pauperes ad Magiſtratum aſſumendi?* 96

Ego cum Beſold. *d. loc. pag.* 179. uti opum aliquam rationem habendam, ita pauperes non omnino excludendos cenſeo, quia non ſolæ facultates ſed virtus, non adjutamenta fortunæ ſed ornamenta animi in aſſumptione ſpectanda. Accedit quidem ſplendor Reip. quando ei Nobiles & divites præſunt, cùm ſucceſſores anteceſſoribus & majoribus præſumantur ſimiles, juxta Horat.

Fortes creantur fortibus & bonis.
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquila columbam.

Tamen ſæpè etiam filii heroum noxæ ſunt & degenerant, obſcuri quoque homines non rarò maximos Magiſtratus cum laude geſſerunt. Sic Saul patris ſui amiſſas aſinas quærens, Rex unctus eſt; Et David paſcens oves 1. *Reg.* 10. & 16. Amaſis pauper & obſcurus Rex Ægypti factus eſt, cúmque

Digitized by Google

eo nomine contemneretur à ſuis, ex aurea matula Jovis ſimulacrum confecit, confectúmque in eminentiſſimo urbis loco collocavit, quod omnes colere debuerunt. Herod. *in Muſis. lib. 2.* Cumque Iphicrati patre ſartore nato, ab Harmodio generis obſcuritas objiceretur reſpondit: meum genus à me ipſo initium ſumit: Tuum autem in te deſinit. Tullius Hoſtilius Paſtor, Verno Patre Ancilla Matre IV. Rom. Rex creatus eſt, Terentius Varro Lanii filius Romæ Conſul factus, Cicero homo novus multis aliis in conſulatu prælatus, Auguſti Imp. proavus reſtio, avus argentarius fuit, Diocletianus ſcribæ filius, Bamba ab aratro ad Principatum evectus & in Regem Hiſpan. electus eſt. Qui pauperes & abjectos à Magiſtratu arcendos volunt, allegant dictum Salom. *Prov.* 30. Mendicitatem, ne dederis mihi, ne egeſtate compulſus fuer, & perjurem nomen Dei mei, & Sirach. *c.* 27. Propter inopiam multi deliquerunt, juxta illud Silii Italici, *lib.* 13.

Sceleri proclivis egeſtas. Et Martial.

O quantùm cogis egeſtas. Tiraq. de nobil c. 3. n. 23. Verùm cùm hæc non ſint neceſſariò connexa: Hinc pauper fidelis & diligens non ſimpliciter arcendus, §. *fin. l. de ſuſp. tutor.* unde Thales ex ſapientibus unus, *apud Stob. ſer.* 41. dicebat eam Democratiam eſſe optimam, quæ cives neque prædivites nec admodùm pauperes contineat.

97 VI. Reſervatum Jus conferendi honores. Non ſatis eſt, ut ſubditos LL. coerceat Princeps per Magiſtratus ad hoc conſtitutos, niſi etiam bene meritos dignitatibus & honoribus ornet. Hinc ei reſervatum eſt, regales dignitates conferre & nobilitare. Ab hoc omnes dignitates fluunt & ad eundem quoque refluunt. Sixtin. 1 *de regal. c. 4. n. 3.* Geil. *1. obſ. 30. n. 21.* adeóque non ſolùm Nobiles, Barones, Comites, Duces, Marchiones, Landgravios aliósque Principes, ſed etiam Reges creandi & regalibus feudis inveſtiendi poteſtatem habet Imperator, (quod eo mortuo EE. Vicarii tempore interregni facere non poſſunt, Sixt. *d. loc. p.* 63.) *A. B. c. 4. t. 5. R. I. Wormat. Anno* 1521. *ſub tit.* Römiſch. Kayſerl. Majeſt Regiment. §. und behalten uns bevor. Sicut enim antiquitus Impp. Rom. Reges dabant Judæis, Syris, Parthis, Albanis, Colchis, Iberis, & aliis; ita translato poſteà ad Germanos Imperio eadem manſit authoritas ac majeſtas, & Impp. Rom. Bohemiæ, Poloniæ, Daniæ, & Sueciæ Principes regalibus dignitatibus decorârunt. De Bohemo quidam ajunt, quod Henric. IV. Uratislaum Ann. 1086 Regem creaverit, quamvis alii Philippo, alii Friderico id tribuant; Alii conciliando has diverſitates ajunt, id factum 1. Moguntiæ ab Henric. IV. ſequentes verò Bohemiæ Reges ex modeſtia aliquamdiu à titulo Regis abſtinuiſſe, eaque de cauſa Ladislaum XXV. Ducem à Frider. I. Regem creatum, tandémque Primislao hanc dignitatem à Philippo Imp. confirmatam fuiſſe, *V. Lim. de I. p. lib. 2. c. 9. n. 21.* Fridericus quoquè I. Daniæ Principem in Regem creavit, Frider. Barbaroſa domum Auſtriacam, quæ ante nomen Marchiæ habuit, in Ducatum evexit: Rudolphus I. Comites à Zollern / Burggravios Norinbergenſes; Sigismundus Marchiones Brandeburgenſes addita ſeptemvirali dignitate conſtituit. Sic Comites Würtenbergici, Sabaudiæ, Gelriæ, autoritate Cæſareâ Duces facti ſunt & noviſſimè Friedlandiæ, Hohenzolleren, Eggenburg & aliis titulus Ducis ab Imp. datus eſt, Reinck. *de reg. ſec. lib. 1. claſ. 2. c. 2. n.* 172. Rudolphus etiam ſecundus Imp. Anno 1595. Bathoreum Principem Romani Imperii creavit.

Huc etiam ſpectat poteſtas degradandi, quæ ſimiliter ex naturæ correlativorum ad Imp. pertinet; 98 Itaque ſolus Bannum Imperiale, des Reichs Acht / in rebelles, ſeditioſos & refractarios, des Reichs Achter / tam mediatos, quàm immediatos irrogat, imminuit privilegiis & dignitatibus eos privando. Et quia Principes Eccleſiaſtici ratione regalium Imperatori ſubſunt, hos quóque illis privare poteſt, *R. I. Auguſt. de Anno* 1566. §. Demnach haben wir. Banniti autem ab Imp. ex toto orbe Chriſtiano banniti cenſentur, ut in nullo ejus regno ſecuritate gaudeant, & idem in aliis ad requiſitionem Imp. R. I. zu Erffurt. *de Ann.* 1567. §. Wir wollen auch. Reinck. *de reg. ſec. lib. 1. Claſ. 5. c. 6. n.* 147. *R. I. Spira. An.* 1542. §. Wurde ſich aber. Geil. *de p. p. c. 6. n. 9. c. 11. n. 3. lib.* 1. Sed per bannum ita eis aquâ & igni interdicitur, ut à nullo in tutelam, fidem, amicitiam recipi, ab omnibus verò tam in perſonâ, quàm rebus impunè offendi poſſint, O. *Cam. p. 2. t. 9.* §. So jemand. Inferiores autem Principes non banno ſed relegatione tantùm utuntur, quod eorum territorium non excedit, ut in ſpecie de Banno Rotweilenſi tradit Clarus, *in §. teſtamentum, q. 21. circa princ.*

Wehner. verbo. Acht. Incidenter hic occurrit quæſtio. An prudenter Ducatus, Comitatus, Principatus facti ſint perpetui? Affirmat Millerus ab Ehrenbach *cap. 9. p. 78. facit Nov. 116. in princ.* licèt multi Itali, Galli, & Hiſpani Scriptores Solæciſmum politicum per hoc admiſſum velint, cujus regula ſit Regni Barones nimia potentia non eſſe armandos, exemplo Sejani, qui ad ſummum erectus, Imperium invadere tentavit, cùm Tiberius Cæſar Chriſtum jam inter Divos referre conatus eſſet, hic Senator ejus conatui obſtitit, ipſe Imperium pro libitu adminiſtravit, abſente Tiberio apud Capuam ſeipſum pro Imperatore, Tiberium pro Inſulæ Rectore habens, ſibi tanquam DEO res ſacras fieri permittens, Conſul etiam deſignatus, cum prorogatione quinquennii, in literis quoque publicis ut Tiberii, ita Sejani nomen ſcribebatur, nec non velut Imperator aureo curru in ſenatum vehebatur, licèt tandem convocato ad ſe Senatu ſpe literarum Tiberii recitandarum, quibus ſibi delata Tribunitia poteſtas continebatur, depoſitus juſſu Reguli Conſulis, conſentiente Senatu in vincula ductus, capite mulctatus, ad Gemmonias ſcalas unco tractus triduo habitus ludibrio, in Tiberim projectus, Liberi verò ejus ex Senatusconſ. & in ſpecie filia, quam Pater pactus fuerat Claudii filio, prius à Carnifice ſtuprata, necati ſunt. *ex Baron. Majol. tom. 1. col. 23. p. 556.* Et difficulter vaſallus potens in gyrum obedientiæ reduci poteſt, unde Imperatoris, & Regum authoritas minuitur, ipſi vero viribus ſuis freti intractabiles redduntur, & aliàs non cogitata audent.

Hinc Auguſtus Cæſar ab Arrio Philoſopho edoctus Cæſarum copiam eſſe pernitioſam, Cæſarianum, qui ſe ex Cæſare, & Cleopatra conceptum jactitabat, interfici juſſit; *Sueton. in Aug. c. 27.* Hujus Sæculi, & memoria noſtra tam in Germania, quam Ungaria adhuc recentia ante oculos quaſi verſantia horrenda perduellium exempla allegare, forent vulnera, quæ jam ferè cicatricem obduxerunt, refricare, ideóque prætermimus.

Verùm è contra non deſunt rationes perpetuationis ejusmodi dignitatum, prout & feuda primò precaria, dein annua, demum facta ſunt perpetua, ad heredes tranſitoria. *c. conceſſa. in præmium militiæ & rei benè geſtæ, facit Nov. 116. pr.* cùm nihil Principe dignius ſit, quàm bene merentibus benefacere. *l. 1. de I. & I. l. pen. de donat. inter vir. & ux. Noderm. de jure princ. th. 88. lit. A.* Si enim parentes terrentur in liberis, *l. 8. quod met. cauſ.* ita magis ad virtutem & fidelitatem excitantur, dum gratiam meritorum vident, cum ipſis non perituram juxta Senec.

Nec facit contrà, quod allegat *Hippol. p. 1.* 99
c. 13. p. 263. Licèt Imp. Principes & Duces creare poſſit, non tamen poſſe aliquem inconſultis Principibus cooptare in Principum ſenatum, aliud autem eſſe vocari titulotenus Principem vel Ducem, aliud inter Principes in Comitiis habere Jus ſedendi & votandi, prout Tranſylvanus, & Ratzevilius Lituaniæ & aliqui Italiæ Principes, cum aliis nonnullis voto & ſeſſione in Comitiis carent, *Arum. de Comit. c. 4. n. 73. & ſeq.* Reſp. dignitatem à ſolo Imp. conferri, ſeſſionis verò & voti Jus ab Imp. cum conſenſu Statuum in hac Monarchia cum Ariſtocratia mixta dependere, in qua ſi ad ſeſſionem Principum admittere quemlibet pro libitu ſolius Imperatoris liceret, facilè Impp. quovis ſibi obſtrictos obtrudere, & quia vota numerantur, multitudine obtruſorum votorum reliquos Principes obruere, eorum autoritatem labefactare, adeóque concludendi poteſtatem ad ſe per eos, qui à Cæſare toti dependent, per indirectum pertrahere poſſent.

VII. Reſervatum: Jus erigendi Academias 100
ſoli Imp. in Imperio competit: Cùm enim Collegium & Univerſitatem cuivis habere non liceat ſine conſenſu ſuperioris, eò quòd ſæpè intempeſtivis & ſumptuoſis comeſſationibus convenientes multa contra leges pacem & tranquillitatem publicam, ipſamque religionem machinarentur, & monopolia inter ſe concluderent, *Toloſ. de rep. lib. 14. c. 2. n. 19.* Primitus ſenatusconſulto conventiones & collegia prohibita fuerunt, niſi quæ ſpecialiter eſſent approbata propter religionem aut ob uſum reip. ut publicanorum, piſtorum, naviculariorum, *l. 3. ff. de Colleg. l. 1. quod cujusque Univerſ. l. conventicula. 15. C. de Epiſc. & Cler.* Et hinc in actis Apoſt. *c. 17. v. 19.* legitur, quòd quidam Stoici & Epicurei D. Paulum prehenſum adduxerunt ad Areopagum dicentes: Poſcimus à te ſcire; quæ hæc nova eſt doctrina. *v. Aul. Gell. noct. Attic. l. 5. c. 11.* Poſteà hujus rei curam ſuſceperunt Imp. Guiac. *7. obſ. 30. Unde illud Martial. l. 10. Epig. 6.*

Jura trium petiit à Cæſare diſcipulorum,
Aſſuetus ſemper Munera docere duos.

Ed

Digitized by Google

Eò quòd duo Collegium & Univerſitatem non conſtituerent, ſed ad hoc tres ad minùs requirantur, *l. Neratius de V.S.* licèt conſtitutum ſemel collegium unus conſervet, *l. 7. §. 2. quod Cujusque Univ. nom.* prout ſervitus licèt pro parte conſtitui nequeat, *2. l. habere licere. de V.O. l. ut pomum. 8. §. 1. l. pro parte. 11. l. via. 18. ff. de ſervit.* pro parte tamen conſervari poteſt; Eodemq; modo ædificium non niſi abſolutâ totâ formâ conſtituitur, *l. 5. §. opere Locat. l. ædificia. §. perfeciſſe, de V. S.* at per partes conſervatur, nec eſſe deſinit etſi magna pars tecti vel quidam parietes excluſi aut trabes quædam avulſæ ſint, Gœdd. *in l. 85. §. 2. de V. S.* Si ergo ad Collegium trium multò magis ad Academiæ erectionem, in qua concurſus eſt docentium & diſcentium, Imperatoris auctoritatem accedere neceſſe eſt. Sic etiam olim Athenis legem tulit Sophocles, ut nec ſcholæ erigerentur, nec quisquam Philoſophorum iis præeſſet, niſi ſuperiorum voluntate. Et quia Imp. proprium eſt in conferendis dignitatibus eſſe liberalem, *ut n. 97. d. Cravett. Conſ. 44. n. 16.* ſemper ad conferendos titulos Doctorales & ſimiles autoritas Principis requiſita fuit, *l. 1. §. primus. d. O. I. ubi Zaſ.*

101 VIII. Reſervatum Jus condendæ Civitatis vulgò; Stadt-Recht. *facit. l. 1. C. de Metrop. Beryt.* Sic Ludov. Imp. Gerhardo Epiſcopo Spirenſi conceſſit, ut ei liceret pagum Udenheim tanquam civitatem muris ac foveis cingere: Et ſi ſine conceſſione Imp. vel tacito ejus conſenſu aliquis hoc attentaret, iſti loco nec Jura nec nomen civitatis competerent. Alciat. *in l. pupillus. §. urbs. n. 4. de V. S.* atque ita cùm Albertus Comes Mansfeld. propè Islebiam vico cuidam nomen civitatis dare vellet, id ei inhibitorio mandato à Maximil. I. interdictum eſt, An. 1514. 6. Feb. Idem hoc ſæculo evenit Mulhemio Coloniæ vicino. Reliqua huc pertinentia reſervantur infra ad c. de Civitat.

102 IX. Non tantùm civitatibus eſſe & ſpiritum largitur Imp. ſed ſua quóque propenſa benevolentia aliis quóque easdem ornat privilegiis, quale eſt Jus Stapulæ. Stapula vox Gallica Latinis quaſi Stabulum ſignificat forum ſeu locum publicū in urbe aliqua deſignatum, ubi autoritate Principis, vina, frumenta aliæque merces exoticæ adductæ exonerari debent, ut per aliquod tempus venum exponantur, antequam poſſint aliò transferri; Lapſo autem hoc tempore & perſolutis reip. vectigalibus eas quo viſum eſt avehere ac transportare licèt. Ejusmodi civitates plures in Imp. reperiuntur. Ad Rhenum hoc jus habet Colonia, Moguntia, Spira, à qua tamen exoneratione eximuntur merces ad nundinas devehendæ. *Wehn. pract. ob. verb:* Stapffel-Recht. in aliis autem locis jure hoc non munitis juxta juris communis diſpoſitionem ut in flumine publico navigare, ita merces exonerare, nemo cogitur, ſi ſolitum vectigal ſolvat; Cumque E. Palatinus Rheni Ann. 1575. in urbe Oppenheim ejusmodi jus uſurpare cæpiſſet, per Spirenſes obtento mandato Cæſareo ſine Clauſula pœnali, id ei inhibitum fuit. Ita Middelburgum Zelandiæ ſtapulam habet vinorum ex Gallia, Hiſpan. Luſitania & aliis locis in Belgium advehi ſolitorum. Ad Moſellam, Trevirim idem jus uſurpare notorium eſt. Ad Danubium tres Civitates Ingolſtadium, Ratisbonam, Paſſavium; In Viſurgi unicam Bremam; in Albi Magdeburgum & Hamburgum, de Brugis idem tradit. Abram. Golnitz. *in Ulyſſe Gallobelg. pag. mihi 14.* Eæque Civitates ad hoc ædes publicas & officiales neceſſarios habere ſolent, quarundam autem harum Civitatum jus non niſi ad eſculenta, quarundam ad res certas alias reſtringitur, & extra eas jus ſtapulæ non extenditur. Hoc notandum, quòd vehentes res ſtapulæ obnoxias non poſſint licitè ad evitandam hanc expoſitionem, novas vias quærere, ne per indirectum liceat, quod directè prohibitum eſt. Beſold. *in Theſaur. verbo:* Stapffel. Et quia intereſt publicè, ut res navibus, vel alio modo adductæ ſecurè deponantur, & aſſerventur, hinc iis in locis ſolent prægrandes libræ machinariæ juxta portum vel locum ſtapulæ erigi, quarum adminiculo facilè extrahantur. & in alias naves vel rhedas exonerentur. Klock. *de ærar. lib. 2. c. 16.*

Jus hoc non utendo per decennium amitti 103
tradit Bruning. *de var. univ. ſpec. 7 h. 39.* Unde aliquando dubitatum, cùm Civitas Paſſavienſis ob agri ſui ſterilitatem ſe commodè ſuſtinere non poſſet, & eidem à Wenceslao aliisque Impp. hoc jus datum eſſet, & quidem ex certa ſcientiâ & motu proprio, quo jure civitas uſa, ſed per decem pluresve annos Ratisbonenſes ſine expoſitione præternavigârunt; An per ejusmodi negligentiam hoc jus amiſſum ſit? Quod neg. Quia Regula de

la de

Digitized by Google

la de amittendo privilegio per non uſum, in iis, quæ intuitu alimentorum conceſſa ſunt, etſi quis per 100. annos non utatur, non obtinet, *l. cum ſcimus. 22. c. de Agricol.* Cujus textus argumento Bartol. infert; ſi terræ recommendatæ tenentur urbi vicinæ ſubſidium præſtare, & per 100. annos non præſtiterint, eò quòd Civitas ea non requiſivit, iis temporibus per ſe ſufficiens, per hoc tamen eas terras libertatem non præſcripſiſſe, cùm civitati nulla negligentia imputari poſſit, ut quia non erat neceſſitas ſubſidii, *Add. Gail. 2. obſ. 60. Weſemb. ad t. de libert. ibi: Non frequentabatur. Latius. Bruning. d. loc. Th. 50. & 64.* Inter Paſſavium & Ratisbonam lata eſt ſententia in Camera 25. Junii Anno 1554. Myns. *Cent.* 19. Klock. *d. loco n. 6.*

104 X. Jus Nundinarum: Hoc jus in privatis prædiis ad arbitrium inſtituendi jus non eſt, ſed ad hoc Senatus Rom. Autoritas olim requirebatur, atque ita Claudium Imperatorem legibus publicis ſe ſubjicientem jus nundinarum, in ſua prædia petiiſſe accepimus. Sueton. *teſte* Bodin. *de rep. c.* 10. nunc verò nundinæ à Principe peti & obtineri ſolent, *l. 1. ff. de Nund. l. un. C. eod.* qui ut eas ſeu mercatum concedere, ita etiam ex cauſa auferre & transferre poteſt. *Theſaur. deciſ.* 264. *n.* 3. Geil. *2. obſ. 69. n. 24.* Tales ſunt nundinæ Francofurtenſes ab Henrico Stephano ſingulari libro celebratæ. Nunquam tamen has ſolet Cæſar concedere niſi adjacentibus quorum intereſt citatis ac auditis, Geil. *d. loc.* Schönb. 5. *polit. c.* 12. Hoc Jus Carol. IV. Francofurtenſibus aliquando ademit & Moguntiam transtulit, quod tamen mortuo Günthero interceſſione Rudolphi Palatini & Marchionis Brandeburg, reſtituit; Faciliùs autem civitatibus quàm pagis conceditur, in illis enim artes & negociationes exerceri debent, Bruning. *de var. Univ. ſpec. Th.* 58. Hæc de nundinis annuis aut ſemeſtribus non de hebdomadariis vulgaribus, oder Wochen-Marck / quæ ſine ullo Principis privilegio inſtituuntur Bald. *d. l. n.* 4. *facit l. un. C. de Theſaur.* Privilegium autem nundinarum eſt, quòd qui ea viſitant, non poſſunt pro debito alibi contracto tempore nundinarum detineri, *d. l. un. de Nund. Felin. in c. cauſam. X. de Reſc. Bruning. d. loc. Ad: Gymnaſma Juridicum de regali nundinarum Aſſuers Fritſchij, Werdenhagen, Rerump. Hanſeat. p. 3. pag. 552.*

XI. Reſervatum: Jus Poſtarum ſeu inſti- 105
tuendorum curſuum publicorum & præfectos, quos Poſt-Meiſter vocamus, ſoli Imp. competere colligitur, *ex t. t. C. de Curſu publ. lib. 12. l. fin. C. de Fabricenſ. lib. 11. utrobique. Cujac. l. ſtudiorum. 6. in fin. C. de mod. mulct. Vult. de Feud. c. 5. n. 3. verbo Angaria. Menoch. 2. arb. Jud. caſ.* 219. qui non tantùm ſummam præbent utilitatem ſed etiam Fiſco vectigal ſuum conferunt & inſuper, ad reip. ſecuritatem plurimùm conducunt, Jo. Cluten. *in Syll. rerum quotid. concl. 22. lit. b.* eò quòd nihil magis ſit è re alicujus Principatus, quàm ſi Princeps exploratum habeat, quod in quocunque ejus angulo geritur, Sixtin. *de regal. lib. 2. c. 13. n. 42. Clapmar. lib. 1. de arcan. rerump. c. 21. R. I. Norimberg. Anno.* 1522. §. Item iſt bedacht. Apud Romanos olim Ælius Verus Imp. curſores ſuos ventorum nominibus compellare ſolitus fuit, alium Boream, Aquilonem alium, alios cæteris nominibus convocans: Habet & Turcarum Imp. ſimiliter præcones, quos Ulacides vocat, qui mandata perniciſſimo curſu deferunt, & ex Peloponneſo Adrianopolin intra quinque dies præcones veniſſe, quòd aliàs iter eſt 15. dierum, *refert Limn.* & Francofurto Barcinonem nono die perveniſſe dicitur, qui Carol. V. electionem Regis Rom. denunciavit. Dicuntur autem Poſtæ quaſi poſiti, & certis locis collocati, ſemper in procinctu excubantes; Equos autem curſui publico deſtinatos non lignis vel fuſtibus, ſed tantùm flagellis agitandos traditur *in l. 1. C. de Curſu publ. lib.* 11. *Klock. de Vectig. Th.* 56. Et hinc cuidam generales Poſtas per Italiam & Belgium conſtituere paranti Anno 1579. ab Imp. id interdictum eſt, *ut refert* Clapmar. *1. de arcan. rer. publ. Cap. 21. add. Stamler de reſervat. §. 49. pag. 237. & noviſſimè Horning. de Reg. poſt.* ubi *pag.* 3. tradit: Probum Imperatorem, dum adhuc Dux eſſet, apud gentem à ſe devictam reperiſſe equum non decorum, nec magnum, qui centum milliaria ſingulis diebus currere poſſet, & dies decem perſeverare, quem ne magni facere videretur, tanquam eum ad fugam ſoli aptum ſervaret, militibus ſorte dono dedit, ſed ſors rurſus in Probum recidit, qui reſpuens dono dedit militi. *Majol. Canicul. tom. 1. col. 7. p.* 201. prout & Matus Rex Ægypti cornicem cicurem habuit, regias literas citiùs, quàm ullus nuntius poſſet, volatu perferen-

Digitized by Google

ferentem, nutúque intelligentem quorſum ferendæ eſſent, *Majol. 1. col. 6. p.* 139. Tiberius autem Imperator nullas litteras voluit acceptare, niſi quæ ex Aſia intra dies 20. Europa 15. Africa & Sclavonia 5. Italia 3. dies Romæ adveniſſent *ex Zeillero Beſold. andauct. v.* Brieſ. A ſolutione autem poſtarum immunis eſt Imperator; Horning. *d. loco. c. 6. n.* 7. Item Moguntinus Elector, ejus Conſiliarii, certa taxa, & numero. *Idem n.* 8. de liene curſoribus exſcindendo *fabulam V. apud Horning. c. 8. p.* 131.

106 XII. Privilegium ſeu beneficium dilationis ſolvendi, ſive literæ moratoriæ, Judicialis ſalvi conductus, linguâ vernaculâ, Schutz-Brieff oder Anſtands-Brieff/ ab Imp. etiam mercatoribus ſine ſua culpa bonis lapſis indulgeri ſolent, hócque inter majora regalia & reſervata referri arguit, *text. l. 2. ibi. Reſcripto noſtro.* C. *de prec. imp. off. Ordin. Polit. de Anno* 1548. & 1577. Von verdorbenen Kauff-Leuthen. *verſ. ult. l. fin.* C. *qui bon. ced. Cujac. 2. obſ.* 10. ubi Imp. ſibi & Rom. Regi hanc poteſtatem reſervat. Decoctores autem qui ejusmodi calamitatem ſuâ culpâ provocârunt, ſicut à ceſſione ita ab hoc beneficio arcentur. Excipit hinc debitum juratum Peckius *de arreſtis. cap.* 10. *n.* 3. quòd conſtitutio generalis non extendatur ad juramenta. *Panorm. ad c. 1. de his, quæ fiunt, maj. part.* Sicut ſalvus conductus locum habet in debito jurato Fritſch. *de nund. c. 7. n.* 40. An huic privilegio renunciari poſſit? Affirmat Fritſch *c. 7. n.* 63. An etiam Princeps forenſibus Jus hoc dandi inducias habeat? Affirmatur, ita tamen, ut in ejusdem Principis territorio tantùm valeat, Imperatoris verò conceſſio generalis ſit: Speid. *in verb.* Banquerotirer/ ꝛc. *pag.* 102. An ſine peccato concedi poſſint? *V. Beſold. ad verb. Quinquennel. Hering. de fidej. c. 5. n.* 103.

QUÆST. I. *An hæc Juri ſint conſentanea?*

107 De æquitate earum quidam dubitant: At juſtè concedi poſſe probatur. I. *textu ſacro Sirac. c. 29. v. 11. Levit. 20. v. 35. Exod. 22. v. 22.* II. Quia hæc conceſſio non aufert creditori Jus ſed tantùm ad tempus ſuſpendit, in quo non eſt magnum præjudicium, *l. 21. C. de judic. l. 24. § 4. v. quòd ſi paucis Locat.* III. Quia hoc indulto non tantùm debitori ſed etiam ipſis creditoribus proſpicitur, qui per cautionem ſecuriores redduntur & debitum poſteà meliùs exigere poſſunt.

QUÆST. II. *An tantùm mercatoribus bonis lapſis an verò etiam aliis citra negotiationem viventibus & ſubſidium ob adverſam fortunam merentibus moratoria indulgenda?* 108

Poſterius affirm. quia Jura hac de re indefinitè loqvuntur, & ſic unicuique ad ea impetranda aditum patefaciunt, adeóque indefinitè intelligenda ſunt, *fa. l. §. 1. de leg. præſt. l. 8. de publ. act.* quæ generalitas cum modernis Imp. conſtitutionibus non reperiatur correcta, meritò manet. *l. 32. §. 6. C. de appell. l. 1. 27. C. de Teſtam.* II. Quia ratio movens ad ea obtinenda generalis eſt, in Ord. Polit. expreſſa, ſcil. fortunæ injuria, quæ æquè militat in aliis ut in obæratis mercatoribus, quos autem nectit paritas æqualitatis & rationis non ſunt quoad rationem Juris ſeparandi. *l. 32. ad l. Aquil. l. 4.* C. *de lib. præt.* maximè cùm ordinatio Politica ſe ad l. Cod. expreſſè referat, relatum autem referenti cum omnibus qualitatibus ineſſe ſoleat, *l. 77. de hæred. Inſt. l. 14. de dot. præleg. Geil. 1 obſ. 82. n. 1.* Non obſtat, quòd Conſt. Imp. tantùm mercatorum obæratorum in hac materia facit mentionem, ergo aliæ perſonæ videantur arceri. ℟. Quòd unius incluſio non ſit alteriùs excluſio, quando de contraria diſponentium voluntate, ut hic ex verbis ad Cod. relativis conſtat, & quando ratio in conſtitutione ut hic poſita generalis eſt, *l. 9. §. 5. v. & licet Municipium, de Jur. & fact. ign. Reinck. de reg. ſec. lib. 1. cl. 2. c. 11. n.* 31. mentio autem maximè fit mercatorum quia leges ferri ſolent de iis quæ frequentiùs eveniunt, *l. 3. de ll.* mercatores autem ſæpiùs hoc beneficio indigeant, quàm alii, quia mercatores autem plurimùm fortunæ eventibus obnoxiam aleæ lucro ſimilem exercent, ut proinde mercatores aleatoribus ſimiles eſſe dicat *Stac. in tract. de Commerc. §. 1. q. 6. n.* 16. inde tamen aliis hoc beneficium non eſt denegandum.

QUÆST. III. *An Judæis ad hoc aſpirare licet?* 109

Id ſimiliter affirm. *p. l. 8. C. de Judæ.* conſtat enim experientiâ, quòd aliis Juris beneficiis reſtit. in integ. ſalvo conductu, præſcriptione & ſimilibus Judæi ſicut Chriſtiani fruantur, Wurmſ. *in nucl. cont. l. 1. t. 9. con. 2.* cur non ergo etiam his induciis? *Laurus W[...]lb. Ant. de reſc. morat. concl.* 19. ubi præjudiciis & rationibus hanc ſententiam firmat.

QUÆST. IV. *Ad quod tempus concedi poſſint?* 110

Digitized by Google

R. Ad annum duos, tres, quatuor vel quinque regulariter, unde tales debitores quinquennales vocantur, & ſicut vulgò nota eſt differentia inter inducias bellicas, quæ ad breve, & Treugam quæ ad longum tempus conſtitnitur, *Extrav. de Treug. Beſold. verbo.* Anſtand. Ita planè hæ induciæ ita conceduntur, ut tempore lapſo poſteà debitores exceptione non juventur; Sic ſpacii quinquennalis meminit, *l. fin. in p. C. qui bon. ced. & Conſt. Imp. de Anno* 1548. von den ver dorbenen Kauff Leuten. §. daß ihnen. Inter iſtas temporum inducias hæc eſt differentia, quòd in prima quæ eſt annalis ſufficit jurare debitorem eas impetrâſſe, pro ſui urgente neceſſitate, ſine fraude, ne audiantur creditores oppoſitum probare volentes; At in quinquennali dilatione neceſſe eſt, ut probet ſe neceſſitate adeò premi, ut debitum exſolvere nequeat. Et hic quoque probare debet ſe facultatum jacturam paſſum adverſa fortuna non ſua culpa, quo deficiente nulla eſt conceſſio, Geil. 2. *obſ.* 19. *n.* 15. quæ probatio fieri poteſt teſtimonio Magiſtratus ſupplicantis vel teſtibus ſi ei fortè infortunium in terris peregrinis advenit, Beſold. *verbo. Quinquennel.*

111 QUÆST. V. *An à Principe ultra quinquennium dari poſſint?*

Hoc videbatur primâ fronte negandum. *ex d. q. prac.* quia illa conceſſio fieri debet ſine gravi creditorum præjudicio, ſine partis adverſæ magno diſpendio, *l.* 2. *C. de prec. Imp. off.* & ſic ad quinquennium tantùm videtur reſtringenda, eò quòd in mora modici temporis non ſit magnum diſpendium, quòd breve tempus in uſu Juris cenſetur, ſicut 10. vel 20. anni longum tempus dicuntur, *t. t. C. de praſ. long. temp.* Verùm licèt ordinariè hæc obtineant, quod tamen extra ordinē Princeps pro re nata ad longius tempus inducias indulgere poſſit, hinc arguit Schütz. *vol. 2. diſp. 9. Th.* 12. I. Quia non poteſt dari ratio, quare præcisè quinquenniū ſit concedendum non plus, nec dici poteſt cum aliquo myſterio metam quinquennii conſtitutam, ſicut in ſeptenario teſtiū numero ad teſtamentum requiſito, tradunt multi Dd. II. Quia Imp. qui ex rationabili cauſa inducias ad 5. annos dedit, non ſolùm eas iterato lapſo quinquennio prolongare & iterato concedere, *arg. l.* 7. *de Feriis*, ſed etiam creditori Jus planè auferre poſſet, utilitate ſcil. vel neceſſitate publica ita exigente. *l.* 11. *de Evict. l.* 2. *§.* 16. *Ne quid in loco publ. Mynſ.* 5. *obſ.* 97. *n.* 4. *Geil.* 2. *obſ.* 56. *n.* 1. quem caſum ſuo tempore in facto diſputatum refert Schütz. *cit. loc.*

QUÆST. VI, *An cautio praſtanda per fidejuſſ. à debitore neceſſaria ſit in omni tam annali quàm quinquennali dilatione?* 112

Affirm. verior, non quidem ita, quòd Imp. motu proprio eam exigere, vel etiam debitor non monitus ad eam ſe offerre debeat, ſed quòd Creditores, qui ſibi proſpectum volunt, debitorem ad hoc urgere poſſint. Hering. *de Fidejuſſ. c.* 5. *n.* 133. *gl. in l.* 4. *C. de prec. Imp. off.* idque optimâ ratione neceſſariò conſtitutum eſt, *in l.* 4. *C. de prec. Imp. off.* nè ſcil. ſi debitor bona, quæ poſt inducias obtentas ſuperſunt, prodigaliter conſumeret vel fugeret, creditor iniquè debito ſuo defraudaretur; Quanquam autem hoc quidam reſtringunt ad quinquennalem dilationem, *argt. l. fin. C. qui bon. ced.* & in annali, juratoriam cautionem ſufficere velint, (uti ſupra d. juratum de caſu fortuito ſufficere) ut innuit Beſold. *in Verbo quinquennell.* Tamen *d. l.* 4. *C. de Iurib.* in univerſis dilationibns cautionem fidejuſſoriam exigi, & eā omiſſâ eas invalidas decernit, & eadem ratio ſuprà allata in omni militat dilatione, *Ant. Chock. de mora. praſc. n.* 24. & 53. *Nicol. Jan. in tract. de praſc. lib.* 3. *tit. de ann. & quinq. dilat. n.* 6.

QUÆST. VII. *An quinquennalis hæc dilatio fidejuſſori proſit?* 113

Non eſt hic quæſt. de fidejuſſore, qui datur cùm impetratur vel poſt impetratam dilationem, ſed de fidejuſſore ante dato creditori, & dubitatur, an talis durante quinquennio conveniri poſſit. Poſſe conveniri voluit Beſold. *in theſ. Verbo Quinquennel.* I. Quia hæc exceptio reſpicit perſonam debitoris, cui miſerationis cauſa ea indulgetur. Exceptio autem perſonæ cohærens fidejuſſori non prodeſt, *l. Exceptiones de Fidejuſſ. l. ſi fidejuſſor. de re Judic.* & aliàs beneficium conceſſum debitori principali non prodeſt fidejuſſori, *l. ſi fidejuſſor, ubi Bartol. de re Jud. Brun. q. princ.* 8. hæc autem perſonæ debitoris cohærere videtur. Verùm ego etjam fidejuſſori ſtante dilatione competere cenſeo, *cum Treutl. vol.* 2. *diſp.* 24. *Th.* 4. *lit. e.* quia hæc exceptio non eſt mere perſonalis, ſicut

eſt

Digitized by Google

eſt bonorum ceſſionis ac competentiæ, ſed reſpicit ipſam exactionem, ut aliquo tempore ea differatur, & habet ſe inſtar pacti temporalis, ex quo nata exceptio procul dubio fidejuſſori prodeſt, *l. 21. in fin. de Pact. Nov. 4. c. 1.* Facit quòd finis dilationis eſt, ut ſpacium detur debitori, ſe recolligendi & lapſo tempore creditoribus ſuis ſatisfaciendi, uti meritò exceptio ordinis & nondum factæ excuſſionis fidejuſſoribus proſit. Accedit, quòd aliàs iniqua inferretur conditio fidejuſſoribus, ſi ipſis beneficium ordinis interverteretur de jure competens, quandò fortè adhuc ſolvendo eſſet debitor principalis, ſi ad ipſum iretur; Beneficium autem Principis ita interpretandum, ne tertio præjudicet, *l. 28. in fin. de Teſt. mil.*

114 QUAEST. VIII. *An major pars creditorum in præjudicium partis minoris inducias debitoribus dare poſſit?*

Affirm. Strach. *in tract. de mercat. & decoct. p. 6. n. 20. Moller. 4. Semeſt. 6. n. 5. & ſeq.* Ratio eſt, quia induciæ non tantùm gratiâ debitorum obæratorum dantur, ut reſpirent & ad meliorem frugem redeant, ſed etiam pro bono creditorum, ut eo meliùs deinceps à debitoribus reſpirantibus ſolutionem obtinere poſſint: Confirm. hac ratione: Si enim major pars creditorum poteſt remittere partem debitori in præjudicium minoris partis, *Duennaſ. reg. 290. per text. l. 7. in fin. & l. 8. de Pact.* multò magis dilationem temporalem dare poterit, ita ut cui, quod magis eſt, licet, etiam quod minus eſt non denegetur, *juxt. reg. Jur.* Per dilationem enim quod differtur non aufertur, ut fit per dictam remiſſionem, *l. 7. & 8. de Pact.*

115 QUAEST. IX. *An ad hæredes tranſeant induciæ à Cæſare datæ?*

Negativa probatur argumento ducto à beneficio competentiæ & ceſſionis bonorum, quæ ad hæredes non ſunt tranſitoria, *ut tradit Brun. de Ceſſ. bon. q. princ. 4. q. 6. n. 8.* & cautela eſt, ut ſupplicans pro hiſce induciis nomen hæredis reſcripto inſeri petat. Illud graviter controverti ſolet.

116 QUAEST. X. *An durante hac dilatione à Principe indulta, uſuræ currant?*

Reſolvit negativè Moller. *4. ſemeſt. c. 7.* Einſidel. *de regal. c. 2. n. 293.* Carpz. *in Aſyl. debit. c. 4. n. 95.* moti ad hoc ſeqq. rationibus. I. text. *l. 5. §. 2. de liber. leg.* ubi dilatio debiti, quam teſtator ſuo debitori legavit, etiam ad uſuras ſortis debitæ extenditur, unde inferunt ad gratioſam principis conceſſionem, quod argumentum procedit per tradita, Everhard. *in locu legal. à diſpoſ. ult. vol. ad reſcript.* II. Quòd uſura ſeu etiam intereſſe neque ex mora quæ durantibus his induciis non committitur, *ut probat Wilh. Anton. in tract. de Reſc. mor. Concl. 59.* neque ex ſtipulatione deberi poſſint, cum huic durantibus induciis effectus ſit ademptus, eò quòd obligatio non extendatur ad incogitata, & ſubintelligatur hæc clauſula: Rebus ita ſtantibus, *l. 35. de Solut.* III. Quòd facultas ſe ære alieno expediendi eripiatur Debitori ſi tempore hoc intermedio ad uſuras teneatur, quæ debitum multùm augent; Privilegium autem ita interpretandum, ut operetur aliquid & effectum maximè deſtinatum conſequatur, qui eſt ut per eam debitor ſublevetur: nec reddatur eluſorium, *argt. l. 109. de Leg. 1.* Sed vix iis aſſentiri poſſum, quia ita intelligenda eſt hæc conceſſio, ut priſtina obligatio maneat in ſuo ſtatu & vigore, & fieret injuria creditori, ſi jus exigendi uſuras per ſtipulationem quæſitum interverteretur. Cúmque natura aliàs dilationis ſit, ut actionem differat non verò mutet obligationem, idem in hac dilatione dicendum, & quamdiu non probatur exceptio ab iſta regula, eidem ſtandum & inhærendum eſt. *Non obſt. l. fin. C. de uſur. rei jud.* ex qua illo tempore quod judicatis datum eſt, uſuræ non currunt, ergo nec in his induciis moratoriis datis à Principe; qui eſt lex animata in terris. *Nov. 105. c. 5. in fin.* N. hanc eſſe differentiam quòd iſta dilatio ſit Juris ordinarii, hæc verò noſtra prorſus extraordinaria. *Salicet. in l. 2. C. de precib. Imp. off.* idque ideò fit, quia finito tempore judicatis dato aggravatur debitor, & præſtat uſuras centeſimas, ergo ante ſublevari potuit; id autem non eſt in his judiciis cúmque id Legislatori ita placuerit, in illis nobis in materia diverſa tale jus ſine legis ordinatione privata auctoritate inducere non licet. *Wilh. Ant. in tract. de reſ. mor.* Ad argumenta objecta hinc facilis eſt reſponſio: Ad I. cum voluntas teſtatoris lex ſit, *Nov. 22. c. 2.* per quam nulli præjudicatur, non rectè inferri ad has inducias, quibus creditoribus præjudicium generatur.

Ad II. & moram & ſtipulationem manere, ideóque utriusque effectus durare, interim tantùm exactionem ſuſpendi. Ad III. ſatis effectum conſequi privilegium, quod interim non excutiatur debitor, ſed durantibus induciis recolligendi ſe & ſua debita exigendi, aut facultas diſtrahendi hæreditates delatas, vel expectatas adeundi, facultas conceſſa ſit, quod non exiguum eſt beneficium: Cùm is, qui citò dat, bis det; qui tradat, minùs ſolvere cenſeatur. *§. plus autem. Inſt. de act.*

117 QUAEST. XI. *An in futuris debitis reſcriptum locum habeat?*

Et hoc negatur argumento ſumpto à Ceſſione bonorum, quæ non niſi in debitis præteritis ſive ante ceſſionem contractis, non etiam in futuris aut ſupervenientibus cedenti proficit, *l. 3. C. de bon. aut. Jud. poſ. Brun. de ceſſ. bon. q. 2. n. 9.* Accedit, quòd generalis diſpoſitio caſus fortuitos & incognitos non comprehendat, *l. 7. de aur. legat. l. 34. §. 1. de leg. 3. l. 4. de Transact.*

118 QUAEST. XII. *An hæc reſcripta proſint debitori contra omnes creditores, ut à nullo arreſtari vel inquietari poſſint?*

Id regulariter affirmandum quibusdam tamen perſonis exceptis, licèt enim unum emplaſtrum multis, non tamen idem omnibus vulneribus applicari, nec uno collyrio omnium oculi ſanari poſſunt. Hoc autem æris alieni emplaſtrum communiter dicitur Ord. Polit. ibi: Und daß in ſolchen Fällen. Excipiuntur autem I. debita ex delicto, in quibus hæc reſcripta locum non habent, quia nemo in dolo ſua juvari & ex delicto commodum aut favorem reportare debet, *l. 1. in p. de dol. mal. l. 31. de arbit.* indignum quoque foret illi ſubveniri, qui ſuâ culpâ & malitiâ in paupertatem lapſus eſt, ut non ſit ſolvendo, *l. fin. §. fin. quæ in fraud. Cred.* Hic itàque qui non habet in ære luet in cute, *l. 1. §. fin. de Pœn. l. 35. de Injur.* II. Non habent locum contra debita opificum, mercenariorum famulorum & famularum qui quotidiano ſudore & opera ſe ſuosque alere ſolent, cùm hæc de Jure divino privilegiata ſint, *Levit. 19. v. 13.* ibi: non morabitur opus mercenarii, *Deuter. 24. v. 14.* ibi: Non negabis mercedem indigentis. *Matth. 20.* & aliàs mercenarius dignus mercede dicitur: Non alligabis os bovi trituranti, peccatumque in cœlum clamans dicitur Operariorum merces defraudata, *facit. l. 52. §. 2. v. ſi in coeunda. pro ſoc.* III. locus non eſt in debitis juratis, nec enim ad Juramentum generalis Principis conceſſio extenditur, *Menoch. de arb. Jud. caſ. 403. n. 4. Beſold. in Theſ. d. loc. c. conſt. tut. 9. X. de reſcript.* IV. Non extenduntur ad Eccleſias & loca pia, *l. 43. de religioſ.* quæ enim his locis debentur Chriſto debita cenſentur, *argt. c. 16. de Præb. c. fin. 16. q. 1.* Et quia hæc dilatio ex mera gratia deſcendit, ſtrictè meritò interpretanda eſt præſertim cùm rerum Eccleſiæ adminiſtratio magiſtratui politico non competat, *Bruning. de var. univerſ. ſpec. concl. 83.* demum *in auth. Caſſ. C. de SS. Eccl.* omnia contra Eccleſiam ſtatuta irrita declarantur. V. Idem obtinet in pupillis, ſi interim de ſuo medio tempore ſe alere non poſſint, cùm comparentur Eccleſiæ, *c. 1. de integ. reſt.* VI. Fiſco non nocet, *facit. l. 3. C. de prec. Imp. off. l. 3. C. de primip. lib. 11. Schönb. 5. Polit. c. 26.* VII. Depoſito quoque non obſtat, *argt. l. 7. §. 2. depoſ.* 8. nec debitis ex venditione eduliorũ in pleno foro comparatis, Beſold. *d. loc. ad fin.*

XII. Reſervatum, Veniæ ætatis conceſſio.

Licèt veniam ætatis concedere Leo *N. 28. in fin.* 119
etiam aliis Magiſtratibus conceſſerit, & civitatibus ſuperiorem non recognoſcentibus hanc poteſtatem competere tradat Maurit. *de reſtit. in integ. c. 225. n. 2.* Tamen inter reſervata meritò refertur ideo, quia hæc poteſtas olim ſolius fuit Imperatoris, à quo in alios dimanavit; Hodie verò ab Imp. indulta, eò eſt auguſtior quò rarior; ut à fonte proveniens eò amplior, quò altiùs ſe extendit, eò dignior quò veniam illuſtrioribus perſonis concedit. Sic Wenceslaus Imp. Ottoni Brunſwicenſi Anno 1398. veniam ætatis conceſſit, Maximil. Cæſar An. 1505. Ulrico Duci Wirtenbergico eandem dedit, Carol. Lotharing. Dux Cardinalis poſtulatus Epiſcopus Metenſis indultum ætatis ad conſequendam inveſtituram & adminiſtrationem ejus Epiſcopatus in aula Imperiali Pragæ, Chriſtian. IV. Rex Daniæ an. 17. nondum completo ob ſingulares & regias animi dotes eandem veniam conſecutus eſt, An. 1539. 26. April. Hering. *de Fid. jus. c. 2. n. 110.* Ludovicus item Rex Hung. & Bohemiæ defuncto Uladislào regna adiit annos natus 13. veniâ ætatis Maximil. I. impetratâ. Id quoque ſingulare eſt & notabile in Imp. quòd ad obſervantiam, *l. 2. in princ. C. de his qui ven.*

non adſtringatur, cum Il. ſolutus ſit quibus alii obligantur, quæ lex requirit in impetrante veniam præter morum gravitatem eamque prudentiam, ut res ſuas commodè inſtar majoris adminiſtrare valeat, ætatem aliquam determinatam in maſculo quidem 20. in fæmina 18. completum, *d. l. 2. C. de his qui ven.* In maſculo inſuper præſentia ejusdem coram Judice requiritur, ut ex ſermone vultu, geſtu, prudentia ejus inveſtigari poſſit, licèt fæminæ veniam per procuratorem impetrare valeant, *d. l. 2. §. 1. C. d. t.* quâ obtentâ minor res ſuas adminiſtrare poteſt, & contrahere etiam ſine ſpe reſtitutionis, *l. 1. C. d. t.* ita tamen, ut ab alienatione & hypothecatione immobilium abſtineat. Hilliger *ad Donell. lib. 21. c. 12. lit. Z.*

120 XIII. Reſervatum, Famæ & honoribus reſtituere Principi etiam reſervatum eſt, *l. cum indulgentia. & t. t. C. de ſent. paſſ. §. 1. Inſtit. quib. mod. Jus pat. poc. ſol.* idque hodie adhuc ſoli Imp. competit. Sic Ferdin. Imp. Anno 1525. ſeditioſos ruſticos famæ reſtituit, R. I. *Auguſt. & Spira. An.* 1528. §. Zum anderen. Hocque tanti fecit Carol. V. ut Senatui Mediolanenſi alia multa Jura concedens hoc tamen ut & Jus dandi ſalvum conductum denegarit; Hinc hodie Germaniæ Principes famæ non reſtituunt; Et ſi de facto id facerent eorum reſtitutio extra territorium effectum non haberet, Forner. *rerum quotid. c. 19.* Beſold. *in diſſert. de jur. maj. c. 4. n. 5. pag. mihi 157.*

121 Quæst. I. *Hinc oritur dubium, an deportatus à Principe reſtitutus recuperet bona, honores & famam, an verò pœna tantùm remiſſa cenſeatur?*

Id quidam indiſtinctè affirmant, eò quòd beneficium Principis latiſſimam recipiat interpretationem, *l. 3. de Conſt. prin.* Meliùs tamen eſt adhibita diſtinctione reſponderi: inter gratiam ſive indulgentiam & reſtitutionem, ut ſi uſus ſit verbo *Indulgere*, pœnæ tantùm gratia facta, & reditus in patriam conceſſus videatur: Si verò verbo *Reſtituere*, pleniſſimè reſtitutus videatur, *l. 1. C. de ſent. paſſ. l. fin. C. Eod. Fach. 9. c. q. 17. Geil. de pac. pub. lib. 2. obſ. 19. n. 8. & c. t. n. 24.* Quamvis etiam non videatur contemnenda diſtinctio inter reſtitutionem, quæ fit ex gratia, & eam quæ fit ex juſtitia.

122 Quæst. II. *An reſtitutus ex juſtitia etiam recuperabit bona alienata, aut eorum precium à Fiſco?*

Affirm. *Sfortia, Oddo de reſtit. in integ. p. 2. q. 99. a. 5.* hac ratione quia fiſcus poſt confiſcationem & alienationem eſt bonæ fidei poſſeſſor & loco hæredis, *l. Tutoris. C. ad l. Jul. de Vi.* bonæ autem fidei poſſeſſor re evictâ (quod fit per reſtitutionem) tenetur, quatenus ex re alienata locupletior factus eſt, *l. ſed etſi. §. Item de hered. petit. facit l. 1. C. de ſent. paſſ.* quòd ſi autem res adhuc apud fiſcum extet, ea priori domino reſtituenda erit. Fach. 9. *Cont.* 18.

XIV. Reſervatum, Gratiam delinquenti facere ſolius eſt Principis, *l. Relegati in fin. de Pœn.* & in hoc ſumma poteſtatis maximæ eluceſcit, *Lancell. in templ. om. Jud. 1. cap. 1. §. 4.* unde vulg. 123

Regia credo mihi res eſt ſuccurrere lapſis.
Nunquam conſpicitur meliore licentia cauſa.

Sic cùm Horatius de tribus Curiatiis victor ſpoliis onuſtus ovans Romam rediret & ſororem obviam lugentem mortem ſponſi, ſicque communem lætitiam luctu ſuo turbantem occidiſſet, Judicum ſententiis damnatus, à populo ad quem provocavit, gratiam delicti obtinuit, quam Judices inferiores etiam ex cauſa prægnante indulgere non poterant, qui lege clementiores eſſe non debebant, à populo abſolutus eſt, quo Jure populi poſt legem Regiam nunc Princeps fruitur, *l. 1. de Conſt. princ.* nihil autem magis Principem decet, quàm benevolentiam multorum, clementia pœnarumque remiſſione ſibi conciliare, rigorem verò per officiatos exercere; Gratiam autem delicti facere nec matri regis concedi poſſe ſine majeſtatis diminutione Curia Lutetiana judicavit Bodin. *d. loc.* Hinc Tiberius Imp. Aſyla ſuſtulit, ut gratia ſervatorum ſolis Principibus accepta referetur, *Tacit. 3. ann.* Et ideo etiam ſolus Princeps aſyla aperit, iisque qui ad ſtatuas confugiunt tutum receſſum præbet. *§. dominorum, in fin. de his qui ſui vel Coraſ. m. cell. vet. c. 26.* Sicut autem remittere ita differre pœnas ſolius eſt Principis, Speck. *Cent. 3. claſ. 3. q. 17.* Alia eſt magiſtratuum conditio, qui ut d. non debent eſſe lege clementiores, *l. 1. C. ad Turpill. l. 8. §. 2. ff. ad l. Jul. de Vi publ. Menoch. de arb. Jud. q. 96. Tiraq. in tract. de pœn. temp. præfat. n. 21.* & ſemel judicata mutare nequeunt, *l. 14. l. 55. l. 62. de re Judic. l. præſes. 42. de Minor.* ne quidem ex cauſa velut ratione innocentiæ poſteà com-

Digitized by Google

compertæ, Covar. 3. *var. reſ. c.* 98. & *pract. q.* 31. *in fin.* Beſold. *de jurib. maj. c.* 4. *n.* 1. & 2. ſicque tradit Zaſ. *in l.* 42. *de re Judic.* ſuo tempore ſuſpenſum fuiſſe Judæum erecto corpore ab Imp. civitate, cumque deiu compertum eſſet, ipſum eſſe Judæum, deliberatum fuiſſe, an deponendus & ex pedibus ſuſpendendus eſſet, concluſum autem fuit, pœnam non eſſe mutandam, *juxt. l.* 45. §. 1. *de re Jud.* Debuerant autem hi Principem conſuluiſſe, quod quia intermiſſum fuerat, ait mulctatos Judices pœnâ pecuniariâ ab Imp. Frider. Sicut autem pœnam totaliter Princeps remittere poteſt, ita etiam corporalem in pecuniariam convertere licet, etſi pars læſa contradicat. *Moditius ad* §. *principum placita. l. de Jure nat. dub.* 225. *Ant. Fab. ad Cod. lib.* 9. *t.* 34. Ita tamen hoc jus majeſtatis uſurpare convenit Principem, ne impediat & auferat jus partis, ſed partem læſam concordari oportet, vel jus ei reſervari juxta conſuetudinem totius orbis. *Farin. in prax. Crim. lib.* 1. *t.* 1. *q.* 6. *n.* 6. *l. fin. v. niſi. C. de abolit.* Cùm nec de plenitudine poteſtatis regulariter tollere poſſit jus tertij ſine cauſa, *l. Venditor.* §. *ſi conſtat. Com. præd. l. fin. C. ſi contra Jus.* quod parti læſæ quoad damna cauſata quæſitum eſt, *l. liber. homo. l. qua actione ad l. aquil.* Prout nec Imperator ei, qui in territorio alicujus Imperii Status deliquit, poteſt concedere impunitatem, ut in priori domicilio maneat impunè, cùm ipſi Status in conceſſis privativè non cumulativè ſint inveſtiti, nec in exercitio Jurisd. impediendi ſint, Bocer. *in tr. de Jurisd. c.* 8. *n.* 80. quamvis hoc poſterius altiorem requirat indaginem, *juxta Beſold. de Jurib. maj. c.* 4. *n.* 4. Et quia propter vigorem publicæ diſciplinæ intereſt Reip. ne delicta maneant impunita, *l.* 51. *ad l. aquil. l.* 6. §. *illicita. C. de oper. pub.* ut unius caſtigatione centum alii corrigantur exemplo territi: Hinc ſine cauſa & temerè gratiam facere non debet, ne uni licentiam concedens, cum hoc alios perdat infinitos, adeóque prudenter reſpondere poterit Princeps pro veniæ delicti ſollicitantibus, ut Harpalo olim Philippus Macedo intercedenti pro ſuo amico: Meliùs eſt, ut ipſe qui deliquit ignominiam ferat, quàm ego. Sicut Henricus Angl. Rex, cùm ad preces quorundam, homicidæ ignoviſſet, & ille iteratò cædem admiſiſſet, ac priores ejus amici ſe denuò deprecatores interponerent, Rex animo perculſus ait: Ille unum tantùm priorem interfecit, ſed iſtum poſteriorem ego interfeci, qui primam cædem debitè non punivi, juſſitque; ut de malefactore primo tempore ſupplicium ſumeretur, Meland. *in joc. ſ. n.* 213. Ex cauſa tamen facta remiſſio propterea non eſt culpanda, ut ſi delinquens ſit bene meritus de Rep. vel Principe; ſi celebris artifex, vel ejus opera Principi aut Reip. prodeſſe poteſt, *Tiraq. de pœn. temp. Cauſ.* 50. & 51. *Covar.* 2. *var. reſ.* 29. *n.* 6. *Gail.* 2. *obſ.* 110. *n.* 39. *per l. ad beſtias.* 31. *de pæn.*

Aliàs neceſſariò, & ex immota Juſtitiæ divinæ regula comitantur atrocia delicta atroces pœnæ; cúmque Magiſtratus ut miniſter Dei ceſſat, & non exequitur easdem, ipſe Deus ſæpe executor eſt, ſæpè totas gentes perdit ob unius licentiam impunitam. *Heſiod.*

Sæpè viri peccata luunt, tota unius urbes.

Et per quæ quis peccat, per eadem puniri debet; Sic de cædibus dicitur, qui gladium acceperit, gladio peribit; de libidine, ſeminis peccata puniri in ſemine; de Furtis, væ! qui ſpolias, quoniam ſpoliaberis; de perjuriis, non habebit Deus inſontem, qui aſſumpſerit nomen Domini in vanum, & perjurium in Deum, Deum habet ultorem, *l.* 2. *Cod. de Jurej.*

Per quæ quis peccat, facta per illa luet.

De Crimine Simoniæ gratiam negandam ait Beſold. *verb.* Begnådigung, & *in Reſponſio Beſold. adauct. verb.* Gnaderweiſung. Fuit tamen Romæ receptum, ut ſi Virgo Veſtalis ei, qui ad ſupplicium ducebatur, caſu obviaret Jurej. prævio, quòd non datâ operâ occurreret, liberaretur Reus à ſupplicio; Prout & Judæorum erat Privilegium, ut ad eorum inſtantiam, præſes Romanus circa paſcha unum dimittere deberet, *Matth.* 27. *v.* 15. Et hoc modo dimiſſus eſt Barrabas latro. Cardinales quoque obviando ei, qui ad mortem ducitur, impoſitione pilei eum liberant; Lucernæ, & aliis Helvetiæ locis præſidis Provinciæ Uxor des Landvogts Frau, poteſt condemnatum liberare, ſi propriis manibus funem abſcindat, quod etiam quidam volunt competere fœminæ, quæ 7. filios nulla filia intermedia peperit. Speidel. *in verb.* Begnadigung/ ꝛc. Et Chockier *in theſ lib.* 2. *c.* 5. refert de Conſtantia Regina Arragoniæ, quod cùm Carolus Andegavenſis ejus Nepotem Conradini filium

Digitized by Google

filium infami ſupplicio affeciſſet, & Caroli unicus filius in poteſtatem Reginæ veniſſet ultura necem morti eum adjudicavit, quam ipſe ſuſtinere paratus, dummodo die Paraſceves exequeretur, ipſa omnem offenſam potiùs condonavit, quàm eo die ſupplicium exequi voluit, conſuetudinis Judaicæ ex paſſione Chriſti non ignara. Weichman. im groſſen Königsſpiel. *obſ. 3. p. 57.*

124 QUÆST. *An pœnam mortis Jure divino conſtitutam, ut eſt in homicida Princeps remittere poſſit?*

Id ſine cauſa non poſſe, ſed mortaliter remittentem Principem peccare, tradit D. Thom. *2. 2. q. 63. a. 4.* Poſſe tamen ex cauſa util. vel neceſſitatis publicæ, aut exigente bono pacis, ita ut tunc hæc gratia Principis ſit limitatio Juris divini, cùm pro bono pacis etiam jus tertii lædere poſſit Princeps, *l. ſicta §. ſi fortè. de R. D. l. quod ſemel. de decret. ab ordine faciend. docet Fach. 8. c. 63.*

125 XV. Legitimationem naturalium liberorum Imp. reſervatum eſſe probat *text. Nov. 89. c. 9. t. t. ff. de natal. reſt. c. venerabilem. X. qui fil. ſint. leg. Bocer. de regal. c. 2. n. 68. Geil. 2. obſ. 142.* Ac licèt Archiduces Auſtriæ, Item Duces Mediolanenſes & Vicarii Imperii hac poteſtate utantur; Tamen eam ut & Comites Palatini uſurpant non Jure proprio, ſed ex conceſſione, *c. ſuper. §. prateteà. de V. S.* An hoc modo per reſcriptum legitimatum Baſtardum adpellans injuriarum tenetur. *V. Harprecht. de Injur. n. 54. Beſold. ad auct. Verb.* Baſtart. *Speidel. Verbo.* Ehelichen.

126 QUÆST. I. *An EE, Duces, &c. abſque ſingulari conceſſione aut immemoriale præſcriptione, quæ inſtar privilegii eſt, hanc poteſtatem exercere poſſint?*

Negat. Bocer. *de regal. c. 2. n. 112. Chaſſan. in conſ. Burg. t. de ſucceſſ. Baſtard. Forſt. de ſucceſſ. lib. 6. c. 33. n. 32.* quicquid de contraria praxi alleget Limn. *de J. publ. lib. 2. c. 9. n. 142.*

127 QUÆST. II. *Quid de Cam. Imp. quæ concurrentem aliàs cum Cæſ. habet Jurisd.?*

R. Huic jus illud non competit, cúmque Anno 1591. pro confirmatione legitimationis petitio in Camera fuiſſet exhibita, id ſupplicanti ſimpliciter denegatum fuit, Sixtin. *de regal. lib. 1. c. 4. n. 8.* Concurrens autem Cameræ Juriſd. ad reſervata & ea quæ ſunt gratiæ non porrigitur.

128 QUÆST. III. *An naturales in legitimorum agnatorúmq; præjudicium principali reſcripto legitimari poſſint?*

Et quidem vivo patre eoque conſentiente juſtis liberis deficientibus id fieri rectè poſſe à Principe probat Nov. *quib. mod. natur. eff. ſui. c. 2. ibi: ſi quis non habens filios legitimos, naturales autem tantùm &c. concord. Non. quib. mod. nat. effic. legit. c. 3.* adeò ut ad talem legitimationem citatio agn. & cognatorum non requiratur, nec opus ſit à patre ſupplicante pro legitimatione filii agnatorum fieri mentionem, Bocer. *d. c. Forſt. de ſucceſſ. lib. 6. c. 33. n. 14.* ita ut talis legitimatus etiam agnatis excluſis ſuccedat patri, non tamen extendatur ad Jus mutuæ ſucceſſionis inter non vocatos agn. & cognatos, adeò ut etſi poſteà patri legitimi naſcantur filii vel ex priore concubina ducta vel alia conjuge; per hoc jus ſucceſſionis naturali ante legitimato non intervertatur, Geil. *2. obſ. 142. n. 5. Roſenth. ad Feud. c. 7. concl. 19. ſub lib. q.* ſin autem tempore petitæ legitimationis extent liberi legitimi, vel etiam ante per reſcriptum legitimati, ipſorum citationem requirit Geil. *d. loc. n. 11.* aliàs quoad eorum præjudium defectuoſa cenſebitur legitimatio, licèt in ſubſtantiâ ſuâ & quoad alios effectus reputetur valida.

QUÆST. IV. *An hæc legitimatio per procuratorem rectè impetretur?* 129

Etſi id quidam negâverint hâc ratione, quòd nec abſens nec diſſentiens arrogetur, cui adoptioni legitimatio confertur & exæquatur: Receptior tamen & benignior eſt ſententia tam ex parte patris quàm filii procuratorem adhiberi poſſe, Bart. *in l. Gallus. 29. §. forſitan. ff. de lib. & poſth. & ibid. Jaſon.* ratio eſt, quia impetratio legitimationis fit per ſupplicam, *§. ſi verò. Nov. quib. mod. nat. eff. leg. & §. ſi verò. quib. mod. eff. ſui.* In ſupplicatione autem ſeu precibus, quæ principi offeruntur, non requiritur, ut per vos præſententur, *l. univerſis C. de prec. Imp. offer.* ergo nec hic, Confirm. *per text. §. ſi quis igitur: ibi vel per alium offerat. Nov. quib. mod. eff. ſui.* Et quæcunque reſcripta etiam gratioſa per procuratorem ſpeciale mandatum habentem impetrare poſſe, text. eſt *in c. nonnulli. c. ex parte. 28. X. de reſc.* Nec in contrarium allata ratio ſtringit, quia diſparitas in promptu eſt hæc, quod adoptione efficiatur filius is, qui filius non eſt, in legitimatione verò is, qui filius eſt, de Jure naturæ & verè, ſed naturalis ex illegitimo fit legitimus, quorum hoc illo eſt facilius.

Non

Digitized by Google

Non obſt. quòd ad impetrandam veniam ætatis minoris maſculi præſentia opus ſit, *l. 2. de his qui ven. ætat.* R. id eſſe ſingulare ex cauſa *in d. l. 2.* allegatâ, ut de ejus idoneitate conſtet, quod ad hunc caſum diſſimilem non eſt extendendum.

129 QUÆST. V. *An legitimati per reſcriptum in feudo ſuccedant?*

Neg. probatur, *per text. c. naturales. l. ſi de Feud. def. controv. ſit inter dom. & agn.* ubi Feudiſtæ. *Zaſ. 8. part. n. 83. Tiraq. in tr. de utroque. retract. t. 1. §. 1. gl. 2. n. 6.* nec attenditur, an feudum paternum ſit, vel maternum, cùm d. textus non diſtinguat; ergo nec nos. *vulg. l. de pretio. de Publ. act. l. non diſtinguimus. 37. de recept. arbit.* Item ſive ſoli ſint, ſive alii adſint, legitimi excluduntur *d. c. naturales.* tum ne præjudiciũ fiat domino, tum etiam agnatis, quibus ex prima inveſtitura Jus quæſitum eſt, quibus in dubio Princeps non præſumitur præjudicare voluiſſe, *l. nec avus. 4. C. de Emanc. Liber.*

130 QUÆST. VI. *An autem Princeps aliquem per reſcript. legitimare poterit expreſſe, ut in Feudo ſuccedat etiam domino & agnato invitu?*

Neg. tuetur Fach. 7. *cont.* 49. Quia reſcripta contra leges & conſtitutiones ſive Jura non valent, *l. fin. C. ſi contra Jus vel util.* Tale hoc foret, facit quòd natura feudi ſit, ut citra Domini conſenſum non poſſit transferri in alios, quàm qui ex pacto inveſtituræ aut de Jure Feudali vocantur, *t. t. de prob. Feud. alien. per Fridor.* ergo ſi Feudum aliàs ad dominum eſſet reverſurum, non poteſt naturalis legitimari, ut ſuccedat domino invito, cui Jus ſuum adimeretur, quod permiſſum non eſt, *l. quoties C. de precib. imp. off. junct. l. 2. ff. de natal. reſt.* Si tamen neceſſitas vel utilitas publica aliud poſtularet, poſſet hoc facere Princeps per tradita, Geil. 2. *obſ.* 56. Ad argumenta objicienda reſpondet Fach. 7. *cont.* 50.

131 XVI. Regale quoque ſpecialiter reſervatum eſt Jus belli indicendi, *c. quod culpatur. 4. v. ordo tamen. 23. q. 1.* Geil. 1. *de p. p. c. 4. n. 4. & 6.* Sixtin. *de regal. lib. 1. c. 2. n.* 10. Et quia hoc ſupremæ poteſtatis ac majeſtatis ſymbolum eſt, cui belli paciſque arbitrium relictum eſt, *l. 3. ad l. Jul. majeſt. l. un. C. ut arm. uſus l. 2. C. de agent. in reb. Vult. 1. Feud. 5. n. 6. Ferret. in tract. de Juſt. & Jure bell. n. 7. & 38.* Ideò crimen læſæ majeſtatis committit, qui bellum in Imperio contra pacis publicæ ordinationem ſine licentia Cæſaris in Imperio movet, *d. l. 3.* Geil. *de loc. n. 9.* Et ſine illa Cæſ. autoritate, etiam cum utilitatem & incremento Imp. Rom. ſuſceptum pro ſpurio habetur, ac nullitatis argui poteſt, *l. deſertorem. §. qui in bello. de Re milit.* † . Hinc pri- 132
vatorum diffidationes improbantur, Geil. *d. l.* Conſtat quidem eos qui adverſus alios ſe prætenſiones capitales habere putabant ſolitos fuiſſe, ut eos extra locum domicilii intempeſtivè diffidarent, hoc eſt inimicitias iis denunciarent, quod primò *in A. B. c. 17.* vetitum, vel potiùs limitatum fuit, quem antiquum morem tanquam abominandum reprehendit Cominæ. *lib. 10. Commem. circa fin. pag. mihi 689. Cuſan. 3. de Concord. Cath. c. 31.* ubi unus tantùm famulo comitatus civitati inimicitias audebat denunciare, confiſus aliquo caſtello, in quod receptum habebat & ſociis aliquot equitibus *Comi. d. loc.* Deinde poſt Carol. IV. A Bullam hoc conſtitutione Frid. III. magis reſtrictum fuit ad caſum, ſi diffidator Juſtitiam impetrare non poſſit. R. A. *de Anno* 1442. §. Daß niemand den andern. Tandem tamen à Maximil. I. in dem Königlichen Land-Frieden / Comitiis Wormatienſibus Anno 1495. & ab eodem Comitiis Auguſtanis Anno 1500. ſub tit. Erklärung des Land-Friedens. Et Comitiis Colon. An. 1512. item à Carol. V. Comiti Wormat. An. 1521. & Auguſtanis An. 1548. hæ diffidationes omnino ſunt vetitæ, omnia autem Judiciali viâ peragenda eſſe conſtitutum eſt, *facit l. 9. C. de O. & A.* Et hodie non tantùm diffidans ejúſque Socii verùm etiam literas diffidationis ſcribens ultimo ſupplicio punitur, *conſt. Crim. Carol. V. a. 129. R. I. de Anno* 1590. §. Dergleichen. Quin & diffidans in pœnam fractæ pacis incidit, ita ut proceſſus ſuper emiſſa diffidatione obtineri per ſupplicam in Camera poſſint; Ac licet d. conſtitutio fractæ pacis vim armatam requirat, quæ in diffidatione nondum ſubeſt; Tamen quia is arma parat, & eorum præſentiſſimum incutit terrorem, de tali ut perturbatore pacis publicæ judicandum eſt, facit in ſimili quod dejeciſſe dicatur, qui armorum terrorem incutit, *l. 2. §. qui armata. ff. de Vi & Viam. junct. l. 1. ad l. Corn. de Sicar.* Cauſæ quoque quæ bellum injuſtum reddunt, ut ſunt nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas, impa-

Digitized by Google

impacatus & implacabilis animus, feritas rebellandi, *d. c. quid culpatur.* 24. *q.* 1. etiam in diffidatione occurrunt. Et ſi diffidator non vult nocere nec ulciſci, cur non adit Judicem & actionibus potiùs quàm armis experitur, *l.* 13. *quod met. Cauſ.* Ideo enim judiciorum vigor & Juris Publici tutela conſtituta, & ne quis ſibi ipſi ultionem aſſumat, *l. nullus.* 14. *C. de Judæis.*

Hodie autem in Imperio, ut ad leges, ita ad
133 bellum ſtatuum conſilia & conſenſus requiritur; Nec id imbecillitatis ſed prudentiæ eſt argumentum; cùm enim bella communi periculo & ſumptu gerantur, ſi procerum & Statuum ad hoc communis accedat conſenſus, alacriores redduntur ad communem hoſtem tanquam incendium commune extinguendum, & inſuper potentiores ſunt vires unitæ, ac ab hoſte magis metuuntur, *Comin. hiſtor. lib.* 10. *pag.* 695. Sin autem Princeps neglecto Statuum conſenſu facem belli accendat, poſteà invitis canibus venatum ire ei difficile erit & periculoſum. Nec hic Statuum conſenſus majeſtati derogat, ſed æquitatis & moderatæ rationis condimento temperat, cùm ita etiam in Gallia ſervetur, & conſuetudo ferat, *Comin.* 3. *hiſt. pag. mihi* 46. *in fin. & ſeq.* quod Regnum tamen Monarchicum eſſe prædicat paſſim Bodin. Prout Franciſc. I. Rex Gall. bellum illaturus Carol. V. in Parlamento per Advocatum ſuum expoſitis injuriis, quas ab illo ſibi factas eſſe dicebat, demonſtravit bellum ſibi neceſſariò gerendum. Angliæ quoque Reges non niſi convocatis primis Ordinibus, & aſſentiente populo bellum ſuſcipere ſolent, *Comin.* 5. *Comm. pag.* 476. ubi hunc morem ideo probat, quòd per hoc creſcat robur, & potentia Regum, & major eſt ipſorum authoritas & feliciores progreſſus. Itaque etiam ſub Regibus Rom. primitus in uſu fuiſſe patet ex Livio *lib.* 1. ubi ſolennis proponitur belli indictio, quod poſtquam populus juſſerat, Senatus cenſuerat, conſenſerat, conſciverat, Fecialis Pop. Romani nomine indicebat, faciebatque. Sic Carol. M. non niſi congregato Wormatiæ generali conventu, Saxoniam bello aggreſſus eſt. Eginhard. Ann. 772. Item ſecundam contra Saxones expeditionem habito apud Duram, quod nunc Marcodurum dicitur; generali conventu An. 775. & tertiam habito generali conventu Paderbornæ Anno 777. & quartam rurſus habito juxta morem conventu Duriæ, Anno 778. ſuſcepit Henric. II. Imp. conſenſu omnium Statuum contractis copiis Ungariam petiit, Henric. V. Ducem Lotharingiæ frequenti Principum conventu Majeſtatis reum hoſtemque pronunciavit, & bellum contra eundem ſuſcepit, pluribus id illuſtrat Lim. *in annot. ad cap. Carol. V. pag. mihi* 184. Atque ita impoſterum bellum non aliter decernendum eſſe quàm prævio Comitiali liberóque omnium Imp. Statuum ſuffragio ſancitum eſt, in *Pacif. Monaſt. a.* 8. §. *gaudeant.* ita ut neceſſe ſit, ab ipſis perpenſum eſſe, an è re Imperii ſit, quod imperator ſuſcipiendum putat. Hinc I. milites conſcribuntur nomine Imp. & Statuum vel Imperii, *R. I. Noremb. Anno* 1522. §. Und ſollen. *R. Ratisb. Anno* 1598. §. Und demnach. II. Sunt in ſervitio Imperii & totum corpus vocatur, deß Reichs-Volck/ oder Reichs-Armee/ oder das Regiment. *Anno* 1500. *Auguſt. t.* Wo das Reich. III. Dux exercitus obligatur Imperatori & Imperio, R. *I. Auguſt. An* 1500. §. Deß Hauptmanns Ayd. IV. Duci adjungi ſolent nomine Imperii conſiliarii, *R. I. Aug.* 1541. §. Demſelben Oberſten. V. additur etiam quandoq; Commiſſarius luſtrationis, recenſitionis, & recognitionis, qui dicitur Reichs-Muſter Commiſſarius, ut & ærarii præfectus Reichs-Pfenning-meiſter/ oder Zahlmeiſter/ quibus ab Imp. & Statibus instructiones præſcribi ſolent, quas ſub Jurej. ſervare debent. VI. Leges quoque & articuli militares quoad diſciplinam ab Imp. & Statibus dantur, *R. I. Aug. Anno* 1555. §. Verorwegen. VII. Stipendium ab Imp. & Statibus conſtituitur, *R. I. Wormat. Anno* 1521. §. Item haben Wir VIII. Exercitus conſcriptus pro defenſione Imperii extra id educi non debet, niſi cum Statuum conſenſu, *Capitul. Carol. V. & Ferdin. III. a.* 2. IX, Hoſpitiationes, Die Einquartirung fieri debent ſuffragio Statuum, *Inſt. pac. Germ. Sued. a.* 8. §. *gaudeant.* X. Bello quæſita Imperio accreſcunt. *Ord. Auguſtæ Anno* 1500. §. Wo dann / niſi aliter inter Imper. & Status convenit, *R. I. Spir. Anno* 1542. §. Wir haben Uns ꝛc. XI. Rationes tam accepti quàm expenſi redduntur tam deputatis Imperii quàm

Digitized by Google

Statuum, *R. I.* zu Erffurt. *Anno 1567. ſ.* Und ſolche. D. deß Reg. zu Augſpurg. *Anno* 1500. *tit. antep.*

Quaest. *An propagatio Religionis juſta ſit cauſa belli indicendi?*

Id dicitur factum ab Hiſpano conceſſione Alexandri VI. Papæ, qui 45. annis plus, quàm ducenties centena millia Indorum ſuſtulerunt, Regionibus in ſolitudinem redactis, quæ decimo tanto ſunt Hiſpaniâ majores, quin & per hoc 20. milliones hominum periiſſe ait Klock. *de ærar. lib. 2. c. 6. n. 79.* Et quidem ſi provinciæ, qua bello petuntur, olim ad Chriſtianos ſpectarunt, id plures ſuſtinent licitè fieri, *c. diſpar. 23. q. 8.* ut fit in Hieroſolyma, Klock. *de contr. c. 10. n. 57.* Aliam autem rationem iſtius belli Indiæ allati allegat Klock. *de ærar. n. 83. lib. 1. c. 6.* Id ex antiqua hiſtoria conſtat, quòd cùm Ælius Adrianus bellum Judaicum confeciſſet, inter Alanos, & Armenios bellum ortum fuerit, hac occaſione, cùm utrique populi ad Iudos Olympiacos conveniſſent, nata inter eos eſt contentio, utri meliores haberent Deos, & aliis pertinaciter aſſerentibus, aliis contranitentibus domum reverſi, ideò tanto bello impliciti fuerunt, ut ex hoc prætextu illorum Regnorum memoria deleretur. *Guevara in horol. lib. 1. cap. 4. pag. 18. ad fin.*

Quæst. eſt, *An etiam bellum legitimè inferatur finitimis, ut augeatur ærarium, vel ut Imperia, & dominatus dilatentur?*

Lacedæmonii quidem Cretenſes, Scythæ, Perſæ, Thraces bellum eum ob finem inſtruxiſſe leguntur, & qui apud Lacedæmonios nullum hoſtem occidiſſet, in foro ignominioſè capiſtro cingebatur; Apud Scythas tali ex aureo Scypho, qui circumferebatur, bibere ei non licebat; ſed hoc injuſtum, & à ratione plane alienum, cùm tamen nec Imperator, licèt aliàs mundi Dominus, & omnia Imperii poſſideat. *l. 8. ad l. Rhod. de jact.* ſingulorum dominia intervertere, & ſibi arrogare poſſit, niſi credere quis velit, paganos, & infideles nec Juris gentium eſſe capaces, nec rerum ſuarum Dominos, quod abſurdum eſt; Cui vicina eſt Quæſtio: An liceat belli tempore limitaneas urbes, vicinas neutralium, vel qui hoſtes non ſunt, occupare; & muniri pro ſui ſecuritate, ut factum durante bello inter Hiſpanos & Belgas urbi Reinberg ditionis Colonienſis. V. *Boxhorn. diſſ. polit. cap. 30.* & de ſimilibus plura *inf. in c. de Militibus.*

Quaest. II. *Quid in bello defenſivo & ubi periculum eſt in mora?* 134

Reſp. Sicut in offenſivo, ita etiam in hoc conſenſus exigitur, *Inſt. pac. d. §. gaudeant.* Cùm enim ſicut litis, ita etiam dubia belli ſit alea & eventus, ex quo ruina Imperii ſequi poteſt, ratio ſuadet indiſtinctè, id quod Statuum impenſis gerendum eſt, & omnes tangit, ab omnibus in Imperio approbari, *l. fin. C. de aut. preſt.* Quamvis in bello defenſivo, ſi res moram non patiatur, EE. aſſenſus ſufficiat, *ex Capitul. Carol. V. a 11. ibi* zum wenigſten.

Quaest. III. *Occaſione priorum dubium oritur, An hac verba alteri dicta vel ſcripta:* Ich will mich an dir rächen/ Ich wills gedencken / *importent diffidationem?* 135

Et quidem cum hæc tam in bonam, quàm malam partem accipi poſſint hoc modo, vel autoritate Judicis vel manu propria vindicabo. In dubio benignior interpretatio capienda videtur, quæ vitio caret, *l. ſemper in dubiis. 96. de R. I. l. proximè. 3. v. ſed in re dubia. de his quæ in teſt del.* & verba æquivoca humaniùs accipi debent, *l. igitur. 12. §. generaliter 3. de liber. cauſ. l. uxor. 4. c. de his quæ accuſ. non poſ.* maximè in materia pœnali, *l. interpretatione de Pan.* Quamvis non malè dici poſſit: cum Arum *diſc. 6. ad A. B. Th. 17.* id Judicis arbitrio relinquendum pro perſonarum qualitate & circumſtantiarum varietate, ut ſi fortè inimicus inimico ita ſcribat, qui minas ſuas non Jure ſed manu exequi ſolebat, *juxt. c. ſemel malus de R. I. in 6.* ita tamen ut hîc capitali pœnæ non ſit loc°, ſi ultra non ſit progreſſus, *Weſemb. §. Item. l. Iulia. de vi. n. 4. de publ. Iud.* nec pro formali etiam diffidatione habetur, ſi privatus privato minitetur gladium vel pugnam, daß er eine Kugel wechſelen/und ihne durchſchieſſen wolle/ diffidationes enim ſonant propriè in publicum, ut hoſtes: hoſtilia verò non pertinent ad unum ſed univerſitatem, *l. Hoſtes. 24. de Capt.*

Digitized by Google

de Capt. & poſtl. unde pax publica violatur, & hoſtilià toti communitati metuuntur, ſive ad unum vel totam communitatem dirigatur diffidatio, vel ſi uni quis minitetur incendium, ejusque ædibus ſignum inflammationis appendatur, hæ minæ ad totam communitatem pertinent, cui incendium nocere poteſt. Nam

Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.

136 QUAEST. IV. *An omni die etiam dominico & feſto gerere bellum & prælium committere liceat?*

Affirm. Si ita neceſſitas exigat, ceſſante autem neceſſitate belli tumultus ceſſare debet, *c. ſi nulla.* 23. q. 8. prout die Dominica Chriſtus ſurrexit pro neceſſaria ſalute generis humani, infirmos curavit & alia multa patravit, *c. ſi nulla.* 23. q. 8. ſic die dominico Paſchæ. *Anno* 1512. 11. *April. Jul.* 2. Pontifice & Maximil. I. Imp. facta fuit celebris illa expeditio apud Ravennam neceſſitate ita urgente, ubi triginta millia cæſi, quo tempore tradit, Ferret. *in tract. de bello juſt. n.* 57. quod altero die poſt deprædationem urbis Ravennæ lacrymando tranſcendit acervum cadaverum per amnem Tauri, ita ut aqua non madefaceret ejus pedes, & quod cæſi pro Eccleſia jacentes in tergo habuerint oculos ad cœlum directos, quia qui pro Eccleſia pereunt, cæleſte regnum merentur, *c. omnium. c. Excommun. cæterum.* 33. q. 3. *c. cum olim* 23. q. 8. *c. fratres de pœnit diſt.* 5. Reliqui verò qui contra Eccleſiam militârant, proni jacebant vultu in terram defixo, & occulto Dei judicio accurriſſe lupos & canes magno numero congregatos, & concordes ſine rixâ inter ſe humanas carnes occiſorum devoraſſe, imò & vivos homines aggreſſos aſſiſtentibus corvis, vulturibus & cornicum multitudine numeroſâ. Alia huc pertinentia reſervantur, *ad c. de militibus.*

XVII. Quod de bello dictum, idem de Pacifi-
137 catione tenendum, propter naturalem quaſi connexionem, cùm unius generatio ſit alterius corruptio, & bellorum interitus ſit quaſi mors eorundem, pacis verò nativitas, quæ non niſi illis compoſitis eſſe poteſt, adeo ut ubi bellum exit, ibi pacem incipere experientia demonſtret. Unde definitur pax, quòd ſit tranquilla libertas bello contraria, hujuſque finis & interitus, quam definitionem explicare latiùs ſuperfluum eſt, utpote cum nomen pacis, populare, omnibus dulce, reſq; ipſa jucunda ſit & ſalutaris, qua non modo ij, quibus ſenſum natura dedit, ſed etiam tecta & agri lætari videntur, *Cicero pro l. Agrar. Gudelin. de Jure pac.* Solent autem pacificationes à loco ubi fiunt, nomen accipere: Sic Pax Conſtantiæ, quæ in fin. Corporis extat, ita dicta, quia Conſtantiæ compoſita eſt, Anno Chriſti 1183. poſt diuturnum bellum, ac Mediolani, Cremonæ aliarumque civitatum, quæ ſocietate inter ſe inita ab Imp. deſciverant, vaſtationem. Idem de noviſſima pacificatione Germano-Suecica Oſnabrugi & Germano-Gallica Monaſterii Anno 1648. concluſa.

Euripides ſanè bellum morbo, pacem ſanitati ſimillimam eſſe dicebat, hanc laborantes complecti, & recreare, illo etiam ſanos perire, illò nec intra muros eſſe ſecuritatem, in hac uſque ad terminos Regni. *v. Eſther.* 16. Vox itaque bovis, non hominis, vel potiùs incarnati Diaboli illa Thraſonica militis, cui nihil moleſtius, quàm audire cantum Eccleſiæ: Da pacem Domine, addito ſe optare, ut Diabolus ſacerdotem cum ipſo fano deleat, ſcil. quantum ipſe Deum pro pace implorat, tantum rogare ut bella, & ſeditiones immittantur. *Majol. tom.* 3. *p.* 182.

QUAEST. I. *An belli Duces pacem facere poſſint* 138
cum hoſte?

Hæc Q. tractatur à Legiſtis. *in. l.* 5. *ff. de Pactis.* Et à Bartholo aliiſque communiter negativè reſolvitur, niſi id ei ſpeciatim commiſſum ſit, exemplo Procuratoris ad litem dato, qui per hoc tranſigendi facultatem non habet, *l. mandato* 60. *De Procurat.* cùm mandati fines ſtrictè cuſtodiendi ſint; *l. diligenter Mandat.* nec à commiſſa exercitus ductione, nec à mandato belligerandi ad pacem tractandam inferri poſſit, uti à ſeparatis & contrariis; Proprius enim belli finis eſt victoria, eorumque propter quæ ſuſceptum eſt, conſecutio; Pacis autem factum huic adverſatur, quo amicitia conciliatur bellumque tollitur; Hinc non legimus hæc duo in belli Ducis officio Rerump. moderatores conjunxiſſe. E contrà verò plurima

Digitized by Google

ſunt antiquitatem monimenta & documenta obvia belli Duces extra actus militares ſuam poteſtatem extendere non potuiſſe. Sic fœdus à C. Mancino Conſule cum Numantinis percuſſum factum eſt irritum, & ipſe ut temeritatis pœnam lueret hoſtibus deditus eſt, *Plura recenſet Gudelin. de Jure pac. c. 2. n. 4.*

Memorabile eſt, quod infert Livius *lib. 2. bell. pun.* quod Syphax Rex Scipionem & Aſdrubalem, caſu uno tempore ad ſe venientes, amicitiam ſuam petentes duorum infeſtiſſimorum populorum legatos utrumque in hoſpitium invitavit, quos cùm ad colloquium pro dirimenda ſimultate trahere conaretur, Scipio renuit dicens: Sibi cum Pœno privatum non eſſe odium, nec de Republicaſe agere poſſe injuſſu Senatus, Rege verò contendente ad easdem epulas venerunt, ſimul cœnarunt, eodem lecto, quia Regi ita placuit, uſi ſunt; *Majol. tom. 2. col. 5 p. 381.* Sic quoque Anno 1477. orto bello inter Fridericum III. Imperatorem, & Matthiam Hungariæ Regem patrem & filium, cùm Auſtria vaſtata, Vienna obſeſſa, aliæ urbes occupatæ eſſent, & pro petenda pace Cæſaris Legati ad caſtra veniſſent, Paulus Chimeſius belli Dux reſpondit? Se de bello mandata habere, non de pace, unde ad ipſum Regem contendentes de pace tractarunt, quæ interveniente conjuge Beatrice conciliata eſt.

139 QUÆST. II. *Quid de eo belli Duce vel alio cui etiam plena liberaque Reip. adminiſtratio conceſſa eſt, ut Vicarius Imp.*

Quidam his idipſum licere contendunt ad inſtar Proc. cum libera, qui jusjurandum (quod ſpeciem transactionis continet) deferre & domino paciſcendo nocere poteſt. *l. 2. l. Jusjurand. de Jurej. l. n. m & nocere. 12. de Pact.* Verùm negativa tutior. Ad rationem in contrariũ allatam Reſp. verſam eſſe rationem, negociorum privatorum & pacis ſanciendæ, ut quæ res ſit tam ardua, ut tutiùs ſit amplecti regulã, quæ dicit quod quantumvis generali conceſſione non contineantur ea, quę quis non erat in ſpecie cõnceſſurus. *argt. c. translationem. X. de off. L. g. G. delin. de Jure pac. c. 2. n. 3.* Sic Hannibal licèt ampliſſimo fungeretur imperio, tamen jus pacis faciendæ ſibi aſſumere auſus non fuit. Sed Scipionem alloquens, ait: Quodcunque gerimus noſtræ civitates ratum habituræ ſunt. Et Scipio ſupremus etiam Rom. exercitus Imperator tantæ authoritatis, ut Maſiniſſam Regem Numida appellaret & conſtitueret, tamen ad conciliandam pacem cum Carthaginenſibus Romam legatos miſit, ubi cùm pacem fieri concluſum, Quiritum ſpeciali rogatione, ut eam Scipio daret, decrevit Senatus. *Livius lib. 30.* Hinc ſpeciali ad hoc mandato opus, prout & Jure noſtro quædam ſunt, quæ etiam cum mandato cum libera perfici nequeunt, ſed ſpeciale requirunt. Ut matrimonium pro alio contrahendum &c: Accedit, quòd ſecundo bello punico pacta cùm Afris & Hiſpanis confecta rata non fuerunt, niſi poſt conſenſum à Senatu pop. Rom. interpoſitum.

QUÆST. III. *An ergo ipſum Cæſarem & Reges in perſona convenire ad tractandam pacem neceſſe aut conducibile?* 140

Utrumque negatur; ſed dato ſpeciali mandato, vel ſub ſpe ratificationis id per legatos & Plenipotentiarios fieri poteſt: Aliàs autem imprudenter faciunt Principes æquali potentia præditi, quod in collocutionem ipſi perſonaliter deſcendant. *Comina. lib. 3. pag. 392.* niſi fortè in ea ſint ætate, ut præter luſum & jocum nihil ſpectent. Cùm autem grandiores evaſerint, facilè inter eos æmulatio oriri ſolet, hinc conſultius per legatos rem componi, multo uſu compertum eſt, ut Cominæus exemplis illuſtrat; *d. lib. p. g. 392. & 395.* Et juxta Tolos. *lib. 4. de rep c. 10 n. 14.* vix ab invicem ejuſmodi Principes recedunt ſine aliqua æmulatione, invidia aut indignatione, cùm putent ſe contemni aut contemnant, hinc conſulit ut vel uterque vel alteruter legatos ad compoſitionem adhibeat, qui licet etiam in hoſtico absque ullã ſpeciali cautione, libertate & ſecuritate plenè fruantur, *Beſold. de legat. c. 5. n. 35.* tutius tamen eſt, ut ſibi de ſalvo conductu proſpiciant, *Kirchn. de leg. lib. 2. c. 1. n. 33.* quem in Imperio ſubditi præſtare tenentur, *Arum. de Com. c. 5. n. 54.*

QUÆST. IV. *Quid de Mediatoribus?*

141 Reſp. hos ad pacis compoſitionem prudenter adhiberi, quia media inveſtigant, ſuggerunt & proponunt, quibus ſedato belli furore pacis tranquillitas reduci poſſit, undè aliàs conſiliatores, interponentes, Pacificatores vocantur, id quod Chriſtianis Principibus maximè incumbit, cùm aliàs neutra pars facilè ad

petendam

Digitized by Google

petendam pacem, ne juſtitiæ aut viribus ſuis diffidere videantur, deſcendere, ut transactionis media proponere ſoleat, *Schütz. Vol. 2. diſp. 13. Th. 4.* Talis in pacificat. Germanor. Gallica Anno 1648. Monaſterii concluſæ inter Imp. & Regem Galliæ fuit Reſp. Veneta & D. Aloyſius Contareni, qui hoc munere totos pene quinque annos impigrè perfunctus eſt, *ut ex Pacif. princip. apparet.* Mediatorum autem nomine etiam veniunt mediatrices, *l. 1. de V. S. l. qui duos 62. de leg. 3.* Sic Chriſtianæ Lotharingæ pacis inter Gall. & Hiſp. Reges conciliatæ laus tribuitur. Mediatorum autem alii ſeultro offerunt, nulla niſi conſilii autoritate prædìti Alii à belligerantibus rogati, ex eorum conventione quaſi arbitri tranſigunt, *V. Sixt. de reg. lib. 2. c. 1. n. 25.*

142 QUAEST. V. *Quæ media pacificationis eſſe ſoleant?*

Reſp. Varia pro varietate rerum & cauſarum, plerumque de exercitu educendo, bello non ampliùs gerendo, captivis & urbibus captis reſtituendis, ut quiſque ſuum recuperet, vel quædam ex his apud occupantem maneant, ut ambo liberi ſuis II. vivant vel unus alterius majeſtatem comiter colat, ut controverſiæ reſtantes non ferro, ſed in foro jure diſceptentur, ut non ſit ſocietas cum quibusdam, ut hoſtes iidem habeantur, ut mutuis armis contra eos bellum geratur, vel offenſivè vel utroque modo; Et ſicut in privatorum transactionibus hinc inde aliquid præſtando, remittendo, cedendo, litium moleſtiæ & dubius eventus redimi ſolet; Ita idem fit in pacificatione, quæ belli quaſi tranſactio, adeoque ſicut lite per transactionem ſopitâ aliquando expenſæ hinc inde compenſantur, aliquando uni parti pro aliqua parte fit compenſatio: Ita hîc pro belli ſumptibus aliquando certa ſatisfactio placitatur, aliquando non; Conventiones autem præcipuè ad 2. capita revocantur, nempe ad depoſitionem inimicitiarum, vel reſtitutionem captorum illud ad animum, hoc ad poſſeſſionem rerum refertur, *Gudelin. de jure pac. c. 3.* de priore lex Amniſtiæ frequenter fieri ſolet, quæ lex dicitur ſicut pacta conventa in uſu Juris Leges vocari ſolent, & hoc continet, ut ſit perpetua præteritorum oblivio, exemplum eſt in Pace Conſtantiæ ad finem corporis, Item in inſtrumento Pacis Monaſterienſis §. 2. illis verbis: Pax ſit æterna & perpetua oblivio eorum quæ ab initio, quod quidem pactum ſummæ utilitatis eſt & neceſſitatis: Sic Thraſybulus cùm Athenienſium civitatem ſævitia 30. Tyrannorum liberâſſet, cavit ne qua rerum præteritarum mentio fieret, quæ malorum oblivio ab ipſis vocata eſt amneſtia, & ſic concuſſum labantémque Reip. ſtatum in priſtinum florem revocavit. *Val. Max. lib. 4. c. 1.* Ejus effectus eſt, ut una pars alteri objicere nequeat, ac minùs ulciſci commiſſa, quod tamen intelligendnm de offenſis, quæ tempore belli contigerunt, vel occaſione belli, vel quæ bello cauſam præbuerunt, ita ut remiſſâ injuriâ actio quoque injuriarum remiſſa cenſeatur. *l. non ſolùm § 1. de Injur.* licèt ob aliam injuriam agi poſſit, *l. præter. §. ſi mihi de injur.* prout abolitio aliàs non pertinet ad ea crimina, quorum accuſatio non fuit mota, aut de quibus non fuit cogitatum, *l. 2. C. de gener. abol.* Unde infert Bald. *in lib. de pac. conſt. ad verb. recuperarit.* Si quis eorum, qui Principi infeſti fuerunt, feudum ab eo recognoſcat, & feloniam ante bellum commiſit, ob quam feudum amittitur, illam feloniam non cenſeri pace remiſſam (niſi id ſpecialiter actum eſſet) inſpiciendum namque eſt tempus commiſſi delicti, nec refert, quod illud perſeveravit durante bello, *Gudel. de I. pac. c. 3. n. 7.* multò minùs remiſſa cenſetur rei vindicatio & actiones, quæ non vindictæ, ſed rei damnive perſecutionem continent & apud tertium extant, *Alex Vol. 2. conſ. 1680.* Sicut remiſſâ pœnâ præſcriptorum necis, Syllæ dictatori ejusque ſociis, nihilominus Cato Uticenſis Quæſtor, *teſt. Plutarcho in vita dat.* ipſos in jus vocavit & pecuniam repetiit proditione à parricidio acquiſitam.

Solet tamen aliquando etiam deditio fieri auff Gnad und Ungnad / prout Scythæ Dario dederunt, & in ſignum ſubjectionis ei miſerunt murem, qui terram; ranam, quæ aquam; avem, quæ aërem; ſagittam, quæ arma denotabat, quæ omnia in victoris offerebant poteſtatem. *Speid. verb.* auff Gnad ꝛc. *n. 45.*

Pontii autem potentiſſimi belli Ducis hæc fuit ſententia: Cùm Samnitum Generalis ipſum conſuleret, quid cum capto Romano Exercitu ſibi faciendum eſſet, reſpondit: Omnes liberos

ſine ullo contemptu Romam dimittendos ad Romanos Heroes hoc modo devinciendos; Si autem hoc conſilium ſibi convenientiſſimum non placeret, filios omnes mactandos eſſe, nec ex his duobus medium eligendum, cum poſterius filio nimis durum, prius nimis leve videretur, & patres conſilio recederet, ſibi & Samnitibus interitum cauſavit. Orto autem bello inter Alanos & Armenios pacificatio hoc modo concluſa eſt, ut Armenis Alanorum, & hi illorum Deos reciperent, homines reconciliati ſe amicè in concilio amplecterentur, idemque Dii in fanis facerent; *Guevar. in horol. lib. 1. c. 4. n. 18. p. 18.*

QUÆST. An à conceſſa Amneſtia excludendi illi, qui pro libidine graſſantes ferro & armis nunc hujus nunc alterius partis ſubditos aggreſſi ſunt? Omnes ſanè indiſtinctè eadem gaudere Dux Albanus concedere debuit; *Boxhorn. diſqu. pol. 342. caſ. 50. & 52.*

143 QUÆST. VI. *Hic incidit, An princeps paciſcendo cum hoste poſſit bonas privatorum actiones, damnaque data, Jure remittere?*

Et quidem ſi ipſorum intereſſentium ſubditorum ad hoc interveniat conſenſus, qui malint rebus ſemel ablatis carere, quam longiùs bellorum preſſuras ac hoſtilitates pati, ac ulterioribus malis exponi, hac de re non eſt dubium. *argt. l. pen. C. de Pact. l. 8. mand. c. 2. X. de Injur.* Ulteriùs tamen, ſi aliter pax obtineri nequeat; id etiam ſine ſubditorum conſenſu fieri poſſe probat *Cunæus. in tr. de pact. c. 20. §. 38. Vaſq. lib. 4. Controv. c. 4. n. 8.* Quia ob neceſſitatem publicam receditur à regulis Juris communis, multò magis quàm ob privatum fervorem libertatis, cujus intuitu multa contra Juris communis regulas recepta ſunt, *§. fin. Inſt. de donat.* pacis autem cauſam publicam eſſe conſtat; *l. ſi quis §. in Civilibus de Capt. & poſtl.* Item ex omnibus malis minus eligendum eſt, *c. quod David. 22. q. 4.* ob utilitatem quoque publicam Princeps privato Jus ſuum adimere poteſt, *§. dominorum, l. d. his qui ſint. vel al.* Ita ut dicta remiſſio non tantùm in foro fori, ſed etiam poli ſubditos ab omni Jure agendi excludat, *Geil. 2. de p. p. c. 19. n. 15.* De rebus regni & publicis hîc minùs eſt dubii, quamvis enim earum Princeps verè non ſit dominus, nec abuti iis poſſit, tamen cùm plenam eorum adminiſtrationem habeat ex cauſa tam urgenti alienare & remittere poterit. *Hotom. illuſt. q. 1.* Prout etiam de rebus privatarum, quas hoſtis occupavit, & ſui Juris fecit, non habet difficultatem, cùm ex l. g. ei ſint quæſitæ, *l. Lucius. 11. de Evict. §. Item ea quæ ab hoſt. l. d. R. D.* hæ enim ſi hoſti relinquantur, nihil ex ſubditorum bonis eripitur vel donatur: Idem tamen etiam de damnis ab hoſte illatis dicendum eſt, propter commoda pacis, quæ aliter obtineri non poſſet, nam & tunc res privatorum etiam non conſentientium à Principe alienari poſſe, ex communi Theolog. ſententia tradit. *Gedelin. d. loc. n. 6.* Nec hoc Jure divino aut naturali aut civili repugnat, quo nemini ſuum auferri debet. Quia, ut ait Cicero 3. *de ll.* Salus populi ſuprema lex eſt, & nil Deo acceptius, quàm ut publica pax procuretur, cui bono publico lex inferior privata cedit. *Duar. ad* l. 1. *de pact.* & hæc vera eſt juſtitia ſuum cuique tribuens, ut non diſtrahatur, ab ulla majore juſtitiæ ratione, *l. 31. depoſ.* prout etiam in uſucapione evenire videmus.

QUAEST. VII. *An privati, quorum Jura per* 144
pacem ſunt condonata, indemnes à Principe ſuo vel Republ. ſervari debeant?

Pro affirmativa regula facit. L. *Rhodia*, quæ toto orbe ob ſummam ejus æquitatem recepta eſt, quà cautum eſt. Si navis levandæ gratia merces alicujus jactæ ſint, aut ſi navis à piratis redempta, quòd damnum communi contributione ſarciendum ſit, *l. 1. & 2. ad l. Rhod. de jact.* Eâdemque ratione licèt domus vicina, ut aliæ plures contiguæ ab incendio conſerventur, dirui poſſit, *l. ſi quis fumo. 49. ad l. aquil.* Si tamen id factum ſit, vulgò cum aliquo tamen temperamento traditur, damnum à vicinis reſarciendum, ad quos ignis aliàs erat perventurus. *Bald. ad d. l. 2.* Prout 2. *off.* Cicero laudat Aratum Siconium, qui cùm oppreſſo Nicode Tyranno patriam à tyrannis per annos 50. detentam liberâſſet, & exules plurimos reſtituiſſet, quoniam bona alii occupârant, & longo ſpacio multa hæreditatibus, emptionibus & dotibus ad tertium, quartam & ulteriores manus pervenerant, quæ poſſeſſoribus 6. f. commode adimi non poterant; magnâ quantitate pecuniæ à rege Ptolomæo adjutus, & æſtimatis poſſeſſionibus.

alii

Digitized by Google

aliis perſuaſit, ut pecuniam acciperent, quæ tanti eſſet, quàm ſuum recuperare, *l. quia qui precio. ff. de Uſufr.* Sic etiam Brutus & Caſſius poſt necem Cæſaris ſtatuerunt antiquis poſſeſſoribus, quibus Cæſar & Sylla bona bellis civilibus ademerant, eorum precium ex publico ærario reddi.

145 QUAEST. VIII. *Quid ſi autem ex publico damna reparari nequeant, puta ob multitudinem eorum & quia ea infinita ſunt, ærarium autem exhauſtum ſit quotidianis bellicis exſolutionibus. Fiſci quoque ac principatus bona non ſufficiant, vel aliis cauſa ſint reſervandi, cunctis verò cives & ſubditi ita exhauſti ac depauperati, ut nullum onus novi vectigalis pro damnis ſarciendis imponi poſſit, vel inde periculum tumultui occurrat?*

℞. In tantis anguſtiis etiam damnorum compenſationem omitti poſſe ſuſtinet, Gudelin. *de Jure pac. cap. 7. Cumm cit. loc. Vaſq. 1. cont. illuſt. c. 4. n. 11. & c. 5.* Nec eſt quod conquerantur ſubditi, qui neceſſitate & publicæ pacis utilitate cogente, jacturam rerum ſuarum aliquam fecerunt, cum pro republica mori, nos & noſtra omnia impendere debeamus, & ortus noſtri *juxta Ciceron.* partem patria ſibi vindicet, partem parentes, *facit. l. 2. de I. & I.* maximè cùm per pacis confectionem reliqua conſerventur, in quorum amittendorum periculo bello longiùs durante hærerent ſubditi.

146 QUÆST. IX. *Quid de pacto compenſationis, ut damna hinc inde illata non attendantur?*

Id multò magis valere ſuadet ratio, ſicut cùm quiſque ſuæ cauſæ habet probabilem juſtitiam, ſumptus in litem factos judicem compenſare æquum eſt; *auth. hoc inſuper. C. de Judic. Nov. 82. c. 2.* cur non item Imper. & Judici ſupremo liceret? Sic in duarum Principum Annæ Hiſpaniæ Infantis, & Eliſabethæ Galliarum dotibus, quarum hæc Philippo IV. Illa Ludovico XIII. nuptui tradita dotes compenſatæ fuerunt, *V. Clypeum Jurid. pol. contra Monarch. à Gallia patefactã machinationẽ, pag. 78*

147 Quid de pacto ſatisfactionis, quando convenit, impenſas belli tempore, in milites & præſidia factas, & damna data dato aliquo, aut facto reſarciendas. ℞. ejus juſtitiam tot præjudicia confirmant, quæ iniquitatis inſimulare plus quâm temerarium foret. Sic apud Livium *lib. 2.* eâ conditione Romani pacem fecére, ſi expenſas in bellum factas præſtarent Sabini. Item *apud Liv. lib. 3.* in pace Carthag. & Rom. præter alia convenit, ut his illi decem millia talentorum argenti deſcripta penſionibus æquis in annos 50. ſolverent. In Pace inter Dan. & Suec. Ann. 1605. inita concluſum, ut ille à Sueco bis cententa millia thaler: acciperet, temporibus certis exſolvenda. In Pacific. Monaſt. art. 16. concluſum Suecis quinque miriades Imp. thalerorum, in moneta per Imp. Rom. uſitatâ tribus terminis & inferioris Haſſiæ Principi a. 15. Sexies centena millia thal: Imp. bonitate Imperialibus conſtitutionis modernis correſpondentiũ infra ſpacium novem menſiũ à tempore ratificationis pacis computandum Caſſelis ſolvendorum periculo & ſumptibus pendenda; ut infra in capite de S, R. I. Principibus ſæcularibus, de Landgrav. Haſſiæ ſpeciatim dicetur.

QUÆST. X. *Quid ſi pro ſatisfactione militia tota regiones, urbes & caſtra transferantur?* 148

Cùm eadem ſubſit ratio, idem quoque, quod de prioribus judicandum. Sic in d. pace Carthaginenſi ipſi Rom. naves ſuas roſtratas & Elephantes tradere tenebantur. Pace Ruſſo-Suedica magnus Dux Sueco cedebat certas ditiones. Dominus novi Gardenſis Gallus & Subaudus pacificentes An. 1601. varios diſtrictos, oppida & arces invicem transtulerunt. Pacificatione inter Venetos & Turcam An. 1373. convenit, ut hic Cyprum aliaque loca ſibi retineret. Noviſſimâ Pacif. Monaſt. An. 1648. Imp. & Domus Auſtriaca Alſatiæ loca cum Meta, Tulla, Verduno, Galliæ regi certis pactis ceſſerunt. In pacif. Oſnabr. Cæſar certos ducatus, principatus & dominia Suecorum Reginæ Regnoque Sueciæ in feudum dedit. *Plura collegit Grotius de I. bell. & pac. lib. 2. c. 3.*

QUÆST. XI. *Quid pactum reſtitutionis involvat, eoque contineatur?* 149

Reſp. Redeunt per hoc res ſingulæ ad priſtinos dominos, nec tantum bona, actiones, verùm etiam ordo, dignitas & priſtinus ſtatus perſonæ, *l. princeps. 21. de V. S. l. 1. C. de ſent. paſ.* Quid de fructibus? Reſp. de pendentibus in fundo dubium non eſt, quin reſtituendi ſint, tanquam pars fundi,

l. fructus

Digitized by Google

l. fructus pendentes. de R. V. Perceptos autem à Fiſco ex re hoſtili Jaſon etiam reſtituendos putavit, ſi pactum ſit, ut plena fiat reſtitutio, *fac. l. videamus.* 38. *§. In Favian. de uſur. l. reſtituere.* 38. *de V. S. l. in condemnatione.* 17. *de R. I.* ſed id magis ex mente & benigna interpretatione venit, non ex naturâ & propriâ rei ſignificatione, cùm corpora & fructus ſint duæ res diverſæ, quarum una ſine altera præſtari poteſt: Hoc autem pactum de corporibus tantùm intelligendum videtur, à quibus fructus ſeparari à ſolo ſeparatam ſpeciem conſtituunt, ad hæc in utriſque diverſa eſt ratio: Res enim aliquando fuerunt in dominio ejus, cui reſtituuntur, fructus autem nunquam, & hanc opinionem ſequitur *Gudelin. de óc. c. 6. n.* 10. Quemadmodum autem res ab hoſte acceptæ Jure belli & gentium factæ fuerunt hoſtium, ita eodem Jure Jus percipiendi fructus hoſtis habuit, §. *Item. eaq. de R. D. l.* 4. *de Uſuf.* quos fructus hoc titulo quæſitos hoſtis retinet (ut & nos retineremus) quia expreſſa verba pacti reſtitutionem non injungunt. Aliud eſſet in mal. fid. poſſeſſoribus, fraudatoribus & quando nulla cauſa adfuit eos lucrandi in percipiente, aut amittendi in eo qui repetit, ut quando minor 25. ann. aut metum paſſus reſtituitur, *l.* 24. *§. reſtitutio. de Minor.* Non obſt. Quod Jure noſtro non tantùm improbentur pacta, ut furtum, rapina vel ſimile delictum impunè fiat, ſed etiam ne furti, vi bon. rapt. injuriarum agatur, caſu quo tale delictum committitur, *l. ſi unus. §. pacta. de Pact.* Spes enim impunitatis maxima eſt peccandi illecebra. Reſp. Hæc pacta damnari, quando ejuſmodi actiones exerceri poſſunt, & delicta puniri, at ubi ſtatus reip. non eſt integer, ſecus dicendum.

150 Quæst. XII. *An autem bona conſcientiâ cedi poſſint bona Eccleſiaſticorum Proteſtantibus, ſi id ad Catholicæ religionis ſecuritatem & pacem obtinendam neceſſitas urgeat?*

Ita viſum non ſolùm Cameræ Imp. ſed etiam univerſis Imp. principibus & Statibus Paſſavii congregatis An 1552. & deinde Comitiis Auguſt. An. 1555. ubi multa bona conceſſa ſunt A. C. addictis uſque ad amicam compoſitionem, adeóque moraliter loquendo in perpetuum. Quos omnes Principes ſuæ conſcientiæ inimicos fuiſſe, & mortiferè iſto contractu peccaſſe, dicere, nimis eſt temerarium, qua de q. conſuli poteſt Caramuel. in Synopſi, ubi rationes in libro ſuo allegatas pro hac ſententia ad pauciſſimas lineas contraxit.

Quæst. XIII. *Quid de Religione? An hac pacis cauſa diminui aut Acatholicis ſua exercitium concedi poſſit?* 151

Affirm. Gaudelin *c. 9.* Eſt quidem Principis officium veram religionem omnibus viribus tueri, ejuſque primam habere rationem, quâ neglectâ res proſpere ſuccedere nequeunt, unde pro aris & focis ſæpe ſumma contentione certatum. Si tamen tanta hæreticorum vel infidelium copia ſit & potentia, ut nequaquam bello mediante per victoriam pax & cum ea religio conſervari poſſe videatur: Etiam non nihil de religione pro bono pacis remitti poteſt, prout nulla viſa eſt ratio meliori componendorum diſſidiorum in Germania, Superiori, & hoc ſæculo, ut & in Franciâ aliiſque regnis, quas pactiones licitas eſſe plurimi in conſiliis adhibiti Theologi & Jureconſulti aſſeruerunt, tam miſero rerum ſtatu ita exigente. *latè Caramuel. in libro qui inſcribitur S. R. I. Pax licita demonſtrata.* At dices, hæreſin rem eſſe malam & turpem, pactum autem de re turpi nullum eſt, *l. pacta. C. de Pact.* Reſp. licet libertas religionum ſit peſtis teterrima, non tamen etſi mala ſit, etiam tolerantia mala eſt, ſic enim tolerantur proſtibula & meretrices, Uſuræ, & Judæi, ne pejora mala eveniant, eaque Sacrorum Canonum Cultores & Impp. Catholici, quin & divortia ac concubinatum permiſerunt ad majora inconvenientia vitanda, prout extant de iis varia Cod. Conſtitutiones, vel quia ea, quæ legibus paganorum invaluerant, tolli non poterant. Eadem ratione, quando multitudo eſt in ſcelere, nec ſalva pace Eccleſiæ mala puniri poſſunt, toleranda potiùs ſunt quam punienda, *c. permiſſio.* 23. *q.* 3. quicquid diſſentiat noviſſimè author anonymus in ſuo libello mihi per poſtam ignoranti transmiſſo Anno 1665. quo inſcribitur Status Germaniæ deplorandus.

Quæst. XIV. *An fides pacto pacificationis data neceſſitatem ſervandi inducat?* 152

Et quidem ſi jusjurandum interceſſit, ut communiter fieri conſuevit, §. *hanc igitur. cum ſeq. de Pace Conſt.* Affirmativa minùs eſt dubia, *per c. cum contingat.*

contigat. X. de Iureſ. eò enim ad fidem adſtringendam nullum vinculum eſt arctius. *Cicero. 3. Offic.* Idem tamen dicend m, etſi juſj. non intervenerit, *c. noli. 23. q. 1. l. 1. de C. inſtit. pecun.* Non obſtat illud Virgilii:

Dolus an virtus q id in hoſte requirat, unde dolus bonus dicitur, quo in hoſtem utimur. *R.* Namque id ad ſtratagemata & ſolertiam referendum, non autem ad fidei datæ violationem, *c. dominus, 23. q. 2.* Nec intereſt an privatim vel publice hoſti fides data ſit, privatos enim eam ſervare quoque debere probat Cicero 3. *offic.* exemplo M. Attilii Reguli, qui maluit ad graviſſima ſupplicia ſibi jam à Carthaginenſibus deſtinata redire, quàm fidem ſemel datam fallere. *de q. V. text. l. 5. §. fin. de Capt. & poſtl.* ſi ergo hoſti, dum hoſtis eſt, & talis manet, fides eſt ſervanda, quantò magis, ſi hoſtis eſſe deſiit? Et ſi à privato, quantò magis à Principe pactum ſervandum eſt? Idemque de pace cum ſubditis rebellibus à Principe compoſita, probat Gudelin. *c. 11.* cùm Princeps contrahens cum ſubditis obligetur, *Vaſq. 1. Illuſt. 3. Add.* Bodin. *5. de rep. pag. 955.* Reinck. *de reg. ſec. lib. 2. claſſ. 1. c. 2.* quicquid conta alleget Eccius in Apolog. ſua apud Zaſium de quo verſus:

Multa vorans & multa bibens, mala plurima dicens,

Eccius hoc poſuit putre cadaver humo.

Nam quotidie jentaculi loco vini malvatici menſuram bibiſſe legitur *apud Meland. jocoſ.* 152. Econtra etiam oblata meliori conditione fidem non eſſe violandam probat Batti fabula; qui cum boves Admeti Regis paſceret, Mercurius furtum feciſſet, cujus Batto ſolus conſcius erat, ut taceret, vacca donatus, & dein hominis fidem experiri volens, Mercurius mutata veſte duplici præmio propoſito pro indicando furto perfidiam ejus expertus fuiſſet, in Saxum cum mutavit, vel ſecundum alios voce eum privavit. *Ovid. 2. Metamorphoſ.*

Fidei ſervatæ Exemplum laudabile An. 1322. exhibuit Fridericus Auſtriacus captus, qui, dum pro liberatione data fide oppida certa promiſiſſet, hocque pacto dimiſſus eſſet, id autem ſervare non poſſet, quia fratres, ad quos ea pro rata ſpectabant, ad renunciationem induci non poterant, rurſus ſe captivitati reſtituit; *Burg. hiſtor. Bavar. lib. 1. in fine. p. 58.* Cumque ante Eslingam Stephanus Gumpenbergius olim Henricam Sveinheriſticum captum fide in pignus relicta dimiſiſſet, is promiſſa non fallens eodem cultu, quo militaverat, ſervatori ſuo ſe rurſum ſtitit, ideo inter armatos etiam ſancte & incorrupta fides fuit iſtis ſæculis, *Burg. p. 34. in pr.* Econtra autem de Haſtulpho Longobardorum Rege fidei datæ violatore, in venatione equo lapſo, & intra paucos dies mortuo, relicto deſiderio ante ſtabuli præfecto meminerunt Annales Pipini *p. 53. ad* Chockier *in theſ. lib. 2. c. 12. pag. 169. & c. 13. p. p. 170.* De ſtratagematibus tamen contra hoſtem licitis exemplum eſt Judithe in ſacris, quæ callido conſilio Holofernem obtruncavit, qui nec honeſtati ſunt contraria, & militiæ Ducibus ſæpe familiaria, prout Romani argutiâ ſuâ, & exquiſitâ pugnandi ſcientiâ, plus quam viribus, & formâ perfecerunt; Lacedæmonii præclarius rati ſunt callidâ aliqua ſtrophâ citra ſanguinem vincere, quàm pugnæ utrinque cruentæ aleam ſubire, unde ſi calliditate ſuperiores fuerant, Marti bovem, ſin aperto prælio, gallum ei immolarunt: ita tamen, ne captioſa ſophiſmata, ſed ſagacitates, & glorioſa conſilia militaria tantùm aſſumantur; Hinc ſummam laudem meritus eſt Epaminondas contra Lacedæmonios pugnaturus exſpectato utrinque in acie ſigno ad confligendum, ipſe enim aſtu ante aciem multitudinem equitum excurrere juſſit, qui pulvere excitato hoſti conſpectum adimerent, & interim in acie ſua ordines mutavit ita, ut cum dein confligeretur, ipſe à tergo in hos, qui hoc non adverterant, impetum faceret, qui aſtus ei victoriam peperit; Singularis aſtus fuit, & laude dignus Canis Scaligeri, qui Veronæ & Taurinii principatum tenens, cum Patavinos magno Exercitu regionem ingreſſos per nuncium perculſus eſſet, ſtatim occurrendi conſilium cœpit, & magna celeritate cum uno fideli Taurinum pervenit, ſeque hoſtibus minimè id cogitantibus in equo armatum oſtendit, qui majorem numerum cum eo adeſſe rati, aut proditionem ſubeſſe veriti turbatis ordinibus, cum in eos Canis inveheretur, fuſi ſunt eorumque duces à Cane capti. *plura refert Majol. part. 3. Colloq. 4. p. 152.*

QUÆST. XV. *An ſucceſſores quoque ad obſervantiam Pacificationis obligentur?* 15

Negan-

Negantes allegant, quòd Fidenates mortuo Romulo, Latini poſt obitum Anci, & Ruſci defuncto Tarquinio Priſco, ſe religone fœderis ſolutos eſſe ſuſtinuerunt. *Dion. Halicarn. lib. 3. & 4.* Ita & Perſeus Rex Maced. legatis Rom. reſpondit, Fœdus cum Philippo initum ad ſe non pertinere, *Livius lib. 42.* Affirmativa tamen verior eſt, *ex c. 1. de Probat.* quia pacta hæc ſunt realia intuitu Imperii Regni vel Reip. inita, adeoque ipſam Remp. obligant, quæ durat perpetuò *juxta l. proponebatur de Judic.* Sicut Prælato ratione dignitatis contrahente Eccleſia & ſucceſſores in dignitate obligantur; *c. Edoceri. X. de Reſcript.* Sic contractum tutoris nomine pupilli ſui initum Curator ei ſuccedens & pupillus major factus ſervare tenetur, *l. cum quæritur de adm. tut. l. 3. C. quand. ex fac. tut.* nec diſſimili ratione Princeps facta anteceſſoris rata habere debet, non tantum ſi Jure hæreditario ſuccedat, *argt. l. 5. §. hæreſ. de O. & A. l. cum à matre. C. de R. V.* Verùm etiam ſi certa lege Regni uti in Gallia ex l. Gallica Rex ſuccedat: Facit quod pactum hoc ſucceſſoribus proſit, ergo etiam iis obeſſe debet, *l. hæres. de acq. hæred. l. Tutoris de Pact.* Imo quod plus eſt etiam mutato & converſo totius Reip. ſtatu, ſi Monarchia verſa ſit in Ariſtocratiam, idem dicendum cum Gudelin. *d. c. 12. n. 2.* ubi ad contraria reſpondet, quamvis tutius ſit, ut disertè pactione poſteri etiam nominentur ad præſcindendam litibus & cavillationibus anſam, omnémque dubietatem tollendam. *V. Reinck. de Reg. ſec. lib. 1. claſ. 3. c. 10.*

154 XVI. Magnam cum Pacificatione connexitatem habent induciæ, & hæ frequenter ad illam viam ſternunt, utriſque etiam armorum ceſſatio inducitur, & hæ, ſi longiores ſint, pacis nomine veniunt, *c. 25. 24. q. 3. Beſold. c. 3. n. 3.* Propriè tamen à pace differunt, Induciæ enim ad certum diem vel tempus inducuntur, quas ocium & belli ferias vocavit Varro; ſomnum belli Grotius *c. 21. t. 1.* Canoniſtæ & Feudiſtæ Treugam vocant. *t. t. X. de Treug. & pac.* Unde nata vox Trevis, Anſtand oder Stillſtand der Waffen. Et nihil aliud ſunt, quam pactum publicum, quo de intermiſſione vis bellicæ ad certum tempus ſummi Principes aut etiam, ſi breve fuerit, belli Duces conveniunt, *facit l. poſtlim. 19. §. 1. De Captiv. & poſtlim.* & ſic induciis durantibus bellum manet, ſed pugna ceſſat, alios verò actus bellicos e. c. caſtra movere, vallum ducere, commeatum advehere, militem conſcribere, luſtrare, exercere, & ſimilia non ſunt prohibita, niſi expreſsè conventum, ut omnia interim in ſtatu præſenti maneant, ut actum cum certo copiarum numero & tormentorum apparatu nihil eſſe attentandum, minuta tantùm prælia & extraordinarias excurſiones admittendas. Ita pacem Hetruſcis Romani negarunt induciis 30. annorum datis. Talis inter Regem Hiſpan. & Confœderatos Belgas antehac induciæ fuére, noſtrâ ætate inter Polonos cum Suecis, Imperatorem cum Turca, donec inter aliquos eorum perpetua pax concluſa eſt.

Induciæ autem aliæ fiunt ad breve, aliæ ad 155
longum tempus: breve ut bidui, tridui, aliquot ſeptimanarum, menſtruæ, quin etiam horariæ, ad longum 30. 40. 100 annos, incipiunt autem ab ipſo momento quo contractus perfectus eſt, niſi in eodem certus dies deſignatus ſit, ut à 3. Maji, tunc enim ab initio iſtius diei & primo momento ſive à 12. noctis. *juxta l. more Romano. ff. de Feriis*, incipit: Eodemque modo ſi dictum 20. diebus durabunt effluxo die; 20. eodem quo cœperant puncto finientur induciæ, quod urbs Paderborna aliquando experta eſt. Si d. usque ad calendas Martias, favor induciarum ſuadet, ut per ipſas Calendas adhuc durent. *Grot. d. c. 21. n. 4.*

Induciæ tamen dierum intelligendæ ſunt, de die Civili qui noctem & diem, ſive duas dimidiatas noctes, & diem naturalem intermedium comprehendit. *l. more Rom. ff. de feriis*, Et malè Cleomenes, cum hoſte ſeptem dierum pactis induciis, nocte populabatur agros, quod diceret dierum, non noctium eſſe inducias.

Quæst. *Cur autem in induciis longi temporis* 156
Imp. & Principis autoritas requiratur, in brevioribus res pendeat etiam à belli Duce?

Ratio in promptu eſt hæc, quod illæ ad pacis accedant naturam, nec tractatio hæc levioris ſit momenti quàm ipſa pacificatio, Breviores verò minoris ſunt præjudicii, ideoque belli Duci permiſſæ, cùm durantibus his adhuc bellare partes dicantur, nec minùs militet dux & miles harum tempore, quàm ſi in hibernis aliisque à pugnâ quieſcat, cùm Princeps, qui bellandi facultatem dedit, ea quoque dediſſe cenſeatur quæ ad, hoc

ſunt

Digitized by Google

ſunt neceſſaria, *facit l. 2. de Jurisd. l. fin. de off. ejus. Grot. de l. belli. lib. 3. c. 12. §. 8.* Sic Hiſpanorum Gallorumque & Italiæ Duces An. 1540. & Anno 1553. menſtruas inducias pepigiſſe leguntur.

157 XVII. Ad præcavenda autem bella, vel pro pace firmanda iniri ſolent fœdera, nemo enim facile provocare vel bello laceſſere audet populum, quem intelligit expeditum ad vindicandum, & non tantùm ſuis viribus, ſed etiam ſociorum auxiliis ad defenſionem inſtructum eſſe novit: Hinc nullum tuendæ ſalutis contra hoſtium incurſus & impias manus eſt præceptum, quàm aut potentiſſimum eſſe, vel cum potentiſſimis ſocietatem amicitiam & fœdus inire, Bodin. 5. *de rep. c. 6.* Unita enim vis eſt fortior, & hoſti terribilior. Schönb. 4. *Polit. c. 34.* Horum fœderum Jus antiquiſſimum conſtat ex ſacris textibus *Geneſ. 9. verſ. 11. Eſa. c. 54. v. 9. & 10.* Deus enim deleto per diluvium orbe fœdus cum Noë & populo ſuo percuſſit. Abram in fœdere fuit cum Amorræo, *Gen. 26. v. 28.* Inter Jacob & Laban, fœdus extitit, *3. v. 44.* Machabæi quoque cum Romanis fœdere devincti fuerunt, 1. *Mach.* 12. Quales autem in fœdus adſciſcendi propter ſummum hac in re ſæpè occurrens periculum, attentè conſiderandum eſt. Cùm enim Valens Imperator Gothos in Thraciam ire permiſiſſet, & ſtipendiarios ſibi feciſſet, ut rebelles finitimos vinceret, illi imperium Orientis invaſerunt, & Occidentem deprædati ſunt. Turcæ etiam à Græcis Imperatoribus invocati imperium orientis occupârunt, ut proinde fœderatorum, & auxiliariorum fides inveſtiganda, an quis ſe illis tutò committere poſſit, an non facilè, ſi mercenarii ſunt, ab hoſte majore mercede conduci & corrumpi poſſint, an non, ſi majori numero, & potentiores, quàm ipſi adſciſcentes eos ipſis fugatis hoſtibus auxiliares Dominis inſidientur; ut Valenti accidiſſe jam dictum. Prout Caizanus Pirata Advocatus à Cæſarienſibus Mauritaniæ ad expellendos ab arce Alger, Hiſpanos, eos quidem expulit, verum Selimum Principem necavit, & ſeipſum Regem conſtituit; Item Saladinus Tartarorum Rex ab Incolis Babylonia ad pellendos Chriſtianos, eos quidem tota Syria ejecit, ſed viribus pollens Califum necavit, & ſibi Dominatum arrogavit, donec Sultanus Selimus imperio potitus. Aliud inſuper ab ejusmodi auxiliaribus malum timendum ne ſcilicet occaſionem captent, perſcrutandi vires ejus, cui militant, ad quas poſtea evertendas hoſtilitates majori numero redeunt, locis, urbibus, earum munitionibus, & moribus obſervatis, ſuis commoditatibus ſerviant in ipſorum advocantium perniciem; Prout Tarentum, cum Pyrrhum in auxilium vocaſſent, poſt victoriam non ſocium, ſed dominum experti ſunt.

Pro quibus, & ſimilibus periculis evitandis, non inconſultum eſt, ne externis plus, quàm propriis quis fidat auxiliis, quod faciliùs fiet, ſi auxilia pecuniaria ſumantur potiùs, quàm perſonæ militantes aſſumantur, vel ſi milites auxiliares ab aliis ſumere neceſſe ſit, ſub imperio eorum, à quibus advocantur, & diſciplina eorum ſint: hanc cautelam Græci obſervârunt, cum legati ad Gelonem contra Perſam opem petiiſſent, qui ſe 200. triremibus, & 20. millibus armatorum, ac 2. millibus equitum, totidèm levis armaturæ, & ſagittariorum totidem, ac funditorum paratum obtulit, ſe, eâ lege, ut adverſus Barbarum Græcorum Imperator foret, alias nec ſe ſerviturum, nec alias miſſurum, cui unus ex legatis Syagrus reſpondit: O quam ejularet Pelopides Agamemnon, ſi audiret Spartiatas Imperium ſubdidiſſe Geloni, ac Syracuſanis, additis his verbis: Nè feceris hujus rei mentionem, ſi tibi animus eſt ferre opem Græcis, eſto ſub Imperio Lacedæmoniorū, cui ſi dedignaris ſubeſſe, habe animum opem ferendi, Græcia nos ad te miſit, non Imperatorum indigia, ſed exercitus, cúmque Gelon tantum terreſtribus, aut nauticis copiis præeſſe inſtaret, nec hoc ei conceſſum fuit, atque ita abiêre, & auxiliis carere maluerunt, quàm cum metu perituræ libertatis exercitum, aut ejus partem extero duci committere, maximè tam potenti, unde leonina ſocietas erumpere potuiſſet. Plures alias cautelas conſulto omittimus, tam in Romana, quàm in aliis hiſtoriis paſſim obvias.

QUÆSTIO. *An à Chriſtiano Principe vel Rege contra Principem Chriſtianum in auxilium vocandus Turca, ſive, an licitum ſit fœdus cum infidelibus?*

T 2 Hæc

Digitized by Google

Hæc quæſtio agitata fuit inter Carolum V. Romanorum Imperatorem, & Franciſcum I. Galliæ Regem. Pro affirmativa, quod Princeps bello & perſecutione gravi preſſus, tam ob Religionem quàm Regionem ſervandam licitè, ſi aliter ſe tueri nequit, à Turca auxilia contra alium Chriſtianum petere poſſit, prima ratio fundatur in Juris naturæ principiis. *l. 3. ff. de J. & J. l. 45. §. 4. ad l. Aquil.* cùm propriè ſalutis defenſor in nullo peccet, *l. 3. Cod. de ſicar. junct. l. 1. de bon. eorum. qui ante ſent.* cùm neceſſitas legum regulæ non ſubjaceat. *fac. c. ſi nulla 20. q. 8. & tradita à Pechio in c. peccatum de R. I. in 6.*

II. Si ipſorum Turcarum enſibus, clypeis, bombardis, aliiſque inſtrumentis bellicis Chriſtiano uti licet, ſive quæ iis detraxerunt, ſive ab iis compararunt, cur non ſimiliter eorum auxilio?

III. Cùm etiam ipſe DEUS in puniendis malis & obduratis utatur ipſis Dæmonibus, quibus nulli pernitioſiores ſunt Religionis hoſtes.

IV. Si fideles in bello juſto juvare poſſunt ipſos infideles, prout Julianus Apoſtata ſub ſe habuit Chriſtianos milites obſequentes dictis ſuis. *c. Julian. 11. q. 3. c. quid culpatur. §. Ordo. q. 1.* cur non idem in caſu noſtro. arg. *l. fin. §. fin. de leg. 3.*

V. Sic & Iſaac fœdus iniit cum Abimelech Rege Palæſtinorum, ut quidam volunt, Ethnico. *Geneſ. 26.* Joſue cum Gabeonitis idololatris. *Joſ. 9.* Saul perſequens Davidem, fugit ad idololatram Regem Geth, Achis nomine. *1. Reg. 21.* & plures alii, teſtante ſacro textu.

Et ſi in bello juſto, uti licet, opera Elephantorum, Camelorum, & Equorum, cur non infidelium? quid quod Deus vindicat de inimicis ſuis per inimicos ſuos, ejus autem actio noſtra eſt inſtitutio, prout uſus eſt Cyro Perſarum Rege, ejúſve Exercitu ad impietatem Judæorum comprimendam. *Eſaia 25. c. remittuntur. 23. q. 5.* Conſtantinus M. potiſſimo & robuſtiore Exercitu Gothorum uſus eſt, qui tunc erant Idololatræ, Juſtinianus, ejúſque Dux, Narſes Longobardis tunc Paganis uſus eſt, Armeni armis Saracenorum vexati, cùm à Chriſtianis fruſtra opem petiiſſent, ab Imp. Scytha auxilia petierunt, & impetrarunt 30000. Equit. Tartar.; his rationibus plures magni nominis Juriſconſ. & Polit. hanc ſententiam ſecuti ſunt, inter alios Bocer. *de bell. & duell. c. 6. n. 16.* ſed contraria ſententia magis videtur probabilis, pluribus J. Conſultis Polit. & Theologis: Quod Franciſcus I. Galliæ Rex Anno 1542. cum Solymano contra Carolum V. per legatum ſuum fœdus fecerit, & impetrârit claſſem: Item Carolus IX. Rex Franciæ cum Solymanno Anno 1565. exempla ſunt, quibus non ſed legibus judicandum, *l. 13. de ſentent.* quia ejuſmodi fœdera, cum infidelibus Deus prohibuit, *Exodi 23. verſ. 33.* unde Propheta ad Regem Joſaphat: Impio inquit præbes auxilium, & iis, qui oderunt Deum, amicitiâ jungeris, ac propterea iram Dei in te provocas. *2. Paralip. 19. facit. c. in nova. 16. q. 3.* ſubeſt enim periculum ſubverſionis, juxta illud: qui picem tangit, inquinabitur ab ea. *Eccleſ. c. 13.* Et cum perverſo perverteris. *Pſalm. 17.* nec ulla ſocietas luci cum tenebris. *2. Corinth. 6.* plures latè allegat Reinck. *de regim. ſecul. l. 2. claſ. 3. c. 3. n. 64. & ſeq.* ubi ad contrariæ ſententiæ argumenta reſpondet. *n. 83. & ſeqq. add. Majol. Can. dier. som. 3. col. 2. p. 194.* Franciſcum autem I. Galliæ Regem moriturum hæc verba ingeminâſſe referunt: Perii, eheu! perii, quia volui fœderatus eſſe ei, qui hoſtis eſt Chriſtiani nominis, Klock. *de ærar. lib. 1. c. 5. n. 66. ad finem.* quod pacem plures Iſraëlitæ, Pontifices, Reges, Principes cum infidelibus coluerint, factum fuit, ne iis nocerent, & contra alios infideles pro ſui defenſione. *add. Chokier. lib. 2. theſ. polit. c. 11. n. 16. atque ita,* quod Iſaac cum Abimelech fœdere junctus fuerit, factum eſt tunc, ne noceret, Judæorum verò pactio cum Spartiatis hoc modo excuſatur, quod Spartiatæ diu ante Machabæorum tempora Judæis ſignificarent inventum eſſe ſcriptum de Judæis, & Spartiatis, quod eſſent de genere Abraham, quibus tanquam conſanguineis ſocietatem obtulerunt, *1. Machab. 12.*

XX. Demum Jus extremæ Provocationis ad Imp. pertinet. Sicut enim à Majeſtate Cæſarea tanquam à fonte omnis Juriſd. per conceſſiones & inveſtituras fluit, ita ad eandem fluit per appellationem. *Pacian. de probat. l. 2. c. 43.* adeò ut hoc præſcribi nequeat, *c. venientes. X. de Jurej.* etſi hoc Jus à ſe abdicare & ita alteri concedere vellet, imperare non poſſet, quia in hac ſumma poteſtate hæret humidum radicale & facultates 158

Digitized by Google

cultates ipſius animæ principatus, & eo dimiſſo fieret princeps homicida propriæ dignitatis, quam nec ſubditus affectare debet. *Eccleſ. 7. v. 4.* Unde Pharao, concedendo omnem poteſtatem Joſepho in Ægypto, ſupremam tamen ſibi cognitionem reſervavit *Geneſ. 41. v. 40. & 43.* eáque reſervatio, etiam ampliſſima poteſtate data, ſubintelligitur, etſi non exprimatur, *c. dudum. §. non igitur. de prab. in 6.* Reinck. *de Reg. ſac. lib. 1. claſſ. 5. c. 6. n. 98.* Nec tollitur etiam per factum Electoribus indultum de non appellando ab eorum ſententiis in Aurea Bulla, aliud enim eſt habere Jus Jure ſuo, & ex conceſſione aliena: Et diverſa ſunt privilegium de non appellando; Item ſupremæ provocationis. Adhæc, ab iis qui privilegio iſto gaudeant in caſu denegatæ juſtitiæ, ab Imp. adhuc per ſimplicem querelam aut etiam nullitatis confugiendi facultas non denegatur. *A. B. t. 11. ibi quamdiu querelantibus non fuit juſtitia denegata.* cum & tunc cauſam Imp. avocare poſſit, *poſt. Specul.* Reinck. *de reg. ſac. lib. 1. claſſ. 5. c. 7. n. 48.* Nec Privilegium de non appellando per deductionem nullitatis redditur eluſorium, quia ſententia à qua in rem judicatam tranſit & executioni demandatur, eámque proceſſus nullitatis non impedit, niſi ejusdem cauſa ſit notoria. *l. fin.* C. *Si ex falſ. Inſt.* Geil. 1. *obſ. 135. n. 6.* Quamvis etiam nullitatis non diducendæ privilegia concedi poſſint. *ad. Stamler. de reſerv. §. 43. p. 201.*

159 QUAEST. I. *An ab Imp. ad Papam appellari poſſit?*

Pro negativa ſatisfacit *l. 1. §. 1. à quib. appell. non lic.* Hinc Conradus Rom. Rex Trajectenſes, quòd à ſe ad Papam appellaſſent, pro reis Majeſtatis habuit, & hódie contra delegatos Papæ qui contra Ordin. Cam. *p. 3. t. 51.* appellationes recipiunt, mandata avocatoria frequenter decernuntur, & provocare auſus centum auri puri marcis mulctatur, cujus præjudicium allegat. Lymn. *de J. p. lib. 2. c. 9. n. 102.* R. A. zu Regenſpurg. 1654. Cúmque in Archiepiſcopatu Colon. diœceſis Leod. Monaſt. & aliis Imperii lòcis abuſus irrepſiſſent, quod recurſus à ſententiis officialium Epiſcopi ac Archiepiſcopi ad Nuncium Apoſtolicum fieret indiſtinctè etiam in cauſis prophanis & civilibus, per quod Jurisdictiones confundebantur, cauſæ civiles ad extera judicia trahebantur, partes inanibus ſumptibus fatigabantur, & quanquam mandata de caſſando emanabant, Nuncii tamen Apoſtolici, ſæpè per contraria mandata Caſſatoria, parti refraganti, ſub gravi pœna pecuniaria vel per cenſuras injungebant, ut à proceſſibus Cameralibus deſiſterent, huic malo remedium quæſitum tempore Carol. V. *An.* 1548. 3. *Octob.* & noviſſ. Ratisb. *An.* 1654. §. Als ſich dann anch die Stände.

Et Henricus IV. Imperator, cùm Hungari in controverſia de Decimis, quam habebant cum Archiepiſcopo Moguntino ad aulam romanam ab ipſo appellaſſent, interdixit ipſis eandem ſub pœna capitis. Stamler. *de reſerv. §. 42. n. 4. p. 202. ad* R. Abſchied. *de An.* 1654. *§.* Als ſich dann/ ꝛc. Michaël. *de Iurisd. con. 74.*

QUAEST. II. *An ab Imperatore appellari poſſit ad Status Imperii?* 160

Et hoc neg. cum Reinck. *de. reg. ſac. lib. 1. claſſ. 5. c. 9. n. 40. pend. l. & c. Romana Eccleſ.* X. *de appellat.* Ratio dubitandi oritur ex iis, quæ aliàs de Majeſtate reali Imperii tradita ſunt. Sed ad eam reſponſio patet, etiam ex ibi dictis. Pro negatione verò facit, quòd appellatio debet fieri ab inferiore ad ſuperiorem. *l. 1. §. 3. de appell.* ſed Proceres & Status Imperii non ſunt ſuperiores Imperatore, ſic nec à Papa ad Cardinales provocatur. Scaccia *in tract. de appellat. q. 8. n. 64.* Et hoc modo provocantes ad Status repulſam paſſos teſtis eſt Gaill. 1. *obſ. ult. in fin.* & ridiculos ait Bachov. *ad. 2. vol. vol. Treutl. diſp. 33. th. 4. lit. 6.* Nil in contrarium facit, quòd Imperator juramento adſtrictus ſit Imperio & Statibus, R. Abſch. *de An.* 1500. *Auguſt. de An.* 1527. *Wormatia, An.* 1540. *Auguſt.* ibi: Iſt dem Reich mit Pflichten verwand. Item adminiſtrator eſt Imperii, & curator. Non tamen eſt inferior, nec paret, ſed imperat Imperio, prout non omnis Adminiſtrator, Curator, Miniſter inferior eſt, aliàs miniſter Eccleſiæ ſuis Parochianis, præceptor diſcipulo, maritus uxore inferiores eſſent, qui Sacramenta ſuis ſubditis, neceſſaria alimenta pupillis, minoribus, & uxori miniſtrant, Stamler. *p.* 204. Effectus autem Majeſtatis realis non ſemper in Imperio apparet, ſed durante Majeſtate perſonali in ſuſpenſo eſt, & quaſi dormit, ſicut ſtante matrimonio dominium fundi dotalis apud uxorem. *l. 30.* C. *de Jure dot.*

Digitized by Google

l. doceancillam. C. *de R. V.* quod morte viri redit ad eandem, uti uſufructuario mortuo fit unius cum altero conſolidatio, & ſeparata utilitas ad proprietarium redit, *§. fin. inſt. de u. uſ.* ſicut roſa per hyemem in radice erat, quod autem pendet, pro eo eſt, ac ſi non eſſet. *l. 169. §. 1. de R. I.*

161 QUAEST. III. *An ab Imp. malè vel non ſatis informato ad meliùs informandum?*

Et hoc iisdem rationibus negat Reinck. *d. loc.* Lym. *de l. P. lib. 2. c. 9. n.* 104. Geil. 1. *obſ.* 155. *n.* 7. ubi maſculè ſcribunt, abſurdum eſſe ita appellare, ab eodem ad eundem, quaſi Cæſar inconſultè ſententias ſuas proferat, & teſtatur Geil. quoſdam hac cautela uti voluiſſe ſed repulſam paſſos, Reinck. verò refert cùm ejusmodi appellatio aliquando tentaretur non ſolùm per reſcriptum Cæſareum cum reprehenſione Anno 1614. 14. April. rejectam, ſed & Notarium, qui deſuper Inſtrumentum confecerat, officio & privilegiis notariatus exutum fuiſſe. Confirm. quòd nec à Camera Imp. Judicibus hoc modo appelletur, ergo nec à Cæſare. Obji. quòd Lutherus à Papa malè informato ad meliùs informandum appellaverit. Item Principes & Duces Luneburgenſes Henricus & Wilhelmus in cauſa inter ipſos ex una: & Civitates Magdeb. & Hamburgenſem ex altera parte Anno 1559. Prout etiam Ludovicus Borbonius Condæus Anno 1560, à Rege Galliæ Franciſco II. provocavit teſte Bodin. *de rep. lib. 1. c.* 10. Sic à Philippo Macedone temulento quidam provocavit, quaſi ad ſobrium. Ut & quidam Capitulares Argentinenſes ab Imp. appellaſſe leguntur An. 1585. plura recenſet Reinck. *d. loc. n.* 52. Ad quæ omnia Reſp. non exemplis ſed ll. judicandum, leges autem pronunciant, ſtultum appellare à Principe, *d. l.* 1. Objiciunt quidem. *l. 1. in princ. v. rurſus. quan lo appell. c. biduum. 29. §. rurſus. pen. 2. q. 6.* ubi ſi ad præſidis relationem vel conſultationē Imperator ſententiam tulerit, provocatio permiſſa eſt. Sed Reſp. cum Reinck. *d. l. n.* 53. vel extra judicialiter ad alterius partis relationem ſummus Princeps reſcripſit & judicavit, altera parte non vocata nec cauſâ planè cognitâ ac diſcuſsâ & erit locus provocationi, ut à Principe error emendari poſſit. *arg. l. quod Juſſit.* 14. *ff. de re Judic.* Vel cauſa planè cognita in ſacro auditorio ventilata, & ſecus eſt: Si enim quando ab interlocutoria Judicis inferioris appellatur, quæ ſine cauſæ cognitione emanavit, ipſe judex de novo cognoſcere, prius decretum & interlocutoriam mutare & revocare poteſt, *d. l.* 14. *junct. c. cum ceſſante.* X. *de appellat.* multò magis id Principi competet.

Sic cùm judicio præeſſet Philippus, & dormitans non obſervaſſet, quibus rationibus Macheta ſe tueretur, ideóque eum condemnaret, & exclamans Macheta provocaret, iratus verò rex quæreret *Ad quem appellas?* reſpondit: *ad te ipſum, ut vigilans & attentus audias*, Rex excitatus ad ſe rediens, & injuriam Machetæ fieri animadvertens, cùm res à ſe judicatas reſcindere turpe ſibi videretur, ne levitatis, & inconſtantiæ de ſe opinionem contraheret, Machetæ iniquè damnato damnum de ſuo reſarcivit; Speidel. *in verbo appellat.*

QUAEST. IV. *Quid de provocatione ad Divinum Tribunal, vel vallem Joſaphat?* 162

Sæpè legimus eos, qui ſe ab aliis atroci injuria affectos putabant, nec hominum auxilium vel præſidium ſupereſſe videbant, ad Deum confugiſſe, non ut à realis eriperentur, ſed ut ſumpta ultione de perſecutoribus, illos talem pœnam non fuiſſe meritos manifeſtum facerent, itaque aliquando illos intra certum tempus, aliquando ſine temporis præfinitione illos ad tribunal Dei ſiſti jubent, de hoc facto rationem reddituros. Cujus rei exempla in Sacra & profana hiſtoria extant varia. Sic Sara dixit Abrahæ, *Geneſ.* 16. *v.* 5. Judicet Dominus inter te & me. Item David ad Saulem, 3. *Reg.* 24. *v.* 14. Judicet Dominus inter me, & te, & ulciſcatur me Dominus ex te, Item *Mach.* 7. *v.* 14. & 19. De Ferdin. III. Hiſpan. Rege legitur, quod à duobus Nobilibus, quos ut læſæ Majeſtatis reos de rupe præcipitari juſſerat intra 30. dies citatus ipſo die 30. ſubita morte abreptus ſit. Templariorum quoque facta damnatione Anno 1312. in Concilio Vienneſi legitur, quòd Neapolitanus quidam eques ad divinum Judicium Anno ſeq. appellavit & Clem. V. Pap. ac Philipp. Pulchrum Francorum Regem ad tribunal DEI citavit, & intra anni tempus Clementem repentè mortuum Anno 1314. 20. April. & Regem Eod. anno 29. Nov. expiraſſe referunt Hiſtorici, & ex iis Delrio alia cumulat, *diſq. mag. lib. 4. c. 4. q. 5. ſect.*

Digitized by Google

ſeſt. Pro Quæſt. reſolutione licèt periculoſum ſit hominibus non compertæ probitatis hac appellatione & citatione uti; quos amor proprius ſubinde fallit, & ſibi falsò perſuadent injuriam fieri, adeóque peccent graviter, qui ſcientes injuſte alios citant, cùm juſtitiæ miniſtros indignè ſugillent, & aliquando nihil meritos terrore ita percellant, ut in morbum incidant ac moriantur: Sin tamen citra odium, impatientiam, aliásque paſſiones id fiat, ab eo qui injuſtè opprimitur, bonâ fide, ut ejus innocentia orbi innoteſcat, ab infamiâ liberetur familia, injuſtus oppreſſor reſipiſcat & pœniteat, & deſiſtat ab aliorum oppreſſione, licitâ eſt talis citatio, ut exempla cit. Sac. Script. oſtendunt, quibus judicare licet, quod ſi autem citati ſciant ſe juſtè judicaſſe, hanc citationem rectè contemnere poſſunt, cùm juſto Judici præmium ſit exſpectandum à Deo non etiam ſupplicium. Et cum Ferdinand. de Corduba Tarentum obſidens, militem quendam ſeditioſum ſupplicio affici juſſiſſet, isque ſe injuſtè damnari clamaret, & hâc citatione uteretur, is confiſus de juſtitiâ ſuæ ſententiæ, *Vade*, inquit, *feſtina*, & *cauſam ibi inſtrue, aderit ibi qui opportunè reſpondeat*; jam enim fratrem ſuum Ferdinandus piè obiiſſe audiverat, quod ſi tamen Judex aliquam animi perturbationem ſenſit, vel non adeò certa eſt ſententiæ juſtitia, non temerè eam contemnat, ſed rectiùs cauſæ momenta examinet, cùm experimentis variis compertum ſit ejusmodi citationes ſæpè non fuiſſe irritas. *add. Delrium latiùs d. loc.*

In præſenti controverſia, pro Evocatione licita ad tribunal Chriſti facit intentio provocantis licita ad bonum finem directa, ſcil. ad emendationem peccantis, vel ejus cohibitionem & aliorum quietem; quòd verò nonnunquam animus ulciſcendi concurrit, id provocationi accidit, ut piis meditationibus ſæpè incidunt diſtractæ cogitationes: Et licèt tribunalia Judicum ſuprema ordinata ſint, ut parendi iisdem incumbat ſubditis neceſſitas, id tamen ita intelligendum, ut divino tamen judicio ſubſint, à quo eorum omnis Jurisdictio & poteſtas dependet, cujus Miniſter eſt omnis Magiſtratus, juxta text. ſacrum *per me Reges regnant.* Ut proinde omne judicium humanum inferius ſit & ſubordinatum divino, ſi ergò Jure humano licitum provocare à Judice inferiore ad ſuperiorem *l. fin. §. 1. de appell. recip. cap. quia nos. X. de appell.* ergò etiam licebit ab humano ad divinum, à quo ille omne ſuum decus, ac vim accepit, cui etiam ſubditi in graviſſimo & certiſſimo fortunarum diſcrimine, ſi aliter nequeunt, reſiſtere poſſunt, ergo multò magis provocando ad tribunal Chriſti iniquitatem ejus corrigere licebit. Nihil hîc de perverſa voluntate abutentium dicendum, ut memoratur de Advocato quodam, qui ſæpiùs appellationis beneficio apud Judices frivolè uſus, cùm infirmus imminentis mortis admoneretur, exclamavit APPELLO, ſed mox vitæ finem aſſecutus ſenſit ſententiam immutabilem.

Negari tamen non poteſt per ejusmodi provocationem authoritatem Magiſtratus cum ſcandalo non exiguo proculcari, & per hoc peccatum contra legem DEI committi, unde contemptus & omne malum oritur, quòd autem Magiſtratus authoritatem cum ſcandalo labefactat, ſubditorum animos adverſus eos in contumeliam excitat, erigit, & communem tranquillitatem turbat, illud tolerandum non videtur, quibus motivis, eam improbat Menoch. 2. *de arb. Jud. Cent. 4. pag. n. 556.* Clar. 5. *ſent. §. fin. q. 68. n. 7.* ubi refert duos tales arbitrariè punitos, unum ad infamem catenam poſitum, 10. April. An. 1553. alterum juſſum renuntiare provocationi, & fuſtigari 10. Sept. 1556. At dices, hac ratione etiam omnis appellatio, ad Judicem terreſtrem foret illicita, quæ æquè Judicis, à quo autoritatem, utpotè injuſtitiæ querelam continens, labefactat. R. Cùm hoc in Judiciis humanis uſitatum ſit, ideo Magiſtratus dignitatem non ita violari ſicut per modum iſtum inuſitatum, & hanc novitatem fieri ſolet. Ac licet hæc provocatio in bonum finem fiat ex intentione provocantis, hoc tamen facere in tam gravem deſpectum Magiſtratus non poteſt eſſe bonum, *Arn. ſ. de Jure Maj. c. 6. n. 8.* Et hinc poſtquàm in pacificatione Oſnabrugenſi *argt. 5. §. 12. & 13. A. C.* addictis, ſi Religionis exercitium iis non conceditur, ut deſiderant, hoc provocationis remedium dum ſe gravatos contendunt, non proponitur, ſed tria alia remedia ut ſunt deprecatio, fuga, tolerantia.

lerantia. Non deſunt alii, qui hanc provocationem ex hoc capite rejiciunt, quòd ſit vindictæ privatæ ſpecies: ſed hæc ratio non videtur conveniens, cùm non ipſe provocans, ultionem ſibi arroget, ſed divino tribunali eam reſervet juxta illud: *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Quando autem aditur, & imploratur Judex, non poteſt dici vindicta privata, idque tam de Judicio Divino, docunque humano adito intelligi debet, ſive quandoquàm hujuriæ DEO reliquuntur puniendæ.

CAPITIS UNDECIMI

Supplementum Summariorum, quæ acceſſerunt ad Caput XI. de Reſervatis & Regalibus.

ex 2. Feud. Tit. 56.

163. XXI. Reſervatum. *Venatio Regalibus adſcribitur.*
164. *Venationis tres ſpecies.*
165. Larenburg *unde dicatur.*
166. *Q. An cumulativè vel privativè in dubio cenſeatur conceſſa?*
167. *Venatio an duobus in una ſylva poſſit competere?*
168. *An uſufructuarius fundi vel Vaſallus Jus venandi habeat?*
169. *Venandi Jure alteri competente an Dominus in ea ſylva arbores plures reſcindere licitè poſſit?*
170. *An ſylvam in novale pro frugibus convertere ei liceat?*
171. *Venandi Jus habenti in ſylva, an competat Jus glandis legendæ?*
172. *Sequela & opera Ruſticorum an in pecuniam converti poſſint?*
173. *Subditi ſi aliquando pro operis pecuniam ſolverint, an ad eam deinceps teneantur?*
174. *Subditi mediati an Dominos ſequi debeant?*
175. *Venantes contra interdicta Principum quâ pœnâ afficiendi, diſtinctè enucleatur?*
176. *Q. An 1. & 2. vice punitus ob violata interdicta 3. vice etiam capite plecti poſſit?*
177. *Conſuetudo Germaniæ feram vulneratam in alieno perſequendi.*
178. XXII. Reſerv. *Armandia Regale quale.*
179. *Armorum nomine quid veniat.*
180. *Arma an nobilibus geſtanda?*
181. *Armamentaria celebriora.*
182. XXIII. Reſerv. *Viarum publicarum Regale.*
183. *Q. I. Aquam effundere in viam publicam an licitum?*
184. *Q. II. An ſtercus vel fimum in eam ejicere?*
185. *Q.* III. *Fodere fodinas auri & argenti an in publico liceat?*
186. *Q. IV. Agens pro via publica ſervanda, an Procuratorem conſtituere poſſit?*
187. *Q. V. An per viam publicam cuique ire & agere liceat?*
188. *Q. VI. An per eam ducere aquam?*
189. *Q. VII. An via ſemel facta claudi poſſit?*
190. *Q. VIII. Viam ſi clauſit privatus an cuique licitum clauſuram frangere?*
191. XXIV. Reſerv. *Flumina navigabilia Regale ſunt.*
192. *Q. I. Si duo ſimul velint navigare, quisnam potior?*
193. *Q. II. Quo remedio ſubveniendum ei, qui piſcari prohibitus eſt?*
194. *Q. III. Cur vetitum in flumine publ. ædificare?*
195. *Fluminis curſus non eſt impediendus.*
196. *Q. IV. An pro tranſitu fluminis quid exigi poſſit?*
197. *Affirm. & negativæ rationes.*
198. *Q. V. Molendinum an ſine conſenſu Principis in flumine fieri poſſit?*

Digitized by Google

199. Q. VI. *Molendinum in eo factum cujus ſit?*
200. Q. VII. *Fluminis curſu mutato an vectigal ſequatur?*
101. Q. VIII. *Flumine inundato cujus ſint trabes in agrum alienum translata?*
202. XXV. Reſerv. *Portus Regale.*
203. *Portuum diviſio.*
204. XXVI. *Ripatica Regale.*
205. *Nili aggeres rumpentium pœna.*
206. *Fluminum aggeres rumpentium pœna.*
207. *Riparum uſus publicus.*
208. Q. I. *Ripaticum an exigendum à Peregrinis?*
209. Q. II. *Ripaticum an quis vitare poſſit?*
210. Q. III. *Pro ripis muniendis an forenſes contribuere teneantur?*
211. XXVII. Reſerv. *De Vectigalibus remiſſivè.*
212. Q. I. *An vectigal in pecunia vel ex ipſis rebus ſolvendum?*
213. Q. II. *In quali Moneta?*
214. XXVIII. Reſerv. *De Regali monetarum Jure remiſſivè.*
215. *Monetam Cæſaris eſſe docet Chriſtus.*
216. *Moneta in corio & charta ſignata.*
217. Q. *Monetæ precium an mutare poſſit Princeps?*
218. XXIX. Reſerv. *Mulctarum compendia Regale.*
219. *Mulcta & pœnæ differentia.*
220. *Minores Magiſtratus hoc Jus non habuerunt.*
221. *Auri Libra quid ſit?*
222. XXX. *Bona vacantia quæ?*
223. *Bona caduca quæ?*
224. *Bona vacantia & derelicta differunt.*
225. *Aliquando hæc confunduntur.*
226. *Bonorum vacantium Regale an acquirere poſſint municipales civitates?*
227. *Bona indignorum quæ dicantur?*
228. *Subſtiti & Fiſci concurſus.*
229. *Ingrati heredis crimen.*
230. Q. I. *Accuſans necem defuncti ſi non appellet, an pœnam incurrat?*
231. Q. II. *Quid ſi cædis Auctor ignotus ſit?*
232. Q. III. *Quid ſi hæres in accuſando præmoritur?*
233. *Pœna non ulciſcentis necem ſublata.*
234. *Hæres parans accuſationem hereditatem tranſmittit.*
235. *Abuſus non tollit uſum.*
236. *Libertus quomodo ſe reddat indignum?*
237. XXXI. Reſerv. *Bona contrahentium inceſtas nuptias, Regale.*
238. Q. I. *An hæc pœna ſit ſublata?*
239. Q. II. *An obtineat in Sponſalibus?*
240. Q. III. *An in Sponſalibus de præſenti?*
241. Q. IV. *Quid in inceſtu per copulam ſine nuptiis.*
242. *Hæc Q. diſtinctione explicata?*
243. Q. V. *Quid ſi Jure Can. tantùm nuptiæ ſint vetitæ?*
244. Q. VI. *An hoc mutatum?*
245. XXXII. Reſerv. *Bona proſcript: & damnatorum Regale.*
246. *Sed non extantibus certis perſonis.*
247. Q. I. *Legitima ob delictum filii an patre vivo confiſcanda?*
248. Q. II. *An patre poſteà moriente?*
249. Q. III. *Communia inter virum & uxorem an cedant Fiſco?*
250. Q. IV. *Adventitia an cedant Fiſco?*
251. Q. V. *Bona damnatorum an fratribus ſint reſervata? diſting.*
252. Q. VI. *Damnati ad mortem an poſſint teſtari?*
253. *Pro neg. rationes.*
254. Q. VII. *Magorum bona an confiſcanda?*
255. *Inſtantiæ.*
256. XXXIII. Reſerv. *Angariarum Regale.*
257. Q. I. *An hoc Regale Jus vel Perſonale?*
258. Q. II. *Angariæ an debeantur caſtro diruto?*
259. Q. III. *Angarias præſtante ſubditi, ſi diripiantur quis damnum reparabit?*
260. XXXIV. *Extraordinaria Collatio quid?*
261. Q. *An competat Præfecto prætorio?*
262. XXXV. Reſerv. *De Creatione Magiſtratum remiſſivè.*
263. *Jus Notarios creandi, Regale.*
264. XXXVI. *Jus Argentariarum Regale.*
265. *Aurum.*
266. *Auri copia in India.*
267. *Argentum.*
268. *Argentum vivum.*
269. *Æs purum & non purum.*
270. *Ferrum.*
271 *Magnetis vis in ſimulacro.*
272. *Stannum*
273. *Plumbum.*

274. *Argentaria vox aliter explicata.*
275. XXXVII. Reſerv. *Palatia Principum Regale.*
276. *Palatium Romanum unde?*
277. *Palatium Trevirenſe.*
278. *Bambergenſe Palatium.*
279. *Q.* I. *Excubias ſubditi an agere teneantur in Palatio Principis?*
280. *Q.* II. *Privata domus an pro Palatio Principis occupari poſſit?*
281. XXXVIII. Reſerv. *Piſcationum reditus remiſſivè.*
282. XXXIX. *De bonis Committentium crimen læſæ Majeſtatis.*
283. *Majeſtas alia divina, alia humana.*
284. *Majeſtatis humanæ læſæ crimen quid?*
285. A *Subditis tantùm committitur.*
286. *Crimen Sacrilegii inſtar eſt.*
287. *Q. Papa ſubditus an crimen hoc committat* in Imperatorem?
288. *Exter in alterius Principis territorio crimen læſæ Maj. an committat.*
289. *Læſæ Majeſtatis pœna.*
290. *Culpat has pœnas Bodinus.*
291. *Exempla reorum læſæ Majeſtatis.*
292. *Confiſcatio in hoc crimine locum habet, etſi ſint liberi.*
293. *Pœna iſta contra liberos an juſta.*
294. *Rationes pro & contra.*
295. *Reſponſio ad contraria.*
296. *Q.* An Infantes *etiam puniendi?*
297. *Q.* I. *Domus an diruenda?*
298. *Q.* II. *An diruta reædificanda?*
299. *Q.* III. *Damnum in dejectione alteri datum à quo reparandum?*
300. *Q.* IV. *Læſæ Majeſt. damnati ſi bona habens in diverſis territoriis, quid?*
301. *Q.* V. *Feuda an veniant in confiſcationem?*
302. *Q.* VI. An *bona emphiteutica?*
303. *Q.* VII. *An bona futura?*
304. VIII. An *hæreditas nondum adita?*
305. *Q.* IX. *An relicta ſub conditione?*
306. *Q.* X. An *pecul. prof. ex delicto Patris?*
307. *Q.* XI. An *profectitium ex delicto Filii?*
308. Q. XII. *An publicatis bonis Filii adventitium?*
309. Q. XIII. *An caſtrenſe vel quaſi ex delicto Patris?*
310. XIV. An *hæc ex delicto Filii?*
311. Q. XV. An *confiſcatio ipſo Jure fiat?*
312. Q. XVI. An *accuſatus alendus ex bonis ſuis?*
313. Q. XVII. *Debitor an ſolvens læſæ Majeſt. reo liberetur?*
314. Q. XVIII. *Hæreditas Matris delata filio cujus Pater læſæ Majeſt. reus eſt, an deferantur fiſco?*
315. Q. XIX. *Filiabus in crim. hoc an Matris hæreditas quæratur?*
316. *Fœmina in Venereis audaciores.*
317. Q. XX. *Pœna læſæ Majeſt. an ad filias extendatur?*
318. *Reſtrictio Regulæ.*
319. Q. XXI. *Filia Patris damnati an ex bonis confiſcatis dotanda?*
320. Q. XXII. Crimen hoc. an committatur in Papā?
321. Q. XXIII. *An ab Imp. ſubditis in Papam?*
322. Q. XXIV. An *hodie in* Imperium *Rom?*
323. Q. XXV. *An contra Principes mediatos?*
324. Q. XXVI. *An contra Tyrannum?*
325. Q. XXVII, An *in* Imperatorem?
326. Q. XXVIII. *An offendens Cardinalem reus ſit læſæ Majeſt.*
327. Q. XXIX. *An in legatum Papæ vel Cæſaris?*
328. Q. XXX. Quod *de nece* Conſiliarii?
329. Q. XXXI. *An de Succeſſore conſultans læſæ Majeſt. reus conſendus?*
330. XXXX. Reſerv. *Theſaurus inventus Regale eſt.*
331. *Quibus Caſibus ſit & non ſit?*
332. Q. *Dæmonis arte an theſaurus inveniri poſſit?*

PRÆFATIO.

Quamvis reſervata & Jura Majeſtatis cum Regalibus ſæpè confundantur, & pro eodem ſumantur, Pereg. *de J. Fiſci. lib.* 1. *t.* 2. *n.* 38. ſtrictè tamen inter ea hæc eſt differentia, quòd reſervata ſive Jura Majeſtatis (quæ inter ſe diſtincta non eſſe tradit Stamler *de reſerv. §.* 3. *p.* 16.) Jura ad dignitatem, decus, & ſplendorem Principis maximè, hæc verò Rega-

lia

ſic ad emolumentum, neceſſitatem & compendium fiſci potiſſimum ſpectant, unde illa majora hæc minora dici ſolent, Vult. *de feud. lib. 1. cap. 5. n.7.* Poſtquam autem de illis hoc capite actum, nunc ad minora tradita à Frid. Imp. *in cap. un. quæ ſint regalia 2. Feud. 56.* nos accingimus.

163 XXI. Venatio quoque Regalibus adſcribitur, Prackmajr *in tract. de regal. & venation* 1.
146 Gockel. *de Europ.reg.c.* 16. *de venat.* * quæ communiter in piſcationem, aucupium & venationem in ſpecie dividitur, quàm licet in primâ creatione Deus omnibus hominibus indiſtinctè liberam conceſſerit, ut homo dominaretur omnibus animalibus in aëre, aquis, & terra habitantibus, per quod venatio omni Jure Naturali, Divino, Humano, Civili, & Canonico permiſſa, quapropter aliquando graves ſeditiones concitatæ à ruſticis, quibus venatione interdictum erat, ſe fundantibus in textu Geneſ. 1. v. 13. & Geneſ. 27. v. 3. Levit. 17. v. 13. *junct. l. injuriarum 13. §. fin. de injur. arg. cap. 1. de Clerico Venat.* ſicut tamen omnium rerum vices ſunt, ita ob tranquillitatem reipublicæ, ob avertenda latrocinia propter negatum privatis uſum, armorum ob præcavendum ferinæ ſpeciei interitum, ob laborum ſubterfugia tollenda, ob præſcriptionem immemorialem, propter Principum in locis tum propriis tum alienis ſeu privatis reſpectivè dominium vel poteſtatem, ob agriculturæ favorem, privatis interdictæ ſunt venationes. Idque in Hiſpania fecit Philipus II. Ann. 1575. in Gallia verò Ludov, tam Principibus, quàm Nobilibus ademit. nam experimento quotidiano compertum fuit, alia tempora venationi commodiora eſſe aliis, alia incommodiora, ita, ut hiſce per exercitium venationis ferinæ ſpecies, & conſequenter venatio interiret, quæ ſi promiſcuè uſurparetur plerique non attenta temporis ratione feras agitarent lucro præſenti inhiantes, juxta vulgatum: Ad præſens ova cras pulli ſunt meliora. Cervos enim à Feſto Joannis Baptiſtæ ad Feſtum S. Ægidii deprehendere, cervam à D. Martini feriis ad natalitia Chriſti captare, & à die S. Galli, uſque ad Thomæ apros figere phyſica & naturalis ratio ſuadet, ut & quando minuta nix terram tegit lepores indagare, eorúmq; veſtigia ſequi optant venatores.

Q. An autem Regalium albo adſcribenda ſit venatio? in dubium vocari poſſet. I. Cùm deficiant ad hoc legum verba, adeóque ipſa diſpoſitio legis. *l. quod conſtit. de teſtamento m litu cap. indemnit.* §. *ſed ex. de elect. in 6.* & caſus omiſſus, in diſpoſitione Juris communis remanere debeat, *l. ſi extraneus. de condict causâ datâ.* quia ſine lege loqui erubeſcimus, *N. 18. c. 5. l. fin. C. unde vi c. conſuluiſti 2. c. inter corporalia. §. ſed neq; de transl. Epiſc.* cùm etiam ea, quæ notabilia ſunt, niſi ſpecialiter notentur, neglecta cenſeantur. *l. item apud Labeonem ff. de injur.* quos & plures alios textus congeſſit Pruckman §. *venatio. a. n. 1. uſque ad* §. 5. ſed his nil refragantibus contrarium eruitur *ex cap. un. quæ ſint. regal.* ubi piſcationis reditus regalibus annumerantur; at venatio ferarum piſcatione nobilior & præſtantior, cùm quod minus ineſt, multò magis id quod magis eſt in eſſe cenſetur, *l. fin.* ubi Gloſſa *Cod. qui ætate lib.* 10. cum multis concordantibus: adeóque *in cit. tit.* etiam expreſſum dici poteſt jus venationis, quod ex mente colligitur, licet verba deficiant, *l. ſcire ff. de LL. l. 6. §. verbum. ex LL. de V. S.* & lex magis dubium de piſcatione decidens minus dubiũ de venatione decidiſſe cenſetur, *l. non debet de R. I. l. nec in ea ad Jul. de adult.* & licet, id deciſſũ non eſſet conſuetudo tamen totius Germaniæ hoc ſtrictè obſervans dubitationem tolleret, *adde Goeckel cit. loco, §. 9. pag.* 746. Prædictis accedit quod finis venationis ſit ſanitas Principis, quæ pretio eſt inæſtimabilis, unde quædam matrona nobilis plus optavit dominum ſuum venatione, quàm potu & luſibus ſe delectare, cùm potu & luſu brevi plus conſumatur, quàm in canes per menſem impendatur, item per venationem ſanitas conſervetur, quæ potu & ingluvie debilitatur & conſumitur: adhæc Principes armis non minús quàm legibus decoratos eſſe oportet *Princ. proemii Inſtit.*: hoc autem venationis exercitium animum & corpus ad virilem audaciam erigere, & ad patientiam laborum ac tempeſtatum confirmare, & inſuper recreare notabi-
liter ſolet, unde ſine dubio domus venatoria Arch- 165
iducum Auſtriæ Laxenburg dicta à relaxando animo curis fracto & debilitato nomen ſortit videtur, hinc & olim Imperatores Germanici Ordinarium Imperii venatorem habuerunt, & Rudolphus IV: Archidux Auſtriæ ſe Archi-Venatorem Imperii ſcripſit, quod officium ad Duces Wirtenbergicos jam devenit, ut eorum inſignia teſtantur

Digitized by Google

non minùs quàm vexilliferatum Imperii. Piſcatores Baſileenſes fuiſſe aliàs relatum eſt ex Freh. *apud Rumel. ad A. B. diſſ.* 4. *c.* 4. *pag.* 111. qui venationum Præfecti ſolent habere ſuos famulos, iiſque ſubſerviunt operæ ruſticorum, qui canes venaticos ducere, retia vehere, & feram venabulo excipere debent, de quibus Joan. Franciſ. Balthaſar collega meus quondam & Profeſſor Salisburgenſis *in tract. de Operis ſubd. c.* 15. *pag.* 355. & ideo ſic venationem definit, quod ſit Jus competens ſummo Principi, *ſit loco* Gockel. *n.* 13. *pag.* 749.

Non obſtat venationem dici artem nequiſſimam, *c. qui venatorib.* 1. & 2. *diſt.* 86. R. id vel intelligi reſpectu Clericorum Tyraq. *de nobil. c.* 37. *n.* 148. vel de ea, quæ in arena peragitur, ut olim in ludis Circenſibus cum beſtiis pugnabant, quod crudele erat ſpectaculum, nec ingenuos decebat, & pugnantes infamia notabantur, *l.* 1. §. *item. de poſtul l.* 2. *in fi. de his qui not. infam.* ſi ſcilicet quæſtûs gratiâ id fieret, ſecus ſi virtutis probandæ cauſa, *l. Athletas in Princ. de his, qui not. infam.* ut ſi quis beſtiam ferocientem, & patriam vaſtantem, itinerantes occidentem accepta pecunia aggreſſus ſit, quem nulla comitatur infamia, *l.* 1. §. *deniq. de poſtul.* Geil. *ib* 2. *obſ.* 68. *n.* 9.

Nec etiam quis venationem & aucupium ſervilia & viliſſimorum hominum miniſteria dicat eſſe, *ex l. ſervis urbanis* §. *venatores de leg.* 3. *cum Tyraq. de nobil. c.* 34. *n.* 59. id enim de miniſtris & ſervis, quorum opera retia expanduntur, & ſimilia fiunt, non de principalibus venatoribus ipſis intelligi debet. Nihil contra venationem ſubditis jam vetitam facit, quod dicitur *in l. injur.* §. *pen. de injur.* quem non poſſe prohiberi aucupari, ergò nec venari, ſi ſcilicet intelligatur dictus textus de prohibitione hominis privati, ſecus ſi fiat ab eo, qui iſti territorio præeſt, & omnem in eo Jurisdictionem exercere poteſt, ſic enim dicit textus *Jerem.* 27. *v.* 6. Ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſoris Regis inſuper & beſtias agri, ut ſerviant illi; Cui concordat *Jerem* 28. *v.* 14. *juncto c.* 2. *v.* 38. ut proinde Princeps rei ſuæ legem dicere poſſit vulg. Juribus: ſubditi autem & inferiores mandatis ſuorum Superiorum, ſi ea non ſint contra honeſtatem parere coguntur, *l. potioris in Princ. Cod. de off. rect. prov.* Hoc autem præceptum de non exercenda venatione honeſtati non adverſatur, cùm ſubdito nil ex ſuo adimatur, & feræ nullius ſint, §. *feræ. d. R. D.* Quòd verò ex ſacra Scriptura obmoveri ſolet, *Geneſ.* 1. *v.* 28. Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus, quæ moventur ſuper terram: Ille dominatus non tam in venatione conſiſtit, ſed quòd beſtia etiam ferociſſima hominem expaveſcat, juxta illud *Geneſ.* 9. *v.* 2: & terror veſter & tremor. Fach. 1. *contr. c.* 1. ubi tradit, quòd ſicut ea, quæ Jure naturæ ſunt communia à Regibus & Principibus, qui eorum habent diſpenſationem, poſſunt privatis concedi, ut privata fiant ex communibus, ut patet in occupatione rerum, quæ nullius ſunt, ita etiam poſſit talis rector ferarum, quæ communes ſunt & nullius, venationem certis tribuere. Et ſi poteſt lex vel Princeps dominium, ad cujus translationem aliàs requiritur traditio, §. 40. *de R. D. l. quoties. Cod. de R. V.* transferre ſine traditione, ut ſit *in l.* 64. *de furt. l.* 1. & 2. *de publ. act.* multò magis id poterit in rebus, quæ nullius ſunt, Covar. *in relect. c. peccatum. de R. J. in* 6. *parte* 2. §. 8. ſive directè id fiat, ſivè per indirecta, ut *in c. nemo retia. de pace ten. in* 2. *lib. Prud.* feræ autem & animalia communia ſunt non poſitivè ſed negativè, quia nullius ſunt ut aër, aqua, mare, littora ejus, *D. Tho.* 1. 2. 9. 49. *a.* 5. unde non valet illatio, hoc Jure naturæ permiſſum eſt, ergò per legem humanam prohiberi non poteſt, Covar. *de loco*, quòd ſi ſubditorum conſenſus acceſſit, res minus habet dubium, ille autem curſu temporis ex præſcriptione præſumitur, *l. alienationis de V. S.* juncta *l.* 2. & *fin. ff. de aq. pluv.* Cùm autem regalia etiam aliis à Principibus concedi ſoleant.

Quærit. I. *An venatio precaria à Principe alicui ad dies vitæ facta fortè propter ſuſceptionem ex fonte baptiſmali privativè vel cumulativè conceſſa videatur?* 166

Examinanda hic ante omnia verba indulti, & conceſſionis, quæ ſi obſcura ſint, cumulativa conceſſio videtur probabilior, cùm in quovis ſermone Perſona loquentis excepta cenſeatur, *fact. l. inquiſitio.* 18. *Cod. de ſolut.* prout Jurisdictionem alicui datam non privativè ſed cumulativè competere probat *Gylm. Symph. tom.* 1. *t.* 2. *de reconven.* *n.* 70. quia tamen privilegia Principum latiſſimè ſunt interpretanda, *l.* 3. *de conſt. Princ.* talis fieri

Digitized by Google

eri debet explicatio, ut beneficiato non fiat onerosum juxta Martialem 8. *epigr.* 71. quod ea ſtare vel creſcere debeant.

167 Quær. II. *An in una eademq; ſylva duobus Principibus Venatio concedi poſſit?*

Affirm. ſive uno ſive diverſis modis & formis id fiat, ut ſcilicet hic majores ille minores feras inſectandi Jus habeat, quod Germaniæ conſuetudine receptum, teſtis eſt Geil, *lib. de pig. c. ult. n. 6.*

168 Quær. III. *An Uſufructuarius fundi, vel Feudi Ius venandi in eo loco habeat?*

Prius negatur, quia venatio in fructu non eſt, *l. venationem. de uſurp.* niſi fortè omnis fundi reditus ex venatione conſtaret, cùm aliàs uſus fructus foret inutilis, ſi venatio denegaretur, *d. l. venationem. l. item.* § *aucupiorum.* prout etiam ſi reditus omnes Eccleſiæ in venatione conſiſtunt, Clericum licitè venationi operam dare poſſe, tradit Panorm. *in cap. 1. ad fin. & cap. 2. de Clerico Venat. Hoſtienſis in ſum. n. 3. in fin. Eodem facit l. adigere.* §. *Quamvis. ff. de jure patr, c. præſentium. 7. q.* 1. idque ob neceſſitatem alimentationis, quæ exlex eſt, & leges ſibi reſiſtentes frangit.

169 Quæritur IV. *An autem cùm alius in mea ſylva Jus venandi habet mihi ſylvæ Domino arbores plures ſimul eodem tempore exſcindere liceat?*

Hoc negatur, cùm alteri per alterum debeat non iniqua conditio inferri; quod fieret; prout nec Jus ſervitutis deterius fieri debet à domino *l. ſervit.* §. *ſi ante. de ſerv. urb. l. ſi et &* §. *ſi quis & proprietarius de uſufr.* cùm etiam damnum hoc aliquando neque per vitam hominis recuperabile ſit, nec priſtinæ proceritati multis annis reſtituatur arbor, ideo à Camera in cauſa Comitis à Zolleren contra Comitem à Firſtenberg &c. mandata ſine clauſula decreta fuiſſe, teſtis eſt Geil. *lib. 2. re ervat. 67. n.* 2. Et licèt proprietarius ſylvæ vel ædificii ad culinarii ignis, vel aliarum rerum uſum aut venditionem ſe arboribus egere prætendat, non tamen tam notabile damnum jus venandi habens pati tenetur, quia arboribus remotis feræ beſtiæ latibula ponere, in tutum locum ſe recipere, partum fovere, aut alere impediuntur, hâcque ratione venationis exercitium in illa ſylva inceptum & inutile redditur, ſicut autem totus ager itineri actui vel viæ ſervit, ideóq; dominus in eo nihil facere poteſt, quo ſervitus iſta impediatur, vel dominanti fiat gravior adeóq; omnes glebæ ſerviant, ita in hâc facti ſpecie dicendum, Gockel *cit. loco c. 16. n. 20. pag.* 755. Pruckman *de reg. §. Venatio c. 7.* ° multò ergo minùs domino fundi arbores 170
funditus extirpare eradicare & ſylvam in novale vel agrum aut piſcinam convertere licitum, cùm quod in parte denegatur, multò magis ei in toto denegandum ſit, *l. quæ de tota ff. de R. V. facit auth. multo magis Cod. de Epiſc. & Cler.* moderatè autem eas exſcindere ſine venationis diſpendio domino non eſt negandum, *arg. l. 2. v. ſed ſi de relig. & ſumt. per tradita Vinell. ad l. 2. p. 2. c. 1. n. 25. Cod. de re ſc. vend.* quod etiam multò potiùs obtinet, ſi præter venationem nulla alia niſi in lignis cædendis per iſtam ſylvam eſſet utilitas, ſicut enim uni jus venandi, ita alteri proprietatis fruendæ jus non eſt tollendum. *contra l. ſi uſuſf. de uſu & uſuf. leg.* cùm charitas ordinata incipiat à ſe ipſa, *l. præſes Cod. de ſerv. & ag.*

Quær. V. *cui competat Jus glandis legendæ in ſylva qua venationem debet, an domino fundi, vel jus Venandi habenti?* 171

Hic ubi glandis nomine omnes fructus intelliguntur, *l. un. de glande l.* ut caſtaneæ, avellanæ, nuces aliique ſylveſtres fructus; primo & ante omnia pactio inter dominum & venatorem inſpicienda, facit *c. contractus de R. J. in 6.* Ea autem ceſſante in dubio fructus ſylveſtres venatori debentur; qui ſi à domino aufferrerentur brevi feræ fame perirent, & venatio redderetur nulla, cùm alimenta denegans necare videtur, *l. necare ff. de agn. & al. lib. l. ff. victum de reſ. ud. c. paſce. diſt.* 86. alii verò fructus, quibus homines communiter cum beſtiis veſcuntur, ut ſunt caſtaneæ &c. domino ſylvæ debentur, ne ipſi ſuæ ſylvæ proprietas ſit inutilis, *contra d. l. ſi. uſus fr. de uſu & uſufr. leg.*

Cùm ſequela venatoria moribus inducta ſit, ut ſubditi dominis ad venationem procedentib⁹ operas præſtare teneantur, quæ tamē cum moderamine exigendæ, *Geil. 2. obſ. 61. n. 13. Minſ. cent. 5. obſ. 8.*

Quæritur VI. *An Dominus venationis pecuniam à ſubditis invitis pro his operis exigere poſſit, & ſic operarum præſtationem in nummariam præſtationem ei convertere liceat?* 172

Reſp. id negat Chaſſanæ *in conſuet. Burg.*

rub. 8. §. 18. *num.* 25. ſicut enim aliud pro alio invito creditori ſolvi non poteſt, *princ. inſt. quib. mod. toll. obl.* ita creditor aliud pro alio invito debitore exigere non poteſt ex naturâ correl ativorum, id tamen fallit ſi operæ iſtæ neceſſariæ debito tempore petitæ, ſed recuſatæ aut intermiſſæ fuerint, quo caſu ad æſtimationem earum agi poſſe, ratio ſuadet *arg. l. ſi venatio Cod. de act. empt. l. 1. ff. eod.*

173 Quæritur VII. *Quid ſi autem ſubditi aliquando operas præſtiterint, aliquando pecuniam, an ſemper dominus pecunias exigere poterit?*

Reſp. Id negatur, cùm ex actibus difformibus & diſcontinuis nullum Jus quæri poſſit, Debitoris quoque conditio favorabilior eſt, quam Creditoris, *l. Arrianus de O. & A.* licet in quibusdam locis receptum ſit, ut Domini ſit electio, quid ex utroque alternativè ſibi præſtari velit: Illud clarum, quòd pecunia, quæ petitur, operis ſolitis proportionata eſſe debeat, *arg. l. quia qui precio 39. de uſufr.* & hoc in dubium utrumque exigi non poſſe, quod tamen aliquando uſuvenire videmus, *Fritſchius de Iure luſtrat:*

174 Quær. VIII. *An autem ſubditi Vaſſallorum mediati Domini mediatum ſequi teneantur in venatione luporum?*

℞. Licèt mediati Domino mediato ad ſervitia non ſint adſtricti, perſecutio autem luporum venationis ſit ſpecies, *Sixtin. de Regal. l. c. 2. 18. n. 77.* tamen teneri ratio ſuadet, quòd perſecutio ferarum agros vaſtantium neceſſaria ſit & publicè utilis; adeóque nemo ſe excuſare poſſit, *Fritſch. de loco n. 14.*

175 Quær. IX. *Venantes* contra Principum edicta, *quâ pœna afficiendi?*

Sunt aliqui, quieos morte multandos volunt, ut pacis violatores, alii membri abſciſſione, alii moderatiores uſurpandas volunt, communiter hæc cum ſeq. diſtinctione expedire ſolet. I. Quòd ſi ſemel id factum ſit, mortis pœnæ non poſſit eſſe locus, ita Navar, Eſt quidem textus 1. *Reg.* 14. Qui Principi non obedierit, morte moriatur, *juncta l. univerſa. Cod. de vet. num. pot.* Id tamen de gravioribus non levioribus delictis intelligendum eſt, ut pœna ſit delicto proportionata, *Menoch. de arb. caſ.* 365. II. Nec etiam ob unicam venationẽ contra mandatum Principis abſciſſionis membri locus eſt, cum Navar. cùm & membrum abſciſſum moriatur, adeóq; hæc pæna ſit graviſſima, quæ nec Jure noſtro civili in furto obtinet, *Auth. ſed novo Jure. Cod. de furt.* quod rei alienæ eſt contrectatio, multóque minùs in fera beſtia capta & contracta, quæ nullius eſt per ſupra dicta. III. poſſet tamen venanti prima vice contra edicta pæna pecuniaria, vel non habenti in ære aut pro varietate circumſtantiarum carceris imponi aut alia ſimilis, *per tex. Eſdr. 7. ubi omnes qui.* IV. Sæpè tamen venantibus contra iterata Principum mandata etiam graviorem infligi pænam non eſt inconveniens: *Med. in tract. de venat. part.* 1. *q.* 7. *n.* 7. nam crimina iterantes majori pænâ affic i poſſe, palam eſt *ex l.* 3. *C. de Epiſc. aud. l. capitalium. §. ſolent. & §. graſſatores. de pæn. cum Concordant.* V. Imò ſæpiùs venantes adeóq; incorrigibiles etiam capitis pæna affici poſſe ob contempta ſcilicet mandata principalia & pœnalia, probatur *per l. 1. Cod. deſuper Exact. lib.* 10, à qua non eſt alienus Navar.

Quær. X. *ſi tamen prima vice vel ſecunda punitus quis ſit; an tertia vice venans laqueo morte affici poterit?* 176

Similis quæſtio eſt, an ob primum & ſecundum furtum punitus, vel 1. pecuniariter, ſecunda vice numellis expoſitus aut ſtigmate inuſtus. tertiâ vice furtum admittens, ſuſpendendus ſit?

Affirmativa placet, quia textus, qui ob frequentiam delinquendi pænas graviores inducunt, non diſtinguunt, an reus ſemel pænâ affectus ſit, nec ne & ſi non punitus primâ & ſecunda vice pænam laquei in furto incurrit, cur non etiam punitus, quem conſtat etiam correctum manere incorrigibilem: cur non & hic? *Cov. 1. var. reſ. c. 10. n. 2. Menoch. 2. de arbit. jud. caſ.* 295. *num.* 19.

Non eſt hîc omittenda conſuetudo Germaniæ inter ſaltuanos & venatores recepta, ut liceat bombardâ vel venebulo vulneratam, verberatam & fugientem feram, quæ ſanguinem emittit extra proprium ſaltum ac ſylvam ſine pæna perſequi 24. horis uno curſu non intermiſſo, & impunè capere, ita tamen ut in principio perſecutionis ſignum aliquod edat, puta pileum deponat *Gock. de Europ. Princ. c.* 16. *de venat. pag.* 747. 177

XXII. Regalibus accenſentur Armandiæ, per quas intelliguntur vel domus publicæ, in quib⁹ arma aſſervuntur, ut infra dicetur *in cap. de lib. Imperii civit. n.* 35, vel Jus fabricandi arma, *juxta Peregrin. de Jure Fiſc. lib. 1. tit. 1. n.* 14. pro quib⁹ deſtinatur arma- 178

Digitized by Google

armamentarium publicum ad armandos milites & cives tempore belli. *fac. Nov. 85. de armis L. pen Cod. de Fabric. arm lib. 11. l. 1. Cod. ut armo. uſum lib. Nov. 17. de mand. Princip. §. fin.* Eiq; affine eſt Jus muniendi civitates, fortalitia erigendi, & cuſtodiendi. *Clapmar. de arc. rerum publ. lib. 1. c. 21. in verb. Jura muniendi.* Idem dic de Jure habendi delectum militum, *l. lex 12. tab. §. eadem ad L. Jul. Majeſt.* Nec diverſum in ſequela, quâ ſubditi bellum gerentem Principem ſequi tenentur. *Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 1. Arnu. de Jur. Majeſt. lib. 2. c. 4. de poteſt. arm. pag. 334.* Sic & Philiſtæi caverunt, ne Hebræi gladios aut lanceas fabricarent. I. Cùm Imperium Superioris excutere nemo poſſit, viribus armorum & potentiâ deſtitutus, ſicut Æſchylus & Charimenas cum aliis conſpirationis Sociis contra Ariſtomachum Tyrannū nihil efficere potuerunt gladiis deſtituti, quos portare iis erat vetitum, & portantes graviter luebant, Siculos etiam & Neapolitanos Fridericus Imper. ita exarmavit, ut cùm à Conrado ejus filio in auxilium vocarentur, fruſtra venirent, quia ſine armis venirent *lib. 2. hiſt. Neapol.* 188. * II.
179 Armorum autem licentioſus uſus audaciam ſæpè & occaſionem turbarum ingerit, quod non primus agnovit Imperat. Juſtin: *in Nov. 85. §. hanc igitur,* ſed longè ante in fœdere Rom. cum Porſenna inito comprehenſum, ne ferro, niſi in agricultura uterentur, *Plin. lib. 34. cap. 14.* Quod non minùs periculoſum in pugionibus & cultellis, prout Cæſar primum vulnus pugione accepit, & ſub Tiberio S. C. factum, ne quis in ſenatum veniens pugionem ſub ala haberet. *Dion. lib. 58.* quos & cultros etiam armorum voce contineri, probat *l. armor. 41. ubi Gadd. d. n. 15. de V. S. L. quod eſt. §. armis. de vi & vi armata. Menoch. de arbit. Iud. caſu. 394. n. 77.* Et L. [illegible]ni objectum, quòd cum gladio in Curiam veniſſet. *Tacit. in annal.* prout etiam conceſſa licentia arma geſtandi ea in ſenatu vel concione non obtinet, *L. qui dolo, ubi Gloſſ. ad L. Iul. de vi publ. & in §. ad Palatium de pace tenenda,* ipſi etiam milites, quibus arma ferre licet, *§. fin. Nov. 17.* arma ad Palatium ferre prohibentur, niſi à Principe rogati ſint: Cùm autem Imperator Fridericus *in §. ſi quis ruſticus cum ſeq. de pace tenenda.* Lancearum & gladiorum uſu interdicat ruſticis & Mercatoribus:

Quær. *An nobilibus ea geſtare liceat?* 180

Pro affirmativa facit argumentum à contrario ſenſu Jure validum, *ex l. 1: de offic. ejus &c.* Verùm id non ſtringit, quando ex eo reſultat pravus Intellectus contra legem, prout hic promiſcuè omnibus armorum uſus interdicitur, *ex l. nunc, Cod. ut armor. uſus. Nov. 85. Nov. 17. in fin.* etiam Viris illuſtribus, *l. fin. Cod. de prap. Sac. cub. lib. 12.* Sine Superioris quoque legitima poteſtate ea apprehendere illicitum eſt, *cap. ille gladium 36. 23. q. 4. d. l. unic. Cod. ut arm.*

Armamentariorum autem in Anglia unum 181
ſolum eſt in turri Londinenſi regio Imperio tantùm parens; In Galliâ Pariſienſe regio Præfectos ſe hæc omnia cædunt Arſenali Venetorum, aut quod Hafniæ in mari exſtruxit Rex Daniæ Chriſtianus IV. aut Saxonicum Dreſdenſe, quod cum Veneto alii comparant: Hodie vix eſt ulla magna Civitas in Germaniâ, quæ non inſtructiſſimum habeat armamentarium. *vide infra de liberis Imperii civitat. n. 35.*

XXIII. Circa vias publicas, ut eæ conſerva- 182
rentur, & liber per eas eſſet commeatus, ædilibus olim curæ fuit, *l. 40. 41. 42. 43. de adil. Ed ct.* qui ideo ita dicti fuerunt, quòd vias publicas, privatàſque in viis exſtructas tuerentur, non quidem ab actu, ſed officio ſicut Tutores, Curatores, Conſules, Pontifices, Auguſti, §. *Inſtit. de Tutel.* Cura quoq; eorum fuit, ut viæ juxta civitates commaplanentur vel adæquentur, & effluxiones non neant, pontes fiant, ubi opus eſt. parietes ædium ita fiant, ne labiles ſint, nullus eas effodiat, nec in via publica aliquid conſtruat, quivis ante domum ſuam vias ſartas ſervet, aquæ ductus purget, & efficiat, ne vehiculorum tranſitus impediatur, ne rixentur in viis, nec ſtercora, nec morticina, nec pelles proijciantur, in eas, prout lectos in via publica poſitos vel ex domo ejectos ab inhabitatoribus per ædiles conciſos fuiſſe, traditur *in l. lectos 12. ff. de pericul. & commod. rei vend.* Dicebantur etiam hæ viæ prætoriæ, Item militares, *l. 3. §. 1. de loc. & Itinere publ.* quod per eas Prætores exercitus ducerent, quare etiam conſulares appellantur: Poſtquam autem lege regia omne Jus ad Imperatorem eſt translatum, hæ quoque viæ Principi ceſſerunt, dictæ ſunt etiam Regiæ, *l. 2. §. viarum, ne quid in loc. publ.* & hæ publicæ ſunt, *c. inter. de V. S. a. l. 51.*

Digitized by Google

1\. *l.* 51. *de contrah. Emptione.* quæ ad ambulandum & iter faciendum omnibus patent, ut proinde ab hoc loco alienæ ſint viæ privatæ, & ſervitutes tam urbanæ, quam ruſticæ, *tot. tit. ff. Cod. & Inſt. de ſervitut. urb. & ruſtic.* quæ privatorum agrorum vel ædium ſerviunt commoditatibus, cum in via publica cuique eundi Jus ſit, ſolum quoque publicum ſit, & nos ducat in civitatem, villam, coloniam, ad mare, vel flumen. cujus viæ latitudo *ex l.* 12. *tabular.* in porrectum octo ſunt pedes, in anfractũ verò 16. *L. Vir ſ. de ſervit ruſtic.* & ratio eſt, quia octo pedibus eget vehiculum, ut commodè duci poſſit: 16. verùm ut in concurſu vehiculũ verti & circumagi, ut unum alteri cedere poſſit, cùm opus eſt; ad quod duplo majus ſpacium requiritur, *Coraſ. de ſervit. n.* 115. *Capolla. de ſervit. ruſtic. cap.* 3. *n.* 3. Et hæc obtinent niſi conſuetudo, Populus, vel Dominus civitatis aliam latitudinem viæ publicæ (vel contrahentes viæ privatæ) majorem latitudinem deſignârint. In Francia tamen via regia lata eſſe ſolet 40 pedes: Viæ autem publicæ menſura non à porta civitatis, ſed à continentibus ædificiis principium ducit, *l.* 154. *de V. S.* A Principe ſummo autem in multis locis Princeps & ſtatus Imperii Jus hoc obtinuerunt, *qua de re infra in c. de civitat. Imperii n.* 39. Et poſſidentur viæ Jure regali non ſolùm quatenus omnes reditus, qui ex iis ad Fiſcum deveniunt, ſed Romanos, item ut eas muniant, & tutas reddant, & quatenus Imperatori Jus eſt corrigendi cives *Carpz. prav. crimin. p.* 2. *q.* 90. *n.* 15.

Tanta verùm habita fuit ratio harum viarum publicarum, ut Imperatores certos conſtituerint earum Curatores, qualem Generum ſuum Agrippam eſſe voluit Auguſtus *juxta Sueton. in ejus Vita.* Et Alexander Severus Romæ urbis regionum & viarum Curatores quatuordecim conſtituit, *ex Lampridio Sixtin. de regal. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 12. *Vide infra de liberis civitat. n.* 42. *latiùs.*

Quær. I. *An liceat effundere aquam vel alias*
183 *immunditias in viam vel locum publicum?*

In privatum id non licere, niſi ſit ſervitus impoſita, certum eſt, *l. ſicuti §. Sticho, ſi ſerv. vindic.* In publico tamen ſecus eſt dummodo non noceatur uſui publico vel tranſeuntibus, aut in via exiſtentibus, *arg. l.* 2. *in princ. ne quid in loco publ. l.* 1. *de his qui effunderunt &c.* niſi aliud lege, conſuetudine, vel ſtatuto cautum ſit *Capell. de ſerv. urb cap.* 48. *n.* 2.

Quæritur II. *An ſtercus aut fimum eodem mo-* 184
do in public. ejicere licebit?

Id negatur, *per l. ædilis in fine de via publ. l.* 2. *§. idem aut. Ibi ſi ordo, ne quid in loc. publ. l. penult. quod vi aut clam.* Ita ut non tantùm ædiles; ſed etiam quivis de populo interdicto experiri poterit *Capolla de ſervit. Urban. cap.* 48. *n.* 8. 10. 11. *& cap.* 78. *n.* 3. Et hinc fit, quod habens locum neceſſarium in urbe propter fœtorem, cum purgare debeat per noctem. *Capoll. de ſervit. Urban. c.* 65. *n.* 8. *& cap.* 28. *n.* 3.

Quæritur III. *Quid ſi vena aurea, vel argentea* 185
in meo fundo ſint, ubi licitum eſt in meo eas quærere & fodere, an licitum etiam fodere ſub via publica, vel fundo vicini?

Videbatur hoc negandum, quia fundus cuiq; ſuus liber eſt uſque ad cælum in altitudine & in profunditate, in alieno autem nihil Juris eſt alteri *l. altius Cod. de ſervit. l. qui luminibus de ſervit. urb.* Veriùs tamen eſt, quòd fodientes prohiberi non poſſint *l. cuncti Cod. de metall. lib* 10. Idque propter utilitatem publicam receptum eſt, ſi domini fundi non ſentiant læſionem in ſuperficie. Hoc tamen non obtinet, ſi vicinus & Dominus volunt ſimul fodere, quia hic inveſtigare in ſuo volens potior eſt, *Capolla. de ſervit. ruſt. cap.* 22. *n.* 4. Nihil contra prius dicta facit, quòd Dominus prohibere poſſit, ne quis ingrediatur, aut tranſeat per agrum ſuum, *§. feræ. de R. D. L. per agrum. Cod. de ſervit.* quia ratio differentiæ eſt, quòd alienum agrum intrare in ſuperficie noxium ſit, quod non eſt, ſi ſub alieno agro quis fodiat.

Quær. IV. *An is, qui agit contra deterioratorem* 186
viæ publicæ, poſſit conſtituere Procuratorem?

℞. Diſtinguendo, aut agit pro privato ſuo Intereſſe & poteſt, *l. licet, princ. de Procurat.* Aut tantùm pro Intereſſe publico, & ante litem conteſtatam non poteſt, poſt eam poteſt, *l. fi. quis pro eo. fin. de fidejuſſor. Capoll. dict. loc. n.* 75.

Quær. V. *An per viam publicam unicuiq; liceat* 187
ire, agere currum, ducere plauſtrum, trabem aut lapides &c.

Affirm. *l.* 2. *§.* 1. *ne quid in loco publ. l.* 1. *de his qui effunderunt?* Nec id tantùm intelligendum de iis, quarum proprietas eſt publica, nunc Cæſaris, & uſus patet omnibus, ſed etiam quando proprietas eſt ſingulorum, uſus autem patet omnibus ut

ut eſt in ripis & Inſulis, prout ex commiſſione Sereniſſimi Lotharingiæ felic. recordation. Principis, Eccleſiæ Metropolitan. Colon. Decani, ego Commiſſarius aliquando deſignatus, ſuper controverſia ad Rhenum juxta Niel Pagum Coloniæ vicinum in ripa, quæ per alluvionem accreverat, ſatis ampla, uſurpaſſe vicinos Jus impellendi & paſcendi pecus ex oculari Inſpectione cognovi.

188 Quær. VI. *An etiam per locum & viam publicam liceat privato ducere aquam ſimpliciter vel per canales ligneos lapideos, aut plumbeos?*

Hoc negatur, niſi licentia Principis accedat *l. ſervitut. 3. publ. de ſervitut. Capol. dict. loc. n.* 24. Nec etiam licet privato facere ſcalas, ponticulum, hortulum vel vineam plantare, aut aliquid imponere, niſi permiſſu ſuperioris, *l. 2. princ. ff. ne quid in loc. publ.*

189 Quær. VII. *An via ſemel facta claudi poterit?*

Non hic eſt ſermo de via privata, ſed de publica, illa enim ut privatorum voluntate conſtituitur, ita etiam ab ipſis conſtituentibus claudi & annihilari poteſt, *arg l. nihil tam naturale de R.I.* Idem obtinet in via vicinali ex privatorum fundis conſtituta. Sin autem via publica ſit vel etiam vicinalis, de cujus collatione non exſtat memoria, ut jam pro publica habeatur, diſting. hæc à privatis claudi & tolli non poteſt, *l. 2. §. ait Prætor. & §. Prætor. ait ff. ne quid in loc. publ.* authoritate verò Principis, vel ejus, cui libera Reipublicæ adminiſtratio conceſſa eſt, poteſt, *l. ſervitutes §. public. de ſervitut. Capoll. dict. loco n.* 28. & 29.

190 Quær. VIII. *Quid ſi privatus clauſit viam, vel ita competit, ut uſui eſſe non poſſit, an licitum cuique propria authoritate clauſuram frangere?*

℟. Si eſt via privata, quam Dominus fundi per ſuum fundum ad locum vicinum ſuæ commoditatis cauſa conceſſit, uti viam conſtituere, ita etiam claudere licet, cùm cuique liberum ſit in ſuo facere, quod libet *l. in re mandata. Cod. mandati.* Alius autem clauſuram facere, aut factam à Dominis frangere Jure non poteſt, niſi illa via etiam alteri Jure ſervitutis eſſet obnoxia, hocque caſu, ſi obex vel clauſura poneretur à Domino prædii ſervientis etiam conſenſu unius Domini Prædii alterius ſervientis, prædii ſervientis Dominus in ſuo factum tollere poteſt & deſtruere, *l. quemadmodum. §. ſi projectum ff. ad l. aquil. l. ſi vitem. §. ſi ad. Cod. quod vi aut clam.* Si autem Dominus prædii ſervientis tantùm obicem ponat, Dominus vicini dominantis prædii obicem tollere non poteſt, quia non eſt in ſuo dominantis fundo, ſed Interdicto vel actione confeſſoria, &c. experiri debet. Si autem via foret publica, etiam interdicto locus eſſet, *Capoll. d. loco n. 29.* Si ſcilicet authoritas Superioris non intervenit. *add. infra de lib. civitat. n. 44. & ſeqq.*

XXIV. Sequuntur flumina navigabilia, & 191
ex quibus fiunt navigabilia: illa ita dicta, quòd Navigationi ſint apta, licet actu in iis nunquam navigatum ſit, ſicuti non navigabilia, in quibus vel navigari non poteſt, quod ob aquæ penuriam fit, vel quòd non ſint ſatis profunda, vel truncis arborum, aut ſaxis tranſitui non ſit locus, vel virgultis arborum ita concreta ſint flumina, ut navigiis iter non pateat, & in aqua, alveo & ripis omnia conſiſtunt. Sicut autem ea olim certi fuerunt Populi, *l. 12. de V. S. §. 2. de R. D.* Ita poſt legem regiam facta ſunt Principis, *Arniſ. lib. 3. de jure Majeſt. cap. 3. n. 2. in fin. Niel. diſt. ut. Feudor. 11. Th. 4.* cui uno actu dominium & Juriſdictio ejus acquiſita eſt. *Grotius de Jure belli. 3. n. 4. l. flumina in princ. de damno inf.* Eſt autem inter flumen & torrentem differentia, quod flumen ſemper fluat, torrens verò hyeme currit, æſtate aliquando exareſcit. Item magnitudine vel exiſtimatione circum jacentium diſcernuntur, *l. 1. §. 1. de flumin.* & in hoc Jus piſcandi & navigandi omnibus conceſſum eſt, cùm uſus ejus publicus ſit, *§. flumina. Inſt. de R. D.*

Q. I. *Quid ſi autem duo ſimul velint eodem tempore piſcari vel navigare, quis Potior?* 192

℟. Præventioni locum fore, ut in ſimili de duobus Plauſtris vel Rhedis ſibi in anguſta via obviantibus traditur, deferendum ei qui primo intravit, & hoc modo ſibi uſum appropriavit, ut in pari cauſa potior debeat conditio eſſe primò poſſidentis: Quòd ſi ſimul intrent, alii gratificationi locum faciunt, alii melius ſortis judicio rem definiendam eſſe cenſent, ſi verò flumen capax ſit ambarum navium & Rhedarum via una, alteri cedere debet, *cum Angelo Capoll. de Servitut. ruſtic. cap. 31. n. 6.*

Fritſch. *de Jure flum. n.* 234. *pag.* 18. Quamvis hac occaſione ſæpè lites & Jurgia gravia inter aurigas uſque ad vulnera & cædes oriri ſoleant, dum ſe mutuis probroſis clamoribus laceſſunt, & à verbis ad verbera deveniunt, dum neuter obviantium currum retro vult ducere, & difficulter etiam poteſt: ubi ſi non conſtat de primo ingreſſu in viam, ex æquitate, qui majori onere gravatur, ei parci ſolet, ut Rhedæ onuſtæ cedat non onuſta, Rhedæ eques, equiti pedes.

193 QUÆST. II. *Quo remedio conſulendum, ei qui in flumine piſcari prohibitus eſt?*

℟. Præter interdictum, actionem Injuriarum eſſe contra impedientem, etſi ante domum ſuam propriam impedire vellet, *l.* 13. *§. fin. de Injur. l. nemo ad fin. de R. D.* Non obſtat, quod Piſcatio inter regalia referatur, *d. tit.* 56. quod privatis uſurpare ſine principis conſenſu non licet. ℟. Cum quibusdam non piſcationem ipſam ſed reditum aliquem ex Piſcatione regale eſſe, *Roderic. Suarez. Conſ.* 1. *de uſu maj. n.* 11. Ideoque præſcriptio non patrocinetur prohibenti, *l.* 45. *de uſucap.* ℟. aliud eſſe in ipſo flumine & fluminis diverticulo. Et quid ſi quis in mari navigare aut navem exonerare prohibeatur? ℟. utile interdictum dabitur ex interpretatione & paritate rationis, *l.* 2. *§. ſi in mari. ne quid in loc. publ. junct. l.* 1. *Cod. de litt. & Itiner. cuſtod. Roderic. d. loc. ſub. n.* 14.

194 QUÆST. III. *Cur in flumine publico ædificare vetitum?*

Partim ob navigiorum partim ob agrorum commoditates id inductum, tam in flumine non navigabili quàm navigabili, *l.* 1. *§.* 2. *ne quid in flum. public. fiat*, & in navigabilibus potius Interdicto prohibitorio & reſtitutorio opus fuit, ne flumina conſtructione alicujus operis vel exareſcant vel minus copioſè fluant, adeoque graviora onera ſicut ante devehi nequeant, quando aqua ex alveo divertitur ad privatorum uſus, & ſic fit depreſſior; In non navigabili autem ſi non omnes priores, aliæ tamen militant rationes, accolentium ſcilicet incommoda, qui ab hæc flumina pecoris habent appulſum & aquam haurire pro irrigandis agris & hortis ſuis, nec non pratis, vel pro quotidiano familiæ ſuæ uſu habent, quam commoditatem per privatum intervertit, qui aquam inde in ſuum fundum educit & flumen exſiccat vel minuit, durum eſt, cui iniquam conditionem inferri injuſtum foret, quod multò magis obtinet, ſi quis flumen ejusvè curſum de loco priſtino & ſolito, in alium abducere intendat, adeò ut non tantùm præſentibus accolis, ſed etiam futuris Interdictum detur, etſi fortè non interſit eorum, non habere aquam, ſi per hoc expoſiti ſint periculo Inundationis fluminis alveo alterato, quibus etiam timendum, quod aqua derivata per alluvionem, ipſorum prædiis aliquid ſucceſſivè detrahat, & vicino prædio adjiciat, cui periculo hoc interdicto occurrere, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, aut contra eum, qui ſuo facto damnum cauſat, judicio petitorio agere tutius eſt juxta concilium JC. Gaij, *in l.* 15. *qui deſtinavit* 24. *de R. V.*

Hinc ſi non directè ſed per indirectum curſus fluminis impediatur, ſcilicet catenam per flumen ducendo, naves angariando, nova Telonia & vectigalia à navigantibus exigendo, vel contra formam veterem ac uſitatam ea augendo, licitum non eſſe ſupra oſtenſum eſt; Idem interdictum meritò competit, prout cum anno 1351. Carolus IV. ad complacendum Principibus Rhenanis, quorum ope ad Imperium evectus erat, ipſe & Filius ejus Wenceslaus dein multa nova telonia in diverſis Rheni locis poſuiſſet, non modò plurimi mercatores commeatum Rheni intermiſerunt, aliò deviantes, ſed & Argentinenſes circa ſuam urbem Rhenum lignis & catenis ita clauſerunt ut naves in biennium nec aſcendere, nec deſcendere potuerint, cumque Principes per hoc tam novi quàm veteris telonii proventu carere deberent, concordiâ cum Argentinenſibus initâ, contenti antiquis, novis renunciârunt referente Trithemio *in Chronic. Spanheim. anno* 1351. *pag.* 324. 195

QUÆST. IV. *An pro ſolo tranſitu per flumen domini Territorij aliquid licitè exigere poſſint?* 196

Pro affirm. militat. 1. *l. ſi quis pro uxore.* 21. *de donat. inter vir. & uxor:* ubi dicitur maritus ſolviſſe pro uxore vectigal, quod in itinere præſtari ſolet. II. Quòd viæ & flumina ſint populi Romani vel Principis & ejus ſuperioris, cui ei Princeps conceſſit; unde hi tanquam domini locorum videntur onus aliquod imponere poſſe *arg. l.* 8. *§.* 5. *ſi ſervit. vindic. l.* 21. *Cod. mand.* III. quia privatus prohibere poteſt, ne quis ſuum fundum ingrediatur, *d. §. fera. d. R. D. L. devus de ſervit. Ruſtic.*

Digitized by Google

Ruſtic. l. 3. §. 1. & 2. de aquir. rer. domin. ergo id etiam licet Principi & ei qui ex Principis perſona hæc loca habet. *arg. l. 3. in fin. ff. de offic. prætor. vid. Becht. de ſecur. & ſalvo conduct. concl. 68. & ſeqq.* IV. facit quod ſæpè ſubditi per exactores & Stationarios ſint prohibiti, ne niſi ſoluta certa taxa navigarent vel tranſirent, cui prohibitioni navigantes & itinerantes acquieverant per tempus longiſſimum, & cauſârunt quod dominis Jus quæſitum ſit exemplo venationis, ut ſupra Reſerv. XXI. dictum, adeoque impoſterum eos ad ſolutionem arctare poſſunt, *arg. l. hac autem. 6. de ſervit. urban. juncta l. ſi quis diutina. 10. ſi ſervit. vind. l. 3. C. de ſervit. & aq.* V. ad dominos ſuperiores pertinet refectio, conſervatio & protectio fluminum & viarum, unde indemnem innocuumque tranſitum præſtare, & deprædatis damnum refundere tenetur, *Nov. 134. cap. 4. in fin.* ergo pro compenſa licitè aliquid accipere poſſunt. Traditur quoque ab hac neceſſitate ſolvendi Clericos eſſe immunes, ergo cæteri manent ſub neceſſitate, *arg. l. univerſ.*
197 *5. ibi. ea verò. Et l. 6. Princip. Cod. de vectigal.* E contra pro negativa facit Primò publicus fluminum & viarum uſus. II. Quod regulariter & naturaliter omnia loca tranſeuntibus ſint libera, *l. ſi locus. 14. quemadmodum ſervit. amitt.* III. Non obſtat, quòd vectigalia ſint licita, R. hâc à Pedagio & Paſſagio eſſe diverſa, cum illa ſint onus mercium hæc mercatorum & aliarum itinerantium perſonarum libertatem imminuant, nec à rebus ad perſonas facienda ſit extenſio, *Donel. 9. Commentar. 21.* Adhæc ſimplex perſonæ tranſitus ripas & vias non ita deteriores ut moles & vecturæ mercium aliarumque rerum, propter quas vectigal ſolvitur, *l. 2. §. 30. ne quid in loc. publ.* IV. Quod Jus commeandi per flumina & vias publicas ſit meræ facultatis, adeoque præſcriptionis incapax, *per l. 11. Cod. de ſervit. aq.* ubi via publica, nemo prohibendus. V. Si ſuperior jus hoc haberet, procederet vel ex juriſdictione, vel obligatione, vel ex ſervitute. I. Non ex juriſdictione, quia nec vectigalium exactio ex juriſdictione oritur, quamvis ſit juriſdictionis latiſſimè ſumptæ, *ut in l. 1. de juriſdict.* ſed ex ſpeciali conceſſione dependeat, qualia jura cum juriſdictione non tranſeunt *l. 1. de off. ejus.* Ac licet jus vectigalium adhæreat juriſdictioni, tamen hoc exorbitans à rebus ad perſonas extendi non debet, niſi de ſpeciali alio jure exigendi doceatur. II. Non oritur ex obligatione, quia percurrendo omnes obligationum modos hoc nullibi recenſetur, *l. obligamur. 52. de obl. & act.* III. Nec ex ſervitute, quia ut argumentatur JC. *l. 12. de ann. leg.* nec in realibus nec perſonalibus ſervitutibus conſtituta reperitur, quæ enumeratio ſpecierum ſufficiens eſſe videtur, non in rem, quia licet territorium exigentis ſuperioris pro dominante poſſit haberi, non tamen apparet res vel prædium ſerviens, quæ duo ad reale ſervitutem requiruntur *§. 3. de ſervitut.* Nec in perſonam, quia non oritur ex conſenſu ad eam requiſito, *l. 1. §. conventionis de Pactis.* Viatores autem ad hæc ſolvenda cogi ſolent. Adhæc ſervitutum natura eſt, non ut aliquid quis faciat, ſed patiatur aut non faciat, *l. quoties. 15. §. 1. de ſervitut.* Demùm navigantes portorio gravantur, *l. 5. princ. Naut. Caup. Stabul.* Demum in dubio pro liberatione potiùs quàm obligatione judicandum cenſet JC. *in l. Arrianus de obl. & act.*

QUÆST. VI. *An ſine conſenſu principis in flumine molendinum quis facere poſſit?* 198

Negatur *in l. 2. de flumin. Arniſ. lib. 3. de jure majeſt. cap. 3. n. 5. & 6. l. 24. de damn. infect.* cum per molendina curſus fluminis fiat deterior & periculoſior navibus & navigantibus, *l. unic. §. 2. & 3. ne quid in flum. publ.* nam & per molendinum particula loci publici occupatur, quod non licet in alieno, *l. 29. §. 1. ad l. aquil.*

Et ſi molendinum etiam exſtrueretur ſi in ripa fieret, eſſet vicinorum, quorum ripa eſt, 199 quoad proprietatem, ſi à ripa ſeparatum, foret ejus, cujus eſt flumen ex regula, quod ædificium cedat ſolo, ſive hæc molendina aquatica ſint ſive ventoſa, cum eadem ubique ſit ratio, prout & ſuperficies ſolo cedit.

QUÆST. VII. *An is, cui in flumine vectigal conceſſum eſt, mutato fluminis curſu, novo loco vectigal jure exigat?* 200

Pro negativa quidem allegari poteſt, *l. 3. §. 2. de aqua quotid. & l. 25. quibus mod. uſus amitt.* hac ratione quod flumine mutato per elutionem novi alvei prior alveus fiat privatorum, *§. 27. de rer. diviſ.* nec liceat vectigal de loco in locum transferre. Verùm affirmativa placet, quia vectigal non alveo ſed flumini fuit impoſitum, & alveus fluminis, non flumen alvei conditionem ſe-

Digitized by Google

quitur, *l. 7. §. 1. de R. D.* ac licet flumen Alvei conditionem ſequatur, non tamen deſinit eſſe flumen, ſed novus alveus nomen aſſumit fluminis, & fit publicus, uti eſt ipſum flumen, *l. 28. §. de condit. & demonſtr.* unde ex tali caſu non rectè vectigalis ademptio infertur, *arg. l. 24. §. 14. de fideicom. lib. 16. qui & à quibus manum.* Capell. cap. 34. n. 5. Non obſtat ſupra allegata *l. 3. §. 2.* quia loquitur de ſervitute aquam ducendi, quæ ex prædii ſervientis conditione mutato curſu mutatur, quod non contingit in flumine per mutationem alvei, ubi manet idem, qui ante fluvius.

Si impetu fluminis, fortè continuis imbribus excreſcentis, fractis repagulis, trabis vel ligna ad alia loca deferantur, aut ab aliis piſcando acquirantur à vicinis.

201 Q. VIII. *An eorum reſtitutio peti poſſit?*

℟. Affirm. *per l. 5. §. 1. de rer. diviſion. l. 9. §. de damno infect.* ubi textus de rate non rectè fortè alligata ripæ, vi fluminis in alienum agrum delata reſtituenda, quamvis, ſi vicinus in lignis extrahendis & conſervandis expenſas fecit, damnumque agro illatum ſit, ex æquo & bono id reparandum ſit, ſi enim Princeps damnum a feris agros devaſtantibus, ſata & ſegetes depaſcentibus, reparare tenetur, Geil. 2. *obſ. 68. n. 20. Sebaſt. Med. de venat. p. 1. q. 1. n.* 8. Cur non ſimiliter hoc? idque etiam obtinet, etſi in alieno territorio occupatio facta ſit, ut reſtitutio petenti non ſit neganda, niſi res eæ habitæ fuerint pro derelicto, quod præſumitur, ſi longiſſimè ſint exceptæ, & aliquod temporis ſpatium præteriit ſine repetitione, conſuetudo tamen attendenda, & in quibusdam locis receptum eſt, ut pro labore extractionis ligni dimidia vel quarta pars extrahenti cedat.

202 XXV. Nunc de regali Portûs, cujus mentio fit, 2. *Feud. tit. 56.* Definitur, *in l. portus de V. S.* quòd ſit locus concluſus quo importantur merces, indeque exportantur, Sixtin. *de regal. lib. 2. c. 4.* dictus à portando & exportando. Statio etiam dicitur, cum munita ſit ad recipiendum naves, *l. 1. §. 13. de flumin.* ut merces cum rebus ibi tutæ ſint, vulgò Pack-Häuſer/portuum autem eadem eſt ratio, quæ fluminum, imò tantò magis inter regalia referuntur, quantò majoribus, ſive ad muniendum, ſive ad defendendum indigent ſumptibus, & publici dicuntur, *in l. ad Portus Cod. de oper. publ. §. flumina de R. D.* Nec minus ut Portus, ita etiam portoria ipſa ſive vectigal ex portu proveniens ad regalia ſpectat, cujus mentio fit *in l. 3. Cod. de vectigal. l. inter publica §. fin. l. in l. cenſoria de V. S.* qui autem portorium exigebant, portitores dicebantur, & communi voce Publicanorum continentur, *l. eum quem de V. S. l. 1. §. publicani, ff. de publican. & vectigal.*

Siti autem ſunt portus alii ad littus, alii ad fluminis oſtia. *§. 3. inſt. de R. D.* prioris generis ſunt Venetorum, Marſiliis, Coroniæ ſive Lands-Kron in Dania; Oſtia autem dicuntur exitus fluminum ut juxta Lubecam & prope Roſtochium, quorum finis eſt navibus & mercibus præſtare ſtationem, ut à tempeſtatibus tutæ ſint, & à Pyratarum incurſionibus ſalvæ, dum non tantum anchoras jacere & eo refugium ſumere poſſunt, ſed etiam merces deponere in den Pack-Häuſern iis licet, ſuntque iſti alii naturales, alii artificiales; naturales, quos natura loci effecit ut in conſpectu habeant promontoria, quibus fluctus franguntur, ut ſunt in Siciſlia Meſſinæ, & in Gallia Marſiliis. Alii artificiales, quos ars contra ventorum & undarum procellas ſtruxit, & glaciem aliasque injurias avertit, ut ſunt Palermi in Sicilia, & in Italia Genua, item Portus Hoſtenſis à Julio Cæſare ob difficultates ſæpe ſtrui omiſſus, à Claudio verò perfectus. *teſte Sueton. in Vita Claud. Imper. c. 19.* Et quia res hæc eſt ſumptuoſa, omnes cives conf r e debent ad exſtructionem & reparationem. *l. 7. ubi Brunem.* cum nec ſordidum nec perſonale munus ſit; *l. 7. Cod. de SS. Eccleſiis,* quin & peregrini appellentes, *Brunnem. dict. loc.* Quia autem jus portus ex Sanctione ſuperioris oritur, ideo etſi collapſus, & vi fluctuum fortè dirutus fuerit, tamen portus manet, ejusque privilegia inconcuſſa ſunt, *facit l. 20. §. de ſervitut. urban. prædior. juncto cap. cum ex injuncto. extr. de novi oper. nunciat.* Et ſicut commerciorum uſus ſocietati humanæ conſervandæ neceſſarius eſt, ita pro eorum libero curſu, nevè impediatur, uſus portuum minimè negandus, ob quorum prohibitionem inter Megarenſes & Athenienſes aliquando gravia orta bella, ut & inter Bononienſes & Venetos, Caſtellanos & Americanos tradunt veteres, & poſteriores hiſtorici: hoſtes porrò iis excludere & admiſſos expellere, ratio ſuadet, Grotius *de J. Belli & Pacis. lib. 3.*

Id em

Digitized by Google

Idemque & de eorum confœderatis eſt judicium. Grot. *lib. 2. cap. 2. n. 13.* nec aliud de Pyratis ſentiendum, quibus appellentibus ne quidem permittendum bona ſpoliata vendere aut permutare, ſed ea rapta in utilitatem læſorum, ſi ſua eſſe probent, reſervari & reſtitui oportet.

Quin naves ad portum appellentes angarias præſtare debeant, non videtur dubium, & id innuit *l. 4. §. 1. ff. de Veli.* Sed ſi naves in angariarum præſtatione diripiantur ab hoſtibus, aut deteriorentur, an damnum hoc à Principe cui ſolvuntur, refundendum? diſtinctione hic opus, vel loquimur de nave ſubditi, vel exteri, ſi ſubditi, vel lege ſpeciali ei hoc onus impoſitum eſt, & non poterit reſtitutionem juſtè petere: aut navis à Principe juſta mercede conducta interiit, & Princeps vel Dominus non tenetur ad hunc caſum fortuitum, prædonum & hoſtium incurſum, *l. 15. §. 2. locat. juncta l. 23. de R. J.* idemque obtinet in exterorum navibus ad præſtandas angarias conductis, Sixtin. *de regal. l. 2. c. 15. n. 77.* Circa verò vel ante ingreſſum, cum per eum ingrediens juriſdictionem portus profiteatur, id receptum, ut dimiſſione velorum vel tormenti exploſione adventum vel loco ſalutationis, vel inſignum lætitiæ ex felici adventu in portum conceptæ, id conteſtetur, quâ de re latius *in cap. de collegio Princ. poſt n. 69.*

Portuum autem horum, ſtationum ac domuum publicarum neceſſitas maximè ſe offert in locis, ubi in mare flumen influit, & magnis navibus è mari in flumen merces in alienas regiones deferuntur, cum enim mare graviora pondera ferre & ſuſtinere poſſit, quàm flumen, quia aqua illa ob ſalſedinem craſſa, dulcis autem & fluvialis ſubtilior, ideo in mare non tam profundè navis demergitur, uti in flumen eodem etiam pondere onerata, cujus rei experimentum facile colligere licet ex hoc, quod ſi vas cereum ore obſtructo mittatur in aquam ſalſam per horam, deinde extrahatur, invenietur oppletum dulci, quæ illius poros penetravit, cum ſit pondere levior & facile penetrabilior, ſimiliter ſi ſal attritus injectus aquæ dulci, diſſolvatur, quod in ea ovum projectum non demergatur, ſed natet ob craſſitiem, cùm tamen ovum injectum aquæ dulci mergatur, hinc fit, quòd maris & aquæ ſalſæ craſſitudo magnarum navium pondus admittat, nec ea tam profundè mergantur, quæ naves cum mercibus in flumine profundius demergi ſolent, usque ad fundum alvei, ut eas exonerare pro parte neceſſe ſit, ut proinde hinc portuum utilitas appareat, ubi merces exoneratæ in tuto collocantur, donec aliquando tres naves onerentur mercibus, quas ûnica in mari ſuſtinere & vehere poterat.

XXVI. Ripatica, regale, à ripa dicuntur, 204
quæ flumen continet, & à littore differt, quod hoc mare ambiat, & uti mare commune ſit, hæc vero flumen & in uſu communis ſit, proprietas verò privatorum, *§. riparum de R. D.* cujus ratio in promptu eſt, licet enim ripa proxima flumini quæ flumen immediatè ambit, & non niſi à flumine cogitatione ſeparari poteſt, publica ſit, ſicut ipſum flumen, illud tamen ripæ ſpacium, quod eſt à flumine usque ad agrum privatum vicinorum, ideò partim publicum eſt quoad uſum ſcilicet, partim privatorum, quoad proprietatem, quia ripa partim ex vicinis agris coaleſcere cenſetur, partim fluminis fundum occupavit, unde ratio naturalis dictat, ut ſicut ex utraque coaleſcit, ita utraque ſuo modo acquiratur. Unde conſequens eſt, quod vicinus proprietarius ripæ, in ea tamen non poſſit facere, quod ei libet ut alii domini in re ſua, in qua habent dominium plenum, quod hi non habent, ſed deducto uſu publico prout uſufructuarii vel uſuarii conditionem non poteſt proprietarius reddere deteriorem, *l. ſed etſi. 15. §. proprietarius. 6. de uſufruct. juncta l. penult. & final. de uſu & habitatione. l. ſi item. §. ſi ad januam. ff. ſi vi aut clam. l. de pupillo. §. meminiſſe de novi oper. nunciat.* in Cæpoll. *de ſervit. ruſt. cap. 36. n. 6.* Sic nec proprietarius ripæ aliquid aliud in ea facere debet, per quod impediatur iter pedeſtre vel navigatio juxta flumen, per quod homines vel equi ſolent trahere funes cum navibus, piſcatores ſiccare retia, caſam ponere, in quam ſe recipiant, & defendant contra injurias aëris, tam æſtate quàm hyeme, & aliis temporibus per diem & noctem, *l. 1. §. ſi pedeſtre. de flumin.* nec ut uſus piſcationis impediatur, ſi ſolitum erat piſcari, *l. riparum. de R. D. Cæpoll. de Serv. ruſtic.* Sic etiam ſi ripa fluminis meo prædio adhærens, ita naturaliter eſt comparata ut aqua ad meum fundum impellatur, ut poſſim ad meum molendinum vel ciſternam aut cloa-

Digitized by Google

cam aquam ducere, non poteſt mutata forma curſus alio derivari. Cæpoll. *de ſervit. ruſtic. cap. 36. n. 11.* Prout nec ex populo unus in ripa novum opus facere poteſt, ſed ſi fecerit, vicinus factum in proprio deſtruere licet: *d. l. quemadmodum. §. 1. ad l. aquil.* Planè ſi vel unus de populo vel vicinus pro ripæ conſervatione & melioratione citra ullius præjudicium quid facere velit, non eſt impediendus ex ratione *l. ſolvendo. de negot. geſt:* quòd conditionem publicam & privatam alterius facere liceat meliorem non deteriorem.

205 Quòd in eos, qui Nili aggeres rumpunt, conſtituta ſit pœna ignis in eo loco, quo quis deliquit, traditur *in l. unic. Cod. de Nili agger. non rump.* Hæc tamen ad eos qui ripas aliorum fluminum convellunt ſine lege non eſt extendenda propter graviſſimum detrimentum, quod ex aggeribus Nili ruptis in publicum redundat.

206 Quamvis ſimilem mereantur alii maritimorum aggerum, & celebriorum fluminum aggeres rumpentes, unde ſæpè deſolationes Provinciarum, & inundationes tam perpetuæ quàm temporales cum irreparabili jactura infinitorum hominum pecorum & animalium ac ſplendidiſſimorum ædificiorum, Pagorum & Urbium oriri ſolent, ut proinde in tales exemplariter procedendum ſit, quò alii à tali pernitioſo auſu deterreantur: pœna quoque arbitraria eos manet, qui arbores aggeres conſervantes excidunt, *Capoll. de R. D. cap. 37. n. 7. & 8. Bruneman. ad l. unic. Cod. de Nili agger. non rump. in fine.*

Quod ſi autem vendatur à proprietatio agger vel fundus flumini vicinus ripa etiam, ejusve proprietas tanquam appendix ejus vendita cenſetur, ideoque & arbores earumque fructus emptoris fient. *l. ergo §. 2. de acquir. rer. dom. §. riparum. & l. riparum de R. D. Capell. de ſervit. ruſtic. c. 36. n. 6. facit l. 5. de flumin.*

207 Quia vero riparum uſus publicus eſt, peculiaris etiam olim conſtitutus fuit, qui riparum Comes dictus fuit, *Pancirol. in comment. ad not. occid. Imper. cap.* 8. Unde non eſt mirum quòd inter regalia reſervatur à Frid. 2. F. 56. Idque etiam intelligendum de proventibus & commodis, quæ occaſione riparum percipiuntur, *Sixtin. de reg. lib. 2. c. 5. n. 9. Vult. de feud. cap. 5. n. 7. verſ. ſi ripatica.* quod privato non competit, niſi ex conceſſione Principis: Hæc tamen aliqui ripatica dici volunt, quæ in diverſis Rheni locis Principes habent, ubi certum quid præſtatur pro trajectione, quæ navi fit ab una ripa ad alteram, per quam cum ipſæ ripæ fiant deteriores, reparatio requiritur.

Quaest. I. *An rectè ripaticum etiam à peregrinis tranſeuntibus exigatur pro reparatione earum?* 208

Id affirm. & ne ſola iſta onera ſuſtinere cogantur, domini temporales communi contributione, cives & incolæ aut Principes ex ærario, ſi autem ripæ vel pontes neceſſario exſtruendi vel reficiendi, ex ordinariis verò proventibus ſumptus non ſufficiant, pedagia exigi poſſe, tradit Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 77. n. 21.* unde etiam antequam pontes fiant, & ripæ muniantur, aut reparentur, collectas indici videmus, quæ in earum conſervationem impenduntur, ut adverſus impetus & inundationes aquarum & tempeſtates, glaciem, imbres & ventos tam illi pontes quàm hæ ripæ conſerventur, ita tamen ut modus minimè excedi debeat, quorum exceſſuum meminit Capitulatio Ferd. III. Anno 1620. & Leopold. Anno 1662. aurea ſane ſi uſu ſervaretur, *in l. 7. Cod. de SS. Eccl.* ita ut omnes ad reparationem teneantur, *add. infr. de lib. Imper civit. n. 47.*

Quaest. II. *An autem ad evitandam ſolutionem ripaticorum poſſit quis licitè flumen de una ripa in aliam tranſire, ut nec ponte, nec navi adhoc utatur?* 209

Movet Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 5. n. 16. & fin.* quod alii affirmant ab illo citati: negant alii *per l. fin. §. dict. de public. l. qui Fiſcales. Cod. de navic.* ipſe vero conſuetudinem loci attendendam cenſet.

Quaest. III. *An forenſes etiam, qui agros poſſident in diſtrictu civitatis, ubi ripa munienda, vel pontes ſtruendi, ad hoc collectari poterunt?* 210

Affirm. *per l. ſicut ibi viarum de vac. & exc. mun. l. 24. §. 2. de mun. & honor. p. l. 7. Cod. de SS. Eccl. Fritſch. de repart. via publ. cap. 14. n. 25.*

XXVII. De Reſervato Vectigalium, ſatis dictum *ſupra hoc cap. de regalibus quæſt. 10. & ſeq. add. Sixtin. lib. 2. cap. 6. per tot.*

Quaest. I. *An vectigal in pecunia præcisè vel pars ex ipſis rebus præſtanda ſit?* 211

Prior ſententia communior eſt *l. 4. §. 2. de publ. juncta l. 3. Cod. eod. Sixt. lib. 2. cap. 6. n. 80.* & con-

Digitized by Google

& contraria ſententia nautis furandi occaſionem facilem præbere poſſet.

212 Quæst. II. *Qualis autem aurea, argentea, vel currens*; ſolet Princeps determinare.

213 Quæst. III. *An nauta, ſi errore via vel ventis impulſus à via in devium deferatur portum, ejus loci vectigal ſolvere teneatur?*

℟. Cum Brunnem. *ad. l. 6. Cod. de vectigal.* aliquid pro ſecura ſtatione & gabella præſtandum, *Grot. l. 2. cap. 2. §. 15. pag.* 81.

214 XXVIII. De regali monetandi agetur infra in *c. de liber. Imper. civit. n. 61. & ſeq.* Et ſic Conſtantinus Magnus monetas vocat ſuas, hoc eſt regias, *l. 2. Cod. de falſ. monet*: Sicque Otto Friſing. de moneta Ungariæ ait quòd nullus in tam ſpatioſo ambitu monetam habere audeat, unde Philippæi etiam habentes imaginem Philippi Regis Maced. dicuntur, de quibus *in l. quintus. 27. §. cui legatum in fin. de auro & argent. legat.* quod tamen ad Philippum Imper. qui diu poſt illum regem vixit, non eſt trahendum, unde minus Philippus Imper. primus monetæ auctor dici poteſt, quæ ante ſæcula fabrifacta *legitur apud Plinium cap.* 39. prout & Chriſtus, ut Judæos ſuæ ſubjectionis convinceret, inquit: Oſtendite mihi numiſma Cæſaris, qui cum offerrent denarium cujus imago eſſet quærenti ipſi Cæſaris eſſe reſponderent, date igitur (inquit) quæ ſunt Cæſaris Cæſari, *Matth.* 22. conſtat adhæc pecuniam ad emptionem requiſitam tanquam ejus ſubſtantiale; *§. pretium de empt.* Juris gentium eſſe, & republica Romanâ longè antiquiorem, §. 2. *in fin. v. ex hoc jure gentium de jure naturali.* ut probat Pinell. *ad rubr. l. 2. Cod. de reſcind. vend. part.* 1. 2. 27. *& ſeq. ex cap.* 17. *Geneſ. c.* 23. *v.* 15. *Jerem.* 32. *v.* 10. *Covar. veter. coll. numiſ. c.* 1. jure tamen noſtro à Summo Principe ſignari, vel cui ipſe conceſſit, adeoque juxta d. Chriſti eſſe Principis.

215 Aliàs primò pecuniam in ære ſignatam tradit Macrob. & Ovid. in Faſtis iſtis verſ.

Æra dabant olim melius nunc omen in auro eſt
Victaque conceſſit priſca moneta novæ.

Poſtea argentum ſignatum eſt anno ab urbe condita 585. Fabio Conſule V. ante primum bellum Punicum, cujus notæ fuere bigæ & quadrigæ, ab alio verò latere caput Conſulis: demum aureus Principis imaginem continens, *Covar. d. loco. Chokier. in face hiſt. cent. 1. c.* 77.

216 * quod verò aliquando ſignata fuerit in corio, id evenit ex neceſſitate ærario Principis vel Reipubl. per bella exhauſto, prout in Belgio cùm Hiſpani civitates obſiderent, annis ſuperioribus bello Hiſpanico intricati deficiente ordinaria & recepta pecunia, ex qua militibus obſeſſis ſtipendium perſolvendum eſſet, ænea, ſtannea, coriacea, imo ſubinde chartacea, pecunia à Commendanti loci ſignata fuit, cujus pretium à magiſtratu loci conſtitutum longè valorem materiæ exſuperans erat, ex qua conſtabat; quâ militibus ſatisfactum, ne rebellarent, & aut liberata urbe, aut eadem dedita à fœderatis Ordinibus extraordinarius quæſtor conſtituebatur, qui pro illa novâ ac nullius propè valoris redderet currentem juſti valoris monetam, *V. Arnis. de J. maj. c. 7. n. 5. pag.* 46.

Sicut autem cætera jura Majeſtatis, ita & hoc Princeps habet, ita ut in poteſtate Principis ſit mutare pretium modò plenam & abſolutam poteſtatem habeat, niſi redundet in damnum reipubl. aut præjudicium ſubditorum, *Matth. Steph. de jurisd. c. 1. n.* 2. quod enim in alterius vergit præjudicium & jure naturæ illicitum eſt, nec Princeps facere poteſt, & graviter reprehenditur Rex Arragoniæ ab Innoc. IV. quod populi conſenſu irrequiſito juraſſet monetam patris, quæ usque adeo deminuta erat, ut grave eapropter ſcandalum in populo generaretur, conſervare, *c. quanto. ubi Gloſſ. de jurej. Arniſ. de J. Majeſt. c. 5. n. 5. pag.* 433. unde Leo Imp. in nov. 52. deminutionem monetæ velut morbum Principi fugiendam dicit, prout nec leges condere nec pœnas cum ſubditorum pernicie, quæ tamen jura Majeſtatis ſunt, Principi licet mutare, vel tollere, pro libero arbitrio. 217

XXIX. Sequuntur *lib. 2. t. 56. Feud.* mulctarum pœnarumque compendia. In utriusque eadem quidem ratio eſt ſalutis reipubl. ne delicta maneant impunita, *l. 51. ad l. aquil. c. ut. fama. de ſent. excom.* cum enim ea ſit hominum improbitas, ut præmiorum promiſſione multi à malo ad bonum non inducantur, neceſſe eſt pœnarum irrogatione, in quibus duobus juſtitia diſtributiva conſiſtit, *l. 1. §. 1. de J. & J.* nè ſcilicet leges ſint contemptui & reſpublica peſſum cogatur ire, inter probos quoque & improbos tuta maneat innocentia, melius quidem eſſet flagitia impedire nè committerentur, nè oriatur hæc pœnarum & mulctarum neceſſitas: Sicut melior cenſetur Medicus, 218

Digitized by Google

dicus, qui morbum venturum prævenit, vel futuro malo, ne oriatur, ſuis remediis occurrit, quàm qui jam natum expellit, unde funera varia Medico indecora cenſentur, ſi tamen neceſſe eſt ſuperiori inſtar medici membrum reipub. contagioſum id abſcindendum eſt, ne pars ſincera trahatur, ne una ovis morbida totum corrumpat ovile vel gregem inficiat.

219 Inter pœnam autem & mulctam plures ſunt differentiæ, *l. aliud §. inter mulctam & l. ſi qua pœna de V. S.* nam mulcta ſpeciale, pœna verò generale nomen eſt; & differunt tanquam genus & ſpecies *l. aliud* 131. *de V. S.* §. *inter mulctam.* in ſpecie mulcta pecuniaria *l. 2. §. 1. de re milit.* pœna verò etiam capitalis eſt vel corporis afflictiva, *l. quid ergo §. pœna de his, qui not. infam.* licet aliquando una in aliam convertatur. II. Mulcta ſecum infamiam non trahit ſicut pœna, *l. 1. Cod. de mod. mulct.* III. Mulcta ſi non lege expreſsè conſtituta eſt, eſt in arbitrio judicis, *l. ſi qua pœna de V. S. c. 1. de dolo & contum.* Pœnæ autem communiter certæ ſunt, *l. 1. §. 1. calumniatoria ad S. C. Turpil.* ideoque judex nec lege durior nec clementior eſſe debet, niſi circumſtantiæ id ſuadeant, *Minſ. 2. obſ. 54. Gail. de p. publ. l. 162. c. 9. n. 21.* de quibus Tyraq. *in tract. de pœn. temp.* Plures differentias recenſet, Sixt. *de reg. lib. 2. c. 8. a princ.*
220 *uſque ad n. 39. Gedd. ad l. 501. §. t. de V. S.* * Utramque etiam ſoli Imperatori deberi, probat *l. mulctarum Cod. de mod. mulct.* hoc eſt ſolius eſſe Imperatoris, nec tantùm id obtinuit in bonis nocentium, *l. quicunque §. ſi verò & fin. Cod. de hæret.* ita ut alienata ex eorum bonis à fiſco revocari poſſent, *l. fin. Cod. de bon. damnat. l. Imp. Cod. de fideic. libert.* ſed etiam mulctas Imperatori competiiſſe, probat. *l. 1. §. fin. de amb. l. 3. de term. mot. l. 3. §. divus de ſep. viol.*

Minores autem Magiſtratus municipales delegati Proc. Cæſaris, licet juriſdictionem habeant, *l. fin. de Judiciis.* jus tamen mulctæ dicendæ non habent principaliter, *l. Procuratores 2. & l. Curatores. 5. Cod. de mod. mulct.* licet habeant incidenter, quando una pars in cauſa civili eſt contumax, *l. 1. ff. ſi quis juridicis.* Præfectus autem Prætorius dic. qui proximus erat poſt Cæſarem, poterat etiam ob graviſſima crimina uſque ad 60. libras auri jus dicere, *l. illuſtris. 4. Cod. de modo mulct.* legatum quoque Principis mulctare poſſe, quia major eſt quovis ordinario, tradit Menoch. *de arb. jud. de modo mulct. n. 8.* ſed id ab aliis in dubium vocatur, Weſenb. *d. loco n. 6.* Et in *l. Eos fin. Cod. h. t.* Princeps ſtatuit modum, ad quem magiſtratus multum poſſit indicere, ſic Præſes poteſt uſque ad duas uncias auri condemnare, Proconſul ad 6. uncias, cæteri ad tres uncias, quæ tamen ab aula receſſerunt.

221 Cùm autem paſſim leges de aureis & libra auri loquantur, ut *l. 1. de amb.* pœna aureorum, *l. 1. §. de fugit.* mulctæ 100. ſolidorum, de pœna 50. aureorum, *l. pen. & ff. de in jus vocand. & l. 2. de term. mot.* de pœna 40. aureorum, *l. 2. §. divus. de ſep. viol.* de pœna 20. aureorum, *l. 2. ad l. Jul. de ann.* in libris verò Codicis raro aureorum vel ſolidorum, librarum verò frequentior fit mentio, in conſtitutionibus autem Imperii frequenter de libris auri in materia mulctarum & pœnarum meminerit ſæpius, rarò verò de argento; id ſciendum quòd libra argenti aureis ſeu ſolidis 5. valeat, *l. un. Cod. de arg. prec.* libra autem auri 72. aureos conficiat, *l. quotieſcunque Cod. de ſuſcept. lib. 10. Gail. 2. obſ. 39. n. 2.* Cumque 12. unciæ conficiant libram, aureos ſex conſtituere unciam, & unum aureum eſſe ſextam partem unciæ, palam eſt, cùm libra & pondo unum ſint, *l. 22. Cod. de Epiſc. & Cler.* marca dein uſurpata fuit pro librè *A. B. c. 16. §. circa junct. cap. un. ſi quis verò & §. homicid. de pace tenenda de quibus latius videntur. Sixt. de regal. lib. 2. cap. 8. de regal. n. 60. & ſeq.*

222 XXX. Reſervatum ſunt Bona vacantia, & hoc loco dicuntur, quæ legitimo hærede deſtituuntur, ubi nec deſcendentes, nec aſcendentes, nec collaterales conſanguinei, nec vir aut uxor, nec ſocius liberalitatis Imperialis, nec Patronus eſt, nec defunctus fuit Clericus, tunc enim bona ad fiſcum deferri conſtat, cum nullum dominum vel hæredem habeant, *Pereg. de Jur. Fiſc. lib. 4. cap. 3. Roſent. de Feud. 15. concl. 52. Vult. lib. 1. Feud. c. 5. n. 7.*

223 Idem dicendum ſi ex delicto ad fiſcum devolvuntur, *l. 3. Cod. de bon. vacant. lib. 10.* vel ſi aperiantur aut caduca fiant, ubi primò comes rerum privatarum Cæſaris inquirit, an delata ſint ad fiſcum, & quæ illa ſint, poſtea Proc. fiſci ea in inventarium refert, & ſolenniter reliquis fiſci bonis incorporat,

rat, titulus tamen per Procuratores & conductores prædiorum Principis publica Principis authoritate adſcribi debet, ne quid in præjudicium provincialium tenetur, *l. 3. Cod. h. junct. l. fin. Cod. eod.*

224 Ac licet Bodin. 1. *de republ. cap. ult.* bona vacantium, quæ hærede deſtituuntur, ad jura Majeſtatis pertinere neget, ſed à quovis vindicari poſſe ſentiat, *per l. 1. pro derelict.* ſoli tamen majeſtati vindicatio hæc competit primò & per ſe, nec facit
225 *l.* 1. quia aliud ſunt bona vacantia * & pro derelicto habita, hæc enim ſunt, ſi poſt certum terminum, & fructus proclamationes dominus inventus non fuerit, cùm bona vacantia dicantur, quando nemo eſt, ad quem de jure bonorum poſſeſſio devenire poteſt *l. 1. Cod. ſi lib.* 10. Hæc autem ſine dubio Fiſco vindicari ait *Leo in l. jubemus un. Cod. de præp. ſ. ſec. lub. lib.* 12. *l. 1. & l. vacantia Cod. de bon. vac. lib.* 10. *l. ſi quid. Cod. de bon proſcript.*

226 An hoc jus civitates municipales ſibi quærere poſſint? Pro affirm. facit, quod conſuetudo legem imitetur, quodq; poteſt fieri lege etiam poſſit conſuetudine, cujus non minor eſt vis, quam legis, *l. 2. Cod. quæ ſit long. conſuet.* lege autem hoc jus inductum eſt pro principe, ergo, ſed negatur ex ratione *l. fin. Cod. ſi contra jus vel util. cum Pereg. de jure Fiſci lib. 4. c. 3. Vult. 1. Feud. c. 5. n. 7.*
227 *Brunem ad l. 1.* Cod. *de ban. vac.* * quamvis autem bona vacantia aliquando caduca dicantur, in larga ſignificatione *l. 3. de his qui in teſt. del. l. dote de R. I. l. nupt.* propriè tamen caducum id dicitur quod alicui teſtamento relictum eſt ita, ut jure civili capere poſſit ſed ex aliqua cauſa non cæpit, ſicque hoc jure excidit, & tam ad legata quàm hæreditates pertinet, quæ ex l. Papia olim Fiſco vindicabantur, licet hodie ejusmodi legata apud hæredem maneant cum onere adſcripto *l. un. Cod. de Cad. toll.* nec fiant caduca niſi nullus alius extet hæres.

Aliquando tamen relicta, quæ pro non ſcriptis habentur ipſis ut indignis auferuntur quod fit, ſi ei relictum ſit qui defunctum occiderit, hic enim ab ipſius occiſi & omnium ejus deſcendentium ſucceſſione excluditur, *l. Lucius de jure Fiſci.* quod etiam obtinet in eo, qui cauſam mortis ipſi ſua culpa, præbuit, *l. 3. de his, qui ut ab indig. l. nihil intereſt ad l. Corn. de ſic.* hæcq; non tantum ad regalia ſpectant *ex conſtit. Frid. II. Feud.* 56. ſed etiam olim fiſco ceſſerunt, *l. Papin. §. meminiſſe. de in of. teſt.* adeo quidem, ut licèt juſſu patris cædes facta ſit ad fiſcum tamen bona occiſi veniant; *Cujac. 6. obſ.* 31. quidam hanc cauſam reſtringunt ad eum caſum, quo alius eſt in eodem gradu cum interficiente, ut allegat Sixt. *de regal. lib.* 2. *c. 10. n.* 54. *Bald. & Salicet. Cod. h. in l. hæred.* ipſe tamen Sixtinus contra eam judicatum refert. *n.* 56. ubi quidam fratres de Medda patruum occiderant aliis exiſtentibus in pari agnationis gradù fratribus, nec etiam refert an patris occiſi juſſu adierit hæreditatem homicida, imo patri quoque aufertur, ne ſcelere commiſſo ejusmodi juſſus ei proſit, *Pereg. lib. 2. t. 3. n. 2.*

Sed ſi ſubſtitutus cum hærede, qui cædem 228
commiſit, & Fiſco concurrat? Hic præferetur, *l. heres. Cod. de Imp. ſubſt. l. nu. §. cum autem Cod. de cad. toll. facit. l. ſi ſequens ad Syllan.* Idem dic, ſi quis teſtatorem cujus uxorem aut liberos interfecit, *l. his conſequenter* §. 1. *Fam. herciſ.* quod tamen ad fratres & agnatos occiſi non extendendum, cùm in d. & aliis legibus hoc cantum reperiatur.

Is quoque heres, qui defuncti necem inul- 229
tam reliquit, *l. neceſſarios. §. 2. l. cum fiſco l. ſi. ſequens ad Sylanian.* quod crimen ingrati heredis vocatur, *ex l. Cajus in fin. ad Sylan.* quòd tam in ſuis quàm extraneis, *l. 1. §. 3. d. t.* maſculis & fæminis, *l. ſororem l. propter §. neptis. ad Syllan.* non etiam in pupillis & minoribus; *l. ſi. ea. l. minoribus. Cod. de his quibus ut indignis,* imo ante necem per familiam factam ultam, apertura tabularum & aditio hæredi negatur, *d. l. ea.* 3. contra eum, cui nis relictum aperientem, *l. 2. §. Ex hoc eod.* eſt pœna 100. aureorum, *l. 52. §. 2. ad Syllan.* quæ etiam in minore non obtinet, cui ſuccurritur in delictis, quæ in omittendo conſiſtunt, *Pereg. de Jure Fiſc. lib. 2. t. 5. n. 15.*

Q. I. *Quid ſi autem minor accuſaverit & triu-* 230
phaverit, victus verò vel unus vel plures appellent, an minor appellationem proſequi tenebitur, & ob eam non proſecutam ſe indignum reddet?

Prius affirm. poſterius negatur, *in l. 16. Cod. h.* cùm plus peccet, qui plane non accuſat, quàm qui litem motam non proſequitur, & aliàs appellationem proſequi quis non teneatur, *l. 65. §. fin. de evict.* Alliud hic in majore *d. l.*

1. *l.* 51. *de contrah. Emptione.* quæ ad ambulandum & iter faciendum omnibus patent, ut proinde ab hoc loco alienæ ſint viæ privatæ,& ſervitutes tam urbanæ, quam ruſticæ, *tot. tit. ff. Cod. & Inſt. de ſervitut. urb. & ruſtic.* quæ privatorum agrorum vel ædium ſerviunt commoditatibus, cum in via publica cuique eundi Jus ſit, ſolum quoque publicum ſit, & nos ducat in civitatem, villam, coloniam, ad mare, vel flumen. cujus viæ latitudo *ex l.* 12. *tabular.* in porrectum octo ſunt pedes, in anfractū verò 16. *L. Vir §. de ſervit ruſtic.* & ratio eſt, quia octo pedibus eget vehiculum, ut commodè duci poſſit: 16. verùm ut in concurſu vehiculū verti & circumagi, ut unum alteri cedere poſſit,cùm opus eſt; ad quod duplo majus ſpacium requiritur, *Coraſ. de ſervit. n.* 115. *Capolla. de ſervit. ruſtic. cap.* 3. *n.* 3. Et hæc obtinent niſi conſuetudo, Populus, vel Dominus civitatis aliam latitudinem viæ publicæ (vel contrahentes viæ privatæ) majorem latitudinem deſignârint. In Francia tamen via regia lata eſſe ſolet 40 pedes: Viæ autem publicæ menſura non à porta civitatis, ſed à continentibus ædificiis principium ducit, *l.* 154. *de V. S.* A Principe ſummo autem in multis locis Princeps & ſtatus Imperii Jus hoc obtinuerunt, *qua de re infra in c. de civitat. Imperii n.* 59. Et poſſidentur viæ Jure regali non ſolùm quatenus omnes reditus, qui ex iis ad Fiſcum deveniunt, ſed Romanos, item ut eas muniant,& tutas reddant,& quatenus Imperatori Jus eſt corrigendi cives *Carpz. prav. crimin. p.* 2. *q.* 90. *n.* 15.

Tanta verùm habita fuit ratio harum viarum publicarum, ut Imperatores certos conſtituerint earum Curatores, qualem Generum ſuum Agrippam eſſe voluit Auguſtus *juxta Sueton. in ejus Vita.* Et Alexander Severus Romæ urbis regionum & viarum Curatores quatuordecim conſtituit, *ex Lampridio Sixtin. de regal. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 12. *Vide infra de liberis civitat. n.* 42. *latiùs.*

183 Quær. I. *An liceat effundere aquam vel alias immunditias in viam vel locum publicum?*

In privatum id non licere, niſi ſit ſervitus impoſita, certum eſt, *l. ſicuti §. Sticho, ſi ſerv. vindic.* In publico tamen ſecus eſt dummodo non noceatur uſui publico vel tranſeuntibus, aut in via exiſtentibus, *arg. l.* 2. *in princ. ne quid in loco publ. l.* 1. *de his qui effunderunt &c.* niſi aliud lege, conſuetudine, vel ſtatuto cautum ſit *Capoll. de ſerv. urb cap.* 68. *n.* 2.

Quæritur II. *An ſtercus aut fimum eodem modo in public. ejicere licebit?* 184

Id negatur, *per l. ædilis in fine de via publ. l.* 2. *§. idem aut. Ibi ſi ordo, ne quid in loc. publ. l. penult. quod vi aut clam.* Ita ut non tantùm ædiles; ſed etiam quivis de populo interdicto experiri potuerit *Capolla de ſervit. Urban. cap.* 48. *n.* 8. 10. 11. *& cap.* 78. *n.* 3. Et hinc fit, quod habens locum neceſſarium in urbe propter fœtorem, cum purgare debeat per noctem. *Capoll. de ſervit. Urban. c.* 63. *n.* 8. *& cap.* 28. *n.* 3.

Quæritur III. *Quid ſi venæ aureæ vel argenteæ in meo fundo ſint, ubi licitum eſt in meo eas quærere & fodere, an licitum etiam fodere ſub via publica, vel fundo vicini?* 185

Videbatur hoc negandum, quia fundus cuiq; ſuus liber eſt uſque ad cælum in altitudine & in profunditate, in alieno autem nihil Juris eſt alteri *l. altius Cod. de ſervit. l. qui luminibus de ſervit. urb.* Veriùs tamen eſt, quòd fodientes prohiberi non poſſint *l. cunctis Cod. de metall. lib* 10. Idque propter utilitatem publicam receptum eſt, ſi domini fundi non ſentiant læſionem in ſuperficie: Hoc tamen non obtinet, ſi vicinus & Dominus volunt ſimul fodere, quia hic inveſtigare in ſuo volens potior eſt, *Capolla. de ſervit. ruſt. cap.* 22. *n.* 4. Nihil contra prius dicta facit, quòd Dominus prohibere poſſit, ne quis ingrediatur, aut tranſeat per agrum ſuum, *§. fera. de R. D. L. per agrum. Cod. de ſervit.* quia ratio differentiæ eſt, quòd alienum agrum intrare in ſuperficie noxium ſit, quod non eſt, ſi ſub alieno agro quis fodiat.

Quær. IV. *An is, qui agit contra deteriatorem viæ publicæ, poſſit conſtituere Procuratorem?* 186

R. Diſtinguendo, aut agit pro privato ſuo Intereſſe & poteſt, *l. licet, princ. de Procurat.* Aut tantùm pro Intereſſe publico, & ante litem conteſtatam non poteſt, poſt eam poteſt, *l. ſi. quis pro eo. fin. de fidejuſſor.* Capoll. *dict. loc. n.* 75.

Quær. V. *An per viam publicam unicuiq; liceat ire, agere currum, ducere plauſtrum, trabem aut lapides &c.* 187

Affirm. *l.* 2. §. 1. *ne quid in loco publ. l.* 1. *de his qui effunderunt?* Nec id tantùm intelligendum de iis, quarum proprietas eſt publica, nunc Cæſaris, & uſus patet omnibus, ſed etiam quando proprietas eſt ſingulorum, uſus autem patet omnibus ut

Digitized by Google

ut eſt in ripis & Inſulis, prout ex commiſſione Sereniſſimi Lotharingiæ felic. recordation. Principis, Eccleſiæ Metropolitan. Colon. Decani, ego Commiſſarius aliquando deſignatus, ſuper controverſiâ ad Rhenum juxta Niel Pagum Coloniæ vicinum in ripa, quæ per alluvionem accreverat, ſatis ampla, uſurpaſſe vicinos Jus impellendi & paſcendi pecus ex oculari Inſpectione cognovi.

188 Quær. VI. *An etiam per locum & viam publicam liceat privato ducere aquam ſimpliciter vel per canales ligneos lapideos, aut plumbeos?*

Hoc negatur, niſi licentia Principis accedat *l. ſervitut. 3. publ. de ſervitut. Capol. dict. loc. n.* 24. Nec etiam licet privato facere ſcalas, ponticulum, hortulum vel vineam plantare, aut aliquid imponere, niſi permiſſu ſuperioris, *l. 2. princ. ff. ne quid in loc. publ.*

189 Quær. VII. *An via ſemel facta claudi poterit?*

Non hic eſt ſermo de via privata, ſed de publica, illa enim ut privatorum voluntate conſtituitur, ita etiam ab ipſis conſtituentibus claudi & annihilari poteſt, *arg l. nihil tam naturale de R. I.* Idem obtinet in via vicinali ex privatorum fundis conſtituta. Sin autem via publica ſit vel etiam vicinalis, de cujus collatione non exſtat memoria, ut jam pro publica habeatur, diſting. hæc à privatis claudi & tolli non poteſt, *l. 2. §. ait Prætor. & §. Prætor. ait ff. ne quid in loc. publ.* authoritate verò Principis, vel ejus, cui libera Reipublicæ adminiſtratio conceſſa eſt, poteſt, *l. ſervitutes §. public. de ſervitut. Capoll. dict. loco n. 28. & 29.*

190 Quær. VIII. *Quid ſi privatus clauſit viam, vel ita competit, ut uſui eſſe non poſſit, an licitum cuique propria authoritate clauſuram frangere?*

℞. Si eſt via privata, quam Dominus fundi per ſuum fundum ad locum vicinum ſuæ commoditatis cauſâ conceſſit, uti viam conſtituere, ita etiam claudere licet, cùm cuique liberum ſit in ſuo facere, quod libet *l. in re mandata. Cod. mandati.* Alius autem clauſuram facere, aut factam à Dominis frangere Jure non poteſt, niſi illa via etiam alteri Jure ſervitutis eſſet obnoxia, hocque caſu, ſi obex vel clauſura poneretur à Domino prædii ſervientis etiam conſenſu unius Domini Prædii alterius ſervientis, prædii ſervientis Dominus in

ſuo factum tollere poteſt & deſtruere, *l. quemadmodum. §. ſi projectum ff. ad l. aquil. l. ſi vitem. §. ſi ad. Cod. quod vi aut clam.* Si autem Dominus prædii ſervientis tantùm obicem ponat, Dominus vicini dominantis prædii obicem tollere non poteſt, quia non eſt in ſuo dominantis fundo, ſed Interdicto vel actione confeſſoria, &c. experiri debet. Si autem via foret publica, etiam interdicto locus eſſet, *Capoll. d. loco n. 29.* Si ſcilicet authoritas Superioris non intervenit. *add. infra de lib. civitat. n. 44. & ſeqq.*

XXIV. Sequuntur flumina navigabilia, & 191
ex quibus fiunt navigabilia: illa ita dicta, quòd Navigationi ſint apta, licet actu in iis nunquam navigatum ſit, ſicuti non navigabilia, in quibus vel navigari non poteſt, quod ob aquæ penuriam fit, vel quòd non ſint ſatis profunda, vel truncis arborum, aut ſaxis tranſitui non ſit locus, vel virgultis arborum ita concreta ſint flumina, ut navigiis iter non pateat, & in aqua, alveo & ripis omnia conſiſtunt. Sicut autem ea olim certi fuerunt Populi, *l. 12. de V. S. §. 2. de R. D.* Ita poſt legem regiam facta ſunt Principis, *Arniſ. lib. 3. de jure Majeſt. cap. 3. n. 2. in fin. Nud. diſſut. Feudor.* 11. *Th.* 4. cui uno actu dominium & Juriſdictio ejus acquiſita eſt. *Grotius de Jure belli. 3. n. 4. l. flumina in princ. de damno inf.* Eſt autem inter flumen & torrentem differentia, quod flumen ſemper fluat, torrens verò hyeme currit, æſtate aliquando exareſcit. Item magnitudine vel exiſtimatione circum jacentium diſcernuntur, *l. 1. §. 1. de flumin.* & in hoc Jus piſcandi & navigandi omnibus conceſſum eſt, cùm uſus ejus publicus ſit, *§. flumina. Inſt. de R. D.*

Q. I. *Quid ſi autem duo ſimul velint eodem tempore piſcari vel navigare, quis Potior?* 192

℞. Præventioni locum fore, ut in ſimili de duobus Plauſtris vel Rhedis ſibi in anguſta via obviantibus traditur, deferendum ei qui primo intravit, & hoc modo ſibi uſum appropriavit, ut in pari cauſa potior debeat conditio eſſe primò poſſidentis. Quòd ſi ſimul intrent, alii gratificationi locum faciunt, alii melius ſortis judicio rem definiendam eſſe cenſent, ſi verò flumen capax ſit ambarum navium & Rhedarum via una, alteri cedere debet, *cum Angelo Capoll. de Servitut. ruſtic. cap. 31. n. 6.*

Digitized by Google

Fritſch. *de Jure flum. n.* 234. *pag.* 18. Quamvis hac occaſione ſæpè lites & Jurgia gravia inter aurigas usque ad vulnera & cædes oriri ſoleant, dum ſe mutuis probroſis clamoribus laceſſunt, & à verbis ad verbera deveniunt, dum neuter obviantium currum retro vult ducere, & difficulter etiam poteſt: ubi ſi non conſtat de primo ingreſſu in viam, ex æquitate, qui majori onere gravatur, ei parci ſolet, ut Rhedæ onuſtæ cedat non onuſta, Rhedæ eques, equiti pedes.

193 QUÆST. II. *Quo remedio conſulendum, ei qui in flumine piſcari prohibitus eſt?*

℞. Præter interdictum, actionem Injuriarum eſſe contra impedientem, etſi ante domum ſuam propriam impedire vellet, *l.* 13. *§. fin. de Injur. l. nemo ad fin. de R. D.* Non obſtat, quod Piſcatio inter regalia referatur, *d. tit.* 56. quod privatis uſurpare ſine principis conſenſu non licet. ℞. Cum quibusdam non piſcationem ipſam ſed reditum aliquem ex Piſcatione regale eſſe, *Roderic. Suarez Conſ.* 1. *de uſu maj. n.* 11. Ideoque præſcriptio non patrocinetur prohibenti, *l.* 45. *de uſucap.* ℞. aliud eſſe in ipſo flumine & fluminis diverticulo. Et quid ſi quis in mari navigare aut navem exonerare prohibeatur? ℞. utile interdictum dabitur ex interpretatione & paritate rationis, *l.* 2. *§. ſi in mari. ne quid in loc. publ. junct. l.* 1. *Cod. de litt. & Itiner. cuſtod. Roderic. d. loc. ſub. n.* 14.

194 QUÆST. III. *Cur in flumine publico ædificare vetitum?*

Partim ob navigiorum partim ob agrorum commoditates id inductum, tam in flumine non navigabili quàm navigabili, *l.* 1. *§.* 2. *ne quid in flum. public. fiat*, & in navigabilibus potius Interdicto prohibitorio & reſtitutorio opus fuit, ne flumina conſtructione alicujus operis vel exareſcant vel minus copioſè fluant, adeoque graviora onera ſicut ante devehi nequeant, quando aqua ex alveo divertitur ad privatorum uſus, & ſic fit depreſſior; In non navigabili autem ſi non omnes priores, aliæ tamen militant rationes, accolentium ſcilicet incommoda, qui ab hæc flumina pecoris habent appulſum & aquam haurire pro irrigandis agris & hortis ſuis, nec non pratis, vel pro quotidiano familiæ ſuæ uſu habent, quam commoditatem per privatum intervertit, qui aquam inde in ſuum fundum educit & flumen exſiccat vel minuit, durum eſt, cui iniquam conditionem inferri injuſtum foret, quod multò magis obtinet, ſi quis flumen ejusvè curſum de loco priſtino & ſolito, in alium abducere intendat, adeò ut non tantùm præſentibus accolis, ſed etiam futuris Interdictum detur, etſi forté non interſit eorum, non habere aquam, ſi per hoc expoſiti ſint periculo Inundationis fluminis alveo alterato, quibus etiam timendum, quod aqua derivata per alluvionem, ipſorum prædiis aliquid ſucceſſivè detrahat, & vicino prædio adjiciat, cui periculo hoc interdicto occurrere, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, aut contra eum, qui ſuo facto damnum cauſat, judicio petitorio agere tutius eſt juxta concilium JC. Gaij, *in l.* 15. *qui deſtinavit* 24. *de R. V.*

Hinc ſi non directé ſed per indirectum curſus fluminis impediatur, ſcilicet catenam per flumen ducendo, naves angariando, nova Telonia & vectigalia à navigantibus exigendo, vel contra formam veterem ac uſitatam ea augendo, licitum non eſſe ſupra oſtenſum eſt; Idem interdictum meritò competit, prout cum anno 1351. Carolus 195
IV. ad complacendum Principibus Rhenanis, quorum ope ad Imperium evectus erat, ipſe & Filius ejus Wenceslaus dein multa nova telonia in diverſis Rheni locis poſuiſſet, non modò plurimi mercatores commeatum Rheni intermiſerunt, aliò deviantes, ſed & Argentinenſes circa ſuam urbem Rhenum lignis & catenis ita clauſerunt ut naves in biennium nec aſcendere, nec deſcendere potuerint, cumque Principes per hoc tam novi quàm veteris telonii proventu carere deberent, concordiâ cum Argentinenſibus initâ, contenti antiquis, novis renunciârunt referente Trithemio *in Chronic. Spanheim. anno* 1351. *pag.* 324.

QUÆST. IV. *An pro ſolo tranſitu per flumen domini Territorij aliquid licitè exigere poſſint?* 196

Pro affirm. militat. 1. *l. ſi quis pro uxore.* 21. *de donat. inter vir. & uxor:* ubi dicitur maritus ſolviſſe pro uxore vectigal, quod in itinere præſtari ſolet. II. Quòd viæ & flumina ſint populi Romani vel Principis & ejus ſuperioris, cui ei Princeps conceſſit; unde hi tanquam domini locorum videntur onus aliquod imponere poſſe *arg. l.* 8. *§.* 5. *ſi ſervit. vindic. l.* 21. *Cod. mand.* III. quia privatus prohibere poteſt, ne quis ſuum fundum ingrediatur, *d. §. fera. d. R. D. L. divus de ſervit. Ruſtic.*

Ruſtic. l. 3. §. 1. & 2. de acquir. rer. domin. ergo id etiam licet Principi & ei qui ex Principis perſona hæc loca habet, *arg. l. 3. in fin. ff. de offic. prætor. vid. Becht. de ſecur. & ſalvo conduct. concl. 68. & ſeqq.* IV. facit quòd ſæpè ſubditi per exactores & Stationarios ſint prohibiti, ne niſi ſoluta certa taxa navigarent vel tranſirent, cui prohibitioni navigantes & itinerantes acquieverant per tempus longiſſimum, & causârunt quod dominis Jus quæſitum ſit exemplo venationis, ut ſupra Reſerv. XXI. dictum, adeoque impoſterum eos ad ſolutionem arctare poſſunt, *arg. l. hac autem. 6. de ſervit. urban. juncta l. ſi quis diutina. 10. ſi ſervit. vind. l. 3. C. de ſervit. & aq.* V. ad dominos ſuperiores pertinet refectio, conſervatio & protectio fluminum & viarum, unde indemnem innocuumque tranſitum præſtare, & deprædatis damnum refundere tenetur, *Nov. 134. cap. 4. in fin.* ergo pro compenſa licitè aliquid accipere poſſunt. Traditur quoque ab hac neceſſitate ſolvendi Clericos eſſe immunes, ergo cæteri manent ſub neceſſitate, *arg. l. univerſ.*
197 *§. ubi. ea verò. Et l. 6. Princip. Cod. de vectigal.* E contra pro negativa facit Primò publicus fluminum & viarum uſus. II. Quod regulariter & naturaliter omnia loca tranſeuntibus ſint libera, *l. ſi locus. 14. quemadmodum ſervit. amitt.* III. Non obſtat, quòd vectigalia ſint licita, *q.* hâc à Pedagio & Paſſagio eſſe diverſa, cum illa ſint onus mercium hæc mercatorum & aliarum itinerantium perſonarum libertatem imminuant, nec à rebus ad perſonas facienda ſit extenſio, *Donel. 9. Commentar. 21.* Adhæc ſimplex perſonæ tranſitus ripas & vias non ita deteriores ut moles & vecturæ mercium aliarumque rerum, propter quas vectigal ſolvitur, *l. 2. §. 30. ne quid in loc. publ.* IV. Quod Jus commeandi per flumina & vias publicas ſit meræ facultatis, adeoque præſcriptionis incapax, *per l. 11. Cod. de ſervit. aq.* ubi via publica, nemo prohibendus. V. Si ſuperior jus hoc haberet, procederet vel ex juriſdictione, vel obligatione, vel ex ſervitute. I. Non ex juriſdictione, quia nec vectigalium exactio ex juriſdictione oritur, quamvis ſit juriſdictionis latiſſimè ſumptæ, *ut in l. 1. de juriſdict.* ſed ex ſpeciali conceſſione dependeat, qualia jura cum juriſdictione non tranſeunt *l. 1. de off. ejus.* Ac licet jus vectigalium adhæreat juriſdictioni, tamen hoc exorbitans à rebus ad perſonas extendi non debet, niſi de ſpeciali alio jure exigendi doceatur. II. Non oritur ex obligatione, quia percurrendo omnes obligationum modos hoc nullibi recenſetur, *l. obligamur. 52. de obl. & act.* III. Nec ex ſervitute, quia ut argumentatur JC. *l. 12. de ann. leg.* nec in realibus nec perſonalibus ſervitutibus conſtituta reperitur, quæ enumeratio ſpecierum ſufficiens eſſe videtur, non in rem, quia licet territorium exigentis ſuperioris pro dominante poſſit haberi, non tamen apparet res vel prædium ſerviens, quæ duo ad realem ſervitutem requiruntur *§. 3. de ſervitut.* Nec in perſonam, quia non oritur ex conſenſu ad eam requiſito, *l. 1. §. conventionis de Pactis.* Viatores autem ad hæc ſolvenda cogi ſolent. Adhæc ſervitutum natura eſt, non ut aliquid quis faciat, ſed patiatur aut non faciat, *l. quoties. 13. §. 1. de ſervitut.* Demùm navigantes portorio gravantur, *l. 5. princ. Naut. Caup. Stabul.* Demum in dubio pro liberatione potiùs quàm obligatione judicandum cenſet JC. *in l. Arrianus de obl. & act.*

QUÆST. VI. *An ſine conſenſu principis in flumine molendinum quis facere poſſit?* 198

Negatur *in l. 2. de flumin. Arniſ. lib. 3. de jure majeſt. cap. 3. n. 5. & 6. l. 24. de damn. infect.* cum per molendina curſus fluminis fiat deterior & periculoſior navibus & navigantibus, *l. unic. §. 2. & 3. ne quid in flum. publ.* nam & per molendinum particula loci publici occupatur, quod non licet in alieno, *l. 29. §. 1. ad l. aquil.*

Et ſi molendinum etiam exſtrueretur ſi in ripa fieret, eſſet vicinorum, quorum ripa eſt, 199
quoad proprietatem, ſi à ripa ſeparatum, foret ejus, cujus eſt flumen ex regula, quod ædificium cedat ſolo, ſive hæc molendina aquatica ſint ſive ventoſa, cum eadem ubique ſit ratio, prout & ſuperficies ſolo cedit.

QUÆST. VII. *An is, cui in flumine vectigal conceſſum eſt, mutato fluminis curſu, novo loco vectigal jure exigat?* 200

Pro negativa quidem allegari poteſt, *l. 5. §. 2. de aqua quotid. & l. 25. quibus mod. uſus amitt.* hac ratione quod flumine mutato per elutionem novi alvei prior alveus fiat privatorum, *§. 27. de rer. diviſ.* nec liceat vectigal de loco in locum transferre. Verùm affirmativa placet, quia vectigal non alveo ſed flumini fuit impoſitum, & alveus fluminis, non flumen alvei conditionem ſequitur.

Digitized by Google

quitur, *l. 7. §. 1. de R. D.* ac licet flumen Alvei conditionem ſequatur, non tamen deſinit eſſe flumen, ſed novus alveus nomen aſſumit fluminis, & fit publicus, uti eſt ipſum flumen, *l. 28. §. de condit. & demonſtr.* unde ex tali caſu non recte vectigalis ademptio infertur, *arg. l. 24. §. 14. de fideicom. lib. 16. qui & à quibus manum. Capoll. cap. 34. n. 5.* Non obſtat ſupra allegata *l. 3. §. 2.* quia loquitur de ſervitute aquam ducendi, quæ ex prædii ſervientis conditione mutato curſu mutatur, quod non contingit in flumine per mutationem alvei, ubi manet idem, qui ante fluvius.

Si impetu fluminis, fortè continuis imbribus excreſcentis, fractis repagulis, trabis vel ligna ad alia loca deferantur, aut ab aliis piſcando acquirantur à vicinis.

201 Q. VIII. *An eorum reſtitutio peti poſſit?*

℞. Affirm. *per l. 5. §. 1. de rer. diviſion. l. 9. §. de damno infect.* ubi textus de rate non rectè fortè alligata ripæ, vi fluminis in alienum agrum delata reſtituenda, quamvis, ſi vicinus in lignis extrahendis & conſervandis expenſas fecit, damnumque agro illatum ſit, ex æquo & bono id reparandum ſit, ſi enim Princeps damnum à feris agros devaſtantibus, ſata & ſegetes depaſcentibus, reparare tenetur, *Geil. 2. obſ. 68. n. 20. Sebaſt. Med. de venat. p. 1. q. 1. n. 8.* Cur non ſimiliter hoc? idque etiam obtinet, etſi in alieno territorio occupatio facta ſit, ut reſtitutio petenti non ſit neganda, niſi res eæ habitæ fuerint pro derelicto, quod præſumitur, ſi longiſſimè ſint exceptæ, & aliquod temporis ſpatium præteriit ſine repetitione, conſuetudo tamen attendenda, & in quibusdam locis receptum eſt, ut pro labore extractionis ligni dimidia vel quarta pars extrahenti cedat.

202 XXV. Nunc de regali Portûs, cujus mentio fit, *2. Feud. tit. 56.* Definitur, *in l. portus de V. S.* quòd ſit locus concluſus quo importantur merces, indeque exportantur, Sixtin. *de regal. lib. 2. c. 4.* dictus à portando & exportando. Statio etiam dicitur, cum munita ſit ad recipiendum naves, *l. 1. §. 13. de flumin.* ut merces cum rebus ibi tutæ ſint, vulgò Pack-Häuser/portuum autem eadem eſt ratio, quæ fluminum, imò tantò magis inter regalia referuntur, quantò maioribus, ſive ad muniendum, ſive ad defendendum indigent ſumptibus, & publici dicuntur, *in l. ad Portus Cod. de oper. publ. §. flumina de R. D.* Nec minus ut Portus, ita etiam portoria ipſa ſive vectigal ex portu proveniens ad regalia ſpectat, cujus mentio fit *in l. 3. Cod. de vectigal. l. inter publica §. fin. l. in l. cenſoria de V. S.* qui autem portorium exigebant, portitores dicebantur, & communi voce Publicanorum continentur, *l. eum quem de V. S. l. 1. §. publicani, ff. de publican. & vectigal.*

Siti autem ſunt portus alii ad littus, alii ad fluminis oſtia. *§. 3. inſt. de R. D.* prioris generis 203 ſunt Venetorum, Marſiliis, Coroniæ ſive Landſ-Kron in Dania; Oſtia autem dicuntur exitus fluminum ut juxta Lubecam & prope Roſtochium, quorum finis eſt navibus & mercibus præſtare ſtationem, ut à tempeſtatibus tutæ ſint, & à Pyratarum incurſionibus ſalvæ, dum non tantum anchoras jacere & eo refugium ſumere poſſunt, ſed etiam merces deponere in den Pack-Häusern iis licet, ſuntque iſti alii naturales, alii artificiales; naturales, quos natura loci effecit ut in conſpectu habeant promontoria, quibus fluctus franguntur, ut ſunt in Sicilia Meſſinæ, & in Gallia Marſiliis. Alii artificiales, quos ars contra ventorum & undarum procellas ſtruxit, & glaciem aliasque injurias avertit, ut ſunt Palermi in Sicilia, & in Italia Genua, item Portus Hoſtenſis à Julio Cæſare ob difficultates ſæpe ſtrui omiſſus, à Claudio verò perfectus. *teſte Sueton. in Vita Claud. Imper. c. 19.* Et quia res hæc eſt ſumptuoſa, omnes cives conf[illegible]r e debent ad exſtructionem & reparationem. *l. 7. ubi Brunnem.* cum nec ſordidum nec perſonale munus ſit; *l. 7. Cod. de SS. Eccleſiis*, quin & peregrini appellentes, *Brunnem. dict. loc.* Quia autem jus portus ex Sanctione ſuperioris oritur, ideo etſi collapſus, & vi fluctuum fortè dirutus fuerit, tamen portus manet, ejusque privilegia inconcuſſa ſunt, *facit l. 20. §. de ſervitut. urban. prædior. juncto cap. cum ex injuncto. extr. de novi oper. nunciat.* Et ſicut commerciorum uſus ſocietati humanæ conſervandæ neceſſarius eſt, ita pro eorum libero curſu, nevè impediatur, uſus portuum minimè negandus, ob quorum prohibitionem inter Megarenſes & Athenienſes aliquando gravia orta bella, ut & inter Bononienſes & Venetos, Caſtellanos & Americanos tradunt veteres, & poſteriores hiſtorici: hoſtes porrò iis excludere & admiſſos expellere, ratio ſuadet, Grotius *de J. Belli & Pacis. lib. 3.*

Idem

Digitized by Google

Idemque & de eorum confœderatis eſt judicium. Grot. *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 13. nec aliud de Pyratis ſentiendum, quibus appellentibus ne quidem permittendum bona ſpoliata vendere aut permutare, ſed ea rapta in utilitatem læſorum, ſi ſua eſſe probent, reſervari & reſtitui oportet.

Quin naves ad portum appellentes angarias præſtare debeant, non videtur dubium, & id innuit *l.* 4. *§.* 1. *ff. de Veli.* Sed ſi naves in angariarum præſtatione diripiantur ab hoſtibus, aut deteriorentur, an damnum hoc à Principe cui ſolvuntur, refundendum? diſtinctione hic opus, vel loquimur de nave ſubditi, vel exteri, ſi ſubditi, vel lege ſpeciali ei hoc onus impoſitum eſt, & non poterit reſtitutionem juſtè petere: aut navis à Principe juſta mercede conducta interiit, & Princeps vel Dominus non tenetur ad hunc caſum fortuitum, prædonum & hoſtium incurſum, *l.* 15. *§.* 2. *locat. juncta l.* 23. *de R. I.* idemque obtinet in exterorum navibus ad præſtandas angarias conductis, Sixtin. *de regal. l.* 2. *c.* 15. *n.* 77. Circa verò vel ante ingreſſum, cum per eum ingrediens jurisdictionem portus profiteatur, id receptum, ut dimiſſione velorum vel tormenti exploſione adventum vel loco ſalutationis, vel inſignum lætitiæ ex felici adventu in portum conceptæ, id conteſtetur, quà de re latius *in cap. de collegio Princ. poſt n.* 69.

Portuum autem horum, ſtationum ac domuum publicarum neceſſitas maximè ſe offert in locis, ubi in mare flumen influit, & magnis navibus è mari in flumen merces in alienas regiones deferuntur, cum enim mare graviora pondera ferre & ſuſtinere poſſit, quàm flumen, quia aqua illa ob ſalſedinem craſſa, dulcis autem & fluvialis ſubtilior, ideo in mare non tam profundè navis demergitur, uti in flumen eodem etiam pondere onerata, cujus rei experimentum facile colligere licet ex hoc, quod ſi vas cereum ore obſtructo mittatur in aquam ſalſam per horam, deinde extrahatur, invenietur oppletum dulci, quæ illius poros penetravit, cum ſit pondere levior & facile penetrabilior, ſimiliter ſi ſal attritus injectus aquæ dulci, diſſolvatur, quod in ea ovum projectum non demergatur, ſed natet ob craſſitiem, cùm tamen ovum injectum aquæ dulci mergatur, hinc fit, quòd maris & aquæ ſalſæ craſſitudo magnarum navium pondus admittat, nec ea tam profundè mergantur, quæ naves cum mercibus in flumine profundius demergi ſolent, usque ad fundum alvei, ut eas exonerare pro parte neceſſe ſit, ut proinde hinc portuum utilitas appareat, ubi merces exoneratæ in tuto collocantur, donec aliquando tres naves onerentur mercibus, quas ûnica in mari ſuſtinere & vehere poterat.

XXVI. Ripatica, regale, à ripa dicuntur, 204 quæ flumen continet, & à littore differt, quod hoc mare ambiat, & uti mare commune ſit, hæc vero flumen & in uſu communis ſit, proprietas verò privatorum, *§. riparum de R. D.* cujus ratio in promptu eſt, licet enim ripa proxima flumini quæ flumen immediatè ambit, & non niſi à flumine cogitatione ſeparari poteſt, publica ſit; ſicut ipſum flumen, illud tamen ripæ ſpacium, quod eſt à flumine usque ad agrum privatum vicinorum, ideò partim publicum eſt quoad uſum ſcilicet, partim privatorum, quoad proprietatem, quia ripa partim ex vicinis agris coaleſcere cenſetur, partim fluminis fundum occupavit, unde ratio naturalis dictat, ut ſicut ex utraque coaleſcit, ita utraque ſuo modo acquiratur. Unde conſequens eſt, quod vicinus proprietarius ripæ, in ea tamen non poſſit facere, quod ei libet uc alii domini in re ſua, in qua habent dominium plenum, quod hi non habent, ſed deducto uſu publico prout uſufructuarii vel uſuarii conditionem non poteſt proprietarius reddere deteriorem, *l. ſed etſi.* 15. *§. proprietarius.* 6. *de uſufruct. juncta l. penult. & final. de uſu & habitatione. l. ſi item. §. ſi ad januam. ff. ſi vi aut clam. l. de pupillo. §. meminiſſe de novi oper. nunciat.* in *Capoll. de ſervit. ruſt. cap.* 36. *n* 6. Sic nec proprietarius ripæ aliquid aliud in ea facere debet, per quod impediatur iter pedeſtre vel navigatio juxta flumen, per quod homines vel equi ſolent trahere funes cum navibus, piſcatores ſiccare retia, caſam ponere, in quam ſe recipiant, & defendant contra injurias aëris, tam æſtate quàm hyeme, & aliis temporibus per diem & noctem, *l.* 1. *§. ſi pedeſtre. de flumin.* nec ut uſus piſcationis impediatur, ſi ſolitum erat piſcari, *l. riparum. de R. D. Capoll. de Serv. ruſt. c.* Sic etiam ſi ripa fluminis meo prædio adhærens, ita naturaliter eſt comparata ut aqua ad meum fundum impellatur, ut poſſim ad meum molendinum vel ciſternam aut cloacam

Digitized by Google

cam aquam ducere, non poteſt mutata forma curſus alio derivari. Cæpoll. *de ſervit. ruſtic. cap. 36. n. 11.* Prout nec ex populo unus in ripa novum opus facere poteſt, ſed ſi fecerit, vicinus factum in proprio deſtruere licet: *d. l. quemadmodum.* §. *1. ad l. aquil.* Planè ſi vel unus de populo vel vicinus pro ripæ conſervatione & melioratione citra ullius præjudicium quid facere velit, non eſt impediendus ex ratione *l. ſolvendo. de negot. geſt:* quòd conditionem publicam & privatam alterius facere liceat meliorem non deteriorem.

205 Quòd in eos, qui Nili aggeres rumpunt, conſtituta ſit pœna ignis in eo loco, quo quis deliquit, traditur *in l. unic. Cod. de Nili agger. non rump.* Hæc tamen ad eos qui ripas aliorum fluminum convellunt ſine lege non eſt extendenda propter graviſſimum detrimentum, quod ex aggeribus Nili ruptis in publicum redundat.

206 Quamvis ſimilem mereantur alii maritimorum aggerum, & celebriorum fluminum aggeres rumpentes, unde ſæpè deſolationes Provinciarum, & inundationes tam perpetuæ quàm temporales cum irreparabili jactura infinitorum hominum pecorum & animalium ac ſplendidiſſimorum ædificiorum, Pagorum & Urbium oriri ſolent, ut proinde in tales exemplariter procedendum ſit, quò alii à tali pernicioſo auſu deterreantur: pœna quoque arbitraria eos manet, qui arbores aggeres conſervantes excidunt, *Capell. de R.D. cap. 37. n. 7. & 8. Bruneman. ad l. unic. Cod. de Nili agger. non rump. in fine.*

Quod ſi autem vendatur à proprietatio agger vel fundus flumini vicinus ripa etiam, ejusve proprietas tanquam appendix ejus vendita cenſetur, ideoque & arbores earumque fructus emptoris fient. *l. ergo* §. *2. de acquir. rer. dom.* §. *riparum. & l. riparum de R. D.* Capoll. *de ſervit. ruſtic. c. 36. n. 6. facit l. 3. de flumin.*

207 Quia vero riparum uſus publicus eſt, peculiaris etiam olim conſtitutus fuit, qui riparum Comes dictus fuit, *Pancirol. in comment. ad not. occid. Imper. cap.* 8. Unde non eſt mirum quòd inter regalia reſervatur à Frid. 2. F. 56. Idque etiam intelligendum de proventibus & commodis, quæ occaſione riparum percipiuntur, *Sixtin. de reg. lib. 2. c. 5. n. 9. Vult. de feud. cap. 5. n. 7. Verſ. ſi ripatica.* quod privato non competit, niſi ex conceſſione Principis: Hæc tamen aliqui ripatica dici volunt, quæ in diverſis Rheni locis Principes habent, ubi certum quid præſtatur pro trajectione, quæ navi fit ab una ripa ad alteram, per quam cum ipſæ ripæ fiant deteriores, reparatio requiritur.

QUAEST. I. *An rectè ripaticum etiam à peregrinis tranſeuntibus exigatur pro reparatione eorum?* 208

Id affirm. & ne ſola iſta onera ſuſtinere cogantur, domini temporales communi contributione, cives & incolæ aut Principes ex ærario, ſi autem ripæ vel pontes neceſſario exſtruendi vel reficiendi, ex ordinariis verò proventibus ſumptus non ſufficiant, pedagia exigi poſſe, tradit Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 77. n. 21.* unde etiam antequam pontes fiant, & ripæ muniantur, aut reparentur, collectas indici videmus, quæ in earum conſervationem impenduntur, ut adverſus impetus & inundationes aquarum & tempeſtates, glaciem, imbres & ventos tam illi pontes quàm hæ ripæ conſerventur, ita tamen ut modus minimè excedi debeat, quorum exceſſuum meminit Capitulatio Ferd. III. Anno 1620. & Leopold. Anno 1662. aurea ſane ſi uſu ſervaretur, *in l. 7. Cod. de SS. Eccl.* ita ut omnes ad reparationem teneantur, *add. infr. de lib. Imper civit. n. 47.*

QUAEST. II. *An autem ad evitandam ſolutionem ripaticorum, poſſit quis licitè flumen de una ripa in aliam tranſire, ut nec ponte, nec navi adhoc utatur?* 209

Movet Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 5. n. 16. & fin.* quod alii affirmant ab illo citati: negant alii *per l. fin.* §. *dici. de public. l. qui Fiſcales. Cod. de navic.* ipſe vero conſuetudinem loci attendendam cenſet.

QUAEST. III. *An forenſes etiam, qui agros poſſident in diſtrictu civitatis, ubi ripa munienda, vel pontes ſtruendi, ad hoc collectari poterunt?* 210

Affirm. *per l. ſicut ibi Viarum de Vac. & excemun. l. 24.* §. *2. de mun. & honor. p. l. 7. Cod. de SS. Eccl. Fritſch. de repart. viæ publ. cap. 14. n. 25.*

XXVII. De Reſervato Vectigalium, ſatis dictum *ſupra hoc cap. de regalibus. quæſt. 20. & ſeq. add. Sixtin. lib. 2. cap. 6. per tot.*

QUAEST. I. *An Vectigal in pecunia præciſè vel pars ex ipſis rebus præſtanda ſit?* 211

Prior ſententia communior eſt *l. 4.* §. *2. de publ. juncta l. 3. Cod. eod. Sixt. lib. 2. cap. 6. n. 80.* & con-

Digitized by Google

& contraria ſententia nautis furandi occaſionem facilem præbere poſſet.

212 QUÆST. II. *Qualis autem aurea, argentea, vel currens*; ſolet Princeps determinare.

213 QUÆST. III. *An nauta, ſi errore viæ vel ventis impulſus à via in devium deferatur portum, ejus loci vectigal ſolvere teneatur?*

℞ Cum Brunnem. *ad. l. 6. Cod. de vectigal.* aliquid pro ſecura ſtatione & gabella præſtandum, *Grot. l. 2. cap. 2. §. 15. pag.* 81.

214 XXVIII. De regali monetandi agetur infra in *c. de liber. Imper. civit. n.* 61. *& ſeq.* Et ſic Conſtantinus Magnus monetas vocat ſuas, hoc eſt regias, *l.* 2. *Cod. de fals. monet*: Sicque Otto Friſing. de moneta Ungariæ ait quòd nullùs in tam ſpatioſo ambitu monetam habere audeat, unde Philippæi etiam habentes imaginem Philippi Regis Maced. dicuntur, de quibus *in l. quintus.* 27. *§. cui legatum in fin. de auro & argent. legat.* quod tamen ad Philippum Imper. qui diu poſt illum regem vixit, non eſt trahendum, unde minus Philippus Imper. primus monetæ auctor dici poteſt, quæ ante ſæcula fabrifacta *legitur apud Plinium cap.* 39. prout & Chriſtus, ut Judæos ſuæ ſubjectionis convinceret, inquit: Oſtendite mihi numiſma Cæſaris, qui cum offerrent denarium cujus imago eſſet quærenti ipſi Cæſaris eſſe reſponderent, date igitur (inquit) quæ ſunt Cæſaris Cæſari, *Matth.* 22. conſtat adhæc pecuniam ad emptionem requiſitam tanquam ejus ſubſtantiale; *§. pretium de empt.* Juris gentium eſſe, & republica Romanâ longè antiquiorem, §. 2. *in fin. v. ex hoc jure gentium de jure naturali.* ut probat Pinell. *ad rubr. l. 2. Cod. de reſcind. vend. part.* 1. 2. 27. *& ſeq. ex cap.* 17. *Geneſ. c.* 23. *v.* 15. *Jerem.* 32. *v.* 10. *Covar. veter. coll. numiſ. c.* 1. jure tamen noſtro à Summo Principe ſignari, vel cui ipſe conceſſit, adeoque juxta d. Chriſti eſſe Principis.

215 Aliàs primò pecuniam in ære ſignatam tradit Macrob. & Ovid. in Faſtis iſtis verſ:

Æra dabant olim melius nunc nomen in auro eſt
Victaque conceſſit priſca moneta novæ.

Poſtea argentum ſignatum eſt anno ab urbe condita 585. Fabio Conſule V. ante primum bellum Punicum, cujus notæ fuere bigæ & quadrigæ, ab alio verò latere caput Conſulis: demum aureus Principis imaginem continens, *Covar. d. loco. Cho-*
216 *chier. in face hiſt. cent.* 1. *c.* 77. * quod verò aliquando ſignata fuerit in corio, id evenit ex neceſſitate ærario Principis vel Reipubl. per bella exhauſto, prout in Belgio cùm Hiſpani civitates obſiderent, annis ſuperioribus bello Hiſpanico intricati deficiente ordinaria & recepta pecunia, exqua militibus obſeſſis ſtipendium perſolvendum eſſet, ænea, ſtannea, coriacea, imo ſubinde chartacea, pecunia à Commendanti loci ſignata fuit, cujus pretium à magiſtratu loci conſtitutum longè valorem materiæ exſuperans erat, ex qua conſtabat; quâ militibus ſatisfactum, ne rebellarent, & aut liberata urbe, aut eadem dedita à fœderatis Ordinibus extraordinarius quæſtor conſtituebatur, qui pro illa novâ ac nullius propè valoris redderet currentem juſti valoris monetam, *V. Arnis. de J. maj. c.* 7. *n.* 5. *pag.* 46.

Sicut autem cætera jura Majeſtatis, ita & 217
hoc Princeps habet, ita ut in poteſtate Principis ſit mutare pretium modò plenam & abſolutam poteſtatem habeat, niſi redundet in damnum reipubl. aut præjudicium ſubditorum, *Matth. Steph. de jurisd. c.* 2. *n.* 2. quod enim in alterius vergit præjudicium & jure naturæ illicitum eſt, nec Princeps facere poteſt, & graviter reprehenditur Rex Arragoniæ ab Innoc. IV. quod populi conſenſu irrequiſito juraſſet monetam patris, quæ usque adeo deminuta erat, ut grave eapropter ſcandalum in populo generaretur, conſervare, *c. quanto. ubi Gloſſ. de jurej. Arniſ. de J. Majeſt. c.* 5. *n.* 5. *pag.* 433. unde Leo Imp. in nov. 52. deminutionem monetæ velut morbum Principi fugiendam dicit, prout nec leges condere nec pœnas cum ſubditorum pernicie, quæ tamen jura Majeſtatis ſunt, Principi licet mutare, vel tollere, pro libero arbitrio.

XXIX. Sequuntur *lib.* 2. *t.* 56. *Feud.* mul- 218
ctarum pœnarumque compendia. In utriusque eadem quidem ratio eſt ſalutis reipubl. ne delicta maneant impunita, *l.* 51. *ad l. aquil. c. ut. fama. de ſent. excom.* cum enim ea ſit hominum improbitas, ut præmiorum promiſſione multi à malo ad bonum non inducantur, neceſſe eſt pœnarum irrogatione, in quibus duobus juſtitia diſtributiva conſiſtit, *l.* 1. *§.* 1. *de J. & J.* nè ſcilicet leges ſint contemptui & reſpublica peſſum cogatur ire, inter probos quoque & improbos tuta maneat innocentia, melius quidem eſſet flagitia impedire nè committerentur, nè oriatur hæc pœnarum & mulctarum neceſſitas: Sicut melior cenſetur Medicus,

Digitized by Google

rat, titulus tamen per Procuratores & conductores prædiorum Principis publica Principis authoritate adſcribi debet, ne quid in præjudicium provincialium tenetur, *l. 3. Cod. h. junct. l. fin. Cod. eod.*

124 Ac licet Bodin. 1. *de republ. cap. ult.* bona vacantium, quæ hærede deſtituuntur; ad jura Majeſtatis pertinere neget, ſed à quovis vindicari poſſe ſentiat, *per l. 1. pro derelict.* ſoli tamen majeſtati vindicatio hæc competit primò & per ſe, nec facit

125 *l. 1.* quia aliud ſunt bona vacantia * & pro derelicto habita, hæc enim ſunt, ſi poſt certum terminum, & fructus proclamationes dominus inventus non fuerit, cùm bona vacantia dicantur, quando nemo eſt, ad quem de jure bonorum poſſeſſio devenire poteſt *l. 1. Cod. ſi lib.* 10. Hæc autem ſine dubio Fiſco vindicari ait *Leo in l. jubemus un. Cod. de præp. ſ. ſec. lub. lib. 12. l. 1. & l. vacantia Cod. de bon. vac. lib.* 10. *l. ſi quid.* [*Cod. de bon. preſcript.*

126 An hoc jus civitates municipales ſibi quærere poſſint? Pro affirm. facit, quod conſuetudo legem imitetur, quodq; poteſt fieri lege etiam poſſit conſuetudine, cujus non minor eſt vis, quam legis, *l. 2. Cod. quæ ſit long. conſuet.* lege autem hoc jus inductum eſt pro principe, ergo, ſed negatur ex ratione *l. fin. Cod. ſi contra jus vel util. cum Pereg. de jure Fiſci lib. 4. c. 3. Vult. 1. Feud. c. 5. n. 7.*

127 *Brunem ad l. 1.* Cod. *de bon. vac.* * quamvis autem bona vacantia aliquando caduca dicantur, in larga ſignificatione *l. 3. de his qui in teſt. del. l. dote de R. I. l. nupt.* propriè tamen caducum id dicitur quod alicui teſtamento relictum eſt ita, ut jure civili capere poſſit ſed ex aliqua cauſa non cæpit, ſicque hoc jure excidit, & tam ad legata quàm hæreditates pertinet, quæ ex l. Papia olim Fiſco vindicabantur, licet hodie ejuſmodi legata apud hæredem maneant cum onere adſcripto *l. un. Cod. de Cad. toll.* nec fiant caduca niſi nullus alius extet hæres.

Aliquando tamen relicta, quæ pro non ſcriptis habentur ipſis ut indignis auferuntur quod fit, ſi ei relictum ſit qui defunctum occiderit, hic enim ab ipſius occiſi & omnium ejus deſcendentium ſucceſſione excluditur, *l. Lucius de jure Fiſci.* quod etiam obtinet in eo, qui cauſam mortis ipſi ſua culpa, præbuit, *l. 3. de his, qui ut ab indig. l. nihil intereſt ad l. Corn. de ſic.* hæcq; non tantum ad regalia ſpectant *ex conſtit. Frid. II. Feud. 56.* ſed etiam olim fiſco ceſſerunt, *l. Papin. §. meminiſſe. de in of. teſt.* adeo quidem, ut licèt juſſu patris cædes facta ſit ad fiſcum tamen bona occiſi veniant; *Cujac. 6. obſ.* 31. quidam hanc cauſam reſtringunt ad eum caſum, quo alius eſt in eodem gradu cum interficiente, ut allegat Sixt. *de regal. lib. 2. c. 10. n. 54. Bald. & Salicet. Cod. h. in l. hered.* ipſe tamen Sixtinus contra eam judicatum refert. *n. 56.* ubi quidam fratres de Medda patruum occiderant aliis exiſtentibus in pari agnationis gradu fratribus, nec etiam refert an patris occiſi juſſu adierit hæreditatem homicida, imo patri quoque aufertur, ne ſcelere commiſſo ejuſmodi juſſus ei proſit, *Pereg. lib. 2. t. 3. n. 2.*

Sed ſi ſubſtitutus cum hærede, qui cædem commiſit, & Fiſco concurrat? Hic præferetur, *l. heres. Cod. de Imp. ſubſt. l. un. §. cum autem Cod. de cad. toll. facit. l. ſi ſequens ad Syllan.* Idem dic, ſi quis teſtatorem cujus uxorem aut liberos interfecit, *l. his conſequenter §. 1. Fam. hercisc.* quod tamen ad fratres & agnatos occiſi non extendendum, cùm in d. & aliis legibus hoc cantum reperiatur. 128

Is quoque heres, qui defuncti necem inultam reliquit, *l. neceſſarios. §. 2. l. cum fiſco l. ſi. ſequens ad Sylanian.* quod crimen ingrati heredis vocatur, *ex l. Cajus in fin. ad Sylan.* quòd tam in ſuis quàm extraneis, *l. 1. §. 3. d. t.* maſculis & fœminis, *l. ſororem l. propter §. neptis. ad Syllan.* non etiam in pupillis & minoribus; *l. ſi. ea. l. minoribus. Cod. de his quibus ut indignis* imo ante necem per familiam factam ultam, apertura tabularum & aditio hæredi negatur, *d. l. ea.* 3. contra eum, cui nis relictum aperientem, *l. 2. §. Ex hoc eod.* eſt pœna 100. aureorum, *l. 52, §. 2. ad Syllan.* quæ etiam in minore non obtinet, cui ſuccurritur in delictis, quæ in omittendo conſiſtunt, *Pereg. de Jure Fiſc. lib. 2. t. 5. n. 15.* 129

Q. I. *Quid ſi autem minor accuſaverit & triumphaverit, victus verò vel unus vel plures appellent, an minor appellationem proſequi tenebitur, & ob eam non proſecutam ſe indignum reddet?* 130

Prius affirm. poſterius negatur, *in l. 16. Cod. h.* cùm plus peccet, qui plane non accuſat, quàm qui litem motam non proſequitur, & aliàs appellationem proſequi quis non teneatur, *l. 65. §. fin. de evict.* Alliud hic in majore *d. l.*

Y Q. II

231 Q. II. *Quid ſi autor cadis ignotus ſit & inquiri nequeat?*

℞. Pœnam hanc ceſſare, cum lex neminem obliget ad impoſſibile, *Petr. Greg. lib. 49. t. 9. Brunnem. per l. 7. & 9. Cod. h.* ſi tamen poſt aditionem innotuerit vel cognoverit, accuſare debet *l. 9. Cod. h.* nec opus eſt ſemper ante aditionem vindicare, ſed ante eam quæſtio habenda de familia, *l. 3. eod.* & poſtea priùs accuſatio inſtituenda.

232 Q. III. *Si verò hæres in accuſando ab alio fuit præventus?*

Ut ſi ſoror mortem mariti vindicavit, ut uxor heres adita hereditate non ſit in mora nec rurſus accuſare poſſit, *arg. l. 2. §. 24. ad* S.C. *Tertul.* ceſſare pœnam, probat *l. ſororem.* 10. *C. h.*

233 De conſuetudine tamen hanc pœnam ceſſare, ait Tolerius citatus â *C l. 10 §. fin. q. 79. n. 2. Pereg. de J. Fiſc. lib. 2. c. 5. in fin. Bach. ad Weſenb. d. S. Syllan.*

234 Quia autem heres parans accuſationem ante aditam hereditatem nihilominus tranſmittit. An mora heredis nocebit legatariis & ſervis, quib⁹ libertas iſto teſtamento relicta eſt: quod negatur, quia culpa & mora cuiq; ſua nocere debet non alteri *l. 11. Cod. h.* unde fit I. quòd is, qui ob metum pœnæ non adit, tamẽ hereditatem non aditã tranſmittat. II. quòd ſtatim omnis utilitas legati ſpectet ad legatarium, ne dilatio legalis ei damnoſa ſit.

IV. Refert quidem Tacit. *lib. 13. & 14. ex hoc S. C. Syllan.* cùm urbis præfectus domi ſuæ occiſus eſſet, aliquando 400. ſervos ad cædem raptos ſine ætatis & ſexus diſcrimine, & ut ipſe refert, etiam hos quorum non dubia innocentia erat, tamen pro-
235 pter legis abuſum * non eſt culpanda ipſa lex, cum ut ſæpe leges ex malis oriuntur moribus, ita ex legum abuſu plurima redundare mala non ſit inuſitatum.

236 V. Nec minus libertus, ſi Patronum detulit illicitæ negotiationis, indignum ſe reddit relictis legatis *l. l. de his quib. ut indig.* ac licet utile ſit reipublicæ talem deferri & præmium mereatur, ac mercedem, pars quoq; delatori attribuenda foret, non tamen meretur hanc libertus liberalitatem, tanquam ingratum terræ pondus. Non obſtat *l. 5. §. fin. Eod.* ubi omnes ii, qui ut indigni repelluntur, etiam â præmio ſubmoventur? ℞. legem loqui, de illo præmio, quod eſt pars legati, ſecus de eo, quod alius deferens conſequitur per rempubl. cui ſua delatione profuit. Huc ſpectat, qui defunctum gravis delicti reum fecit, aut ei ſtat⁹ controverſiam movit. *l. 1. & 9. ff. d. t.* Alias cauſas vide apud *ſæpe d. Sixtin. de regal. h.*

XXXI. Bona quoq; contrahentium inceſtas 237
nuptias non tantùm per *d. conſtit. Frid.* ſed etiam ante eam inter regalia relata fuiſſe, inde colligitur, quòd & olim pœna fuerit publicatio bonorum. *Nov. 22. §. ſancimus. 5. ſed ut in novis conſtit. continetur.* additur, *in c. un. feud. 56. id eſt in Nov. 22. §. ſancimus.* velit ea deferri fiſco & Cæſari, deficientibus deſcendentibus.

Q. I. *An non ab hoc jure receſſum videatur per* 238
Nov. 134. ut nulli lud. §. fin. & quod Nov. 17. de mand. princ. §. oportet. ubi bona referuntur generi ſive toti agnationi, ſi quis ob crimen damnatus ſit?

℞. Nequaquam receſſum aut derogatum, ut infra declarabitur *ſub regal. ; 2. q. 5. n. 259.*

Q. II. *An eodem modo pœna publicationis bono-* 239
rum locum habeat ſi ſponſalia iſtis gradibus contrahuntur?

In dubium vocari ſolet, quia nec *Juſtin in Nov. 12. nec l. ſi quis Cod. de inceſt. nupt. nec c. un. quæ ſint regal.* de inceſtis ſponſalibus ſed nuptiis meminit, unde lex pœnalis ſine lege non eſt extendenda, prout in ſimili, ſi quis officium in Provincia adminiſtrat, licet uxorem inde oriundam vel domicilium ibi habentem ducere prohibebatur, id tamen non obtinet in ſponſalibus, *l. ſi quis offici. de rit. nupt.* Item mulier intra luctus tempora nubens punitur, non etiam ſi ſponſalia tantùm contrahat, *l. ſolet. §. de his qui not. inf.* donationis quòq; inter conjuges prohibitio, *t. t. de don. int. vir. & ux.* ad ſponſas non porrigitur, *l. cum hic ſtatus §. ſi ſponſam. l. inter eos. d. t.* Confirmatur *per l. fin. in princ. & §. fin. de condict. ſine cauſa.* Non obſtat, *l. oratio de ſponſal.* ubi prohibito matrimonio cenſentur etiam ſponſalia prohibita. ℞. non tamen eandem utriuſq; eſſe pœnam, cum inter hæc duo magna ſit diverſitatis ratio.

Q. III. *Sed quid in ſponſalibus de præſenti, vel* 240
matrimonio rato?

Humanius eſt ut idem, quod in ſponſalibus de futuro dictum, ſi copula non intervenit, ſed ante eam partes pœnituerit, in puncto juris civilis tamen Sixtin. *l. 2. de reg. c. 11. n. 49.* pœnæ locum eſſe exiſtimat.

Q. IV.

Digitized by Google

241 Q. IV. *Sed quid ſi inceſtus per copulam ſine nuptias committatur?*

Clarus quidem *in §. inceſtus. n. 2. V. ſi verò.* tandem, quæ inceſtis nuptiis pœnam eſſe ſentit, *cum Pereg. de Iure Fiſc. l. 5. t. 1. n. 17.* ab hac tamen ſententia recedit Sixtin. *de regal. d. loco. n. 64.* Sed quid ſi ex errore inceſtas quis nuptias contraxit?

242 * Diſting. inter errorem probabilem facti & juris, ille excuſationem tribuit, ut pœnam hanc juris non incurrat, *l. qui contra 4. Cod. de inceſt. nupt.* quod non tantùm obtinet in fœminis ſed etiam in viris, *c. 2. extra qui filii ſint legit.* eaq; ignorantia præſumitur, *l. Verius de probation.* ſecus eſt in ignorantia juris, *facit. l. 11. §. 4. de his qui not. inf.* ubi ex tali etiam infamia incurritur, *l. in omni. de jure & fig. Nov.* 12. §. *ſancimus* quamvis ſi non palam ſed etiã clam contractum ſit, ignorantia juris non præſumatur, *l. fin. de ritu nupt. c. fin. §. ſi quis extra de Clandeſt. deſponſ.*

243 Q. V. *An hæc etiam locum habeant eo caſu, quo jure can. vel municipali nuptiæ ſunt vetitæ?*

Hoc contra Covar. *p. 2. c. 6. §. 8. n. 30.* negat Clarus *in §. inceſtus. n. 3.* At quia non tantùm dos & do-

244 natio propter nuptias ſed omnia bona confiſcantur

Q. VI. *An hoc per Auth. bona. damnatorum. Cod. de bon. pro ſc. ſublatum ſit?*

Id negatur, quia d. Auth loquitur de criminibus, quibus nominatim non eſt per leges irrogata bonorum publicatio, non in iis, quibus ſpeciatim confiſcatio præſcripta eſt, ut hic Menoch. *lib. 2. de arb. jud. caſ. 502. n. 49. Trentacinquius lib. 3. de*

245 *Matrim. Reſol. n. 3.*

XXXII. Spectant ad regalia quoq; bona proſcriptorum & damnatorum, prout in novis conſtitutionibus continetur: nam capitalibus pœnis, quæ recenſentur, *in l. 28. de pœn.* ſemp. annexa erat confiſcatio bonorũ, & in ſpecie de damnatione in metallum id dicitur *in l. 6. de pœn. l. 2. Cod. & l. 7. ff. de bon. proſc.* adeo ut ſi is poſt ſententiam aliquid acquirat (nam ultima voluntate & ſucceſſione non poteſt) eo quidem ad vitam fruatur, ſed in proprio ipſius patrimonio non exiſtat, ſed fiſcus ſuccedat, *l. 7. §. fin. d. t.* unde contra fiſcum etiam actiones paſſivè moventur, & in ſpecie tutoris deportati nomini pupillus fiſcum convenit, *l. 6. Cod. h.* quamvis princeps ſoleret ex gratia ſpeciali aliquam bonorum partẽ reſervare tertiam vel aliam pro arbitrio, *l. ſi deport 3. Cod. h. l. 1. de bon. damn. l. 7. §. 3. eod.*

Etſi autem jus confiſcandi ſummæ poteſtati competat, *l. un. Cod. ſine juſſu princ.* reliquis vero nequaquã niſi ex conceſſione principis. Hodie tamen, non aliter hæc bona inter regalia recenſenda ſunt, quã cum adjecta reſtrictione (excepto crimine læſæ majeſt.) *per Nov. 134. c. 13. V. ut autem ubi bona hac proximus, ſi ſunt, reſervantur.* 246

Q. I. *An autẽ ob delictum filii, quod olim annexã habebat confiſcationẽ, etiam eidẽ obnoxia fuerit legitima filii poſt mortem patris vel matris?* 247

R. Neg. quia ſtante contraria ſententiã delictũ filii gravaret patrem innocentẽ contra, *l. 22. Cod. de pœn. t. t. Cod. ne fil. pro pat. l. ſæpe de re jud.* manet enim legitima in bonis patris quamdiu pater vivit, nec debetur filio niſi patre mortuo nec viventis hereditas eſt, aut legitima quæ hereditatis eſt portio. Ad hæc debitũ legitimæ non eſt purum ſed habet implicitã conditionem, ſi filius ſupervivat patri: Confirm. *per l. 1. Cod. h.* ubi peculia ſervorum damnatorum non adimuntur dominis una cum precio rerum ex peculio à ſervis diſtractarum, & ſimile eſt de peculio filiifam. damnati etſi caſtrenſe ſit, licèt enim hoc pleno jure ſit filii, in eóq; pro patrefam. habeatur, *l. 9. d. his,* hoc tamen in odium patris detorquendum non eſt, quod in favorem filii conſtitutũ eſt, *Brun. ad l. 1. Cod. h* Clarus. Q. 78. *n. 12.* ergo multò magis legitima, quæ nondum eſt filii ſed ſpe tantùm, adhuc autem pleno jure ad patrem ſpectat.

Q. II. *An ſa tem legitima ſi eo cedit patre poſtea moriente. cujus filius deportatus eſt?*

Et hoc negatur ex ratione tradita, ac licet deberetur poſt mortem patris filio, ſi viveret & eſſet, capax, jam tamẽ ſecus eſſet, quia filius pro mortuo habetur, nec in numero filiorum reputatur, *l. 1. §. de bon. poſſ. cont. tab.* 248 249

Q. III. *Quid de acquiſitis per maritum, quæ vel ſtatuto vel ex pacto uxori communicantur? An hæc medietas ux ri ſalva manebit?*

R. Affirm. licet enim bona hæc indiviſa ſint, pars tamẽ eſt uxoris, qui uti non deliquit ita nec luere debet, *c. 2. ext. de don. int. vir. l. 24. Cod. eod* atq; ita in Camera judicatum, refert Geil. *2. obſ. 84. n. 14.* 250

Q. IV. *An confiſcatis bonis filiifam. ob delictum etiam peculium adventitium publicatur?*

Probabilius eſt proprietatem confiſcationi ob noxiam ſalvo patris uſufructu, *l. ſi poſtulaverit. §. jubet. ad l. Jul. de adult. 2. per l. 3. Cod. de bon. damn. Fach. 9. cont. 47.*

Digitized by Google

251 Q. V. *An ſicut hodie bona damnatorum (citra crimen majeſt.) reſervantur deſcendentibus & aſcendentibus, usque ad tertium gradum, ita etiam reſervanda ſint fratribus, ſororibus aliisq; collateralibus?*

Ratio dubitandi eſt, quòd *Nov.* 134. *c. fin. §. fin.* tantùm meminerit deſcendentium, aſcendentium, nec non uxoris, qui ſi non adſint, dicitur locus fieri fiſco. E contra autem Irnerius *in auth. bona damn. Cod. h.* etiam reſervat collateralibus: & licet textui originali potius *Nov.* quàm privato Irnerio tribuendum ſit, prout dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ, tamen tradunt nonnulli in antiquis exemplaribus, *Nov.* etiam fieri mentionem collateralium, ad quæ Irnerius reſpexerit. Accedit ſecundo quod in *Nov.* 17. *de m ind. princ. c. oper. et* 12. bona reſervantur generi, ergo collateralibus, qui ſunt de genere. Pro qua difficultate reſolvenda ubi unus textus reſervat ad tertium gradum, alter ſimpliciter reſervat ſine gradus aut lineæ reſtrictione generi; non placet reſponſio quod *Nov.* 134. ſint poſterior utpote lata Anno Chriſti 541. Baſilio V. C. Novella verò 17. ſit prior lata ſcilicet Beliſario. V. C. Anno 535. adeòque hanc per illam poſteriorem eſſe abolitam. Nec enim legum correctio facile eſt admittenda, niſi neceſſe ſit, neque ſolet Imperator priores corrigere, niſi aliqua præfatione præmiſſa. R. in utraque citata Novella agi de ſeparatis; nam Novella 134. loquitur de caſibus (excepto crimine læſæ majeſt.) quibus de jure confiſcatio bonorum adhæret condemnationi, & limitat hæc reſervanda eſſe deſcendent: & aſcendentibus uſq; ad 3. gradum, quidquid dicat Irnerius in ſua Auth. cujus major quàm privati Doctoris non eſt Authoritas: ſed Nov. 17. loquitur in caſu quo ſecundum leges non irrogatur pœna confiſcationis ſed alia, & tunc ſi Judex velit pœnam corporis commutare in pecuniariam confiſcationis, bona reſervanda ſint generi & legi, ut non excludantur deſcend: aſcendentes & collaterales, juxta ordinem in ſucceſſionibus à legibus præſcriptum, etiam ultra tertium gradum, ita poſt Aretin. Fach. 1. *cont.* 35, idque quia bona non peccarunt ſed Perſona & poſſeſſor bonorum, *Nov.* 17. §. *oper et.* DD. quidem rationem differentiæ (quos vidi) non allegant ſufficientem, ſed hæc eſſe videtur, quod major ſit poteſtas legis & principis, quàm judicis in minuendo vel tollendo jure tertii tam quærendo, quàm quæſito, ſummus enim Princeps legibus ſolutus eſt, & lex ipſa animata, *Nov.* 105. *in fin.* qua authoritate ſucceſſione legitimæ jura condita certis Perſonis deferuntur, *juxta Nov.* 118. hunc ordinem & modum ex juſta cauſa intercedente culpa & delicto lex & Princeps mutare poſſunt ac reſtringere, quod alii inferiores judices non poſſunt, nec ergo pro arbitrio pœnam confiſcationis inducere in perniciem proximorum, quos aliàs lex animata vel Princeps ad hæreditatem vocat, *d. Nov.* 118. Atque ita ſatis ſit dubio ſub num. 245. moto.

Adhæc judicum arbitrium legibus determinatum eſt & reſtrictum, qui faceret injuriam legibus, quibus dum parere debet, & ſecundùm eas judicare, *princ. inſt. de off. jud.* ſe prudentiorem quaſi oſtendit. *Nov.* 82. *§. oportet.* Ideo hæc pœna commutata debet reſervari generi.

Q. VI. *An autem condemnati ad mortem ante ſententiæ executionem bona ſua alienare deq; iis teſtamentum facere poterent?* 252

De generali conſuetudine, quòd ſcilicet decapitandi plerumque in carcere teſtamentum facere ſoleant, teſtatur quidem Clarus 3. *ſent. §. teſtamentum. q.* 2. *n.* 1. cui ſuffragatur hæc ratio, quòd ſublata videatur hodie cauſa impeditiva teſtamenti factionis, quia damnati hodie non fiunt ſervi pœnæ, ut olim, nec bona fiſco ſunt obnoxia, *Nov.* 17. & 134. ac proinde ceſſante cauſa prohibitionis debeat ceſſare ipſa prohibitio, *c. cum ceſſante. extra de appell.* II. Quòd talis damnatus non ſit incapax hæreditatis ſibi à lege vel teſtamento obvenientis. III. Quòd delatam & acquiſitam ad ſuos tranſmittat, Ord. Cam. *art.* 135. & 218. ergo multo magis teſtari poteſt, cùm teſtamentaria ſucceſſio favorabilior ſit, quàm legitima, & huic tantum locus ſit illa deficiente.

Verùm nec hodie eum teſtari poſſe hinc probatur, quòd alia adhuc ſubſint impedimenta, & licet ſervus pœnæ hodie non fiat damnatus, nec bona confiſcentur, *l.* 8. *§ fin. qui teſt. fac. poſſ.* tamen ſicut olim libertatem, & civitatem, damnati amittebat & capite minuebantur, ita hodie ſalva libertate civitatē tamen adhuc perdunt, hoc enim jure novo non eſt mutatum, adeòque manet ſub diſpoſitione juris veteris, *l. præcipimus. in fin. Cod.* 253

de

de appell. quæ civitatis amiſſio impedit etiam teſtamenti factionem, *facit. l. 1. G. de hered. inſt.*

254 Q. VII. *An bona maleficiorum ob magiam hodie confiſcanda?*

Olim quidem confiſcata fuiſſe palam eſt, quia morte afficiebantur, cui confiſcatio adhærebat, *l.* 2. 3. 4. 5. 6. *Cod. de malef. junct. l. 1. Cod. de bon. proſc.* ſed quia confiſcatio iſta ſublata eſt, excepto crimine læſæ majeſt. *Nov.* 134. *c. fin.* dubitatur, an ſublata; cùm gravius ſit divinam (quod per magiam fit,) quàm humanam lædere majeſtatem. Et ſi bona hæreticorum etiam extantibus liberis confiſcantur, *auth. Gazaros. Cod. de haret. c. virg. eod.* cur non & hæc, cùm magia adjunctam habeat hæreſin? Reſponderi tamen ſolet, etſi magiæ frequenter admixta ſint ſortilegia hæreticalia, *c. accuſatus. §. planè de haret in 6.* non tamen idem quod de hæreſi dicendum, ſed ſufficere ignis ſupplicium, nec iis ignoſci etſi ad Deum reverſi diabolicum commercium ejurent, *Clar. q. 16. §. item quare. & 9. 60. v. fur. quandoque per l. qui ea mente de furt.*

At dices, ſi hæreticus reſipiſcat, pœniteat,
255 & abjuratâ hæreſi ad veram fidem convertatur, pœnas hæreticas evitat, *c. ad. abol. extra de haret. Clar. in §. hareſis v. quaro.* Si autem magi eſſent puniendi ut hæretici, prædicta mortis etiam pœna ipſis remittenda eſſet poſt pœnitentiam, quod eſt contra totius orbis praxin. *Vide Binſ. de conf. mal. concluſ. 7. dub. 1. Covar. 2. reſ. 1. 10. n. 10. Fach. 9. c. 87.*

256 XXXIII. Reſerv. Angariæ, perangeriæ, plauſtrorum & navium præſtationes ſequuntur, *in c. un. 2. F. 56.* Illæ voces ab ango, quod angant, conſtringant, & affligant ad onus, de[?]n. edere videntur; Alii angoros vocem Perſicam nuncium ſignificare ajunt. Parangariæ veró ſunt præter angarias ſimiles aliæ præſtationes, ſicut præter Veredos alii paraveredi dicuntur, & præter mulieris dotalia alia bona ſunt paraphernalia, aliquando tamen plauſtrorum & navium præſtationes iis etiam continentur.

257 Q. I. *An hac munera realia ſeu patrimonialia ſint, vel perſonalia?*

Prius probatur, quia patrimoniis & poſſeſſionibus inducuntur, *l. 2. Cod. de prap. fac. Cub. lib. 12. l. fin. §. patrim. de mun. & hon. Sixtin. de reg. lib. 2. c. 13. n. 19.* Non obſtat *d. l. ult.* §. 1. quæ de cura exigendi angarias & ad eas compellendi poſſeſſores loquitur, *junct. l. 1. Cod. de ſumpt. n. lib. 11. & l. 1. Cod. quem. civil. mun. jud. lib. 10.*

Separanda autem hæc ſunt ab operis ruſticorum, de quibus agitur, *in t. Cod. ne oper. à collat. exig. l. 16. 10. & 12. Cod. ne ruſt. ad ob. lib. 11. ut in l. decernimus ſub fin. Cod. de aqu. duct. lib. 12.* apartè ſeparantur, de quibus vid. tract. D. Balthaſari quondam Profeſſoris & Collegæ in hac Univerſitate colendiſſimi.

Q. II. *An diruto caſtro ad quod ſubditi ſervitia hac praſtabant, & de novo inſtaurato eodem vel alio loco ad eadem adhuc tenebuntur?* 258

Minus dubii eſt, ſi in eodem loco caſtrum ſurrogetur ex regula ſurrogatorum, *l. ſi cùm. §. qui injuriarum. Si quis caut. in jud. ſit. l. duobus §. 1. de Jurejur.* At non videtur idem eſſe caſtrum cujus ſpecies prior non conſiſtit, *l. proponeb. in fin. de jud,* deſtructo autem principali acceſſoria corruunt. *l. uſuf. quib. mod. uſuf. am.* ℞. Enim licet ſurrogatum in aliquo diſcrepet, tamen naturam in aliis retinere, *Sixt. n. 74. b.*

Q. III. *Quid ſi autem in praſtatione angariarum* 259
veſaliorum ſervitiorum diripiantur & deteriora fiant plauſtra, naves, jumenta aliaque neceſſaria, an princeps vel dominus cui ea debentur, hac reſarcire tenebitur?

℞. Si ab ipſo Principe ejúſve ſubditis id fiat, tenetur, ipſe, *Geil. 2. obſ. 56. n. 8.* ſed ſi ab hoſtibus vel prædonibus id factum ſit, hoc quidem damnum à domino præſtandum voluit Lucas de Penn. *ad l. fin. Cod. de navib. non excuſ. lib. 11.* Sed ab ejus ſententia recedit Sixt. 2. *de reg. c. 13. n. 79. & fin.* cùm enim inter dominum & ſubditum non ſit contracta locatio ſed obligatio ab ipſa lege ſit impoſita, impertinentèr huc allegatur. *l. merces. §. culpa locati.* 260

XXXIV. Reſerv. Dum *in ſape cit. c. un. 2. F. 56.* inter regalia recenſetur extraordinariâ ad expeditionem Imperatoris collatio, quidam id de Fodro intelligunt, de quo mentio fit *in Conſt. de pace tenend. §. nobis autem. & in Conſt. Conrad. II. de benef.* §. fodrum, quod dictum à Germanico Fuder/ id eſt pabulum ut & de pabulo quod ad expeditionem exercitus confertur, meminit, *l. ſi pedentes. §. ſi quid de uſufr.* Annonæ autem collationem in pecuniariam quandóque collationem converſam legimus; ſuper inductum hic alii intelligunt, de quo

quo *in l. un. Cod. de ſuperind. lib.* 10. quod eſt extraordinaria præſtatio ultra ſolidam collationem vel augmentum indictionis, *l. 1. Cod. de indict. l. 5. §. Cod. de ſuperind. lib.* 10. meminit ejuſdem pro feliciſſima expeditione *l. jubemus. Cod. de S. S. Eccl. l. 1. de quib. mun. ſe nemo excuſ. lib. 10. Cod. l. nullus. Cod. de Curs. publ. lib.* 11. & non ſtato aut certo tempore, ſed extra ordinem neceſſitate urgente exigitur, qualis hodie eſt collecta Imperii pro ex-
161 peditione contra Turcam.

Q. I. *An præfecto prætorio competat?*

℞. Licet præfectus Prætorius Principem repræſentet, tamen à ſola majeſtate imponitur, nec ejus literis creditur, niſi principis reſcriptum ad hoc oſtendatur, hinc ſpeciale Principis mandatum requirit Klock. *de contrib. c. 3. n. 136. & ſeq.*

262 XXXV. De poteſtate creandi magiſtratus jam ante dictum eſt hoc eodem *cap. n.* 88. ubi de
263 majoribus Regalibus actum. * Huc refertur poteſtas creandi Notarios & tabelliones, qui voluntariam Juriſd. habere dicuntur, uti magiſtratus etiam contentioſam, & ab Imperatore creati aut ab iis, quibus hoc Imperator conceſſerit Comitibus Palatinis per totum imperium indubiè hoc officium exercere poſſunt, Geil. 2. *obſ.* 71. *n.* 13. De quibus conſtitutio eſt Maxim. I. de an. 1513. *in princ.* Licet autem Camera Imperialis creandi Notarium jus non habebat, immatriculare tamen creatum poteſt & ſolet, qui ſoli, non etiam alii, quamvis admodum periti, proceſſus Camerales exequi poſſunt. *Ord. Cam. d. 1. t. 39. in princ. Minſ. Cont.* 1. *obſ.* 78. *Geil. obſ.* 54. *n.* 6. reſtricta autem eſt horum poteſtas ut extra proceſſum iſtius judicii nihil præ aliis præcipuum habeant, adeóque commiſſiones in judicio decretas & citationes commiſſariorum deputatorum etiam alii Notarii exequi poſſint, ut etiam per nuncium id fieri poteſt. Sicut autem magiſtratui Juramentum præſtant de adminiſtranda juſtitia: Ita hi de exhibenda in officio ſuo diligentia, & conſtitutionibus Tabellionum obſervandis, cogi etiam poſſunt ad ſerviendum partibus, *Conſt. Max. I.* §. Es iſt auch. *Bart in l. generali n.* 14. *V. ſed nunquid Cod. de tabulariis lib.* 10. quod tamen limitat conſtit. Maximil. *d. loco.* niſi is Doctor Decurio, vel Clericus ſit, *facit l. univerſos Cod. de decurionib. lib.* 10. *c. ſicut. X. ne Clerici vel. Mon...*

264 XXXVI. Argentarios huc refert Frid. Imperator *cit. c.* quæ ſunt auri argentique & metallorum fodinæ; de quibus *Vlp. in l. aut damnum §. eſt pœnas de pœnis* ut æs, plumbum, cuprum, electrum, ferrum, alumen, add. A. B. Carol. IV. §. *præſenti, hac conſtit.* quibus accedunt alia imperfecta, ut argentum vivum, marmor album, ſal ſubteraneus, & minium.

Singula breviter percurrendo, aurum quod 265
attinet, de quo in *l. 20. de Fur. Nov.* 105. *c.* 2. id Indis ipſa quaſi natura obtigit, cujus poſſidendi cupiditatem ipſi non habent, prout aurum fugientes ſequitur ſequentes fugit *Eccl.* 11. Hinc Thebanus Crates aurum in mare abjiciens ait: te demer-
gam, ne demerger à te. * Etſi omnes Europæ Prin- 266
cipes in unum vires colligerent tantam auri copiã ſe erogare non poſſe, quantam Indi unanimiter fatebuntur, unde Indi aliquando plus auri Carolo V. Cæſari obtuliſſe leguntur, quàm Europæ Principes pro toto Imperio defendendo multis annis maximis exercitibus tum mari tum terra abſumpturi erant, milliones ſcilicet unum & viginti, millionem autem Italico more continet decies centena millia: totidem etiam milliónes Carolo V. filio alter Indorum legatus obtulit, & addit Surius ad ann. 1558. id, quod Priſcæ Romanæ potentiæ inauditum eſt, ſeptem decades millionum auri ab Indis in Hiſpaniam delatos totidemque decades millionum auri ex margaritis, gemmis, unionibus, & aliis pretioſis lapidibus novi orbis. Celebris eſt Ganges in India, Pactolus in Lydia, Hebrus in Thracia, Tagus in Hiſpania, Padus in Italia, aurum producentes; nec germania etiam locis caret, ex quibus aurum effoditur, aliquando terræ vel marmori adglutinatum, nonnunquam ab eo ſeparatum, ut leutratione non egeat, cum autem per ignem purgatur aurum, de ſubſtantia ei nihil decedit, ut aliis metallis fit, ſed quo ſæpius igne purgatur, eo nobilius & purius redditur, nec facile roditur à ſale, nitro, aceto, immaturis uvis, nec rubiginem contrahit, nec manus contactum maculat, quæ ſingula aurum reliquis rebus præſtantius reddunt. Ac licet mollius ſit quám argentum, non tamen eſt ideo gravius, ſed malleando latiſſimè extendi poteſt. Fodinas ſane Snebergenſes ſpatio 79. annorum fodientibus ſeu fiſco Saxonico, pluſquàm 20550. tonas auri decimarum loco intuliſſe, tradit Beſold. Theſ. pract. v. Bergwerck.

Argentum

Digitized by Google

267 Argentum apud veteres creditum eſt non reperiri purum; ſed aliud docet experientia in Germania & fodina vallis Joſaphat & Leberthal/ item in Miſnia & Bohemia, unde & ex aliis magna copia puri argenti excipitur, ex quibus Albertus Saxoniæ Dux, tabulæ argenteæ aſſidens in fodina cum ſuis dixiſſe fertur, etſi Fridericus, Imperator potens ſit, tamen hodie talem menſam non habet, ut ego, *Munſt. lib.* 1. *Coſmog. c.* 9. *pag.* 9. Hoc commendatur ab albo colore, & quod ſit foſſibile&liquabile alia metalla in ignem conjecta mutabilia ſunt, ſed hoc purum manet,ſi tamen diutius in eo relinquatur, aliquid ei decedit, & ab aliis rebus corroditur,quo autem liquidius eo melius cenſetur: propter duritiem ſi malleo percutiatur, ſonitum edit, & ex diverſa coffici ſolent vaſa, cæpit ex eo pecunia ſignari ſub FabioMaximo Dictatore teſte Plinio lib. 33. c. 3. ut proinde cum ab argento avaritia & fames habendi cæperit, Poëta non rectè ex clamarit exquorundam ſententia.

Quid non mortalia pectora cogis
Auriſacra fames!

Sed quia prima argenti facies fuit,cui ſucceſſit forma auri, quæPoëtæ iſtius tempore uſitata erat,ipſi acclamandi hoc Epiphonemate cauſa data fuit. Hujus apud Indos etiam magna eſt copia, & fuit olim in Palæſtina; tempore verò Salomonis tanta copia, quanta lapidis, nam per fora & plateas Saxorum jacebant argenteæ maſſæ, *Reg. c.* 10. & ex orbe novo Indi Carol. V. in Hiſp. miſerunt Bombardam ingentem columbam dictam, ex argento ſolidiſſimè ita conflatam, ut nos ex ære ſolemus, cujus pretium quadraginta novem millibus aureorum æſtimatum. *Surius in comm. an.* 1524.

268 Argenti quidem vivi quod addunt Chymici, non eſt magna copia, cùm admirandæ præ cæteris naturæ ſit, & rara quoque admirabilia & pulchra eſſe ſoleant, de hoc Plinius. *lib.* 33. *c.* 6. Hoc rerum omnium venenum eſt, exeſt, ac perrumpit vaſa tabe dira, omnia ei innatant præter aurum, quia enim aliquam cum auro ſympathiam, cùm alia metalla in eo natent, aurum in profundum decidit, etſi in duos centenarios argenti vivi projiciatur centenarius ferri ſupernatat, aureus autem exiguus nummus demergitur in fundum. Hoc argentum vivum, purum eſt vel non purum & frequenter plumbo & ſtanno non ita etiam argento adhæret, nec etiam cupro, difficilius verò ferro.

Æs quoque purum vel non purum effodi ſolet, id autem, quod lapidibus commixtum eſt, purgari & ſeparari ſolet, habetque non raró admixtam materiam argenteam; Ungaricum de meliora nota cenſetur, cujus ſpecies Orichalcum vel Meſſing. de quo *in l.* 45. *de Cont. Empt.* 269

Ferrum Elementum cum aliis permixtum eſt, prout terra, aqua, aëre & igne mixta eſt, ſic enim ex lapide ignis exilit, ex ferro autem, quod ex terra generatur ignis abundans in affricatione elucet,cumque fornacibus excoquitur, etiam evaporationes exhalant, adeò, ut lanugo quædam ſenſim augeri videatur, quæ multiplicata pendet à pariete, aut panno aliquo ibi proximo aut tecto fornacis, cujus ea vis eſt, ut igne aliquando aduri poſſit. Hoc quando initio liquatur fundi poteſt; poſtea verò in ignem conjectum liquatur, ut cudi poſſit malleo & extendi, ſed non facilè fundi. Facile hoc metallum contrahit à rebus liquidis rubiginem maximè verò à ſanguine humano, quæ tamen macula facile aqua maritima abluitur, ut & certis ingredientibus adhibitis ab ea præſervatur. Et quia ferrum magnes attrahit, refert Auguſt. *de civit. Dei* 21. *c.* 6. de ſimulacro Alexandriæ in templo Serapidis affabre ad libram ita compoſito, ut vi magnetis, quo ferrum ſuſpendi poteſt, hoc ſuſpenſum maneat in aëre, ut autem ſimplici plebe magis illuderent, effecerunt, ut magnete remiſſius attrahente aſſumere paulum ſponte videretur, *ex Rufino ad Euſeb. hiſt.* 12. *c.* 23. Sileſia & Luſatia in planitie ferri fodinas habere legitur, ſpecies ferri calybs eſt, *de quo A. B. c.* 9. 270

Stannum ad auri argenti & æris tutelam adhiberi ſolet, unde in ſupellectili quotidiana hoc introrſus ad vaſa coctilia adhibetur, ut obſonia in iis cocta ſapidiora fiant, & ab igne defendantur, ad quod ſtannum prodeſt, illitum etiam æneis vaſis compeſcit in iis æruginem,de eo mentio fit, *in l.* 9. *aq. l. Corn. de Fal.* 271

De plumbo fervente & liquefacto traditPlin. quod ſi in chartam mittatur, eam non adurat, ſed pon- 272

pondere ſuo iaceret,&ſi plumbeis vaſis aqua addatur non liqueſcant, ſi verò in aqua calculus addatur, aut æreus quadrans, vas ipſum adurat, vilius autem licet ſit plumbum auro & argento,frigidam tamen ſua virtute refugere poteſt,quod aurum argentum & ferrum non poſſunt,quæ ſingula frigida aqua, quamvis ipſa ferveant, merguntur & refrigerantur; ut quando plumbum in maſſa mergitur, dilatatum fluit, ideo ſuper frigidam cùm mox dilatetur,cùm liquefactum ſeſt mergi non poteſt, ſed ejicitur, *Plin.lib.2.c.103.* quod autem natura non permiſit, facit ars, ut plumbea vaſa non merg antur, ſi cava ſint,unde S. Auguſt. *de temp.ſerm.* 147. notat, nulla adeo ſtupida ingenia naſci, quæ ſolertia non poſſint excoli & maximis ingeniis comparari, prout ex ligno, ut ajunt vulgari fieri Mercurius poteſt, de plumbo eſt, *l. 5.§.1.de R. V. l.* 242. §. 2. *de V. S.*

Quamvis autem Baro hoc loco per Argen-
274 tarias intelligat munus argentariorum, quod publicam cauſam hoc concernere dicatur, *l.argentariæ.* §. 1. *de Edend.* Hanc tamen interpretationem plerique rejiciunt, tùm quòd hoc munus privatum ſit, tum etiam, quód in hoc munere Imperatori nullibi aliquid præcipuum tribuatur, nec quicquam ad eminentiam Imperialem ex eo derivetur aut Fiſco præſtetur, publicum autem dicitur ideò tantùm, quod publicè omnibus cum iis contrahere in uſu fuerit, *l. un. Cod. de negot. ne milit. lib.* 12. quod multis,quæ privati juris ſunt applicari ſolet, *ad d. nov.* 136. *de contract. argent.* §. *ſecundum. l. quod privileg. ff. de poſ.* §. *exiſtimamus dicto Juſtin,* 7. *Cujac.* 10. *obſ.* 14. Atque ita hanc ſententiam in ſpecie rejicit *Sextin.* 2. *de reg .c.*16. *n.* 2. *Arnu. de jure majeſt. lib.* 3. *c.* 5. *n.*4. *lit. A.*

Non obſtat quod fodinæ inter privatas poſſeſſiones ſæpe referantur, *l. divortio.* §. 13 *ſol.mat. l.* 3. *in fin. cum ſeq. de rep. eor. qui ſub tut.* nam & civitates, quæ privatorum loco erant, *l.* 15. *de V. S.* apud Rom. jus metallorum habuerunt, quod plurimis Tiberius ademit, *Sueton. in Tiber.c.* 49. cumque metalla ſint fructus prædiorum, iniquum eſt, eos poſſeſſoribus & Dominis auferre. Reſpondet quidem Obrecht, *de reg. n.* 200. tunc eſſe de regalibus, quando in publico ſunt fodinæ, ſecus ſi in privatis fundis, ſed hæc non placet ideo, quia non eſſent regale diverſum à viis & locis publicis: nec ſatisfacit reſponſio, eatenus ad regalia ſpectare quatenus ex metallis certa portio Principi præſtatur, *de qua in l. cater publ. in fin. Cod. de V.S.* Sic enim eandem rem, bis diverſis nominibus poſuiſſet *Imp. in d. c.* 5. ſi idem eſſent fodinæ & vectigal metallorum ex iis collectum.

At cum de argentariis loquatur Imp. Frid. videbatur hoc jus ad argenti Fodinas reſtringendum, cùm aliæ ſua pecularia nomina habeant, ut ſulphuris Fodina, *l. aut damn.* §. *in Calcariam de pœn.l. ſi quis* §. *ſulphura. de furt.* Cotis fodinæ *l. Caſar. de Caſar de publ.* ut auri fodina auraria, videtur ad has hoc jus regale reſtringendum. ℞. Cùm in omnibus metallis eadem ſubſit utilitatis publicæ ratio, meritò idem de omnibus dici maximè cùm aliis locis ſupracit. generalis metallorum fiat mentio, & *l.* 1. *ac, t. t. Cod. de Metallariis, Capol. de ſerv. ruſt. c.* 22. *n.* & hinc Weſemb. *de Feud. c.* 12. *n.* 5. non bene ſol. auri & argenti fodinas inter regalia refert reliquis excluſis.

Id tamen negari non poteſt, quòd non æquè fodinæ ad regalia ſpectant in privato inventæ ut in publico, ſed illæ cum aliquo temperamento, ſi enim locus publicus, ſimpliciter fodinæ ejus ſunt de regalibus, citra dubium Jacob. de S. Georg. *in Verbo & cum argenti Fodinis.* In privato loco privatos Fodinas poſſidere poſſe, jam ante probatum eſt, & inſuper conſtat ex *l. magis puto ff. de reb. eorum, qui ſub.* quod etiam in auri argentique fodinis obtinet, *l. item* 51. *§. ſed ſi lapidicinas.* §. *inde.* & §. *ſi vir alias. li aquiſſimum.* §. *inde de uſufr.* tamen Principi in privato, jus hoc regale competere non eſt dubium, quod in eo conſiſtit, ut à privato canonem metallicum ſeu decimam partem exigat, aut ſi privatus fodere recuſet, ipſe princeps metalla fodiat, *Sixtin. d. loc n.* 45.

Ac licet invito domino fundum alienum ingredi non liceat venandi vel occupandi gratiâ, *l. quod eum* 5. *nil intereſt. de acq. dom.* ut contrà faciens injuriarum teneatur, *l.* 13. *in fin. de injur.* Aliâ tamen eſt fodinarum ratio ob bonum publicum, quod in aucupio & venatione ceſſat, ut quæ privatum potiùs commodum reſpiciunt, ad metallum autem fodiendum ingredi & fodere alienum locum, permittitur, *l. Cuncti & l. quoſdam Cod. de Metallar. lib.* 11.

Nec

Digitized by Google

Nec ſecundo repugnat *l. venditor. §. conſtat. ff. com. præd.* ubi nec lapides ex alieno cædere licet. *R.* In iis non eſſe æquè utilitatem publicam, ſecundo eos inſuper communiter codi, & tertio minori ſumptu fieri. Nec ergo argumentum, ad pretioſiora metalla procedere, *Capoll. n. loco c.* 22. *n.* 4. *verſ. nec obſtat. add. Sixtin. n.* 46. *pag. mihi.* 641.

Quæſtiones circa hæc incidentes alias vide inf. *in C. de collegio Elector. in genere n,* 29. *& ſeq. & ſparſim per totum.*

XXXVII. Reſerv. Principum palatia in civitatibus inter regalia recenſentur, *in c. un. de reg.* 2. *Feud.* 56. *Sixtin. de reg. c.* 17. *n.* 1. cum ejusmodi arces & palatia ſint tribunalia ad jus reddendum parata, vel ad formandum conſilium aulicum deſtinata, Schütz. *vol.* 1. *diſp.* 6. *The.* 20. *litt. d.* quæ eſt teſſera ſuperioritatis. Prima vocis origo à Palatino monte nata videtur, qui una cum aliis ſex montibus urbis Romæ pomærio incluſus palatium dictus fuit, in quo Tullus, Auguſtus, & alii Imperatores ſedem & palatium habuere, talia poſt Romam Conſtantinopoli in regno Francorum, Aquisgranum & Colonia, ex quarum civitatum hæc Palatium vel habitatio Capitolium dictum in Eccleſiam collegiatam illuſtrium Canoniſſarum converſum eſt, tempore Pipini majoris domus Auſtraſiæ ope B. Plectrudis, Gelen. *in Colon. Claud. lib.* 3. *ſyntag. IX. pag.* 323. Et talia omes reges habuiſſe conſtat in regione Attica, Athenis in Bœotia, Thebis, in Peloponneſo, Spartæ apud Argos, Corinthi in Chaldæa, Babylonem in Aſſyria, talem fuiſſe Niniven, in Palæſtina Hieroſolymam, in Africa Carthaginem, in Thracia Bizantium: de æde regia Salomonis eſt tex. 3. *Reg. c.* 7.

Palatium Romanum ſplendorem inde accepit, quòd ibi Romulus habitârit, poſtquam autem Nero exemplo ſuo docuit etiam Imperium Romanum eſſe extra Romam & Romam eſſe ubi Imperator eſt, *Tacit.* 1. *hiſtor.* aliæ Imperatoriæ habitationes etiam palatii nomen obtinuerunt ſucceſſu temporis, alia in Oriente & Occidente Palatia ſtructa & ab Imp. habitata fuere, ut Ravennæ, Mediolani, Theſſalonicæ, & alibi ut oſtendunt inſcriptiones, *in ll. Cod. l.* 1. *&* 4. *Cod. de SS. Eccl. l.* 2. *&* 3. *God. de Epiſc. & Cler. l.* 7. *&* 9. *Cod. de Epiſc. aud & alia paſſim.* Palatium Lateranenſe deinde ad Pontificem pervenit, *c. Conſtantinus diſt.* 96. quod licèt Palea ſit, tamen multum grani ea attulit Romanæ Eccleſiæ. Novæ Romæ palatium una cùm urbe à Turcarum Imp. Solimano à Romano Imperio avulſa eſt. Carolus etiam quatuor palatia extruxiſſe legitur Aquisgranii, Ingelhemii, Neomagi, Moguntiæ, & Spiræ Nemetum, * in urbe Trevirenſi aliud à Coſtant. M. etiam ante extructum legitur, quod nunc domus Archiepiſcopalis eſt, & nomen die Pfaltz ſive Pallaſt retinet, *Beſold. verbo* Pfaltzgr / qua de re tamen dubitat, Freher. *de origine Palat. c. ult.* an hodiernum palatium idem ſit cùm illo vetere, cùm Madovaldus Epiſcopus Trevirenſis palatium Dagoberti Regis, quod horreum dicitur, rogatu Mathildis reginæ conſecrata Eccleſia D. Virgini converterit in Monaſterium virginum, eique Dagoberti filiam præfeciſſe legatur.

A dicto autem palatio aliud eſt palatium minus ſeu palatiolum, de quo *in c. de Arch. Trevir.* dicemus.

Sub Saxonum & Suevorum Imperio ſedes Imp. fuit Goſlaria extructa ab Henrico III. nigro dicto, ubi Imperator Otto I. II. III. Henr. IV. V. Lotharius II. Conrad. III. Frider. Barbaroſſa ſolennes curias habuerunt, & Henricus Brunſuicæ in Quedlinburg & Goſlariæ, Henricus II. dictus Sanctus vel Claudus, Bambergæ & Ratisbonæ alii Imperatores ſedem alibi habuerunt, *Cluten. in ſylleg. concl.* 26. *lit. d.* quamvis in *A. B. Carol. IV. §. ſtatuimus.* hæc non vocetur regalis ſed prima curia, quod hic prima comitia habenda ſint Dieteric. ad A. B. horum tamen multa mutato rerum & temporum ſtatu deſtructa vel deſerta jacent: nunc Imperatoris, apud Auſtriacos conſtituto Imperio, reſidentia Viennæ eſt, cujus cauſa alio loco tradita fuit, & quam allegat Fritſch. *ad l. un. Cod. de Palatiis. lib.* 11. *c.* 6. *n.* 8.

In caſu autem neceſſitatis manſioni Imperatoris ex mediatis civitatibus pro palatio adſcriptam ait Bambergam Fritſch. *d. c.* 6. *in fin.* ita ut ſi Imperator non habeat alium locum, ubi commorari poſſit, Epiſcopus Bambergenſis teneatur dicta civitate excedere, eámque Imperatori concedere, & ſe Villacum Civitatem in Carinthia (ad Epiſcopatum Bambergenſem ſpectantem) conferre, & id refert ex Caruio *in diſc. ad A. B. ex L. ym.* 278

Iſta autem palatia ab omni uſu privatorum exempta Principum tantum uſibus reſervata ſunt, & quibus ipſi conceſſerint, *l. un. Cod. de palat. l. fin. Cod. de off. rect. prov.* ſuperioribus tamen ſæculis Otto etiam Imperator palatium regium Magdeburgenſe Auguſtæ Edithæ donavit, poſt cujus obitum Archiepiſcopis Magdeburgenſibus ceſſit. Hic oritur

279 QUÆST. I. *An ſubditi in palatio vel caſtro Principis ſui excubias agere teneantur?*

De hoc vide Beſold. *in theſaur. verb.* Wachen. quæ reſolvitur *cum Jacob. de S. Georg de homag. col. ult. verſ. an autem domini*, quod ad hanc cuſtodiam nocturnam vel diurnam ſubditi cogi non poſſint, niſi immineret domino periculum proditionis tempore belli, vel ſubſit neceſſitas cuſtodiendi, vel niſi pacto ac conſuetudine ad hoc adſtricti ſint, *Rutg. Ruland. deciſ. jur. contr. q. 23. qua de re alias d.*

280 QUÆST. II. *An proſtructura palatij princeps privatorum domus, ſi operi ſint impedimento, occupare poterit?*

Affirm. *Perer. ad t. Cod. de oper. publ. n. 4.* ſi modò domus non excedat quinquaginta libras argenti pretii, *l. ſi quando. Cod. de oper. publ. Geil. 2. obſ. 56. n. 1. & 2. Grot. de Jure bell. lib. 2. c. 25. n. 5.* ita tamen ut pretium refundatur, ut aliàs probatum eſt, *ex l. 2. §. 16. ne quid in loco publ.*

281 XXXVIII. Reſervatum: De piſcationum reditu, dictum ſupra, quando de venatione actum.

282 XXXIX. De bonis committentium crimen læſæ majeſtatis. Legiſtarum commentaria omnium teruntur manibus, quæ recantare eſſet poſt Homerum Iliada ſcribere, ideóque cupidum Lectorem eo remittimus, & tantum quædam ſelectiora attingemus.

283 Conſtat autem, quòd majeſtas alia divina ſit, alia humana, *l. non diſtinguemus. §. ſacerd. de recept. arb. l. fin. Cod. de feriis. auth. Gazaros. Cod. de heret.* Priori modo læditur Deus per blaſphemiam, hæreſin, apoſtaſiam, *t. t. Cod. de heret.* cùm in Deo ſuprema & propria ſit majeſtas, in Regibus verò & Principe per quandam participationem; In beatam Virginem & Sanctos, quos gloriæ ſuæ participes fecit Deus in quibus ipſe læditur, non minus quàm in principum conſiliarios admittitur, *l. quiſquis. 5. Cod. ad l. Jul. majeſt.* licèt hos non eodem gradu, nec cultu latriæ ut Deum veneremur, qua de re Theologi.

Crimen vero læſæ majeſtatis humanæ adverſus populi Romani ſecuritatem committitur, 284 *l. 1. eod.* nunc autem mutata reipubl. forma, tranſlata poteſtate in Principem, *l. 1. de conſt. Princ.* ad noſtra tempora reſpiciendo hoc crimen eſt, quando ſubditus contra Principem vel Rempubl. non recognoſcentem ſuperiorem aliquid molitur, vel ad hoſtes fugit, eos adjuvat, armis, pecuniâ, conſilio, nuncios vel litteras iis mittit, ſecreta nunciat, vel ſubditas provincias nititur facere rebelles, arma contra Principem vel rempubl. ſumit, vel de his ſcientiam habens non revelat, vel aliud quid dolo malo facit, quo Princeps vel reſpubl. directè damnum patiatur. Ita Gigas. *in h. tract. pag. mihi* 10.

Propriè autem committitur à ſubditis in ſuum Principem, *Clem. Paſtoralis. de re judic. Gigas. quæſt. 3.* Licèt enim majeſtas veneranda ſit 285 ab omnibus, non tamen idem gradus venerationis eſt.

Crimen hoc ſacrilegii inſtar dicitur, *l. 2. Cod. h.* quia Princeps à Deo præpoſitus ab eoque poteſtatem gladii accepit, ejúſque vicarius cenſetur, 286 Principes ſacroſancti dicuntur in ſacris litteris & Princeps quaſi Deus in terris dicitur, *Nov. de Conſul. §. fin. Nov. quam oportet. §. ſancimus.* Imperium quoque Romanoſacrum & ſacroſanctum, ut latius dictum ſupra, *c. 3. q. 3.*

Unde in cit. Clement. *Paſtoralis.* dicitur Imperatorem non potuiſſe ferre ſententiam condemnatoriam læſæ majeſtatis contra Regem Robertum, qui non erat ſubditus Imperatori ſed Papæ, licet Gigas *q. 4.* velit, quòd ſubditus Papæ Imperatorem offendens etſi non committat hoc crimen 287 immediatè contra Imperatorem, tamen hoc committat contra Papam, quia Imperator eſt defenſor Papæ, & Eccleſiæ, facit huc illud Senecæ: Non ages mecum reipubl. læſæ, ſi ſenatorem Athenienſem læſero, ſed cædis, Clarus *5. ſentent. §. læſa. n. 67.*

Excipit tamen hic Beſold in delibatis lib. 489. 9. Extraneum, qui in alterius Principis territorio verſatur, & in eo aliquid hoſtile machinatur, hócque modo ex delicto, ubi forum ſortitur, 288 *l. 1. Cod. ubi de crim. ag.* & ſecundùm leges iſtius loci punitur, ſic Mariam Stuardam punitam fuiſſe, quaſi in Anglia peccaſſet, tradunt hiſtoriæ ejus tempo-

289 temporis. * Crimini huic dicto vel facto commiſ-
ſo pœnæ conſtitutæ ſunt variæ, in & extra bona, *l.
fin. h.* I. Eſt pœna capitis cum infamia etiam, *ex
l. 12. tab. l. 3. ff. h. t.* Hodie verò rei aliquando
comburuntur, quandóque diſſectione in 4. partes
plectuntur, quæ locis altioribus ſuſpenduntur,
quandóque forcipibus aduruntur ardentibus, & ad
locum ſupplicii trahuntur, mulieres vero (quæ
aliàs nonnunquam mitiùs, quàm viri puniuntur,
l. 6. ad. L. Jul. pecul. l. 38. §. 2. ad L. Jul. de adult.)
ſubmerguntur, *Conſt. Carol. art.* 124. Ob quas
290 pœnas * Joannes Bodinus, Gallus, & Ariſtarchus
Germanos culpat *lib. 5. de republ.* Item Scythis
& Tartaris comparat, & Brandeburgicum ob
Grumbachianum ſupplicium pungere non vere-
tur, ſed cavillatio ejus refutatione non indiget,
cùm etiam olim proditores & læſæ majeſtatis rei
ferris diſſecti legantur, nec hoc ſupplicium ut no-
vitas rectè Germanis adſcribatur; II. In perdu-
ellione inſuper defuncti memoria damnatur, bona
in fiſcum inferuntur, inſignia dejiciuntur, ædes
demoliuntur, privilegia adimuntur, *l. quisque. 5.*
291 *Cod. ad L. Jul. majeſt.* * Sic Galli contra Joannem
Caſtellum hoc crimine convictum pronuntiàrunt,
ut ante valvas ſummi templi Pariſiis nudo ſolo o-
pertus induſio cum face cerea ponderis duarum
librarum manibus geſtâ ardente flexis genibus
pronuntiaret, ſe hoc abominandum ſcelus com-
miſiſſe, & Regem cultro in faciem læſiſſe; poſt
verò plauſtro in locum Grevianum ducatur, ibi-
que brachiis & femoribus candentibus forcipibus
inuratur, & manus dextera cultrum gerens, quo
crimen patrare auſus fuerat, abſcindatur, dein
corpus diſcerpatur, membra & corpus diſcerpta
in ignem & in cineres redacta in ventum projician-
tur & bona Regi acquirantur. Anglia quoque re-
belles An. 1660. morti ſubjecit, Polonia Pickars-
kum Anno 1620. ſupplicio affecit, Bohemia tales
ad mortem Anno 1621. condemnavit; oculis
quaſi obverſatur adhuc rebellis Ungari Pikaii ex-
emplum cum aliis 19. aſſeclis 28. Novemb. 1672.
ſupplicio affectis, inter quos ipſe ductor rebellium,
ejus quæſtor, quatuor ejus miniſtri, tres milites
cum 10. aliis, ſinguli fere diverſis modis mortem
292 ſubierunt. * Adhæc bona eorum confiſcantur,
etſi liberi ſuperſint, ut his egeſtate ſordentibus
mors ſit ſolatium, & vita exilium, à materna in-
ſuper & avitâ ac omnium proximorum ſucceſſio-
ne ſunt alieni filii, ex teſtamentis extraneorum
nil capere poſſunt, ad nullos honores admittuntur.
*d. l. 5. can. ſi quis. 226. q. 1. c. quisquis. diſt. 1. 9. de pœ-
nit. Facit. l. iſti. in fin. quod nos eam. §. fin. de noxal. act.*

An iſta pœna contra liberos non ſit nimis du- 293
ra id multis videtur ex ſequentibus rationibus. *
Primo quod pœnæ ſuos debeant tenere auctores, 294
l. 22. Cod. de pœnit. 20. ff. de pœn. l. 7. de bon. damn.
Secundo nemo alieno odio prægravandus ſit, *l. 22.
de R. I. in 6. l. 23. §. 1. Cod. de inoff. teſtam.* Tertio
nemo alieni criminis ſucceſſor conſtituendus, *l. 26.
de pœn. c. crimen. 6. 1. q. 1.* Quarto nemo ſine
culpa puniendus, *c. ſine culpa 28. de Ju. in 6.* filius
autem non eſt culpabilis, quando pater crimen ad-
miſit, quem ipſe retrahere ab eo non potuit, cùm
non deceat filios eſſe correctores & caſtigatores
parentum, *c. nov. 5. diſt. 26.* V. Calamitas patris
& matris filio nocere non debet, *l. 3. §. 9. de Mun.
& bon. & 1. l. de ingen.* Hinc *Ezechiæ* 18. v. 19. le-
gitur Filius non portabit iniquitatem patris, &
Deut. 24. v. 16. non occidentur patres pro filiis &
filii non morientur pro patribus, unusquisq; à ſuo
peccato morietur, *2. Reg. 14. v. 16. & Geneſ. 18.
v. 23.* perdèſne pium cum impio, *Levit. 3.* Ani-
ma quæ peccavit, ipſa morietur: Cui autem ali-
menta denegantur, is necari cenſetur, *l. necare.
de agn. & al. lib.* VII. Pœna publicationis bono-
rum videtur ſublata, l. N. *Nov. 17. §. oportet. Auth.
bona damnat. Cod. de bon. damn.* VIII. bona li-
bertorum reſervantur filiis damnatorum in hoc
crimine, *l. antep. ff. h. t.* & fiſcum illi excludunt,
ergo multò magis liberi ingenuorum. IX. Videtur
l. quisquis. 5. Cod. h. lata. anno 397. tanquam ante-
rior correcta, *per. l. 21. Cod. de Pœn.* quæ lata eſt
Anno 399. ab iisdem Arcadio & Honorio Impera-
toribus. X. Etiam in caſibus, quibus bonorum
publicatio locum habet, aliàs liberis dimidia re-
ſervatur, *l. 7. princ. de bonis damn. l. ſiquis. 9. §. 1.
v. quod verò. Cod. eod.* XI. Liberis ex bonis pa-
tris legitima omni jure debetur, *d. l. 7. de bon.
damn. Nov. 18. in præf.* quæ nullo facto patris mi-
nui aut auferi iis poteſt, *l. 32. & auth. noviſſima
Cod. de inoff. teſtam.*

Verùm pro contraria ſententia fortiora ſunt
argumenta, I. Textus eſt rotundus *in cit: l. 5. Cod.
h.* II. *l. quando. 10. Cod. de bon. proſc.* ubi à vulgata

 regula

Digitized by Google

regula hoc crimen excipitur. III. Eſt *Nov.* 134. *cap. fin.* ubi quoad hoc crimen ejusve pœnam leges veteres conſervantur, ſcilicet, *tit. l. 5. c. felicis. de pœn. in 6.* IV. Bona committentium hoc crimen 2. *feud.* 56. regalibus annumerantur. V. Eadem confiſcatio perduellibus & læſæ majeſtatis reis imponitur in A. B. Carol. IV. *t.* 1. §. 2. ergo ad filios nihil bonorum derivatur. VI. *d. l. quisquis. Cod. b.* renovatur per A. B. *c.* 2. & licet hunc textum quidam expugnant, & ab aliquo deſcriptore inſertum velint, quia tamen tot ſæculorum obſervantia pro authentico habetur parùm iſti contradictioni deferendum, quòd autem ibi de offendentibus Electorem ſtatuitur, multò magis in iis, qui contra Imp. & Imperatorem aliquid hoſtiliter machinantur, ſtatuendum, *arg. l. 3. in fin. de off. Præt. l. 8. Cod. de Epi'c. & Cler. c. qualis.* 21. 8. *q.* 1. VII. Nec deſunt exempla tam ſacra quam profana, ubi liberi cum parentibus ob horum delictum puniti ſunt, ſic *Danielis. 6.* Qui Danielem detulerant, una cum liberis leonibus objecti ſunt, & aliàs paſſim ſic Joan. Frid. Sax. juxta præſcriptum A. B. pœnas luit, ut alia omittamus.

195 Ad rationes dubitandi ſupra, ut & à Joachimo à Rufdorf, qui ſe nobilem Bavarum appellat, licèt ſolidè reſponſum ſit per Joan. Adelſreiter Conſil. Bavar. ℞. Ad 1. 2. 3. 4. 5. eas veras in theſi, ſed in hypotheſi & hoc enormi crimine eſſe exceptionem à regula, quia multa fiunt ſine culpa non tamen ſine cauſa, *c. quoniam.* 1. § 4. *X. ut lite non conteſt. can. hi qui.* 26. 32. *q.* 7. cauſæ autem in plano ſunt. Ad c. & textum S. Scripturæ contrà inſtantia fieri poſſet per text. *Exod.* 20. Ego DEUS Zelotes viſito delicta parentum in filios usque ad 3. & 4. generationem, *c. homini,* 1. *q.* 1. prout ob unum Jonam omnes fuere in periculo naufragii, *Jon.* 1. ob peccatum Davidis populus afflictus, 2. *Reg. ult.* ob Cham patrem maledictus eſt filius. *Gen.* 9. pro peccato Geaſi poſteri ejus leprà puniti ſunt, 2. *Reg.* 4. plura congeſſit Gratianus, *in c. Eccleſia.* 1. *q.* 4. unde & Judæi. *Matth.* 27. clamant, ſanguis ejus ſuper nos & filios noſtros ob quod poſteri obnoxii ſunt pœnis ex morte Chriſti: ſic & Carol. M. Taſſilonem Bojariæ ducem Anno 788. ob rebellionem & violatam fidem in Comitiis Ingelhemii congregatis, læſæ majeſtatis reum damnavit ipſo in monaſterium detruſo, & licèt ex indulgentia vitam filio largitus ſit, Bojariam tamen Carolus armis occupatam retinuit, liberis excluſis, *Avent. annal. Bojor. lib.* 3. & 4. Verùm quia per contrariam inſtantiam argumentum non ſolvitur, nec exemplis ſed legibus judicandum eſt, *l.* 13. *Cod. de ſent. & interlocut.* ideò iſtos textus prima fronte pugnantes conciliando. ℞. Cum Gomeſ. *Tom.* 3. *c. n.* 3. Jure divino pœna æterna nunquam puniri filium ex delicto paterno, & ita intelligi textus pro contraria ſententia allegatos juxta Innoc. *in c. gravem. extra de ſent. excom.* licèt in pœna temporali ſecus ſit, *c. vergentis. extra de hæret.* Ad VII. ℞. in novella mutante hoc Jus crimen læſæ majeſtatis expreſſe excipi. Ad VIII. Et iſti legi, *per l. quisquis.* derogatum, ita *Gomeſ.* Ad 9. ℞. *l.* 22. cum veteri Jure concordare in regula, à qua hoc crimen excipitur: & poſito, quòd *l. quisquis. per l.* 22. corrigeretur, tamen rurſus *l. quisquis.* in uſum revocaretur, & tolleretur per A. B. *t.* 24. Ad X. ſimiliter excipitur hoc crimen *per Nov.* 124. *c. fin.* Sicque manet firma concluſio in hoc crimine etiam amiſſione hæreditatis meritò plecti liberos. Ac licèt Amaria Rex æquiſſimus, patre parricidali manu è medio ſublato, Anno 1549. 29. Octobr. in innocuam generationem graſſatus non ſit, ſed ſolùm reos è medio ſuſtulit: prout nec ætate noſtra Rex Angliæ in familias deſæviit, ſed ſolùm in conſilii & auxilii reos pœnam juſtiſſimam ſalvis innocentibus pronunciari voluit. Econtra tamen Rex Japonenſis teſte Mandesloo læſæ majeſtatis reum & omnes maſculos de rei familia vità privat, fœminas verò vendit, & beneficii loco eſt, ſi alicui de familia permittitur conſcindendo ventrem ſibi ipſi mortem conſciſcere, ut refert Erneſt. Gockelius *de Europ. Reg. cap.* 8. *ſub n.* 18. *pag.* 471. Hæc enim

enim extra nos nihil ad nos, qui aliam legem habemus, juxta quam procedendum ſit.

296 Quæritur: *An ea propter etiam pueri infantes doli nondum capaces innocentes vel furioſi puniendi?*

Id affirm. ob textuum citat. generalitatem, à qua hi non leguntur excepti. Non obſtat innocentia, ad quam reſponſum eſt quæſt. præced. Sic de cœco nato diſcipuli dominum interogarunt, quis peccaſſet, ille an parentes ejus? prout nec filiorum infantum uberibus maternis adhærentium innocentia eos à Sodomatarum pœna eripuit. *Joſue. c. 7.* Acham cum liberis igni traditus eſt, *c. 22. 6. q. 1.* Idem in primorum parentum prævaricatione evenit, quæ peccato originali nos omnes & pueros reddidit obnoxios. Non obſtat, quòd perduellis patris impuberes liberi nunquam citati nec auditi, bonis patris privati nequeant, ſed ſententiæ contra ipſos indefenſos latæ ipſo jure nullæ ſint, *l. ſi praſes. 6.* C. *quom. & quando judex. l. acta. 45. §. 2. de re judicat. l. 24. Cod. de Procur.* Rx. Namque judicium inſtitui contra ipſum patrem perduellem, & contra ipſum ſententiam promulgari, item contra ipſum fieri executionem, quæ licet in conſequentiam tangat ejus liberos, hoc tamen attendi non ſolet, nec debet, aliàs enim ſemper ad litem cum patre inſtituendam ex qua bonorum paternorum deminutio timetur, citari & audiri deberent liberi, iisque ſi minores ſint curator ad litem dari, quod abſurdum eſt; accedit quòd liberi vivo patre nondum ſint domini bonorum paternorum ſed ſpe tantùm, & per anticipationem, item quod legitima iis debetur primum poſt mortem patris, ſubſtantia autem conſideratur prout tunc eſt, poſt confiſcationem verò nihil ſupereſt, ergo nihil deberi poteſt. Sicque & jure noſtro parentum incæſtuoſorum liberi ob delictum parentum, legitima, quin & alimentis privantur, & iis indigni reputantur jure civili *auth. ex complex. Cod. de inceſt. nupt. Nov. 47. c. 6.*

Q. I. *An domus ejus, qui hoc crimen admiſit, poſt damnationem rectè deſtruatur?* 297

Licet tali pœna blaſphemum affeciſſe, legatur Nabuchodonoſor, *Daniel. 3. c. quando. 39. 23. q. 4.* Idem in eo, qui Cardinalem interficit, *c. felicis. de pœn. in 6.* & qui pacem tenere & jurare noluit, *t. de pace firm. §. præterea bona.* nulla tamen lege circa hoc crimen id cautum reperitur, conſuetudine autem locorum receptum, ut à ſimilibus ad ſimilia procedi ſoleat, *l. famoſi in fin. ibi ad exempl. l. Julia de pœn.* atque ita cum Andreas de Iſernia conſiliarius regius Neapolitanus occiſus eſſet 11. Octobris Anno 1553. occiſores damnati fuere ad mortem, bonorum confiſcationem, & ut domus deſtrueretur, & ſic quoque ex hoc delicto in res inanimatas adverti ſolere, tradit Adelsreuter *d. loc. pag.* 148. ſic olim Quintus Cincinatus dictator Metium occidi, & domum ſolo æquare juſſit; Ciceronis quoque domus dejecta eſt, licèt eo revocato ab exilio ex publico ruſus erecta ſit; ſic & Marinus Falitio Venetorum Dux deprehenſus in conſpiratione cum quibusdam plebeis, ut Tyrannide majorem poteſtatem obtineret, à ſenatu captus, capite mulctatus, & ædes ejus ſolo æquatæ ſunt, Gigas *h. q. 35.* qui tamen hanc pœnam conſuetudinariam ad perduellionem reſtringere videtur, *q. 36. in fin.* Illud quoque ſciendum, ſi domus, quam inhabitat perduellis maritus, cum uxore eſſet dotalis, quia non eſt propriè & plenè in bonis viri, qui eam nec alienare, nec obligare poteſt, *l. lex Julia. l. Julianus. l. ſed nec libertus de fund. dot.* cum & viro delinquente uxori dos reſtituenda ſit, *d. l. 5. §. uxores. Cod. h.* Gigas *d. q. 36. n. 2.* & tantùm civilis dominus vir ſit.

Digitized by Google

298 QUÆST. II. *Sed an deſtructa readificari poterit?*
℞. Si in ſententia reædificatio prohibita ſit,
non poſſe, ℞. ſecundo, poſſe, ſi ſuperior concedat;
utroque hoc ceſſante, dubium manet: Negat. *Gi-
gas q. 37. n. 6.* hoc ſimili, quòd civitas condemna-
ta à Papa vel Cæſare ad deſtructionem non poſſit
muros reparare ſine licentia ſpeciali, *arg. c. ſicut
2. diſt. 15.*

299 QUÆST. III. *Huc pertinet, quid ſi dum ob hoc
crimen domus diruitur cadat ſuper domum
vicini, eique damnum inferat, à quo com-
penſabitur?*

℞. Ab eo, qui mandavit id fieri, *facit l. 3. quod
met. cauſ. junct. l. tutores* Cod. *ad l. Jul. Gigas c. 37.
n. 1.* niſi culpa mandatarii deſtruentis interveniſ-
ſet, ex qua ille tenetur *ex cap. 2. l. aquil.*

300 QUÆST. IV. *Quid ſi plures conſortes condemnati
hoc crimine in diverſis ſint territoriis, & u-
bique poſſeſſionati?*

Diſt. cum Gigant. *p. 2. pag.* 301. vel confiſ-
catio ſit, ut hic de jure communi, & bona utriuſ-
que territorii ſubjacent confiſcationi, ita tamen
ut executio fiat per Officialem loci, ubi ſita ſunt,
Bart. *in l. ſi quando Cod. de bon. vacant.* aut ex ſpe-
ciali ſtatuto loci, & tunc non extenditur ultra ter-
ritorium, *c. ut animarum de conſtit. in 6. l. fin. ff.
de jurid.*

301 Q. V. *An in hanc confiſcationem veniant bona
feudalia?*

℞. Diſt. vel feudum eſt tranſitorium ad quoſ-
vis hæredes ſeu merè hæreditarium, & veniunt:
quia hoc regulatur ſecundum naturam bonorum
allodialium, *Menoch. recup. remed. 9. n. 251. Fach.
7. contr.* 20. Vel feudum rectum eſt proprium? &
diſt. vel quæritur de proprietate, & non venit, ſed
hoc manet apud dominum; vel de dominio utili,
& licèt hoc quoad vitam condemnati ſive obven-
tiones ejus fiſco cedant, eo tamen mortuo proxi-
mi admittuntur, alias ſucceſſuri, *c. 1. §. præterea.
& §. denique. quæ fuit prim. cauſ. benef. amit.* Gig.
d. loc. q. 15. pag. 308. ſic dicitur, *in l. eum, qui 3.
v. quæ verò de interd. & releg.* filium ea bona reti-
nere, quæ à genere vel aliis majoribus habet &
per delictum patris non amittere, ſed feudum an-
tiquum filius & agnatus habet non beneficio ulti-
mo defuncti ſed primi requirentis, Geil. 2. *de pi-
gnorat. c. 14. n. 7. in fin.* item *in l. 1. v. & ideo. Cod.
de bon. libert.* bonis publicatis non veniunt jura Pa-
tronatus ab avo vel ulterioribus quæſita, & facit
argumentum à liberto ad vaſallum, de quo Ever-
hard. *in locis legal.* ſed in liberti bonis publicatis
jus patronatus non tranſit ad fiſcum, *l. ſi libertum.*

Q. VI. *Quid de bonis emphiteuticis?* 302

Diſting. inter ea, quæ ab Eccleſia recognoſ-
cuntur, & à privato, illa ad fiſcum non tranſeunt,
cum non ſint tranſitoria ad hæredes extraneos,
Fiſcus autem eſt loco extranei hæredis, *l. 2. Cod.
ad l. Jul. de vi l. 1. Cod. de bon. libert. l. eorum. ff.
hic. l. libert. ff. de jure Patron. l. eum. qui de interd.
& releg.* Privata verò ad extraneos tranſitoria fiſco
cedunt, *Gigas. q. 6.* Ita tamen ut domino directo
non præjudicetur.

Q. VII. *An iſti confiſcationi etiam obnoxia bona* 303
futura?

Negat. fundatur *in l. ſi tibi §. is cujus bon.
mandat. junct. l. ſubſtitutio, cum ibi not. de acq.
rer. domin. Gigas q. 7.*

Q. VIII *An autem hereditas delata læſæ maje-* 304
*ſtatis reo, nondum tamen adita, ante dam-
nationem fiſco cedet?*

Neg. per tradita Nelli *in tract. de bannitis,
part. 2. temp. q. 30.* qui pro negativa judicatum
refert.

Q. IX. *An Relicta ſub Conditione?*
Negatur ſi ei relictum ſit aliquid vel debitum 305
ſub conditione, quæ poſt condemnationem prius
purificatur *Nell. d. loco q. 31.*

Q. X. *An peculium profectitium veniet in con-* 306
fiſcationem ob delictum patris?

Affirm. quia hoc adhuc in patris bonis eſt,
& ipſe ejus dominium habet *l. certum l. fam. herciſc.
l. ſi plures. §. in arrogato. de vulg. & pup. ſubſtit. l.
placet de acquir. hæred. l. cum oportet. Cod. de bon.
quæ liber.* * An vice verſa in filii fam. bonis con- 307
fiſcatis: ℞. Non confiſcabitur hoc peculium,
Gigas *de loco. q. 10.*

Q. XII. *Quid de peculio adventitio filiifamilias,* 308
an bonis patris confiſcatis hoc confiſcabitur?

Et hoc neg. quia filii eſt, non patris. Gigas
q. 13. n. 2. ſicut econtrà publicatis bonis filii ob
hoc crimen illud quoque publicatum cenſetur,
Gigas *q. 11.*

Q. XIII. *Quid de caſtrenſi vel quaſi?* 309
Id publicatione bonorum paternorum non
conti-

Digitized by Google

contineri palam eſt, quia in eo filius familias plenum jus habet, & loco patrisfamilias eſt, *l. 2. ad Maced. l. lis nulla de judic. l. 9. de his, qui ſui vel alieni Jur.* & de eo liberè diſponere poteſt *princ. inſt. qui teſtam. fac. poſſ.* * E contra autem filius delin-
310 quens ſicut alienare & de eo diſponere, ita etiam per delictum amittere poteſt, nam & tacitè alienare cenſetur, qui delictum confiſcatione dignum admittit, *l. Imp. de jure fiſci. Nellus in prima parte 2. temp. q. 25.* alias enim confiſcatio bonorum filiifam. ex hoc delicto nihil operaretur, *Gigas q. 12.*

311 Q. XV. *An autem bona ipſo jure confiſcentur?*

Variant Doctores: affirmat Dynus *in l. Imperator. de jure fiſc. per l. 20. de accuſ. l. fin. Cod. h. juncta l. quisquis. Cod. eod.* Negat autem Barth. & Fach. 7. c. 20. quæ probabilior videtur, licet enim delinquens ſtatim bonorum adminiſtrationem amittat, nec donare, nec alienare, nec manumittere poſſit, Gigas 7. q. 23. dominium tamen retinet, donec ſententia condemnatoria ſequatur, & ſic ante condemnationem adhuc dominus dicitur, *l. quæſitum. qui & à quib. manum.* Item ante damnationem bona à Reo diſtrahi non poſſunt, *l. res quæ 22. de jure fiſc. & juxta l. fin. Cod. h.* Reo convicto prius poſſeſſoribus eripiuntur, & fiſco vindicantur, ergo non ante, *add. A. B. t. 24. §.* wir wollen. *Gig. d. loco q. 25. Fa b. 9. c. 35.*

312 Q. XVI. *An accuſatus hoc crimine pendente lite alendus ſit ex ſuis bonis?*

Affirm. per *l. aſt prætor. §. ſi fundus. de jure dot. Gig. q. 26. Laudenſ. in tract. de Fiſco. q. 252.*

313 Q. XVII. *An debitor ſolvens huic criminoſo liberetur à debito?*

℞. Cum diſt. ſi ſolvit vel poſt condemnationem, vel etiam poſt inquiſitionem & denuntiationem cognitam, vel quia notorium erat eum reum eſſe hujus criminis, & non liberatur, *l. pen. Cod. h. c. fœlicis de pœn. in 6.* ſi autem crimen adhuc occultum erat liberabitur, *arg. l. Barbarius. 3. de off. Prat.* dummodo ignorantia non ſit ſupina, ut & fit, ſi quis ſolvat Procuratori revocato, *l. cum quis de ſolut. Gig. de loc. q. 27.*

Quia filii reorum à materna & avita omnium etiam proximorum ſucceſſione alieni ſunt.

314 Q. XVIII. *An hæreditas illi filio alias delata Fiſco vel aliis à latere venientibus applicanda ſit?*

Pro fiſco concludunt Cynus, Salicet: & quidem alii *per l. quisquis. §. uxores Cod. h.* ubi fiſcus aufert quod filii aliàs eſſent habituri. Pro proximis autem ſtat Peregrinus *de Jure Fiſci lib. 3. t. 9.* cum multis ab eo allegatis hac ratione, quòd nulla lex filiis rebellium delatas hæreditates fiſco applicat, ergo nec nos in præjudicium proximorum, qui ſine lege loqui meritò erubeſcimus in materia maximè exorbitanti, & pœnali, cùm aliàs in cauſa dubia contrà fiſcum reſpondendum ſit, *l. non puto 10. de jure Fiſci*, accedit quod hi filii non ſint indigni, ſed tantùm incapaces dicantur, *d. l. quisquis.* Sed hæreditates incapacium cedunt proximioribus, indignorum verò Fiſco, *l. 1. Cod. de ſecund. nupt. t. t. de his quib. ut indig.* Non obſtat, *cit. §. uxores in d. l. 5.* ℞. loqui de bonis mariti vel patris rebellis, quæ confiſcantur excluſis liberis, quæ pœna non venit ſine lege ad aliorum bona extendenda.

Q. XIX. *Quid de filiabus patris hujus criminis rei?* 315

℞. Licet & hæ bonis paternis de rigore juris excluſæ ſint, mitius tamen cum illis agitur in maternis, ex quibus ipſis Falcidia debetur, *d. l. 5. §. ad filios. Cod. h.* nec etiam conſanguineorum & aliorum extraneorum ſucceſſione excluduntur *d. l. 5.* ſicque propter infirmitatem ſexus tanquam minùs auſuræ, pœnam ſentiunt mitiorem; *Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 9. facit. l. 38. §. 7. ad l. Jul. de adult. l. 6. ad l. Jul.* hinc nec filias paterna comitatur infamia. * Et licet in rebus Venereis fœminæ 316 aliis audaciores ſe ſoleant oſtentare juxta illud Juvenalis:

Fortem animum præſtant rebus, quas turpiter agunt.

& Ovid. 4. *metamorph.* de Tysbe.

Audacem faciebat amor.

Regulariter tamen timidiores ſunt. Gig. *q. 15. n. 6.* * Vox quidem *ſi quis* etiam fœminas in 317 uſu juris comprehendit, *l. 1. de V. S.* etiam in materia pœnali, *l. 7. de Jurisd. Doctores ad l. un. Cod. de rapt. Virg.* * ſed hoc limitant Doctores quando 318 objectum eſt rationale ſecus quando irrationale, ut hic ajunt, vel niſi fœmina excipiatur & prærogativa præ mare donetur, ut hic; niſi tamen filia ſimul cum patre machinata eſſet, Gigas. *q. 15. in fin.* Nec etiam obſtat, *l. fin. Cod. de bon. damn.* ubi læſæ

Digitized by Google

læſæ majeſtatis reus juſtam pœnam ad poſteros etiam transmittere dicitur, poſterum autem voce etiam veniunt filiæ, *§. fin. qui teſtam. tut. dar.* ℞. Id intelligi niſi aliquid ſpecialis prærogativæ habeat mulier vel diverſa ſubſit ratio Gigas *q.* 14.

319 Q. XXI. *An filia damnati patris dotanda à fiſco?*

Affirmat Baldus *in l. ſi patri Cod. de dot. prom.* & ita Ferd. Rex Neapolitanus cum damnatus eſſet Princeps Roſani ob hoc crimen notoriè in regem admiſſum, ex bonis confiſcatis Rex ejus filias honorificè dotavit.

320 Q. XXII. *An hoc crimen in Papam committitur?*

Affirm. *per c. inprimis. 2. q. 1. ad fin. c. ſollicita. 6. extra de major. & obed. Clem. paſtoralis. §. ſane de re jud.* & ſi offendens Cardinalem committit hoc crimen, *c. felicis de pœn. in 6.* ergò multo magis offendens ipſum Papam *auth. multo magis. Cod. de Epiſc. & Cler. l. 3. in fin. de off. Præt.* Nec diſtinguitur an Clericus ſit vel Laicus, quia Papa omnium Chriſti fidelium Dominus dicitur, *c. cuncta per mundum 9. q. 3.* in quem etiam ſæcularem jurisdictionem tranſtulit Conſtantinus Imperator, *vulgat. c. Conſtantinus diſt. 96.*

321 Q. XXIII. *Quid ſi ſubditus Imperij hoſtile quid contra Papam machinetur?*

℞. Reum eſſe hujus criminis, quia ſubditus Imperii etiam Papæ ſubditus dicitur habitu licet non actu, *poſt Barth. Gig. q. 3.* & ſi Imperator hoc patrare poteſt contra Papam vel ſtatum Eccleſiæ *Gig. d. q. 3.* multò magis Imperii ſubditi, qui non debent eſſe melioris conditionis quàm Imperator ipſe.

322 Q. XXIV. *An hodie etiam in Imperium Romano-German. committi dicatur?*

De jure veteri ante legem regiam hæc res caruit dubio, *l. 1. §. 1. h.* Verumtamen etiam poſt translatum omne Imperium in Principem committi probat *§. pulchra. 2. de publ. jud.* & conſequenter hodie committitur, cum etiam hodie in Imperio ſuperſit adhuc majeſtas realis, *de qua ſupra c. 3. q. 5.* actum, ſicut in Imperatore eſt perſonalis, quæ realis poſt legem regiam manſit, *l. 7. §. 1. de capt. & poſt.* quamvis ejus effectus non ſemper appareant, ſed durante majeſtate perſonali dormiant, & ſint ut ipſa in hyeme, eamque in omni republ. agnoſcit Beſold, *22. polit. c. 2. n 4.*

Q. XXV. *An contra alios Reges Galliæ, Scotiæ, ut & liberas respubl. non recognoſcentes ſuperiorem?* 323

Affirm. quia tantum quilibet valet in ſuo quantum Imperator in Imperio Geil. *1. de princip. c. 29.* & omnibus majeſtas competit, & ſic præter ſupra dicta is, qui Henric. IV. Franciæ Regem An. 1610. 10. Maji in Rheda ictu cultri gemino ſiniſtro lateri juxta cor inflicto interemit, ejus nomen æternæ maledictioni & oblivioni addictum eſt, & familiæ injunctum ut nomen mutaret, ipſe autem ſupplicio debito affectus eſt; & cùm Anno 1600. comites Gaurienſes Jacobum Scotiæ Regem in arcem ſuam ſpe oſtentandi theſauri ad interiora conclavia allectum interficere tentarent, ipſe verò voce & manu vim avertens mortem effugiſſet, ſupplicio affecti ſunt; item Anno 1602. Carolus Gontaldus Mareſchallus Franciæ detecta conjuratione in Regem ultimo Julii capite plexus eſt. De Principibus tamen & rebuspubl. ſuperiorem recognoſcentibus, id negat Fach. *9. contr. 32. Gigas quæſt. 25.*

Q. XXVI. *An contra Tyrannum, qui ſibi juriſdictionem violenter aſſumpſit, titulo caret, & eam uſurpat?* 324

℞. Neg. quia nulla ejus majeſtas, niſi eſſet toleratus, aliud dic, ſi regnum quod ante vi occupavit, nunc titulo poſſideat, inveſtitus forte ab Imperatore vel Papa, nam & hunc lædens majeſtatis reus foret. Gigas *q. 65. lib. 1. pag. 128. & q. 22. part. 64.*

Q. XXVII. *An in Imperatricem?* 325

Affirm. *l. Princeps ff. de legib. add. §. fin. de uſucap. junct. Nov. 8. c. 1.*

Q. XXVIII. *An offendens Cardinalem?* 326

Affirmat Gigas *q. 5.* & ſimul ſacrilegii reum dicit, *c. felicis de pœn. in 6. c. ad apoſtolica. §. perpetravit, de ſent. & re jud. in 6.* læſo enim Cardinale læditur majeſtas Papæ, cujus ipſe Collateralis eſt à cardine dictus, quod ſicut in cardine oſtium vertitur, ita in iis vertitur adminiſtratio Eccleſiæ, item hi habent ſe ad Papam, ut Senatores ad Imp. Hos autem offendens, hoc crimen committit *d. l. quiſquis.* Fallit tamen in eo, qui pro ſui defenſione Cardinalem percuſſit, *facit. c. qui peccat. 23. q. 4. l. Grachus Cod. de adult. junct. l. 45. §. 4. ad l. aquil. Clem. 2. de homic.* fallit ſecundò ſi Car-

Digitized by Google

ſi Cardinalis eſt rebelius Papæ, atque ita occiſus legitur Franciſcus Alidoſius Cardinalis Papienſis à Franciſco Maria Feldrio duce tempore Julii II. Papæ, quia Cardinalis legatus de latere Bononiæ exercitus ſecreta, cui ipſe præerat, Ducibus Gallici exercitus nunciabat, ideo Ravennæ confoſſus interiit, hic autem abſolutus fuit.

127 Q. XXIX. *Quid de eo, qui offendit legatum Papæ vel Cæſaris?*

℞. Reum hoc crimine eſſe ſi offenditur in contemptum legantis, ſecus ſi ex odio privato, Gigas. *q. 6. & 16.*

128 Q. XXX. *Quid de eo: qui conſpirat in necem Conſiliarij Cæſaris?*

℞. Sub diſtinctione quæſt. præced. 29. tradita.

129 Q. XXXI. *An is, qui Papa Imperatore, vel Rege vivente, de ſucceſſione conventicula habet, incidat in hoc crimen?*

Affirm. ſic tempore Julii II. Papæ nonnulli Cardinales defecerunt, & Piſis conciliabulum indixerunt, quo improbato approbatum fuit Concilium Lateranenſe, Gigas *q. 2.*

130 XL. Demum Reſervatum eſt, Theſaurus, cùm à Friderico inter Regalia referatur. Theſaurus autem non ſignificat hoc loco quamvis rem precioſam, vel rei precioſæ depoſitionem, ut *in l. theſaurus 15. ad exhib.* ſed definitur vetus pecuniæ depoſitio, cujus dominus non exſtat, *l. 31. §. 1. de acquir. dom.* hominum ſcilicet ſententia & opinione, vel eſt Dei beneficium aut donum fortunæ, quo condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia nobis obveniunt, *l. un. ne u terius. Cod. de theſau. l. ſi is qui. 63. §. 1. v. quia. de ac-*
131 *quir. rer. domin.* * Ut proinde verè theſaurus non ſit, cujus dominus ſcitur; *d. l. 15. ad exhib. & 44. de acq. poſſ. l. 67. de R. V. Gail. de expenſ. c. 22. in princ.* Quamvis autem theſaurus in proprio inventus totus jure noſtro ſit inventoris in alieno verò caſu inventus inter dominum & inventorem dividendus ſit, *§. theſaurus. inſt. de rerum diviſ. l. un. Cod. de theſ.* Si tamen incantationibus magicis inventus ſit; fiſco ſive in proprio ſive in alieno totus applicandus eſt, & regalibus adnumerandus *d. l. un.* cùm hoc ſit contra jura divina & humana, *c. illud. 26. q. 2. Gail. de expenſ. c. 22.* Si theſaurus in loco Cæſaris vel ejus patrimonio inventus ſit datâ opera, totus eſt Cæſaris, ſi fortuito verò, dimidia Cæſaris, dimidia verò inventoris eſt, ubi intelligitur privatum Cæſaris ærarium vel patrimonium, *d. §. theſauros. & l. 3. pen. de Jure Fiſci.* Eodem modo loco publico vel fiſcali inventus ad fiſcum ſpectat. Si quis partem fiſco debitam ſupprimat totus fiſco applicatur, nam ſimul ita punitur ut alterum tantùm ab eo ſolvatur; *l. 3. §. fin. de jure fiſci.* In locis ſacris & religioſis, licèt jure civili fiſco debeatur theſaurus inventus, tamen, cùm loca ſacra & religioſa nunc in bonis Eccleſiæ ſint, ad eam ejúsve Prælatos pertinere vult Pereg. *de jure fiſci lib. 4. tit. 2. n. 7. v. verùm. cùm. facit. c. Eccleſia S. Mariæ. de conſt. c. nulli, & c. poſſeſſiones. de reb. Eccleſ. non alienand. Sixtin. 2. de regal. cap. 21. n. 38. & ſeq.* Sicut in ſolo civitatis ſi reperti theſauri ab alio, dimidia pars eſt civitatis, & altera inventoris, *§. theſauros in fin.* nec debet eſſe durior conditio Eccleſiæ, quàm civitatis & privatorum.

QUÆSTIO. *An ergo arte dæmonis inveſtigare, & inveniri poſſit theſaurus?* 132

℞. Poſſe licet illicitè, quia omnis cooperatio cum dæmone etiam ad bonum apparentem finem eſt mala. Unde licèt Fauſtus & Cornelius Agrippa itinerantes ſoliti fuerint ferreos nummos apparenter probos in hoſpitio numerare pro ſymbolo, tamen ipſi hoſpites poſtea deprehendebant eos eſſe fragmenta cornuum & rerum viliſſimarum, etſi aliquando veros nummos ex inventis theſauris ſolverint, quapropter Carolus V. Agrippam & alios duos nobiles aulâ & regnis ſuis exulare juſſit, quod theſaurorum per artem magicam inventionem obtuliſſent, Delrio *diſq. mag. lib. 2. q. 12. pag.* 148. Cùm dæmon omnes theſauros abſconditos & in mari merces ac auri fodinas manifeſtare norit.

Digitized by Google

CAPUT XII.

De Superioribus Imperii Dicaſteriis ac Judiciis, in ſpecie verò de Conſilio Imperiali Aulico.

SUMMARIA.

1. *Chriſtiano an in judicio litigare fas ſit? Anabaptiſtarum error, ibidem.*
2. *Judæi cujuſdam objectio & retorſio.*
3. *Aulicum conſilium quod.*
4. *Juriſdictio Cæſarea diviſa in communicabilem, & incommunicabilem.*
5. *Juriſdictio Cæſarea in omnes Imperij Cives fundata.*
6. *In Cæſaris conſiſtorio Juris Civilis ſolennitates circa proceſſum non attenduntur.*
7. *Aulicum conſilium duplex.*
8. *Aulici conſilij locus.*
9. *Aulici conſilij conſtituentes perſonæ.*
10. *Conſiliariorum V. R. paritas.*
11. *Aulici Conſilij tempus.*
12. *In quibus Conſilij Aulici Juriſdictio fundata.*
13. *An in cauſis Eccleſiaſticis?*
14. *Avocatio cauſæ in Camera præventa illicita.*
15. *Exceptio à d. regula.*
16. *Fractæ pacis cauſæ an ad Judicium aulicum ſpectent.*
17. *Conſilij Aulici in procedendo forma.*

Quemadmodum ab ipſe Imperatore juxta dicta uti ſupremo Judice, ita à ſuperioribus judiciis & tribunalibus appellatio denegata; ſic enim judicium pro tribunali accipimus cum Jure Conſulto, in quo judicia exercentur, *l. 11. ad fin. de J. & J. c. IX. de Jud.* ſive pro loco, in quo tanquam palæſtra litigantes inter ſe pugnant, qualia ſunt. I. Judicium Aulicum Imperiale. II. Camera Imperialis Spirenſis. III. Supplicationis. IV. Reviſorium. V. Rotwilenſe Aulicum. VI. Iiſque quaſi deſerviens Auſtregarum: De quibus ex ordine breviter agetur.

1 In ipſo autem veſtibulo fanatici aliqui ſpiritus occurrunt, Anabaptiſtæ ſcil. qui omnia judicia & Magiſtratus planè damnant, ac negant fas eſſe homini Chriſtiano judicia exercere, & in foro litigare, & pro ſua ſententia adducunt, Paul. 1. *ad Corinth. c. 6.* Verùm per hoc Apoſtolus non damnat omnia judicia, ſed quæ fideles agebant, coram infidelibus omnibus calumniis obnoxia. At dices. Videtur Apoſtolus omnia ſimpliciter damnare, dum ait *ad Corinth. 6. v. 7. Cur non potiùs injuriam accipitis? cur non potiùs damnum patimini? quàm judicio contendatis?* Cui accedit illud, *ſi quis percuſſerit te in dexteram maxillam, obverte illi & ſiniſtram, cupientique tunicam tollere, permitte & pallium;* quo dicto actio injuriarum tolli videtur. R. Paulum id dicere, quia homines animo pacato rarò ſolent litigare, quòd ſi autem alia non ſit occaſio, ſuum, vel ſibi debitum conſequendi, non modò poteſt ſed etiam debet quis ſuum jure perſequi, dummodo abſit rancor animi, & vindictæ privatæ cupiditas, unde, & ipſe Paulus prædicto loco monet eſſe eligendos, qui cognoſcant & decidant cauſas, & lites ſuorum. Cùm autem præter 2
alia, illud Apoſtoli: *Si quis te percuſſerit.* Chriſtiano quidam Judæus objeciſſet, quòd ſcilicet hanc Chriſti legem Chriſtiani non ſervarent, Chriſtianus verò ſervari à plurimis regereret, & ſe quoque ſervare; Hebræus verò periculum facturus colaphum illi quanta potuit vi infligeret, quem Chriſtianus non modo excepit, & toleravit, ſed etiam alteram ipſi maxillam obvertit, in qua etiam mox Judæus pugnum inflixit, Chriſtiano non vindicante

Digitized by Google

dicante pugnos, id tantùm allegan̄ti, quod Chri-
ſtus ſubdit, Eâdem menſurâ, quâ menſi fueritis,
remetietur vobis, menſuram bonam, preſſam,
agitatam, ſuperfluentem dabunt in ſinum ve-
ſtrum; quibus dictis Sabbathario unam vel al-
teram alapam infregit, & medium arreptum in
terram proſtravit pedibus eum conculcans, &
pugnis eum probè dedolans illi hæc Chriſti ver-
ba: Eadem menſura, &c. Menſuram bonam
ad raucedinem ingeminans, donec conceptis
verbis Judæus juraret ſe cum Chriſtiano ex ver-
bis Scripturæ nunquam diſputaturum. Ita Ott.
Meland. *in Jocos. 9. pag. 16.*

3 A Conſilio Aulico Imperiali initium faci-
mus, quod Cæſarem non minùs, quàm Camerale
Spirenſe repræſentat, cumque eo concurrentem
jurisdictionem habet, ita, ut locus ſit præventioni.
l. uti captum. de Jud. ubi tamen in ipſo limine hæc
occurrit differentia, quòd Imperator ex præven-
tione cauſas ad hoc conſilium ſuum delatas ad Ca-
meram remittere poſſit & jubere, ut decidat, quod
tamen contra Camera facere non poteſt, rationem
diverſitatis tradit Speidel. *in verb.* Kammer-Ge-
richts Proceß / quod Camera Spirenſis tantum eſt
par Imperatori in jurisdictione quoad curſum ju-
ſtitiæ, quam Imperator non impedire, ſed bene
excitare, & urgere poteſt: In cæteris Imperator
eſt ſuperior.

4 Jurisdictio Cæſaris rectè dividi ſolet in com-
municabilem, & incommunicabilem ſive reſerva-
tam: Communicabilis expediri poteſt per Audi-
toria, ſive Judicia ab Imperatore conſtituta, ut
Spirenſe, Rotweilenſe; Incommunicabilis autem
in curia Imperatoris exercetur, ideoque Judicium
Cameræ minus eſt Imperiali Aulico, cum in illo
tantum exerceatur jurisdictio communicabilis in
cauſis 1. 2. & ulterioris inſtantiæ, Imperator verò
tanquam fons & origo omnis jurisdictionis tam
communicabili, quàm incommunicabili utatur.
Paurm. lib. 2. de jurid. c. 6. n. 16.

5 Poſtquam enim per legitimam electionem
juxta A. B. plenam & abſolutam poteſtatem & o-
mnimodam jurisdictionem in omnes S. R. I. ſtatus,
cives, & ſubditos, ſive perſonas, cujuscunque dig-
nitatis, eminentiæ, & conditionis conſecutus eſt,
fit, quòd in omnes perſonas; nec non, quoad uni-
verſas cauſas fundatam, habeat jurisdictionem, *l.*
unic. C. qui pro ſua Jurid. Reichs-Abſchied zu
Speyer. *Anno* 1557. *§.* weiters. *Gail. de pac. publ.*
lib. 1. c. 6. n. 14. quod de ſubſtantia eſt cujuscun-
que Imperii. *Leopold. de concur. Jurid. q. 3.* niſi qua-
tenus ita poteſtas per privilegia vel Capitulationes
limitata reperitur, *Paurm. de Jurid. lib. 1. c. 3. n.*
17. quod ex natura exceptionis deſcendit, ut quan-
do certos caſus eximit, in cæteris regula firmetur.
l. 22. §. 43. de Inſt. & Inſt. leg.

Et quia Cæſaris eſt, ſive ſummi Principis 6
conſiſtorium, hinc Juris Civilis ſolennitates circa
proceſſum, & nullitates in eo non attenduntur,
quando de meritis cauſæ conſtat. *Mynſ. 1. obſ. 28.*
& 4. obſ. 64. Marant. in Spec. p. 5. n. 15. quod ta-
men obtinere in nullitate ex jurisdictione deſcen-
dente, ait Mynſ. *5. obſ. 93. Ord. Cam. p. 3. tit. 34.*
Non obſtat, quòd ut in Camera, ſic in hoc Judicio
Aulico proceſſus legitimus requiratur, Gail. *1. obſ.*
75. n. 6. & 84. n. 6. Item Aſſeſſores, & Judices
debent obſervare leges & conſuetudines. *Ord.*
Cam. p. 1. tit. 13. & formam in ordinatione præ-
ſcriptam eaque deficiente ſolennitates juris com-
munis. *Ord. Cam. p. 3. tit. 12.* ℞. Niſi ſint de a-
picibus juris. *Gail. 1. obſ. 42. n. 7. Mynſ. 1. obſ. 27.*
& 5. obſ. 93. n. 1.

Eſt autem hoc conſilium duplex; Unum 7
der Kayſerliche Reichs-Hof-Raht / quo negocia
Imperii Cives concernentia pertractantur; Alte-
rum ſecretius. der Käyſerliche geheime Raht /
in quo cauſæ ad rationes ſtatus ſpectantes præci-
puè tractari ſolent, *Paurm. de Jurid. l. 2. c. 6. n. 16.*
Hujus autem loci non eſt Senatus, qui in comitiis
exercetur, ut de præſenti Ratisbonæ, quando ſci-
licet præſente Imperatore vel per ſe, vel per le-
gatum plenipotentiarum ſuum, prout his inter-
fuit Imperator perſonaliter, deinde per Archie-
piſcopum Salisburgenſem Guidobaldum Eminen-
tiſſimum Cardinalem de Thun, &c. (cujus memo-
ria in æterna benedictione) & poſt eundem per
Celſiſſimum Principem Aichſtadienſem, &c. ubi
de Imperii negotiis deliberatur, hoc autem Judi-
cium propriè non eſt, de quo inf. agitur *cap. finali.*

QUÆSTIO. *Quid de loco conſi'ij Aulici?*

℞. Huic antiquiſſimis temporibus certus 8
locus non fuit deſignatus, ſed ambulatorium fuit,
& ubi Imperator, ibi aula erat, ubi cauſa Impera-
tori propoſita Magnates præſentes (magno ſemper

Digitized by Google

numero aulam inſequentes (ſententiam dicebant & Imperator ſecundum vota ſaniora concludebat, ut videre eſt in annalibus legum Francorum Pipini, Caroli, & Ludovici ab Anno Chriſti 741. apud Benedictinæ religionis Monachum innominatum, & Eginhard Caroli M. alumnum, qui ea ætate vixerunt, ex quibus hic filiæ Imperatoris amore captus & ipſa capta, ſolus nocte apud ipſa manſit, mane ab eadem per nives ſubcollatus & exportatus, à Cæſare conſpectus conſenſum nuptialem ab Imperatore obtinuit, Chock. *in theſ. lib. 2. c. 5. pag. 116. n. 17.*) Unum autem tantùm judicem, & unum actuarium adhibitos fuiſſe tradit ex Goldaſto Speidel. *in verb.* Reichs-Hof-Raht/ *p. 1046. v. ac quamvis. in fin.* cum autem partibus aulam Cæſaris non certo loco fixam magno ſumptu ſequi moleſtum eſſet, utque Cæſar mole variorum negotiorum ex parte liberaretur, & ad alia graviora expedienda eſſet paratior, *Coler. p. de Imper. Germ. th. 19.* deinde Imp. certo loco ſedem fixerunt, in quo communiter reſiderent: Judicii hujus Aulici leges, & ordinem primum Ferdinandus Cæſar An. 1549. promulgavit (qua antiquiorem ſe non vidiſſe ait Limn. in annotam,) auxit Cæſar Maxim. II. Anno 1596. & quaſi novavit An. 1614. Matthias Imperator, cúmque A. C. ſtatus reformationem ſummè urſiſſent, Anno 1664. ea publicata eſt. Si tamen hodie contingat Imperatorem aulam transferre, eo loco, ubi conſiſtit Imperator, conſiſtere debet. Reichs Hof Raht *Ord. Ferd. III. tit. 2. §.* Alle dieſe.

9 Quæstio. *Quæ ſint perſonæ Aulicum conſilium conſtituentes?*

℞. Alias ad Senatum ipſum, alias ad Cancellariam ſpectare, omnes tamen Imperatori Juramento obſtrictas. *Capit. Ferd. III. Art. 43. §.* damit. Ad Senatum ſpectat ſummus Judex, vel Præſes, vel Imper. ipſe, vel aliquis ex Principum, Comitum, vel Baronum ordine conſtitutus, dictus des Reichs-Hof-Rahts Præſident. Item Aſſeſſores vulgo Reichs-Hof Räht. 18. quorum ſuma eſt dignitas omnes probæ, non infamatæ vitæ nationis Germanicæ, in ea nati & educati, poſſeſſionati & legum non ignari. *d. c. 40.* Sic Auguſtus Antiſtium, Caſſionem, Adrianus Julium Celſum, Salicium, Julianum, Neratium Priſcum, & quocunque iret, centum Jureconſultos ſecum habuit; Alexander Severus nullam conſtitutionem fecit ſine 20. Jureconſultis, inter quos Ulpianum Patris loco habuit, *l. 4. C. locati.* Frider. I. Imperator in conſilium adhibuit Bulgarum, Martinum Jacobum Caponem in campis Ronchaliæ; Ad Cancellariam Archi-Cancellarius Imperii per Germaniam Elector Moguntinus, Vice-Cancellarium conſtituit, Secretarium, Regiſtratorem, Taxatorem, Scribam, coram his litigantes perſonæ in prima Inſtantia immediata Imperii membra, per viam appellationis etiam alii per ſe vel procuratores vulgo Agenten comparere ſolent.

Cum autem A. C. Status Anno 1645. 10. De- 10
cembris in ſuis gravaminibus religionis Cæſareis plenipotentiariis & Cancellariæ Moguntinæ exhibitis ſub gravamine 10. inter alia Conſiliariorum, & Aſſeſſorum quoad religionem parem numerum urgerent, conventum eſt, ut ſua Majeſtas, aliquot A. C. doctos, & rerum Imperii peritos ex iis circulis, ubi vel ſola A. C. vel etiam Catholica viget religio adſciſceret eo numero, ut paritas votorum ex utraque religione ſervari poſſit quo cauſæ Eccleſiaſticæ vel Politicæ inter Catholicos, & A. C. Status vel inter hos ſolos vertentes, vel etiam quando Catholicis contra Status Catholicos litigantibus tertius interveniens & Catholicus Status eſt & vice verſa quando A. aut reformatæ Confeſſionis Statibus litigantibus tertius interveniens eſt Catholicus, ut ſi forte Catholico A. C. addictus caſtrum vendidit, quod ab alio Catholico evincitur, quapropter vendens & Catholicus ad interveniendum citatur, ut iſtis caſibus ex utraque religione pari numero Conſiliarii vel Aſſeſſores cauſam diſcutiant, & judicent. *Inſt. pac. Cæſ. Sued. art. 5. §. 20. V. ac proinde.* atque ita Ferd. III. Reichs-Hof-Rahts Ord. *tit. 1. §.* wir wollen/ rc. conſtituit, ut ex illo 18. conſiliariorum numero 6. conditionis Equeſtris, & Doctoribus A. C. religioni addicti conſtituerentur, ut paritas votorum dictis caſibus ſervari poſſit, & quia hoc conſilium Cameræ Imp. Spir. quantum poſſibile eſt, conformari debet, præter Nobiles etiam Doctores admittuntur, qui in Academiis à Rom. Impp. vel Regibus confirmatis legerint, vel quinquennium practicarint. *juxta Ord. Cam. p. 1. tit. 3.* hinc ſequitur idem in conſilio hoc aulico ſervandum. Quod ſi item dubium occurrat de intellectu conſtitutionis Imperialis,

Digitized by Google

perlalis, ac in controverſia Eccleſiaſtica diverſæ religionis ſtatus, vel ordinem Equeſtrem, Imp. Conſiliarii, vel Aſſeſſores quoad religionem numero pares in diverſas abeant ſententias votis utrinque paribus, Catholici in unam, alii in aliam, tunc res ad univerſalia Comitia remittitur, ubi negotium per amicabilem compoſitionem dirimitur, quando verò duo vel plures Catholici cum Acatholicis unam, & reliqui numero pares, etſi diverſæ religionis alteram ſententiam tuentur, tunc dimiſſione ad Comitia ceſſante lis ſecundùm diſpoſitionem O. C. *p. tit.* 13. §. weiter/ꝛc. dirimitur; ubi cautum eſt, ſi pares ſint opiniones, vel ex ſex tres diverſum ſentiant, res ad judicem reliquosque Conſiliarios, ut Aſſeſſores refertur, vel à pluribus Aſſeſſoribus aut alio Senatu, & in pleno deliberatur, & ultima deciſio rata eſt; ſic quoque ſi lis ſit alicujus immediatè ſubjecti ſive actoris ſive rei, aut intervenientis, ubi ex utraque religione pares petuntur, & conſtituuntur remiſſio ad Comitia locum non habet, ſed ſecundum d. Ord. Cam. fit deciſio. Reichs-Hof-Rahts Ord. *Ferdin. III. tit.* 5. *§.* da aber/ꝛc. *Inſtr. pac. Caſ. Sued. art.* 5. *§.* 20. *V. viſitatio ibi ſed etiam in judicio* aulico obſervetur *p. mihi* 65.

11 Ordinariè autem convenitur ad conſultationem ad minimùm mane per 3. horas, & neceſſitate exigente etiam poſt meridiem, ubi tam præſes, quàm conſiliarii, niſi prægnantes cauſas habeant, comparere debent, *tit.* 4. *d. ord. in §.* So ordnen/ꝛc. non minori tamen numero, quàm qui ad Collegium requiritur §. Es ſoll auch/ꝛc. collectisque votis ſecundùm majora concludit Præſes. §. um beſchehene Umfrag/ꝛc. & demum ſententia concipitur à Secretario, ad revidendum Præſidi reſtituitur, qui ſi approbet. Protocollo inſeritur, & dein evulgatur, §. Es ſoll auch/ꝛc. quod judicatum nec retractari, nec ad alterius judicis cognitionem trahi, nec executio impediri poteſt, *Capit. Caſ. Ferd. III. art.* 44. §. gemeldter unſer Hof-Raht/ꝛc. ut ne quidem à conſilio intimo de ita judicato cognoſci poſſit.

Fundatur autem hujus conſilii aulici juriſ-
12 dictio in omnibus S. R. I. cauſis, ejusdem ſuperioritatem, jura, præeminentias, oppignorationes, reluitiones, regalia majora & minora, feuda, privilegia, indulta, confirmationes concernentibus ſecundùm juſtitiæ normam dirimendis, circa cauſas partium, aut per ſupplicationem, vel appellationem, nullitatis deductionem implorationem officii, vel alio modo huc delatas, Reichs-Hof Ord. *Ferd. III. tit.* 1. *in pr.* Huc etiam ſpectant ſupplicationes & reviſiones, quæ ab aulæ Mareſchallo interponuntur, exceptis Mercatoribus & Judæis Viennæ habitantibus, *d. ord. tit.* 2. *§. fin.* ubi tamen Præſidi & conſilio obſervandum, ne contra ſingulorum Imperii ſtatuum, aliorumque membrorum tam med. quàm immediatorum privilegia primæ inſtantiæ & de non appellando, jura auſtregarum, & ſummam non appellabilem, citationes, mandata & proceſſus decernant, ſed ſua jura ſtatibus libera relinquant, Reichs-Abſchied zu Regenſpurg/ *de Anno* 1654. *§.* was den Chur-Fürſten. & *Inſtr. pacis Caſ. Sued. art.* 5. §. 20. *v. viſitatio, e. fin.* Reichs-Hof-Ord. *Ferd. III. tit.* 2. *§.* wir befehlen/ꝛc.

Q. III. *An juriſdictio hujus conſilii in cauſis Eccleſiaſticis fundata ſit?* 13

Videbatur eas ad hoc tanquam ſæculare judicium non poſſe trahi. *Nov.* 83. *c.* 1. ſed præter quotidianam fere experientiam legibus Imperii publicis aliud receptum I. in inſtrumento pacis, *Caſ. Sued. art.* 5. §. 20. *V. viſitatio.* ubi modus judicandi cauſas Eccleſiaſticas & politicas inter Catholicos, & A.C. addictos præſcribitur, de quo jam ante dictum. II. Per receſſum Imperii *de Anno* 54. §. wir ſetzen/ꝛc. ubi omnia violenta attentata in puncto religionis ad competentia tribunalia, quale & hoc eſt, remittuntur. III. Quia in controverſia tam Eccleſiaſtica, quàm politica in Camera Imperiali d. modo ab utriusque religionis Aſſeſſoribus judicari jubentur, *Inſtr. pac. Caſ. Sued. art.* 5. *verſ. atproinde &c.* quod verò de Camera conſtitutum eſt etiam in conſilio aulico obtinet, *accedit* Reichsh. Ord. *Ferd. III. tit.* 1. §. Wir wollen/ꝛc. & *tit.* 5. §. Doch aber/ꝛc.

Non obſtat, quod in Inſtrum. pacis Cæſ. Sued. *art.* 5. §. 10. *verb. ſed ſi duo.* ſi dubium ex cauſis pacem religionis concernentibus reſultet; de eo in Imperii conventibus vel aliis inter utriusque religionis proceres amicabili tranſactione agendum eſt. Ubi tantū conſtitui quod non liceat deficiente ſpeciali lege indicantibus ex ſuo arbitrio ejus conſtituere.

Digitized by Google

25. *Privilegium de non appellando ſimpliciter.*
26. *Aliud ad certam ſummam reſtrictum.*
27. *Appellationem ad Cameram qualitas cauſæ renuit.*
28. *Camera an in bannum declaret.*
29. *Immediatus an in prima Inſtantia criminaliter conveniendus.*
30. *Cauſa à Camera Jurisd. exempta.*

1 ALterum Judicium Imperiale eſt Camera Spirenſis, in quo regulariter cauſæ controverſæ inter mediata, & immediata Imperii membra ex Inſtitutione Cæſaris & Statuum expediuntur, & differt per hoc ab Aulico & Rotweilenſi, quæ à ſolo Cæſare ortum habuerunt: dictum eſt regulariter ad excludendum cauſas de feudis majoribus, & merè ſpiritualibus, ac licet datio tutorum ac curatorum non excludatur, alia tamen voluntariæ Juriſdictionis, & reſervatorum, quæve gratiæ ſunt, ut legitimatio natalium, &c. eſt ratio, & huc non pertinent, *Nov. 89. c. 9. c. Venerabilem. X. qui. fil. ſint. leg. Gail. 2. obſ.* 147. nec hæc Camera concedere poteſt. Cumque Anno 1591. pro confirmatione legitimationis ſupplica in Camera exhiberetur, id ſupplicanti denegatum fuit, Sixtin. *de regal. lib. 1. c. 8. n. 8. Brautlach. lib. 7. Epit. Jurisp. p. c.* 8. *n.* 5.

2 Sumitur quidem aliquando Camera pro fiſco, ubi ejus pecunia aſſervatur, ſeu pro ærario. *Vult. 1. feud. c. 8. n.* 13. Unde feudum de Camera, & Cavena dicitur, ſed hoc loco Camera Imperialis vocatur cauſarum officina, uti Rota & Camera Conſiſtorialis Romæ, in Francia Parlamenta ſeu Curiæ vocantur, quarum plures ſunt, ut Tholoſana, Rotomagenſis, Burdegalenſis, Divonenſis, Grationopolitana, Aquæ Sextia, Pariſienſis, quarum hæc præcellit; Sleid. *in comm. Comminæi.* Cujus tanta authoritas, ut Franciſcus I. Rex bellum Carolo V. illaturus, per advocatum ſuum cauſas expoſuerit, quibus ob factas injurias bellum neceſſario pro recuperanda Flandria, & Arteſia Carolo V. inferret, quamvis id hodie rarò fiat; Horum ſententiæ arreſta dicuntur, de quibus Münſter: *Coſmog. lib. 2. p.* 123. Id tamen adhuc uſitatum, ut Regum pactiones, & quicquid ad Regni conſtitutionem pertinet, in eo recitetur, & publicis ſcriptis inſeratur, Reinck. *lib. 2. Claſſ. 2. c. 14 n.* 3. In Anglia ſimiliter unum eſt ſupremum Parlamentum, quod tamen magis habet rationem comitiorum Univerſalium quàm ſupremi alicujus dicaſterii. In Regno Caſtellæ duo ſunt Prætoria unum Pintiæ, alterum Granatæ. Couvar. *pp. qq. c. 4. n.* 10. In Republica Judaica unum fuit 70. Virorum SYNEDRION dictum *de quo Num. 11. v.* 14. quod duravit usque ad Herodem Aſcalonitam Antipatris filium, qui anno ſui regni penultimo illud ſuſtulit.

Vocatur hoc judicium aliquando ſimpliciter **das Kayſerl. Kammer Gericht.** *in Ord. paſſim.* aliquando Imperatoris & Imperii, **Unſer/und des Heil. Reichs Kammer-Gericht/** ſuppremam & concurrentem cum Cæſare Juriſdictionem habens. *Ord. p. 1. t.* 3. quando autem nonnunquam Imperator Cameræ demandat, ut Juſtitiam faciat, non tam cauſam delegat, quam juriſdictionem ejus excitat, *facit l. 6. §. 1. de tutel.* prout aliquando etiam Imperatorum cauſas ad ſe delatas ad Cameram pro deciſione remittere ſolet, quod tamen è contra Camera facere non poteſt, quia Camera tantùm Imperatori par eſt quoad curſum juſtitiæ, quem non impedit Cæſar, ſed bene excitare, urgere, monere ſolet, cùm in cæteris omnibus ſit ſuperior.

Q. I. *Quæ hujus Cameralis judicij prima origo?* 3

R. A Maximil. I. Imperatore cum ordinum Imperii conſilio & aſſenſu in Comitiis Wormat. Anno 1495. conſtitutum eſt, & ejus ordinationes 7. Auguſt. promulgatæ ſunt, **Ord. der Röm. Kayſerl. Majeſt. Kammer-Gericht zu Worms/** *de Anno.* ut eùm Aula Imperatoris litigiis obruta, nec multitudini emergentium negotiorum expediendorum ſufficiens eſſet, occupati inſuper Imperatores circa bellicos tumultus componendos, & ad alia incommoda vitanda, *d. q.* **Reichs-Abſchied zu Cöllen und Trier/** *Anno* 1512. **§. Zum dritten/ ꝛc.** in hac juſtitia expeditior redderetur, *de receſſ. Imp. in proœm.* Et quidem prima audientia habita Francofurti ad Mœnum ult. Octobris ſecundum alios 3. Novembris 1495. quam Maximilianus Imperator tunc Rex Romanorum ſua præſentia decoravit, à Judice & Aſſeſſoribus judicandi Sacramentum ſuſcipiens, quibus graviſſima oratione per Baronem Vitum de Wolckenſtein cauſas cōmendavit, Gail. *de pac. pub. l. 3. c. 1. n.* 8.

Q. II.

Digitized by Google

4 Q. II. *Quid de loco?*

Licet prima audientia habita ſit Francofurti, tamen ibi ſtabilis non fuit, nec fixam ſedem habuit, conſtitutum tantum fuit tempore Maximiliani I. ut loco commodo haberetur, *d. Ord. Wormat. §.* Wo das Kammer Gericht ſoll gehalten werden ꝛc. poſtea de loco fixo deliberatum ſub Maximiliano, ſed effectum res non habuit, niſi in Comitiis Auguſtanis & *Anno* 1530. §. Darzu / ꝛc. *Anno* 1555. *p.* 3. *t.* 2. *t.* 34. Spira Nemetum pro conſtanti & immota ſede ex cauſis urgentiſſimis aſſignata eſt, ita ut non niſi accedente Imperatoris & ſtatuum
5 conſenſu aliò in perpetuum transferri poſſit;* Niſi forte ob bellicos tumultus, aut luem translatio temporalis neceſſaria videatur Dominis Cameralibus *p.* 2. *Ord. Cam. tit.* 42. ita tamen, ut his duobus caſibus conſenſus ab Imperatore in tempore impetretur & Electori Moguntino notificetur, ut Cameræ Officialibus, Verwaltern / ꝛc. mandet acta. & jura neceſſaria per protonotarios, & notarios annotare, & navi vel curribus in præſentia fidorum cancellariæ miniſtrorum transferre cum ſalvo conductu ſtatuum, per quorum territoria veluntur & ducuntur ſumptu communi ſtatuum, qui ex Cameræ proviſione ante deſumi debet, quamvis non omnia, ſed neceſſaria tantùm avehantur, reliqua in locis ad hoc ordinatis occluſa conſules & ſenatus Spirenſis pro poſſe tueri & conſervare tenentur, ſicut propria ſua bona, Reichs-Abſchied zu Speyer / *de Anno* 1507. §. Dieweil dann / ꝛc. *Limn. deſ. p. lib.* 9. *c.* 2. *n.* 8.

6 Quamvis autem A. C. ſtatus in gravaminibus Anno 1645. die 10. Decembris Plenipotentiariis Cæſareis & Cancellariæ Moguntinæ exhibitis ſub gravaminibus præter duo conſilium Aulicum & Cameræ ſuprema tribunalia aliud paris juriſdictionis, poteſtatis ac dignitatis abſque concurrentiæ præventionis aut avocationis jure ob multitudinem cauſarum in Imperio emergentium & Provinciarum diſtantiam propoſuerint, ut Conſilium Aulicum in Auſtria, & Bavaria, Camera in utroque Rhenano & Burgundico, tertium in utroque Saxonico & Weſtphalico, quartum denique in Franconico & Suevico circulo jus dicendi poteſtatem obtineret, quia tamen Principum ac ſtatuum conſilio iſta translatio adhuc temporis incommoda viſa eſt, ideo Camera Spirenſis & Cameralium poteſtas & ſecuritas confirmata, & denuo juſtitia ipſis commendata fuit, Reichs-Abſchied zu Regenſpurg / *An.* 1654. §. Damit aber / ꝛc. & §. Als aber auch / ꝛc.

Q. *Quæ ſint perſonæ judicium Camerale conſtituentes?* 7

R. I. Eſt Judex der Kammer-Richter / totius tribunalis caput, *Ord. Cam. p.* 1. *t.* 9. quem conſtituit Imperator, vel eo abſente Rex Romanorum. *Ord. Cam. p.* 1. *t.* 1. §. Nemlich / ꝛc. & conſtituitur, ſi prior Judex vita fungatur, vel ſe officio abdicet, ita tamen, ut ex ordine Imperii Principum, vel Eccleſiaſticorum, vel ſæcularium, aut ſaltem Comitum vel Baronum Germanus & Juriſperitus ſit, quamvis ſæcularis Eccleſiaſtico præferatur. *Ord. Cam. d. tit. in pr.*

Hujus judicis ſalarium initio fuit 1500. fl. 8
Ord. Cam. Anno 1500. *Aug. rub.* Von der Beyſitzern Sold / ꝛc Deinde *ex Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 47. diverſum fuit pro varietate perſonarum ſalarium, nam delecto ex ordine Comitum vel Baronum 2000. flor. penſitati ſunt;

Principi verò intuitu dignitatis id augebatur, 9
hodie annuè judici 4400. ſeu quater mille, & quadringenti Imperiales præſtantur Reichs-Abſchied zu Regenſpurg / *Anno* 1654. §. Dieweil auch / ꝛc. Et incumbit omnia ad normam ordin. Cam. dirigere *p.* 1. *t.* 9. ad relationes & vota attendere inter Aſſeſſores æqualiter acta diſtribuere *tit.* 1. §. 1. & 2. anteriores cauſas præferre, niſi aliud æquitas exigat; Und nachdem / ꝛc. *de aliis agitur in Ord. p.* 1. *t.* 12. Ex ſolis Catholicis hactenus præſentatus fuit hic judex, licèt Lutherani aliquando etiam ex ſuis præſentari voluerint, judex autem abfuturus aliquamdiu, vel impeditus vices ſuas uni ex Illuſtribus, qui ſunt Præſides, aut in eorum abſentia ex Electoriis Aſſeſſoribus cuidam conſentiente collegio delegare tenetur, qui cum reliquis Aſſeſſoribus totius Collegii jus habet. *Ord. Cam. p.* 1. *t.* 12.

Huic ſuccedunt Præſides; qui à ſolo Impe- 10
ratore creantur, *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 1. §. Nemlich / ꝛc. In Inſtrumento autem pacis Anno 1648. conventum, ut 4. Præſides ex utraque religione pares à ſola Cæſarea Majeſtate conſtituerentur, *Inſt. pac. Cæſ. Sued. art.* 5. §. 20. *in princ.* quorum ſalarium ſingulis annis ad mille trecentos ſeptuaginta &

Digitized by Google

298 QUÆST. II. *Sed an deſtructa readificari poterit?*

℞. Si in ſententia reædificatio prohibita ſit, non poſſe, ℞. ſecundo, poſſe, ſi ſuperior concedat; utroque hoc ceſſante, dubium manet: Negat. *Gigas q. 37. n. 6.* hoc ſimili, quòd civitas condemnata à Papa vel Cæſare ad deſtructionem non poſſit muros reparare ſine licentia ſpeciali, *arg. c. ſicut 2. diſt. 15.*

299 QUÆST. III. *Huc pertinet, quid ſi dum ob hoc crimen domus diruitur cadat ſuper domum vicini, eique damnum inferat, à quo compenſabitur?*

℞. Ab eo, qui mandavit id fieri, *facit l. 3. quod met. cauſ. junct. l. tutores* Cod. *ad. l. Jul. Gigas c. 37. n. 1.* niſi culpa mandatarii deſtruentis interveniſſet, ex qua ille tenetur *ex cap. 2. l. aquil.*

300 QUÆST. IV. *Quid ſi plures conſortes condemnati hoc crimine in diverſis ſint territoriis, & ubique poſſeſſionati?*

Diſt. cum Gigant. *p. 2. pag.* 301. vel confiſcatio fit, ut hic de jure communi, & bona utriusque territorii ſubjacent confiſcationi, ita tamen ut executio fiat per Officialem loci, ubi ſita ſunt, Bart. *in l. ſi quando Cod. de bon. vacant.* aut ex ſpeciali ſtatuto loci, & tunc non extenditur ultra territorium, *c. ut animarum de conſtit. in 6. l. fin. ff. de jurid.*

301 Q. V. *An in hanc confiſcationem veniant bona feudalia?*

℞. Diſt. vel feudum eſt tranſitorium ad quosvis hæredes ſeu merè hæreditarium, & veniunt: quia hoc regulatur ſecundum naturam bonorum allodialium, *Menoch. recup. remed. 9. n. 251. Fach. 7. contr.* 20. Vel feudum rectum eſt proprium? & diſt. vel quæritur de proprietate, & non venit, ſed hoc manet apud dominum; vel de dominio utili, & licèt hoc quoad vitam condemnati ſive obventiones ejus fiſco cedant, eo tamen mortuo proximi admittuntur, alias ſucceſſuri, *c. 1. §. praterea. & §. denique. qua fuit prim. cauſ. benef. amit. Gig. d. loc. q. 15. pag.* 308. ſic dicitur, *in l. eum, qui 3. v. qua verò de interd. & releg.* filium ea bona retinere, quæ à genere vel aliis majoribus habet & per delictum patris non amittere, ſed feudum antiquum filius & agnatus habet non beneficio ultimo defuncti ſed primi requirentis, Geil. *2. de pignerat. c. 14. n. 7. in fin.* item *in l. 1. v. & ideo.* Cod. *de bon. libert.* bonis publicatis non veniunt jura Patronatus ab avo vel ulterioribus quæſita, & facit argumentum à liberto ad vaſallum, de quo Everhard. *in locis legal.* ſed in liberti bonis publicatis jus patronatus non tranſit ad fiſcum, *l. ſi libertum.*

Q. VI. *Quid de bonis emphiteuticis?* 302

Diſting. inter ea, quæ ab Eccleſia recognoſcuntur, & à privato, illa ad fiſcum non tranſeunt, cum non ſint tranſitoria ad hæredes extraneos, Fiſcus autem eſt loco extranei hæredis, *l. 2. Cod. ad l. Jul. de vi l. 1. Cod. de bon. libert. l. eorum. ff. hic. l. libert. ff. de jure Patron. l. eum. qui de interd. & releg.* Privata verò ad extraneos tranſitoria fiſco cedunt, *Gigas. q. 6.* Ita tamen ut domino directo non præjudicetur.

Q. VII. *An iſti confiſcationi etiam obnoxia bona futura?* 303

Negat. fundatur *in l. ſi tibi §. is cujus bon. mandat. junct. l. ſubſtitutio, cum ibi not. de acq. rer. domin. Gigas q. 7.*

Q. VIII *An autem hereditas delata laſa majeſtatis reo, nondum tamen adita, ante damnationem fiſco cedet?* 304

Neg. per tradita Nelli *in tract. de bannitis, part. 2. temp. q. 30.* qui pro negativa judicatum refert.

Q. IX. *An Relicta ſub Conditione?* 305

Negatur ſi ei relictum ſit aliquid vel debitum ſub conditione, quæ poſt condemnationem prius purificatur *Nell. d. loco q. 31.*

Q. X. *An peculium profectitium veniet in confiſcationem ob delictum patris?* 306

Affirm. quia hoc adhuc in patris bonis eſt, & ipſe ejus dominium habet *l. cerium l. fam. herciſc. l. ſi plures. §. in arrogato. de vulg. & pup. ſubſtit. l. placet de acquir. hæred. l. cum oportet. Cod. de bon. qua liber.* * An vice verſa in filii fam. bonis confiſcatis: 307 ℞. Non confiſcabitur hoc peculium, Gigas *de loco. q.* 10.

Q. XII. *Quid de peculio adventitio filiifamilias, an bonis patris confiſcatis hoc confiſcabitur?* 308

Et hoc neg. quia filii eſt, non patris. Gigas *q. 13. n. 2.* ſicut econtrà publicatis bonis filii ob hoc crimen illud quoque publicatum cenſetur, Gigas *q.* 11.

Q. XIII. *Quid de caſtrenſi vel quaſi?* 309

Id publicatione bonorum paternorum non conti-

Digitized by Google

contineri palam eſt, quia in eo filiis familias plenum jus habet, & loco patrisfamilias eſt, *l. 2. ad Maced. l. lis nulla de judic. l. 9. de his, qui ſui vel alieni Jur.* & de eo liberè diſponere poteſt *princ. inſt. qui teſtam. fac. p. ſſ.* * E contra autem filius delinquens ſicut alienare & de eo diſponere, ita etiam per delictum amittere poteſt, nam & tacitè alienare cenſetur, qui delictum confiſcatione dignum admittit, *l. Imp. de jure fiſci. Nellus in prima parte 2. temp. q. 25.* alias enim confiſcatio bonorum filiifam. ex hoc delicto nihil operaretur, *Gigas q. 12.*

310

311 Q. XV. *An autem bona ipſo jure confiſcentur?*

Variant Doctores: affirmat Dynus *in l. Imperator. de jure fiſc. per l. 20. de accuſ. l. fin. Cod. h. juncta l. quiſquis. Cod. eod.* Negat autem Barth. & Fach. 7. c. 20. quæ probabilior videtur, licet enim delinquens ſtatim bonorum adminiſtrationem amittat, nec donare, nec alienare, nec manumittere poſſit, Gigas 7. q. 23. dominium tamen retinet, donec ſententia condemnatoria ſequatur, & ſic ante condemnationem adhuc dominus dicitur, *l. quæſitum. qui & à quib. manum.* Item ante damnationem bona à Reo diſtrahi non poſſunt, *l. res quæ 22. de jure fiſc. & juxta l. fin. Cod. h.* Reo convicto prius poſſeſſoribus eripiuntur, & fiſco vindicantur, ergo non ante, *add. A. B. t. 24. §. wir wollen. Gig. d. loco q. 25. Fa h. 9. c. 35.*

312 Q. XVI. *An accuſatus hoc crimine pendente lite alendus ſit ex ſuis bonis?*

Affirm. per *l. aut prætor. §. ſi fundus. de jure dot. Gig. q. 26. Laudenſ. in tract. de Fiſco. q. 252.*

313 Q. XVII. *An debitor ſolvens huic criminoſo liberetur à debito?*

℞. Cum diſt. ſi ſolvit vel poſt condemnationem, vel etiam poſt inquiſitionem & denuntiationem cognitam, vel quia notorium erat eum reum eſſe hujus criminis, & non liberatur, *l. pen. Cod. h. c. fœlicis de pœn. in 6.* ſi autem crimen adhuc occultum erat liberabitur, *arg. l. Barbarius. 3. de off. Prat.* dummodo ignorantia non ſit ſupina, ut & ſit, ſi quis ſolvat Procuratori revocato, *l. cum quis de ſolut. Gig. de loc. q. 27.*

Quia filii reorum à materna & avita omnium etiam proximorum ſucceſſione alieni ſunt.

314 Q. XVIII. *An hæreditas illi filio alias delata Fiſco vel aliis à latere venientibus applicanda ſit?*

Pro fiſco concludunt Cynus, Salicet: & quidem alii *per l. quiſquis. §. uxores Cod. h.* ubi fiſcus aufert quod filii aliàs eſſent habituri. Pro proximis autem ſtat Peregrinus *de Jure Fiſci lib. 3. t. 9.* cum multis ab eo allegatis hac ratione, quòd nulla lex filiis rebellium delatas hæreditates fiſco applicat, ergo nec nos in præjudicium proximorum, qui ſine lege loqui meritò erubeſcimus in materia maximè exorbitanti, & pœnali, cùm aliàs in cauſa dubia contrà fiſcum reſpondendum ſit, *l. non puto 10. de jure Fiſci,* accedit quod hi filii non ſint indigni, ſed tantùm incapaces dicantur, *d. l. quiſquis.* Sed hæreditates incapacium cedunt proximioribus, indignorum verò Fiſco, *l. 1. Cod. de ſecund. nupt. t. t. de his quib. ut indig.* Non obſtat, *cit. §. uxores in d. l. 5.* ℞. loqui de bonis mariti vel patris rebellis, quæ confiſcantur excluſis liberis, quæ pœna non venit ſine lege ad aliorum bona extendenda.

Q. XIX. *Quid de filiabus patris hujus criminis rei?* 315

℞. Licet & hæ bonis paternis de rigore juris excluſæ ſint, mitius tamen cum illis agitur in maternis, ex quibus ipſis Falcidia debetur, *d. l. 5. §. ad filios. Cod. h.* nec etiam conſanguineorum & aliorum extraneorum ſucceſſione excluduntur *d. l. 5.* ſicque propter infirmitatem ſexus tanquam minùs auſuræ, pœnam ſentiunt mitiorem; *Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 9. ſuit. l. 38. §. 7. ad l. Jul. de adult. l. 6. ad l. Jul.* hinc nec filias paterna comitatur infamia. * Et licet in rebus Venereis fœminæ 316 aliis audaciores ſe ſoleant oſtentare juxta illud Juvenalis:

Fortem animum præſtant rebus, quas turpiter agunt.

& Ovid. 4. *metamorph.* de Tysbe.

Audacem faciebat amor.

Regulariter tamen timidiores ſunt. Gig. *q. 15. n. 6.* * Vox quidem *ſi quis* etiam fœminas in 317 uſu juris comprehendit, *l. 1. de V. S.* etiam in materia pœnali, *l. 7. de jurisd. Doctores ad l. un. Cod. de rapt. virg.* * ſed hoc limitant Doctores quando 318 objectum eſt rationale ſecus quando irrationale, ut hic ajunt, vel niſi fœmina excipiatur & prærogativa præ mare donetur, ut hic; niſi tamen filia ſimul cum patre machinata eſſet, Gigas. *q. 15. in fin.* Nec etiam obſtat, *l. fin. Cod. de bon. damn.* ubi *leſæ*

Digitized by Google

læſæ majeſtatis reus juſtam pœnam ad poſteros etiam transmittere dicitur, poſterum autem voce etiam veniunt filiæ, *§. fin. qui teſtam. tut. dar.* ℞. Id intelligi niſi aliquid ſpecialis prærogativæ habeat mulier vel diverſa ſubſit ratio Gigas *q.* 14.

319 Q. XXI. *An filia damnati patris dotanda à fiſco?*

Affirmat Baldus *in l. ſi patri Cod. de dot. prom.* & ita Ferd. Rex Neapolitanus cum damnatus eſſet Princeps Roſani ob hoc crimen notoriè in regem admiſſum, ex bonis confiſcatis Rex ejus filias honorifice dotavit.

320 Q. XXII. *An hoc crimen in Papam committitur;*

Affirm. *per c. inprimis. 2. q. 1. ad fin. c. ſollicita. 6. extra de major. & obed. Clem. paſtoralis. §. ſane de re jud.* & ſi offendens Cardinalem committit hoc crimen, *c. felicis de pœn. in 6.* ergò multo magis offendens ipſum Papam *auth. multo magis. Cod. de Epiſc. & Cler. l. 3. in fin. de off. Præt.* Nec diſtinguitur an Clericus ſit vel Laicus, quia Papa omnium Chriſti fidelium Dominus dicitur, *c. cuncta per mundum 9. q. 3.* in quem etiam ſæcularem jurisdictionem tranſtulit Conſtantinus Imperator, *vulgat. c. Conſtantinus diſt. 96.*

321 Q. XXIII. *Quid ſi ſubditus Imperij hoſtile quid contra Papam machinetur?*

℞. Reum eſſe hujus criminis, quia ſubditus Imperii etiam Papæ ſubditus dicitur habitu licet non actu, *poſt Barth. Gig. q. 3.* & ſi Imperator hoc patrare poteſt contra Papam vel ſtatum Eccleſiæ *Gig. d. q. 3.* multò magis Imperii ſubditi, qui non debent eſſe melioris conditionis quàm Imperator ipſe.

322 Q. XXIV. *An hodie etiam in Imperium Romano-German. committi dicatur?*

De jure veteri ante legem regiam hæc res caruit dubio, *l. 1. §. 1. h.* Verumtamen etiam poſt translatum omne Imperium in Principem committi probat *§. pulchra. 2. de publ. jud.* & conſequenter hodie committitur, cum etiam hodie in Imperio ſuperſit adhuc majeſtas realis, *de qua ſupra c. 3. q. 5.* actum, ſicut in Imperatore eſt perſonalis, quæ realis poſt legem regiam manſit, *l. 7. §. 1. de capt. & poſt.* quamvis ejus effectus non ſemper appareant, ſed durante majeſtate perſonali dormiant, & ſint ut roſa in hyeme, eamque in omni republ. agnoſcit Beſold, *22. polit. c. 2. n 4.*

Q. XXV. *An contra alios Reges Galliæ, Scotiæ, ut & liberas respubl. non recognoſcentes ſuperiorem?* 323

Affirm. quia tantum quilibet valet in ſuo quantum Imperator in Imperio Geil. *1. de princip. c. 29.* & omnibus majeſtas competit, & ſic præter ſupra dicta is, qui Henric. IV. Franciæ Regem An. 1610. 10. Maji in Rheda ictu cultri gemino ſiniſtro lateri juxta cor inflicto interemit, ejus nomen æternæ maledictioni & oblivioni addictum eſt, & familiæ injunctum ut nomen mutaret, ipſe autem ſupplicio debito affectus eſt; & cùm Anno 1600. comites Gaurienſes Jacobum Scotiæ Regem in arcem ſuam ſpe oſtentandi theſauri ad interiora conclavia allectum interficere tentarent, ipſe verò voce & manu vim avertens mortem effugiſſet, ſupplicio affecti ſunt; item Anno 1602. Carolus Gontaldus Mareſchallus Franciæ detecta conjuratione in Regem ultimo Julii capite plexus eſt. De Principibus tamen & rebuspubl. ſuperiorem recognoſcentibus, id negat Fach. *9. contr. 32. Gigas quæſt.* 25.

Q. XXVI. *An contra Tyrannum, qui ſibi jurisdictionem violenter aſſumpſit, titulo caret, & eam uſurpat?* 324

℞. Neg. quia nulla ejus majeſtas, niſi eſſet toleratus, aliud dic, ſi regnum quod ante vi occupavit, nunc titulo poſſideat, inveſtitus forte ab Imperatore vel Papa, nam & hunc lædens majeſtatis reus foret. Gigas *q. 65. lib. 1. pag.* 128. *& q. 22. part. 64.*

Q. XXVII. *An in Imperatricem?* 325

Affirm. *l. Princeps ff. de legib. add. §. fin. de uſucap. junct. Nov. 8, c. 1.*

Q. XXVIII. *An offendens Cardinalem?* 326

Affirmat Gigas *q. 5.* & ſimul ſacrilegii reum dicit, *c. felicis de pœn. in 6. c. ad apoſtolica. §. perpetravit, de ſent. & re jud. in 6.* læſo enim Cardinale læditur majeſtas Papæ, cujus ipſe Collateralis eſt à cardine dictus, quod ſicut in cardine oſtium vertitur, ita in iis vertitur adminiſtratio Eccleſiæ, item hi habent ſe ad Papam, ut Senatores ad Imp. Hos autem offendens, hoc crimen committit *d. l. quisquis.* Fallit tamen in eo, qui pro ſui defenſione Cardinalem percuſſit, *facit. c. qui peccat. 23. q. 4. l. Gracchus Cod. de adult. junct. l. 45. §. 4. ad l. aquil. Clem. 2. de homic.* fallit ſecundò ſi Car-

Digitized by Google

ſi Cardinalis eſt rebellis Papæ, atque ita occiſus legitur Franciſcus Alidoſius Cardinalis Papienſis à Franciſco Maria Feldrio duce tempore Julii II. Papæ, quia Cardinalis legatus de latere Bononiæ exercitus ſecreta, cui ipſe præerat, Ducibus Gallici exercitus nunciabat, ideo Ravennæ confoſſus interiit, hic autem abſolutus fuit.

127 Q. XXIX. *Quid de eo, qui offendit legatum Papæ vel Cæſaris?*

℟. Reum hoc crimine eſſe ſi offenditur in contemptum legantis, ſecus ſi ex odio privato, Gigas. *q. 6. & 16.*

128 Q. XXX. *Quid de eo: qui conſpirat in necem Conſiliarij Cæſaris?*

℟. Sub diſtinctione quæſt. præced. 29. tradita.

129 Q. XXXI. *An is, qui Papa Imperatore, vel Rege vivente, de ſucceſſione conventicula habet, incidat in hoc crimen?*

Affirm. ſic tempore Julii II. Papæ nonnulli Cardinales defecerunt, & Piſis conciliabulum indixerunt, quo improbato approbatum fuit Concilium Lateranenſe, Gigas *q.* 2.

130 XL. Demum Reſervatum eſt, Theſaurus, cùm à Friderico inter Regalia referatur. Theſaur us autem non ſignificat hoc loco quamvis rem precioſam, vel rei precioſæ depoſitionem, ut *in l. theſaurus 15. ad exhib.* ſed definitur vetus pecuniæ depoſitio, cujus dominus non exſtat, *l. 31. §. 1. de acquir. dom.* hominum ſcilicet ſententia & opinione, vel eſt Dei beneficium aut donum fortunæ, quo condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia nobis obveniunt, *l. un. ne u terius. Cod. de theſau. l. ſi is qui. 63. §. 1. v. quia, de acquir. rer. domin.*

131 * Ut proinde verè theſaurus non ſit, cujus dominus ſcitur; *d. l. 15. ad exhib. & 44. de acq. poſſ. l. 67. de R. V. Gail. de expenſ. c. 22. in princ.* Quamvis autem theſaurus in proprio inventus totus jure noſtro ſit inventoris in alieno verò caſu inventus inter dominum & inventorem dividendus ſit, *§. theſauros. inſt. de rerum diviſ. l. un. Cod. de theſ.* Si tamen incantationibus magicis inventus ſit: fiſco ſive in proprio ſive in alieno totus applicandus eſt, & regalibus adnumerandus *d. l un.* cùm hoc ſit contra jura divina & humana, *c. illud. 26. q. 2. Gail. de expenſ. c. 22.* Si theſaurus in loco Cæſaris vel ejus patrimonio inventus ſit datâ operâ, totus eſt Cæſaris, ſi fortuito verò, dimidia Cæſaris, dimidia verò inventoris eſt, ubi intelligitur privatum Cæſaris ærarium vel patrimonium, *d. §. theſauros. & L. 3. pen. de jure Fiſci.* Eodem modo loco publico vel fiſcali inventus ad fiſcum ſpectat. Si quis partem fiſco debitam ſupprimat totus fiſco applicatur, nam ſimul ita punitur ut alterum tantùm ab eo ſolvatur; *l. 3. §. fin. de jure fiſci.* In locis ſacris & religioſis, licèt jure civili fiſco debeatur theſaurus inventus, tamen, cùm loca ſacra & religioſa nunc in bonis Eccleſiæ ſint, ad eam ejúſve Prælatos pertinere vult Pereg. *de jure fiſci lib. 4. tit. 2. n. 7. v. verùm. cùm. facit. c. Eccleſia S. Mariæ. de conſt. c. nulli, & c. poſſeſſiones. de reb. Eccleſ. non alienand. Sixtin. 2. de regal. cap. 21. n. 38. & ſeq.* Sicut in ſolo civitatis ſi reperti theſauri ab alio, dimidia pars eſt civitatis, & altera inventoris, *§. theſauros in fin.* nec debet eſſe durior conditio Eccleſiæ, quàm civitatis & privatorum.

QUÆSTIO. *An ergo arte dæmonis inveſtigare, & inveniri poſſit theſaurus?* 132

℟. Poſſe licet illicitè, quia omnis cooperatio cum dæmone etiam ad bonum apparentem finem eſt mala. Unde licèt Fauſtus & Cornelius Agrippa itinerantes ſoliti fuerint ferreos nummos apparenter probos in hoſpitio numerare pro ſymbolo, tamen ipſi hoſpites poſtea deprehendebant eos eſſe fragmenta cornuum & rerum viliſſimarum, etſi aliquando veros nummos ex inventis theſauris ſolverint, quapropter Carolus V. Agrippam & alios duos nobiles aulâ & regnis ſuis exulare juſſit, quod theſaurorum per artem magicam inventionem obtuliſſent, Delrio *diſq. mag. lib. 2. q. 12. pag. 148.* Cùm dæmon omnes theſauros abſconditos & in mari merces ac auri fodinas manifeſtare norit,

CAPUT XII.

De Superioribus Imperii Dicaſteriis ac Judiciis, in ſpecie verò de Conſilio Imperiali Aulico.

SUMMARIA.

1. *Chriſtiano an in judicio litigare fas ſit? Anabaptiſtarum error, ibidem.*
2. *Judæi cujusdam objectio & retorſio.*
3. *Aulicum conſilium quod.*
4. *Juriſdictio Cæſarea diviſa in communicabilem, & incommunicabilem.*
5. *Juriſdictio Cæſarea in omnes Imperij Cives fundata.*
6. *In Cæſaris conſiſtorio Juris Civilis ſolennitates circa proceſſum non attenduntur.*
7. *Aulicum conſilium duplex.*
8. *Aulici conſilij locus.*
9. *Aulici conſilij conſtituentes perſonæ.*
10. *Conſiliariorum V. R. paritas.*
11. *Aulici Conſilij tempus.*
12. *In quibus Conſilij Aulici Juriſdictio fundata.*
13. *An in cauſis Eccleſiaſticis?*
14. *Avocatio cauſæ in Camera preventa illicita.*
15. *Exceptio à d. regula.*
16. *Fractæ pacis cauſa an ad Judicium aulicum ſpectent.*
17. *Conſilij Aulici in procedendo forma.*

Quemadmodum ab ipſe Imperatore juxta dicta uti ſupremo Judice, ita à ſuperioribus judiciis & tribunalibus appellatio denegata; ſic enim judicium prò tribunali accipimus cum Jure Conſulto, in quo judicia exercentur, *l. 11. ad fin. de J. & J. c. IX. de Jud.* ſive pro loco, in quo tanquam palæſtra litigantes inter ſe pugnant, qualia ſunt. I. Judicium Aulicum Imperiale. II. Camera Imperialis Spirenſis. III. Supplicationis. IV. Reviſorium. V. Rotwilenſe Aulicum. VI. Iſque quaſi deſerviens Auſtregarum: De quibus ex ordine breviter agetur.

1 In ipſo autem veſtibulo fanatici aliqui ſpiritus occurrunt, Anabaptiſtæ ſcil. qui omnia judicia & Magiſtratus planè damnant, ac negant fas eſſe homini Chriſtiano judicia exercere, & in foro litigare, & pro ſua ſententia adducunt, Paul. 1. *ad Corinth. c. 6.* Verùm per hoc Apoſtolus non damnat omnia judicia, ſed quæ fideles agebant, coram infidelibus omnibus calumniis obnoxia. At dices. Videtur Apoſtolus omnia ſimpliciter damnare, dum ait *ad Corinth. 6. v. 7. Cur non potius injuriam accipitis? cur non potiùs damnum patimini? quàm judicio contendatis?* Cui accedit illud, *ſi quis percuſſerit te in dexteram maxillam, obverte illi & ſiniſtram, cupientique tunicam tollere, permitte & pallium;* quo dicto actio injuriarum tolli videtur. R. Paulum id dicere, quia homines animo pacato rarò ſolent litigare, quòd ſi autem alia non ſit occaſio, ſuum, vel ſibi debitum conſequendi, non modò poteſt ſed etiam debet quis ſuum jure perſequi, dummodo abſit rancor animi, & vindictæ privatæ cupiditas, unde, & ipſe Paulus prædicto loco monet eſſe eligendos, qui cognoſcant & decidant cauſas, & lites ſuorum. Cùm autem præter alia, illud Apoſtoli: *Si quis te percuſſerit.* Chriſtiano quidam Judæus objeciſſet, quòd ſcilicet hanc Chriſti legem Chriſtiani non ſervarent, Chriſtianus verò ſervari à plurimis regereret, & ſe quoque ſervare; Hebræus verò periculum facturus colaphum illi quanta potuit vi infligeret, quem Chriſtianus non modo excepit, & toleravit, ſed etiam alteram ipſi maxillam obvertit, in qua etiam mox Judæus pugnum inflixit, Chriſtiano non vindicante 2

Digitized by Google

dicaute pugnos, id tantùm alleganti, quod Chriſtus ſubdit, Eâdem menſurâ, quâ menſi fueritis, remetietur vobis, menſuram bonam, preſſam, agitatam, ſuperfluentem dabunt in ſinum veſtrum; quibus dictis Sabbathario unam vel alteram alapam infregit, & medium arreptum in terram proſtravit pedibus eum conculcans, & pugnis eum probè dedolans illi hæc Chriſti verba: Eadem menſura, &c. Menſuram bonam ad raucedinem ingeminans, donec conceptis verbis Judæus juraret ſe cum Chriſtiano ex verbis Scripturæ nunquam diſputaturum. Ita Ott. Meland. *in Jocos. 9. pag. 16.*

3 A Conſilio Aulico Imperiali initium facimus, quod Cæſarem non minùs, quàm Camerale Spirenſe repræſentat, cumque eo concurrentem juriſdictionem habet, ita, ut locus ſit præventioni. *l. uti captum. de Jud.* ubi tamen in ipſo limine hæc occurrit differentia, quòd Imperator ex præventione cauſas ad hoc conſilium ſuum delatas ad Cameram remittere poſſit & jubere, ut decidat, quod tamen contra Camera facere non poteſt, rationem diverſitatis tradit Speidel. *in verb.* Kammer-Gerichts Proceß / quod Camera Spirenſis tantum eſt par Imperatori in juriſdictione quoad curſum juſtitiæ, quam Imperator non impedire, ſed bene excitare, & urgere poteſt: In cæteris Imperator eſt ſuperior.

4 Juriſdictio Cæſaris rectè dividi ſolet in communicabilem, & incommunicabilem ſive reſervatam: Communicabilis expediri poteſt per Auditoria, ſive Judicia ab Imperatore conſtituta, ut Spirenſe, Rotweilenſe; Incommunicabilis autem in curia Imperatoris exercetur, ideoque Judicium Cameræ minus eſt Imperiali Aulico, cum in illo tantum exerceatur juriſdictio communicabilis in cauſis 1. 2. & ulterioris inſtantiæ, Imperator verò tanquam fons & origo omnis juriſdictionis tam communicabili, quàm incommunicabili utatur. *Paurm. lib. 2. de jurisd. c. 6. n. 16.*

5 Poſtquam enim per legitimam electionem juxta A. B. plenam & abſolutam poteſtatem & omnimodam juriſdictionem in omnes S. R. I. ſtatus, cives, & ſubditos, ſive perſonas, cujuſcunque dignitatis, eminentiæ, & conditionis conſecutus eſt, fit, quòd in omnes perſonas, nec non, quoad univerſas cauſas fundatam, habeat juriſdictionem, *l. unic. C. qui pro ſua Jurisd.* Reichs-Abſchied zu Speyer. *Anno* 1557. §. weiters. *Gail. de pac. publ. lib. 1. c. 6. n. 14.* quod de ſubſtantia eſt cujuſcunque Imperii. *Leopold. de concur. Jurisd. q. 3.* niſi quatenus ita poteſtas per privilegia vel Capitulationes limitata reperitur, *Paurm. de Jurisd. lib. 1. c. 3. n. 17.* quod ex natura exceptionis deſcendit, ut quando certos caſus eximit, in cæteris regula firmetur, *l. 22. §. 43. de Inſt. & inſt. leg.*

Et quia Cæſaris eſt, ſive ſummi Principis 6 conſiſtorium, hinc Juris Civilis ſolennitates circa proceſſum, & nullitates in eo non attenduntur, quando de meritis cauſæ conſtat. *Mynſ. 1. obſ. 28. & 4. obſ. 64. Marant. in Spec. p. 5. n. 15.* quod tamen obtinere in nullitate ex juriſdictione deſcendente, ait Mynſ. *5. obſ. 93. Ord. Cam. p. 3. tit. 34.* Non obſtat, quòd ut in Camera, ſic in hoc Judicio Aulico proceſſus legitimus requiratur, Gail. *1. obſ. 75. n. 6. & 84. n. 6.* Item Aſſeſſores, & Judices debent obſervare leges & conſuetudines. *Ord. Cam. p. 1. tit. 13.* & formam in ordinatione præſcriptam eaque deficiente ſolennitates juris communis, *Ord. Cam. p. 3. tit. 12.* ℞. Niſi ſint de apicibus juris. *Gail. 1. obſ. 42. n. 7. Mynſ. 1. obſ. 27. & 5. obſ. 93. n. 1.*

Eſt autem hoc conſilium duplex; Unum 7 der Kayſerliche Reichs-Hof-Raht / quo negocia Imperii Cives concernentia pertractantur; Alterum ſecretius, der Käyſerliche geheime Raht / in quo cauſæ ad rationes ſtatus ſpectantes præcipuè tractari ſolent, *Paurm. de Jurisd. l. 2. c. 6. n. 16.* Hujus autem loci non eſt Senatus, qui in comitiis exercetur, ut de præſenti Ratisbonæ, quando ſcilicet præſente Imperatore vel per ſe, vel per legatum plenipotentiarum ſuum, prout his interfuit Imperator perſonaliter, deinde per Archiepiſcopum Salisburgenſem Guidobaldum Eminentiſſimum Cardinalem de Thun, &c. (cujus memoria in æterna benedictione) & poſt eundem per Celſiſſimum Principem Aichſtadienſem, &c. ubi de Imperii negotiis deliberatur, hoc autem Judicium propriè non eſt, de quo inf. agitur *cap. finali.*

QUÆSTIO. *Quid de loco conſilii Aulici?*

℞. Huic antiquiſſimis temporibus certus 8 locus non fuit deſignatus, ſed ambulatorium fuit, & ubi Imperator, ibi aula erat, ubi cauſa Imperatori propoſita Magnates præſentes (magno ſemper

Digitized by Google

numero aulam inſequentes (ſententiam dicebant & Imperator ſecundum vota ſaniora concludebat, ut videre eſt in annalibus legum Francorum Pipini, Caroli, & Ludovici ab Anno Chriſti 741. apud Benedictinæ religionis Monachum innominatum, & Eginhard Caroli M. alumnum, qui ea ætate vixerunt, ex quibus hic filiæ Imperatoris amore captus & ipſa capta, ſolus nocte apud ipſa manſit, mane ab eadem per nives ſubcollatus & exportatus, à Cæſare conſpectus conſenſum nuptialem ab Imperatore obtinuit, Chock. *in theſ. lib. 1. c. 5. pag. 116. n. 17.*) Unum autem tantùm judicem, & unum actuarium adhibitos fuiſſe tradit ex Goldaſto Speidel. *in verb.* Reichs-Hof-Raht/ *p.* 1046. *v. ac quamvis. in fin.* cum autem partibus aulam Cæſaris non certo loco fixam magno ſumptu ſequi moleſtum eſſet, utque Cæſar mole variorum negotiorum ex parte liberaretur, & ad alia graviora expedienda eſſet paratior, *Coler. p. de Imper. Germ. th.* 19. deinde Imp. certo loco ſedem fixerunt, in quo communiter reſiderent: Judicii hujus Aulici leges, & ordinem primum Ferdinandus Cæſar An. 1549. promulgavit (qua antiquiorem ſe non vidiſſe ait Limn. in annotam,) auxit Cæſar Maxim. II. Anno 1596. & quaſi novavit An. 1614. Matthias Imperator, cúmque A. C. ſtatus reformationem ſummè urſiſſent, Anno 1664. ea publicata eſt. Si tamen hodie contingat Imperatorem aulam transferre, eo loco, ubi conſiſtit Imperator, conſiſtere debet. Reichs Hof-Raht *Ord. Ferd. III. tit.* 2. §. Alle dieſe.

9 Quæstio. *Quæ ſint perſonæ Aulicum conſilium conſtituentes?*

℞. Alias ad Senatum ipſum, alias ad Cancellariam ſpectare, omnes tamen Imperatori Juramento obſtrictas. *Capit. Ferd. III. Art* 43. §. damit. Ad Senatum ſpectat ſummus Judex, vel Præſes, vel Imper. ipſe, vel aliquis ex Principum, Comitum, vel Baronum ordine conſtitutus, dictus des Reichs-Hof-Rahts-Præſident. Item Aſſeſſores vulgo Reichs-Hof-Räht. 18. quorum ſumma eſt dignitas omnes probæ, non infamatæ vitæ nationis Germanicæ, in ea nati & educati, poſſeſſionati & legum non ignari. *d. c.* 40. Sic Auguſtus Antiſtium, Caſſionem, Adrianus Julium Celſum, Salicium, Julianum, Neratium Priſcum, & quocunque iret, centum Jureconſultos ſecum habuit; Alexander Severus nullam conſtitutionem fecit ſine 20. Jureconſultis, inter quos Ulpianum Patris loco habuit, *l. 4. C. locati.* Frider. I. Imperator in conſilium adhibuit Bulgarum, Martinum Jacobum Caponem in campis Ronchaliæ; Ad Cancellariam Archi-Cancellarius Imperii per Germaniam Elector Moguntinus, Vice-Cancellarium conſtituit, Secretarium, Regiſtratorem, Taxatorem, Scribam, coram his litigantes perſonæ in prima Inſtantia immediata Imperii membra, per viam appellationis etiam alii per ſe vel procuratores vulgo Agenten comparere ſolent.

10 Cum autem A.C. Status Anno 1645. 10. Decembris in ſuis gravaminibus religionis Cæſareis plenipotentiariis & Cancellariæ Moguntinæ exhibitis ſub gravamine 10. inter alia Conſiliariorum, & Aſſeſſorum quoad religionem parem numerum urgerent, conventum eſt, ut ſua Majeſtas, aliquot A. C. doctos, & rerum Imperii peritos ex iis circulis, ubi vel ſola A. C. vel etiam Catholica viget religio adſciſceret eo numero, ut paritas votorum ex utraque religione ſervari poſſit quo cauſæ Eccleſiaſticæ vel Politicæ inter Catholicos, & A. C. Status vel inter hos ſolos vertentes, vel etiam quando Catholicis contra Status Catholicos litigantibus tertius interveniens & Catholicus Status eſt & vice verſa quando A. aut reformatæ Confeſſionis Statibus litigantibus tertius interveniens eſt Catholicus, ut ſi forte Catholico A. C. addictus caſtrum vendidit, quod ab alio Catholico evincitur, quapropter vendens & Catholicus ad interveniendum citatur, ut iſtis caſibus ex utraque religione pari numero Conſiliarii vel Aſſeſſores cauſam diſcutiant, & judicent. *Inſt. pac. Caſ. Sued. art.* 5. §. 20. ℣. *ac proinde.* atque ita Ferd. III. Reichs-Hof-Rahts Ord. *tit.* 1. §. wir wollen/ ꝛc. conſtituit, ut ex illo 18. conſiliariorum numero 6. conditionis Equeſtris, & Doctoribus A. C. religioni addicti conſtituerentur, ut paritas votorum dictis caſibus ſervari poſſit, & quia hoc conſilium Cameræ Imp. Spir. quantum poſſibile eſt, conformari debet, præter Nobiles etiam Doctores admittuntur, qui in Academiis à Rom. Impp. vel Regibus confirmatis legerint, vel quinquennium practicarint. *juxta Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 3. hinc ſequitur idem in conſilio hoc aulico ſervandum. Quod ſi item dubium occurrat de intellectu conſtitutionis Imperialis,

Digitized by Google

perialis, ac in controverſia Eccleſiaſtica diverſæ religionis ſtatus, vel ordinem Equeſtrem, Imp. Conſiliarii, vel Aſſeſſores quoad religionem numero pares in diverſas abeant ſententias votis utrinque paribus, Catholici in unam, alii in aliam, tunc res ad univerſalia Comitia remittitur, ubi negotium per amicabilem compoſitionem dirimitur, quando verò duo vel plures Catholici cum Acatholicis unam, & reliqui numero pares, etſi diverſæ religionis alteram ſententiam tuentur, tunc dimiſſione ad Comitia ceſſante lis ſecundùm diſpoſitionem O. C. *p. tit.* 13. §. weiter/ꝛc. dirimitur; ubi cautum eſt, ſi pares ſint opiniones, vel ex ſex tres diverſum ſentiant, res ad judicem reliquosque Conſiliarios, ut Aſſeſſores refertur, vel à pluribus Aſſeſſoribus aut alio Senatu, & in pleno deliberatur, & ultima deciſio rata eſt; ſic quoque ſi lis ſit alicujus immediatè ſubjecti ſive actoris ſive rei, aut intervenientis, ubi ex utraque religione pares petuntur, & conſtituuntur remiſſio ad Comitia locum non habet, ſed ſecundum d. Ord. Cam. fit deciſio. Reichs-Hof-Rahts Ord. *Ferdin. III. tit.* 5. §. da aber/ꝛc. *Inſtr. pac. Caſ. Sued. art.* 5. §. 20. *V. viſitatio ibi ſed etiam in judicio* aulico obſervetur *p. mihi* 65.

Ordinariè autem convenitur ad conſulta-
11 tionem ad minimùm mane per 3. horas, & neceſſitate exigente etiam poſt meridiem, ubi tam præſes, quàm conſiliarii, niſi prægnantes cauſas habeant, comparere debent, *tit. 4. d. ord. in* §. So ordnen/ꝛc. non minori tamen numero, quàm qui ad Collegium requiritur §. Es ſoll auch/ꝛc. collectisque votis ſecundùm majora concludit Præſes. §. um beſchehene Umfrag/ꝛc. & demum ſententia concipitur à Secretario, ad revidendum Præſidi reſtituitur, qui ſi approbet. Protocollo inſeritur, & dein evulgatur, §. Es ſoll auch/ꝛc. quod judicatum nec retractari, nec ad alterius judicis cognitionem trahi, nec executio impediri poteſt, *Capit. Caſ. Ferd. III. art.* 44. §. gemeldter unſer Hof-Raht/ꝛc. ut ne quidem à conſilio intimo de ita judicato cognoſci poſſit.

Fundatur autem hujus conſilii aulici juris-
12 dictio in omnibus S. R. I. cauſis, ejusdem ſuperioritatem, jura, præeminentias, oppignorationes, reluitiones, regalia majora & minora, feuda, privilegia, indulta, confirmationes concernentibus ſecundùm juſtitiæ normam dirimendis, circa cauſas partium, aut per ſupplicationem, vel appellationem, nullitatis deductionem implorationem officii, vel alio modo huc delatas, Reichs-Hof Ord. *Ferd. III. tit.* 1. *in pr.* Huc etiam ſpectant ſupplicationes & reviſiones, quæ ab aulæ Mareſchallo interponuntur, exceptis Mercatoribus & Judæis Viennæ habitantibus, *d. ord. tit.* 2. §. *fin.* ubi tamen Præſidi & conſilio obſervandum, ne contra ſingulorum Imperii ſtatuum, aliorumque membrorum tam med. quàm immediatorum privilegia primæ inſtantiæ & de non appellando, jura auſtregarum, & ſummam non appellabilem, citationes, mandata & proceſſus decernant, ſed ſua jura ſtatibus libera relinquant, Reichs-Abſchied zu Regenſpurg/ *de Anno* 1654. §. was den Chur-Fürſten. *& Inſtr. pacis Caſ. Sued. art.* 5. §. 20. *v. Viſitatio. c. fin.* Reichs-Hof-Ord. *Ferd. III. tit.* 2. §. wir befehlen/ꝛc.

Q. III. *An jurisdictio hujus conſilij in cauſis Eccleſiaſticis fundata ſit?* 13

Videbatur eas ad hoc tanquam ſæculare judicium non poſſe trahi. *Nov.* 83. *c.* 1. ſed præter quotidianam fere experientiam legibus Imperii publicis aliud receptum I. in inſtrumento pacis, *Caſ. Sued. art.* 5. §. 20. *V. viſitatio.* ubi modus judicandi cauſas Eccleſiaſticas & politicas inter Catholicos, & A. C. addictos præſcribitur, de quo jam ante dictum. II. Per receſſum Imperii *de Anno* 54. §. wir ſetzen/ꝛc. ubi omnia violenta attentata in puncto religionis ad competentia tribunalia, quale & hoc eſt, remittuntur. III. Quia in controverſia tam Eccleſiaſtica, quàm politica in Camera Imperiali d. modo ab utriusque religionis Aſſeſſoribus judicari jubentur, *Inſtr. pac. Caſ. Sued. art.* 5. *verſ. ac proinde &c.* quod verò de Camera conſtitutum eſt etiam in conſilio aulico obtinet, *accedit* Reichsh. Ord. *Ferd. III. tit.* 1. §. Wir wollen/ꝛc. *& tit.* 5. §. Doch aber/ꝛc.

Non obſtat, quod in Inſtrum. pacis Cæſ. Sued. *art.* 5. §. 10. *verb. ſed ſi duo.* ſi dubium ex cauſis pacem religionis concernentibus reſultet; de eo in Imperii conventibus vel aliis inter utriusque religionis proceres amicabili transactione agendum eſt. R. Ibi tantū conſtitui quod non liceat deficiente ſpeciali lege judicantibus ex ſuo arbitrio ejus con-

ſtituere, legemque dubiam interpretari, ut vim legis ſortiatur, cum ejus ſit interpretari cujus eſt condere. *l. 1. C. de ll.* 1. §. 4. *ad Trep. ll. l.* 15. *ad Municip.* legem verò univerſalem hodie condat Imperator cum Statibus, ut oſtenſum ſup. de jurib. & reſerv. hæcque reſponſio fundatur in Reichs-Abſchied / *Anno* 1654. zu Regenſpurg §. mehrer.

14 Q. IV. *An cauſam in Camera per citationem emanatam, & inſinuatam, preventam, vel motu proprio, vel ad inſtantiam partis conſilium Aulicum, ad ſe avocare licitè poſſit?*

Cauſam dubitandi facit Berlich. *p.* 1. *deciſ.* 158. *quæ & ultima eſt n.* 10. id affirmans, ſed quia huic ſententiæ adverſantur leges publicæ, & fundamentales Imperii, ad quas tanquam ad Cynoſuram reſpiciendum, & tanquam ad lapidem Lydium, recurrendum, quæ claræ ſunt, nec authoritas Berlichii alias de jure privato bene meriti nec rationes ejus ex jure privato petitæ negativam reſtringere poſſunt; *facit* Reichs-Hof Ord. *Ferd. III. tit.* 2. §. So wollen / ꝛc. *capit. Ferd. IV. art.* 43. quod & ante proviſum fuit. Reichs-Abſchied zu Augſpurg / *de Anno* 1548. §. folgends / ꝛc. Reichs-Abſchied zu Regenſpurg. *Anno* 1654. §. damit aber & §. Ebenmäſſig / ꝛc. *ord. Cam. p.* 2. *tit.* 35. *Gail.* 1. *obſ.* 41. *n.* 3. ex quibus colligitur: daß dem Kammer-Gericht der rechte Lauff gelaſſen werden ſolle; Idque quia Imperator per modum contractus in Ordinationem Cameræ conſenſit, ac proinde ad ejus obſervantiam meritò obligatur, neque eidem pro libitu ſuo contravenire poteſt, ut qui legibus jurisgentium, unde contractus deſcendunt, non minus ac alii & ſubditi obligatur. *Dd. ad l. digna vox C. de ll.* accedit, quod juris dictio Cameræ ſit ordinaria vim habens, non à ſolo, Cæſare, ſed à Cæſare & Imperio, ac communi utriusque nomine ordinatio Cameræ obliget, adeoque unius facto tolli, & mutari nequeat, *arg. l. nihil tam naturale, de R. I.* Non obſtat, quod de jure communi Summus Princeps liberè in quacunque judicii parte jurisdictionem judicii tollere, ac revocare poſſit, *arg. l.* 59. *de jud. c. ut noſtrum.* 56. *de jud.* ℞. Id intelligi de avocatione, quam facit ſuperior iis, qui ſuperiorem illum recognoſcunt ab inferiore, *And. Petri de poteſt. priv. c.* 6. *n.* 64. Camera autem nec eſt inferior, nec ſuperiorem recognoſcit, cùm ipſum Cæſarem repræſentet, Gail. 1. *obſ.* 1. *n.* 7. unde contumacia in Cameram admiſſa in ipſum Imp. commiſſa cenſetur. Gail. 2. *de pace publ. c.* 5. *n.* 13. & tanquam ſupremum Tribunal cum Cæſare concurrentem habet jurisdictionem, Gail. *d. loco. n.* 8. Conſtat inſuper, quod quando duo vel plures Principes unum conſtituerunt dicaſterium pro judicandis cauſis utriusque ſubditorum, unus eorum facultatem revocandi non habeat, *Vult. in lib.* 1. *ſub n.* 173. *v. non puto.* C. *de Juriſd.* Camera autem *ut d.* Imperatoris & Imperii tribunal eſt, idque tam de expreſſa, quàm tacita revocatione tradit, Gail. *n.* 11. & 12.

Duobus tamen caſibus avocatio cauſarum à Camera locum habet, 1. in cauſis exceptis, & ſolius Imperatoris cognitioni reſervatis, 2. in quibusdam cauſis, quoad inhibitiones, ne illæ in Camera recipiantur, cùm faciliùs aliquid impediatur, ne fiat quàm ut factum retractetur, *facit l. licet. C. de acq. poſſ. l. patre furioſo. de his qui ſui vel al. jur.* & turpius ejicitur, quàm non admittitur hoſpes. Reinck. *de reg. ſecul. lib.* 2. *claſ.* 2. *c.* 14. *n.* 20. & 21. *pag.* 428. 15

Q. V. *An ſicut in cauſa fractæ pacis Camera Imperialis judex eſt, Conſtit. Ferd. de Anno* 1555. §. wir befehlen / ꝛc. *ita etiam judicium Aulicum adiri poſſit?* 16

Pro negativa facit I. quod in d. conſtitutione mentio tantùm fiat Cameræ. II. Quod Imperator ut catholicæ religioni addictus ſuſpectus videatur judex contra Acatholicos, lites autem ſine ulla ſuſpicione peragendæ ſunt, *l. apertiſſimi* 16. *Cod. de jud. c.* 3. quòd Imperator ipſe ſit quaſi pars, ac proinde judex eſſe nequeat, *l.* 10. *ff. de juriſdict.* Sed pro affirm. facit, quòd conſilium Aulicum & Camera pari gaudeant juriſd. in controverſiis, quæ ſpectant ad negotium religionis, *juxta text. in pacif. Pragenſi.* §. Und behalte. Et licèt verbis adeo diſertis concurſus non exprimatur de negotio religionis in ſpecie, non tamen poteſt conſilium Aulicum excludi, cùm nemo juri ſuo cenſeatur renuntiaſſe, niſi id expreſsè probetur, *v. Schütz. Vol.* 2. *diſp.* 4. *de pac. relig. th.* 17. *lit. c. pag.* 187. Hanc quæſtionem Camerales Anno 1582. inter dubias retulerunt in Comitiis Imperii decidendam. Ad objecti 1. pro priore ſententia. ℞. Quia utriusque caput eſt Cæſar, non fuiſſe opus, ut conſilium

Aulicum

Digitized by Google

Aulicum exprimeretur. Ad II. & III. dum fatentur Imperatorem eſſe ſuſpectum, tacitè concedunt, eum poſſe eſſe judicem, nec præſumendum Imperatorem facturum quid contra leges fundamentales Imperii, quarum una eſt de pace religionis.

17 Demum ad formam procedendo in Conſilio Aulico quod attinet ſecundum ordinationem Cameræ proceſſus decernuntur, ejusque ſubſtantialia ſervantur, maximè ubi de irreparabili præjudicio agitur. Reichs Hof-Rahts Ord. *Ferd. III. tit. 2.* §. So wollen wir / ꝛc. Quanquam autem Reinck. *lib. 1. de reg. ſecul. claſſ. 4. cap. 19. n. 52. pag. 231.* tradat, quod ſicut cauſæ concernentes ſtatus Imperii, vel etiam Imperium tractari ſolent in conſilio ſecreto, ita ſi in hoc aulico conſilio agitentur, procedatur ad ſententiam, ſed ſi politicæ incidant conſiderationes priùs cauſa cum voto referatur ad Cæſarem, & in conſilio ſecreto priùs proponatur, in quo non tam Juſtitiæ & juris quàm ſtatus ratio conſideretur, an ſcilicet tali, vel alio rerum ſtatu commodum ſit ita pronuntiare, an ſine magno Imperii motu & ſcandalo ſententia executioni mandari poſſit; & ſi difficilis ſit executio, aliaque incommoda timeantur, publicatio ſententiæ nonnunquam ſuſpendatur, donec commoda occaſio exequendi offeratur, atque ita factum in caſa Braunſchweig contra Braunſchweig / das Fürſtenthum Grubenhagen betreffend / ꝛc. item in cauſa Baden contra Baden: attamen ſtatus A. C. *in dd. gravaminibus.* §. Was aber / ꝛc. conqueſti petierunt, ne cauſæ ſub prætextu ſtatus vel conſcientiæ apertè, vel occultè ullo modo ad ſecretius conſilium, multò minùs ad conſcientiæ forum pertrahantur, unde conſtitutum eſt, ut quod ſemel in hoc tribunali in contradictorio cum cauſæ cognitione, cum præſcitu S. C. Majeſtatis concluſum eſt, de novo in cognitionem non trahatur, nec executio impediatur Reichs Hof-Ord. *Ferdin. III. tit. 5.* §. Wann auch / ꝛc. *capit. Ferd. III. art. 44.* §. Was auch einmahl / ꝛc.

CAPUT XIII.

De Judicio Cameræ Imp. Spirenſis.

SUMMARIA.

1. *Camera Imperialis Spirenſis Judicium quale.*
2. *Camera vox variè capitur.*
3. *Cameralis Judicij origo.*
4. *Camera locus ordinarius.*
5. *Camera an ad alium locum transferri poſſit.*
6. *Camera diviſio aliquando propoſita.*
7. *Cameralis Judicij perſona conſtituentes.*
8. *Cameralis Judicis ſalarium olim.*
9. *Camera Judicis hodiernum ſalarium & officium.*
10. *Camera Præſidum.*
11. *Camera Aſſeſſorum.*
12. *Camera Aſſeſſores Nobiles vel Graduati.*
13. *Præſentatio ad Aſſeſſoratum quid?*
14. *Præſentatio intra quod tempus facienda.*
15. *Præſentandi 2. vel 3.*
16. *Aſſeſſorum Privilegium.*
17. *Aſſeſſorum Officium.*
18. *Fiſci Procuratoris ſalarium.*
19. *Officiales alij Cameræ.*
20. *In Miniſtris Cancellariæ non viget paritas vel religio.*
21. *Camera an ordinariam Jurisdictionem habeat?*
22. *An Jurisdictio ei competat cumulativè.*
23. *In Camera, qui forum ſortiantur, niſi jus Auſtregatum habeant, vel exempti ſint.*
24. *Camera vel in 1. vel 2. Inſtantia judicat.*

25. Pri-

Digitized by Google

25. *Privilegium de non appellando ſimpliciter.*
26. *Aliud ad certam ſummam reſtrictum.*
27. *Appellationem ad Cameram qualitas cauſæ renuit.*
28. *Camera an in bannum declaret.*
29. *Immediatus an in prima Inſtantia criminaliter conveniendus.*
30. *Cauſa à Camera Jurisd. exempta.*

1 ALterum Judicium Imperiale eſt Camera Spirenſis, in quo regulariter cauſæ controverſæ inter mediata, & immediata Imperii membra ex Inſtitutione Cæſaris & Statuum expediuntur, & differt per hoc ab Aulico & Rotweilenſi, quæ à ſolo Cæſare ortum habuerunt: dictum eſt regulariter ad excludendum cauſas de feudis majoribus, & merè ſpiritualibus, ac licet datio tutorum ac curatorum non excludatur, alia tamen voluntariæ Jurisdictionis, & reſervatorum, quæve gratiæ ſunt, ut legitimatio natalium, &c. eſt ratio, & huc non pertinent, *Nov.* 89. *c.* 9. *c. Venerabilem.* X. *qui. fil. ſint. leg. Gail.* 2. *obſ.* 147. nec hæc Camera concedere poteſt. Cumque Anno 1591. pro confirmatione legitimationis ſupplica in Camera exhiberetur, id ſupplicanti denegatum fuit, Sixtin. *de regal. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 8. *Brautlach. lib.* 7. *Epit. Juriſp. p.c.* 8. *n.* 5.

2 Sumitur quidem aliquando Camera pro fiſco, ubi ejus pecunia aſſervatur, ſeu pro ærario. *Vult.* 1. *feud. c.* 8. *n.* 13. Unde feudum de Camera, & Cavena dicitur, ſed hoc loco Camera Imperialis vocatur cauſarum officina, uti Rota & Camera Conſiſtorialis Romæ, in Francia Parlamenta ſeu Curiæ vocantur, quarum plures ſunt, ut Tholoſana, Rotomagenſis, Burdegalenſis, Divonenſis, Grationopolitana, Aquæ Sextia, Pariſienſis, quarum hæc præcellit; Sleid. *in comm. Comminæi.* Cujus tanta authoritas, ut Franciſcus I. Rex bellum Carolo V. illaturus, per advocatum ſuum cauſas expoſuerit, quibus ob factas injurias bellum neceſſario pro recuperanda Flandria, & Arteſia Carolo V. inferret, quamvis id hodie rarò fiat; Horum ſententiæ arreſta dicuntur, de quibus Münſter: *Coſmog. lib.* 2. *p.* 123. Id tamen adhuc uſitatum, ut Regum pactiones, & quicquid ad Regni conſtitutionem pertinet, in eo recitetur, & publicis ſcriptis inſeratur, Reinck. *lib.* 2. *Claſſ.* 2. *c.* 14 *n.* 3. In Anglia ſimiliter unum eſt ſupremum Parlamentum, quod tamen magis habet rationem comitiorum Univerſalium quam ſupremi alicujus dicaſterii. In Regno Caſtellæ duo ſunt Prætoria unum Pintiæ, alterum Granatæ. Couvar. *pp. qq. c.* 4. *n.* 10. In Republica Judaica unum fuit 70. Virorum SYNÆDRION dictum *de quo Num.* 11. *v.* 14. quod duravit usque ad Herodem Aſcalonitam Antipatris filium, qui anno ſui regni penultimo illud ſuſtulit.

Vocatur hoc judicium aliquando ſimpliciter das Kayſerl. Kammer Gericht. *in Ord. paſſim.* aliquando Imperatoris & Imperii, Unſer/und des Heil. Reichs Kammer-Gericht/ ſupremam & concurrentem cum Cæſare Jurisdictionem habens, *Ord. p.* 1. *t.* 3. quando autem nonnunquam Imperator Cameræ demandat, ut Juſtitiam faciat, non tam cauſam delegat, quam jurisdictionem ejus excitat, *facit l.* 6. *§.* 1. *de tutel.* prout aliquando etiam Imperatorum cauſas ad ſe delatas ad Cameram pro deciſione remittere ſolet, quod tamen è contra Camera facere non poteſt, quia Camera tantùm Imperatori par eſt quoad curſum juſtitiæ, quem non impedit Cæſar, ſed bene excitare, urgere, monere ſolet, cùm in cæteris omnibus ſit ſuperior.

Q. I. *Quæ hujus Cameralis judicij prima origo?* 3

R. A Maximil. I. Imperatore cum ordinum Imperii conſilio & aſſenſu in Comitiis Wormat. Anno 1495. conſtitutum eſt, & ejus ordinationes 7. Auguſt. promulgatæ ſunt, Ord. der Röm. Kayſerl. Majeſt. Kammer-Gericht zu Worms/ *de Anno.* ut cùm Aula Imperatoris litigiis obruta, nec multitudini emergentium negotiorum expediendorum ſufficiens eſſet, occupati inſuper Imperatores circa bellicos tumultus componendos, & ad alia incommoda vitanda, *d. q.* Reichs-Abſchied zu Cöllen und Trier/ *Anno* 1512. *§.* Zum dritten/ ꝛc. in hac juſtitia expeditior redderetur, *de receſſ. Imp. in proœm.* Et quidem prima audientia habita Francofurti ad Mœnum ult. Octobris ſecundum alios 3. Novembris 1495. quam Maximilianus Imperator tunc Rex Romanorum ſua præſentia decoravit, à Judice & Aſſeſſoribus judicandi Sacramentum ſuſcipiens, quibus graviſſima oratione per Baronem Vitum de Wolckenſtein cauſas com̃endavit, Gail. *de pac. pub. l.* 3. *c.* 1. *n.* 8.

Q. II.

Digitized by Google

4 Q. II. *Quid de loco?*

Licet prima audientia habita ſit Francofurti, tamen ibi ſtabilis non fuit, nec fixam ſedem habuit, conſtitutum tantum fuit tempore Maximiliani I. ut loco commodo haberetur, *d. Ord. Wormat. §.* Wo das Kammer Gericht ſoll gehalten werden ꝛc. poſtea de loco fixo deliberatum ſub Maximiliano, ſed effectum res non habuit, niſi in Comitiis Auguſtanis *&* *Anno* 1530. §. Darzu / ꝛc. *Anno* 1555. *p. 3. t. 2. t.* 34. Spira Nemetum pro conſtanti & immota ſede ex cauſis urgentiſſimis aſſignata eſt, ita ut non niſi accedente Imperatoris & ſtatuum
5 conſenſu aliò in perpetuum transferri poſſit;* Niſi fortè ob bellicos tumultus, aut luem translatio temporalis neceſſaria videatur Dominis Cameralibus *p. 2. Ord. Cam. tit.* 42. ita tamen, ut his duobus caſibus conſenſus ab Imperatore in tempore impetretur & Electori Moguntino notificetur, ut Cameræ Officialibus, Verwaltern / ꝛc. mandet acta. & jura neceſſaria per protonotarios, & notarios annotare, & ñavi vel curribus in præſentia fidorum cancellariæ miniſtrorum transferre cum ſalvo conductu ſtatuum, per quorum territoria vehuntur & ducuntur ſumptu communi ſtatuum, qui ex Cameræ proviſione ante deſumi debet, quamvis non omnia, ſed neceſſaria tantùm avehantur, reliqua in locis ad hoc ordinatis occluſa conſules & ſenatus Spirenſis pro poſſe tueri & conſervare tenentur, ſicut propria ſua bona, Reichs-Abſchied zu Speyer / *de Anno* 1507. §. Dieweil dann / ꝛc. *Limn. diſ. p. lib. 9. c. 2. n.* 8.

6 Quamvis autem A. C. ſtatus in gravaminibus Anno 1645. die 10. Decembris Plenipotentiariis Cæſareis & Cancellariæ Moguntinæ exhibitis ſub gravaminibus præter duo conſilium Aulicum & Cameræ ſuprema tribunalia aliud paris juriſdictionis, poteſtatis ac dignitatis abſque concurrentiæ præventionis aut avocationis jure ob multitudinem cauſarum in Imperio emergentium & Provinciarum diſtantiam propoſuerint,[1] ut Conſilium Aulicum in Auſtria, & Bavaria, Camera in utroque Rhenano & Burgundico, tertium in utroque Saxonico & Weſtphalico, quartum denique in Franconico & Suevico circulo jus dicendi poteſtatem obtineret, quia tamen Principum ac ſtatuum conſilio iſta translatio adhuc temporis incommoda viſa eſt, ideo Camera Spirenſis & Cameralium poteſtas & ſecuritas confirmata, & denuo juſtitia ipſis commendata fuit, Reichs-Abſchied zu Regenſpurg / *An.* 1654. §. Damit aber / ꝛc. *&* §. Als aber auch / ꝛc.

Q. Quæ ſint perſonæ judicium Camerale conſtituentes? 7

R. I. Eſt Judex der Kammer-Richter / totius tribunalis caput, *Ord. Cam. p. 1. t. 9.* quem conſtituit Imperator, vel eo abſente Rex Romanorum. *Ord. Cam. p. 1. t. 1.* §. Nemlich / ꝛc. & conſtituitur, ſi prior Judex vita fungatur, vel ſe officio abdicet, ita tamen, ut ex ordine Imperii Principum, vel Eccleſiaſticorum, vel ſæcularium, aut ſaltem Comitum vel Baronum Germanus & Juriſperitus ſit, quamvis ſæcularis Eccleſiaſtico præferatur. *Ord. Cam. d. tit. in pr.*

Hujus judicis ſalarium initio fuit 1500. fl. 8
Ord. Cam. Anno 1500. *Aug. rub.* Von der Beyſitzern Sold / ꝛc. Deinde *ex Ord. Cam. p. 1. tit.* 47. diverſum fuit pro varietate perſonarum ſalarium, nam delecto ex ordine Comitum vel Baronum 2000. flor. penſitati ſunt;

Principi verò intuitu dignitatis id augeba- 9
tur, hodiè annuè judici 4400. ſeu quater mille, & quadringenti Imperiales præſtantur Reichs-Abſchied zu Regenſpurg / *Anno* 1654. §. Dieweil auch / ꝛc. Et incumbit omnia ad normam ordin. Cam. dirigere *p. 1. t.* 9. ad relationes & vota attendere inter Aſſeſſores æqualiter acta diſtribuere *tit.* 1. §. 1. *&* 2. anteriores cauſas præferre, niſi aliud æquitas exigat; Und nachdem / ꝛc. *de aliis agitur in Ord. p. 1. t.* 12. Ex ſolis Catholicis hactenus præſentatus fuit hic judex, licèt Lutherani aliquando etiam ex ſuis præſentari voluerint, judex autem abfuturus aliquamdiu, vel impeditus vices ſuas uni ex Illuſtribus, qui ſunt Præſides, aut in eorum abſentia ex Electoriis Aſſeſſoribus cuidam conſentiente collegio delegare tenetur, qui cum reliquis Aſſeſſoribus totius Collegii jus habet. *Ord. Cam. p. 1. t.* 12.

Huic ſuccedunt Præſides; qui à ſolo Impe- 10
ratore creantur, *Ord. Cam. p. 1. tit. 1.* §. Nemlich / ꝛc. In Inſtrumento autem pacis Anno 1648. conventum, ut 4. Præſides ex utraque religione pares à ſola Cæſarea Majeſtate conſtituerentur, *Inſt. pac. Cæſ. Sued. art. 5. §. 20. in princ.* quorum ſalarium ſingulis annis ad mille trecentos ſeptuaginta & unum

Digitized by Google

unum Imperiales auctum fuit. Reichs-Abſchied/ꝛc. *de Anno* 1654. §. Dieweil auch/ꝛc. de quorum officio Denaiſ. *l. Cam. pag.* 223. quamvis autem Præſidibus pleraque incumbant, quæ ipſi judici, attamen ipſis ſingulariter quædam injuncta ſunt de quibus Denaiſ. *d. loco.*

11 Hos ſequuntur Aſſeſſores ita dicti, quod judici aſſideant; & omnem operam in cognoſcendis & judicandis cauſis præbeant, Comites, Barones, aut Equeſtris Ordinis vel Jureconſulti & quidem Germani *Ord. Cam. p. 1. tit. 1. in pr. & §.* Nemlich/ꝛc. Item ex legitimo thoro procreati, Mynſ. 4. *obſ.* 31. bonæ famæ, vitæ eruditionis, & experientiæ. *Ord. Cam.* zu Worms. *Anno* 1495. *rub.*
12 wie das Kammerg. * Ex his dimidia pars Nobiles, alii U.J.Doctores aut Licentiati & præter Judicem & 4. Præſides 50. Aſſeſſores præſentantur, mixtæ religionis, *Inſt. pac. Cæſ. Sued. art.* 5. §. 20. Reichs-Abſchied zu Regenſpurg. *An.* 1654. §. Den *Numerũ.*

13 Eſt autem præſentatio actus legitimus, quo hic vel ille pro Aſſeſſore Camerali nominatur & commendatur, & quidem Imperator ut Archidux Auſtriæ, & Dux Burgundiæ duos Nobiles præſentat, circuli ſex, ſinguli quatuor. *d.* §. Nemlich/ꝛc. ex parte Catholicorum Elector Moguntinus duos, Trevirenſis duos, Colonienſis duos, Bavaricus, circuli Catholici, & quidem Auſtriacus duos, Burgundicus duos, Bavaricus 4. ſalvis tamen in eo Aug. Confeſs. ſtatuum juribus, privilegiis, & libertatibus, ex circulis mixtis ſtatus Catholici ex Franconico duos Suevico duos ſuperiori Rhenano duos Weſtphalico duos nominant, à parte Auguſt. Confeſſioni addictorum Electori Saxon: Brandeburgico Palatino 6. circulo ſuperiori Saxoniæ 4. Inferiori Saxoniæ 4. & unum per hos duos circulos alternando: Ex circulis mixtis ſtatibus Auguſt. Confeſſioni addictis, & quidem Franconico duo, Suevico duo, ſuperiori Rhenano 2. Weſtphalico Rhenano duo, & ſimiliter unum per hos 4. circulus alternando (ſalvo tamen jure ſingulorum ſtatuum quoad præſentationem in circulis participantium) præſentandi facultas datur: *Inſtr. pac. Cæſ. Sued. art.* 5. §. 20. *ſub fin.* Reichs-Abſchied/ *de Anno* 1654. §. Demnach auch ein Friedenſchluß/ꝛc. quibus ſi duo à Cæſarea Majeſtate præſentandi addantur, numerus 50. Aſſeſſorum completus eſt.

Præſentari autem debent intra 6. menſes ab eo tempore computandos, quo is, qui jus habet, 14 locum vacare ſcivit, quod ab initio utile eſt, dein continuum, Et ſi id negligatur, Cameræ judex cum Aſſeſſoribus extra ordinem locum ſupplet; *Ord. Cam. tit.* 4. §. Wie auch/ꝛc. Præſentandi autem ſunt in locum unius duo vel tres, *d. t.* 4. §. Wie auch/ꝛc. 15 * ex quibus idoneum Judex & Aſſeſſores eligunt, ſi idoneus ex iis non adſit, id præſentanti notificatur, ut alios idoneos præſentet, *d. tit.* §. Aus denſelben/ꝛc. Hodie autem etiam unius præſentatio ſufficit, nec tam peracti ſtudii quinquennalis, quàm qualitatis & experientiæ ratio habenda eſt, Reichs-Abſchied zu Regenſpurg/ꝛc. *Anno* 1654. §. Sintemahlen/ꝛc: Pro ſalario antehac Comiti aut Baroni conſtituti fuerant 800. cæteris 700. fl. hodie ſalarium Aſſeſſorum ad mille Imperiales à Statibus annuè pendendos auctum eſt, Reichs-Abſchied / *Anno* 1654. §. Dieweil auch/ꝛc.

16 Privilegia cum Judice Aſſeſſores habent communia quod cum tota familia ſint immunes ab omnibus oneribus & telonüs, *p.* 1. *tit.* 49. *in pr.* ſint ſub ſpeciali protectione Imperatoris, excuſationem habeant & tutelis, aliisve occupationibus, Denais. *d. loc. tit.* 57. *n.* 7.

17 Econtra ipſis incumbit, ut juramento ſatisfaciant, *p.* 1. *tit.* 57. poſthabitis omnibus negotiis ſoli judicio Camerali vacent, *tit.* 6. & 13. §. die Beyſitzer/ꝛc. omnibus æqualiter non ex affectu proprio, ſed ſecundùm Jura communia, Receſſus Imperii, Jura, & ſtatuta Provincialia, ac conſuetudines pronuncient, *tit.* 13. *p.* & §. Es ſollen/ꝛc.

18 Hoſce ſequitur Fiſcalis Procurator, & Advocatus *t.* 16. & 17. cujus præcipuè jusjurandum exigit tractare negotia in utilitatem Cæſarei fiſci, *p.* 1. *tit.* 60. & hic ab Imperatore, vel Rege Romanorum præſentatur, ſalarium & immunitates cum Aſſeſſoribus habet communes. Reichs-Abſchied zu Speyer / *Anno* 1570. §. Unſeren/ꝛc.
19 * Item Præfectus, Cancellariæ, Procuratores, Advocati, Protonotarii, Notarii, Lectores, Ingroſſiſtæ, Copiiſtæ, Pedelli, Nuntii, eorumque Magiſter, de quorum ſalario hodie, *Ord. Cam. p.* 1. *per tot. tit.* Reichs-Abſchied / *Anno* 1654.

20 Quanquam paritatem Miniſtrorum hujus Cameræ quoad utramque Religionem inducendam

Digitized by Google

dam ſtatus in Comitiis Anno 1654. urſerint; quaſi ſub voce quorumcunque Juſtitiæ Miniſtrorum etiam intelligerentur, his tamen conſtantiſſimè Elector Moguntinus contradixit, & ſuum jus circa conſtitutionem Miniſtrorum Cancellariæ ex quacunque religione ſibi pro libitu aſſeruit, licet enim ex tractatu pacis univerſalis tam Miniſtrorum Juſtitiæ, quàm Cancellariæ iſta paritas poſtularetur, tamen ad informationem Electoris Moguntini, quod hoc jus horum conſtituendorum à liberrima ſua diſpoſitione dependeret, nec ad Religionis reſpectum ipſe coarctetur ab ulteriori prætenſione ultro ceſſatum nec quicquam ad ulteriora comitia rejectum eſt; Advocatos autem hîc conſtituunt Præſes & Aſſeſſores, quibus tamen à ſtatibus certum ſalarium conſtitutum non eſt, *tit.* 46. Controverſæ hic occurrunt qq.

21 Q. I. *An Camera ordinariam, vel delegatam tantùm habeat Jurisdictionem?*

Jurisdictionem ordinariam eſſe probat Paurmeiſt. *de Jurid. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 31. *Schultz. de jur. publ. vol.* 2. *diſſ.* 2. *concl.* 7. *lit. b. Gail.* 1. *obſ.* 41. *n.* 5. I. Quia communi Imperatoris, & Imperii ſtatuum placito iis Jurisdictio delata eſt, quod vim legis obtinet, *facit l.* 1. *de offic. ejus, &c.* Princeps quoque lex animata dicitur in terris. *Nov.* 105. *c. fin. in fin.* Et ſi tantùm Imperator Jurisdictionem Cameræ delegare voluiſſet, non fuiſſet ad hoc opus ſtatuum conſenſu, quia more majorum ei Jurisdictionem mandare licuit, *l.* 5. 16. 17. *de Jurid.* II. Quòd Cæſar ei ordinariam concedere voluerit, inde elicitur, quia à Camera appellare non licet, *Ord. Cam. p.* 1. *t.* 3. à delegato autem appellatur ad delegantem, *l.* 1. *& l. fin. quis & a quo app.* III. ordinarii non facile recuſantur, ut delegati, *l.* 16. *C. de jud. l.* 4. *Cod. de Jurid. Nov.* 86. *c.* 2. *Gail.* 1. *obſ.* 33.

Et licet vicariam Imperatoris vicem agere dicatur Camera, Vicarius tamen generaliter conſtitutus ordinariam habet Jurisdictionem, Menoch. 2. *praſ.* 15. *Reinck de reg. ſecul. lib.* 2. *clas.* 2. *c.* 14. *n.* 10. *Thom, Michaël. de Jurid. th.* 34. Denique mortte Imperatoris Cameræ Jurisdictio non exſpirat, cùm Imperium & omnes Imperii Ordines repræſentet, *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 8. Imperium autem nunquam moriatur. *Nov.* 8. *§. licentia. l. propone-batur. de jud.* prout etiam Francorum curias morte Regis non exſpirare tradit; Bodin. 4. *de rep. c.* 4. *& de curiis regni Caſtellæ Couvar. pp. qq. c.* 4. *n.* 10.

Q. II. *An Camera hac cumulativè, vel privativè Jurisdictionem habeat?* 22

Cumulativè intelligitur, ut ſuperioritas apud concedentem nihilominus maneat, pro hac facit, quod Jurisdictio oſſibus Imperatoris ita adhæreat, ut à ſceptro & corona avelli non poſſit, *Michael. de Jurid. th.* 8. Unde alios in partem ſollicitudinis non in plenitudinem poteſtatis aſſumit; Et licèt hodie Imperator partim legibus fundamentalibus, partim capitulatione reſtrictum habeat Imperium, Jurisdictionem tamen ei ademptam vel privativè in Cameram translatam nullibi legitur, è contra autem variis textibus jus æqualiter adminiſtrare jubetur, *Capit. Rudolphi II.* 1519. *§.* zum erſten / ꝛc. *Ferd. III. art.* 1. Habet ergò Camera Jurisdictionem communicabilem, cujus fons & origo à communicabili, & reſervata procedit, nec probabile eſt Imperatorem ita fontes ſuos derivando in alios exſiccâſſe, ut nihil penes ſe remanſerit, ſive ſitientibus propriis agris irrigare voluiſſe alienos. *l. præſes. C. de ſervit. & aq.* Cúmque ex præteritis æſtimetur præſens, & jus, quod olim habuit, adhuc habere præſumatur, quod enim non mutatur, manet, *Nov.* 18. *c.* 5. Illud autem remiſiſſe legatur, niſi eatenus, ut cauſas in Camera avocare, & inhibendo curſum earum ſiſtere nequeat, nec per appellationem cauſam in Camera judicatam acceptare valeat; *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 35. Reichs-Abſchied / *Anno* 1641. *§.* und was / ꝛc. Quæ Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, maximè cum omnis renunciatio ſit ſtricti juris. *Tiraq. in l. ſi unquam. n.* 174. *v. ad d. C. de revoc. don.* hoc videtur tantùm obtinere, ut quoad lites exceptas renunciaſſe cenſeatur longum Catalogum ita ſentientium recenſet Paurmeiſt. *de Jurid. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 90. *& ſeq.*

Q. III. *Qui in Camera forum ſortiantur?* 23

℞ Omnes, qui Jurisdictioni Cæſareæ ſubſunt, non exempti nominatim privilegio, aut conſuetudine, ſubſunt autem aliqui immediatè alii mediatè; mediati in 2. vel 3. Appellationis inſtantia in Camera regulariter forum ſortiuntur. *Ord. Cam.* zu Worms / *Anno* 1495. *rubr.* die Unterthanen / ꝛc. niſi cauſa vel negotium propter quod convenitur mediatus alium non habeat Judicem, niſi Cameram, ut, ſi Judices ejus, qui mediatè Imperatori ſubjectus eſt, juſtitiam protraxerint, vel

Digitized by Google

denegaverint. *Ord. Cam. p. 2. tit. 1. §.* Es ſoll auch / ꝛc. *& p. 2. tit. 26.* II. Si ſtatus Imperii ſuum ſubditum convenire velit, Gail. 1. *obſ.* 1. *n.* 18. ubi ita tradit decretos proceſſus in cauſa Brunech, contra Brunech. An. 64. niſi alia ſit conſuetudo vel ſpeciale privilegium, ut ſcilicet Civitas ſubdita coram curiæ Judicio Hof-Gericht conveniri poſſit; *Idem num* 19. Secus eſſet, quando ſcilicet Civitas Ducalis ipſum Principem Dominum ſuum in jus vocaret, quod eorum Conſiliariis fieri debet, atque ita teſtis eſt Gail. denegatos proceſſus Civitati Roſtock contra Ducem Megapolitanum: quod ſi cuiquam hic modus durior videatur, poteſt Civitas unam ex octo viis, *in Ord. p. 2. tit.* 4. eligere. III. Si contra perſonam Cameralem quis agere velit. *Ord. Cam. p. 1. tit. 49. in pr.* IV. Si talis conveniatur, qui domicilium ſub litigioſa poſſeſſione inter duos Imperii Principes fovet. Roding. *Pandect. Cam. lib. 1. tit. 4. §. 30.* Aliàs in prima Inſtantia mediati Imperii Cives in Camera non ſunt conveniendi. *Ord. Cam. d. rub.* Die Unterthanen; Immediati verò in prima Inſtantia regulariter in Camera conveniuntur; niſi Jus Auſtregarum habeant, *de quo Ord. p. 2. tit. 1. & 9. & inf. agetur.* vel privilegio electionis fori muniti ſint, quale coronæ Sueciæ conceſſum eſt, ſi tanquam Dux Bremenſis, Verdenſis, aut Pomeraniæ, vel Princeps Rugiæ ſeu Dominus Wiſmariæ conveniatur, *Inſt. pac. Cæſ. Sued. art. 10. V. deinde conced.* vel a Jurisdictione Cameræ ſint exempti ut Archi-Duces Auſtriæ ex conceſſa immunitate Friderici I. Imperatoris Caroli IV. Viennæ 1368. Sigismundi Pragæ 1437. & Caroli V. Auguſtæ 1530. non tantùm Cameræ, verum etiam alterius Imperii Tribunalis Jurisdictionem non agnoſcant, quod immunitatis Auſtriacæ privilegium licèt à nonnullis in dubium vocetur, Mickaël. *de Jurisd. concl.* 23. quia tamen conſtat omnes & ſingulos Electores Principes & Status Imperii Romani in antiquis ſuis juribus, prærogativis, libertate, privilegiis, Regalibus, corúmque poſſeſſione vel quaſi virtute pacificationis univerſalis ita ſtabilitos ut à nullo quocunque colore turbari poſſint vel debeant. *Inſt. pac. Cæſ. Sued. art. 9. in pr.* non apparet quo jure Sereniſſima hæc domus de univerſo Imperio optimè merita privanda ſit; Huc ſpectant Duces Burgundiæ ex transactione EE. & Statuum Imperii 22. Martij 1548. Auguſtæ Vindelicorum cum Carolo V. inita. III. Duces Lotharingiæ vi transactionis initæ Norimbergæ Anno 1542. huc etiam referuntur Civitates Baſilæa, aliive Helvetiorum uniti Cantones, eorumque Cives ac ſubditi; IV. in quaſi poſſeſſione libertatis, & exemptionis ab Imperio à Cæſare & Statibus Imperii agniti. *Inſt. pacis Cæſ. Sued. a. 6.*

Aliàs autem cauſæ vel in prima, vel in ſe- 24
cunda Inſtantia Cameræ ventilari ſolent, in prima Inſtantia Cameræ Jurisdictioni ſubſunt, I. Cauſæ fiſcales. *Ord. Cam. p. 2. tit. 20. §. fin.* II. Cauſæ fractæ pacis Religionis, Gail. 1. *obſ.* 1. *n.* 3. ſive quando quis contra eam alium in perſona, rebus, vel perceptione redituum perturbat, immediatè in Camera eſt conveniendus, *qua de re in Inſt. pac. Cæſ. Sued. art. 5. §. 20. V. ac proinde, &c.* III. Cauſæ fractæ pacis publicæ profanæ. *Ord. Cam. p. 2. tit. 3.* IV. Cauſæ pignorationum. *Ord. Cam. p. 2. tit. 22.* V. Cauſæ arreſtorum ad Cameram ſpectant per viam ſimplicis querelæ, Gail. *de arreſtu. c. 2.* VI. Cauſæ ſuper conſtitutione litigioſæ poſſeſſionis. *Ord. Cam. p. 2. t. 21.* VII. Cauſæ petendæ abſolutionis à juramento ad effectum agendi, *Ord. Cam. p. 2. tit. 24.* VIII. Cauſæ mandatorum ſine clauſula, quæ decernuntur ſuper facto, quod nullo jure juſtificari poteſt, dummodo decernantur contra im̃ediatum, vel qualitas cauſæ immediatè ad Cameram ſpectet, Gail. 1. *obſ.* 1. *n.* 5. IX. Cauſæ privilegiorum Cæſaris Gail. *n.* 7. X. Cauſæ legis diffamari *C. de ingen.* quando diffamatus Imperio immediate ſubeſt, *Ord. Cam. p. 2. tit.* 25. cujus requiſita tradit Gail. 1. *obſ.* 10. XI. Cauſæ commiſſionum pro recipiendis teſtibus ad perpetuam rei memoriam, ſi petantur ab immediatis, etſi reus ſit mediatus. Gail. *n.* 16. XII. Si denegata ſit juſtitia *Ord. Cam. p. 2. t. 26.* XIII. Ex continentia cauſæ *c. fin. de reſc. l. 1. de quibus reb. ad eund. Gail. 1. obſ. 23. n. 1.* XIV. Cauſæ dationis tutorum aut Curatorum iis, qui immediati ſunt. Gail. 5. *obſ.* 1. *n.* 47. Ad alias inſtantias quod attinet, conſtitutum eſt, quod omnes cauſæ à judiciis ſtatuum vel immediatorum Imperii, vel ab Auſtregis ad Cameram per viam appellationis, vel nullitatis devolvantur, niſi privilegia, vel cauſæ qualitas impediat *Ord. Cam. p. 2. tit. 12. in pr.*

ob

Digitized by Google

ob privilegium, ſi quis id vel obtinuit de non appellando, vel ſaltem ad certam ſummam, Gail. 1. *obſ.* 123. *n.* 1. Contra hæc enim proceſſus vel non decernuntur, vel ſubreptitiè impetrati caſſantur.

25 Privilegium de non appellando tam à definitiva, quam interlocutoria competit omnibus Electoribus Eccleſiaſticis, & ſæcularibus, excepto caſu denegatæ juſtitiæ, *ex A. B. c.* 11. §. 2. *&* 3. quamvis autem quoſdam Electores, Moguntinum, Colonienſem, Trevirenſem, Palatinum hoc jus per contrarium uſum, vel ſpontaneam quaſi renuntiationem amiſiſſe velint. *Arniſ. de Jur. Maj. c.* 2. *n.* 3. & excepto Saxone & Brandeburgico à reliquis ex conſuetudine provocari tradat Treutl, *Vol.* 2. *diſp.* 33. *de appell. th.* 4. *lit.* E. *in fin.* alii autem reliquos EE. ſalvis ſuis juribus appellationes ad Cameram tantùm admiſiſſe velint, Müller. *in addit. ad A. B. Rumelin. p.* 2. *diſ.* 2. *Concl.* 2. tamen conſtat, quòd Bavariæ Elector Maximilianus Anno 1623. à Ferdinando II. Elector Saxoniæ à Ferdinando I. Anno 1559. Brandeburgicus Elector quoque ſub Maximiliano II. An. 1568. & à Rudolpho II. Anno 1580. confirmationem privilegii obtinuerint, Rex quoque Bohemiæ jus non appellandi ſemper ſalvum retinuerit; de Archiducibus Auſtriæ, Ducibus Burgundiæ, Lotharingiæ & aliis ſupradict. ut & de corona Succiæ, *ex Inſtr. pac. Caſ. Sued. art.* 10. *v. deinde.*

26 Privilegia autem diverſorum ſtatuum de
non appellando infra certam ſummam videre licet
ex ordine apud Frider. *de mand. ad fin. Roding.*
Pandect. Cam. lib. 1. *t.* 20. *add.* Reichs-Abſchied zu
27 Regenſpurg/ *Anno* 1654. §. und ſtehet/ ꝛc. * Ob
qualitatem etiam cauſæ appellationis aliquæ ad
Cameram non devolvuntur. I. Ob quantitatem
minorem, namque conſtitutum ne cauſa cujus valor 50. flor. non excedit, per viam appellationis recipiatur. *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 28. §. und ſonderlich/ ꝛc. quæ dein ad 150. flor. aucta eſt, Reichs-Abſchied zu Speyer/ *An.* 1570. §. Als Wir dann/ ꝛc. & ad 300. flor. excrevit, Reichs-Abſchied/ *Anno* 1600. §. Wiewol nun/ ꝛc. tandē vero conſtitutum. ne lis cujus ſortis principalis æſtimatio 400. Imp. ſeu 600. flor. & quoad annuos cenſus & fructus 16. Imper. ſeu 24. flor. non attingit, in Camera Imperiali per viam Appellationis recipiatur, Reichs-Abſchied/ *Anno* 1654. §. Vierdtens/ ꝛc. exceptis tamen illis partium cauſis, quæ in bonis ultra 2000. flor. non habent, & in ſententia quoad ſortem capitalem ad 300. flor. gravatæ fuerunt, Reichs-Abſchied/ *Anno* 1654. §. Auf daß auch/ ꝛc. II. Cauſis Injuriarum, ſive actum ſit ad recantationem, ſeu palinodiam, ſive æſtimationem Injuriæ, dummodo hodie æſtimatio attingat quantitatem 600. flor *arg. Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 28. §. und ſonderlich/ ꝛc. III. Iis cauſis, in quibus de Juriſdictione, juribus, & ſervitute lis eſt, *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 28. §. und ſonderlich/ ꝛc. quando autem ob defectum requiſitæ ſummæ cauſa non eſt appellabilis, tunc parti gravatæ liberum eſt per viam ſupplicationis ſua gravamina ordinario Magiſtratui, Judici ſuo offerre, quæ ipſe recipere, & per modum reviſionis ex iisdem actis litem decidere, vel pro qualitate cauſæ ad Univerſitatem vel Collegium Juridicum pro conſulto ejus transmittere tenetur. Reichs-Abſchied/ *de An.* 1634. doch mit dieſem Zuſatz/ ꝛc. quando vero cauſa vel ratione perſonæ, vel qualitatis in prima Inſtantia ſtatim ad Cameram devolvitur, tunc ſummæ, & quantitatis ratio non habetur, ita etiam. ut pro 24. flor. ſumma cauſam receptam referat Author. *Deciſ. Cam. verb. cauſa. quæ in Camera, &c.*

II. Ob qualitatem aliquæ cauſæ per modum appellationis non recipiuntur, ſi ſunt criminales, ſo Leibs Straffe auf ſich tragen. *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 20. §. Item nach dem/ ꝛc. Ruland. *de commiſſ. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 4. adeò ut ne quidem ob taxam expenſarum in illis ad Cameram appellatio ſit licita, Beſold. *de appell. c.* 7. *n.* 4. *arg. c. acceſſorium de R. I. in* 6. excipiuntur hinc I. Cauſæ fractæ pacis Gail. 2. *obſ.* 1. *n.* 2. Item II. criminales ipſas Cameræ perſonas concernentes, in quas Camera merum Imperium cognoſcendo, procedendo, & condemnando exercere poteſt, civitas verò Spirenſis nudum executionis miniſterium habet; *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 50. §. *fin. Michaël. de Jurid. concl.* 65. *Petrus Danais. contra Senatus Spirenſis Apologiam, &c.*

Sin autem debitum Cameralis perſonæ pœnam capitalem non meretur, Camera ipſa exequitur, Mynſ. *cent.* 5. *obſ.* 52. *n.* 4.

Digitized by Google

28 Q. *An Camera vi ſua Juriſdictionis poſſit in bannum declarare?*

Quamvis hæc pœna non videtur capitali eſſe diſſimilis; regalibus tamen, & privilegiis privare poſſe extant multa præjudicia ut Alberti March. Brandeburg. *apud Sleid. com. lib. 25. Reinck. de reg. Sec. lib. 2. claſ.* 2. *c.* 14. *n.* 38. excepto, quòd Principem vel alium Imperii ſtatum abſque Imperatoris conſenſu in bannum declarare nequeat, *arg. Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 10. *§. fin.* quod licet expreſſe ibi cautum non ſit, ita tamen ſervatum refert Heig. *p.* 1. *q.* 9. *n.* 42. Hodie verò vi capitulationis non ſolius Cæſaris, ſed etiam EE. conſenſus requiritur. *capit. Ferd. III. art.* 30. III. Excipiuntur querelæ circa nullitates proceſſus criminalis, quando judex, cujus nullitas allegatur, immediatè ſubeſt Cameræ, ita tamen ut cognita nullitatis cauſa Principalis ad judicem ordinarium juxta juris ordinem remittatur, *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 28. §. Item/ ꝛc. *Mynſ. cent.* 4. *obſ.* 42. IV. Excipiuntur cauſæ denegatæ juſtitiæ in criminalibus, quo caſu mandata ſine clauſula decerni poſſunt, Ruland. *d. comm. p.* 1. *l.* 2. *c.* 3. *n.* 2. V. etiam ſi de fori competentia controverſia ſit, quia non de crimine puniendo, ſed cui juriſdictio criminalis competat controvertitur. Frideric. *de proceſſ. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 20. ut & VI. quando non de pœna ſanguinis, ſed de mulcta pecuniaria agitur: Moller. *ſemeſt. lib.* 4. *c.* 33. *n.* 10.

29 Dubium hic incidit: An immediatè Imperio ſubjectus (ceſſante ſcilicet jure Auſtregarum) in criminalibus in prima inſtantiæ conveniri poſſit? pro affirmativa eſt Reinck. *de reg. ſec. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 50. ut ſi immediatus in ſuo territorio, arce, agro, patrem veneno necet, filiam inceſtet, cum Turcis conſpiret; In negativam autem magis propendet Ruland. *de commiſſ. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 3. quia abſque mero Imperio in cauſis criminalibus non licet cognoſcere, *l.* 1. *ff. de off. ejus, &c.* at merum Imperium tantùm in cauſis ſpecialibus datum eſt Cameræ *facit d. l.* 1. nec ullum de hac re hactenus extat præjudicium. Reinck. *d. l. n.* 50.

30 Demum nec in prima nec in ſecunda inſtantia ad Cameram ſpectat Prima cognitio de feudis Imperii majoribus, ſeu regalibus, *vide Gail.* 1. *obſ.* 29. *n.* 22. Nec ad Cameram devolvuntur Cauſæ Italicæ, licet bene ad conſilium Aulicum, *Arum. ad A. B. di c.* 3. *th.* 32. *n.* 3. nec cauſæ merè Spirituales & Eccleſiaſticæ, etſi incidentes ſint. Mynſ. *cent.* 1. *obſ.* 100. ut decimarum, juris patronatus, &c. Gail. 1. *obſ.* 38. *n.* 1. ut & matrimoniales, Gail. 1. *obſ.* 1. *&c.* 2. *n.* 27. niſi in merè poſſeſſorio præcipuè recuperandæ, vel retinendæ res verſetur; Mynſ. 2. *obſ.* 67. *n.* 2. vel res ſit mixti fori, ut uſurarum, &c Couvar. *var. reſol lib.* 3. *c.* 3. *n.* 2.

CAPUT XIV.

De Beneficio Supplicationis & Reviſionis.

SUMMARIA.

1. *Supplicationis remedium à Conſilio Aulico competit.*
2. *Differt ab appellatione.*
3. *Reviſionis Remedium datur à ſententijs Cameralibus?*
4. *Reviſio an ord. beneficium.*
5. *Reviſionis modus.*
6. *Reviſionis petenda tempus.*
7. *An conveniens hic modus ſit?*
8. *Reviſores an Judices ordinarij?*
9. *An Recuſari poſſint?*
10. *Ea pendente an Executio ſuſpendatur?*
11. *Reviſionis ſumma quæ?*
12. *Reviſione ab interlocutoria finitâ quis cauſam principalem tractabit?*
13. *Reviſionis reviſio an admittatur?*

Q. I. An

Digitized by Google

Q. I. *AN gravatis in his ſupremis tribunalibus nullum reparationis ſuperſit remedium, & primò quidem contra ſententiam in Conſilio Aulico latam?*

1 ℞. Sicut Jure noſtro ſupplicationis remedium proditum eſt pro ſententia emendanda, *l. un. Cod. de ſent. præf. præt. §. aliud. Nov. 119. auth. quæ ſine C. de precib. Imp. off.* quæ ab appellatione
2 variè differt. * I. Quòd appellatio interponenda ſit intra 10. dies, *auth. hodie* C. *de app.* Supplicatio verò tam intra, quàm poſt 10. dies usque ad biennium; II. Appellatio debet fieri gradatim à Judice inferiore qui tulit ſententiam ad ſuperiorem. *l. eos. C. de app.* Supplicatio verò ad eundem à quo vel ob dignitatis ſublimitatem, vel privilegium aut alia ex cauſa appellare non licet Gilhauſ. *in arbitr. Jud. c. 8. p. 6. n. 3.* III. Pendente Appellatione non debet fieri executio ſententiæ. *t. t. nihil innov.* ſecus in ſupplicatione, & ſi facta ſit ſupplicatio, ſatisdatio præſtanda de reſtituenda, in caſum quo ſententia reformabitur. Sic quoque ſi una vel altera pars litigantium per ſententiam Conſilii Imp. Aulici ſe gravatam ſentiat, ac proinde eam vel per viam nullitatis, ſyndicatus, reſtitutionis in integrum vel alterius in jure conceſſi remedii ſententias alioquin infringentis retractari poſtulet: ne partes omni remedio deſtituantur, licet parti gravatæ à ſententia in hoc tribunali lata ad Cæſaream Majeſtatem ſupplicare, ut acta judicialia denuo adhibitis aliis gravitate negotii paribus, neutrique parti addictis, ex utraque religione, æquali numero Conſiliariis, & qui concipiendæ, & ferendæ priori ſententiæ non interfuêre, ac referentium, vel correferentium partes non ſuſtinuerunt, revideantur, *Inſt. pac. Cæſ. Sued. art. 3. §. 20. V. quoad proceſſum, &c.* Reichs Hofr. Ord. *Ferd. III.* §. Dafern ſich nun.

3 Q. II. *Quo remedio poſſit conſuli gravato per Sententiam in Camera Imperiali Spirenſi?*

℞. Nec appellationi, nec ſupplicationi; (ut à Conſilio Aulico) locum eſſe, Reichs Abſchied zu Augſpurg/ *Anno* 1530. §. dieweil / ꝛc. Sed ſupereſt aliud reviſionis remedium *Ord. Cam. p. 3. tit. 53. pr.*

4 Quæ eſt extraordinarium beneficium, quo læſis per commiſſarios Imperatoris & Statuum Imperii ſpecialiter deputatos contra ſententiam ſine dolo, non tamen ſine errore & culpa latam ſuccurritur (quamvis Heig. *p. 1. q. 9. n. 60.* Ordinarium eſſe velit) Si enim ſupplicatio extraordinaria eſſe dicitur. *l. un. Cod. de ſent. præf. præt.* quantò magis reviſio, non tantùm in defectum ordinariæ appellationis, ſed etiam extraordinariæ ſupplicationis introducta, cùm ſurrogatum ſapiat naturam ſurrogati; hoc autem ideo inductum, tum ut damnum injuſtè illatum, declinari poſſit, & reparari, tum ut Judices Camerales, dum metuunt acta poſt ſententiam revideri, & hanc corrigi, accuratiùs omnia timentur, *p. 3. Ord. Cam. tit. 53.* Differt à reſtitutione in Integrum, quæ ab eodem Judice petitur, *t. t. Cod. ſi ad rem jud. Ord. Cam. p. 3. tit. 52.*

Deputantur autem adhoc ſpeciales Com- 5
miſſarii à Cæſare, vel eo abſente à Rege Romanorum, & adjunguntur ab Electore Moguntino, & alio Coelectore duo Conſiliarii, præterea duo Principes unus Eccleſiaſticus, alter ſæcularis, & ita munus obeunt, ut alternando unus perſonaliter comparere, & alter ſuum Conſiliarium ablegare eo ordine, quem in Comitiorum conſultatione ſervant, obſtringatur, quibus adjunguntur tres deputati, unus à Prælatis, alter à Comitibus, & tertius à civitatibus Imperii, qui omnes ad requiſitionem Electoris Moguntini ad primam Maji cujusque anni Statuum ſumptu comparere, Cameram viſitare, atque reviſiones, & actiones Syndicatus expedire coguntur, *Ord. Cam. p. 1. tit. 50. in pr.* quod ſi unus Statuum ad viſitandum non mittat, pœnam mille aureorum Princeps, verò in perſona non comparens ter mille aureorum mulctam ſuſtentationi Cameræ applicandam ſuſtinebit, Reichs Abſchied zu Augſpurg/ *Anno* 1550. §. Wir ſetzen/ꝛc. quæ pœna poſtmodum quoad Principes ad 5000. aureos aucta eſt, Reichs-Abſchied zu Speyer/ ꝛc. *Anno* 1570. §. Und beſondern/ꝛc. cùm autem non obſtante comminatione hujus mulctæ Principes emanerent, & tam viſitationes quàm reviſiones negligerentur, ideo liberum jam eſt, Principi vel in perſona vel per idoneum, & magis præcipuum conſiliarium comparere; Reichs-Abſchied zu Regenſpurg/ *de Anno* 1654. §. Wie nun/ꝛc. Quod ſi ex viſitatoribus, aut reviſoribus quis non comparuerit, talis viſitatione rejecta in ſequentem annum præſentis ſumptus itineris reficit. Reichs-Abſchied zu Augſpurg / *Anno* 1559. §.

Solte

Digitized by Google

Solte aber / &c. quod tamen ſequenti modo limitatum eſt, ſi numerus abſentium tres excedit, aliàs uno, vel altero tantùm abſente, judicium camerale nihilominus viſitatur, & acta revidentur. Reichs Abſchied zu Augſpurg / &c. *de An.* 1566. §. Diewell / &c. hodie verò uno abſente ſequens in ordine ſtatus ad complendum numerum ſumptibus abſentis, ac perſoluta mulcta 1000. aureorum vocatur, niſi abſens ab alio Con-Statu partis ordinis ſuo loco comparitionem impetraſſet, quo caſu anno ſequenti in viſitatione cogitur comparere. Reichs Abſchied zu Regenſpurg / *de Anno* 1654. §. Zum andern / &c. Et ſicut conventibus ordinariis deputatorum numerus ex utriusque religionis Proceribus æquari debet, *Inſt. pac. Caſ. Sued. art.* 5. §. 18. ita hic quoque, Status A. C. paritatem poſtularunt, & eum in finem ſchema viſitantium conferendum, Reichs-Abſchied zu Regenſpurg / *de Anno* 1654. §. Nachdem auch / &c. reviſio autem non tantum definitivæ ſed etiam interlocutoriæ vim definitivæ vel gravamen irreparabile continentis fieri poteſt. Gail. 1. *obſ.* 155. *n.* 5. Reinck. *cit. loc. c.* 15. *n.* 3. *Ord. Cam. p.* 3. *tit.* 51. & 53. ubi generaliter gravato datur, an actor vel reus ſit petens, nihil intereſt; quo enim caſu alias permiſſa eſſet appellatio eodem hic conceditur reviſio, ſed ab ejusmodi interlocutoria & gravamine aliàs daretur appellatio etiam jure civili *l. 9. qui ſatisd. cog. l. anteced. C. quor. appell. non recip.* Reichs-Abſchied zu Regenſpurg / &c. *Anno* 1654. *S. kutz. vol.* 2. *diſp.* 2. *th.* 7. *lit. d. pag.* 73. Dictum fuit ſine dolo, non tamen ſine errore, ad differentiam Syndicatus, cùm humanum ſit errare aliquando & omnibus horis non æque ſapere, honeſtum, ab inhoneſto æquum ab iniquo ſecernere, nec unquam ad dexteram, vel ſiniſtram declinare, Syndicatus verò ob dolum & malitiam indulgeatur, quando per ſortes, corruptiones ex odio, vel amicitia judicatum eſt, Gail. 1. *obſ.* 153. *n.* 9. *in fin.*

6 Pro hac reviſione petenda à parte gravata olim erat conſtitutum tempus 2. menſium *Ord. Cam. p.* 3. *tit.* 53. §. Damit / &c. ſed hoc ad tres menſes extenſum eſt, ut ejus petitio eo anno, quo lata eſt ſententia, tribus menſibus ante primam Maji fiat. Reichs Abſchied zu Speyer / *Anno* 1557. §. Wiewol / &c. dummodo tantum à lata ſententia ſuperſit, aliàs ad annum ſequentem, cum obſervatione priori menſium rejicitur *Ord. Cam. p.* 3. *tit.* 53. §. Damit auch / &c. Hodie verò intra 4. menſes à tempore latæ ſententiæ computandos ſub pœna deſertionis, apud Electorem Moguntinum uti Imperii per Germaniam Archi-Cancellarium, vel ſi ipſe in lite ſit apud Archi-Epiſcopum Trevirenſem reviſionem impetrare, & judicio Cameræ inſinuare, nec non, ſi lubet, gravamina ſummarie, breviter, & dilucidè proponere, aut impeditus longiorem terminum impetrare debet; Reichs-Abſchied zu Regenſpurg / *de Anno* 1654. §. in fällen. Impetrans idem adverſa parte præſente, vel per ſe, vel per Procuratorem Juramentum Calumniæ in Camera præſtare obſtringitur. Reichs Abſchied zu Speyer / *Anno* 1600. §. und obwohl / &c. & hæc intra quadrimeſtre ſub pœna deſertionis expedienda *dd. text.* Circa hæc duo Tribunalia.

Quæritur, *An conveniat ut conſtituto modo Juriſdictio communicetur præd. Tribunalibus?* 7

℞. Affirm. idque vi reſervati prædicti, quod eſt Magiſtratuum conſtitutio, Cùm parum ſit jus eſſe, & conſtitui, ac promulgari, niſi ſint, qui Juris exequantur præcepta, & deficiente executione dicatur campana ſine piſtillo, ſic fuit in Statu Rom. Reip. Democratico lex, ne quis injuſſu populi Magiſtratum gereret pœnâ mortis in transgreſſorem conſtitutâ, & impunitate illi, qui talem peremiſſet, promiſſâ. Poſtquam autem Populus Romanus lege Regia omne jus ſuum in Imperatorem transtulit. *l.* 1. §. 3. *Cod. de vet. Jur. enucl.* §. 6. *Inſt. de Jur. nat. l.* 1. *de conſt. princ.* quam legem Remniam vocat Coraſ. *Miſcell. c.* 6. hoc quoque jus creandi Magiſtratus in Imperatorem translatum eſt, *l. unic. ad. l. Jul. de amb.* 2. *feud. tit.* 56. *Sixtin.* 2. *de reg. cap.* 15. ita ut majores Judices & Magiſtratus ab Imperatore immediatè dependeant, minores verò, & inferiores mediatè, & cum ſubordinatione, prout ab authoritate Imperiali tanquam à fonte omnis Juriſdictio promanat, prout Moyſes alios ſuper 50. alios 100. alios 1000, imperare juſſit. *Exod.* 18. *verſ.* 21. Et licèt ea eſſet Principis ſolertia, ut prudentiorem præ ſe haberet neminem, cùm tamen vix talem reperiri contingat Atlantem, qui ſuſtinere ſolus ſine Hercule univerſam Imperii molem vel columnam poſſit, peſſium quoque

Digitized by Google

quoque ſcrint multi, qui Solones ſunt viſi, qui ſolius ſuæ prudentiæ oculo uti voluêre; Principis quidem ſolertia & vigilantia excludenda non eſt, ſed nemo omnibus horis, & ubique ſapit, quemadmodum corporum, ita animorum ſunt vices, & ut aliquando corpore, ſic animo ægrotamus, ſæpe etiam ſapientiſſimus cupiditatibus concedit ab iisq; vincitur, & affectibus à veræ rationis & Juſtitiæ tramite abducitur, in propriis quis ſæpè talpa eſt, qui in alienis Lynce, & Argo eſt oculatior, ſicut juxta vulg:

Oculus videns alia ſeipſum non videt,
Sin lippiat nimis, manu è hoc videt quidem:
Proinde conſultore nobis opus eſt,
Ut manus manu, pes pede indiget.

Arabum quoq; proverbium eſt:

Optima beſtiarũ indiget baculo, quo caſtigetur.
Optima fœmina indiget viro, qui eam regat (vel muro)
Scientiſſimus homo indiget conſilio, quo res ſuas adminiſtret.

Cùm facta etiam prudentiſſimos fallere poſſint. *l.2. de jur. & fact. igu. c.2. de conſt. in 6.*

Et Doctus quandoq; dormitat Homerus & contra. *Sæpe etiam eſt olitor verba opportuna locutus.* Itaque ex diverſis prudentium conſiliis, ſicut ex multis ingredientibus emplaſtrum, collyrium, vel purgatio; ita optima deciſio ſolet componi, Principes autem ſenatorum, & prudentium conſilia ſpernentes rarò res ad bonum finem perduxerunt; Perdidit hoc Carolum Burgundiæ Ducem teſte Cominæo. *lib. 1. c. 12. ad fin* ejúſque æmulum Ludov. XII. Galliæ Regem, de quo ſarcaſticè dictum: Regem totúmque ejus conſilium, parvo equo vehi: Hinc Jethro, cùm Moyſes populo Iſraëlitico totum diem Jura redderet, & quaſi ſuccumbere deberet oneri, autor ipſi fuit, ut in ſocietatem curarum, & ſubditorum utilitatem viros graves eligeret, quo levidenſia negotia judicarent, & majora ad ipſum remitterent, *Exod.* 18. *v.* 14. Prout & rege Chaldæorum Balthaſaro occiſo, regnóque ejus à Dario Medo occupato, Daniel ſummus Regni Vicarius conſtitutus eſt; *Daniel* 6. & hoc omnia ferè regna uſurpant, non diſſimili ratione, cùm Impp. Romani ob accreſcentem indies negotiorum molem nimiámque locorum diſtantiam omnibus concreditarum ſibi provinciarum partibus adminiſtrandis non ſufficerent, in partem ſollicitudinis ejuſmodi conſilium Aulicum & Camerale: Item Supplicationem & Reviſionem inſtituere neceſſe judicarunt. *Bruning. de vari. unio. ſpec. th.* 8.

Q. I. *An Reviſores Judices ordinarii ſint, vel deligati?* 8

Ordinarios aſſerit Gail. 2. *obſ.* 154. *n.* 2 Aliis autem placet diſtinctio, quòd ipſi quidem Status viſitantes ordinarii ſint, eorum verò deputati delegati. *Bender. de reviſ. concl.* 4. *n.* 31. Melius placet, quod viſitatio, & reviſio ordinaria, quæ ſingulis annis recurrere & inſtitui ſolet, hos viſitatores & reviſores eſſe ordinarios, qui à lege Imperii, Cæſaris & Statuum pendent, & Juriſdictionem habent, ſi verò extraordinariè viſitatio ad revidendum acta decernatur, prout An. 1654. licèt ſine effectu contigit, ejusmodi Reviſores pro deligatis habeantur.

Q. II. *An reviſores recuſari poſſint?* 9

℞. Tam hos, quàm illos ob cauſas legitimas poſſe juxta diſpoſitionem Juris Canonici *in c.* 4. X. *de jure comp.* Reichs-Abſchied zu Augſpurg. *Anno* 1559. §. und nach dem ꝛc. quicquid de ordinario Judice Jure noſtro non recuſando diſputetur *ex l.* 16. *C. de Jud.* Hinc eſt, quod Reviſorum nomina Cameræ cōmunicanda ſint, ut contra eos excipi poſſit, & ita factum in cauſa Viermund contra Viermund.

Q. III. *An pendente Reviſione* Executio *ſuſpendatur?* 10

℞. Hanc ſanè eluſiſſe, plurimis viciſſe viſum fuit, quamvis autem reviſio (quæ ſupplicationis inſtar eſt) executionem de Jure cōmuni non ſuſpendat, *auth. quæ ſupplicatio. C. de prec. Imp. off.* idq; lege Imperii comprobatum ſit, Reichs-Abſchied *de an.* 1532. §. und damit ꝛc. attamen ſucceſſu temporis plurimi ſtatus voluerunt, ne pendente reviſione in Camera lata ſententia executioni mandaretur, ſed reviſio ad inſtar appellationis utrumq; tam ſuſpenſivum quàm devolutivum effectum operaretur *ut licet colligere & inferre ex Ord. Cam. p. 3. tit.* 53. §. darauff §. im fall aber ꝛc. & §. ob auch ꝛc. ubi proviſum, quòd depoſita pecunia caſu quo ſententia revidenda nullitatis vel iniquitatis arguitur, provocanti reſtituenda, & ſententia reformata in Camera executioni demandata ſit, unde infertur tantiſper executionem prioris ſententiæ ſuſpendendam donec causâ cognitâ in judicio

Reviſorio conſtare poſſit, an ſententia revidenda confirmanda ſit, vel reformanda, & tunc demum exequenda, quæ illatio poſtmodum expreſsè fuit deciſa, & confirmata, Reichs-Abſchied/ *de Anno* 1600. §. als auch Streit vorgefallen/ rc. ut ſuſpenſa ſcilicet Executione in articulo liquidationis, ubi opus eſt procedendi in cauſa victori libertas eſſet. Poſtquam autem in Comitiis Imper. univerſalibus Anno 1654. ſubſecutis de abolendo effectu ſuſpenſivo deliberatum eſſet, & conventum, ut petita reviſio executionem ſententiæ Cameralis non remoraretur, ſicque tantùm devolutivum, non etiam ſuſpenſivum effectum operaretur cum hac conditione, ut pars victrix executionem poſtulans, caſu quo in judicio Reviſorio ſuccumberet, ſufficientem cautionem pro Judicis arbitrio de reſtituendo præſtaret, Catholici verò ſtatus in omnibus cauſis indifferenter abolendum exiſtimârint, tamen A. Conf. ſtatus eundem ad politicas & profanas cauſas, non item ad Eccleſiaſticas, & Religionem concernentes porrigendam cenſuerunt, proinde in his cauſis effectus ſuſpenſivus quouſque in ſequentibus Comitiis, vel conventu Imperii aliud ſtatuendum videatur etiamnum durat, quemadmodum etiam abolitio effectus ſuſpenſivi in cauſis politicis & profanis non etiam pendentibus negotiis eſt intelligenda. Reichs-Abſchied zu Regenſpurg/ *de Anno* 1654. §. nach Berathſchlagung.

11 Q. VI. *An pro reviſione certa ſumma deputata, ſicut pro ſumma appellabili, infra quam ad Cameram appellationes non recipiuntur?*

Affirmatur, nam infra 2000. Imperiales, ſive 3000. flor. ſortis principalis abſque cenſibus ſeu intereſſe reviſioni non eſt locus, & ne quidem effectum devolutivum operatur, Reichs-Abſchied *Anno* 1654. §. Zu Abkürtzung; Ad hæc in iis cauſis, quibus ab inferioribus judiciis ad Cameram provocare non licet, etiam à ſententia Camerali, ſi per modum ſimplicis querelæ ibi tractata fuerit reviſio denegatur. *R. A. de Anno*, 1654. §. In Fällen rc. Cùm hæc appellationis naturam ſortiatur, inque ejus locum quaſi ſucceſſerit, pari cum ea paſſu ambulet, & ſurrogatum ſapiat naturam ſurrogati.

Q. V. *Quid ſi autem ab interlocutoria habente gravamen irreparabile vel ſimile reviſio petita, & impetrata ſit, quis reviſa iſta interlocutoria cauſam principalem tractabit &c.* 12

℞. Non ipſi reviſores, qui non conſtituuntur ad cauſas audiendas, ſed ad auditas revidendas, ſed ipſa Camera indicabit, licet enim ſemel gravans ſæpius gravaturus præſumatur, tamen in hoc ſupremo judicio iſta ſiniſtra ſuſpicio ceſſat *arg. l. cum prætor §. hæ cunabulis de eff. prætor.* nec errans in interlocutoria etiam præſumitur erraturus in definitiva ſeparata, & non connexa, niſi fortè conſtet de dolo priorum judicum circa interlocutoriam, tum enim reviſionem patenti ſuccurrendum *ex Ord. Cam. tit.* 50. §. Und wo etliche rc. & *tit.* 13. *p.* 1. §. Weilen rc. ubi remoto eo qui malè functus eſt officio alteri cauſæ tractatio committitur.

Q. V. *An reviſio reviſionis admittatur?* 13

Nonnulli diſtinguunt, & reviſionem reviſionis obtineri poſſe volunt, ab eo pro quo prima ſententia lata eſt, & contra quem in reviſorio reformata eſt, ab eo verò qui ſe gravatum ſententia Camerali dicit, & reviſionem impetravit, in quo poſteà ſententia Cameralis eſt confirmata, non poſſe, *Schütz. de loc. lit. d. p.* 73. quod ſcilicet in caſu reformationis ſententiæ tantùm reviſio prohibeatur. *Ord. Cam. tit.* 53. § Im Fall aber rc. ergo è contra in caſu non reformatæ ſententiæ reviſio permittitur. *arg. l.* 12. *de jud. l.* 1. *quod quiſq; jur.* quod etiam ad interlocutoriam extendit Rumelin. *diſſ. p.* 4. *ad. A. B. th.* 26. *Limn. de jure publ. lib.* 9. *c.* 2. *n.* 214. Verùm negativa ſimpliciter placet, *Gail.* 1. *obſ.* 155. *n.* 3. quia conſtitutione Imp. id nullibi videatur admiſſum, ſed potius reviſio tantùm à ſententiis Cameræ non aliis licita adeoque hæc res juris communis diſpoſitioni relinquenda ſit, quo cavetur, ut poſt ſupplicationem alia ſupplicatio non admittatur *l.* 5. *Cod. de prec. Imp. off.* quo aliquis litium ſit finis in tanta provocandi libertate ob quam etiam jure comuni tertia appellatio interdicta eſt, *l. un.* C. *ne liceat in una eademque cauſa.*

CAP-

Digitized by Google

CAPUT XV.

De Judicio Rotweilenſi, & Auſtregis.

SUMMARIA.

1. *Rotweilenſis judicij origio.*
2. *Ejus cauſa.*
3. Comites de Sulz Judices.
4. *A ſolo Cæſare dependet.*
5. *Aſſeſſores ejus.*
6. *Quouſque ſe extendat.*
7. *Appellatur ab eo ad Cameram.*
8. *Abrogatio ejus ſolicitata.*
9. *Auſtregæ unde dicantur.*
10. *Auſtregarum cauſa.*
11. *Origo an ex moribus?*
12. *An ex ordinatione Imperii?*
13. *Auſtregarum triplex ordo.*
14. *Auſtregis an locus in cauſis criminalibus?*
15. *An in matrimonialibus?*
16. *Auſtrega judicio an executio competat?*
17. *Auſtregis omiſſis an Camera vel conſilium Aulicum in prima inſtantia adiri poſſit?*
18. *Auſtrega an ſint ſtricti juris?*
19. *Capitulum immediatum vacante ſede an Auſtregis gaudeat?*
20. *Auſtregæ judices an ordinarii?*
21. *An ſponſis & viduis competat?*

1 EST & Imperiale judicium Rotwilenſe, quod Conradus III. Sueviæ Dux an. 1146. inſtituit, cum poſt Lotharium Saxonem Rom. Rex creatus eſſet, ita ut in diſtrictu Rotweilano jurisdictioñe exerceret, & ab Imp. aulico proximum eſſet, cui tamen deinde Maximilianus Imperator Cameram Spirenſem præpoſuit, ut hodie Rotweilano poſt iſta duo tertius locus debeatur, ſed hoc Rotweilenſe non eſt univerſale, ut Camera, ſed certo circulo circumſcriptum, in quo aulam Cæſaream repræſentat;

2 Hoc autem dicaſterium Civitati Imperiali Rotweil propter fidelem Conradi III. Imp. in defenſione contra Lotharium obſidione oppidum prementem, & poſtea adepto Imperio aliquot annis navatam operam conceſſum eſt, ut ſit hujus Dicaſterii perpetua ſedes.

3 Officium Judicis familiæ Illuſtr. Comitum de Sultz feudi titulo conceſſum eſt, quod in hodiernum diem retinet.

Ad ſolum Cæſarem, non etiam ad omnes 4
Imperii Status ſimul pertinet.

Aſſeſſores ejus olim Nobiles, poſtea XIII. 5
ex Senatu Rotweilano, hodie verò ex nova reformatione ex Senatu quidem leguntur, abſque tamen Judicis, & reliquorum examine non recipiuntur, nec renovantur, reformatio autem & correctio exceſſuum ſoli Imperatori competit, R. A. Regenſpurg / *anno* 1532. *rub.* Rotweilich Gericht. *Item* Zu Speyer ꝛc. 1570. §. Und nachdem ꝛc. Juris verò reddendi poteſtas non tantùm circa contentioſam jurisdictionem, ſed etiam voluntariam, tutorum & curatorum dationem. & confirmationem, renunciationes, pacta dotalia &c. verſatur.

Ultra autem Suevicum, Auſtriacum, Rhena- 6
num, & Franconicum circulos (quorum tamen partes tantùm complectitur) ſe non extendit, in quibus cum ordinariis concurrentem jurisdictionem habet; *Paurm. de juriſd. lib. 2. c. 8. n. 7.*

Licet autem hoc judicium Imperatorem 7
recog-

recognoſcat, nihilominus tamen ab eodem ad Cameram appellatur, Reichs Abſchied Speyr. *An.* 1570. §. Und nachdem ꝛc. & ipſa contra illud mandata inhibitoria decernere poteſt, & ſolet, quando tamen propter denegatam vel protractam juſtitiam, nullitatem, Judicis recuſationem, vel aliam ob cauſam extra appellationem ab hoc judicio ad ſuperiorem devolvitur juriſdictio, non Camera ſed Imperator adeundus eſt, *Wehn. verb.* Rothweiliſch Gericht ꝛc.

8 Verùm cùm Status A. C. in ſuis gravaminibus 10. Decembris Anno 1645. exhibitis ſub gravamine X. hoc judicium aboleri vellent, quod magnus juriſdictionis abuſus & extenſio contra Status, eorumque ſubditos aliaque inconvenientia irrepſiſſent, *ut conſtat. ex receſs. Ratisb. Anno* 1532. *verbo* Rothweiliſch Gericht ꝛc. & 1572. §. Und nach dem ꝛc. quia tamen ejuſmodi abolitio majoris eſt momenti, hæc res ad univerſalia Comitia rejecta eſt, *Inſtr. pac. Cæſ. Sued. art.* 5. §. 20. *v. Viſitatio. &c.* neque tamen ibi expedita fuit, nonnullis ſe opponentibus & hoc in ſui præjudicium aboleri poſſe negantibus, quòd à Conrado III. in favorem civitatis ob merita ſua inſtitutum fuerit, privilegium autem ob merita conceſſum revocari non poſſit, ut ſuprà dictum, *Pinell. ad l.* 1. *p* 3. *n.* 60. C. *de bon. matr.* quodve ad ſolam Cæſaream Majeſtatem non ad Status Imperii pertineat, adeoque nec ab his, nec ab illo in ſucceſſorum præjudicium aboleri poſſit, nec minus quod DD. Comitibus de Sultz ob res præclaré geſtas officium judicis hæreditario jure in feudum conceſſum ſit, ideoque abſque felonia deminui non poſſit. *juxta Feudiſt.* denique quod omnibus Imperii Statibus ſua jura, privilegia & prærogativæ ſint confirmata, ac proinde nemo turbandus ſit, *Inſt. pac. Cæſ. Sued. tit.* 8. *in. pr. p.* 4.

9 Supereſt, ut de privilegiatis Inſtantiis quas Status, vel immediatè Imperio ſubjecti habent, videamus, quæ Auſtregæ vocantur; hæc vox barbara à Germanico Außtragen deducitur, & definiri poſſunt judicia, in quibus certorum Ordinum controverſiæ in prima Inſtantia juxta formam & modum ordinationis Imperii examinantur & deciduntur.

10 Cùm enim mediati Cives plures haberent inſtantias indignum viſum fuit, Status immediatos deterioris eſſe conditionis, ac beneficio appellationis omnino lata una ſententia deſtituerentur, unde Imperatoris & Statuum eſt providere, ut immediati primæ inſtantiæ, ab immediatis, ſive ſubditis ac mediatis conveniantur, coram Judicibus Auſtregarum forum ſortiantur; *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 9. & 4.

11 Harum origenem à Germaniæ conſuetudine quidam deducunt, *Paurm. de Juriſd. l.* 12. *c.* 4. *n.* 131.

12 Meliùs tamen ea ad ordinationem Imperii & Maximiliani I. refertur, & ex Comitiis Wormatienſibus Anno 1495. cum Statuum conſenſu quas Carolus V. Anno 1521 auxit, quamvis Auſtregas pactitias, & voluntarias ante fuiſſe appareat, *Ex Ord. Cam.* zu Wormbs *Anno* 1495. *rub.* wie ꝛc. licet lege confirmentur, & hoc modo etiam legales dici poſſint. *Arg. l.* 130. *de* V. *S. l.* 3. §. *de illo. profecto.* Conſtituitur autem hoc judicium diverſimodè pro diverſitate & dignitate Statuum, & immediatorum, & triplex eſt ordo.

13 In I, Electores, Principes, aut Principali dignitate præditi tam Eccleſiaſtici, quàm Sæculares, in II. Prælati, Comites, Barones, Civitates immediatè Imp. ſubjecti, Ad III. ſpectant omnes mediati, qui adhuc Judices intermeditos habent, Et primi quidem vel conveniantur ab aliis ejuſdem ordinis perſonis, & tum gaudent privilegio primæ Inſtantiæ. *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 2. aut à perſonis II. ordinis, & tunc actor eligere poteſt unum ex octo modis præſcriptis *in Ord. Cam. p.* 2. *tit* 4. aut à perſonis III. Ordinis & hoc caſu idem obtinet, quod in perſonis II. ordinis, ſi ab hiſce conveniuntur. *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 4. §. *fin.* Si quis ex ſecundo ordine (exceptis civitatibus) à perſona primi ordinis conveniatur, duæ viæ proponuntur. *Ord. Cam. p.* 2. *t.* 13. quando verò III. à quodam ſui ordinis (exceptis iterum civitatibus) conveniuntur, ſervantur duo modi traditi. *Ord Cam. p.* 2. *tit* 5. vel conveniuntur à III. Ordinis, perſonis, & in Camera conveniuntur, *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 27. Tertii ordinis perſonæ à cujuſcunque ordinis perſonis coram ſuo ordinario conveniuntur, *p.* 2. *tit.* 1. & §. *fin.* Civitates autem Imperiales licèt Status Imperii ſint, jus tamen Auſtregarum non habent, ſed Camera vel conſilium Aulicum earum eſt ordinarius Judex, in prima inſtantia.

Digitized by Google

ſtantia, ſive ab immediatis ſive mediatis conveniantur, niſi ex privilegio, vel longiſſimi temporis præſcriptione ſingulares judices in prima inſtantia ſortiantur, ut ſunt Argentoratum, Memminga & aliæ *Gail. 1. obſ. 2. n. 29. Svvann. de prot. Cam. lib. 1. c. 7. n. 3.*

14 Q. I. *An in Criminalibus Auſtrega locum habeant?*

Pro negativa militat obſervantia; I. quia hæ requirunt ſpecialem conceſſionem. *l. 1. de off. ejus*; II. quia forma Auſtregarum non eſt apta pro illis cauſis recipiendis. *Denais. de Jurisd. Cam.* III. quia hæ in una inſtantia terminandæ ſunt nec appellatio in iis de conſuetudine Germaniæ admittitur. Reichs-Abſchied zu Augſpurg / *An.* 1530. §. Item ꝛc.

15 Q. II. *An etiam in matrimonialibus?*

Verius eſt cauſam hanc uti Eccleſiaſticam & Spiritualem, ſicut nec ad Cameram, ita nec Auſtregas pertinere. Non obſtat *Ord. Cam. p. 2. tit. 2. in pr.* quæ de perſonis, non rebus loquitur.

16 Q. III. *An Judicibus Auſtregarum executio competat?*

℞. Negativè, ſed nuda tantùm notio, ideò cauſæ hic judicatæ à Cæſare vel Camera executioni mandantur, *Gail. 1. obſ. 1. n. 52. Ord. Cam. tit* 8. §. und ſo das Urtheil / ꝛc. *Schütz vol. 2. diſp. 3. th. 14.*

17 Q. IV. *An omiſſis Auſtregis in prima Inſtantia Conſilium Aulicum, vel Camera immediatè adiri poſſit?*

℞. Sine mutuo litigantium conſenſu non poſſe. *Roſenth. de feud. cap. 10. concl. 1. n. 32. Inſt. pac. Caſ. Sued. art. 5. §. 20. verb. Viſitatio &c.* Reichs-Hof-Ord. *Ferd. III. tit. 2. §.* wirbefehlen.

Q. V. *An Auſtrega ſint ſtricti Juris?*

℞. Affirmative, unde non licet eaſdem ad cauſas alias exceptas, Exempli gratia feudales extendere. *Autor. deciſ. Cam.* V. Außträg 5. *Juriſdictio.* 18

Q. VI. *An immediatum Capitulum ſede vacante Auſtregis gaudeat?*

Affirmat Arum. *ad A. B. diſc. 1. concl.* 24. quia univerſi Canonici ſede vacante ſunt inſtar tutorum Eccleſiæ, quæ fruitur jure pupilli, & Minoris. *c. 3. X. de reſt. in int.* tutor autem ſequitur forum pupilli, etſi Capitulum omiſſis Auſtregis imediatè in Camera conveniretur, futuro Principi, vel Epiſcopo præjudicaretur etiam, quod admitti non debet. 19

Q. VII. *An Judices Auſtregarum ordinarii ſint vel delegati?*

Prius affirmat Author *deciſ. Cam.* V. Außträg / §. Anßträg. *Mynſ. 2. obſ. 52. Schütz vol. 2. diſp. 3. th. 12. contra Bocerum. de Juriſd. c. 7. n. 16.* 20

Q. VIII. *An ſponſis & viduis eorum, qui Auſtregas habebant, vel habebunt, ha competent?*

Affirmat in ſponſa de præſenti, *per tradita* Gail. 2. *Obſ.* 80. *junct. l. 43. de teſt. mil.* de vidua verò *per l. ſi lis* 22. *§. Vidua 2. ad Municip.* quia cenſetur in iiſdem nuptiis perſiſtere. *Nov. 22. c. 21. §. 2. c. unaquaq; 31. 13. q. 2.* 21

CAPUT XVI.

De S. R. I. Collegio Electorali in genere.

SUMMARIA.

1. *Electorum origo indagatur.*
2. *Una ſententia eligitur.*
3. *Electoralis dignitas.*
4. *Cur ad 7. Electio delata?*
5. *An hic numerus per EE. augeri poſſit?*
6. *An minui?*
7. *An hodie dicantur adhuc ſeptem viri?*
8. *An prærogativa EE. etiam competat extra curiam Imperialem?*
9. *An exteris Principibus EE. præferendi?*
10. *An extra negotium Electionis EE. Jure conventuum agant?*
11. *De conviviis in conventibus EE.*
12. *An in perſona EE. conventibus intereſſe debeant?*
13. *An reſervatum Imp. circa Vectigalia hodie EE. communicatum ſit?*
14. *An ad conſtit. Vectigalis novi omnium EE. conſenſu opus, vel major pars ſufficiat?*

15. *An*

Digitized by Google

15. *An notorio Crimine ad bannum etiam EE. conſenſu opus ?*

16. *Cur EE. conſenſus ad indictionem Comitiorum neceſſarius ?*

17. *Loci Comitiorum, determinatio an etiam ab EE. pendeat ?*

18. *An Comitiorum acta non præhabito EE. conſenſu nulla ſint ?*

19 *An ad tranſlationem Comitiorum vel reſumptionem novo EE. conſenſu opus ?*

20. *An conſenſus collegialis eſſe debet ?*

21. *An EE. jus nobilitandi habeant in ſuo territorio.*

22. *An EE. inducias moratorias in ſuo territorio concedere poſſint ?*

23. *An legitimare naturales abſque ſingulare conceſſione poſſint ?*

24. *An Princeps monetam cudet ſuis expenſis ?*

25. *An in moneta liceat uti auro chimico ?*

26. *An falſificans monetam EE. ſupplicio ignis afficiendus ?*

27. *An omnes fodinæ regalibus annumerentur ?*

28. *An Princeps in alieno metalla fodere liceat ?*

29. *An in alieno ſub terra fodere liceat ?*

30. *An ſi privatus ceſſat fodere in ſuo, id Principi permittatur ?*

31. *Quid ſi Princeps cum tertio concurrat ?*

32. *Quid ſi plures privati ſe offerant ?*

33. *An liceat in alieno foſſuram ſubterraneam continuare ?*

34. *An liceat fodiendo vel cadendo terream cruſtam vel lapides in vicinum feudum demittere ?*

A Supremo Imperii capite, quod eſt Imperator, nunc ad membra & primo quidem ad principalem & digniorum ſtatum EE. tranſeundum.

Cùm autem in antiquiſſimis originem invenire per difficile ſit, *l. ſi Arbiter. 18. in fin. de Probat. Weſenb. parat de ll. Cravett in tract. de antiq. tem.* *
I antiquiſſimum autem hoc colegium Electorale ſit, ideo de ejus ortu variant Scriptores. Alii enim I. ad Carol. M. II. quidam ad Frideric. I. vel poſteriores Impp. referunt, III. Alii Henrico II. aut Conrado II. alii Conrado III. IV. alii Ott. III. & Gregorio Pontifici, V. alii Ott. IV. vel Carol. IV. adſcribunt, VI. Alii tacito Imperii conſenſu ab occultis initiis interveniente temporis diuturnitate, quod hominum memoriam excedit, Jus Electorum inductum volunt, *Arnm. de Comit. Lim. in annot. ad cap.* Carol. V. *a.* 28. quod non videtur improbabile; ſi enim hoc Jus & poteſtatem eligendi ad EE. de Jure & conſuetudine pertinere agnoſcit & teſtatur Innoc III. *in c. Venerabilem.* X. *de Elect.* quod formatur textu A, B. *t.* 2. §. Und dieweil von alter guter und löblicher Gewonheit/ & *t.* 5. §. 9. Und wiewol ein Käyſer aus Löblicher ꝛc. *Reinck. de Reg. ſæc. lib. 1. claſ. 3. c.* 13. *Buxtorf. ad A. B. c. 1. diſ.* 14. donec tandem inveteratam conſuetudinem Otto III. circa vel poſt annum Chriſti 996. approbavit, & certis Imperii officialibus Germanis Jus eligendi Imperatorem tribuit, quæ tamen conſtitutio uſu ſtatim recepta non videtur. Cùm poſt Ottonem ad huc ſucceſſio in Rom. Imperio uſurpata fuerit, uſque ad Henricum IV. quamvis ad hoc reſponderi ſolet, etiam in hæreditariis illis Cæſarum ſucceſſionibus Electionem interveniſſe, vel tantùm dicis gratia quoad externam ſolennitatem, vel ad legitimam ſucceſſionis declarationem prout Auſtriaci hactenus ſuſtinuerunt, Bohemorum, quam vocant abuſivam Electionem, deficiente Rege, cum hæreditario ſuo Jure conſiſtere poſſe; Negari tamen non poteſt communicato conſilio cum Gregorio V. Pontif. hoc invectum, probatum & confirmatum fuiſſe, *text. cap. Venerabilem* X. *de Election. Clem. Romanam. de Jurei.* ex quibus tamen ſufficienter non probatur (ut multi acriter contendunt) à ſolo Gregorio omnem poteſtatem EE. datam fuiſſe, prout & alias ſanctiones & conſtitutiones Imperiales ac laudabiles conſuetudines. Pontifices frequenter firmaſſe leguntur, ad oſtendendam conſonantiam Juris utriusque ad concordantiam cum lege Divina, quod in ſpecie fecit Honorius Papa, qui cönſtit. Frid. II. Imp. confirm. 5. *Feud. t. 15. in fin.* VII. Alii vero contendunt ex pietate non debito id honoris Pontifici delatum fuiſſe, ut ejus cooperatio & authoritas præter Imperatorem tanto negocio accederet. VIII. Nec deſunt, qui tantum conſilium Gregorii Papæ interveniſſe ſentiunt, utpote qui Ottoni erat

Digitized by Google

erat agnatus & ex familia Saxonica oriundus, *Norderm. de jure princ. Th.* 19. *Daniel. Ott. de J.p.c.* 10. *pag.* 219. *Buxtorf. ad* A. B. *diſſ. concl* 14. *Chriſtoph. Gewold. in com. de Elector.* Sicut enim dicit Imp. Omnia noſtra facimus, quibus autoritatem noſtram impertimus, *l. 2. verſ. omnia C. de Vet. jur. Enucl.* Ita idem Pontifici applicari poteſt: actus autem aliquando à confirmante aliquando ab eo cui confirmatio acceſſit denominantur, prout tutorem à patre emancipato filio datum & confirmatum à Judice, alii teſtamentarium alii dativum vocare ſolent: hæcque opinio fundatur in Baronio, ex Matthæo Pariſienſi collectis verbis, qui tradunt, quod poſtquam ab octingenteſimo poſt virginis Matris partum anno ſummus occidentis Imperii principatus ad Germanos translatus & continuatus eſt, primo Germano Carol. M. ſupra 190. annos ſucceſſionis non Electionis propagine in Caroli poſteris hæſit, uſque ad Otton. III. & quia periculum erat, ne à Germanis ad alias nationes Imperii Majeſtas devolveretur, ei occurriſſe Ottonem & Brunonem Verdenſem, qui ex Epiſcopo Weſtphaliæ cùm Pontifex Max. evaſiſſet, Gregorius V. appellatus eſt. Hi duo Germaniæ proceribus auctores extiterunt; ut omne jus Electionis penes Germanos principes eſſet, ac nullus in Impp. numerum veniret, niſi quem Germaniæ procerum concors electio nominaſſet. Unde colligitur, eo tempore & poſtea electionem adhuc factam communiter per Duces, Epiſcopos, Abbates, Comites & Barones. Cùm autem ob eligentium multitudinem graves ſæpe orirentur diſſenſiones, & diverſi nominarentur Impp. qui mututis rapinis ac cædibus in viſcera Germaniæ graſſabantur, huic malo ut obviam iretur, in Concilio Lugdunenſi habito, Anno 1345. ab Innocentio IV. Papa ordinem Septemvirorum inſtitutum & deſignatum; addit autem Baron. ex d. Matthæo Pariſ. in d. conſilio ſeptem EE. definitos à Pontif. (Innoc. IV.) nempe hos ex Laicis Ducem Auſtriæ, Ducem Bavariæ, Ducem Saxoniæ, Ducem Brabantiæ, Ex Eccleſiaſticis Arch. Colon. Moguntinum, Salisburgenſem. *Baron. tom.* 10. *Anno Eccle. ad Ann. Chriſti* 996. ut latiùs allegatur in Epiſtola dedicatoria ad Celſiſſ. Principem & Archiep. Salisb. &c. GUIDOWALDUM p. m. præfixa noviſſimæ editioni Honorii ab Axel Juris Canonici compendio. Sed quia in ſolius Matthæi verbis hæc relatio fundatur, ex actis conſilii non probatur, utriſque dictum nec plenam nec ſemiplenam in re tam arduâ probationem facit, maximè quia addit cautum fuiſſe, ut iſti EE. ducerentur in inſulam quandam Rheni, & ſoli in ea manerent omnibus navibus remotis, ut ibi tractarent de Electione Imperatoris, nec advenire ad eos aliquem debuiſſe donec fierent concordes. Dubitationem auget, quod Baron: addit quatuor perſonas mutatas, pro Salisburgenſi ſurrogatum eſſe Trevirenſem, pro tribus Ducibus Auſtriæ, Bavariæ, Brabantiæ, ſubſtitutos Comitem Palatinum Rheni, Marchionem Brandenburgicum ac regem Bohemiæ, quorum hic potiùs locum definitoris diſcrepantibus aliis, quàm Electoris uſurparet. A quo autem facta ſit ſurrogatio, an ab Innocentio vel ab alio, id ſe neſcire, ait, an fortè ut ſuſpicatur ab ejus ſucceſſore Alexand. IV. in qua ratione cùm multa incidant improbabilia, in ſpecie præter alia rationem ſurrogationis hanc allegat, quod ceſſerint Dux Auſtriæ, Bavariæ, Brabantiæ, quòd magis cuperent eligi quàm eligere, ſicq; potius inter eligendos quàm eligentes haberi maluerint, quæ ratio prorſus inanis eſt & frivola; cùm nihil obſtet ex ipſo corpore eligentium aliquem eligi, ut ſupra oſtenſum, ſicut Epiſcopus & Abbas ex gremio potiùs quàm exter aſſumitur: Ad hæc iſta ratio Salisburgenſi Archiepiſcopo nullo modo eſt applicabilis, cùm non ſit perſona capax Electionis paſſivæ ob dignitatem Eccleſiaſticam & ordinem, Electores autem debeant præficere Imperio caput temporale. Plures conſiderationes, *Vid. apud Lim. in annot. ad cap. Carol. V. a.* 28.

* IX. In tanta opiniorum diſcrepantiâ non attentâ multitudine aliter ſentientium, qualitatem potiùs quàm quantitatem teſtimoniorum ſpectando, *Conſtit. Imp. Deo auctore §. ſed neque. 6. De Concep. ff. junct. c. fin. diſt.* 19. valde probabile videtur, invaluiſſe primò conſuetudine, ut Principes Imperii Rom. Imp. nominarent vel eligerent, ex qua conſuetudine, cùm dubia frequenter orirentur, item ob multitudinem eligentium hic modus non ſatis conveniret bono publico, interveniente conſenſu Imp: Statuum Imp: Otton. III. approbante ejus concluſum S. Pontifice, Jus hoc ad certas perſonas reduxit; Cùm- 2

que

que ſucceſſu temporis nec hoc Ottonis ſancitum & Pontificis placitum ſollicitè ſervaretur, potuit ab Innoc. IV. in conſilio Lugdun: aliquid ſtatutum fuiſſe, de quo tamen an factum vel receptum fuerit non conſtat. Verum cùm â Germanis vel non concorditer reciperetur, vel inter ipſas eligentes perſonas frequentes de Jure electionis naſcerentur contentiones, aliis aliud contendentibus, ſicque nunc hoc nunc aliud obtineret, & uſu ſervaretur, tandem Imp. Carol. IV. in A. B. formam & modum Electoribus certum firmum & immutabilem perpetuis temporibus obſervandum præſcripſerit, qui tanquam lex fundamentalis Imperii cum conſenſu Procerum inductus nec ipſorum EE. arbitrio mutari, nec Imperiali aliqua conſtitutione aboleri poſſit, ut tradit *Bald. in c. licet. de Vit. & hon. Cler. Tholoſan. lib. 7. de rep. c. 19. in fin. p. 303. per tradita ſupra. c. 1.* Hinc etſi rudis & indigeſta materia poſt tempora Carol. M. extiterit, & ejus deſcendentes ſucceſſione ſanguinis ad Imperium profecti, à procerib⁹ tamen nominati ſint, & vel ab Ottone III. inducta à Pontifice conſultata & approbata occurrat, quæ variatis temporibus variata & non concorditer obſervata fuerit, ut inde perfecta omnibus numeris abſoluta & præſcripta conſuetudo naſci non poſſit; quia tamen formæ impreſſio novam ſpeciem inducit, maximè quando res ad priſtinam cauſam facile redire non poteſt. *§. cum ex aliena. l. de R. D.* non incongrue Carol. IV. hunc Electionis hodiernæ ordinem unà cum aſſenſu Procerum Imperii acceptam ferimus, prout aliàs Jura Civilia à naturalibus, prætoria ab illis, non ratione materiæ ſed formæ ejuſque perfectione, item jus ſcriptum à non ſcripto eodem modo diſtinguitur, *arg. l. omnes populi de I. & I. l. 7. de pact. l. 1. de Contr. Empt. ita ferè Lim. in Annot. d. loc. n. 28. in fin. Schütz. de Vicar. Imp. concl.* 10.

Ad præeminentiam Electoralem quod attinet, dignitas eorundem tam Eccleſ. quàm Sæcularium eſt ampliſſima: Sunt qui eos præfectis prætorio, Senatui Rom. Septemviris Perſarum, Ephoris Lacedæmoniorum, comparent, quod eorum inſtar partes ſint Imperii & provinciarum. *Cujac. ad t. C. de of. praf. prat.* quod Judices ſint patrii Juris, ll. fundamentalium obſervatores, vindices, executores, *Covar. 1. pract. q. c. 1.* Verùm ſunt in his EE. alia multò auguſtiora, quàm in illis, nam præfectus prætorio nuda tantum & imaginaria dignitate gaudebat, nec ſenatus Rom. eundem ſemper honorem habuit, unde & Tiberium aliquando iſtius tituli puduit, & ſub Leone Imp. Senatus conſulta fieri prohibente *Nov.* 78. poteſtas ſenatus in Principem translata videtur. *Heig. 1. q. 4.* Ephororum quoque poteſtas fictitia fuit, quia Lacedæmoniorum Reſp. magis ad Democratiam propendebat, Ephori vero populum repræſentabant, Septemviri quoque Perſarum non principes ſed Judices tantùm erant. *Joſeph. antiq. Judaic. lib. 1. c. Michael Schiſerer de Orig.* Elect. con. 21. Major multò horum EE. eſt dignitas, ita ut regali & Electores Regibus comparentur à Schrad. *de Orig. Elect. in proem.* per tradita à Bruning. *in t. de var. univerſ. ſpec. concl.* 10. *lit. a.* quorum Epitheta congeſſit Schuz *in diſp. de diviſ. ſtat. Th. 2. Lim. de I. publ. lib. 3. c.* 2. non quidem, quód vere Reges ſint, unde nec titulus majeſtatis ipſis tribuitur, ſed iis parificentur, *Moller l. ſem. ſt. c. 40. n. 4. Gail. 1. obſ.* 30. uti olim de Lydorum rege Crœſo Juſtinus dixit, cum ſi non regem, regiæ dignitati tamen proximam egiſſe vitam. Hinc EE. omnibus Imperii Principibus cujuscunq; ſint conditionis præferuntur, *t. 3. & 6. A. B.* Sicque an. 1471. Ratisbonæ legati EE. legato Caroli Pugnacis, (quanquam hic 6. Ducatuum & 15. Comitatuum, præſertim Ducatus Burgundici, qui olim regio titulo fuit inſignitus, honore fulgeret) cedere recuſarunt. Cumque anno 1184. Friderici I. filius Henricus in Regem Rom. Moguntiæ coronandus eſſet, ipſo Pentecoſtes die aſſidentibus à dextris Moguntino à Siniſtris Colonienſe, aliisque EE. Statuum multitudine numeroſa præſente; (*referente Munſter. in Coſmogr. lib. 5. c.* 58.) Abbas Fuldenſis locum, quem Colonienſis tenebat, ſibi ex antiquo more tanquam Auguſtæ Cancellario deberi prætenderet, & Imperator conſuetudini inſiſtendum eſſe decerneret; Unde Archiepiſcopo Colon. recedente; his verbis: Cedo ergò, quia ſuæ Majeſtati placet, Archiepiſcopus Abbati, Elector Monacho, quem ſecuti fuere Palatinus Comes Naſſovius, Dux Brabantiæ & alii, ortoq; tumultu inter Abbatis & Archiepiſcopi Miniſtros & effuſo multo ſanguine auditus dicitur clamor Dæmonis in aëre: hunc diē bellicoſū ego feci *Scopper in*

Cho-

Chorolog. pag. 683. Mox tamen Imperator re melius examinata Electorem Colon. priſtino loco reſtituit. Frigida autem erat Abbatis prætenſio quod ipſe tanquam Archi-Cancellarius Imperatricis præcedentiam urgeret poſt Moguntinum ceu Archi-Cancellarium Germaniæ, exiſtimans, ſicut ille Archi-Cancellarius præferentiam præ omnibus habet, ita eandem ſibi Archi-Cancellario Auguſtæ præ aliis deberi, utpote quæ radiis Imperatoris coruſcat & iiſdem gaudet honoribus, *l. fœmina de ſenat. l. princeps de ll. §. fin. l. de Uſu cap. l. cum le. & fin. C. de nupt.* At non procedit illatio: nam Moguntinus Archi-Cancellarius eſt Imperatoris & Imperii per Germaniam: Colonienſis Archi-Cancellarius Imperatoris quoque & Imperii per Italiam, ut Trevirenſis per Galliam, Fuldenſis autem Cancellariatus tantùm perſonam Auguſtæ concernit, Colonienſis Archi-Cancellariatus fundatur in Majeſtate reali Imperii eſt perſonali Imperatoris; Abbatis autē tantùm in Majeſtate perſonali Imperatricis, & quidem tali, quam ipſa habet participativè tantùm & per reflexionem radiorum Auguſti ſeu Imperatoris, ſicut autem aliàs uxoris ignobilis nobilitas ex nuptiis cum Nobile Viro contractis acquiſita & participata, debilior eſt alia Nobilitate, quæ ex genere habetur, unde etiam facilius amittitur; prout facilius amittuntur, quæ ex aliorum, quàm quæ ex propria perſona habemus, *Bart. in l. quæ in bello. de capt. & poſtl. ut infra c. de Nobilibus dicetur*, ita idem de participata Majeſtate Auguſtæ dicendum. Alia dignitatem EE. & poteſtatem concernentia ſeqq. declarabuntur Quæſtionibus.

4 Q. I. *Cur ad 7. Electores univerſum Electionis negocium delatum, unde etiam Septem viri à numero vocantur (ſicut olim Duum viri, Trium viri, decem Viri, Centum viri) cur non ad plures vel pauciores?*

Etſi reſpondeant aliqui *ex l. non omnium ff. de ll.* Tamen miſerorum hoc eſt refugium, valent quidem juxta Senecam reſponſa prudentum & conſtitutiones, etſi ratio non reddatur; Anima tamen legis ratio, & lex non minùs quàm conſuetudo rationabilis eſſe debet. Ratio autem hæc eſt, quia naturalis hominum ad diſſentiendum eſt inclinatio, *l. item ſi unus §. principaliter de Rec. arbitr.* & ſæpè in concurſu tot Principum & procerum Imperii qui Electioni intererant vota in multos diffundebantur paria, hinc lachrimæ: & viſum fuit melius rem ad pauciores deferri, non autem ad pauciores quàm ſeptem, propter negocii gravitatem, ex quo ſalus & pernicies totius Imperii & orbis Chriſtiani dependet, qui numerus cùm ad vitandas teſtamentorum frandes & corruptelas, ubi tantùm de bonis & fortunis unius privati hominis agitur, in ultimis voluntatibus requiratur, multò magis hic exigendus erat, maximè quia numero huic aliquid ſanctitatis ineſſe credidit antiquitas, qui in ſacra profanaque hiſtoria præ cæteris eſt commendatiſſimus, *ut oſtendit Bodin. 4. de rep pag. mihi 647. Guevar. in horol. princ. lib. 1. c. 21.* Et quia ſtante diſparitate eligentium non ita facile vota concordia in unum derivari poſſunt, utpote cùm majoritas prævaleat, *l. quod major. ad Munic. l. 18. de recept. arb. l. 27. §. 3. Eodem.*

Q. II. *Quid de numeri ſeptenarii perfectione ſentiendum?*

Vid. Macrob. *lib. 1. c. 6.* D. Hieronym. *in Amos.* ubi numerum hunc Sanctum vocat, unde Poëta O *terque quaterque* (id eſt ſepties) *beatos.* Sic cùm 6. diebus creaſſet omnia Deus, ſeptimo ab omni opere quievit *Geneſ. 2.* unde hæc mundi natalis dicitur, hancque Judæis ſacrum eſſe voluit. Septimus annus quietis erat, quo nec agri, nec vineæ colebantur, *Levit. 25. v. 4.* Septies mandato Prophetæ lavit Naam Syrus & ſanatus eſt, 4. *Reg. 5. v. 10.* ſeptimo Menſe requievit arca Noe ſuper montes Armeniæ, *Geneſ. 8. v. 4.* Septem mulieres apprehenderunt virum unum, *Eſaia 4. 7.* actus ſolennes in coronatione Imperatoris, 7. menſe naſcitur perfectus partus, *l. 12. de ſtat. hom.* ſeptimus quiſque annus ætati notam imprimit, ſeptimo anno infantia, bis ſeptimo in maribus pubertas accedit, ter ſeptimo venia ætatis conceditur maſculis, cum quater ſeptimo ſeu 28, reſtitutio in integrum ceſſat, ſepties ſeptimo matureſcit in homine prudentia, decies ſeptimus, ſeu ſeptuageſimus immunitatem à tutela tribuit, *§. item majo. de excuſ. tut.* ſeptem teſtes ad teſtamentum exiguntur, univerſum Digeſt. volumen compilatores in 7. partes diviſerunt, Canonum ſtudio deſtinatum eſt ſeptennium à Gregorio X. *in c. cum ex eo 34. de Elect. in 6.*

Digitized by Google

in 6. concludo ex Cicerone, qui hunc numerum omnium modum eſſe dicit; quid ergo mirum ad actum lectionis Cæſareæ ſeptem electores conſtitutos.

Ne tamen quis hinc putet ſeptenario numero vim aliquam à natura tributam, ut voluere Pythagoras, Plato, & multi adhuc horum temporum Medici, ac Chirurgi teſte Cardano, qui ſuperſtitioſe dies criticos, & annos climactericos obſervant, quorum quidam pentapilli herbæ effectus numero quinario tribuunt, quod unum folium Ephimeram, tria tertianam, quatuor quartanam curent, item pillulas & cataquia impari numero plus prodeſſe, quam pari volunt, licet æquali quantitate præbeantur; aliqui vim ineſſe putant Pſalmis, ſi certo numero, & ordine collocati legantur: nam ſanior Theologorum & Philoſophorum ſcholæ numero nullam nec naturalem, nec ſupernaturalem vim ineſſe docent, quid enim operabitur imaginarium, numerus enim quantitas eſt, quantitas verò non eſt operativa per ſe, niſi fortè motus localis, de quo non eſt quæſtio, quod autem curioſè obſerventur anni Climacterici, & Enneatici, ſoleant eſſe læthales, octimeſtris partus minimè vitalis, ut de ſeptimeſtri dictum cum JCto *ex l. ſeptim. de ſtatu hom.* id non numero, ſed aliis naturæ cauſis adſcribit Hipocrates *de octimeſtri partu*, quas indagare hujus non eſt loci. *V. Delrio in diſquiſ. mag.*

Q. II, *An hic numerus ſeptenarius EE. augeri poſſit?*

Licèt Maximil. I. Imp. aliquando EE. pertentarit, ut jus ſuffragii in Electione, Auſtriæ Archi ducibus communicarent, nihil tamen effecit. Hodiè verò ex noviſſima Pacificatione Monaſterienſi & ſecuta diæta Ratisb. Octavum Electorem habemus, illis verbis: Imperator cum Imperio publicæ tanquillitatis cauſa conſenſit, ut Carol. Ludovicus comes Palatinus Rheni juxta ordinem ſuccedendi in A.B. expreſſum eo Jure fruatur, ita tamen ut quia Domui Bavaricæ dignitas Electoralis etiam conceſſa eſt, ſi contigerit lineam Guilielminam maſculinam prorſus deficere, ſuperſtite Palatina cum Palatinatu ſuperiori dignitas Electoralis quæ penes Bavariæ Duces nunc eſt, ad ſuperſtites Palatinos redeat, octavo Electoratu tunc prorſus extinguendo: *§. cum a. d. inſt. pac.* Quòd ſi quis huic augmento legem fundamentalem A. B. objiciat, in qua paſſim & vix in non uno articulo quorum 30. ſunt, ſi non expreſsè haud obſcurè tamen, numerus ſeptenarius firmatur, vel ſaltem præſupponitur, à qua ſanctione tot curis & vigiliis excogitata ac inventa. *ut ait Imp. in l. ſi quando C. de Inof. teſt.* tot conſiliis fulta, tot auctoribus probata, minimè recedendum, maxime cum Imp. Carol. IV. & cum eo Status Imperii legem illam in perpetuum valituram eſſe voluerint, *l. 3. t. 3. 7. 8. A. B.* Prout etiam quidam oſores pacis Germanicæ & Tranſactionis Oſnabrugicæ & Monaſterienſis repulſam Maximil. de qua ante d. de ſuffragio Auſtriæ communicando laudant, ne antiquiſſima pariter & prudentiſſima majorum inſtituta mutarentur, *ut refert Hartm. Maurus. de Coren. Carol. V. & Ma. q. Freher. ad Petr. de Andlo l. 2. c. 1.* quæ repulſa etiam contigit Gabriel Betlemo Tranſylvaniæ Principi Electores & Principes unitos imploranti, ut regi Ungariæ alioquin exempto honos Electoralis daretur, Jusq; ſuffragii in Electione Rom. Regis ceu octavo Electori benigna largitione concederetur, abnuerunt enim precibus ejus Sereniſſimi Principes, *ſi fidem demus autori* Der Anhaltiſchen Cantzleyen. Verùm ad hæc objecta facilis eſt reſponſio, libenter concedendo Imperatori auctionem non competere, quod agnovit ipſe Maximilianus, qui aliàs EE. ad hunc finem non compellâſſet, *arg. l. un. C. de Theſaur.* Prout nec EE. ſolis nec etiam ipſis conjunctim cum Imp. competit, quia ſolus Imp. cum EE. hunc ſeptenarium numerum & legem fundamentalem non induxerunt, ſi tamen Imperator, EE. & reliqui Proceres in unum conſentiant, (prout præſentes tempore pacificationis deinde omnes ad Comitia Ratisb. convocati Anno 1654. conſenſerunt) nil obſtat, quin contra legem communi conſenſu latam diſpenſare, eidem derogare, ac octavum Electorem adjungere poſſint ac potuerint. Cùm ejus ſit legem tollere qui eam indixit. *§. fin. I. de Jure nat.* & nemo ſibi legem dicere poſſit, à qua non liceat ei reſilire, maximè verò ſi ratio ſtatûs propter bonum publicum & majorem ac univerſalem finem derogationem ſuadeat, ſic enim multa etiam Jure Civili contra rationem diſputandi pro utilitate communi recepta eſſe innumerabilibus rebus probari poſſe ait Jure conſultus, *in l. 51. §. 1. de l.*

Digitized by Google

de l. aquil. quo facit illud Moyſis: Dele me potiùs ex libro vitæ; & populo peccatum condona; Et Caiphæ licèt ex ignorantia dicentis: Expedit hominem mori pro populo. Ac licèt rationem ſtatûs originem ex atheiſmo & tyrannide traxiſſe velint, Pius V. eam diaboli rationem appellâſſe dicatur, quam alii aliis ſcommatibus proſcindunt, Monſtrum & portentum tyrannidis & plenitudinem tempeſtatis potiùs quàm poteſtatis, flagitium dominationis à Diabolo non ab homine profectum, inſanientium potiùs, quam Juriſprudentum inventum, & quæ ſunt ſexcenta alia nomina illi imponunt, *de quibus Reinck. de reg. ſæc. lib.* 1. *claſſ.* 1. *c.* 1. *n.* 45. *uſque ad finem* calamitatum mare vocat. Pet. Siring. *de pace relig. Th.* 17. *lit.* 1. Quæ libenter largimur illis, qui ſub ſpecie rationis ſtatus Principibus abſolutam tribuunt poteſtatem, & omnia contra Jus etiam divinum, & rationem licere contendunt. Quæ meritò idolum Principum & dulce venenum, quod juſtitiam peſſundat & regna ſubvertit, præter dd. Epitheta vocari poteſt, de quibus intelligendus Reinck. *d. c.* 1. *n.* 48. Sed hæc nihil ad noſtrum propoſitum, qui perſonatam illam rationem ſtatus non defendimus, quæ in nullo rationis momento fundatur, ſed libidini voluntatis pro ratione uſurpatæ tantum innititur juxta Vulg: Sic volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas; quâ uſus eſt Pharao Iſraelitas opprimens. *Exod.* 1. *v.* 18. filii Jacob in opprimendis Sichemitis, *Genes.* 34. *v.* 14. In qua ſtatus ratione bene perfecta nec rationis nec prudentiæ ſpeciem reperiri, ſed meram injuſtitiam cum calliditate conjunctam negari minimè poteſt. Alia autem eſt ratio ſtatus in vera & juſta ratione ſubſiſtens, quæ Dei & Juris præceptis conformatur ac rationis dictamen admittit, licèt à communi Juris diſpoſitione exorbitet ac diſpenſationem aut correctionem ejus ob bonum publicum inducat, prout Jus naturæ corrigitur per Jus gentium & hoc per Jus poſitivum, hoc vero poſitivum à Jure regni ſeu ratione ſtatus, *Clapm. de arcan. rer. publ. l.* 5. *c.* 1. *in fin.* Cum itaque in Romanog. Imperio pax aliter obtineri non poſſet nec lis ſatis periculoſa componi inter Maximil. Bavarum & Carol. Ludovicum Palatinum, quorum ille Electoratu decedere erubeſcebat, hic verò cum recuperare modis omnibus ſtudebat, uterq; ſuos haberet adjutores, fautores & defenſores potentiſſimos, ex quo diſſidio vel de pace Imperii deſperandum, vel ruina Imperii pertimeſcenda erat, remedio hoc exorbitante & augmento numeri Electoralis illud impedire & imminenti periculo occurrere ſatiùs fuit, quàm mordicus numero ſeptenario EE. adhærere, prout ex omnibus malis ſemper, quod minus eſt, eligendum. Ex quo etiam fundamento dependet abolitio ditionum & commutatio Epiſcopatuum bonorumque Eccleſiaſticorum in ducatus & principatus ſæculares, in Inſtrumento pacis noviſſimè placitata. Religionis enim conſervatio præponi debuit ſtatui Eccleſiaſtico, ſicut ille templis, quando Reſp. ad tantam redacta eſt neceſſitatem, ut vel debeat carere fide Catholicâ vel viris Eccleſiaſticis aut templis, *ex ſententia Caramuel. in S. R. I. pace licit. demonſtr.* Ad I. ℞. Quòd Maximil. Imp. petito delatum non ſit olim, id factum quia privato domûs Auſtriacæ commodo Imp. intendebat, qui in ſuſpicionem vocabat conſilia Septemvirorum, acſi ea domui Auſtriacæ pernitioſa coxiſſent, quæ interventu Archiducis Auſtriæ temperare ſtudebat, quod tantî non erat faciendum, ut à lege fundamentali recedere opus fuerit. *Ita Windech. de Elect.* licèt non placeat Limn, *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 43. Ad II. ℞. Nec prægnantiorem ſui poſtulati cauſam habuit Tranſylvaniæ Princeps antiquo fretus titulo, quod olim Pannoniæ Principi jus eligendi fuerit, *juxta Gunth. in Ligurino.* Nam cum jus tantùm nominandi aliquando ipſi competerit, *ut notat. Goldaſt. in Hiſtoria Gunth.* nec hæc cauſa viſa fuit ſufficiens ab A. B. deflectendi, octavum Elect. adjungendi. Ad III. ℞. Sicut Jure noſtro multæ leges pro communi bono latæ etiam inſerta clauſula ſalutari, Hac æterna & in perpetuum valitura lege decernimus, ſancimus &c. tamen poſterioribus conſtitutionibus ſublatæ ſunt; Ita etiam d. clauſula A. B. poteſtati Imperatoris & Statuum non potuit derogare, quin à comuni placito poſteriori conſenſu recederent. Hic forſan manet ſcrupulus, quod A. B. ceu legi fundamentali & fulcro firmiſſimo innitatur moles Imperii, quo fundamento ſublata ſalus Imperii & totum ſuperædificium corruit, uti deficiente fundamento nulla boni operis poteſt eſſe

 ſtructura.

Digitized by Google

ſtructura. Reſp. Hoc obtinere ſi univerſos Imperii fundamentales leges ſimul uno ictu & nullo rationis momento urgente tolli & everti poſſe diceremus, at uti parte fundamenti ſublata remanere poteſt ædificium, ita cum de unius vel alterius particularis legis ſuſpenſione vel diſpenſatione pro ratione ſtatꝰ qualificata agitur, nihil metuendum eſt': prout in aliis etiam contra tenorem A. B. ſalvo Imperii ſtatu factum legimus: Sic licèt honorem Coronationis A. B. Electori Colon. deferat, tamen in coronatione Rudolph. II. Matth. & Ferdin. III. ex cauſa, & Ferdin. IV. Moguntinus officio coronatoris functus eſt. Ex eadem A. B. electio facienda eſt Francofurti, *c. 2.* At Ferd. I. Coloniæ, Maxim. II. Rudolph. II. Ferd. III. Ferd. IV. alibi electi ſunt; Coronatio ex A. B. *t. 28. §. 5.* facienda eſt Aquiſgrani Rudolph. verò II. Ferdin. III. Ratisb. Ferdin. IV. ibidem, Modernum Invictiſſ. Imp. Leopoldum Francofurti coronatum legimus & audivimus. Lex fundamentalis *A. B. c. 2.* miſſæ officio de S. Sp. Electores ante electionem intereſſe jubet, & tamen EE. Saxo, Brandeb. Palatinus hodie tempore miſſæ ex Eccleſia recedere ſolent, idq; quia miſſam miſſam fecerunt. *Ut innuit Boer. in add. Mandag.* quanquam Elector Saxoniæ cùm Anno 1530. ſuos Lutheranos Theologos conſuluiſſet, an ſalva ſua religionis conſcientia ſuum Electorale officium ſub miſſa peragere poſſit, ipſi reſponderint poſſe, quia non ad miſſam ſed officii ſui executionem accederet; unde ipſe Cæſari adeunti miſſam enſem prætulit, comitante etiam Brandeburgico, cum proteſtatione tamen, quod miſſæ reverentiam non facerent. *Celeſt. in hiſtor. illorum Comit. pag. 103.* uti etiam aliàs tam Electores, quàm legatos A. Conf. reformatæve miſſæ ante propoſitionem interfuiſſe legimus. Plures actus ab A. B. diſcrepantes recenſeri poſſent, niſi id hic inſtituti ratio prohiberet. Videant autem ij, qui A. B. juſtitiam collapſam & ejus obſervantiam exſoletam clamitant, *ut Spangenb. in Chron. Saxon. pag. 289.* ne dum nimiùm leges fundamentales urgent, in rationem ſtatus impingant, incidant in Scyllam, volentes vitare Charybdin, & dum unius jacturam evitare volunt, univerſorum ſalutem peſſundent, *contra l. 1. ad l. Rhod.*

Q. III. *Superiori contraria, an ſeptenarius EE. numerus minui poſſit?*

Non eſt hic quæſtio an communi Statuum conſenſu una cum Imp. & EE. id fieri poſſit, cùm Imperator & Status Imperii formam A. B. mutare & ſtatuere poſſint, quòd Imperium fiat ſucceſſivum, prout aliquando ſucceſſionis Juri ſubjectum fuiſſe conſtat ex hiſtoriis, & ſupra oſtenſum eſt. Nec etiam quæſtio eſt, an Imp. & Status ſine cauſa rationabili aliquẽ ex EE. numero movere poſſint? quod indubiè neg. quia Jus ſemel quæſitum nemini ſine cauſâ auferri poteſt, *§. dominorum. I. de his qui ſui vel al.* Solis EE. horum nihil licere ex dd. ſuprà clarum eſt. Hoc tantùm quæritur, an alicujus Electoris linea maſculina prorſus extincta ſicque feudo Electorali ad Imp. devoluto, Imperator id Imperio incorporare poſſit, ut nullum ut novo inveſtire cogatur; Ratio dubitandi oriri poteſt hinc, quòd numerus Cardinalium hodie dependeat ab arbitrio Papæ, *Alberic. de Roſato. in rubr. de ſtat. hom.* ac licèt quidam ſcripſerint non debere eum excedere numerum 70. cùm tot fuerint Chriſti diſcipuli, *Martin. Landens' in tr. de Cardin. q. 2.* quos Cardinales repræſentent, *c. viginti. 13. diſt. 16. in fin.* & tot etiam fuerint linguæ, ut proinde eum omnes linguas & nationes judicent, hic numerus conveniens & ſufficiens videatur. Tamen experientia docet hunc numerum non ſemper obſervatum, ſed pauciores aliquando & plures fuiſſe Cardinales, Cardinales enim ut Zabarella refert, *in Clem. 1. §. porro de Elect.* tempore Pontiani Papæ fuiſſe ducentos triginta ſex, imo aliquando 400. *add. Lim. ad cap. Carol. V. verbo deß Tituls S. Chryſogoni. num. 32. pag. 93.* Cur non ergo idem Imperatori liceret, ſi non in auctione ſaltem deminutione numeri. II. Facit, quòd Capitulatione Carol. V. *a. 25.* Ferdin. I. *a. 24.* Maximil. II. *a. 12.* Rudolphi II. *a. 24.* Matth. *a. 29.* Ferdin. II. *a. 28.* Ferdin. III. *a. 32.* Ferdin. IV. & noviſſima Leopoldi proviſum, ſi feuda Imperii Principatus, Comitatus, Imperio aperiantur, de iis Imperator neminem de novo inveſtire ſed Imperio incorporare teneatur, Principatus autem nomine etiam veniunt Electoratus; *ut colligitur ex a. 16. Capit. Carol. & art. 9. ibid. & dicetur infra. in collegio Principum.* veruntamen contrarium verius eſt, quia A. B. *c. 7. §. fin.* per verbum debebit, quod neceſſitatem importat, reinfeudationem vacantis Electoratus Imperatori injungit; Hæc autem

autem A.B. Imperatori pro norma ponitur, ſecùndum quam actiones ſuas formare debet. Accedit text. A. B. *c.* 2. 5. 15. 26. 28. 32. Unde colligitur Collegium Electorale integrum eſſe debere; hæc autem diſpoſitio A. B. quoad caſum reinfeudationis nullibi legitur mutata, cur ergo ſtare prohibeatur, *n.* 18. *c.* 5. Quod enim onus Imp. vix ſeptem ſuſtinere valent, pauciores maxime ferent, ſed Imperii ruina timenda una principali columna ſubducta: Non obſtant, quæ de Cardinalibus allata ſunt, quia à ſeparatis non bene infertur. Nec in contrarium faciunt citati Capitulat. articuli, quia ſub Principis Germanici nomine non intelliguntur EE. qui alio ſpeciali nomine à reliquis Imperii Principibus ſecernuntur, ſpecialem claſſem & collegium Principum ab Electoribus conſtituunt.

7 Q. IV. *An ſtante hodie octonario numero EE. adhuc rectè dici poſſint Septem viri.*

Affirm. quia rei cujuſque initium ſpectandum & ab eo denominatio petenda, *l.* 1. *§. idem* 13. *in fin. &* §. 31. *in fin. Depoſ.* Sic in Eccleſia Metropolit. Colon. præter Canonicos, Illuſtres, alii ſunt Presbyteri, ſeptem adhuc dicti Dd. vel Licentiati in Theol. vel Jure licet octavus acceſſerit, dicuntur etiam 70. S. Scripturæ interpretes, licet 72. fuerint. His accedit. quòd noviſſima pacificatione concluſum ſit, ut ſubcerto eventu, ad numerum ſeptenarium EE. fiat reductio, quem tamen pro bono domûs Bavaricæ & religionis Catholicæ Deus clementiſſimè avertat.

8 Q. V. *An præmentionata EE. prærogativa etiam in aliis actibus extra curiam Imperialem obtineat?*

Ratio dub. eſt, quod *c.* 6. *A. B.* de curiis Imperialibus conceptus ſit, adeoque ultra literam non videatur extendendus, ibi. Wann und ſooſſt hinführo der Käyſerliche Hoff gehalten wird. Verùm cùm extra curiam eadem ſubſit ratio, idem meritò obtineri debet, ut tot ſæculorum obſervantia oſtendit. Et ſufficiebat Carol. Imp. caſum ſolenniorem & frequentiorem expreſſiſſe.

9 Q. VI. *An EE. etiam exteris Principibus ſuperiorem non recognoſcentibus in & extra curiam Imperialem præferendi?*

Affirm. quia diſpoſitio A. B. c. 6. generalis eſt his verbis: Kein ander Fürſt/ was Stands/ Würden und Hoheit der wäre/ maximè ſi attendamus, §. Und ſonderlich. Ubi Regum facta mentione, ſatis innuitur, de exteris etiam ſermonem eſſe, ut illa verba conſtit. Carol. nullus Princeps alius, cujuscunque ſtatus, dignitatis, in ſolùm Principes Imperii non ſpecie ita dictos ſive Eccleſiaſtici ſint ſive ſæculares, ſed generaliter, ut etiam Reges comprehendit, prout ſæpè in A. B. nomine Principis venit Bohemus, qui tamen Rex eſt, quia Princeps dicitur *in c.* 4. *§.* 1. *Et c.* 25. Regnum vocatur Principatus, in ſpecie verò de Rege Bohemiæ, *in c.* 6. *A. B.* ad finem traditur hunc Elect. aliis etiam Regibus præferri, quæ præferentia multò magis EE. Eccleſiaſticis per neceſſariam conſequentiam competit ex regula vulgari, ſi vinco vincentem te vinco *l.* 12. *in princ. de Judic. l.* 13. *de compen. l.* 14. §. 3. *de diverſ. temp. præſ.* Si enim hi Regi Bohemiæ præferuntur, hic autem aliis Regibus, ergò multò magis illi aliis Regibus anteferendi erunt; & ſi illi aliis Regibus non præirent, totus ordo turbaretur præeunte Bohemo, dein ſequentibus aliis Regibus & poſt hos venientibus EE. Eccleſiaſticis. *Rumelin. ad A. B. diſ.* 5. *Th.* 19. Ac licet in A. B. *c.* 1. *§.* 1. primo loco de Rege Bohemiæ conducendo, & in eadem materiâ §. 11. de Colon, & Trevirenſi loco poſteriore agatur: id tamen factum videtur ex ſingulare affectu Caroli IV. in Regnum Bohemiæ cujus ipſe Rex erat, & pro cujus exaltatione plurimum laboraſſe dicitur. Aliis autem EE. Eccleſ. ex verbis initialibus præ ipſo præcedentia competit: Sic enim extra curiam Imperialem in Conſilio Trident. poſt Legatos Papæ Electores Imperii primum locum obtinuiſſe refert Arum. *lib.* 8. *diſc.* 1. *Th.* 23. Et quanquam Ducis Burgundiæ Legati in Conſilio Baſilieenſi an. 1437. prærogativa præ EE. uſi fuerint, eamq; obtinuerint per Decretum, tum ob potentiam, tum ex hac ratione, quòd plures dignitates habens præferendus ſit habenti pauciores, *Tiraq. de Nobil. c.* 13. *n.* 76. *Chaſſ. in Catal. glor mundi part.* 5. *Conſid.* 45. idque Caroli Audacis legati in Comitiis Ratisbon. An. 1471. in conſequentiam trahere voluerint, tamen A. B. c. 6. contrarium ſuadet, vi cujus EE. præ ipſo Duce olim Rege præcedentia competit, multò magis præ ipſius legatis, qui non poſſunt eſſe melioris conditionis, quàm ipſe legans. Nec hic dignitatum pluralitas patrocinari poteſt Bur-

gundo, cùm ob pluralitatem dignitatum nemo præferatur, ſi earum nulla per ſe ſufficiens ſit ad præcedentiam, *Roman. conſ.* 333. *n.* 8. Sicut in ſimili, ſi quis renunciatus ſit J. Doctor & Medicinæ ſimul, licet duplex ſit Doctor; non tamen ob duplicitatem gradus Doctorem Theologiæ præcedit, nec Junior Theologiæ & Juris Doctor, præ ſeniore ſolius Theologiæ Doctorum præcedentia gaudet: prout nec propterea, quòd Rex Hiſpan. plura regna in Europa, Africa & India, poſſidet, cujus Imperia ſe extendunt ab orto ſolis ad Heſperium cubile, & in ejus regnis ſol nunquam occidit; ideo Rex Galliæ ipſi præferentiam tribuit. Iſta tamen contentio cum Burgundo Anno 1437. per tres horas protracta legitur, cumque poſt EE. Legatos collocati, hi redire ad ſubſellia recuſarent, attentâ maxima Burgundi potentiâ, & pari cum EE. nobilitate generis, ea non aliter compoſita eſt, quàm Burgundiæ legati alteris ſubſelliis ad frontem Cæſaris inter oratores regios collocarentur, *ut refert Freher. & Buxt. ad A. B. c. 6. n.* 84. *Beſold. de praecd. c. 2. n.* 13. Nullo autem fundamento innixa fuit prætenſio legati Hiſpanici, cùm Carol. E. Palatinus in perſona præſens, proximis Comitiis Ratisb. præ aliorum EE. legatis præcedentiam ſumere, & huic contradicerent Legati Col. Bavari, Saxonis, ubi Legatus Hiſpanicus niſi præcedentia Palatino E. in perſona præ aliorum EE. legatis concederetur, ſe quoque legatum Hiſpanicum præcedentiam præ legato Hungariæ & Bohemiæ petiturum ſignificavit. Verùm invalida erat hæc prætenſio, quia non aderat ut legatus Hiſpanicus, ſed ut plenipotentiarius Domus Burgundiæ, cui Principali, ſi præſens fuiſſet, præ iis prima ſeſſio non competebat, eſt enim Rex Hiſpaniæ ratione Ducatus Burgundiæ Status Imperii, non ratione Hiſpaniæ, & ideo in Comitiis ſedet ſuo ordine inter Principes Imperii juxta receptam conſuetudinem. Prout & Rex Daniæ uti Dux Holſatiæ, Imperio ſubeſt & Status eſt. Non obſt. quòd Rumelin. *ad A. B. diſ.* 5. *Th.* 18. objicit Imperatorem in aliis caſibus ſaltem extra conventus Principum Imperii non potuiſſe in præjudicium Principum ſuperiorem non recognoſcentium talem prærogativam EE. concedere, cùm extra & ſupra Juriſdictionem fruſtra jus dicatur; hoc enim eſt fontem obſtruere à quo omnes dignitates fluunt, cui etiam Polonia & Bohemia ſuos Reges debent, prout Imp. Anaſtaſius honores conſulares cum Auguſti titulo Clodovæo, & Juſtinianus Childeberto Patricii dignitatem tribuiſſe legitur, *Schütz. diſp. 7. diverſ. ſt* 1 *aſſ.* 19. *lit. b. in fin.* Sic Marchio Brandeburg. Rudolpho II. tum temporis Ungariæ Regi cedere noluit Ratisbonæ *Lim. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 4. Et Colon. E. Ann. 1556. Cardinali Morano Legato Apoſtolico cedere recuſavit; Et ex hac cauſa nec Angliæ Legatus nec Nuncius Apoſtolicus Conſecrationi Caroli V. intereſſe volebant, ne poſt EE. collocarentur; Belgica quoque confœderatorum Reſpublica prætextu omnimodæ ſuæ libertatis EE. ſeſſionis controverſiam aliquando movere tentavit hoc ſpecioſo argumento, quòd ſemper dignior ſit liber, eo qui eſt ſubditus; Unde Veneti exteros Italiæ Principes præcedunt, ſed tamen noſtri EE. non ſunt abſolutè ſubditi ſed ſimul membra ſummi in mundo Imperii, *Beſold. in diſſ. polit. de praced. c.* 2. *n.* 12. *pag. mihi* 138. Accedit, quod abſurdum non ſit dignitate majorenni etiam ratione loci vel temporis poſtponi minori, *argt. c. à Collatione* 11. *de appell. in* 6. *Beſold. d. loc. n.* 13. prout Epiſcopus ſi alibi in Cathedrali vel Metropolitica Eccleſia ſit Canonicus præcedit cæteros Canonicos antiquiores in Eccleſia & Capitulo: Licet ſecus ſit extra & in aliis, *Beſold. n.* 15.

Q. VII. *An extra negotium Electionis jure & legitimè EE. conventus agant?* 10

Licet regulariter omnes congregationes & Collegia prohibita ſint, *l.* 15. C. *de Epiſc. & cler l.* 5. *C. de his qui ad Eccleſ.* 2. *de Colleg.* 5. *Conventicula de Pac. tenend.* 2. *Feud.* 53. abſque interveniente conſenſu Principis, quia expedientia docuit prætextu collegiorum pernitiosè ſæpe respublicas tractari vel conjurationes excitari, aut clanculanas conciones de hæreſi ſuſpectas vel damnatas haberi, *l.* 1. *cujusque univ. nom. l.* 3. *de Colleg.* tamen ſingulariter EE. competit Jus conventus agendi & de ſalute Imp. conſultandi *ex* A. *B. c.* 12. *in princ.* Vigore cujus ipſi EE. ſe ſanctè obligarunt, In der brüderlichen Vereinigung unter den 6. Churfürſten *Anno* 1430. zu Franckfurt. *Item Anno* 1521. zu Wormbs. quam Impp. Carol.

Carol. V. a. 5. Ferd. II. & Ferd. III. a. 4. Ferdin. IV. a. 5. Leopold. I. Impp. approbârunt. Et quia dicta unio de ſex Electoribus loquitur, ſatis apparet eam ad illum conventum, ubi de Electione Imperatoris agitur, non reſtringi, in quo etiam ſeptimus Elector Rex Bohemiæ & hodie octavus conveniunt; Sed etiam intelligi de aliis conventibus, qui pro Collegii Electoralis dignitate & communi utilitate indicuntur, ad quos Bohemus vocari non ſolet: Et licèt aliquando Anno 1612. Card. Cleſelius à Matthia Boh. Rege ad conventum Electoralem Norinbergam ablegatus locum ſibi in conventu dari nomine regis ſui vehementer contenderit, fruſtrà tamen id fecit, reliquis EE. diſpoſitionem A.B. item contrariam obſervantiam & praxin allegantibus eique inhærentibus, quamvis in multis iſta poteſtas per A. B. limitatè competens in dicta unione fraterna & Capitulationibus, hodie extenſa ſit: Relativa quidem eſt Capitulatio ad A. B. quoad poteſtatem conveniendi, non tamen ad ſingulas ejus conditiones reſtrictiva, *juxta Lim. de I. p. lib. 9. c. 1. n. 132.* Nam I. A. B. de omnibus EE. concepta eſt, Capitulatio autem tantùm de ſex EE. loquitur, & hodie de ſeptem non de octo. II. Aurea B. conventus certum ponit tempus, ſcil. ſemel in anno, transactis à feſto Reſurrectionis dominicæ 4. ſeptimanis continuè numerarandis, ſed Capitulatio loquitur indeterminatè. III. A. B. locum definit, ut in aliqua civitatum Imp. EE. conveniant, iſto quidem Anno Metis, deinde verò in loco per Imp. cum EE. conſilio conſtituendo. IV. Electores omnem ibi perſonaliter comparere deberent, & quædam alia requiruntur ex A. B. Nunc verò nec neceſſariò annuè indicuntur, ſed ut verba Capitulationis ſonant, Nach ihrer der Churfürſten Gelegenheit. Item hoc ſæculo Anno 8. Fuldæ convenerunt EE. Anno undecimo & 19. Norinbergæ, nec ſemel in anno ſed ſecundum neceſſitatem Imperii, toties in anno quoties res hoc poſtulat, nec ſtato tempore ſed pro arbitrio EE. Nec etiam ſemper in civitate Imperiali haberi patet, quia Fuldæ & Moguntiæ Conventus habiti, *v.* Die Churfürſtl. Vereinigung *de an.* 1521. §. 7. 9. 16. Locus quoq; non ab Imp. ut olim ſed ab EE. determinatur, comparent etiam hodie per Legatos, item indicuntur hodie ab EE. ita ut Imperatori, ſi velit, aditus non præcludatur. Demum durante conventu EE. in celebrandis conviviis legem ab Imp. ut olim non accipiunt ſed ipſimet ſibi ponunt, *Lim. in ann. ad* Cap. *Carol. V. a. 5.*

Q. VIII. *Ex ſuperioribus reſultat, Cur* A. B. *d. c.* 12. §. 3. *in iſto conventu ſeu curia & Congregatione Electorum generalia convivia pro arbitrio* EE. *non fuerint permiſſa; particularia vero tantùm cum moderamine.?* II

℞. Ratio in promptu eſt, ex verbis A. B. ne per frequentata convivia commune bonum retardaretur. Hinc Spartiatæ parum bibebant. Cur? Reſpondit, Leotycidas, ne pro nobis alii conſultent, ſed nos pro aliis: Verùm quia priſci Germani de reconciliandis inimicitiis & affinitatibus jungendis ac pace, bello & fœderibus in conviviis conſultabant, *Tacit de mor. Germ.* (quòd an rectè factum ſit, diſputat *Plutarch. lib. 7. quæſt. Convivial. ſr. 10.*) hoc de modicâ potatione non improbandum videtur, quæ linguam reddit liberam & per eam veritatem non judicium obfuſcat, timoremq; qui alias deliberantibus obſtaculo eſt, expellit, multosq; ignavos motus opprimit. Hinc particularia convivia, quæ agendorum expeditionem non impediunt, in quibus ad ſitim & lætitiam, non etiam ad ebrietatem bibitur, permittit A. B. non ea univerſalia, in quibus Cæſaris Regum Principum ſanitates ſumos & infimos inſanos faciunt, ubi ebrietati honos tribuitur, & plurimum meri hauſiſſe virtus habetur, ac ſtrenuus potator majorem laudem & gratiam, quam ſuaſor magnificus demeretur, de quibus & Ambroſius: rogant quidem ad jucunditatem, ſed cogunt ad mortem; invitant ad prandium, afferri volunt ad ſepulchrum; cibos promittunt, tormenta irrogant, vina prætendunt, venena ſuffundunt, &c. Item convivantis obteſtationes violare nefas arbitrantur; Bibamus inquiunt, pro ſalute Imperatoris, & qui non biberit ſit reus in devotione: videtur enim non amare Imperatorem, qui pro ſalute Imperatoris non biberit. O piæ devotionis obſequium! Et paulò poſt, mihi non poculi ſed profluvii genus eſſe videtur, quod in ora hominum tanquã per fiſtulas aut canales vina fundantur, hos homines pecudes verius exiſtimaverim; aliter ſenſit Poëta:

Una ſalus ſanis nullam potare ſalutem,
Non eſt in pota vera ſalute ſalus.

Multis quidem hoc perſuaſum eſt, quódq; ad hauſtus æquales non reſpondet fideliter, ei nec in reliquis fidendum ſit, ſed malè: quia fidelitas virtus eſt non vitium, nec vir bonus propterea culpandus, quòd ſuæ naturæ ſuperflua reſpuat, adeóque quamvis rectè liceat ſobrio & prudenti viro etiam ultra ſitim bibere, non tantùm poculum ſanitatis, ſed etiam alterum hilaritatis, & tertium ſomni, his tamen ſumptis licitè ſe quis ex convivio ſubducit, ne fortè bibat poculum contumaciæ, clamoris & furoris. Solent quoque multi ad explorandos alterius mores vel animi excitandi gratia ebrietatem in aliis procurare, cùm vinum dicatur lætificare cor hominis, *Judic.* 9. & in vino lateat veritas, unde *Owen. in Epigram.*

Si latet in vino verum, ut proverbia dicunt,
Invenit verum Teuto vel inveniet. Et hinc
Regibus hic mos eſt, magnis urgere cucullis,
Et torquere mero, quos perſpexiſſe laborant.

Id tamen licitum non eſſe probat Wehn. *in obſ practic. verbo* Zutrincken. Cùm non ſint facienda mala, ut eveniant bona; Ebrietas autem malum ſit, & bibere ad æquales hauſtus vetitum, procedendum verò inter pocula ſecundùm juſtitiam non commutativam, ſed diſtributivam, *c. à crapula.* 14. *de vit. & hon. Cleric.* Quem textum ſi quis ad Clericos reſtringere velit, de quibus in ſpecie conceptus eſt, ut & pœna ſuſpenſionis ab officio & beneficio, tantùm Clericos tangit, *d. c.* 14. *in p. & fin.* Conſtitutio tamen Imp. Maxim. Anno 1500. tit. Von zutrincken. ut & ratio generalis omnibus applicari poteſt. Sic in convivio Aſſueri nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum, *Eſth.* 1. *c.* 8. Moderatum tamen vini & conviviorum uſum ob hoc nemo culpabit. Modicè enim ſumptum vinum acuit ingenium, & ſtudioſus in bonum vinum moderatè etiam ſumptum expendens pecuniam in bonos uſus erogâſſe, cenſetur, *gl. in l. ſi. minor.* 24. *de minor.* Convivia autem moderata, civilis ſocietatis, amicitiæ, concordiæque ſunt conſervativa, in quibus Tacito teſte veteres Germani amicos ſibi reconciliabant, prout cum Rudolpho Habſpurgenſi bellum eſſet contra Abbatem S. Galli, ipſe parvo comitatu ſponte ad Monaſterium Abbate cænante acceſſit, menſæque aſſedit, ubi inter cænandum in gratiam redierunt, & mutua ſibi auxilia promiſerunt; *Cuſpin.* Creditum fuit ab antiquis ad honeſta convivia Jovem ipſum quoque & Deos accedere, unde Ovid. 5. *faſt.*

Ante focos olim ſcamnis conſidere longis
Mos erat, & Menſa credere adeſſe Deos.

Hinc quidam, quoties ſolus cænavit, eo die ſe non cænaſſe, ſed ediſſe tantum dicere ſolitus fuit, quod cœna communione & amicitia, ſeu condimento quodam, & ſalibus non minus, quàm ſale indigeat, ad quam non tam ob cibi & potus, ſed ſermonis potius communionem, non tam obſonii, vini, aut bellariorum cauſa, ſed ſermonum, joci, & comitatis participandæ & fruendæ gratia convenitur; Sic Marcus Craſſus ad bellum Parthicum profecturus inter cænandum cum Cicerone, quin & Vatinius cum eodem per cænam reconciliatus eſt. Plutarchus in Ciceron. Adeoque merito culpantur, I. qui ab omnibus conviviis ita abhorrent, ut nec alios invitent, nec invitati accedant, ab omni humanitate alieni; II. qui alios quidem invitant, ſed aliorum epulas aſpernantur, non ſine ſuperbiæ, aut moroſitatis notâ. III. qui invitati quidem aliorum epulas libenter accedunt, neminem autem ad ſe vocant, non ſine avaritiæ, ingratitudinis & imprudentiæ labe. De quibus Poëta:

Alterius ſiccas, pocula nemo tua.
Aut tu redde vices, aut deſine velle vocari
Turpe eſt accipere, & ſumere, nilq; dare.

IV. qui Invitatos nimis tenuiter, & ſordidè tractant, ſemifamelicos & ſitientes dimittunt, (quo vitio olim Græculi notati fuerunt,) niſi vel adverſa valetudo, vel negotiorum multitudo, vel inopia eos excuſet. De V. genere jam antea dictum, qui ob exceſſum ambitionis, oſtentationis, ſuperbiæ, & inexplebilis voluptatem cupiditatis rei cenſentur, dum conveniunt tantùm, ut potent, ventrem impleant, palato indulgeant, reliquorum omnium, ut amicitiam firment immemores, ipſis brutis inferiores, quæ non plus bibunt, quam neceſſe eſt, qui dum ſtultè opes ſuas oſtentant, eas ſimul profundunt, quibus amiſſis omnium ludibrio exponuntur, qui cum ſua in conviviorum celebritatibus, & feſtis decoxerunt, diebus profanis eſuriales ferias agere coguntur, quam ob cau-

Digitized by Google

guntur,quam ob cauſam Cato morum graviſſimus cenſor Muræuam de ambitu accuſavit, id ei objiciens, quod ad prandium multos vocaſſet, ut facilius conſulatum adipiſceretur, ut nil dicam de Thyæſteis, Agamemnoniis, ac Cyclopicis conviviis, prout & Ammon filius Davidis ab Abſolone convivio exceptus magnifico, temulentus obtruncatus eſt. 2. *Reg.* 13. Idem Simoni Sacerdoti cum duobus filiis à Ptolomæo Alobi filio evenit. 1. *Machab.* 16. Hinc neceſſariè emanarunt tot antiquorum de cœnis & conviviis ſumptuariis SC. inter quæ lex Fannia à Cajo Fannio & M. Meſſala Conſulibus lata, & aliæ quali uti ſolitus fuit Plato, de qua Timotheus Connis filius poſtridie, cum apud ipſum cænaſſet, dixit eos, qui apud Platonem cænant, ſeq. die bene habere, de quibus *Prov.* 15. Melius eſt convivium oleris, ubi fit dilectio, quàm bovis ſaginati, in quo ſit odium, vel quod idem eſt:

Si dat juſcula menſa minuſcula pace repleta,
Nec pete grandia lautaq; prandia lite referta.

Sed auream ſervare mediocritatem laudabile eſt, ne in præfatam, 4. aut 5. notam quis incidat, & malunt pleriq; aliquanto lautius convivari, quàm cum Iro trimeſtrem rodere panem, ac rodendo fatigari, ut proinde magnifica Imp. Regum, Principum convivia minimè ſint in conſequentiam trahenda, in eorum creatione & inauguratione haberi ſolita; Sic David inaugurationis diem per triduum convivaliter cum univerſo populo celebravit, quorum numerus erat 340822. 1. *Paralip.* 12. Arca quoq; advecta, & priſtinæ ſedi reſtituta univerſum populum liberali epulo excepit. 2. *Samuel.* 6. Idem fecit Salomon in templi Hieroſoly: dedicatione. Convivium Aſſueri ex text. *Eſther.* 1. notum eſt. Convivium Pontificale deſcribit Majol, *lib.* 2. *Can. Coll.* 5. *p.* 389. *& ſeqq.* quid mirum, Idem noſtris moribus in Imperatoris, & Regum electione & coronatione ſervari, de quo Majol. *d. l. p.* 596.

12 Q. IX. *An his conventibus Electoralibus EE. in perſona intereſſe debeant?*

Id ex A. B. affirm: *t.* 2. §. darum wir Perſönlich zuſammen kommen. Cujus vigore Ferdin. II. Anno 1623. Sereniſſ. Elect. Sax. & Brand. ad conventum Ratisbon. urgebat. *Londorf, c.* 1. *lib.* 6. *pag.* 1088. Verùm quod ex A. B. neceſſitatis fuit, hodie per Capitulationem libertatis eſt & arbitrii,

& dicta unio ac obſervantia hodierna legatos admittit, ſicq; hoc ſæculo ſæpiùs practicatum eſt, An. 1608. 24 Juli, Fuldæ Anno 1611. in Octob. Anno 1619. Norinbergæ. Anno 1620. 11 Martii Mulhuſij, An. 1623. 7. Jun. Ratisb. Iterum An. 1627. menſe Octob. Mulhuſii, ſimiliter An. 1630. & 1636. Ratisb.

Cùm flumina Germaniæ Rhenus, Danubius, Albis, Moſella, Viſurgis, Mænus, Neccarus, Odera, multis vectigalibus onerata ſint, & in ſpecie in curſu Viſurgis ad 27. milliaria ſupra Bremam 28. diverſa telonia exigantur, vectigalium quoq; in terra infinitus ſit numerus quibus ſubditi & mercatores plurimùm gravantur, ex quibus Principes magnum habent proventum, (prout etiam in Gallia proventus ex vecturis rerum omnium, quæ per fluvios vehuntur quorum in Gallia 217. navigabiles recenſentur, ita ut cum ſtagnis & lacubus Galliæ dicantur ſuperare omnia vectigalia Hiſpaniarum cenſus & tributa) Et hinc in Imp. proviſum, quòd Imp. novi vectigalis erectionem citra conſenſu 6. vel hodie 7. Electorum concedere vel augere nequeat, juxta Capit. Carol. V *a. p.* 18. Ferd. II. *a.* 17. Ferd. III. *a.* 30. Ferd. IV. *a.* 19. & Leopoldi, nec exigua hæc Electorum poteſtas ſit vel auctoritas quòd vectigalia ſine conſenſu Collegii Electoralis impetrata nullius ſint valoris, ſed EE. iis prægravati proprio arbitrio ſe liberare valeant. In dubium vocari poteſt

Q. X. *An per hanc reſtrictionem reſervatum & regale Imperatoris Electoribus communicatum cenſeatur?* 13

Neg. Sed inſtitutio & auctio adhuc ab Imperiali auctoritate dependet, ut etiam in aliis reſervatis obtinere videmus: Sic in ſpecie hodie legem generalem Imperator non condit, niſi cum conſenſu Statuum Imperii, non tamen hinc ſequitur, Jus condendi legem univerſalem etiam eſſe penes Status, ſed manet nihilominus plenitudo poteſtatis, Jus majeſtatis reſervatum in Imperatoris perſonâ, cujus exercitium tantùm certo modo reſtrictum eſt, Sixt, *de reg. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 34. Ratio autem reſtrictionis eſt, quia vectigalium exactione non tantùm cives & ſubditi, ſed etiam forenſes & exteri gravantur. *Vaſq. de ſucceſ. prog. in præf. lib* 1. *n.* 115. hinc inter ardua negotia refertur, nec facilè concedi debet. *argt. Auth. quo res* C. *Com. de Leg.* ardua autem

eum Procerum conſilio expedienda. *Jaſon. in l. placet. n.* 10. *C. de S. Eccl. Va q. illuſt. controv.* 2. *n.* 20. *facit l. humanum. C. de ll.* Sic quanta ſit Romani Pontificis auctoritas, in gravioribus tamen negotiis Cardinales adhibentur, & in Regno Hiſpaniæ non niſi convocatis Regni Proceribus novum vectigal imponitur. *Vaſquin. lib.* 2. §. 17. *num.* 102. in ea debetur Regi decima pars pretii rei venditæ, vel valoris rei permutatæ, *Klock. de cont. c.* 1. *n.* 338. *& de Ærar. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 90. ubi de juſtitia ejus allegat DD. *add. Spreng. axiom. Stat. tit.* 4. *pag.* 31. In urbe Conſtantinopolitana ex foro venalium rerum, & portu, & Mercaturæ penſionibus vectigali Turcarum Imperatori ad 20000. aureorum accedere ait *Klock. de Ærar. lib.* 1. *c.* 5. *in fin.* tributum vero Judæorum Conſtantinopoli conſtituêre annuè 11300. Zequinos.

14 Q. X. *An ad hoc vectigal omnium EE. conſenſus requiritur, an majoris partis ſufficiat?*

Dubium hoc oritur ex verbis Capitulat. illis: Mit wiſſen und Zulaſſung der ſechs oder ſieben Churfürſten. Uno autem eorum diſſentiente, non videtur interveniſſe ſex EE. conſenſus verior tamen eſt ſententia contraria; Quia Jure communi conſenſus EE. non requiritur, quicquid autem neceſſitatis eſt in hoc conſenſu, totum oritur ex Capitulatione, quam ut non ſinguli, ſed ut totum collegium propoſuerunt, non ut ſinguli collegialiter Imperatorem obligarunt, ad quam obligationem inducendam majorem EE. vota ſufficiebant, *l. quod major. ff. ad municip.* Conſenſum ergo eorum non ut ſingulorum ſed tanquam Collegii ad hoc adhibere debet Imperator, ne una obligatio diverſo Jure cenſeatur, *contra l.* 1. §. 2. *ibi cum adjcit de V. O.* In actibus verò collegialibus, & univerſitatis majoris partis conſenſum ſufficere ſatis probat *d. l. quod major junct. l.* 4. *quod cujusque Univ. nom. l.* 45. *C. de decur.* & conſenſus omnium in majore parte verificatur, prout Electio & reliqua ab EE. perficienda per majora perficiuntur, quod de Electione exemplificat Buxtorff. *ad A. B. Concl.* 35. *lit. c.* Contra hanc EE. auctoritatem & expreſſa capitulationis verba luce & ſole meridiano clariora nebulæ obmoventur *ex Klock de contrib. c.* 3. *n.* 116. *& verbis Cap. Maxim. a.* 9. *& Rudolph. a.* 19. ubi cavetur, quòd Imperator petentes novum vectigal cum literis promotorialibus & data ſpe ad EE. remittere non debeat, unde infertur, ergo, ſi ipſe Imp. concedat, non violat Capitulationem. Verùm rectè ait Jure conſultus *in l.* 19. *ad exhib.* non oportere Jus civile calumniari ſive verba captare, ſed qua mente dicatur inveſtigandum. Item in civile eſſe parte legis inſpecta de negocio velle judicare *l.* 25. *d. l.* Nebulæ hæ ab ipſo ſole capitulationum ſatis diſſipantur: Jam enim ante verbis præcedentibus capitulationum poteſtas Imp. reſtricta erat & requiſitus EE. conſenſus, *Capit. Rudolph. a.* 17. *&* 18. Cui hoc additur, quòd Imp. interpellatus non debet petenti promittere, ſe curaturum apud EE. ut deſiderio petentis ſatisfiat, nec debere literas commendatitias aut promotoriales ad hunc effectum ad EE. impertiri, quare ſi non poteſt ſpem facere petenti, multò minùs Jus vectigalis concedere poterit: Sed ſimul conceſſio Imperialis conſenſu EE. fulta requiritur. Et ſic cùm Ratisbonæ Legatus potentiſſimi Regis Daniæ collegium electorale pro prorogatione vectigalis ſollicitaret, hoc conſenſum denegavit, *Theat. Europ. p.* 3. *pag.* 780. Et quia conſenſus EE. hic liber eſſe debet, ideò interceſſione Imp. vel Regis Rom. provocari eum vetatur, nam juxta proverbium, cogit rogando, qui rogat potentior, & ſimiles preces armatas appellat Menoch. *de arbit. Jud. c.* 481. *n.* 20.

Q. XII. *Cum Capit. Ferd. III. a.* 30. *& Ferd. IV. a.* 29. *cautum ſit, quod ad proſcriptionem & bannum E. vel Principis Imp. conſenſus Electorum adeſſe debeat; An id etiam in caſu notorietatis requiratur?* 15

Affirm. *ex Capit. Ferd. IV. a.* 28. §. Wäre es aber Sach. ubi expreſsè ad caſum notorietatis applicatur, ut & tunc communicatio cum EE. conſilio & non aliter bannum fiat. Quamvis d. caſum notorietatis etiam in capitulat. Ferd. II. licet non expreſsè, tacitè comprehenſum fuiſſe voluerint Legati Brandeburgici teſtante protocollo conventus Ratisb. An. 1625. 18. Febr. ex hac ratione, quod in iſta capitulatione non reperiatur diſtinctio, & lex fundamentalis ſit ſtrictiſſimi Juris, & ubi non diſtinguit nec noſtrum ſit diſtinguere: Ratio hujus juris hæc eſt, ne Princeps & EE. Imperii deterioris conditionis ſint quàm nobilis Polonus, qui non niſi in Comitiis proſcribi poteſt.

Quin

Digitized by Google

Quin & aliquando Imp. univerſos Status in conſilium ad ejuſmodi banna adhibitos teſtantur Acta publica. Anno 1551. & 1564. Alii autem ante expreſſam Capitulationem cum Ferdin. IV. adeoque tempore Ferdin. II. in notoriis modum ordinarium procedendi per citationem & conſultationem EE. requiſitum non fuiſſe contendunt, *ut oſtendit late auctor inn. minatus in tract. quem inſcripſit Juſtitia Cæſarea circa declarat. Banni contra Comit. Palat dita Anno 1621.* Certè ſi periculum ſit in mora, ſi Imperium factionibus diviſum, non inprobabiliter conſenſum omitti poſſe inſinuat Betold. *in Theſ. pract. verbo Bann im. in addit. ad fin.*

16 Q. XIII. *Unde deſcendat, quod ad indictionem Comitiorum EE. conſentire debeant?*

Licet generalia comitia ſolus indicat Imperator, & de conſenſu EE. A. B. non meminerit, antiquæ tamen conſuetudini adſcribendum eſt, quæ in legis tranſit neceſſitatem, quòd ante EE. conſenſum præbere debeant, Reichs-Abſchied zu Speyr. *Anno* 1507. §. haben wir. *& Ratisb. anno* 1576. §. Als haben wir zu Augſpurg. *An.* 1582. *& alias paſſim.* Ratio autem ſive occaſio hæc fuiſſe videtur, quia Maximil. I. Caroli V. immediatus anteceſſor varia multitudine Comitiorum Status oneraverat, unde loculi eorum exhauſti erant, ut conqueſti fuerunt in Comitiis Wormat. Anno 1509. ad ea enim non niſi cum magno ſumptu comparent Status, O des Regiments zu Augſpurg *de Anno* 1500. §. Von den Zwantzig / ſicque crebris & diuturnis conventibus exhaurirentur Germania, unde factum, quod omnium Statuum conſenſu, quæ indicta erant, cum conventus ageretur, prorogata fuerint, *ut indicat R. Imp. de An.* 1500. *in p. & an.* 1526. *in princ. & Ratisb. an.* 1654. Hinc Electorum conſenſum ante indictionem requiri fatetur Rudolph. II. in literis ad EE. Legatos Norinbergæ congregatos ſub dato Pragæ 25. Nov. Anno 1611. Cùm enim ex levi cauſa comitia non ſint indicenda, ſed ob urgentem utilitatem, neceſſitatem & ſalutem Imperii, cauſæ iſtius examinatio EE. tribuitur qui ceſſante ſalute communi, non ſunt paſſuri temerè Comitia indici, *Lim. d. l. publ. lib.* 9. *c.* 1. *n.* 18. *& ſeq.*

17 Q. XIV. *Quid circa determinationem loci faciendum, an is à ſolus Imp. an EE. an utrorumque arbitrio dependebit?*

R. Licet ex lege Imperii publica prima Comitia Imperator celebrare debet Norimbergæ, *A. B. t.* 28. §. 5. quod etiam Capitulatione Carol. V. cautum fuit, *art.* 2. *&* 29. & ſicut Francofurto electio, Aquiſgrano coronatio, ita Norinbergæ prima Curia Imperialis deſtinata eſt, idque ob loci comoditatem, Reichs-Abſchied zu Nürnberg. *ann.* 1522. §. und wiewol / quam urbem tanquam in centro Imperii aut non procul ab illo ſitum Status Imperii commodè convenire, magnificis hoſpitiis ibi excipi, alii & ſecurè vivere poſſint, niſi legitimum obſtet impedimentū, ut obſtitit Caroli V. infectio aëris, qui ideo prima Comitia An. 1521. Wormatiæ habuit, ut & Maximil. I. prima Auguſtæ celebravit, datis Norinbergæ reverſalibus, quod hic actus nec in conſequentiam trahi nec futuris temporibus pro exemplo allegari debeat. R. A. zu Augſpurg. *An.* 1566. §. Wie wol dann letzlich. Idem factum à Matthia Ratisb. Anno 1613. §. Wie wol dann / *& Ferdin. III.* Reichs-Abſchied zu Regenſpurg. *Anno* 1641. *non procul à princip.o.* §. Seynd jedoch. Licèt alii pro cauſa allegent nimiam ab inferiori Germania diſtantiam, quæ tamen non eſt relevans, cum non minùs diſtent Ratisbona & Auguſta; aliis videtur Norinbergenſes has curias non magni facere doctos experientia, quia quod olim honoris eſſe æſtimabatur, hodie magni eſt oneris: Quæ ratio etiam non videtur eſſe urgens, cùm aliæ civitates Imperii Comitia apud ſe haberi affectent, alias firmiores, ut mihi videtur, hic conſultò omitto. In caſu autem impedimenti, vel ſi ſecunda aut ulteriora Comitia habenda ſint, manet controverſia; Et tunc cùm EE. Imperii legum cuſtodes ſint, eorum etiam erit cognoſcere, quis locus commodius cenſeatur.

Quamvis EE. cum cauſas ad comitia cogenda prægnantes eſſe cognoſcant, ſuum conſenſum non denegent, imò aliquando re & neceſſitate ita urgente Cæſaribus autores fuerint ad Comitia indicenda. Reichs-Abſchied. *de Anno* 1555. §. Und ſo abermahl.

Q. XV. *Si conſenſum Imp. non requiſierit, aut requiſitum non obtinuerit, & tamen comitia indicat? an acta ſint ipſo jure nulla?* 18

 Ita

Ita affirm. Si ex jure privato hæc Q. decidenda; Quando enim alicujus conſenſus pro forma & ſolennitate requiritur, eo non interveniente actus corruit, *Trentacinq. l. 1. var. reſol. t. de legat. re ol. 1. n. 4. v. ſi primò, l. non dubium C. de ll.* Sed hic EE. conſenſus pro forma requiritur, cùm certus modus in capitulatione ad hoc præfixus ſit per verba præceptionis ſeu debere, *d. Capit. Carol. & Ferd.*

19 Q. XVI. *An ad tranſlationem Comitiorum ab uno loco ad alium, item ad prorogationem & reaſſumptionem novo EE. conſenſu opus?*

Videbatur conſenſu ſemel datum ad appendicem rei & executionem ejus porrigi: verùm ut exiſtimem hoc quoq; Cæſarem cum conſilio EE. ſtatuere oportere, movet ſcriptum Rudolphi II. Cæſaris ad Legatos EE. Norinbergæ congregatos de dato Pragæ 25. Nov. An. 1611. his verbis: Zu ſolchem End ſie auch denen zu Nürnberg verordneten Kayſerl. Comiſſarien Befehl zu geben im Werck geweſen/ daß bey dieſer der Churfürſten Collegial-Verſamblung die Occaſion nicht verſaumbt/ ſondern entweder zu Außſchreibung eines neuen Reichs-Tag den Conſens dem herkommen nach erlanget/ oder dahin ſie die Churfürſten vor gut anſehen werden/ der jüngſt verſchobene wider reaſſumirt werden möchte.

20 Q. XVII. *An hic EE. conſenſus collegialiter concludi, & intervenire debeat?*

Quicquid ſit in aliis negociis, Electione, vectigalis indictione &c. *Pet. de Andl. de Rom. Imp. lib. 2. c. 3. ubi Freher.* hunc tamen conſenſum ſeorſim accomodare poſſe publica utilitatis ratio ſuadet, ne ſcilicet ante Comitia EE. collegialiter convenire neceſſe habeant, ſicq; Comitiorum indictio differatur, quod utilitas & neceſſitas publica aliquandò non admittit, & ſic occaſio bene agendi fronte capitulata elaberetur, & calva fieret, *Bern. Bartiam. de Com. Imp. pag. 755.*

21 Q. XVIII. *An ſicut Imp. vi ſuæ Majeſtatis nobilitandi jus habet, ita Elect. alii que Germ. Principes aliquem ſibi fidelem vel bene meritum quoad ſuum territorium nobilitare poſſint?*

Arduam Q. vocat Bullæ. *horar. ſubciſ. diſc. 4. de Jure nobil. pag. 174.* Affirmant, qui docent, quod quivis Princeps tantum poſſit in ſuo principatu quantum Imperator in Imperio, nec ii ſunt dupondii ſed celeberrimi Jure conſulti, quorum nomina, ſi ex aliis ſcriptoribus enarrare vellem, non minor foret Catalogus, quàm eſt Homericus Græcarum navium, nec rationibus deſtituuntur, ſi enim ſine iis id aſſererent, nimis altè volarent inſtar Icari ſine congruis pennis, & turpi caſu cum ipſo, & noviſſimo hiſtrione quodam (qui hic Salisburgi inſtar avis per cordam volare præſumpſit) ruerent; & qui eorum ſententiam ſequerentur, minimè laudandi eſſent, cùm non verſemur in ſchola Pythagoricâ, ubi auditores interrogati reſpondebant: IPSE DIXIT. Rationes hæ ſunt I. Quòd vicē Imperat. obtineant in ſuis territoriis. II. Quòd iis cómpetat in ſuis territoriis creatio Notariorum abſq; ſpeciali conceſſione Imp. quæ tamen eſt de reſervátis. *Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. pag. 205. n. 7. Menoch. de arbitr. p. 6. c. 8. n. 44.* III. Sicut Imp. cum conſenſu Statuum in Imperio univerſalem legem condit, ita quilibet E. & Princeps in ſuo diſtrictu Jura provincialia, Hof und Landgerichts-Ord. contrarias etiam abrogat, ordinat, novas ſubſtituit, quibus ſubditi ſine conſenſu Imperatoris leguntur, *Dd. ad. l. 9. ff. de l. & l.* & ſecundum eas Cam. Imp. judicare debet, *O. C. t. 13. & 57.* IV. Sicut ſuis ll. Imp. ita hi legibus ſui territorii non ligantur, *Zaſ. lib. 2. conſ. 1. n. 12.* V. Ut Imp. collectas generales ita hi particulares & provinciales, dd. Landſteur, indicunt. VI. Ut Imp. Comitia univerſalia ita hi provincialia convocant. VII. Ut Imp. ita hi & pro maritandis filiabus collectam colligunt, *Myns. 3. obſ. 21. n. 4. Wintzler. de Coll. Con. 9. n. 6. Klock. de Contrib. T. 50. Geil. de arreſt. c. 7. n. 14.* VIII. Sic quoque EE. legitimant ſubditos, ſalvum conductum bannitis concedunt, & inducias quinquennales ex cauſa concedere, ac Judæos recipere poſſunt; licèt Principes nonnulli, & inter eos Archiepiſcopi Salisburgenſes hoc ultimo regali non utentes laudandi ſint, nam

Ut damno abſq; caper nunquam retinetur in horto:
Sic nec Judæus ſine damno in plebe fovetur.

quâ de re infra cap. pen. agemus. Cur ergo non eodem modo iis nobilitandi Jus competeret? Imò Subaudiæ Dux (qui S. R. I. intra ditiones ſuas Vicarius

carius eſt) ſibi etiam creandorum Comitum poteſtatẽ attribuiſſe legitur apud Chopp: *de demand. Gall. lib. 3. t. 26. n. 2. p. 662.* ut & Nobilium ac Marchionum creandorum poteſtatem ei tribuit Ruland. à Valle *Conſ. 4. n. 44. fol. 3.* Quæ tamen in ſpecie ad cap. de Nobilit. pertinent & eo reſervantur.

22 Q. XIX. *An EE. aliique Status Imp. inducias moratorias concedere poſſint in ſuo territorio?*

Id affirm. *Reinck. lib. 1. Claſſ. 5. c. 6. n.* 38. uti Imperator eas concedit in Imperio toto; Ratio eſt, quia Jura territorialia, quidam Status ex contractu, quidam ex privilegio tacito vel expreſſo, & Jura Imperatoris in ſuis ditionibus habent. *Daniel. Ott. in diſſ. de I. publ. Imp. Rom. c. 17. Geil. 2. obſ. 57. n. 7.* cum hac tamen differentiâ, quòd Induciæ Imperiales, robur habeant & debitori exceptionem tribuant in toto Imperio hæc vero Principum, EE. & Statuum extra territorium non extendantur. *Lim. de I. pub. lib. 4. c. 8. n. 329.*

23 Q. XX. *An Electores, Duces, abſque ſingulari conceſſione, aut immemoriali præſcriptione legitimare naturales poſſint?*

Id jure negat Bocer. *de regal. c. 2. n. 112. Chaſſ. in conſuet Burg. t. de ſucceſ. Baſtard. Forſt. de ſucceſ. lib. 6. c. 33. n. 32.* Praxin tamen in contrarium exſtare, ait *Lim. de I. lib. 2. p. 9. n. 142.* Circa Jus cudendi monetam EE. competens.

24 Q. XXI. *An eam cudere debeat Princeps, vel is qui Jus hoc habet, ſuis expenſis, ne pluris moneta æſtimetur quàm ipſa materia abſque charactere eſſet æſtimanda?*

Et quidem expenſa publica cudendam eſſe pecuniam, nec quicquam pro ſumptibus imputari poſſe voluit Bartol. *in l. 2. §. mutui. n. 7. Si cert. pet.* ſed ab hac ſententia recedit Butrio, & hanc crebriorem eſſe dicit Molin. *de contract. uſur. q. 100. n. 798.* eâq; conſuetudine roboratur teſte Laudens. *in tr. de monet q. 6.* Brun. *de augm. & dem. mon.* Fabian. *de Empt. q. 5. n. 3.* Schurf. *cons. 60. n. 7. Cent. 2.* qui ait hodie pecuniam ita formari, ut tantò minùs valeat, quanta eſt expenſa, quæ fit in eadem cudenda. Nec obſt. *l. 1. ff. de cont. Empt.* Quia legitima æſtimatio in d. l. cenſetur expenſis computatis, & fraus tantùm vetita eſt in legitimo pondere circa monetam, qua quis peculiare lucrum ultra expenſas quærit, *Conſo. at. Edict. Monet. de An. 1559. §. ferners. & R. I. de An. 1579. §. Als dann auch.*

25 Q. XXII. *An in ſignanda moneta liceat uti auro Alchymico?*

Id neg: Nec enim licet in comercium deducere tanquam aurum, quòd verè tale non eſt, aurum autem chymicum non habet omnes veri auri proprietates in medicinis, nec caret noxiis qualitatibus ab igne carbonario & venenato hydrargyro contractis, unde ejusmodi impoſtoribus pœnam adulterinæ monetæ imponi Pontifex Joan. XXII. *c. ſpondent in Extrav. lib. 5. de Crim. Falſ.* Ac licèt cultores Alchymiæ contendant ſe ſuis fornacibus aurum perfectius educere, quàm natura ſit ſolita, aut in viſceribus terræ operetur: aliter tamen ſentit cum D. Thom. Delrio *diſq. mag. lib. 1. c. 3. q. 1.* Scil. hac arte tantùm produci aurum, quoad extrinſecas qualitates, non quoad internam auri perfectionem, quicquid ipſi artifices putent, vel ſpe lucri faſcinati, vel ingenti imaginationis apprehenſione decepti: Allegat quidem Olrad. *Conſ. 74.* exemplum ſortilegi, qui virgulas aureas hac arte produxit, quas omnium examini ſubjiceret, in aula Pontificis; ſed alii hunc familiaritatis cum dæmone ſuſpectum arguunt, ideoq; vel dæmonem hoc feciſſe, vel verum aurum ſuppoſuiſſe contendunt: alii aliter. Delr, *d. loc.* omitto Theophraſtum Paracelſum, cujus acta hic Salisburgi ſepulti notoria ſunt qui clavum ferreum rotæ, in aurum & lolium in triticum mutâſſe dicitur. Ajunt ipſi: Magi apud Pharaonem mutârunt angues in virgas, ergo multò magis ex ferro poteſt fieri aurum, cum & ars gignere poſſit veſpas & ſcarabæos ex cadaveribus. Reſp. ibi naturam cum arte concurrere. Inſt. Et hic natura cum arte concurrit, applicando activa paſſivis, ut ex ovo per virtutem fornacis ejusque caloris pulli excluduntur. Si reſpondeatur Ovum eſſe pullum; Ipſi replicant, & plumbum eſſe aurum potentia, & ovum plus differre à pullo, quàm plumbum ab auro. Sic in Scotia ex putridis navium fragmentis, & ex arborum fructu in mare deciduo gignuntur anates, ut tradit Chock *in fac. hiſtor.* Si aqua tam mirabilem tranſmutati onem operatur cur non ignis, cujus in agendo vis major eſt, *V. Citat. à Delrio d. loc.*

26 Q. XXIII. *An qui EE. monetam falſificant, vel aliorum Principum aut Statuum, ita ſupplicio igniu afficiendi ſint, ſicut qui Imp. falſam reddant ex conſt. Carol. V. a. 111. l. 12. C. de Falſ.*

In

In Gallia aqua bullienti ſuffocari tales ſolent, *Farin. in prax. Crimin. part. 4. q. 115. n. 8.* Licèt Covar. *in Comm. de Vet. num. coll. c. 8. n. 3.* hos mitius gladio vel deportatione afficiendos cenſeat: quia *d. l. 2. C.* de ſummo tantùm Principe loquitur; Tamen ab hac ſententia rectè receſſit, Menoch. 2. *de arb. Jud. cen. 4. caſ. 306. n. 9. & 29 Sixtin. de Regal. l. b. 2. c. 7. n. 109. Zoerz. ad Conſt. Carol. d. loc.* ex hac ratione, quòd etiam EE. Principum & Statuum moneta ſit moneta Imperii, Imperium autem & Imperator comparantur. Ad *cit. l. 2. c. R.* Tempore latæ iſtius legis ſoli Principi hoc Jus competiiſſe, nec aliis concedi ſolitum fuiſſe, ut nunc; Verba autem conſtit. Carolinæ generalia ſunt, adeoq; pœna falſi etiam eos manet, non ſolùm qui falſos Ducatos, ſed etiam qui Groſcios, Batzios, Cruciferos Blaffartos, Denarios, Obulos depravatos faciunt, quamvis hos extraordinarè plecti, videatur tutius. *Menoch. de arb. 2. Cent. 4. caſ. 316. n. 33.*

Cùm EE. fodinæ etiam competant in eorum ditionibus, tam inventæ, quàm reperiendæ, *A. B. c. 9.* nec tantùm argenti, ſed etiam auri aliorumq; metallorum ex A. B. Carol. IV. quorum multa genera eſſe tradit Ulpian. *in l. aut damnum. §. eſt pœna de pan.* videlicet aurum, argentum, electrum, æs, ſtannum, plumum, ferrum, & A. *B. c. 9. §. præſenti, hac conſtit.* annectitur, generalis clauſula, & alterius cujuſcunq; metalli, *junct. l. 1. l. cuncti. & t. t. C. de metall. Capolla de ſervit. ruſt. c. 22. n. 4.* Idemque obtinet in pretioſis lapidibus, marmoribus & gemmis, *Cap. d. loc. Peregr. de jure fiſci, lib. 4. t. 2. n. 23. Sixtin. de reg. c. 16. n. 31.* uti in Flumine Ilſa, quod ex Bohemia Paſſavii in Danubium influit, apud montem S. Gregorii uniones reperiuntur.

27 Q. XXIV. *An ſimpliciter omnes fodinæ regalibus annumerentur?*

R. Diſting: inter locum publicum & privatum in EE. vel Principis territorio. Si locus eſt publicus, ſimpliciter fodina erit de regalibus, *Jacob. de S. Georg. verbo cùm argenti fodin.* adeoque in his non licet privato ſine auctoritate publica Principis ſcrutari metalla, quia non tantùm aurum, argentum & metalla effodere publicam utilitatem concernit, ſed etiam locus ipſe publicus eſt in quo privato aliquid facere pro ſuo arbitrio non licet, *t. t. ff. ne quid in loc. publ.* nec differentia eſt inter loca, quæ Principis propria ſunt, & quæ ſunt Imperii. In privato fundo ſecus eſt. Hi enim, qui fundi dominium habent, fodinas poſſidere & inde fructum capere poſſunt, *l. ut. ſi fundi §. ſed ſi Lat cedinas alias. æquiſſimum. §. inde quæſitum. de uſufr. l. 3. §. fin. cum l. ſeq. de reb. Eor. qui ſub. tut.* Ita tamen E. vel Principi pro regali portio debeatur, quæ canon metallicus nuncupatur, *l. 2. C. de metall.* & ſolet eſſe decima. Garz. *de exp. c. 22. n. 47. i e eg. de Jure Fiſci. tit. 4. t. 2. n. 11. Weſemb. de feud. c. 12. n. 5.* quod de Salis-fodinis etiam tradit Aſſuerus Fritſchius *in tract. Synopt. de regal. Sal. jur.* Henricus Thuringiæ Landgravius Anno 1217, è fodinis eam vim argenti & auri comparaſſe fertur, ut Bohemiam omnem inaurare, & mercari potuiſſet, Beſold. *adauct. in* V. Bergwerck *&c.* Speidel. *ibid. & V.* Aertzt. Aurum autem quod eruitur, vel purum eſſe ſolet, vel cum alia materia commixtum, hoc obryzum dicitur, per auri autem liquefactionem nihil ei decedit in pondere, & magis melioratur, nec corrumpitur ſale, aceto, nitro, ut alia metalla, argenti vero pondus, ſi longius in igne manet, minuitur.

Q. XXV. *An etiam in alieno Principi metalla effodere licitum ſit vi regalium?* 28

Præſupponendum cum Sixtin. *d. loc. n. 46.* quod ad metallum eruendum alienum fundum ingredi & fodere permiſſum ſit, *l. cuncti. & l. quoſdam. C. de Metall. lib. 11. facit in l. Theſau. ff. ad Exhib.* alienum autem fundum venandi vel aucupandi gratia domino prohibente intrare non liceat, *§. feræ plane I. de R. D.* quia fodinarum alia eſt ratio ob utilitatem publicam: tamen ſub alienis ædibus alteri metalla fodere non liceat, ne ſcil. ædium fundamenta labefactentur, & ſic ruinis deformetur publicus aſpectus civitatis, *l. quoſdam C. de metall. lib. 11.* R. Quòd ſi ipſe dominus privati fundi, onus eruendi metalli in ſuo ſolo ſubire velit; alius eo invito ne quidem Princeps ad fodiendum non admittatur, ſed dominus præferendus ſit; eo verò ceſſante, locus erit huic regali, quod competere cenſetur, ut quàm minimè tertio præjudicetur.

Quid ſi autem Princeps in publico vel privato fundo domino ceſſante, aut etiam in ſuo agro privato fodere cæperit, & venam invenerit, quæ ex ſuo fundo in alterius vicini fundum ſe extendit,

Q. XXVI.

Digitized by Google

29 Q. XXVI. *An hanc venam ſub alieno fodiendo perſequi poterit?*

Affirm. *tex. l. quoſdem* C. *de Metall, lib.* 11. Non obſt. quòd metalla ſint fructus fundi, fructus autem alieni fundi ſcienter percipere domino invito non licet. *Reſp.* Aut obtinere poſtquam metalla jam reperta ſunt, & hinc in legibus dicitur nullas eſſe lapicidinas, niſi quæ apparent & cæduntur. Quòd ſi tamen in alieno metalla cædantur hoc modo per privatum; & fiſco decima debetur, & ſimul Dominus fundi decimam habere debet. *eu.d.* & hæc in compenſationem læſionis, quæ fundo evenit. Hinc ſi d. modo ſub publico loco quis metalla inveniat, duas decimas Principi deberi unam ex Jure fiſci alteram in compenſationem læſionis tradit ex Iſeren. Sixt. *d. loc n.* 61.

Qui ſi dominus in ſuo privato prædio vel alius in ejus fundo metalla fodere cæpit, & vel omnino ab opere deſiſtat vel moram trahat, non ſufficiens fortè expenſis gravioribus ad hanc rem neceſſariis.

30 Q. XXVII. *An Princeps eo invito per ſuos metallarios fodiendi habeat poteſtatem?*

Affirm. tum propter utilitatem publicam, tum ob intereſſe ipſius Principis ratione decimæ eidem debitæ (quæ per moram vel protraheretur vel omnino interverteretur) *Buxtorff. ad c.* 9. A. *B. diſſ.* 89.

31 Q. XXVIII. *Quid ſi Dominus à fodiendo ceſſet, & cum Principe loci alius privatus vel vicinus concurrat, uterque ſe ad proſequendum opus inchoatum offerat. Uter erit potior?*

℞. Principem cæteris præferendum, eo quòd potius jus habeat in fundo privati, Juriſd. ſcil. & protectionem quibus privatus erat, tum etiam propter regale ſuæ decimæ, *facit l. ſi qua ſunt ff. Fam. her is. l pen. in p.* C. *de Adept.*

32 Q. XXIX. *Quid ſi autem Domino fodere nolente vel deſiſtente plures privati concurrant ſimul ad fodiendum?*

℞. Meritò omnes ſimul admittendos, cùm plures operam & expenſas vel æqualiter vel pro certis portionibus conferre, & ſocietatem inire poſſint, lucrum etiam vel damnum æqualiter aut pro rata percepturi. Sin autem communio locum habere non poſſit, & unus alteri præferri velit, ad Judicis officium recurrendum, qui circumſtantiis rei perpenſis, certi quid ſtatuit, *l. Item. Labeo.* §. 1. *l. heredes.* §. *pen.* aut ſi aliter fieri non poteſt, res ſorti committenda erit *l. cum ambo de Judic. l. cum duobus* C. *Com. de legat. l.* 2. *in princ.* C. *quando & quibus. quart. pars. lib.* 10. *Sixt. de reg. lib.* 2. *c.* 16. *num.* 68.

Cùm Dominus vel princeps ut dictum, qui 33
in ſuo agro vel publico cæpit fodere metalla, licitè poteſt continuare foſſuram ſubterraneam in agro alieno, *l. cunctis.* C. *de Metall.* etſi aliàs in alieno fodere, imó tranſire per agrum alienum Domino vetante non liceat, *l. agrum.* C. *de ſervit.* ſed ingrediens contra prohibitionem injuriarum teneatur, *l.* 13. *in fin. de Injur.* cum prædia Domino libera ſunt uſq; ad cælum, *l. altius.* C. *de ſervit. l. qui luminibus. de ſervit. ruſt.* cur non etiam libera ſunt in profundo uſque ad centrum terræ. ℞. hoc ob utilitatem publicam receptum, quia foſſura ſubterranea fit ſine læſione ſuperficiei, quam Dominus nihilominus colere, ſerere & metere poteſt, *Capell. de ſervit. c.* 22. *n.* 4.

Q. XXX. *An liceat in ſuo fundo privato vel* 34
Principi in monte publico lapides cædere, & metalla eruere, ut lapidum fragmenta & cruſta terræ cadant in alienum?

Neg: *per l. Venditor.* §. *ſi conſtat. Com. præd.* nec enim debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, debet itaque vicinum fundum habens indemnis ſervari, *facit l. Theſaurus ff. ad Exhib.*

CAP-

Digitized by Google

CAPUT XVII.

De S.R.I. Eccleſiaſticis Electoribus in Genere.

SUMMARIA.

1. *Prærogativa EE. Eccleſ. & cur nepotes à Ca. vocentur?*
2. *Cur Archiepiſcopi dicantur?*
3. *Quid Archi-Cancellarii vox denotet?*
4. *Sunt etiam R. I. Principes.*
5. *An rectè adhibeantur ad Elect. Eccleſiaſtici?*
6. *An conveniat eos habere Iurisd. temporalem?*
7. *Quomodo EE. hi aſſumantur?*
8. *Intra quod tempus Electio Archiep. facienda?*
9. *An ſuperior ex jure devoluto eligens teneatur aliquem de gremio aſſumere.*
10. *De loco Electionis.*
11. *De modis quibus vacet.*
12. *Qualitatis in eligendo Arch. requiſita.*
13. *Qua ætas?*
14. *Qua ſcientia?*
15. *Religio?*
16. *An Neophita eligi poſſit?*
17. *An illegitimus?*
18. *An bigamus?*
19. *An cum bigamo diſpenſari poſſit?*
20. *De Forma electionis.*
21. *An compromitti poſſit in religioſum?*
22. *An hic Compromiſſarius alium delegare poſſit?*
23. *Differentia inter Elect. & Poſtulat.*
24. *Electionis Archiepiſcopalis conſequentia.*
25. *Requiſita ad conſervationem.*
26. *De Pallio Archiepiſcop.*
27. *An Arch. ſubmerſo in mari Pallium ſubmergendum?*
28. *Ubi & quando Pallii ſit uſus?*
29. *An pro Pallio rectè aliquid exigatur Romæ?*
30. *Quid ad Arch. E. præterea requiratur?*
31. *An rectè adjungatur Coadjutor?*
32. *De uſu Coadjutoris dandi.*
33. *Indulta an morte Papæ expirant.*
34. *Ferdinandus Epiſcopus Paderbornenſis fit Coadjutor Monaſterienſis.*
35. *Diſpenſatus ad Coadjutorem, an eligi poſſit in Epiſcopum?*
36. *An ad Electionem Coadjutoris omnium Capitularium conſenſu opus?*
37. *A quo Archiepiſcopis Coadjutor detur?*
38. *An Auguſtana Confeſſ. addicti in Archiepiſ. & Arch Cancellarios eligi poſſint?*
39. *De Precibus Archiepiſcopalibus & ſimilibus.*

INter S.R.I. Electores tres Eccleſiaſtici Archiepiſcopi & Archi-Cancellarii, Moguntinus Trevirenſis & Colonienſis eminent, tum ob venerationem ordinis Eccleſiaſtici, tum etiam ob antiquitatem, quorum prærogativæ potiſſimum ſeqq. ſunt * I. Hi ab Imp. Nepotum nomine ſalutari ſo-
1 lent, ut videre eſt ex reformatione Maximil. I. An. 1495. zu Worms ibid. Hochwürdig/Hochgebohrne/Ehrſame liebe Neffen Churfürſten ꝛc. rationem in abdito eſſe dicit Heig. *lib.2.q.4.n.62.* Sprengerus tamen amori religionis & dignitati clericali hoc adſcribit. Quamvis *d.l.* vocē Hochw. ad Moguntinũ, qui dignitate Cardinalitia fulgebat, referat Lim. *ad pream.Cap.Carol.V.pag.*87. aliàs autem EE. ab Imp. titulo Ehrſame/ honorari conſueverunt; Verùm cùm hodie aliis Eccleſiaſticis Prælatis titulus Hochw. tribuatur etiam à Principibus, non malè Ew. Hochw. Electores dicto loco vocantur, à ſubditis autem & aliis Hochw ſalutantur. Abundat certé ſi unquam hodie Germania titulorum civilitate, ut quid cuiq; tribuendum ſit, non facilè liceat diſcernere. Unde cum ante paucos annos juxta ſtylum ordinarium veterem Princeps aliquis ſuperioris Germaniæ ad Epiſcopum ſcripſiſſet, dem Ehrw. ꝛc. literæ quidem offenſionis vitandæ cauſa remiſſæ non fuerunt, ſed tabellarius protracto reſponſo diutius detentus ſæpius à prætereuntibus miniſtris aulicis audivit: Rem miram Epiſcopum & Parochum titulo convenire. Aliam rationem nominis Nepotum tradit Lim. *lib.3.c.3.n.36.* hanc quod fratris & ſororis filii dicantur nepotes, Imperium autem & Eccleſia ſint inſtar fratrum & ſororum *argt. Nov.6.princ.* hujus creaturæ quaſi ſint Eccleſiaſtici Electores ac proinde hac voce ab Imperator e compellentur; Facit, quòd Papa Imp. filium appellat Eccleſiæ, *l. Inter. claras, C. de ſum. Trinit. in inſcriptione, ...*

ne ejusdem. Quid ergo mirum, cùm Impp. Severus & Antonius Fabrum urbi præfectum amicum ſuum appellent, *l. fin. de fi?. in off. praf. Vigil.* Item Divi fratres Voluſium Mæcianum ſimiliter amicum ſuum propter veterem & bene fundatam Juris peritiam ſalutent: *l. 17. de jure patron.* prout etiam Ulpianus ab Alexandro Imperat. amicus imo pater compellatur, *in lib. 4. G. Lotat.* Juſtinianus Imperat. quoq; patriciatus dignitate fulgentes patres vocat. *§. filiusf. 4. Quib. mod. jus pat. prot.* Rex Galliæ adhuc cæteros orbis Chriſtiani Reges fratres vocat. Iidem Reges Academiam Pariſienſem filiam primogenitam appellant, unde in Principum claſſem eam referendam aut relatam cenſent, *ut tradit Lamn. in annot. ad proœm. verbo* Ohmen. ut etiam Philippus II. Dux cognomento bonus univerſitatem Lovanienſem ſuam filiam nominavit, Maximil. I. Civitatem Erphordienſem fidelem ſuam filiam, & in ſigillo Colonienſi eivico iſta reperitur perigraphe: Sancta Colonia Romanæ Eccleſiæ fidelis filia. Quid mirum, Titulum Nepotum

2 his EE. tribui? * Tres iſti Archiepiſcopi ſunt, quaſi Principes Epiſcoporum, quia univerſæ provinciæ plures Civitates Epiſcopales ſubſunt quibus ſunt perfecti. *Panorm. tract. de Jurud. 2. c. 8. n. 4.* Vocantur etiam Metropolitani, tam Jure Canonico, *tota Cauſ. 9. q. 3.* quam civili *Nov. 5. & 7.* quod in Metropoli id eſt Matrice aliqua civitate olim conſtituti ſunt, *Duar. 2. de Sacroſ. Eccleſ. Miniſt. Reinck. de reg. Eccleſ. lib. 3. claſ. 2. c. 3. n. 26.* Et hinc multi Germaniæ Epiſcopi etiam Principali honore fulgentes Archiepiſcopos ſuos Dominos clementes, gnädige Herren / appellant, ut notat Reinck. *d. loco ex litteris Epiſcopi Spirenſis ad Archiepiſc. pum Moguntini datis.* (cùm tamen aliàs Principes Imp. ergaElectores non alia quam dilectionis ceremonia uti ſoleant, ſie ſchreiben nicht Euer Gnad / ſondern Euer Liebde. niſi vel fortè ætatis vel urbanitatis cauſa præſertim à Principibus Junioribus id fiat) Ratio iſtius hæc eſt, quod Epiſcopus debeat Archiepiſcopo ſuo honorem & obſequium, cùm hic ſit Dux ſuæ provinciæ Epiſcoporum.

3 * Tres hi EE. ſunt Archi-Cancellarii Imperii, quæ vox Cancellarii olim inuſitata, cæpit eſſe honoris nomen, & talis dicitur is, qui cancellis præeſt, qui primum in conſilio Principis locum tenet, pro Principe reſponſa dat, male ſcripta cancellat, benè verò ſcripta ſignaculo obſignat, de quo verſus Politiani:

Hic eſt qui leges regni, cancellat iniquas
Et mandata pii Principis æqua facit,
Si quid obeſt populo vel legibus eſt inimicum,
Quicquid obeſt, per eum deſinit eſſe nocens.

Beſold. in Theſ. verb. Cantzler. Ex his cùm multi eſſent, cœpit deinde unus primus ſummus aut magnus Cancellarius vel Archi-Cancellarius vocari in Imperio: ſedes autem Apoſtolica Vice-Cancellarium tantùm habet propter reverentiam S. Marci, cui hic honor relinquitur, vel quòd ipſe Pontifex Chriſti ſit Vicarius & Cancellarius; *Toloſ. in Syntag. lib. 15. c. 42. n. 1.* Licèt alii S. Laurentium Martyrem primum S.R.E. Cancellarium fuiſſe velint, & in ejus honorem ſe Cancellarios nunc Procancellarios vocent, *juxt. annot. ad Beſold. d. loc.* Alii verò tradunt primis quidem temporibus Cancellarios in Curia Rom. fuiſſe, verùm quia ſibi plus juris & autoritatis arrogabant, quàm par eſſet, cùm de certo honoris gradu cum ipſo Pontifice decertare cœpiſſent, à tempore Gregorii VIII & Clem. III. Pontif. licet revera Cancellarii munere fungantur, tamen Vicem Cancellarii agentes appellatos, nec Cardinales amplius præcedere, *Beſold. d. l.* monent aliqui quod quando præſentatur Vice-Cancellario Bulla Apoſtolica ponat magnum L. ad notandum officium S. Laurentii, quod gerit, ſed id non eſt verum, potius autem L. ſignificat lectum, cui addi ſolet R. id eſt regiſtretur, vel ſuum nomen, nec S. Laurentius Cancellarius fuiſſe legitur, ſed potius Camerarius, quia reſpondit de theſauris in manus pauperum deportatis; Vocatur etiam Vice-Cancellarius Papæ Bibliothecarius *c. Adrianus. 2. diſt. 63.* quia debet cuſtodire libellos Bullarum & regularum Extravag. & habet de regiſtro bullarum certam partem. *Chock. in proœm. reg. Cancell.* vocatur etiam quæſtor. *c. foras. §. negotium de V. S.* quia tenetur reddere rationes de contentis in bullariis, & libellis; licet autem reperiatur Cancellariæ nomen *in c. ad hæc de text. c. cum dilecta eod.* Cancellarii tamen vox in decreto non reperitur. Plumbatorem quoq; eundē vocant. Chock. *ad reg.* Canc. 14. *p. 179. de ſumm officio Veſtrius in prax. lib. 1. c. 4. Chock. in proœm. ad lit. H. p. 14. Chas. in catal. p. 4. conſ. 13.* quia Pontifex etiam plumbo utitur in ſignando, ut Imperator aliquando auro, alii rubra, alii viridi cera.

* Tres illi EE. inſuper ſunt S. R. I. Principes ? qui regalia ſua immediatè ab Imperio poſſident, collectas Imp. ſolvunt, homagium præſtant, & ab iiſdem ad Cameram Imperialem non Romam ad Papam appellatur. Mynſ. 1. *obſ.* 14. Ex hoc reſpectu; non ut Archiepiſcopi Jus eligendi Regem & Imp. habent; unde fit, quod malè meriti regalibus privari poſſint ab Imp. licèt illo gaudeant præ ſæcularibus privilegio, quòd banno Imperiali innodari nequeant. Geil. 1. *de pac. pub. c.* 8. *n.* 13. Mynſ. 5. *obſ.* 28. *n.* 8. Ex decreto quoque conſiſtoriali Urbani VIII. Papæ Anno 1630. 10. Junii in conſilio ſecreto concluſum; quod titulus Eminentiſſimi & Eminentiæ cum titulo Reverendiſſimi debeat eſſe proprius Cardinalitiæ dignitati, & à nemine præter eos uſurpari, quam ab Eccleſiaſticis S. R. I. Electoribus & Magiſtro Hoſpitalis Hieroſolim.

5 Q. I. *An ad eligendum Rom. Regem & Imper. rectè adhibeantur Eccleſiaſti?*

Ratio dubitandi reſultat, *ex l.* 17. & 41. *C. de Epiſc. & Cler.* ubi nihil commune eſſe debet Clericis cum publicis actionibus, vel ad Curiam pertinentibus, & opprobrium dicitur, ſi ſe iis immiſceant, temeratoribus pœna 50. lib. auri infligenda. Unde Feudiſta ait, deſiit eſſe miles ſæculi, qui factus eſt miles Chriſti, 2. *Feud. t.* 21. *c. cum ad verum diſtinct.* 96. nec convenire videtur ut Sacerdos Epiſcopus pro ſtola chlamidem, pro pedo ſceptrum, pro Codice & breviario enſem verſet; Unde Veneti Sacerdotes à conſiliis, ab Imperiis & magiſtratibus arcent, Bodin. 3. *de rep. c.* 8. Verùm alia fuit veterum devotio & circa religionem affectio, qui omnia rectè proceſſura credebant, ſi ſuis conſiliis religionis antiſtites intereſſent; quàm bene, ſeqq. declarabitur.

6 Q. II. *An conveniat Archiepiſcopos, ut & Epiſcopos habere Juriſd. temporalem?*

Licèt Epiſcopus tanquam Epiſcopus eam non habeat, *c. lator. X. qui fil. ſint leg. c. ſi Clericus. X. de Foro comp. Reinck. de reg. ſec. lib.* 1. *claſ.* 4. *c.* 9. *n.* 11. prout nec Pontifex Epiſcoporum ſummus quatenus talis habet, *c. Venerabilem.* 34. *X. de Elect. c. novit. de Judic. Bellarm. in controv. de Rom. Pontif. lib.* 5. & *notanter c.* 5. multò minùs Legatus Apoſtolicus, *Marta. q.* 14. *n.* 2. & *fin.* niſi ex defectu juſtitiæ ſæcularis, *c. licèt. c. ex tenore de Foro com.* vel reſcripto Imperiali, *auth. ſi quis C. de Epiſc. aud.* aut prorogatione vel conſenſu partium, *l. ſi qui ex con. de Epiſc. aud.* ſicut olim priusquam Imperator in Germania continuò reſideret, & Camerale ſummum tribunal inſtitutum eſſet, non fuit infrequens, cauſas etiam graviſſimas in Romana vel Epiſcopali aliqua curia tractari, ut refert Winzler. *in tit. de Jurisd. Epiſcop. Germ. tit.* 21. Quòd tamen Eccleſiaſtici Juriſdictionis ſæcularis capaces ſint, eamque cum Eccleſiaſticâ tractare poſſint, tradit Petrus Bertrand. *de Jurisd. Eccleſ. & ſecul. notanter cap.* 3. *Bellarm. d. lib.* 5. *c.* 9. & *ſeq. facit. c. ſi ... X. ne Clerici immiſ. ſe ſæc. neg.* Talem habet Pontifex ſub patrimonio Eccleſiæ in Italia, *c. ſi duobus. §. denique de Elect. c. per Venerabilem. X. qui fil. ſint leg.* Habet Epiſcopus Bononienſis, *c. conqueſtus, ubi Panorm. X. de Foro comp.* Albiganenſis, *c. ex literis de Exceſ. prœl.* & pleriqne Germaniæ Epiſcopi, Gail. 1. *obſ.* 30. *n.* 1. fine qua jam diu ſedibus ſuis unà cum religione pulſi fuiſſent, Bellarm. *d. c.* 9. *ve denique.* Et hi quoad ſpiritualia Papam, quoad temporalia & Regalia Imperatorem recognoſcunt, Gail. *d. loc. n.* 8. & *de p. pub. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 8. *arge. c. cum capella. X. de privil. l. ſi. conſul. cum ſeq. de adopt.* Tanquam Epiſcopi vocantur ad Synodum & concilia, tanquam Principes ad comitia, ut docent Concilii Tridentini, nec non Comitiorum acta & receſſus. Sic Carol. M. ſub quo Imp. à Græcis ad Germanos translatum eſt, *c. Venerabilem. X. de Elect.* devictâ Saxoniâ decem, vel ſecundum aliàs octo fundavit Epiſcopatus Bremenſem, Paderbornenſem, Hildeſiens. Monaſteriens. Oſnabrug. Mindenſem, Halberſtaden. Verdenſem, & Jus inveſtiendi Epiſcopos An. 1153, Epiſcopis in Synodo congregatis obtinuit, *c. Adrianus.* 2. *diſt.* 63. Ut & Otto primus, *c. in Synodo d. diſt*, quod tamen poſtea inter Pontif. & Imp. diſputari cœpit. Tempore autem Henric. V. ita compoſitum, eſt, ut inveſtitura quæ per annullum & baculum fieri ſolet fiat à Pontifice, quæ autem per ſceptrum, in regno Teutonico per Imperatorem expedienda ſit, qua de rè extat Bulla Callixti Papæ de Anno 1122. Calend. Octob. *apud Naucler. in Chronic. lib.* 2. *gen.* 38. *adde Buxtorf. ad A. B. c.* 5. *diſſ.* 69. *Winzler. d. loc. t.* 22. *circa fin.* Quòd autem utraque poteſtas Eccleſiaſtica & ſæcularis in una perſona rectè poſſint concurrere, uti duplex eſt populus Clericorum & Lai-

& Laicorum, vita activa & contemplativa, bonum ſpirituale, & temporale, probatur ſeqq. fundamentis. I. Moyſes, qui populum Iſraël duxit ex Ægypto, eique annis 40. præfuit, utrâque poteſtate munitus fuit, ſpirituali & temporali, illam evincunt ſacrificia & preces, quas Deo obtulit, & jus ſacrandi Aaron ejusque filios Sacerdotes; hanc quòd Jus dixerit per ſe ſuosque delegatos, videlicet 70. viros. *Numer.* 1. *Exod. c.* 18. Idem de Samuele propheta, Jonatha, Simone, Matthatia, Davide dicendum, hæc duravit usque ad adventum Chriſti, penes quem utraque poteſtas reſedit; *D. Thom. de reg. prin. lib.* 3. *c.* 13. *ad fin.* & 1. *p. q.* 59. *a.* 2. nam *Joan. ult.* Data ei fuit omnis poteſtas in cœlo & in terra, juxta illud David. *Pſal.* 23. Domini eſt terra & plenitudo ejus. Item: Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, quibus authoritatibus utitur D. Thom. *d. lib.* 3. *c.* 3. ut oſtendat Chriſto utramq; poteſtatem competiiſſe. *add. Navar. in relect. c. novit. not.* 3. *n.* 7. *de judic.* Nec obſtat, ut volunt Adverſarii, Chriſtum à ſe poteſtatem temporalem rejeciſſe *Luca* 12. ubi alicui dicenti: Magiſter, dic fratri ut mecum dividat, reſpondit, O homo quis me conſtituit Judicem & diviſorem inter vos? R. Námque Chriſtum hæc parum curaſſe, cùm ad minores Judices litigantes poſſent recurrere, & Jurisdictionis exercitium eſſet apud Ethnicos populo Judaico ademptum; Ad hæc ajunt, cùm populus Chriſtum vellet Regem facere, fugit *Joan.* 6. Reſp. enim quod Chriſtus noluit regnum ab hominibus accipere cùm Rex eſſet ut & nobis exemplum daret fugiendi honores. Demum quòd Pilato dixit: Regnum meum non eſt de hoc mundo, non ideo negavit ſe eſſe regem, nec regnum ſuum eſſe in hoc mundo; ſed de hoc mundo, inſinuans ſe regnum non electione mundanâ ſed jure hereditario à Patre æterno obtinere. *Soto. lib.* 10. *de I.* & *I.* & *q.* 4. *a.* 5. Hanc poteſtatem ſpirit. & temporalem Chriſtus ad Petrum ejusque ſucceſſores derivavit illis verbis: Paſce oves meas, quibus voluit paſci ſubditos tripliciter: I. Verbo DEI, II. Bono exemplo, III. Subſidio temporali: Hanc temporalem autem poteſtatem Chriſtus exercuit, dum flagello ejecit ementes & vendentes, & nummularios ſedentes, in templo, *Jo.* 2. *Matth.* 21. *can. Ejiciens.* 11. *diſt.* 88. Hinc dicitur, *in c. omnes diſt.* 22. Salvator B. Petro terreni ſimul & cœleſtis Imperii jura commiſit, & ita D. Bernard. explicat illa verba Domini: Converte gladium tuum in vaginam, *Matth.* 26. *Joan.* 18. Tuus, inquit, & ipſe tuo nutu, ſed non tuâ manu vibrandus, aliàs ſi nullo modo ad te pertineret, dicentibus Apoſtolis; Ecce duo gladii hic, non reſpondiſſet: Satis eſt, ſed nimis eſt. Hac dein poteſtate in Act. Apoſtol. uſus eſt Petrus, quando damnavit judicialiter Ananiam & Saphiram pro furto & mendacio, & D. Paulus convictum fornicatorem condemnavit, 1. *ad Corinth.* 5. quamvis rarò hac poteſtate principio naſcentis Eccleſiæ uſi fuerint Apoſtoli, maximè ad convertendum gentes intentiſſimi, Chock. *in Vindic. libert. Eccleſ. c. n.* 3.6. nec enim in incunabulis natæ Eccleſiæ expediebat multùm temporalem poteſtatem exercere, juxt. illud Apoſto. *Corinth.* 6. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Poſtquam verò totus orbis doctrinâ Chriſti imbutus fuit, mirum videri non debet, ſi Eccleſia Juri ſuo inſiſtat, circa delictorum punitionem & juſtorum judiciorum redditionem. *Petrus Bertr. d. loc.* & *D. Thom.* 22. *q.* 60. *a.* 6. Poteſtas, *inquit*, ſæcularis ſubditur Spirituali, ſicut corpus animo, & ideò non eſt uſurpatum judicium, ſi ſpiritualis prælatus ſe intromittat civilibus juxta illud Pauli *ad Corinth.* Neſcitis, quia angelos judicabitis, quantò magis ſæcularia: Nec hoc ſolùm intelligendum de cauſis civilibus, *c. quæcunque.* 11. *q.* 1. Sed etiam obtinet in criminalibus, & poteſtas Eccleſiaſtica, locum habet ad cognoſcendum de omni peccato mortali cujusvis Chriſtiani etiam Laici, & ad compellendum eum per cenſuras donec reſipiſcat, *Navar. in relect. c. novit de judic. n.* 6. Imò etiam ad infligendam pœnam ſanguinis per ſæculares miniſtros, per ſe enim non poſſent absque irregularitatis notâ, *c. Clericis. X. ne Cler. vel Monach.* licèt hoc ſanguinis judicium Clericis Jure divino non ſit interdictum, ſed Jure tantùm poſitivo propter ordinis ſui decorem, Chockier. *in vindic. c.* 3. *in fin.* Non obſt. I. quòd Jurisd. ſpirit. & temporalis ſint inter ſe diſtincta & ſeparata. *Nov.* 6. *in p. c. cauſam. X. qui fil. ſint leg.* Nec enim ex hoc ſequitur, quòd ſint contraria & incompatibilia, unum enim contrariorum non ordinatur ad aliud: Jurisdictio autem ſpiritualis ordinatur ad temporalem, & contra. *c.* 1. *X. de nov. op. nunc.* imò dependet una ab altera, ſicut claritas lunæ à claritate

Digitized by Google

claritate ſolis, imò una Juriſdictio alteram confortat & adjuvat, Chock. *in vind. c.n.45.* II. Objiciunt Adverſantes: Si admittatur poteſtas temporalis in Eccleſia, eò quòd ſpectet ad Papam de quocunque peccato mortali quemvis Chriſtianum corrigere, *ut tradit Navar. in d. c. novit* ſequeretur, omnes cauſas fori ſæcularis poſſe trahi ad Eccleſiaſticum, cùm ferè omnes, ſive concernant ultimas voluntates, ſive contractus, ſive delicta & judicia ſuper peccato mortifero verſentur; quippe quæ moventur ſuper injuſtitia, quam conſtat eſſe mortale peccatum, *D. Thom. 2. 2. q. 59. a. 4.* Reſp. *cum Navar.* licèt hæc concedantur, non tamen verti ſuper injuſtitia, quatenus eſt peccatum mortale occidens animam, ſed quatenus eſt iniquitas contra rationem naturalem & leges admiſſa. III. Ajunt ex hac ſententia videtur ſequi, omnia crimina vel eſſe ſpiritualia vel mixti fori, nulla autem eſſe ſæcularia, ſi de omnibus poteſt adiri Judex Eccleſiaſticus, hoc autem eſt contra communem Theolog. Canoniſt. & Leg.ſtarum doctrinam, *in c. cùm ſit.* X. *de Foro comp.* Reſp. neg. hanc ſequelam, cum ſit in optione actoris recurrere ad alterum Eccleſiaſticum vel Laicum Judicem; quia quilibet homo Chriſtianus utrique judicio ſubeſt, uni ut civis Romanus, alteri ut homo Chriſtianus, *Bertrand. d. loc. q. 3. n. 23.* Ob. IV. Quòd una res non debet diverſo Jure cenſeri *c. cognovimus. 12. q. 2.* & durum videatur quemvis hominem Chriſtianum tanquam civem judicari per Judicem ſæcularem, & tanquam Chriſtianum per Judicem Eccleſiaſticum, ex quo ſequeretur maleficia non debitè puniri, nec ullum ob delictum occidi vel mutilari, qui à magiſtratu Eccleſiaſtico pro peccato pœnam Canonicam ſuſtinuit. Sequeretur item alterum abſurdum, quòd Clerici econtrà quatenus ſunt homines & cives ſubjicerentur poteſtati Laicali, ſicut Laici tanquam Chriſtiani ſubjiciuntur Eccleſiaſticæ. Ad hæc Reſp. cum Navar. & Bertr. I. non repugnare eandem perſonam pro diverſis functionibus diverſo Jure cenſeri, prout Carolus V. Imp. ſcripſit Carolo V. Archiduci, & idem imperavit, & imperata ſuſcepit; Nec II. abſurdum eſt, eundem, qui in foro pœnitentiali pœnam ſuſtinuit, in foro fori aliam luere, *c. admonere. 33. q. 2.* diverſo fine & effectu, illam ut ſatisfaciat DEO, *c. placuit. 21. q. 3.* hanc ut reip. *l. licitatio. §. illicitè de publ.* imò ampliùs in foro Eccleſiaſtico punitus iterum à Judice laico puniri poteſt, *c. felicis. §. per hoc.* X. *de Pæn. Gail. 2. de p. p. c. 11. n. 25. Covar. 2. var. reſol. c. 10. n. 6.* ob diſtinctam utriusque Juriſdictionem, adeò ut ſententia in uno foro lata non pariat exceptionem rei judicatæ in alio, *Clarus. §. fin. q. 57. n. 11. & 14.* itaque fruſtra in foro pœnitentiali ac Eccleſiaſtico abſolutus, documentum abſolutionis producit eâ ſpe, ut in foro ſæculari abſolvatur; quia eo non obſtante accuſari & puniri poteſt, niſi fortè pœna per Eccleſiaſticum Judicem impoſita eſſet congrua, & delicto commenſurata, *Wentzl. c. d. loc. t. 19.* III. dicitur, obſtare exemptionem, adeoque illationem non procedere, & abſurditatem ceſſare. V. Movetur ex Reinck. *de reg. ſæc. lib. 1. claſſ. 4. c. 9. n. 4. textus. Luc. 22. v. 25. ibi.* Reges gentium dominantur eorum, vos autem non ſic. Reſpondet Reinck. non habere ipſos poteſtatem laicalem, at tales, ſed ut Principes; & addit, quod talem poteſtatem Epiſcopi primitivæ Eccleſiæ non uſurparint. Ad quam tamen ejus reſponſionem dicitur, multùm intereſſe inter primitivam Eccleſiam & præſentem, & inter id quod fuit & nunc eſt, *l. qui res. §. aream. de ſolut. Herrg. de Fidejuſ. c. 7. n. 525.* quia tanto tempore de cujus contrario non extat memoria, Archiepiſcopi cum poteſtate Eccleſiaſtica obtinuerunt legitimè Ducatus, Comitatus, Baronias cum Juriſd. temporali, quis eos Jure quæſito deſtituet, multis annorum centuriis corroborato? Nec enim quæ ſemper certam obſervantiam habuerunt, temerè mutanda, *l. minimè. de ll.* cùm tanti temporis vetuſtas pro lege ſit, *l. fin. de aq. quot.* Adhæc initia Eccleſiæ naſcentis fuerunt tenuia, & alius ſtatus ejus, quàm hodie: Ita quidem Reinck. Verùm aliter ſentit Chockier, *in Vindic. c. 5.* Uſum enim Juriſd. temporalis etiam primitivæ Eccleſiæ tempore fuiſſe, docet exemplis Chriſti & Petri ſuprà adductis, ut & S. Auguſtinus teſtatur, ſe lites ſæculares diremiſſe, *Epiſt. 47.* dicet maluiſſet ſingulis diebus per certas horas manibus operari, & certas horas habere ad legendum vel orandum; Poſſidonius *lib. 8. c. 19.* refert in vita ejus, ipſum vacâſſe litibus dirimendis aliquando, usque ad horam refectionis, aliquando totâ die jejunaſſe, ut jus diceret, *Baron. tom. 3. ann. Anno Chriſti. 398.* S. Joan. Chryſoſtomum de civilibus

Digitized by Google

civilibus controverſiis jus dixiſſe inter laicos, conſtat ex iis, quæ tradit Chock. *d. loc. n. 6.* De S. Ambroſio refert D. Auguſtinus *Confeſſ. 6. c. 3.* adeo ipſum cognitione alienarũ litium obrutum fuiſſe, ut vix ei daretur reſpirandi facultas, ac toto tempore, quo ipſe Auguſtinus Mediolani reſedit, nunquam nactus ſit Ambroſium ab his liberum. De Sineſio Ptolemaidis Epiſcopo idem refert Chock. *n.* 8. *& cap. 6. probat hac Apoſtolorum decretis eſſe conformia.* Ad objectum textum reſponſio patet ex iis, quæ allegat Chockier, *loc. cit.* VI. Rurſus objicitur text. 1. *ad Corinth.* 6. ubi Paulus: Sæcularia judicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt, conſtituite ad judicandum. Ubi per contemptibiles laici intelliguntur. ℟. cum Chock. *c.* 5. Epiſcopos primitivæ Eccleſiæ habuiſſe duo genera adminiſtratorum, alterum ſacerdotum, alterum judicum: itaque locus Pauli explicatur, ne Chriſtiani coram Judicibus Ethnicis litigent, ſed coram Chriſtianis, non quidem à viris Apoſtolicis ſed inferioribus quibusdam Clericis ſeu laicis, quibus id demandatum, etſi iſti Judices ab Ethnicis contemnerentur, idque conſtitutum, ne Eccleſiaſtici præcipuè notæ & rectores Eccleſiæ à fidei propagatione avocarentur. VII. Demùm hic obmovetur, quòd Imp. Valentini & Valentis item Arcad. & Honorii conſtitutionibus Juriſdictio Clericis videatur tributa, *t. t.* C. *de Epiſc. aud.* idem de Juſtiniano & aliis dicendo, ac proinde non videatur deſcendere ab Apoſtolis. ℟. Quia iſtis temporibus Vandali, Alani, Gothi, aliique Barbari Europam infeſtabant, & quicquid poterant contumeliarum Epiſcopis inferebant, adeoque leges Epiſcoporum & Jura ludibrio erant, ob eorum impotentiam, ideo Imperatoris nominè roboratas, ut hac autoritate perculſi ſubditi eas ſervarent: poſtea autem deſinente barbarorum rabie Juriſd. Exercitium Eccleſiæ fuiſſe reſtitutum, ita ut facultas notionis & audientiæ Epiſcopalis redierit in formam priſtinam, ordinariæ Juriſdictionis, *c. cum Epiſcopus. 7. de off. ord. in 6. Chock. d. loc.* Atque ita Müller ab Ehrenberg. *c. 13. p. 116.* tradit quod Otto M. ſicut ſæcularibus Principibus & Comitibus, ita etiam Epiſcopis & Eccleſiarum Præſidibus Juriſdictionem ſæcularem, ac territoria cum regalibus conceſſerit, in ſpecie quoque Bruno Archiepiſcopus Colonienſis Ottonis I. frater Ducatum Lotharingiæ Anno 953. cum Diœceſi Colonienſi obtinuerit baculo ſimul & gladio uſus, idem de Giſlero Epiſcopo Magdeburgenſi, Moguntino, Spirenſi Epiſcopo & aliis. *add. Knips. de Jur. Civit. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 9. At dices, ſi juriſdictionis ſæcularis capaces ſunt Clerici, ergo etiam Laici erunt capaces juriſdictionis Eccleſiaſticæ. Probatur conſeq. *arg. c.* 1. *de nov. op. nunc.* ubi Canones & leges Pontificum & Imperatorum aſſimilantur, ergo de juriſdictione quoque utraque idem judicium. ℟. Negando paritatem, quia quod dignius eſt, poteſt continere indignius, & minus, non autem contra.

Q. III. *Quomodo Archiepiſcopi Electores aſſumantur?* 7

Quia hac in parte pro temporum varietate variatum fuit, diſtinguenda ſunt tempora, ut concordentur ſcripturæ, juxt. *c. ſi peccaverit. 2. q. 1.* Et quidem in primitiva Eccleſia conſtat, electionẽ Præſulum, Archiep. & Epiſcoporum fuiſſe penes Apoſtolos, *Act. 1. v. 21. & 13. v. 1.* Sic primus Hieroſolymitanus Archiepiſcopus B. Jacobus juſtus dictus, & ſecundum carnem Domini frater nuncupatus, à Petro, Jacobo & Joanne Apoſtolis ordinatus legitur, *c. porro diſt. 66.* deinde conſenſus Cleri & populi uſurpatus fuit, *c. plebs. c. Cleri. c. Epiſcopus. c. vota. diſt. 63. c. docendus. diſt. 62.* Monarchiâ verò ad Chriſtianos translatâ, Imperatoris quoque conſenſum requiſitum fuiſſe, innuit *princ. diſt. 62.* Ad Electionem autem Metropolitani omnes Epiſcopi comprovinciales convenire debuerunt, *c. Metropolitano. 19. diſt. 63.* Sic mortuo Auxentio Arrianæ perfidiæ magiſtro, qui Mediolanenſem Eccleſiam, ut lupus dilaniaverat, Imperator Valentinianus Epiſcopos convocavit, à quibus D. Ambroſius nondum baptizatus electus fuit, ordinatione Divina, *c. Valentinianus. 3. diſt. 63.* Tandem ad Collegia ſive Capitula Canonicorum hoc jus eligendi Archiepiſcopum in Metropolitanis ut & in Cathedralibus, aliisq; Eccleſiis tranſiit, *c. Commune. c. congregato. c. in Geneſi. X. de Elect. c. cùm Eccleſia. X. de cauſ. poſ. & prop.* laicis omni poteſtati eligendi aut electione intereſ-

 ſendi

Digitized by Google

ſendi præciſè, adeo ut nec conſuetudine ipſis Electio concedi poſſit, *c. Meſſana* 56. *c. Sacro-Sancto.* 51. *X. de Elect.* quod jus Anno 1122. Comitiis Wormatienſibus transactioni in.er Henricum V. Imp. & Cliaſtum II. Papam Capitulis ac Collegiis conſentientibus confirmatum eſt, poſt tamen factam Electionem hodie Regis vel Principis conſenſum requiri, non eſt inconveniens, *c. cum terra* 14. *X. de Elect.* Prout etiam autoritate Pontificis Principi hoc jus concedi poteſt, ut in Gallia Regi conceſſum eſt, & in quodam Monaſterio Franciæ Abbatem eligi non poſſe, ſine proviſione Regali tentus eſt *in c. hinc eſt etiam* 39. 16. *q.* 1. in civitate ſcilicet Auguſtadinenſi; Quamvis hodie in Gallia omni jure eligendi Prælatos Canonicis adempto, nominatio perſonarum idonearum Regi competat, Sixtin. *d. regal. lib.* 1. *c.* 2. per concordata, ut aiunt inter Leon. X. & Franciſcum I. Anno 1517. *Duar. de Sacr. Eccleſ. Miniſt. lib.* 1. *c.* 6. (qui correctus non eſt prohibitus *juxta indic. lib. prohib. lit. D. p.* 39.) & idem *in tract. pro libert. Eccleſ. Gall. adverſ. Rom.* (qui in indice omnino prohibetur, *d. p.* 38. niſi quatenus à Duar. latinitate donatus eſt, *lit. L. circa fin.*) in Hiſpania quoque non niſi à Rege nominatus Epiſcopali dignitate inſigniri ſolet. *Covar. in c. quamvis. p.* 3. *§.* 10. *n.* 5. *de Pact. in* 6. *juxt. l. cùm longè* 25. *diſt.* 63. cujus ratio eſſe poteſt, nè fortè eligatur aliquis ſuſpectus Regi aut Regno, in quo dubitari poſſet de proditione patriæ vel revelatione ſecretorum, Laur. *Oihom. de Jure Epiſc. concl.* 14. *lit. C. Schütz. diſp.* 7. *de divil. ſtat. Th.* 6. *Lit. E.* quæ tamen exempla ſingularia ſunt, nec trahenda in conſequentiam, *argt. l.* 14. *de ll. l.* 141. *de R. I.* In Germania quoq; ſingulare exemplum de Epiſcopo Caminenſi allegat Matth. Steph. *de Jurisd. lib.* 3. *p.* 1. *c.* 9. *n.* 9. *& ſeq.* quòd ſcil. nec Epiſcopus nec Prælatus vel Canonicus eligi poſſit abſque conſenſu ſive nominatione aut præſentatione Ducum Pomeraniæ tanquam fundatorum & Patronorum, quæ in Electione Archiepiſcoporum Electorum Imperii non obtinent.

8 Q. IV. *Intra quod tempus Electio hæc facienda ſit?*

Licet aliàs in conferendis beneficiis 6. menſes pro Electione ſint conſtituti, quod tempus currit à die notitiæ, nec legitimè impeditis, *c. quia* 5. *X. de Conceſ. præb.* quibus elapſis ab Epiſcopo collatore devolvitur Jus ad Capitulum & contra, his negligentibus ad Metropolitanos, & his negligentibus ad Patriarcham, ſi alicui ſubeſt, vel ad Papam, *c.* 2. *X. de ſupp. negl. præl.* in tantum, ut ſi Metropolitanus idem ſit Legatus Apoſtolicus, prout eſt Archiepiſcopus E. Colon. & Salisb. non tamen habeant ſex menſes bis, ſed unicos *juxta deciſ. Rot. in noviſſ. diſſ.* .. *n.* 7. *ad d. c.* quod tempus etiam obtinet in perſonatibus & dignitatibus: Tamen brevius tempus adeoque tantum tres menſes competant in Archiepiſc. Epiſcopatibus & regularibus Prælaturis, propter majus periculum moræ, ne in defectu Paſtoris lupus ovile infeſtet, *c. poſtquam* 11. *diſt.* 50. *c. ne pro* 41. *de Elect.* & oves diſpergat aut laniet *V. Riccij prax. de Vacat. tom.* 2. *reſ.* 455. Quod ſi tamen decurſo trimeſtri hoc ſpacio Capitulum eligat, electio ſuſtinetur, ſi modo electus ſit idoneus *c. litera* 4. *X. de ſupp. neg. præl.*

Q. V. *An per negligentiam Capituli aut Epiſcopi ut devoluto jure eligendi ad ſuperiorem is teneatur eligere de gremio Eccleſiæ ſi dignus adeſt, ſicut tenebantur ipſi Capitulares?* 9

Affirm. licet enim inferiores perdiderint Jus activæ Electionis, pro iſta vice retinuerunt tamen hoc jus paſſivum, & ſatis puniuntur in illo, nec ob unum delictum variæ pœnæ ſunt inferendæ *facit, l. pœn. gl. ff. de pœn. gl. in c. ne defectu c. obitum diſt.* 61. *c. quum ſi* 8. *q.* 2. *Jo.*

Q. VI. *Quo loco facienda?* 10

R. In loco Cathedrali vel domo Capitulari, *c. quod ſicut in p. v. cum juxta X. de Elect. c. fronte in p. X. de appell.*

Q. VII. *Quibus modis vacat?* 11

Cùm vacare debeat Eccleſia & ſedes eſſe viduata, ne unum corpus duo capita inſtar monſtri conſequatur. Et quia duo non poſſunt in uno eodem loco ſtare ſedere, *l.* 1. *de acqu. poſſeſſ.* Vacare dicitur de jure varie, I. per aſſecutionem alterius incompatibilis Eccleſiæ, *c. multa de præb. Conc. Trid. ſeſſ.* 7. *c.* 4. *Chock. ad reg. Can. n.* 13. II. Per matrimonium de præſenti, *c.* 1. *&* 2. *de Cler. conjug. reg.* 8. *Cancell.* Sic cùm Gebhardus Truchſeſius Colon. Arch. Anno 1577. pridie Nicolai hunc ſtatum contemſerit contracto matrimonio Scoti magi philtris faſcinatus, ad hæreſin etiam prolapſus, depoſitus & in ejus locum Capitulariter ſurrogatus

Digitized by Google

ſurrogatus eſt Erneſtus Bavar. *facit R. l. de Anno 1555. §.* **Und nach dem.** Rationes tradit Michaël ab Iſſelt de bello Colon. Idemque Truchſeſius dein etiam à Gregor. XIII. Papa exauctoratus eſt, Anno 1583. Calend. April. *Gelen. in Colon. lib. 1. p. 52.* III. Per Profeſſionem Religionis, *c. beneficium. de R. I. in 6. Reg. Cancell. 57.* IV. Per Translationem ad aliam Eccleſiam; *c. in apibus §. Translatus. 7. q. 1.* plures alios modos videre licet apud Chock. *ad 8. Reg. Cancell. gl. 7.*

12 Q. VIII. *Quæ qualitates in eligendo Archiepiſcopo ſpectandæ?*

I. Ut eligatur unus non plures, *c. quoniam. de offic. ordin.* quod in Imp. EE. eò magis neceſſe eſt, ne vota multiplicentur ultra numerum in A. B. conſtitutum. II. Aſſumatur ex gremio ſi habilis adeſt, *c. nullus. 13. diſt. 61. c. inter 21. X. de Elect.* Ac licet olim Willegius Ottonis III. Præceptor Archipræſul Moguntinus creatus fuerit patre natus Rhedario, quapropter rotam in camera ſua pingi curavit cum hac inſcriptione, Willigis cogita quis ſis & quis fueris, quod rotæ inſigne adhuc E. Moguntinus uſurpat: Prout etiam Henricus Gnitelkop. Archiepiſcopus Colon. Monachus & piſtoris filius fuiſſe perhibetur, An. 1286. ut tradit Limn. *lib. 3. c. 3. in fin.* quem tamen inter Archiep. Colon. non recenſet *Gelen.* Hodie tamen in duobus iſtis Metropolitanis Mogunt, & Trevir. Collegiis EE. Capitulis res eo deducta eſt, ut non modo plebeis (quibus ad Collegium & Capitulum non patet aditus) ſed etiam ipſis Principibus excluſis jam ſoli Nobiles has ſummas poſt Imperatorem Archiep. & Electorales ſibi ſolis vindicent, Brun. *diſſ. de pact. concl. 21. Heig. lib. 1. q. 4.* In Colon. verò Metropolit. non niſi Illuſtriſſimo ſanguine orti & octo proavorum illuſtri Stemmate demonſtrato Canonici aſſumantur, quamvis in octo presbyterorum ordinem, quibus ſanguinis deeſt excellentia, ſi eos ſcientia illuſtret, aliisque animi dotibus & meritis clari ſint, ſuſcipiuntur, qui ſunt DD. vel Licentiati, ut proinde cùm aliquando ſæcularis Princeps ad Eccleſiaſticos dixiſſet per contemptum; **Die gebohrne Fürſten gehen vor** / quidam & nativitate & electione Princeps aptè reſponderit; **Die gebohrne Narren kommen nach** / nemo enim ſapiens
13 naſcitur, uti eligitur. * III. Legitima requiritur ætas, *c. cùm nobis. 19. De Elect.* Exceſſus ſcil. annorum. 30. *c. de mult. de ætat. & qual. ord. Concil. Trid. ſeſſ. 7. c. 1. de reform. & ſeſſ. 22. c. 2. de reform.* ita ut computatio fiat de momento ad momentum, *l. 3. §. minorem, de minor.* nec incipit hæc ætas à conceptione in utero materno, ſed à partu numeratur, *l. pen. de teſt. hared.* quia in utero materno conſtitutus nondum dicitur homo, *l. fin. de aſſign. lib. l. fin. de collat. bon. l. antiqui. §. 1. Si pars hæred.* 14
* IV. Scientia literarum & gravitate morum ornatus eſſe debet, *d. loc. Concil. Trid.* An autem ſufficiat, quòd ſit magnus Grammaticus, Logicus vel Phyſicus? ℞. Cum Bald. *ad c. cum in cunct. n. 10. de elect.* quòd debet habere ſcientiam præſtandi ea, quæ in ſua curia ſolent occurrere; Et hic Canoniſtam Theologo præferendum cenſet poſt alios Chockier, *in Com. ad reg. Cancell. 16. n. 31.* niſi forte eſſet eligendus in loco hæreſi infecto,
* V. Orthodoxæ debet eſſe religionis, *d. c. 7.* & 15
Schiſmaticus etiam ad unionem Eccleſiæ reverſus tamen non niſi per diſpenſationem confirmari poteſt, *c. 5. de Elect.* Imò & Neophitæ id eſt noviter ad fidem converſi, dicti à Neos quod eſt novum, & Phitos, id eſt fides, excluduntur: Nec obſtat, quod de S. Nicolao, Severo & Ambroſio legitur, qui Neophiti electi ſunt Epiſcopi. ℞. Id factum ex ſpeciali revelatione divina; De Nicolao id revelatum fuit cuidam Epiſcopo; Severo inſedit columba ſuper caput; Ambroſio aſſurrexit terra pro Cathedra; Cùmque ordinatione divina Ambroſius nondum baptizatus electus eſſet in Epiſcopum Mediolanenſem, exultans Valentinianus Imp. dixit; Gratias ago tibi Domine Deus, quoniam huic viro ego commiſeram corpora, Tu autem animas, & oſtendiſti meam ſententiam tuæ juſtitiæ convenire: Ambroſium autem contriſtatum confortavit his verbis. Noli timere, quia Deus qui te elegit, te adjuvabit, & ego adjutor & defenſor tuus ſemper exiſtam, *c. Valentinianus. 3. diſt. 63.* Quæ tamen in conſequentiam non eſſe trahenda monitum eſt ſup. Gofr. *ad t. de temp. ord. n. 54.* Cauſa autem hujus prohibitionis eſt ne Neophitæ incidant in ſuperbiam, *1. ad Tim. 3. Can. apoſt. 79.* & exiſtiment, quod religio Chriſtiana eorum ope indigeat. *c. quoniam, §. prohibeatur. diſt. 48. Laym. in Theol. mor. lib. 25. p. 5. c. 1. n. 5.* accedit, quòd Neophitæ nondum ſint experti ſtatum Eccleſiæ, & ideo ſe non poſſint contemperare pro diverſitate perſo-

Digitized by Google

perſonarum ſubjectarum, *c. ſicut olim diſt.* 48. cùm grave ſit inexpertis hominum obſequiis ſociati. *c. monaſterin.* 19. *q* 3. *l. prætor. §. fin. de Va ar. mun.* Quòd ſi Neophitæ, qui jam in via converſionis ſunt, & proximè ciugendi, multò magis hæretici pertinaces excludendi ſunt, Item ſi electi, quando in hæreſin labuntur, removentur à ſuſceptâ dignitate, multò magis impediendi à ſuſcipiendâ, juxta illud:

Turpiùs ejicitur, quàm non admittitur hoſpes.

Sic enim Henricus Comes de Weda Electus Arch. Colon. Anno 1515. cùm in urbem Bonnenſem admiſiſſet Bucerum Apoſtatam, cujus librum de reform. relig. Bonnæ editum, Anno 1543. Colonienſes refutârunt, eùm nihilominus Archiep. Kempenæ & Anternaci in deformandâ Dei Eccleſia pergeret Anno 1546. 16. April. eſt depoſitus, Anno 1547. 25. Febr. & vitam agens privatam mortuus eſt anno 1552. 15. Aug. De Gebbardo Truchſeſio depoſito à Greg. XIII. Anno 1583, Cal. April. jam antè dictum.

16 Q. VIII. *Quæres an ſaltem præallegatis cauſis ceſſantibus, Neophita eligi poſſit?*

Id videretur affirm. ex *c. Neophitas §. his omnibus. diſt. 61. junct. c. cùm ceſſante. X. de appellat.* Neg. tamen verius. *c. duo.* 19. *q.* 2. *c. dixit.* 32, *q.* 1. Quia non eſt ſatis ſcire ſed neceſſe eſt experiri, probari, *c. cùm ad noſtrum. de Elect.* unde Chriſto non ſufficiebat, quòd Petrus ſciret fragilitatem humanæ conditionis, ſed voluit ut eam in ſeipſo experiretur, ut diſceret, qualiter aliis eſſet miſerandum, *c. conſiderandum, diſt. 50. Roderic. tom. 1.*
17 *qq. reg. 44. a. 5* * VI. Illæſis natalibus perſona eſſe debet, *c. 7. de Elect.* id eſt legitimus; ſicut enim illegitimi ab ordinibus, ita multò magis ab ejusmodi dignitatibus arcendi ſunt, idque ob excellentiam ordinis, prout lex Dei vetuit ſpurios & manſeres intrare in Eccleſiam usque ad decimam generationem, *c. innotuit.* X. *de Elect. c. per Venerab.* X. *qui fil. ſint leg.* altera ratio eſt deteſtatio criminis paterni in filiis, *c. verùm. 6. q. 1. l. ſi quis. Cod. l. Jul. maj. c. vergentis. X. de hæret.* magis enim parentes puniuntur in liberis, quàm ſeipſis, *l.* 8. § *fin. quod met. cauſ. Navar. in man. c. 27. n. 69.* accedit, quod filii ſolent eſſe imitatores paterni ſceleris, *c. verùm 5. q. 1. c. ſi quis. diſt. 56.* vel quòd cenſentur maculati parentum incontinentiâ, ſicut maritus dehoneſtatur incontinentia uxoris. *c. ſi cujus diſt. 34. c. in conjugio. 32. q. 1.* Ex quibus cauſis etiam ad feuda illegitimi non admittuntur. *§. naturales. 2. F. 26. add. Wehenb. de feud. c. 0. n. 10.* Illegitimorum autem nomine veniunt I. Nati ex concubinâ, naturales dicti. II. Nati ex meretrice, dicti manſeres. III. Ex adulterio, nothi. IV. Ex coitu alio damnato, ſtupro, raptu, ſacrilegio, inceſtu, ſpurii, qui omnes irregulares cenſentur, *c. niſi §. non tamen. de Renunc.* Nec obſtant I. Exempla diverſorum ſumorum Pontificum, qui ex ſacerdotibus dicuntur ſuſcepti, *diſt. 56.* Quia intelliguntur de iis, qui in ſtatu laicali vel ordinibus minoribus conſtitutis parentibus ſuſcepti fuerant, quando parentibus uxores habere licebat, non poſtea, *c. ante triennium diſt. 31. c. placuit. diſt. 32. c. Epiſcopis. diſt. 77. Gotfred. ad t. filiis presb. n. 2.* Sicut etiam ex legitimo thoro genitus, ſi pater poſteà fiat presbyter, ejus filius Sacerdos Epiſcopus Archiepiſcopus eligi poteſt tantùm autem in illa Eccleſia, cui pater præfuit vel præeſt, niſi in hac ſimplex ſit beneficium, promoveri prohibetur, *c. ad hæc. X. de filiis presbyt.* II. Non obſtat, quod ſpurii ne quidem facti infamiâ laborent, *Paleott. tr. de ſpur. c. 55. & ſeq.* unde Jure Civili à dignitatibus non excluduntur, *l. ſpurii. l. generaliter. §. ſpurios. de decur.* ℟. Quicquid ſit de ſæcularibus officiis, ab Eccleſiaſticis eos arceri. Ob. III. Quod delicta patris non debet portare filius, *l. 2. §. nulla. de decur. l. Crimen. C. de pœn. c. nullus. 2. q. 4.* ℟. Excipi utroque Jure certos caſus ab hac regula. Reſp. II. cum Panorm. *ad c. literas. n. 5. X. de fil. presb.* delicta patris liberis non nocere, quoad vitam æternam, ſed bene quoad irregularitatem creandam, quæ etiam ſine culpa non tamen ſine cauſâ incurritur, quòd ſi tamen per ſubſeq. matrimonium naturalis legitimatus ſit, cum non excludi probant, *per c. tanta. X. qui fil. ſint leg. Feud. in §. naturales. 2. feud. 27.* * VII. Bigamus etiam Epiſ- 18
copus creari non poteſt, Laymn. *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. pag. 8. cap. 6.* Talis dicitur, qui duas ſucceſſivè habuit & cognovit uxores, *c. aperiant. 31. q. 1. c. debitum. X. de Bigam.* Interpretativè etiam bigamus eſt, qui viduam habuit, *c. maritum. diſt. 33. c. curandum. diſt. 34. de quibus Caroniſt.*

Digitized by Google

Canoniſt. Si enim ſecundæ nuptiæ in Laicis ſunt odioſæ, *Nov. 22. c. 2. §. ſoluto.* quando magis in Clericis, quos non oportet impeditos eſſe carnalibus affectionibus, ut ſint fidelium ſpirituales patres, *l. omnem. §. convenit. C. de Epiſc. & Cler. N. 123. c. 13. auth. diaconiſſam* C. de Epiſc. & Cler.

19 Q. IX. *An in bigamo Papa diſpenſare poſſit?*

Affirm. ſine dubio vera eſt in omni bigamia; *c. lector. diſt. 64.* Nec obſt. Quòd contra Apoſtolorum ſcripta Papa non poſſit diſpenſare, ſed ea ad animam & ſanguinem debeat cuſtodire. Et ſicut Deus non poteſt virginem poſt ruinam integrare, *c. Paulus. 32. q. 1. l. 1. C. de rapt. Virg.* ita nec cum bigamo diſpenſare prout non poteſt diſpenſare cum Monacho, ut proprium habeat, ut continentiam abjiciat, *c. cum ad monaſterium. X. de ſtat. Mon.* Bigamum verò ordinari eſt contra Apoſtoli Pauli ſcripta: Epiſcopus ſit unius uxoris vir, *cit. c. 1.* Reſp. I. Licet Paulus vetuit bigamum ordinari, non tamen vetuit etiam cum eodem ex cauſa diſpenſari, ut patet *ex c. ſi. Clerici. X. de Iudic.* Reſp. II. Eſſe diſpenſationem præter; non contra Apoſtolum. Reſpondent alii. III. Non obſtare prohibitionem Pauli, quia Papa major eſt in adminiſtratione Paulo. Papa enim eſt loco Petri, hic antem fuit major Paulo, *c. puto. 2 q. 7. c. in novo diſt. 21.* Sic Lucius Papa diſpenſavit cum Epiſcopo Panormitano, *Gofred. in ſum. de bigam. n. 20. circa fin. Panorm. ad c. 2. X. Eod. n. 6.*

Q. X. *An electus in Archiepiſcopum cogi poſſit ad acceptandum?*

℞ Id ordinariè negandum, cùm etiam ante confirmationem renunciare poſſit, *c. quam ſit. & c. ſi electo. 26. de Elect. in 6.* cùm beneficium invito non detur. *c. 31. de reſc. c. ſi tibi 7. de præbend. in 6. c. 69. de R. I. in 6.* niſi magna ſit utilitas Eccleſiæ. *D. Thom. 2. 2. q. 85. a. 2. c. ſicut. 1. q. 1. ante omnia diſt. 40.* adeò ut nec Prælatus ſuum Monachum cogere poſſit ad acceptandum Epiſcopatum, vel Prælaturam extra ordinem, quia ea ſolum poteſt præcipere, quæ ad regulam ſpectant, hoc autē modo profeſſus ſeducitur à regulari obſervantia.

20 Q. XI. *Quâ formâ Electio facienda?*

Certum eſt & indubitatum, quòd ad Electionem omnes vocem habentes vocari debent, *c. cùm inter. 18. c. quod ſicut. 28. de Elect.* aliàs unius contemptus plùs quàm multorum contradictio obſiſtat, *c. venerabilem. 34. X. de Elect.* isque fiat Archiepiſcopus, in quem majora & ſaniora collimant in Capitul. *d. l. quod major. ad Municip. Ohm. de Jure Epiſc. concl. 14. lit. E.* & fit vel per modum ſcrutinii, qui eſt uſitatiſſimus, vel per compromiſſum, quod rarum eſt, vel per inſpirationem, quod rariſſimum, *c. quia propter. X. de Elect.* Primus modus neceſſitatis eſt, & ad procedendum per eum, uno ex eligentibus inſtante, cæteri Capitulares adſtringuntur, duo verò alii voluntatis ſunt, nec per eos proceditur uno contradicente. Licèt enim aliàs majori parti capituli ſtandum ſit, *c. licèt. de Elect. t. t. de his quæ fiunt à maj. part. cap.* tamen in actu inſolito ſecus eſt, ſed concors omnium voluntas exigitur, *l. Sabinus. 28. Com. divid. Mandag. de Elect. p. 1. c. 52. Latiùs V. Canoniſtas.*

Q. XII. *An contemptus agere poteſt ad reſciſſionem electionis poſt confirmationem?*

Affirmatur, quia confirmatio apponitur electioni, ergo caſſata electione cadit confirmatio *c. cum dilectus. 32. de Elect.* niſi contemptus ante confirmationem monitus ſe non oppoſuerit, *c. fin. de Elect.*

Q. XIII. *Sed ſi contemptus moriatur, an ſucceſſor in beneficio poterit electioni contradicere, vel jus ſuffragii adhæret Prælato, qui neglectus fuit, & ſucceſſor contradicere poteſt?*

Vel Jus hoc Prælati adhæret dignitati, quæ non extinguitur; *c. 5. de Reſc. in 6.* vel tanquam Canonico Capitulari, & non poteſt ſucceſſor agere, quia mortuo vel reſignante Canonico jura ejus ad Capitulum tranſeunt, Capitulares autem queri non poſſunt, nec contra proprium factum venire, qui eum elegerunt, altero omiſſo, contemptum autem proſequendo propriam turpitudinem allegarent, adeoque non ſunt audiendi.

Q. XIV. *Quod ſi autem contemptus expreſſe, aut tacite jus ſuum remiſit, an Judex ex officio electionem reſcindere poterit?*

Id quidem affirm. *Gloſſ. c. in Geneſi 55. v. nec permiſi. de Elect.* Sed negativa probabilior ex regula *l. dies 4. §. hoc autem de dam. infect.* quod ſcilicet, quando agitur de favore privato, ſi is, cujus intereſt, conſentiat, & ſuo Intereſſe renunciet, Judex non poſſit officium impertiri. Hic autem agitur, de

jure privato, aliàs enim contemptus renunciare non poſſet, *c. ſi dilig nti. X. de foro comp.* prout tamen poteſt, *c. quod ſicut.* 28. *X. de Elect.*

21 Q. XV. *An compromiſſum de eligendo Archiepiſcopo fieri poſſit in Religioſum?*

Si agatur inter litigioſos de eligendo Prælato & Abbate, res minùs habet dubii. Verùm aliàs etiam id indiſtinctè affirmat Mandag. *p.* 1. *c.* 42. *argt. c. obeuntibus.* 35. *diſt.* 63. Non obſt. quòd in Religioſum regulariter compromitti non poſſit, niſi pro utilitate monaſterii, vel ſi accedat conſenſus Abbatis, *Hoſtiens. in ſum.* X. *de arbit.* §. *quis poſſit eſſe. in fin. Dd. ad c. de præſenti.* 20. 16. *q.* 1. cùm forenſium negociorum ſuſceptores eſſe prohibeantur Religioſi, *c. Monachi* 16. *q.* 1. *c.* 2. X. *de Poſt.* arbitria autem redacta ſint ad inſtar judiciorum, *l.* 1. *ff. de recept. qui arb.* Reſp. Hæc obtinere in arbitrio compromiſſario, hos autem aſſumptos potiùs eſſe arbitratores *Hoſtiens in c. cauſam.* X. *de Elect.*

22 Q. XVI. *An talis compromiſſarius alium vel alios delegare poterit?*

Reſp. Neg. quia hic delegatus, qui ſubdelegare nequit, *l.* 1. §. *qui mand. ff. de off. ejus. l. more. ff. de Jurid.* Et quia in hoc cenſetur electa induſtria perſonæ. *c. quoniam.* §. *ii autem. de offic. deleg.* niſi in ipſo compromiſſo adjecta ſit facultas ſubſtituendi, *arg. c. in cauſis.* X. *de Elect. c. cùm à nobis.* X. *d. arbit. l. non diſting.* §. *quæſitum.* 16. *de arbit. Mandag. pag.* 1. *c.* 44.

23 Q. XVII. *Quæ inter Electionem & poſtulationem differentia?*

R. Plæraque in illa requiſita in hac quidem obtinent, in hoc tamen differunt, quod qui per Canones eligi prohibentur poſtulationis ſubſidio juventur, per quàm à ſuperiori gratia impedimenti Canonici remittendi petitur, quod obſtabat eligendo; Sic Laicus ineligibilis eſt, poſtulari poteſt. *c. Oſius*, §. *ſed alius. diſt.* 61. idem judicium de cæteris. Hæc quoque notabilis eſt differentia. Si poſtulatio concurrat cum electione, poſtulatus non obtinet niſi pro ſe habeat duas partes Capituli, *c. ſcriptum* X. *de Poſtul.* & ita tenet curia teſt. Boys *in addit. ad Mandag. c.* 55. *Lat. E. pag.* 100. Si verò concurrant duo poſtulati, obtinet, qui à majore parte Capituli poſtulatus eſt, *Canil. ad c. de poſtulat. in fin.* Adhæc poſtulatio innititur gratiæ, Electio verò juri, ſive per poſtulationem aliquis præſentatur ſuperiori, ut illum ex gratia diſpenſative admittere velit, per Electionem verò Canonicam ita quis vocatur, ut ſuperior Electionem confirmare debeat, & ideo quia electio eſt perſonæ habilis, poſtulatio inhabilis, illa à ſuperiori confirmari, hæc admitti dicitur, *c.* 40. X. *de Elect.* Item poſt electionem Canonicam acceptam jus electo confertur, ut rejici nequeat, & conjugium ſpirituale inchoatur, at poſt poſtulationem adhuc rejici poteſt, prout prohibiti à nuptiis ſponſalia purè contrahere prohibentur, at bene ſub conditione, ſi Papa diſpenſat; & ſic etiam jure civile civitatum defenſores electi à Præfect. prætorio confirmandi erant, *Auth. de defin. Civit.* §. *jusjurand.*

Q. XVIII. *Qui Electionem Archiepiſcopalis conſequentia?* 24

Eam conſequitur, ut quam primum commodè poſſunt eligentes electi aſſenſum exquirant, *c. ne pro defectu, de poſtul.* quem infra menſem à tempore inſinuatæ Electionis accommodabit. Deinde infra tres menſes alios confirmatio à Superiore petenda eſt ſub pœna privationis Juris per Electionem quæſiti, niſi juſta cauſa excuſet, *c. quam ſit de Elect. in* 6. Quamvis hodie in Cathedralibus, ubi confirmatio ad Papam ſpectat, poſt conſenſum infra menſem, iter ad ſedem Apoſtolicam inſtituendum cum inſtructione actorum, Jurium Inſtrumentorum ſuper electione, totoque proceſſu Electionis *Mandag. c.* 50. Petri autem poteſt confirmatio, vel per Eligentes vel per Electum, *Mandag. d. loc. c. nihil eſt* 44. X. *de Elect. c. cum Eccleſia de Cauſa poſſeſſ.* vel per amicos Electi, etiam ſine mandato; dummodo infra tres menſes ratificetur. *c. poſtquam diſt.* 50. vel etiam per populum, Peck. *ad c.* 1. *de R. I. in* 6. *n.* 14. Et ſic expreſſe in pactis inter Frider. III. Imp. & Principes Germaniæ, cum Nicolao V. Pontif. Anno 1447. Calend. April. initis, ſive concordatis Germaniæ: reſervetur Pontifici confirmatio Electionis in Metropolit. & Cathedrali Eccleſia factæ, ſi debitè ſit (*juxta c. cupientes de Elect. in* 6.) præſentata quæ concordata illuſtravit ſcriptis ſuis Branden Canonicus Auguſt.

Q. XIX. *Quæ ad conſecrationem neceſſaria?* 25

Contra differentem ultra 3. menſes, nec eam ſuſci-

ſuſcipientem poſt confirmationem hæc conſtituta eſt pœna, quod ad fructuum reſtitutionem teneatur, & ſi adhuc per alios tres menſes negligat: Eccleſia ipſo jure privetur, *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 1. Navar. in manual. c. 25. n. 118.* Ante autem conſecrationem non poteſt ipſi præferri crux, nec populum ſolenniter benedicit, *Mandag. c. 56. lit. a.* Sicut autem Epiſcopus juſſu Metropolitani vel Archiepiſcopi unà cum ſuffraganeis conſecratur, *c. ſi Archiepiſc. cum ſeq. de Temp. ord.* Archiepiſcopus tamen ab omnibus ſuffraganeis conſecrandus eſt, *can. Metropolitanum, diſt. 63. c. 64.* Papam autem conſecrat Epiſcopus Hoſtienſis Cardinalis; & per iſtam conſecrationem ſpirituale matrimonium electione inchoatum, tandem perficitur & conſummatur, *c. 2. 3. 4. de Transl. Epiſc.* Licet autem Epiſcopus Jure Canon. non dicatur niſi conſecratus, *c. tua de his quæ fiunt à præl.* nec ante referatur in Catalogum Epiſc. vel Archiepiſcoporum; tamen hoc in illuſtriſſimis familiis Germaniæ non eſt perpetuum, nam Ferdinandus Arch. Colonenſ. feliciſſimæ recordationis nec conſecratus fuit, nec ordinationem aut presbyterium ſuſcepit, ex politica quadam conſideratione, nihilominus tamen, titulum nomenque dignitatis Archiepiſcopalis Colon. & Epiſcopalis Monaſter. Paderb. Leod. nemine in tota Germania reclamante aut denegante uſurpavit. Forma autem conſecrationis hæc eſt, ut duo vel plures Epiſcopi teneant Evangeliorum codicem ſuper caput & cervicem conſecrandi, & uno fundente benedictionem, reliqui omnes manibus ſuis caput ejus tangant, *c. Epiſc. præ diſt. 23.* quæ forma etiam fere in primitiva Eccleſia uſurpata fuit, *Actor. 6. v. 5. & 6. Et 13. v. 3.* quibus ceremoniis accedit ſacra unctio per Oleum, *c. 1. de Sac. Unct.* prout ſummos Sacerdotes & Reges olim in lege veteri ungi moris fuit, qui mos adhuc in Imp. & aliis Regibus Chriſtianis laudabiliter continuatur, ut ſupra oſtenſum.

26 Q. XX. *Quid de Pallio Epiſcopali?*

Singulare hoc eſt in Archiepiſcopis præter conſecrationem, quod ipſis Pallium communicetur veluti dignitatis ſuæ inſigne à Pontifice, *c. antiqua 23. X. de privil. diſt. 100.* Peti autem inſtanter debet, *c. 2. diſt. 100.* & deſumitur ex corpore S. Petri, id eſt altari, in quo ejus corpus requieſcit, in quo Pallio ponuntur quatuor nigræ cruces, prima ante pectus, ſecunda ſuper brachio ſiniſtro, tertia à dextero, & quarta retrò, quibus deſignantur 4. virtutes Cardinales, Juſtitia, Fortitudo, Prudentia, Temperantia, quæ Archiepiſcopum ornare debent, vel ſecundùm alios quod 4. affectiones Gaudium, ſpem, dolorem & timorem ſingulariter vincere debet: Color autem niger in crucibus Pallii mortificationem vitiorum deſignat, quæ eſſe debet in Palliato, *Panorm. in rub. X. de auct. & uſu pall. n. 4. & 5.* Solent autem feſto die S. Agnetis. *21. ſcil. Jan.* quotannis Romæ in templo S. Agnetis, cùm in Sacrificio miſſæ canitur Agnus Dei, ſuper altare poni duo agni candidi, qui poſtea traduntur Subdiaconis S. Petri Eccleſiæ, hi mittuntur in paſcua, qui ſuo tempore tondentur, & ex lana alteri lanæ mixtâ, cùm in filum deducta fuerit, pariantur Pallia: & parata deferuntur ad corpora SS. Petri & Pauli Apoſtolorum, ibique certis precibus expeditis relinquuntur per unam noctem, altero verò die Subdiaconi recipiunt & ſervant, donec Archiepiſcopus vel ejus Procurator petat, cui pallium cum multis ceremoniis traditur ſeqq. verbis; Ad honorem DEI omnipotentis & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, Domini Papæ N. & Romanæ Eccleſiæ, nec non Eccleſiæ tibi N. commiſſæ, tradimus tibi Pallium de corpore S. Petri ſumptum, ut utaris eo certis diebus, qui exprimuntur in privilegiis à Sede Apoſtolica conceſſis; *Gofred. in ſum. d. t. n. 3.* Neque poteſt uti Archiepiſcopus alterius Pallio, aut id alteri donare vel legare, ſed cum eo mortuus ſepeliri debet, *c. adhæc, de Auth Pall.* Nec obſtat, *l. Medico ſin: ſ. fin. de aur. arg. leg.* ubi indecens eſſe dicitur diſpoſitio & invalida, ſi quis cum ornamentis vel margaritis ſepeliri velit. R. Eſſe hæc diverſa quia margaritæ poſt mortem aliis uſui eſſe poſſunt, non hoc Pallium: facit quòd arma principum gloriæ cauſa in templo ſuſpendi non ſit indecens, *Bald. c. 2. d. t.* Pallium autem tradi non ſolet, niſi præſtito juramento fidelitatis *c. ſignificaſt. de elect.* & per nuntium tradi poteſt, d. c. eique jurari poteſt *c. ſi diligenti. de præſc. c. ea quæ de jurej. c. 1. ſ. verum de ſtat. relig. in 6. Clem. 1. de jurej.* & per hoc Pallium confertur plenitudo Pontificalis officii, *c. niſi de aut. & uſ. pall.* non obſtat, *arg. ex d. c. ſignificaſti*, quod in conciliis non reperia-

Digitized by Google

reperiatur ſtatutum, ut hoc jusjurandum exigatur. ℞. Papam eſſe ſupra concilia non contra, *d. c. & c. ſtatutum de reſc. in 6. D. Thom. 2. 2. q. 1. a. 10. c. multis diſt.* 17.

Q. XXI. *Quid ſi Archiepiſcopus in mari ſine pallio ſubmerſus ſit, nec inventus, an etiam Pallium in mare projiciendum?*

Si inveniatur, Pallium cùm corpore, terræ mandandum, non habet dubitationem. Sed ℞. etiam eo non invento ſepeliendum, *gl. in c. ad hæc. d. t. argt. l. quidam de Condit. Inſt.*

28 Q. XXII. *Ubi & quando Pallij uſus ſit?*

Licet Papa ubique ſemper utatur, quia ſolus aſſumptus eſt in plenitudinem poteſtatis, & univerſalem habet Juriſdictionem *Bald. d. loc.* Et privilegium Leo Papa per Imp. Lotharii interventionem aliquando uni Archiepiſcopo conceſſiſſe legitur, ut ad uſum quotidianum geſtaret, nulli unquam Archiepiſcopo ante vel poſt conceſſurus: Regulare tamen eſt, quod eo Archiepiſcopus tantùm uti poteſt in Eccleſiis ſuæ provinciæ, quia omnes hæ Archiepiſcopi dicuntur, *c. 1. X. d. t.* Nec obſt. *c. Clerici, X. de V. S.* ℞. In caſu noſtro fieri latiorem interpretationem, quia nulli præjudicatur, poſſet tamen Pontifex Archiepiſcopo dare indultum, ut Pallio etiam in aliena provincia pro conſecrandis ſuffraganeis vel ordinandis Epiſcopis utatur, dummodo is ad quem pertinet Eccleſia conſentiat, *c. 5. X. d. t.* Dies autem quibus Pallio utitur, ſunt: Nativitas Chriſti Domini, Feſtum S. Stephani, dies Circumciſionis, Epiphaniæ, in ramis Palmarum, Cœna Domini, Sabbathum, S. Tres dies Reſurrectionis, Pentecoſte, S. Joannis Baptiſtæ, & OO. Apoſtolorum, tres feſtivitates B. M. Feſtum OO. SS. in dedicatione Eccleſiarum, in principalibus feſtis Eccleſiæ ſuæ, & dies anniverſarius ſuæ conſecrationis *gl. in c. 4. d. t.* adeóq; certis diebus conceſſus uſus aliis cenſetur interdictus, Bald. *ad c. cùm ad honorem, d. t. argt. l. ſi ita de Vulg. ſubſt. l.* 12. *de Jud. l. ſi cùm Hermes.* C. *Locat.*

29 Q. XXIII *An pro Pallio rectè aliquid exigatur Romæ?*

Multi hoc concoquere non poſſunt, quòd cum Pallium ſine commodo dari voluerit Gregor. Papa. *c. novit. diſt.* 100. Hodie tamen non detur niſi ſolutis ferè 30. millibus aureorum; unde Proteſtantes ſuperiori ſæculo queſti fuerunt in publicis Imperii conventibus hoc modo expilari Germaniam, quaſi curia Romana non paſcat ovem ſine lana, & nimis carè vendatur linum; Quòdque unius hominis vita ſicque memorali tempore ex uno Archiepiſcopatu Moguntino ſepties 25. mill. fl. & ſic centum ſeptuaginta quinque millia flor. miſſa ſint Romam, & ſubditi hoc modo exactionibus exhauſti, Lym. *ad Cap. Carol. V. a. 16. p.* 230. *& de l. pub. lib. 3. c. 4. n.* 48 *Reinck. de reg. Eccleſ. c. 8. n.* 32. Quin & hæc 25. millia jam ad 27. millia excreviſſe dicit Limn. *in annot. c. 6.* Verùm pro colorando hoc negocio titulum ſpecioſum & popularem allegat Limn. ut in bellum contra Turcam & Saracenos ſemper paratus ſit theſaurus, unde Anno 1500. cum Maximil. Cæſar, inter alia de Bello Turcarum conventum ageret Auguſtæ, decretum fuit, mittendam eſſe Legationem ad Pontificem Alexand. V. ut remp. Chriſtianam ope conſiliove juvaret, & proventus hoſce hac potiſſimum de cauſa conceſſos olim, in hunc uſum conferret. R. A. *de Anno* 1500. *t.* **Wie man mit dem Pabſt handeln ſoll;** *de quibus & in ſpecie de annatis vid. lib. 7. decret. t. 7. Reutl. in Jurisd. Rom. Cathol. c.* 8. ubi in conſuetudinem aliquid remunerationis gratia pro conſecratione accipiendi non omnino improbatam oſtendit.

Q. XXIV. *An & quid in Archiepiſcopo E. præter dicta requiratur?* 30

Quia Archiepiſcopi Electores quatenus Principes Collegii Electoralis membra ſunt, Cæſarea inſuper inveſtitura requiritur; quâ Imp. hos Archipræſules Jure ſuperioritatis cum Electorali præeminentia per ſceptrū inveſtit, *facit c. 1. p. & §. 2. 3. 5. Item c. 2. 3. 4. 7. p. c. 10. in fin. A. B.* Sicut itaque Electio, & conſecratio Archiepiſcopum; Ita Electorem, Archi-Cancellarium, Principem inveſtitura facit, ita tamen ut quem Domini Capitulares dictorum Archiepiſcopalium Collegiorum Mog. Colon. & Trevir. ſedis, ritè elegerint; hic inſuper Electorali dignitate exornari debeat, ſicque Archiepiſcopali dignitati annexa ſit potentia receptiva ſive Jus, quod cùm Electorali eminentia poſſit & debeat combinari, quod ſeqq. exemplis declaratur. Sic Baſileenſes Imperii piſcatores erant hincque eorum inſignibus adhuc anchora extat, Freher. *ad Petr. de Andlo. lib. 2. c.* 15. Et ſi cives

cives Baſileæ conſulem eligitur, piſcatorem non eligunt, ſed hæc dignitas Electoralis à ſola inveſtitura Cæſarea dependet, & potentiam Electionis popularis tranſcendit. Quia tamen d. prærogativa regulariter conſuli debetur, videntur eligentes receptativum ſive habilitatem electo impreſſiſſe & tribuiſſe, ut ab Imperatore de hoc officio inveſtiri poſſit ac debeat, Schütz. *Vol.1. diſp.7. th. lit.f.* Sic ſi Rector Academicus ſit Protonotarius Apoſtolicus, vel Auditor Rotæ, ut Rector Academiæ Juliæ, durante officio ſacri Palatii Lateranenſis, nec non aulæ Cæſareæ & Imperialis Conſiſtorii ex privil. Maximil. II. Comes eſt. Limn. 8. *c. 5. n. 27. Schütz. d. diſp. 7. Tom. 3. lit. 6.* Si Decanus Facultatis ſit Comes Palatinus, ut Marpurgi ex conceſſione Ferdinandi II. eſt Decanus Facul. Juridicæ, licet Electionem Profeſſorum Titulus Rectoris & Decanus ſequatur, Titulum tamen Protonotarii, Auditoris vel Comitis Papæ vel Cæſari aut Principi acceptum ferre debent electi; Ita eſt in Electo Archiepiſcopo in quem hæc Capitulum habitualiter transfert: Habet enim Capitulum mortuo Archiep. Jura Epiſcopalia Juriſd. regalia, & Jura ſuperioritatis exercet. *c. unic. de Major. & obed. c. 14. X. Eod.* Quod autem Juris devolutum eſt ad Capitulum, id per Electionem defertur in Archiepiſcopum. Sic ſede vacante Capitula ad comitia vocata comparuiſſe legimus de Mindenſi Anno 1555. De Halberſtadenſi Anno 1576. Item, Probſt/ Dechand/ und Capitel zu Freyſingen. *An. 1559. Schütz. diſp. 10. de Comit. Th. 9. lit. d.* Sic præteritis Comitiis Ratisb. Anno 1654, mortuo Celſiſſimo Principe Archiepiſc. PARIDE, &c. Sede Salisburgenſi vacante Capituli Legati in veſte Lugubri ad Comitia comparuerunt, deinde Electo Principe GUIDOBALDO ex Comitibus de Thun, &c. Joann. Baptiſta de Lodron Metropol. Saliſb. & Cathedr. Trident. Canonicus, Franciſcus Nicolaus Comes de Lodron, &c. Baro Joann. de Platz zum Thurn/ &c. Cameræ director, &c. Balthaſar Zauchenberger/ Conſiſtorii Eccleſiaſtici director, & Præpoſitus, Wolpert Mozel/ Cancellarius Aulicus, Ludovic, Franc. de Rehlingen/ &c. & Caſpar Joachim Retter. D. & Conſiliarius, hunc Capituli Metropolitici etiam Syndicus interfuerunt Comitiorum actibus. Ad Electores redeundo, hos etiam ante inveſtituram ad Comitia admitti docet d. obſervantia; In ſpecie exemplum Jacobi ab Eltz Trevirenſis, Anno 1567. & Danielis Moguntini, An. 1555. *Bertram. de Comit. conc. 40.* Imò cùm Anno 1562. temporum Comitiorum Colon. Elect. in fata conceſſiſſet, tam diu electio Maximil. II. dilata fuit, donec Fridericus à Capitulo Archiepiſcopus proclamaretur, qui ante inveſtituram ad ſenatum EE. admiſſus eſt. *ut ex Bertram. allegat. Limn. lib. 3. c. 7. n. 12. Schütz. diſp. 7. lit. h. 1. & ſeqq.*

Q. XXV. *An rectè vivente Archiepiſcopo & Electore, ut etiam in Epiſcopatibus aliisq; dignitatibus Coadjutor eligatur?* 32

Quia durum foret Epiſcopum & quemcunque alium Eccleſiæ Rectorem ob infirmitatem, ſenium vel aliud ſuperveniens accidens rejici, ſic enim exemplo territi, alii inveniri non poſſent qui etiam ſani Eccleſiæ ſevire vellent *c. 1. de Cler. agrot.* * Hinc Coadjutorum uſus rectè & Jure 33 merito inductus eſt, ſic vivo Valerio Hipponenſis Eccleſiæ Epiſcopo Auguſtinus Epiſcopus acceſſit, *c. non eſt 7. q. 1.* Hic Coadjutor dicitur, quia in ſubſidium adjungitur ſupplendi officii causâ inſtar judicis, ſi non poſſit operam dare judicio *l. ſi longius de Re Jud.* Nec hic diſting. inter Epiſcopum vel Rectorem Eccleſiæ laborantem morbo curabili vel incurabili, quaſi hoc caſu removendus, illo Coadjutor adjungendus ſit: Hæc enim diſtinctio improbatur, *per c. Ex parte. de Cler. agrot.* ubi Auraſienſi Epiſcopo etſi laboraret gravi & incurabili morbo, Coadjutor tamen datus eſt. Nec etiam diſtinguendum an morbus talis ſit, ex quo Prælatus manere poſſit vel non poſſit, ut hoc in lepra accidit, quaſi illo caſu dandus ſit Coadjutor, hoc vero removendus eſſet. Nam & hæc diſtinctio reprobatur per *c. tua. nos.* X. *de Cler. agrot.* Non obſt. quod in *cit. c.* dicitur talis ab officio removendus. R. Namque removeri ab officio adminiſtrationis non tamen à titulo prælationis vel Inſtitutionis, manebit ergo in ſervitio Eccleſiæ, à qua alimentandus eſt, eique ſervire dicitur, ſicut ſervit nobis famulus quem curamus ægrotum *l. 18. §. 2. Commod.* multóque magis Clericus vel Prælatus infirmus Eccleſiæ ſervire adhuc dicendus, *Gofred. in ſum. ad t. de Cler. agrot.* Et ſicut milites emeriti, ac honeſtè dimiſſi

Digitized by Google

miſſi etiam, laboris præteriti præmia referunt, ut & Profeſſoribus, qui ſenio vel morbo præpediti officio amplius ſupereſſe nequeunt, totum ſalarium ſine detractione perſolvendum eſt. *argt. c. quamvis. 7. q. 7. c. de Paroch. unic. 1. l. Lucius. 11. de Evict.* Ita Eccleſia non debet ejicere Prælatum ſenem, ſed Coadjutorem adjungere, & alere debet, Peck. *ad Reg. qui ſentit. 55. n. 5. de R. I. in 6. Duar. de SS. Eccleſ. miniſter. lib. 3. c. 5.* Cùm propriis militare ſtipendiis Coadjutor non teneatur, *c. precariè. q. 2. c. charitatem. 12. q. 2.* Huncque uſum dandi Coadjutorem à Sede Apoſtolica cum futura ſucceſſione antiquiſſimum eſſe docet Gars. *de benef. p. 4. c. 5. a. n. 6. per c. petiiſti. 7. q. 1. c. 2. de præbend. in 6.* Contra verò alii volunt, quòd jure communi tantùm detur Coadjutor pro neceſſitate Eccleſiæ, & ad tempus impedimenti; non autem cum futura ſucceſſione, & ideo ceſſante per mortem coadjuti impedimento coadjutorium ceſſare, ceu Canonibus inimicam. *c. accepimus de Cleric. ægrot. c. quandò. de ſup. negl. præl.* quas ſententias concordat Fagnan. *in c. nulla de conc. præb. n. 47.* quod hoc ſimpliciter Canonibus non ſit inimicum, quin poſſit concedi. *per d. c. petiiſti*, ubi Moguntino conceſſum fuit, ut ſibi Coadjutorem adjungeret, deinde ut præſentiens ſe moriturum ſibi ſucceſſorem deſignaret, Concilium quoque Trid. permittit, *c. 7. v. quod ſi Seſſ. 25.* licèt non concedatur jure ordinario, ut coadjutoria temporalis, *in c. un. de Cler. ægrot. in 6.* Adhæc conceditur ultrô, quòd nullus Canon. in jure ejusmodi gratiæ meminerit in inferioribus, ut qui à ſucceſſione in beneficialibus abhorrent, *c. accepimus. de pact. Concil. Trid. c. 7. Seſſ. 25.* quia alienæ mortis votum ingerit, *l. fin. C. de pact. c. deteſtandæ. de Conc. præb. in 6.* Nec facit, quod conſenſus Coadjuti faciat ceſſare præſumptionem ejusmodi voti. *l. fin. C. de pact.* ℞. quicquid ſit ſecundum leges, per Canones ſimpliciter tamen reprobatur, licet ob conſenſum ejus minus reddatur odioſa, *ut latius oſtendit Fagnan. n. 69. & 72. ubi allegat. c. qualiter. 7. q. 1. c. ex parte. de Cler. ægrot. c. quod per neceſſ. 1. q. 1. c. paſtoralis. 7. q. 1.* Atque ita poſtquam Pontifex piæ memoriæ per duplex breve Apoſtolicum motu proprio, ex certis, & prægnantibus, ad hoc eum moventibus cauſis Epiſcopo & Capitulo Monaſterienſi notificavit, & hortatus eſt, ut Epiſcopus de Coadjutore cum futura ſucceſſione ſibi ſumendo, Capitulum verò de eodem eligendo cogitaret, præd: Capitulum ad hoc collegialiter & legitimè nominavit Reverendiſſimum & Illuſtr. Ferdinandum D. G. Epiſcopum Paderbornenſem, S. R. I. Principem Pyrmontanum & Liberum Baronem de Fürſtenberg Anno 1667. 19. Julii, qui Apoſtolicè confirmatus fuit 10. Aprilis 1668.

Dubium autem fortè incidet; An ejusmodi 33
indulta & breve Apoſtolicum per mortem Papæ concedentis ipſo facto exſpirent, quod prima facie videbatur affirmari *per c. ſi cui. 39. de Præb. in 6.* Verùm non exſpirare ex ſequentibus facile evincitur: I. Quòd privilegium Principis decet eſſe perpetuum. *c. decet. 16. de R. I. in 6.* nec absque urgenti cauſa tolli debeat, ac licèt quidam diſtinguant inter beneficium, & Privilegium, quòd ſcilicet beneficium ſit id, quod Princeps de ſuo, vel præter jus concedit, ut ſi feudum tribuat, vel domum propriam donet, privilegium autem ſit contra jus commune; Peck. *ad d. c. n. 2.* tamen beneficii nomine etiam venire & comprehendi privilegia ſatis probat d. Peckius, *& poſt eum Canis. ad cit. reg.* Nec poteſt dici, quod reſoluto jure dantis, reſolvatur jus accipientis. *l. vectigali. de pig.* Sed per mortem Papæ reſolvitur ejus poteſtas Apoſtolica, ergo & jus videtur exſpiraſſe. ℞. Namque *cum Peckio* reſolvi quidem per mortem, poteſtatem quoad futura non autem ea quæ præceſſerunt, & ex ſola ejus voluntate dependerunt, ſuadet enim ordo Juſtitiæ & ratio, ut is, qui à ſucceſſore ſuo mandata ſua obſervari deſiderat, prædeceſſoris ſui voluntatem obſervet: II. Accedit, quòd illud indultum Apoſtolicum, cui inſerta eſt clauſula donec voluero, morte concedentis extinguatur, *qui caſus eſt in c. gratioſe, de reſc. in 6. in terminis junct. l. 4. locati.* ut proinde ſecus judicandum ſit, ſi ſimpliciter facta ſit conceſſio. Toming. *conſ. 32. n. 42. Zoëſ. de reſc. num. 44.* III. Non dicitur, *in c. fin. de conceſ. præb. in 6.* quod revocatæ ſint exſpectativæ per mortem Cæleſtini Papæ, ſed quod Bonifacius eas revocaverit, eousque autem in ſua firmitate validæ permanſerunt. IV. Et ſic reſcripta gratiæ perpetua eſſe, nec re integra etiam morte concedentis exſpirare tradit Honor a ab Axel. *ad tit. de Reſc. n. 11.* V. Multo autem

minu

Digitized by Google

minus exſpirat indultum Papæ morte, ſi res deſiit eſſe integra, ut is, ad quem directum fuit, eo uti cœperit, prout per ſolam ſignaturam rem ſortiri effectum ſentit Checkier, *ad reg. Canc.* 13. *n.* 5. VI. Quod autem Regula X. Cancellariæ (quæ tamen poſterioribus Alexandri Papæ non eſt inſerta) revocat gratias Anteceſſoris, quæ nondum ſunt ſortitæ effectum, hinc quoque colligitur eas non ipſo Jure revocatas, ſed valorem ſuum retinere, ac effectum conſequi poſſe tempore ſedis vacantis, poſtea verò perfectas revocationi non eſſe obnoxias, *poſt gloſſ. & text. in Clem. dudum. §. nos enim de ſepult.* VII. Quoque conſtat regulas Cancellariæ poſt obitum Papæ exſpirare, qui eas publicavit, idque propter inſerta verba in proœmio regularum (ibi ſuo tempore obſervari voluit) quia voluntas cum conditore expirat, Simoneta, *de reſerv. q.* 58. *d. c. ſi gratioſe. de reſc. in* 6. Nec futuri Papæ ſucceſſoris regulæ valent, niſi poſt novam publicationem, quæ ſolet fieri die immediatè ſequenti aſſumptionem novi Papæ, Chock. *in comment. ad reg.* 13. ut proinde nihil impediat, quo minus dd. brevia Papæ plenum poſſint ſortiri effectum tempore vacantis ſedis Apoſtolicæ, à ſucceſſore irrevocabiliter cuſtodienda. VIII. Si rationi congruit, ut quæ à prædeceſſore conceſſa fuerunt præpediente vero obitu ejus non expedita, in Cancellaria tamen expediantur in forma, rationi congruit, poſteà per Cancellariam ad plenum effectum. *juxta reg. Cancell.* 8. *&* 25. multò magis, quando prædeceſſoris indultum plenè expeditum fuit, effectum ſuum ſortiri debet. Ad textum *c.* 39. inſuper reſponderi poteſt, hanc eſſe differentiam, quod textus de gratia conceſſa à defuncto in favorem certæ perſonæ providendæ, cui, quia non eſt vivo Papa proviſum, præjudicium crearetur ſucceſſori, ad quem iſta proviſio ſpectaret, at in caſu propoſito nominatio Coadjutoris cum ſpe ſucceſſionis non ſpectat ad Papam, nec ſucceſſorem, ſed in Germania ſicut electio Epiſcopi, ita etiam Coadjutoris cum dicta ſpe accedente Papæ indulto ſemper ad Capitulum Cathedrali Eccleſiæ pertinuit. Confirmantur prædicta per ſequentia quod licentia eligendi confeſſarium data à Papa, vel Epiſcopo non expiret morte concedentis, licet per eam præjudicetur Parocho, Gail. *de benef. l. b. c.* 2. *n.* 315. Mandatum factum in favorem Eccleſiæ non exſpiret re integra morte mandantis, Tiraq. *de priv. piæ cauſ. priv.* 132. *arg. l. ſi ego. de Jur. dot. l. ſi pater de manum. vind.* providere autem Eccleſiæ indigenti de Coadjutore idoneo Eccleſiæ concernit utilitatem, *c. un. de Cler. ægrot.* qui textus licet loquatur de Coadjutore ſimplici non cum futura ſucceſſione, eadem tamen in hoc ſubeſt ratio.

Q. XXXII. *Quid ſi Pontifex cum aliquo Epiſcopo diſpenſaſſet, ut etiam eligi poſſit in alium Epiſcopum vel Archiepiſcopum, aut aliis per hoc eligi poterit in Coadjutorem Epiſcopi vel Archiepiſcopi?* 55

Pro affirmativa facit, quod Papa, qui voluit, quod plus eſt, & in eo diſpenſavit, etiam cenſeatur voluiſſe, & diſpenſaſſe in eo, quod minus eſt, *ex vulg. Juris reg. cui licet.* 53. *de R. I. in* 6 *juncta. l. in eo quod de R. I. plus.* 35. *de R. I. in* 6. *quæ regula firmatur in Can. ſi quis dederit.* 24. *q.* 1. *c.* 1. *de arbit. in* 6. *l.* 1. *§. ſtipulanti. de S. I.* ſed plus eſt eligi ad Archiepiſcopatum vel Epiſcopatum quam Coadjutoriam, ſic in ſimili ſi Papa diſpenſet cum aliquo in 2. vel 3. gradu cognationis, etiam cenſetur diſpenſaſſe, ſi reperiatur poſtea conſtitutus eſſe in gradu 4. licet non contra: Et licet diſpenſatus in 3. gradu affinitatis, non cenſeatur etiam diſpenſatus in 3. gradu cognationis, tamen diverſitatis hic ſubeſt ratio, quod cognatio & affinitas quaſi ſint diverſa ſpecie nec unum alterum involvat ſecus eſt in propoſita facti ſpecie, Peckius, *ad reg.* 53. *Ampl.* 16. *n.* 3. quia Coadjutor Epiſcopi eſt in ſpecie Epiſcopus, quæ ſententia affirmativa magis obtinet, quando illud, quod minus eſt, alteri ſubordinatur, & per illud ad alterum, ſicut per Coadjutoriam ad Epiſcopatum pervenitur, ſic cui permittitur purè ſe obligando contrahere, etiam permiſſa cenſetur obligatio ſui, vel rei dominicæ conditionalis, *l. ſi te de hered. Inſt.* ut proinde cui permiſſum eſt eligi in Epiſcopum purè etiam permiſſum ſit ſub conditione hac, ut fiat Epiſcopus poſt mortem coadjuti; ſic quoque S. R. I. Electores ſicut ex aurea Bulla eligere poſſunt vacante Imperio Regem Romanorum, & Imperatorem, ita etiam vivente & conſentiente eodem Regem Romanorum futurum Imperatorem eligendi jus habent, etſi hoc in aurea bulla expreſſum non ſit, ut proinde, ſi accedat conſenſus Papæ ad eligendum Coadjutorem Epiſcopo,

Digitized by Google

copo, & perſona qualificata ſit, indulto, quæ eligatur in Epiſcopum, & acceptet Epiſcopatum, etiam cenſeatur apta ad Coadjutoriam.

36 Q. XXXIII. *An ad electionem Coadjutoris omnium unanimis conſenſus requiratur, aut majora vota ſufficient?*

Prius videretur dicendum, *ex l. Sabinus ff. Comm. divid.* cùm actus ſit extraordinarius *junct. l. in re communi de Reg. I. in 6.* Verùm poſterius ideo verius videtur, quia ſi ad electionem Coadjutoris accedat conſenſus Papæ, deſinit eſſe extraordinarium, & aſſumit naturam ordinarii negotii, ac proinde, ſicut in ordinariis ita & hoc in caſu majora vota ſufficient, *l. quod major. ff. ad municip.* idque ſæpius ita obſervatum in Electione Romanorum Regis vivo Imperatore, cum alias res eſſet futura ſine fine propter naturalem hominum ad diſſentiendum proclivitatem.

37 Q. XXXIV. *A quo Archiepiſcopis Coadjutor detur?*

R. Illis ut Epiſcopis ſolus Pontifex dat non etiam legatus Papæ, nec his Metropolitanus, eſt enim ſingulare reſervatum, quod mandato Regali & legatione non tranſit, *c. per tranſlationem de off. Leg.* Non obſt. *c. ex parte X. de Cler. ægr.* ubi Archiepiſcopus Arelatenſis dedit Coadjutorem Epiſcopo Auraſienſi. Reſp. id factum & ſpeciali mandato Papæ, *c. quod quis. de R. I. in 6.* Et licèt Epiſcopus poſſit ſibi coadjutorem aſſumere, ſi Capitulum aut major pars conſentiat, ſecus majore parte reclamante: imò ſi Epiſcopus eſt demens, totum Capitulum poſſit vel duæ partes ei Coadjutorem conſtituere, ſi tamen in priore caſu extra dementiam, Epiſcopus dicat ſe non egere Coadjutore, debet Capitulum Epiſcopi & Eccleſiæ ſuæ conditionem notificare Papæ, qui providebit ſi ita viderit expedire. Porrò in dando Coadjutore cum ſpe futuræ ſucceſſionis ſemper authoritas Papæ requiritur, nec aliter datur, quàm ſi Eccleſiæ evidens neceſſitas & utilitas id poſtulaverit, cauſa prius à Pontifice cognita, & concurrentibus qualitatibus, quæ in Coadjutore aſſumendo de Jure ex decreto Concil. Trid. in Epiſcopo requiruntur, *Concil. Trid. Seſſ. 25. c. 7. de reform.* idque propter votum captandæ mortis hinc facilè reſultant contra juris regulas, *c. 2. de con. præb. l. fin. C. de Pact.* maximè verò, quia turpe & Divini plenum animadverſione judicii eſt, ſi locum in Eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quam etiam ipſi gentiles damnarunt, *d. c. 2. c. conſtitutus, eod. cap. deteſtanda Extr. in 6.* quod in ſpeciali proviſione hominis certi fortius procedit, *juxta Sect. 2. obſ. fin. n. 6.* Unde ſæpè Prælati & Epiſcopi Coadjutorum deſignationem ægrè ferunt, prout David Ultrajectinus Epiſc. ſenex etiam, coadjutorem habere noluit, impie dicens, vereri ſe ne ſibi, quod S. Antonio accideret, cujus authoritati multum derogatum putabat, poſtquam Rochus in numerum SS. relatus eſt, *Arum. ad A. B. diſſ. 2. Th. 14.* cum plures adorent ſolem orientem, quàm occidentem, & ſic magis honorent novos Coadjutores, quàm decrepitos Prælatos, unde etiam Imp. Valentin. dixiſſe fertur, me deligere penes vos fuit, ſed conſortem adjungere non eſt veſtrum, cum conſuetudine induci poſſit, ut I. Feud. inductum eſt, quod valeat inveſtitura de feudo vaſalli adhuc viventis in caſum mortis ipſius, Gœdd. *diſſ. feud. 3. Th. 9. & ab eo plures allegati,* etiam ignorante vaſallo vivente, *2. feud. 26. in fin.* Eo enim conſentiente valeret etiam Jure civili, *l. fin. C. de pact. Vult. c. 7. Feud. n. 47.* Prout Imp. vivente alius Rex Rom. futurus Imperator eligi poteſt oſtenſum eſt ſupra, multò magis hanc Coadjutoriam Papa concedere poteſt, *argt. l. Barbarius in fin. de offic. præt.* Ita Erneſto Colon. Archi-Epiſcopo Ferdinandus, Ferdinando Sereniſſ. Princeps Maximil. Henricus modernus E. Coadjutor deſignatus fuit, Anno etiam 1625. Illuſtriſſ. Saxon. Ducem Auguſtum in Coadjutorem Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, cum promiſſione de ſuccedendo poſtulatum legimus. Adolphus item Comes Schwartzenburgicus Hermanno Colonienſi Coadjutor electus eidem Electoratu cedenti ſucceſſit, facit huc ſubſcriptio receſſ. Ratisb. de Anno 1603. Ferdinandi Coadjutoris, des Ertz-Stiffts Cöllen Pfaltzgrafen / ꝛc.

Q. XXXV. *An Auguſtanæ confeſſioni addicti in Archiepiſc. & Archicancel. Imperii eligi poſſint?* 38

Neg. ex §. Und nachdem bey Vergleichung. *Pac. de Anno* 1555. quod reſervatum Eccleſiaſticum vocatur, ubi non tantùm ad hanc dignitatem aſpirare vetantur, ſed etiam decedere jubentur ſi religionem mutent cui accedit Edictum reſtitutorium

Digitized by Google

rium Ferdin. II. *de Anno* 1629. § Nicht wenig, & §. Bey dem andern. Unde *Anno* 1628. Capitulariter factam poſtulationem Magdeburgenſis in perſonam Auguſti Saxon. Ducis Ferd. II. ratam habere recuſavit quia ſecundum concordata, Cæſar ſine præcedente confirmatione Papæ poſtulationem probare non poteſt.

39 Pro Coronide hujus capitis hoc minimè omittendum; quòd in quibusdam locis Germaniæ poſt obitum E. Archiepiſcopi, novus ſucceſſor etiam preces ad inſtar primariarum quas Cæſar habet per Germaniam conſequatur, ſed tantum in Eccleſiis ſuis idque in exordio & introitu ſui regiminis poſt factam legitimam electionem atque aſſumptionem ad culmen ſublimis illius dignitatis. Hoc jus uſurpant EE. Moguntini in omnibus Eccleſiis & beneficiis ſui Archiepiſcopatus cujuscunq; collaturæ Patronatus, etiam Regularium & Prælatorum & Monaſteriorum, ut Jus ad vacaturas præbendas, Canonicatus, altaria, vicarias efficaciter concedere poſſint, eoque jure uſus eſt Illuſtriſs & Reverendiſſ. Arch. Mogunt. Joan. Suiccardus, & Georg. Fridericus, ut teſtatur, *Sigism. à Voburg. in Rudim. Juris. Can. circa fin. pag.* 116. ubi formulam harum precum proponit, idemque in Arch. Colon. obtinet: in plerisque autem hæ preces cum Imp. conveniunt, unde quæ c. præced. de iis dicta ſunt, ad has transferri & applicari facile poſſunt. Ad hæc Fritſchius *de prec. c. 3. n. 15.* tradit Electorem Brandeburgicum in primo introitu adminiſtrationis per ſuas Provincias tam in Cathedralibus, quam Collegiatis Eccleſiis hoc jus precum uſurpare: quin & Auguſtam idem jus habuiſſe ait Beſold. *in Theſ. Verb. primaria preces.*

CAPUT XVIII.

De S. R. I. Electoribus Sæcularibus in genere.

SUMMARIA.

1. *Numerus & officia Electorum ſæcularium.*
2. *De ſuboſſiciariis.*
3. *Modus ſucceſſionis.*
4. *Jus primogen. hic locum habet.*
5. *An id Juri Juſtinianæo repugnet?*
6. *An Juri divino?*
7. *Aliquando ultimogenitus præfertur.*
8. *Melius regitur per unum.*
9. *Primogenitus fratribus & ſororibus alimenta conſtituere debet.*
10. *An legitima ante Jus primog. deducenda?*
11. *An jus primog. competat filio nato antequam pater eſſet Elector?*
12. *An Jus hoc obtineat in omnibus ditionibus EE.*
13. *Quid ſi primogen. renunciet?*
14. *An admittatur adoptatus?*
15. *An naturalis per reſc. legitimatus?*
16. *An legitimatus per matrim.*
17. *Quid ſi plures uno actu legitimentur?*
18. *Quid ſi concurrat natus ex matrimonio putativo cum legitimo?*
19. *Caſus ad quæſt. prædictam.*
20. *An nepos per ſubſeq. avi matrim. legitimatus?*
21. *Quid ſi primogenitus Claudus?*
22. *Quid ſi monoculus?*
23. *An pater hoc jus in ſecundum transferre poſſit?*
24. *Quid ſi concurrat nepos ex primogen. cum filio ſecundo?*
25. *An unus binos Electoratus habere poſſit?*
26. *An pater & filius eodem tempore EE. eſſe poſſint?*
27. *Quid de duobus fratribus?*
28. *Quid in fratrum liberis?*
29. *An nepos ex ſecundo genito excludat Patruum?*
30. *Quid de patruelibus 2. & 3. genituræ?*
31. *Quid ſi nati ſint gemelli?*
32. *Quid in Jure indiviſibili?*
33. *Quis ad primi anni fruitionem admittendus?*
34. *Quid ſi duo ex utero materno exſecti?*

35. *Quid ſi uni plures uxores?*
36. *An primogen. qui primè manum extendit, dicendus.*
37. *An conceptio attendenda?*
38. *Impubes Elector eſt ſub curâ ſenioris patrui.*
39. *Quid ſi patruus minor?*
40. *Quid ſi patruus Clericus?*
41. *An in defectu patrui alius propinquior agnatus tutor?*
42. *Quid ſi plures ſint fratres defuncti?*
43. *An ætas 18. ann. completa eſſe debeat in EE.*
44. *An poſt ann. 18. Tutor etiam regimen Principatus reſignabit?*
45. *Quid de reliquis Principatibus?*
46. *Quid in aliis Imp. Principatibus?*
47. *An pater tempus 18. an coarctare vel extendere poſſit?*
48. *An Pater alium tutorem teſtamento dare poſſit?*
49. *De Pacto confraternitatis.*
50. *Ad hoc conſenſu Imp. opus.*
51. *An id à Cæſare hodie confirmari poteſt ſine EE. aſſenſu?*
52. *An hæc pacta olim inita etiam hodie in Elect. obtineant?*
53. *Quid ſi extent fœminæ indotatæ, an prorſus excludentur?*
54. *An pactum hoc in præjud. filiarum ſubſiſtat?*
55. *An ex pacto confrat. ſucceſſores obligentur?*
56. *An ad hoc ſubditorum conſenſus requiratur?*
57. *Ortâ controverſiâ inter fratres cui Vaſalli ſuccurrere debeant?*
58. *Deficiente pacto & linea cui incumbet diſpoſitio de Electoratu?*
59. *An hodie EE. conſenſu ad hoc opus?*
60. *Quid ſi duo Imp. electi in diſcordia & alter alteri vacantem Electoratum conceſſerit?*
61. *An expectativam anteceſſoris ſucceſſor debet habere ratam?*
62. *An Electoratum reverſum Imp. conſanguineis ſuis concedere poterit?*
63. *An vacans feudum & Elect. Imperator proximis de ſanguine defuncti conferre teneatur?*
64. *An Imp. hodie expectativam dare poſſit?*
65. *De Inveſtitura Elect. ejusque renovatione?*
66. *Quis terminus ejus?*
67. *Quid de loco?*
68. *Ritus inveſtiendi.*
69. *Fœminæ inveſtituræ Electoralis incapaces etiamſi filiæ ſint.*
70. *Licèt in allodiis ſuccedant.*
71. *Capaces quoque uxores in allodiis.*
72. *Non etiam in feudis.*
73. *Apud Achæos fœminæ imperabant viris.*
74. *Pro fœminis rationes.*
75. *Uxores apud Parthos viles habitæ.*
76. *Uxorum conditio apud Lacedæmonios.*
77. *Mulierum conditio apud Romanos.*
78. *Cujacii error, quod mulier non ſit homo.*
79. *Ad c. hæc image. 33. q. 5. reſponſio.*
80. *Effæminati viri deſpectus.*
81. *Achæorum alia rationes.*
82. *Retorſa contra ipſos.*
83. *Virorum regimen moribus inductum.*
84. *Ubi conſuetudo eſt contraria, Fœminæ regni capaces.*
85. *Electio facta ab hæreticis in Regem an valida ſit?*
86. *Electorum reſidentia?*

1 Poſt tres Eccleſiaſticos ſequuntur ex A. B. quatuor, nunc ex Pacificatione noviſſimâ quinq; Principes EE. ſæculares. I. Rex Bohem. S. R. I. Archi-Pincerna; II. Dux Bavariæ, Archi-Dapifer; III. Dux Saxoniæ, Archi-Marſchallus; IV. Marchio Brandeburgicus, Archi-Camerarius; V. Comes Palatinus, Archi-Theſaurarius; qui Inveſtituram Elect. dignitatis ſuæ ab ipſo Imp. accipiunt, *A. B. c. 7. v. ſi jure.*
2 *Mager. de advoc. arm. c. 5. n. 426.* * Habent autem ſinguli EE. ſuos ſubofficiarios ſive vicarios, quibus præfata officia in ſubfeudum conceduntur, & ſervitia feudalia Epiſcopo Bambergenſi præſtantur: Prout etiam feuda regalia in ſubfeudum concedi poſſe præter alios tradit And. Kohl. *in tract. de ſubfeud. c. 2.* Quæ officia licèt olim temporalia eſſent, nunc tamen ſunt hereditaria & perpetua, & à tempore Henrici II. Claudi dicti, qui comitatum Bambergenſem ad ſe & Imperium devolutum in Epiſcopatum convertit pro ſingulari affectu in hunc locum, ab ipſo ſancitum eſt, ut quatuor hæc officia Imperialia ſubofficiarii ab Epiſcopo hujus loci recognoſcerent, Magerius. *de advoc. arm. c. 5. n. 420. Reinck. de reg. ſæc. lib. 1. claſ. 4. c. 7. n. 8.*

Digitized by Google

7. *n.* 8. idemque de novo Archi-Theſaurarii vica-
riatu judicandum. Qui ſingulorum EE. vicarii
3 ſint, tradit Mag. *de advoc. c.* 5. *n.* 421. * I. Sicut
autem in Electoratibus Eccleſiaſticis Electio, ſic
in his locum habet ſucceſſio, A.B. t. 7. Von Suc-
ceſſion der Churfürſten. Ac licèt J. Civili ſuc-
ceſſio alia teſtamentaria ſit, alia legitima, *§. fin. per quas perſ. acq. tot. t. I ſt. & N. de hered. ab inteſt.*
In feudis tamen regula eſt Catholica, quod de iis
nulla ordinatio defuncti valeat, *c. un. de ſucceſſ. feud.* 1. *feud.* 8. *Vult.* 1. *feud.* 9. *&.* 25. adeò ut pater uni
filiorum feudum prælegare non poſſit *c. un. §. Et quia. Qui feud. dar. poſ.* ex ratione hac, quòd
feudum non tam ex beneficio defuncti vaſalli,
quàm primi acquirentis obveniat, *Vult. d. loc.*
quod multò magis in feudis regalibus & EE. obti-
net, ut quæ non ex perſona parentis, ſed jure ſan-
guinis, lege gentilitatis ex pacto primi acquirentis,
4 & providentiâ Imper. obvenerunt. * Quamvis au-
tem aliàs feuda ad mares omnes æquali gradu con-
junctos deferantur, qui à primo acquirente deſcen-
dunt. Electoratus tamen per mortem E. cum
omnibus Juribus ſeptemviralibus primogenito
cedit, *ex A. B. t. 7. & c. 20. 24. ibid.* Eò quòd
per unum principatus meliùs adminiſtretur, quam
per plures, *ut oſtendit. Tiraq. in præf. de Jure primog.* Illud jus commune adhuc in uſu fuit tem-
pore I. Ludovici IV. & omnes Principes unius fa-
miliæ pari jure ſeptemviratu per vices frueban-
tur, & in Electione Ludovici Bavari, Joannes Al-
berti II. Saxoniæ Ducis frater junior ætate à ſe re-
diiſſe vices ajebat, quia Rudolphus Henricum VII.
elegerat: Otto autem, & Walderamus fratres
Brandeburgici in Henrici VII. electione communi
jure ſuffragium dederunt, *Nicol. Burg. pag.* 10.
Cùm autem Ludovicus, Severus, & Henricus Ba-
vari diviſiſſent hereditatem, inter heredes Severi,
Rudolphi, & Ludovici lite orta, ea ſequenti mo-
do compoſita fuit, ut electio tota Rudolpho cede-
ret, inde veniret ad Ludovicum, eo defuncto ex
utriſque liberis ſenior eligeretur, quæ communio
cum multarum ſimultatum mater eſſet, præter-
quam, quod votorum multiplicatio facile cauſa-
retur decedente Patre relictis pluribus maſculis me-
rito ab illo jure receſſum fuit, cùm legatur, quod
Babo Comes de Abensberg 32. filios & filias 8. ex
duabus uxoribus legitimè habuerit, quos ad Hen-
rici II. Imperatoris ſenatum deduxit in Comitiis
Ratisbonenſi, *ut refert Author. annal. Salisb. ſub* 30. *Epiſcopo Salisb. Majol. Canic. tom.* 1. *col.* 3. *pag.* 71.

Q. I. *Quid de Juſtitiâ primogenituræ ſenti-* 5
endum?

Ei obſtant LL. Juſtinianææ quæ æqualita-
tem inter liberos ſuadent & culpant ſimul eos,
qui inter mares & fœminas differentiam inducunt,
N. 118. *c.* 1. *l. maximum vitium.* C. *de lib. præt.* *&c.*
Namque dd. jura tantum in allodiis non in Feudis
obtinere, *c.* 1. *§. præterea. de prob. Feud. al. per Frid. c.* 1. *de Feud. cogn.* multò verò minùs in Jure pub-
lico obtinere propter textum Fundamentalem le-
gis Carolinæ, *junct. §. præterea.* 2. *Feud.* 55. & ſanè
ſi tempore veteris jurisp. differentia eſſe potuit in-
ter mares & fœminas in ſucceſſione, item inter na-
tos ex maſculis & fœminis, *p. Inſt. de exh. lib.* Cur
non ex cauſa boni publici ad Jus vetus in certa fa-
cti contingentia ſuadente ita politia rediri potuit.
* Obſtare quidem videtur quod Eccl. 25. dicitur 6
in tribus placitum eſt Spiritui meo, Concordia fra-
trum, & amor proximorum; Et vir & uxor con-
ſentientes. *& Proverb.* 6. Sex eſſe quæ Deus odit,
ſeptimum autem hoc eſt, qui ſeminat diſcordias
inter fratres, deteſtari animam ejus; Item *Geneſ.*
37. S. Scriptura diſcordiam fratrum crimen peſſi-
mum vocat, inæqualis autem hæc fratrū ſucceſſio
inter EE. excitat invidiam, lites, diſcordiam, ſicut
æqualitas foveret concordiam; *l.* 17. *C. de collat.* *&c.* Namque majus fore malum, ſi plures fratres
ſuccedant, & ſimul regnent, cùm poteſtas con-
ſortis impatiens ſit, ſociiſque comes diſcordia re-
gnis, *l.* 77. *§. dulciſſ. fratribus. de Leg.* 2. uti ex-
empla Etheoclis & Polynecis, Romuli & Remi,
Cæſaris & Pompei, aliáque plura ſatis evincunt,
cum itaque pax melius conſervetur in uno regnan-
te quàm pluribus, *l.* 2. *§. ſed quia. in pr. de O.I. c. in apibus.* 7. *q.* 1. nam regnum in ſe diviſum deſo-
labitur, *c. ſi ea.* 25. *q.* 2. *Extravag. Joann.* 22. *in p.*
Hinc illud privatum bonum concordiæ fraternæ
(quod tamen alio remedio conſervatur) majori
bono concordiæ publicæ & communi cedere de-
buit, ut lex inferior legi ſuperiori: * Quamvis in 7
territorio Grimbergenſi Lovanio vicino referat
Gudelinus *p.* 3. *Feud. c.* 4. *n.* 6. quòd in ditionem
frater minimus ſuccedat lege latâ à Victore Gode-

frido III. Duce Brabantiæ, ſeu jus curatoribus, ob rebellionem nati maximi: prout Eſau frater ſenior juniori Jacob obedire debuit, vendita primogenitura; In filiis quoque Jacob Joſeph fratri minori reliqui parere debuerunt, etiam inviti. Guevar. *in herol. princ. lib. 1. c. 28. pag. 104. & 105.* Sed hæc ſingularia non ſunt trahenda in conſequentiã.

3 Ad hæc firmior manet terra, ſi per unum regatur & indiviſa maneat, quàm ſi per portiones diſtribuatur inter plures, *c. major. de preb.* Vileſcunt enim crebrâ diviſione illuſtres familiæ, & præter nomen dignitatis tandem nil retinent, *argt. l. 2. C. quando & quib. quarta pars. Vult. 1. Feud. c. 8. n. 36. Tiraq. q. 3. de jure primog.* Subditorum adhæc intereſt pluribus non ſubjici dominis ex d. Chriſti. Nemo poteſt duobus dominis ſervire, &c. juxta illud vulgatum:

Sole necor ſolo, quid ero ſi creaverit alter?

Schüz. de Vicar. Imp. Th. 15. hinc & Jure feudorum feuda regalia diviſionem reſpuunt, *Vult. de feud. lib. 2. c. 8. n. 38. Verſ. omne igitur*, quod ipſe quidem ex ſola legis diſpoſitione procedere docet, ſed ex ipſa rei natura fieri vult Klock. *de Ærar. lib. 2. c. 37. n. 1.* propter dignitatem, quæ ſit indiviſibilis quodve non poſſit manere dignitas Ducatus & Principatus, ſi ejus corpora dividantur, eo quod individuum, etiam dicatur id, quod difficulter dividitur, *l. apud Julianum. in fin. de leg. 1. l. nepos de V. S.* per diviſiones autem atteritur, exhauritur, attenuatur dignitas, eſtque dignitatum reverſio. *c. majoribus. c. dilecte X. de preb. Gail. 2. obſ. 153. n. 2.* Ut proinde aliud ſit in privata ſucceſſione, ubi potiſſimum ſpectatur ſuum cuique tribui, cum in publico ſalus populi ſuprema lex ſit; per diviſiones quoq; ac ſubdiviſiones, ut inſinuatũ, *ſub num. 4.* in comitiis & Conventibus Imperii, & Circularibus vota multiplicantur, per diſcrepantiam concluſa tardantur, unitas Provinciarum diſſolvitur, poſſeſſores mutantur, Matricula Imperii confunditur, penſiones & exactiones redduntur incertæ, Fiſcus Imperii variis exactionum vicibus, & particularibus ſolutionibus oneratur; Gail. *de obſ. 135. n. 3.* Ac licet matriculæ per hoc nihil decedat, grave tamen eſt à pluribus petere, quod ante unus debebat, quando autem diviſioni locus non eſt, unus Fiſco onera præſtat, poſſeſſor domus gentilitiæ. Reichs-Abſchied/ *de Anno 1578.* §. bey dem / ꝛc. Item poſt diviſionem Principes apud ſubditos vileſcunt, & quia natura quaſi unius principatum docet, *c. in apibus. 7. q. 1.* diviſio & multitudo naturæ inimica, ac adverſa videtur: Et ſi tres fratres, ſeu lineæ dividant, dein ex ſingulis lineis plures ſubdividant, vix Comituli erunt, vel domicelli, qui ante Principes, Comites, aut Domini erant, ſicque familia deſtruetur. Nec ergo ſine magno myſterio ordinatum, ut in una familia unus ſit paterf. ut populo nobili unus imperet civis, unicam provincia præſidem habeat, ab uno rege gubernetur regnum ampliſſimum, exercitus validiſſimus uni pareat duci, unus ſit omnium Imp. & Monarcha: Sic Jacob & Eſau, filii Jacobi & Eſau licèt iiſdem eſſent geniti parentibus, ex prioribus tamen divina providentia alterum imperare, alterum obedire, alterum abdicare, alterum heredem eſſe primogenituræ voluit; Joſepho quoque reliqui undecim fratres invitos ſervire & obedire fecit, ſic experientia docet multas beſtias ſola hominis intelligentia regi, cui non homines ſæpe beſtiâ deteriores, imò fœminas ad imaginem DEI conditas viris parere Deus voluit. Cur non viri qui aliquando minus quam aliquæ fœminæ ſapiunt, imperio ſapientiores ſubditi ſint, quia autem homo animal ſociale eſt, ſocietas verò invidiam, hæc diſcordiam, hæc bellum hoc tyrannidem, quæ rempubl. diſſipat, unde omnium periclitatur vita, hinc neceſſe eſt unum præ omnibus elevari, quod fundamentum primogenituræ eſt, *V. Guevar. in herol. lib. 1. c. 28. n. 108.* Nec ſecundo genitus rationem querelandi habet, incuſet potius ordinem naturæ, quæ ipſum priorem non produxit, reſpiciat alios ſe infeliciores, 3. & 4. genituræ, ac omnes ſorores, quin & alios inferioris conditionis nobiles & ignobiles, & ſi fortuna volet, fiet de ſecundo primogen. ut de Rhetore Conſul.

9 * Tenetur tamen primogenitus fratribus pro dignitate alimenta conſtituere, *A. B. t. 24. ibi. §.* Sich gütlich und mildiglich beweiſen gegen den andern Brüdern und Schweſtern nach Gnad/ die ihm GOtt gegeben hat / und nach Vermögen ſeiner vätterlichen Güter / *facit l. 5. §. 7. 10. 19. de agn. lib. 1. c. §. 1. de Ventre inſp.*

Abraham quoq; primogenito hereditatem, cæteris pecuniam dedit, ſeque vivo à ſe dimiſit. Spring. *in tract. de appennag. c. 1. n. 6.* ubi in originem

huju

hujus vocis appennagium inquirit, *n. 9. ſeq. ad Speid. verbo.* abgeſundene Herren. plures autem à pane derivant, quaſi ſit panis proviſio & alimentum neceſſarium, nam panis nomine omne alimentum venit; juxta illud, non in ſolo pane vivit homo concordante oratione Dominica: Panem quotidianum, &c. quam derivationem licet rideat Berſius *de pact. famil. Illuſt. ſ.* 333. eam tamen probat Springf. *d. c.* 1. *n.* 17. cauſa autem impulſiva appennagii æquitas eſt, & obligatio naturalis, cum iniquum foret primogenito ad ſucceſſionem admiſſo reliquos fratres ad mendicitatem redigere vel omnibus honoribus privare, ut Turcarum Reges faciunt. Bodinus. *lib. 6. de Republ. cap. 5.* vel occidere, ut Abimelechus ſpurios fratres 69. mactavit, ut ſolus regnaret, Berdebocus Rex Tartarorum fratres 17. ſimili cæde necavit anno 1570, Attila quoque fratrem ſuum Budam propriis manibus occidit, quod inter Arcana Imperii Turcici numerat Clapm. 3. *de arc. rep. c. 2.* licet hæc ratio impia ſit; ſimile eſt, ſi fratres relegentur, vel oſtraciſmo ſubdantur vel carceri includantur poſtgeniti, uti Principes Æthiopum Regiæ ſtirpis, quos Iſraëlitas vocant, ut qui à Salomone, & Regina Saba ſeſe deſcendere putant, in altiſſimo monte Anga, & arce munitiſſima concluduntur. Sic Joſaphat Rex Judæorum primogenito relinquent regnum cæteris filiis aurum argentum & res pretioſas dedit cum munitis urbibus, quò honeſtè viverent, 2. *Paral.* 21. Et hinc natum eſt in Francia Jus appennagii, *de quo Chopping. de domin. Fran. lib. 2. t. 3.* Eodem modo Cambyſi primogenito Cyrus regnum reliquit, Tanandi alia quædam minutiora, quod Jus hodie etiam in aliis diverſis principatibus Imp. obtinet, Sic Jo. Wilh. Dux Jul. Cliviæ, & Montium, ſolus ſuccedens excluſis IV. Sororibus I. Eleonora nupta Marchioni Brandeburgico. II. Anna nupta Neoburgico, III. Magdalena nupta Bipontino, IV. Sybilla nupta Carolo Marchioni Burggraviæ, ſingulis ſororibus ſuis pro alimentis dedit bis centena millia flor. aur. Rhenenſium, idem Limn. *de J. pub. lib. 5. c.* 10. *n.* 6. 7. 8. apud Gallos, Hiſpan. Anglos, Ungaros, in Apulia, Sicilia, Subaudia, Inſubria, & apud Judæos, olim uſitatiſſima res fuit & adhuc eſt. Congrua autem alimenta aliis fratribus conſtituere & filias dotare lex naturæ imperat, etſi ſtatutum, vel conſuetudo id non exprimat, *Laudens tract. de primoger. col. 7. verſ. ult. arg. l. 1. de tut. & rat. diſt.* ita ut conſuetudinem, quæ nihil iis relinquit, diabolicam, & invalidam eſſe dicat Afflict. *ad c. Imperiales in pr. n. 7. & ſeq. de prohib. Feud.* Non obſtat prædictis, quod Childericus Rex Galliæ XVIII. ad Monachiſmum relegatus ℟. id factum ab ordinibus ob inertiam, Prout & Carolus Magnus in pœnam conjurationis contra ſe factæ filium naturalem Pippinum Monachiſmo mancipavit, alias autem reprehendi parentes, qui liberos invitos ideo in monaſteria detrudunt.

Q. I. *Quis dicatur primogenitus?*

℟. Qui primo natus eſt, etſi nullus eum ſequatur, *l. Joſeph. de V. S. ad num.* 18. *ibi*: quicquid primum erumpet è vulua. Sic ſi ſub titulo tantùm eſt unica lex rubrica allegari poteſt, *l.* 1. *Tiraq. q.* 1. *n.* 5. Et primus eſt, ante quem nemo eſt, non tantum qui ante aliquem eſt, *l. qui duobus in pr. de vulg. ſub eſt.* uti ſupremus, poſt quem nemo eſt, *l. qui duos de reb. dub. l. proximos. & l. Vulgari, de V. S. l.* 2. *§. legitimæ. de ſuis & legiti*: prout & primum decretum dicitur etſi ſecundum non ſupervenerit, *Tiraq. d. q.* 1. *n.* 5. Non tamen ſatis eſt ad primogenituram, ut quis prior manum protulerit, niſi & totus naſcatur, *per text. Geneſ.* 38. ubi cum Thamar geminos pareret, Zerach prior manum extulit; in qua obſtetrix putans eum prius naſciturum filum rubeum ligavit, ut hinc dignoſceretur, ſed præter opinionem aliter evenit, illo enim manum retrahente Phares antevertens prior extitit, & primogenitus habitus eſt, eique Deus tribuit principatum, ex quo genus Regium, & David poſtea proceſſit. Licet autem alias conceptus pro nato habeatur, *l. qui in utero de ſtat. hom.* hic tamen nativitatem attendimus, cum tempus prioris conceptionis non ſciatur, & plures uno impetu naſci non poſſint, *l. Areſcuſa ff. de ſtat. hom.* una tamen ſeminis jaculatione concipi valeant, & ita fieri apud rerum naturalium curioſos indagatores in confeſſo eſt, & licèt ex uno quidem concubitu ſi non uno jactu etiam, ſed pluribus jaculationibus plures nonnunquam concipiantur pro numero jaculationum, nemo tamen dicere poteſt, quis ex 1. 2. aut 3. jaculatione conceptus ſit, ut proinde neceſſagio

rio ex nativitate hoc totum judicare oporteat. Idem dicendum, ſi mulier poſt conceptionem & concubitum ſuperfœtet Ariſtoteles, *7. de hiſt. anim. c. 4.* ubi ita conceptos Herculem, & Iphiclem ex diverſis parentibus ſcribit, *l. cum quidam, §. ſuum heredem de acquir. hered.* & tam multa recenſeri, ut fabulis accenſeri poſſint, traditur *in l. antiqui. ff. ſi pars hered. petatur*, ac licet S. Auguſtinus *de Civit. Dei. 5. c. 6.* ſuperfœtationem negaverit, quem propterea taxat Baptiſta Pius, *cit. à Tiraq. q. 1. n. 9.* tamen Ludov. Vives *loc. cit.* eum excuſat, Auguſtinum reſpexiſſe ad id, quod frequentiſſimũ eſt, non quod rarius fit, ſed & hic dicat Apollo, quis ex priore conceptione & poſteriore ſuperfœtatione prodierit, quin imo ſi deprehendi poſſet conjectura quædam certa, quod tamen difficillimum eſt, quis prior conceptus eſſet ex geminis, & ſic conſtaret, qui poſterius exivit ex utero prius conceptum eſſet is tamen jure primogenituræ gaudebit, quis prior natus eſt, *Tiraq. d. n. 9. in fin.* quamvis nonnulli Hiſpani poſterius natum primogenitum eſſe voluerint, ſumpto ſimilitudine ex lapidum fodinis, quod poſterior lapis effoſſus prior ſit eo, qui ex lapicidinis primum eruitur, Zeiler *in Hiſpan. c. 1. §. de veterum. 8. 16.*

Q. II. *An & qualiter Jus primogenituræ, & majoratus differant?*

Licet in genere pro eodem accipiantur, cum & majoratus communiter conſtitui dicatur, ut bona in familia conſerventur unita, prout & jure noſtro major & minor pro ſeniore, & juniore reſpectivè accipiuntur, *l. ſi paterf. §. fin. in fin. de adopt.* ubi dum major minorem adoptare non poteſt, nil aliud intelligitur, quàm quod Junior non poſſit adoptare ſeniorem, ſed adoptans adoptandum ætate 18. annor. præcedere debeat. *§. minorem Inſt. de adopt, Tiraq. d. q. 1. n. 12, Springſ. de Appenna. c. 5. n. 6.* & ita quoque uſurpatur vox majoris in ſenſu ſenioris, *Geneſ. c. 19.* & ingreſſa eſt major, dormivitque cum patre, *& c. 27.* vocavit Eſau filium ſuum majorem, *& 29.* habebat Laban duas filias, nomen majoris Lia. Quid quod ex duobus Apoſtolis Jacobis unus major dictus, licet ſtatura minor eſſet, quia priori tempore ad Apoſtolatum erat vocatus, alter minor licet ſtatura major, quia poſt eum vocatus erat; licet aliquando tamen pro declaratione, & cautela addi ſolet major natu, *ut in l. qui cum majorem natu. de oper. l. 6. §. minorem. de adopt.* in ſpecie tamen inter primogenituram & majoratum hanc differentiam ponit Springſ. *d. loc. n. 7*, quod in illa genitura, in hoc ætatis prærogativa attendatur, & ille ad ſucceſſionem vocetur, in hoc poſt mortem poſſeſſoris in familia ætate major eſt, non qui primogenitus reperitur, quod in primogenitura jus repræſentationis obtineat, non item in majoratu; quæ conſideranda relinquo cum remiſſione ad Springſ. *d. loco pag. 97.*

Q. III. *An antequam primogenitus hoc jus uſurpet, prius debeat deduci legitima filiorum ipſis Jure naturæ debita?* 10

Affirm. hoc quidem Molin. *ad conſ. Pariſ. §. 8. gl. 4. n. 5. & lib. 2. c. 1. n. 10.* Attamen contrarium in curia Pariſ. ſervatum refert Papon. qui tradit primogenito Jus ſuum integre deberi, etſi nulla alia bona ſuperſint, eo quod filii poſſint privari legitima ex cauſa ob bonum publicum etiam ſine culpa.

Q. IV. *An hoc jus primogenituræ competat filio nato, antequam pater Electoralem dignitatem obtineret?* 11

Quæſtio hæc antiqua eſt orta inter filios Darii Xerxem & Artobazanem; cum enim Darius contra Græcos & Ægyptios exercitum pararet, ex lege autem regni ſucceſſorem prius declarare oporteret, Artobazanes natu maximus, hoc ſibi vindicavit, Xerxes ſe primo Rege natum eſſe dicebat, & patre jam regnum tenente. Artobazanem verò rege adhuc privato; quo motus Darius Xerxem Regem declaravit, Herod. *in t. in Polymn. lib. 7. pag. 272.* Verùm cùm non exemplis ſed *ll.* judicandum ſit, Electoratum, ad primum pertinere probatur *per l. 5. de ſenat.* ubi dicitur ſenatoris filius etiam qui ante Patris ſenatoriam dignitatem procreatus eſt, ratio, quia non oportet liberis invidere paternos honores, *l. ſenator. 11. C. de dignit. lib. 12. Duar. 2. an. diſt. c. 29.* facit, *l. 50. d. bon. lib. junct. l. 7. vide l. Tiraq. q. 31. Treut. vol. 1. diſt. 19. Th. 16. lit. A.* Cœpit enim filius ante natus, patre poſtea creato Rege ſtatim eſſe filius regis, procul dubio regnaturus, ſi nulli liberi poſtea ſuſcepti eſſent, quo Jure eum propter natum poſtea filium privari abſurdum eſt, *l. 7. de bon. lib.* Accedit, quòd jus regnandi quæratur non tam ex ſucceſſione, quam tacitâ quâdam electione populi vel

Digitized by Google

vel ejus qui Jus hoc habet conſentientis in ſucceſſionem liberorum, quia præſumuntur paternarum virtutum fore imitatores, quæ populi voluntas in jam natos Electi vel aſſumpti Regis E. aut Principis filios certius præſumitur. Demum ſucceſſio conſideranda eſt poſt mortem ejus, cui ſucceditur, & reſpicitur id, non quod prius eſt ſed quod tum eſt, *l. 16. de adil. Ed.* maximè quia EE. Jure primæ & ſimultaneæ inveſtituræ ſuccedunt, Schütz. *diſſ. de diviſione ſtat. Th. 9. lit. 6.* & hæc ſola eſt præſentis Q. regula *c. un. §. fin. ibi. Niſi hic fuerit expreſſum. de ſucceſſ. Feud. 1. F. 8. Vult. 2. Feud. 3. n. 16.* ita ut nec poſt adeptum Electoratum nati admitti poſſent, ſi inveſtitura repugnaret; *c. un. §. 3. ibi. Niſi ſpecialiter, de his qui Feud. dar. 2. f. 2. Geil. 2. obſ. 5. n. 15. & de p. p. lib. 2. c. 13. n. 4.* Imò aurea B. nullam temporis diſtinctionem exprimit adeoque temerarium foret, ſine juris authoritate talem primogenitum excludere, *c. is qui 18. de ſent. exc. in 6.* Et hanc ſententiam conſuetudo optima II. Interpres firmat, ſic Bela II. Ungar. Rex cum privatus filium Geiſam, & poſtea Rex factus, Ladislaum filium ſuſcepiſſet, Geiſa ante Regnum natus fratribus patre Rege natis antepoſitus eſt. Nec profuit Cyro allegatio exempli Xerxis *ſupra d.* quin ejus frater ſenior Artaxeres patre nondum Rege natus regnum Perſiæ obtinuerit, Gudelin. *part. 3. F. c. 4. n. 11.* alia exempla ex Judæa, Italia, Ungaria, Romanoque Imp. recenſet Harprecht. *ad p. l. de Hered. ab int. n. 150. ad Forſter. de ſucceſ. lib. 4. c. 24. pag. 350.* Sic Chriſtiano primo Electori Saxoniæ ſucceſſit in Electoratu ſenior filius Chriſtianus II. patre nondum Electore natus, eo vero mortuo admiſſus fuit Joan. Georg. ad Electoratum, patre Chriſtiano I. jam dudum E. natus, *Celer. de Jure Imp. Germ. ſect. 32.* Sic & Carolo II. Regi Galliæ, priusquam regnaret, natus erat Ludovicus, qui tamen imperium ſine controverſia conſecutus eſt, tametſi Carolum fratrem haberet Rege natum, atque ita judicaſſe etiam Senatum Mechlinienſem refert Chriſtinæus *vol. 1. de iſ. belg. deciſ. 366. n. 21. & 22. add. Sprengſ. dd. Appennag. c. 3. n. 2. 257.* Licèt cùm Otto II i. Anno 937. ab Hildeberto Electore Moguntino jam conſecratus eſſet, frater ejus Henricus turbas fecerit ex hac ratione illum Ducem, ſe Regem natum, eſſe nil tamen effecit. Rurſus de Herode Rege traditur, quod poſtpoſitis Alexandro, & Ariſtobulo ſuis & Marianæ filiis ſucceſſorem in regno deſignârit, Antipatrum ante principatùm cum privata uxore genitum, *Tiraq. loc. c. n. 11.* atque ita in ſimili conceſſa Comiti Palatino facultate legitimandi exceptis filiis Comitum, ſi quis ante matrimonium ſuſcepit filium naturalem, talis à Comite tali Palatino legitimari nequit, tanquam filius naturalis comitis, etſi ante comitivam dignitatem natus. *Tiraq. d. loc. n. 18.* Et prædicta reſponſio ad quæſtionem principalem minus habet dubii, ſi regnum vel Electoratus eſt avitus, & avo regente filius contracto matrimonio generet Nepotem, dein mortuo Rege vel Electore avo poſtquam ſucceſſit plures, nam iſte prior patre nondum Electore natus ab avo primo acquirente radicaliter iſtam dignitatem accepit, prout in feudis ſucceditur primo acquirenti, licèt ad hunc caſum reſponſio reſtringi non debeat, *Tiraq. n. 24.* Imo obtinet etiam in filio, quem quis privatus genuit ex concubina qui poſtea factus Rex, vel Elector concubina ducta alium legitimè generavit, ut ſcilicet prior privatus, dein per matrimonium legitimatus ſecundo præferatur *Tiraq. n. 25.* quod etiam filiis ante paternam nobilitatem natis applicat *Tiraq. in tract. de nobil. cap. 15. n. 7.*

Q. V. *An hoc Jus primogenituræ in omnibus EE. ditionibus obtineat?* 12

℞. Neg. Sed niſi ſpecialiter jus primog. receptum alias ditiones æqualiter inter EE. liberos dividendas; Et quidem, ſi ſint allodialia bona inter maſculos & fœminas, ſi Feuda propria inter omnes filios maſculos, quia regulariter Feuda dividuntur, *c. 1. §. 2. quem Feud. am. c. 1. de nat. ſucceſ.* & hanc ſententiam notoriâ Germaniæ conſuetudine probari dicit Vult. 1. *de Feud. c. 8. n. 38. Geil. 2. obſ. 153.* adeò ut in Feudis diviſioni ſubjectis filiis invitis pater nec jus primog. erigere, neque uni majorem partem aſſignare poſſit, *c. 1. de ſucceſſ. Feud. ubi DD.*

Q. VI. *Quid ſi primogenitus juri ſuo renunciet, ſi deportetur, religionem ingrediatur, clericus fiat in major. ordinibus ſi indignum ſe reddat ex gravi cauſa?* 13

℞. Omnibus iſtis caſibus ſeq. in ordine primogenituræ admittetur. De repudiatione tradit Laudenſis *in tract. de I. prim.* hanc rationem quodi

Digitized by Google

quod ea rem in iſtum ſtatum deducat, ut retro nunquam ei jus acquiſitum videatur vel delatum, *l. 1. §. utrum autem v. quamvis. Si quid in fraud. Cred.* In deportato ratio eſt, qui paria ſunt, prius natum non eſſe, ſive non extare, & extare quidem, ſed ad ſucceſſionem inhabilem, *l. 6. §. 1. de bon. libert. l. 17. de inoff. teſt.* Talis autem eſt deportatus, *l. 1. C. de hered. Inſtit.* De religioſo facto, *Molin. 2. §. 8. gl. 1. n. 27. & §. 10. n. 29.* & ita Baldus dicit fuiſſe determinatum in regno Arragoniæ, cùm Ludovicus Regis primogenitus ſe ſodalitio S. Franciſci addicâſſet, Tiraq. *de Jure prim. q. 3. n. 8. de Clericus eſt text. A. B. rotundus & vulgatiſſimus.* In indigno hoc jure receptum, ut dignitas, quæ ab indigno aufertur, proximiori applicetur; *l. 3. §. proximiori de bon. poſ. cont. tab. c. licèt. de voto.* Ita jus primogenituræ fuit ablatum Ruben primogenito, quòd violâſſet thorum patris, & datum fuit Filiis Joſeph.

14 Q. VII. *Quid in adoptatis & arrogatis?*

℞. Ita ut & illegitimi excluduntur, *facit §. adoptivus. & §. natis. 2. feud. 28.* ſed Jus hoc legitimo & naturali applicatur, unde cùm Philippus ultimus Maced. Rex duos haberet filios, majorem natu Perſeum pellice ortum, & Demetrium quinquennium minorem legitimè genitum, huic regnum delatum eſt. Sic non ſuccedit in feudo adoptas. *§. adoptivus. ſi de feud. defu. 2. feud. 26.* nec in Emphyteuſi, *l. ſi ita. l. fidei. de cond. & demonſt.* nec habet jus retractus. *Tiraq. de retr. §. 1. gl. 8. num. 26.* nec beneficium habet. *l. ſi. unquam. C. de revoc. donat.* nec facit deficere fideicommiſſum. *l. ſi ita quis. §. ſi cui leg. 2.* Si enim in feudis & ſimilibus ſuccederent adoptati, non ſolum admitteretur alius in Inveſtitura non comprehenſus, ſed per eundem excluderentur agnati ad ſucceſſionem à Domino & primo acquirente vocati, quod abſurdum eſſe ait Vult. 1. *feud. c. 9. n. 90.* ubi id extendit, etſi ea conceſſio facta ſit cum clauſulis ampliſſimis, ita ut etiam jus habere debeat in feuda ſuccedendi.

Objicitur. Quod Julius Cæſar Auguſtum, Auguſtus Tiberium, hic Caligulam, Claudius Neronem, Galba Piſonem, Ludov. Hungariæ Rex ſine liberis decedens ejus ex fratre nepotem Carolum Sigiſm. Imperatorem adoptâvit; Joanna Regina Neapolitanum Regnum primum ſummi Pontificis authoritate Alphonſo Arragonum Regi, & poſt repudiato eo Ludovico Andegavenſi vel Andium Duci reliquit; Henricus quoque Pomeraniæ Dux à Margarita Wolmara Daniæ, Sueciæ ac Norwegiæ Regina adoptatus fuit. Diether. *de ſum. Imp. poteſt. th. 178. Speidel. in verb.* angewünſchte Kinder/ꝛc. Sed ℞. *cum Speidel.* hæc fieri in regnis hereditariis, non niſi deficiente Regia familia, & ſi Status conſentiant, qui ſine dubio adoptatum etiam non facta adoptione aſſumere potuiſſent, quod multò magis ex eadem ratione in electivo regno procederet. At inſtabis: Micipra Numidarum Rex cum Jugurtham adoptaret legitimam habuit prolem, nec Claudio Neronem adoptanti deerant, utriusque ſexus liberi ex juſto matrimonio procreati. Diether. *d. loco. th. 179.* Et ob id Clodium illum Pulchrum ſe in adoptionem dediſſe P. Fontero homini plebejo, ut tribunatum plebis aſſequi poſſet, ad quem magiſtratum non niſi plebei admittebantur, tradit Tiraq. *de nobilit. c. 15. n. 5. ad fin.* ℞. quædam vi & armis, quædam vero liberæ aſſumptioni eorum, qui hoc jus habebant, ut Senatui Populoque Romano vel Exercitui tribuenda, & ſi Imp. Juſtinianus à Juſtino adoptatus ejus ex ſorore filius ipſo vivente Imperatore Socius, Cæſar, & ſucceſſor adſcitus eſt.

Q. VIII. *Hinc controverſum eſt, an naturalis legitimatus legitimè genito præferendus?* 15

Id de legitimato per reſc. negatur, is enim non præfertur, quia Princeps Jus alteri quæſitum adimere non poteſt, *l. quoties. C. de precib. Imp. off. l. 4. & 5. ff. de natal. reſtit.* nec de plenitudine poteſtatis, quam contra Jura à quibusdam confictam non agnoſcunt. Covar. *3. var. reſ. 6. n. 8. Gail. 2. obſ. 56. n. 9. Pinell. ad l. 2. C. de reſerv. c. 2. rubr. Fachin. 7. cont. c. 49. & 50.* Nec obſt. I. quòd volunt legitimo Jus delatum ex diſpoſitione Juris Civilis & Feud. quod Jus Princeps tollere poteſt, *arg. §. pen. de l. natur.* II. Jus tantum quæſitum eſſe in ſpe, quod facilius reſolvitur, *l. fin. C. de acq. poſſeſſ.* Et III. quòd legitimando naturalem, Princeps tantùm tollat impedimentum, idque in conſequentiam vergat in aliorum præjudicium, multa autem in conſequentiam concedantur, *l. 1. de auth. præſt.* Ad I. Reſp. Principem Juri merè civili poſſe derogare, ſi cauſa tamen eſt. Reſp. II.

Juri

Digitized by Google

Juri publico, quod A. B. ordinavit, cum conſenſu omnium ſtatuum Imperii, Imperatorem derogare non poſſe, ceu l. fundamentalis ſit Imperii, quam in Capitulationibus ſe ſervaturum ſanctè promiſit. Ad II. *ut ſupra etiam dictum.* ℞. I. non tantùm ex Juris Civilis diſpoſitione ſed ex Jurej. & contractu primi acquirentis Jus quæſitum eſſe legitimis liberis & agnatis. ℞. II. hoc jus non ſolâ ſpe ſed in re quæſitum, quod auferri nequit, *c. 1. de alien. feud. pat.* licèt aliud fortè dici poſſet in Jure futuro incerto, quod non habet fundamentum adhuc de præſenti. Reſp. ad III. licèt Princeps removeat obſtaculum per legitimationis reſcriptum, id tamen ad ſucceſſionem in Electoratu ac Principatu non eſſe trahendum, niſi conſentiant quorum intereſt, *d. l. 2. 4. 5. de nat. reſtit.* Quamvis neceſſ. vel utilitate publicâ exigente, Princeps ad feuda aliqua legitimare aliàs poſſit, *juxt. Bart. inc. ad reprimend. V. non obſtantibus. X. de reſc. facit l. 51. V. multis ad l. aquil. l. ædificari C. de oper. publ. Vid. trad. ſup. c. 11.*

Caſus hujus quæſtionis formari potuiſſet in Philippo ultimo Macedonum Rege, qui duos poſt ſe reliquit filios Perſeum majorem natu, ſed pellice ortum, & Demetrium, quinquennio minorem, ſed juſta matreſam. natum, cui regnum ſpe indubia deſtinabatur, quid ſi autem Perſeus natalibus reſtitutus fuiſſet, hæc quæſtio nata fuiſſet, an Perſeus Demetrio præferendus? Id adde, quod ſi Prior naturalis per reſcriptum legitimatus potior eſſet, magna oriretur iniquitas, contra mulierem, quæ primo viro iſti nupſit, & aliter non fuiſſet nuptura, quam quia credidit à liberis ſuis cum viro naſcituris priores naturales excludendos, item magnum ſecundis legitimè natis immineret periculum, qui ſpe hujuſmodi juris poſteriores veneno tollerent, vel aliter interimerent, ut ad principatum devenirent, quæ colligo *ex dd. Tiraq. d. l pr. 30. q. n. 11.* Sed non ſunt hæc tanti momenti; niſi aliæ rationes etiam pro noſtra ſententia adeſſent, Ad primum enim dicitur imputari debere mulieri, quæ cum tali viro contraxit, & ſibi non proſpexit. Ad II. non poſſe omnia inconvenientia evitari, quæ etiam poſſent venire in plurimis legitimis, vel in legitimato per ſubſequens matrimonium, & legitime genitis, & in his tamen non attenduntur.

De legitimatis per ſubſeq. matrim. major eſt controverſia; nam multi & hos à feudorum 16
ſucceſſ. excludunt, *per c. naturales. 2. t. 27.* ubi generaliter de legitimatis textus loquitur, & licèt vulnus natalium per h. modum ſanetur, *c. tanta. X. qui fil. ſint leg.* manet tamen naturalitatis cicatrix: Et plus in ſucceſſione feudi diſpoſitio *c. naturales*, quam Juris canonici. *c. tanta.* valere debet, *per c. 1. §. legum. 2. feud. t. 1. de feud. cognit.* Sed tamen admittendum cenſet Covarr. & alii, quorum ſententia Cam. Imp. præjudiciis roboratur, *teſte Mynſ. Cent. 5. obſ. 52. Tiraq. de Jure prim. q. 34. n. 54. Geil. 2. obſ. 141. n. 2.* qui omnes hunc legitimatum non tantùm, ſi ſolus eſt, ſed etiam cum excluſione aliorum ad feudũ admittunt; Et quidem ſi legitimatio per ſubſeq. matrimonium præceſſit, nativitatem alterius legitimi, de iſtius legitimati prærogativam præ legitimo poſteà genito, minùs dubitandum exiſtimo: ut ſi pater ex concubina Mævium, qui contracto cum concubina per patrem matrimonio legitimetur, & deinde ex hoc thoro plures legitimi, ille præferetur, quia legitimatio jus radicatum tribuit ad ſucceſſ. primogenituræ, quod per ſubſequentem filiorum nativitatem ipſi non eſt adimendum; Quod ſi autem Titius ex concubinatu genito Mævio relictâ concubinâ ducat Bertam, ex quâ legitimè generatur Cajus, deinde mortuâ Berta redeat ad concubinam, & eam ducendo legitimetur Mævius, hic dubitatiſſimus in materia præſenti eſt articulus. Hoc in caſu veriorem ſententiam tradit Tiraq, *de Jure prim. q. 34. n. 4. Geil. 2. obſ. 141. n. 3. Roſenth. h. c. 7. concl. 18. n. 9.* legitimè primogenitum ex Berta primo nato Titio, & dein legitimato, potiorem eſſe, quia quantum ad effectum & aſſecutionem Juris, de quo agitur, verè & non fictè Cajus eſt primogenitus, nativitate & conditione legitimus, in qua prioritate radicatur Jus primogenituræ quod ipſi invito ſine facto ſuo per caſum ſupervenientis matrimonii cum priore concubinâ interverti non poteſt: & hanc ſententiam confirmat Gomeſ. *ad l. Tauri. 9. n. 64.* Non obſt. favor matrimonii & legitimationis *ex c. tanta*, qui facit, quòd legitimatus legitimè ex matrimonio genitus eſſe cenſeatur, *Nov. 89. §. reliquis* ℞. favorem illum non poſſe extendi in præjudicium tertii, cui jus quæſitum eſt, *l. cùm filiusfam.*

Digitized by Google

28. *in fin. de Teſtam. mil.* concurrit enim in Cajo ab initio utraque & duplex qualitas legitimitatis & primogenituræ jam radicata, quæ una tantùm fuit in legitimato prioritas, ſcil. nativitatis non conſiderabilis ob defectum alterius qualitatis, ſcil. legitimitatis, quæ licèt poſteà acceſſit, verè tamen ante non fuit *juxta Nov. quib. mod. nat. eff. leg. c. 1. §. Liceat. ibi. de cætero. & c. 2. ibi: hoc facto exinde filios frui tali ſolatio.* Ac licèt fictè cenſeatur Titius legitimus à tempore nativitatis, tamen hæc fictio translativa de tempore ad tempus nil immutat aut aufert alteri de jure quæſito: Eſt enim hæc legitimatio quaſi reſtitutio natalium, hæc autem non trahitur in alterius præjudicium, *l. 2. & 4. de nat. reſt.* At dices capacitas metienda eſt non à tempore nativitatis, ſed à morte, quando ſucceſſio defertur, *§. in extraneis, de hered. qual.* tempore autem mortis ea Mævio legitimato adeſt. Reſp. id obtinere in Jure, quod poſt mortem prius, ut eſt hereditas allodialis, defertur, ſecus in eo, quod per nativitatem radicaliter jam quæſitum eſt, ut in feudis receptum. Ob. II. quòd ob intermedium matrimonium prior, legitimatus dein, non poſſit dici natus naturaliter, ſed legitimè. ℞. Namque quod natus cenſeatur quoad effectum ſuccedendi, & hinc in bonis allodialibus ſecundum Jus Civile legitimum dici, & ſuccedere non tamen ad excludendum alterum à Jure quæſito. Ob III. Quod ei, qui ex legitimo intermedio matrimonio naſcitur, non ſimpliciter, ſed ſub tacita conditione, ſi ſcil. prior ex concubina genitus non legitimetur, Jus quæſitum ſit, *per ea quæ trad. Tiraq. q. 34.* adeoque conditio reſolvatur poſtea contracto matrimonio. ℞. Ejusmodi conditionem, nec expreſſam eſſe nec tacitam; ſi enim foret expreſſa, turpis eſſet, quæ in ſtipulationem deducit mortem conjugis. *arg. l. 6. de V. O.* adeoque tacita eandem turpitudinem contineret. Accedit quod legitimatus per matrimonium ad ſacros ordines promoveri & dignitates Eccleſiaſticas, Epiſcopatus, & ſimiles aſſequi poſſit, *c. tanta. qui fil. ſint leg.* ergo etiam primogenituræ capax erit, quod enim in ſpiritualibus conceditur, multo magis in temporalibus conceſſum videtur, *c. per venerab. X. qui fil. ſint leg. c. ſolit. de maj. & obed. c. duo d. ſt. 96.* maximè cum primogenituræ etiam ſit quædam dignitas, & cum iſta legitimatio ſit beneficium ſacramenti Matrimonii Jure Can. & Civili, etiam tributum merito latiſſimè interpretandum erit, *l. beneficium de conſt. princ.* ſicque legitimatio per matrimonium, majoris eſt efficaciæ, quam ea quæ fit per Principem, *Tiraq. d. quæſt. 34. n. 54.*

Q. IX. *Sed quid ſi plures legitimentur uno actu* 16
matrimonij?

℞. Seniori hoc jus primogen. tribui ſi nulli in jure quæſito fiat præjudicium. Licèt enim hæc legitimatio omnibus uno eodemque temporis momento accedat, ita ut nemo videatur prior tamen nativitate inſpecta prior erit primogenitus.

Q. X. *Quid ſi concurrit natus ex matrimonio* 18
putativo, qui propter juſtam ignorantiam pro juſto filio in uſu juris habetur, licet verè illegitimus ſit, fortè etiam ex inceſtu genitus cum nato poſtea ex vero matrimonio & legitimo?

℞. Illum eſſe potiorem, & præferri aliis poſtea legitimè natis, ſive ex eodem matrimonio ſublato ſcil. impedimento, fortè per diſpenſationem, vel alio modo; ſive ex alio. Ut ſi Cajus Elector cum Caja, quam ſolutam eſſe putabat, (quod & ipſa etiam probabiliter fortè credebat maritum mortuum eſſe, falſo perſuaſa) matrimonium contraxit, unde natus Sempronius, poſtea vero redeunte viro apparuit prius matrimonium nullum eſſe; ſi verò deinde mortuo; Cajus cum Caja de novo contrahat. vel aliam ducat uxorem, & liberos procreet, Sempronius tamen jure primogen. gaudebit præ aliis ex Caja poſtea, ulteriori Caii legitima conjuge legitimè genitis, Ratio eſt, quia ex putativo matrimonio geniti pro legitimis habentur, adeoque pro primogenitis; *c. 2. c. pervenit. & c. ten. X. qui fil. ſint legit.* * Hæc controverſia extitit aliquando de Comitatu Flandriæ & Hanoniæ inter liberos Margaritæ filiæ Balduini Imp. Conſtantinopol. *ut refert. Gudel. de I. Feud. part. 3. c 5. n. 10.* Quæ prioribus nuptiis conjuncta fuerat Auſcardo Aveſnenſi, Viro quidem Illuſtriſſ. proſapiæ, ſed ſacro Subdiaconatus ordine inſignito, & hunc ordinem ſemper profanis militaribusque officiis obtexerat. Poſteriores autem nuptiæ Margaritæ fuere cum Guilielmo Dapetro legitimæ: ubi poſterioris conjugi liberi objiciebant fratres uterinos eſſe natos ex illegitimo thoro, & nuptiis ab Eccleſia damnatis; contra verò

illi

Digitized by Google

illi ſe legitimos eſſe,& ordine naſcendi priores, adeoque ad utrumque principatum potiores: Et declaratum fuit per ſententiam Papæ ſeu ejus delegatorum priores eſſe legitimos ob probabilem matris ignorantiam cira impedimentum; quamvis Ludov. Rex Franciæ arbitrio ad ſe delato, ut negocium componeret, Hannoniam proli prioris thori, Flandriam verò proli thori poſterioris attribuit, unde hæ regiones antè unitæ disjunctæ bellis flagrarunt, donec tandem utraque ditio cum aliis ad Philippum Bonum Burgundiæ Ducem pervenit, *Gudilin. pag.* 85. *cum cit. add. Palaot. de noth.& ſpur.c.*9.*Cavalc. de uſuf. mulier relict.n.*230. *Jo. de Caſtillo. in tract. quot. com. Jus.*

19 Q. XI. *An nepos per ſubſeq. avi matrimonium legitimatus patre defuncto jure primogenituræ fratri ex legitimo thoro genito præferendus?*

E. g. Titius habet ex concubina filium naturalem, qui filius procreavit nepotem ex legitimo thoro, & ex altero filio legitimo adeſt nepos legitimus, mortua uxore filius ducit concubinam, ſicque nepos filium primum legitimat, adeoque nepos ex eo etiam legitimus fit nepos legitimè genito nepoti præfertur? Neg. tuetur Treut, *Vol.* 1. *diſp.* 2.*Th.* 7. *lit.* 8. *cum Tiraq. de loc. Fach.* 3.*Controv.* Quæſtio vicina eſt, quid ſi ex concubina quis ſuſcepit filium naturalem, qui poſtea cum uxore legitime ducta generavit filium legitimum, & naturali filio mortuo poſt mortem hujus Avus facit legitimari primum filium ſuum & ducit uxorem, cum qua generat filium, nepos vult ſuccedere jure primogenituræ contendens ſe legitimum eſſe ex filio primogenito primo natum, ante reliquos an admittendus? quod ex quæſt. præcedentis ratione negandum, quia agitur de ſucceſſione Avi cujus non fuit legitimus Nepos, ſed tantum legitimatus per reſcriptum, licet fuerit filius legitimus ſui Patris, Tiraq. *d. l. n.* 64.

20 Q. XII. *Quid ſi primogenitus claudus ſit, cæcus vel monoculus?*

Licet Claudus non dicatur ſanus, *l. item*, *Claudus d. Ædil. edict.* tamen hæc non eſt cauſa, ut Jus primogenituræ ipſi denegetur; & in alium transferatur. Sic Saturni tres filii Jupiter, Neptunus, Pluto, Patris Imperium ſorte diviſerunt, nec excluſus fuit regno maris Neptunus; licet utroque crure claudus, Tiraq. *q.* 17.*prim. opin.n.* 13. & mortuo Codro Athen. rege: orta controverſia inter Medontem ſeniorem filium claudum altero crure decurtatum, & Nellium juniorem, Apollinis oraculo Medonti claudo regni ſucceſſio adjudicata eſt: Ageſilaum quoque Regem Lacedæmon. claudum fuiſſe, *refert ex Plutarcho Tiraq. p.* 21. *n.* 13.

Q. XIII. *An autem Princeps, qui habet legis condendæ poteſtatem patri concedere poterit, ut ex pluribus filijs ſecundo genitum primo præferat, contra conſuetudinem receptam ut omnes liberos æqualiter vocet?* 21

Licet Princeps talis circa futuras ſucceſſiones diſponere poſſit, prout poſſunt ſtatutum, & conſuetudo, quæ Princeps etiam tollere poteſt, *l.* 2. *C. quæ ſit lin. conſ. c.* 1. §. *hoc quoque de his quæ Feud.* maxime cum jus primogenituræ non ſit ita ex Jure Divino, quin per legem contrariam tolli valeat, nec ſit lex moralis, ſed judicialis veteris teſtamenti, attamen ſi jam ex ſtatuto vel conſuetudine jus quæſitum ſit primo nato, id non poſſe, ex illis infertur, quæ dicta ſunt ſup. in cap. de regal. *& alleg. Tiraq. q.* 22.*&* 40.*per l. quoties. & fin. C. ſi contra Jus, velut. l.* 2.*§.ib. ne quid in loc. publ.&c.* Nec talis à feudi ſucceſſione repellitur *c.* 1. *an mut. Surd. vel. al. imp.* nec à militia, cum in bello non fugientibus, ſed permanentibus opus ſit, ſic melius eſt claudicare Regem, quam regnum, prædictis non obſtat, quod apud Perſas Cabadis Regis filius junior Coſroes prælatus fuerit in ſucceſſione regni filio majori Lamas dicto, quia hic altero oculo captus erat, *Procop. lib.* 1. *de bell. Perſic.* & tamen Perſarum lege regnum ſeniori deferebatur. ℞. Id factum ſpeciali lege Regni, qua fas non erat monoculum Regem conſtituere. Idem de monoculo probat Tiraq. *n.* 16. Sic Philippus Alexandri M. pater, cum Methonem oppugnaret, oculum amiſit, Rex tamen manſit, Plin. 7. *c.* 37. Nec facit in contrarium quod *in l.* 1. *§. caſum in fin. de poſtul.* dicitur, cæcum tenere quidem jam cœptum magiſtratum, aſpirare autem ad novum prohiberi, prout Appius Claudius ante in Magiſtratu conſtitutus, poſteà factus cæcus, conſiliis publicis interfuit, & in Senatu ſeveriſſimam dixit ſententiam, de Pyrrhi captivis non permutandis, *d. l.* 1. *§. Caſum.* ℞. Namque in Regnis & Electoratibus ante

Digitized by Google

ſæcula ex prima conceſſione & inveſtitura omnibus poſteris & primogenito Jus quæſitum, adeoque eum non tam aſpirare ad novum Jus obtinendum, quàm quæſitum ſervandum. Multo itaque magis idem de Monoculo affirm. qualis fuit Hannibal Dux Carthag. de quo Juvenalis:

Cum Getula ducem portaret bellua luſcum.

23 Q. XIV. *An Pater hoc jus primogenituræ in ſecundogenitum transferre poteſt?*

Id negandum tam per actum ult. vol. quam inter vivos. Ratiô eſt, quia hoc jus ſenior habet non beneficio patris ſed ſuperioris, Legis, vel conſuetudinis, & jure publ. quod unius patris privato arbitrio convelli non poteſt, *l. jus publ. de pact. facit l. fi. arrogar. §. ſed impub. de adopt.* ibi cum non ex judicio patris ſed providentia principali hæc quarta arrogato ſit debita; Ideo non obfuit Carol. VII. promiſſio à patre facta cum Henrico Angliæ Rege in ſponſalibus cum Catharina initis, ſed iis non obſtantibus regnum obtinuit Anglis expulſis, *Gudelin. p. 3. de Feud. c. 4. n. 8.* Apud Juſtinum quoque lib. 34. legitur Pruſiam Regem Bithiniæ cum conſilium ſuſcepiſſet interficiendi Nicodemi primogeniti, pro minoribus filiis ex ſecunda uxore ejus Noverca ſuſceptis ipſum Pruſiam patrem & vita privatum. Objicitur quod David in regno prætulit Salomonem juniorem Adoniæ natu majori, *3. Reg. 1. & 2.* Item Roboam Salomonis filius Abiam minimum cæteris præpoſuit, *2. Paralip. 11. & fin.* Henricus IV. Imper. juniorem filium Henricum V. poſtpoſito Conrado primogenito Aquisgrani coronari fecit, quod ſe contra patrem inito cum hoſtibus fœdere armaſſet, Tiraq, *de jur. publ. q. 21. num. 1.* Fridericus Imp. Anno 1235. Ratisbonæ filium Henricum parricidii damnatum regis titulo privavit, & Minorem natu Conradum Cæſarem pronunciavit; inter Electores quoque Fridericus I. Elector Brandeburgicus, Anno 1441. moriens prætorio Joanne primogenito Fridericum II. genitum ad Electoratum evexit, tanquam aptiorem; ℞. juſta interveniente cauſa id non eſſe illicitum, ut ſi ingratus fuit, vel indignus aut ineptus ſenior; Hinc teſte Juſtino *lib. 16.* cum Ptolom. Rex Ægypti primus ejus nominis regnum tradidiſſet, minimo natu ex filiis ejus rei populo rationem reddidit, ex quo colligitur non ſine probabili ratione id factum, ea verò ceſſante non eſſe conceſſum, prout idem Juſtinus *lib. 39.* refert: cum Cleopatra ad regnum vocaret Alexandrum natu minorem filium quòd ei Ptolomæus conceſſerat, populus id non admiſerit ſed eam compulit Ptolomæum natu majorem deligere.

Q. XV. *An cauſa ſit, ſi filius primogenitus demens ſit, vel furioſus?* 24

℞. Licet in allodialibus hic cum reliquis ſuccedat, ſecus tamen eſt in Regno, Electoratu, &c. Poterit ergo etiam pater alium ei præferre, ita tamen ut ſi ex ſeniore furioſo adſit nepos hic ſecundogenito præferatur, quod jus non tantum locum habet primogenito præmortuo, ut infra tradetur, ſed etiam eo vivente, & inhabili, cùm paria ſint in ſucceſſionum materia non eſſe in rerum natura, & eſſe, & à ſucceſſione repelli, ut locus fiat filio repulſi, *l. 1. §. fin. de bon. poſ. cont. tab. l. ſi necem. §. ſi deportatus, de bon. libert. quas allegat. ad hoc Tiraq. q. 23. n. 15.*

Q. XVI. *Quid ſi primogenitus mortuus ſit ante patrem Electorem relicto filio, & ſic concurrat nepos ex primogenito, cum filio ſecundogenito, uter ad Electoratum admittetur?* 25

Pro nepote eſt text. apertus *in A. B. c. 7.* quam ſententiam multis argumentis & exemplis illuſtrat, Tiraq. *q. 40.* Roſenthal verò *c. 7. concl. 26. n. 12.* adeò difficilem eſſe dicit, ut Nili potiùs originem quàm ejus veram deciſionem inveniri poſſe exiſtimârit. Tiraq. *n. 7.* altiſſimum pelagus vocat, cujus vix fundum reperies: Baldus *in l. cùm antiquioribus. C. de Jure delib.* poſt multa in utramque partem adducta, eam indeciſam reliquit, dicens: Solvat Appollo. Firmianus *in ſuo repertorio. verbo Nepos.* refert, Ottonem Imp. Judicio gladiatorio hanc quæſtionem commiſiſſe, & nepotem evaſiſſe victorem. Refertur quidem de Bonif. Papa, quòd pro Roberto Rege Siciliæ pronunciarit in regno Apuliæ contra nepotem ex fratre Carolo primogenito Caroli Marcelli, ſed ajunt eum fuiſſe magis partialem quam Apoſtolicum, *Jacob. de S. Georg. in verb. Feudum pag. 7.* quod idem innuit Bald. *in l. hoc Jure de I. & I.* vel reſpexiſſe ad prudentiam Roberti, qui fuit alter Salomon: Ipſe Robertus tamen in negocio Comitatus S. Severini aſſidentibus multis ſapientibus pronunciavit pro nepote

Digitized by Google

nepote contra Patruum Tiraquel. *q.* 40. *n.* 9. quicquid aliquando factum in regno Neapol. *Gudelin. de Feud. p.* 3. *c.* 4. *in fin. Engelb. de ſucceſſ. in Elect. aſſ.* 83. In Anglia Eduardo Regi Richardus ex Eduardo filio primogenito ſuffectus eſt nepos poſtpoſitis aliis tribus Eduardi liberis, Tiraq. *n.* 13. Ea enim eſt conditio primogenituræ, ut gradatim deferatur primogenitis in linea rectâ ex mente legis, vel conſtituentis, qui ut ſemel filium alteri prætulit, ita omnes ex eo deſcendentes prætuliſſe cenſetur, *l. cùm avus.* 102. *de Condit. & demonſt.* & ſic in Feudo quod ſemel ad aliquem pervenit, id obtinet, ut in ejus linea maneat, quamdiu in ea ſuperſunt habiles, 2. *Feud. t.* 50. Prout ex Juris communis diſpoſitione nepos patrem repræſentat in ſucceſſione, *Nov.* 118. *c.* 1. Non obſtat, quòd juxta nominis notationem Jus hoc competit primo nato, talis autem videtur ſecundus filius, ſi ſcil. naſcitur ante nepotem ex filio, & eum ætate ſuperet, & ſic ſecundus videbitur primus, primo ſublato. Reſp. Quòd ſicut nepos gradum patris ſupplet, ita ejus perſonam in proximitate repræſentet, quaſi viventem & præſentem ſiſtendo, cum parentes cenſeantur vivere in liberis, *l. in ſuis. de R. I. ita Arum. Buxtorf. & DD. Communiori calculo.* Idem oſtendit Paſſerin. *in c.* 1. 2. *de ſuppl. negl. præl.* ubi Innocentius IV. Papa dedit Coadjutorem Regi Portugalliæ Sanctio ſine ejus, & Regis liberorum præjudicio Alphonſo Sanctii fratri, præſuppoſuit enim Papa Regis filiis jus eſſe ad regnum præ patruo ipſorum, *add. Klock. de Ærar. lib.* 2. *c.* 38. Porro, An hæc conſuetudo, vel lex admittens primogenitū etiam liget Clericos, prout A. B. excludit ab hoc jure in El. Clericos & ſolos Laicos admittit, dubitatur: ratio negat: quod ſtatuta Laicorum non ligent Clericos nec res ipſorum *c. qui in Eccleſiarum, & c. Eccleſia S. Mariæ. de conſtit. c. fin. de reb. Eccl. non alienandis,* maximè quæ tendunt in odium Cleri. *auth. Caſſa. C. de SS. Eccl. Conſt. Frider. II. in fine Corporis. §. item nulla.* cùm Clerici cenſeantur majores & digniores Laicis, Inferior autem in ſuperiorem ſtatuere, eumque ligare non poteſt, *c. cum inferior. de major. & obed.* Item ſtatuta tantum ligant ſubditos, Clerici autem laicis non ſunt ſubditi, nec etiam ſe ipſis ſubjicere poſſunt, *c. ſi diligenter. de foro comp.* Contrarium tamen ſuſtinet & probat Tiraq. *q.* 43.

Q. XVII. *Quid ſi Electoratum ſæcularem aliquis poſſideat, an adhuc tanquam proximus agnatus in alio ſuccedere, & ita binis officiis Electoralibus inveſtiri & fungi poterit?* 26

Pro neg: facit, quòd patrem & filium ſimul EE. eſſe non conveniat, ergò minùs unus idemque princeps ad duos Electoratus admittendus. Antecedens probatur exemplo Sigism. Imp. qui Ludovico Palatino & Friderico Brandeburgico aperti Saxonici Electoratus inveſtituram ſuis filiis petentibus, reſpondit, ſe promptum quidem eſſe ornandi filios ipſorum, ſed moveri pietate in Deum, & amore in Remp. ne jus majorum ſuorum violaret, aut antiquum Imp. ordinem convelleret, quo receptum, ut pater & filius non eſſent ſimul Electores, cujus ratio eſt, ne ſanguine & affinitate nimis conjuncti in ſenatum recipiantur; & votorum libertas privatæ neceſſitudinis conſpiratione excludatur, quæ ratio magis militat, ſi idem duos Electoratus & duo vota haberet. Accedit quod de numero ſeptenario EE. ſupra d. eſt pro affirm. facit quòd Sigism. Rex Bohemiæ eodem tempore Regnum Bohemiæ & Brandeb. Electoratum poſſediſſe legitur, *ut notat Goldaſt. in* Kayſers Sigismundi Bekandtnuß. § Und wiewohl. *pag.* 103. quod etiam de Carol. IV. qui Marchiam ab Ottone V. Marchione 200000. Ungaricis emit, & de ejus filio Wenceslao dici poteſt: Hunc quoque Ludovici I. Marchionis tempore, cum tranſlatione Patavina ei ſuffragium ſeptemvirale cum conſobrinis Rudolphi I. Palatini filiis à patre Ludovico Bavaro Imp. aſſerebatur, duobus ſuffragiis in Collegio Electorali auditum fuiſſe, dici poteſt. Non obſt. quod de numero ſeptenario *in A. B.* ſancitum, quia ille hoc caſu manet nec minuitur, & cùm una perſona duobus ſuffragiis ac duplici Jure utitur, prout nunquam hic defectus Friderico V. Palatino E. objectus fuit, cùm in Regem Bohemiæ aſſumeretur; Quia rationum verò momenta in utramque partem non deſunt; hanc Q. aliis libentiùs decidendam relinquo, meum judicium nimis exiguum in hac tam ardua quæſt. ſuſpendens, *cum Schütz. diſp.* 7. *de diviſ. ſtat. Th.* 15. *lit. d.*

Q. XVIII. *Priori affinis eſt & ſubſervit; An pater & filius ſimul collegio Electorali aſſidere poſſint?* 27

Digitized by Google

frido III. Duce Brabantiæ, ſeu jus curatoribus, ob rebellionem natu maximi: prout Eſau frater ſenior juniori Jacob obedire debuit, vendita primogenitura; In filiis quoque Jacob Joſeph fratri minori reliqui parere debuerunt, etiam inviti. Guevar. *in horol. princ. lib. 1. c. 28. pag. 104. & 105.* Sed hæc ſingularia non ſunt trahenda in conſequentiã.

3 Ad hæc firmior manet terra, ſi per unum regatur & indiviſa maneat, quàm ſi per portiones diſtribuatur inter plures, *c. major. de præb.* Vileſcunt enim crebrâ diviſione illuſtres familiæ, & præter nomen dignitatis tandem nil retinent, *arg. l. 2. C. quando & quib. quarta pars. Vult. 1. Feud. c. 8. n. 36. Tiraq. q. 3. de jure primog.* Subditorum adhæc intereſt pluribus non ſubjici dominis ex d. Chriſti. Nemo poteſt duobus dominis ſervire, &c. juxta illud vulgatum:

Sole necor ſolo, quid ero ſi creaverit alter?

Schü'z. de Vicar. Imp. Th. 15. hinc & Jure feudorum feuda regalia diviſionem reſpuunt, *Vult. de feud. lib. 2. c. 8. n. 38. Verſ. omne igitur*, quod ipſe quidem ex ſola legis diſpoſitione procedere docet, ſed ex ipſa rei natura fieri vult Klock. *de Ærar. lib. 2. c. 37. n. 1.* propter dignitatem, quæ ſit indiviſibilis quodve non poſſit manere dignitas Ducatus & Principatus, ſi ejus corpora dividantur, eo quod individuum, etiam dicatur id, quod difficulter dividitur, *l. apud Julianum. in fin. de leg. 1. l. uopos de V. S.* per diviſiones autem atteritur, exhauritur, attenuatur dignitas, eſtque dignitatum reverſio. *c. majoribus. c. dilecto X. de præb. Gail. 2. obſ. 153. n. 2.* Ut proinde aliud ſit in privata ſucceſſione, ubi potiſſimum ſpectatur ſuum cuique tribui, cum in publico ſalus populi ſuprema lex ſit; per diviſiones quoq; ac ſubdiviſiones, ut inſinuatũ, *ſub num. 4.* in comitiis & Conventibus Imperii, & Circularibus vota multiplicantur, per diſcrepantiam concluſa tardantur, unitas Provinciarum diſſolvitur, poſſeſſores mutantur, Matricula Imperii confunditur, penſiones & exactiones redduntur incertæ, Fiſcus Imperii variis exactionum vicibus, & particularibus ſolutionibus oneratur; Gail. *de obſ. 135. n. 3.* Ac licet matriculæ per hoc nihil decedat, grave tamen eſt à pluribus petere, quod ante unus debebat, quando autem diviſioni locus non eſt, unus Fiſco onera præſtat, poſſeſſor domus gentilitiæ. Reichs-Abſchied, *de Anno* 1578. §. bey dem/ ꝛc. Item poſt diviſionem Principes apud ſubditos vileſcunt, & quia natura quaſi unius principatum docet, *c. in apibus. 7. q. 1.* diviſio & multitudo naturæ inimica, ac adverſa videtur: Et ſi tres fratres, ſeu lineæ dividant, dein ex ſingulis lineis plures ſubdividant, vix Comituli erunt, vel domicelli, qui ante Principes, Comites, aut Domini erant, ſicque familia deſtruetur. Nec ergo ſine magno myſterio ordinatum, ut in una familia unus ſit paterf. ut populo nobili unus imperet civis, unicam provincia præſidem habeat, ab uno rege gubernetur regnum ampliſſimum, exercitus validiſſimus uni pareat duci, unus ſit omnium Imp. & Monarcha: Sic Jacob & Eſau, filii Jacobi & Eſau licèt iisdem eſſent geniti parentibus, ex prioribus tamen divina providentia alterum imperare, alterum obedire, alterum abdicare, alterum heredem eſſe primogenituræ voluit; Joſepho quoque reliqui undecim fratres invitos ſervire & obedire fecit, ſic experientia docet multas beſtias ſola hominis intelligentia regi, cui non homines ſæpe beſtiâ deteriores, imò fœminas ad imaginem DEI conditas viris parere Deus voluit. Cur non viri qui aliquando minus quam aliquæ fœminæ ſapiunt, imperio ſapientiores ſubditi ſint, quia autem homo animal ſociale eſt, ſocietas verò invidiam, hæc diſcordiam, hæc bellum hoc tyrannidem, quæ rempubl. diſſipat, unde omnium periclitatur vita, hinc neceſſe eſt unum præ omnibus elevari, quod fundamentum primogenituræ eſt, *V. Guevar. in horol. lib. 1. c. 28. n. 108.* Nec ſecundo genitus rationem querelandi habet, incuſet potius ordinem naturæ, quæ ipſum priorem non produxit, reſpiciat alios ſe infeliciores, 3. & 4. geniture, ac omnes ſorores, quin & alios inferioris conditionis nobiles & ignobiles, & ſi fortuna volet, fiet de ſecundo primogen. ut de Rhetore Conſul. * Tenetur tamen primogenitus fratribus pro dignitate alimenta conſtituere, *A. B. t. 24. ibi.* §. Sich gütlich und mildiglich beweiſen gegen den andern Brüdern und Schweſtern nach Gnad/ die ihm GOtt gegeben hat/ und nach Vermögen ſeiner vätterlichen Güter/ *facit l. 5. §. 7. 10. 19. de agn. lib. 1. §. 1. de Ventre inſp.* 9

Abraham quoq; primogenito hereditatem, cæteris pecuniam dedit, ſeque vivo à ſe dimiſit. Spring. *in tract. de appennag. c. 1. n. 6.* ubi in originem

hujus

Digitized by Google

hujus vocis appennagium inquirit, *n. 9. ſeq. ad Speid. verbo.* abgeſundene Herren. plures autem à pane derivant, quaſi ſit panis proviſio & alimentum neceſſarium, nam panis nomine omne alimentum venit; juxta illud, non in ſolo pane vivit homo concordante oratione Dominica: Panem quotidianum, &c. quam derivationem licet rideat Berſius *de pact. famil. Illuſt. f.* 333. eam tamen probat Springſ. *d. c. 1. n. 12.* cauſa autem impulſiva appennagii æquitas eſt, & obligatio naturalis, cum iniquum foret primogenito ad ſucceſſionem admiſſo reliquos fratres ad mendicitatem redigere vel omnibus honoribus privare, ut Turcarum Reges faciunt. Bodinus. *lib. 6. de Republic. cap. 5.* vel occidere, ut Abimelechus ſpurios fratres 69. mactavit, ut ſolus regnaret, Berdebocus Rex Tartarorum fratres 17. ſimili cæde necavit anno 1570, Attila quoque fratrem ſuum Budam propriis manibus occidit, quod inter Arcana Imperii Turcici numerat Clapm. *3. de arc. rep. c. 2.* licet hæc ratio impia ſit; ſimile eſt, ſi fratres relegentur, vel oſtraciſmo ſubdantur vel carceri includantur poſtgeniti, uti Principes Æthiopum Regiæ ſtirpis, quos Iſraëlitas vocant, ut qui à Salomone, & Regina Saba ſeſe deſcendere putant, in altiſſimo monte Anga, & arce munitiſſima concluduntur. Sic Joſaphat Rex Judæorum primogenito relinquens regnum cæteris filiis aurum argentum & res pretioſas dedit cum munitis urbibus, quò honeſtè viverent, *2. Paral. 21.* Et hinc natum eſt in Francia Jus appennagii, *de quo Chopping. de dominio Fran. lib. 2. t. 3.* Eodem modo Cambyſi primogenito Cyrus regnum reliquit, Tanandi alia quædam minutiora, quod Jus hodie etiam in aliis diverſis principatibus Imp. obtinet, Sic Jo. Wilh. Dux Jul. Cliviæ, & Montium, ſolus ſuccedens excluſis IV. Sororibus I. Eleonora nupta Marchioni Brandeburgico. II. Anna nupta Neoburgico, III. Magdalena nupta Bipontino, IV. Sybilla nupta Carolo Marchioni Burggraviæ, ſingulis ſororibus ſuis pro alimentis dedit bis centena millia flor. aur. Rhenenſium, idem Limn. *de j. pub. lib. 5. c. 10. n. 6. 7. 8.* apud Gallos, Hiſpan. Anglos, Ungaros, in Apulia, Sicilia, Subaudia, Inſubria, & apud Judæos, olim uſitatiſſima res fuit & adhuc eſt. Congrua autem alimenta aliis fratribus conſtituere & filias dotare lex naturæ imperat, etſi ſtatutum, vel conſuetudo id non exprimat, *Laudens tract. de primogen. col. 7. verſ. ult. arg. l. 1. de tut. & rat. diſt.* ita ut conſuetudinem, quæ nihil iis relinquit, diabolicam, & invalidam eſſe dicat Afflict. *ad c. Imperiales in pr. n. 7. & ſeq. de prohib. Feud.* Non obſtat prædictis, quod Childericus Rex Galliæ XVIII. ad Monachiſmum relegatus ℟. id factum ab ordinibus ob inertiam, Prout & Carolus Magnus in pœnam conjurationis contra ſe factæ filium naturalem Pippinum Monachiſmo mancipavit, alias autem reprehendi parentes, qui liberos invitos ideo in monaſteria detrudunt.

Q. I. *Quis dicatur primogenitus?*

℟. Qui primo natus eſt, etſi nullus eum ſequatur, *l. Joſeph. de V. S. ad num. 18. ibi:* quicquid primum erumpet è vulva. Sic ſi ſub titulo tantùm eſt unica lex rubrica allegari poteſt, *l. 1. Tiraq. q. 1. n. 5.* Et primus eſt, ante quem nemo eſt, non tantum qui ante aliquem eſt, *l. qui duobus in pr. de vulg. ſubſt.* uti ſupremus, poſt quem nemo eſt, *l. qui duos de reb. dub. l. proximos. & l. Vulgari, de V. S. l. 2. §. legitima. de ſuis & legiti:* prout & primum decretum dicitur etſi ſecundum non ſupervenerit, *Tiraq. d. q. 1. n. 5.* Non tamen ſatis eſt ad primogenituram, ut quis prior manum protulerit, niſi & totus naſcatur, *per text. Geneſ.* 38. ubi cum Thamar geminos pareret, Zerach prior manum extulit; in qua obſtetrix putans eum prius naſciturum filum rubeum ligavit, ut hinc dignoſceretur, ſed præter opinionem aliter evenit, illo enim manum retrahente Phares antevertens prior extitit, & primogenitus habitus eſt, eique Deus tribuit principatum, ex quo genus Regium, & David poſtea proceſſit. Licet autem alias conceptus pro nato habeatur, *l. qui in utero de ſtat. hom.* hic tamen nativitatem attendimus, cum tempus prioris conceptionis non ſciatur, & plures uno impetu naſci non poſſint, *l. Areſcuſa ff. de ſtat. hom.* una tamen ſeminis jaculatione concipi valeant, & ita fieri apud rerum naturalium curioſos indagatores in confeſſo eſt, & licèt ex uno quidem concubitu ſi non uno jactu etiam, ſed pluribus jaculationibus plures nonnunquam concipiantur pro numero jaculationum, nemo tamen dicere poteſt, quis ex 1. 2. aut 3. jaculatione conceptus ſit, ut proinde neceſſa-

Digitized by Google

rio ex nativitate hoc totum judicare oporteat. Idem dicendum, ſi mulier poſt conceptionem & concubitum ſuperfœtet Ariſtoteles, *7. de hiſt. anim. c. 4.* ubi ita conceptos Herculem, & Iphiclem ex diverſis parentibus ſcribit, *l. cum quidam, §. ſuum heredem de acquir. hered.* & tam multa recenſeri, ut fabulis accenſeri poſſint, traditur *in l. antiqui. ff. ſi pars hered. petatur*, ac licet S. Auguſtinus *de Civit. Dei. 5. c. 6.* ſuperfœtationem negaverit, quem propterea taxat Baptiſta Pius, *cit. à Tiraq. q. 1. n. 9.* tamen Ludov. Vives *loc. cit.* eum excuſat, Auguſtinum reſpexiſſe ad id, quod frequentiſſimũ eſt, non quod rarius fit, ſed & hic dicat Apollo, quis ex priore conceptione & poſteriore ſuperfœtatione prodierit, quin imo ſi deprehendi poſſet conjectura quædam certa, quod tamen difficillimum eſt, quis prior conceptus eſſet ex geminis, & ſic conſtaret, qui poſterius exivit ex utero prius conceptum eſſet is tamen jure primogenituræ gaudebit, quis prior natus eſt, *Tiraq. d. n. 9. in fin.* quamvis nonnulli Hiſpani poſterius natum primogenitum eſſe voluerint, ſumpto ſimilitudine ex lapidum fodinis, quod poſterior lapis effoſſus prior ſit eo, qui ex lapicidinis primum eruitur, Zeiler *in Hiſpan. c. 1. §. de veterum. 8. 16.*

Q. II. *An & qualiter Jus primogenituræ, & majoratus differant?*

Licet in genere pro eodem accipiantur, cum & majoratus communiter conſtitui dicatur, ut bona in familia conſerventur unita, prout & jure noſtro major & minor pro ſeniore, & juniore reſpectivè accipiuntur, *l. ſi paterf. §. fin. in fin. de adopt.* ubi dum major minorem adoptare non poteſt, nil aliud intelligitur, quàm quod Junior non poſſit adoptare ſeniorem, ſed adoptans adoptandum ætate 18. annor. præcedere debeat. *§. minorem Inſt. de adopt. Tiraq. d. q. 1. n. 12. Springſ. de Appenna. c. 5. n. 6.* & ita quoque uſurpatur vox majoris in ſenſu ſenioris, *Geneſ. c. 19.* & ingreſſa eſt major, dormivitque cum patre, *& c. 27.* vocavit Eſau filium ſuum majorem, *& 29.* habebat Laban duas filias, nomen majoris Lia. Quid quod ex duobus Apoſtolis Jacobis unus major dictus, licet ſtatura minor eſſet, quia priori tempore ad Apoſtolatum erat vocatus, alter minor licet ſtatura major, quia poſt eum vocatus erat; licet aliquando tamen pro declaratione, & cautela addi ſolet major natũ, *ut in l. qui cum majorem natu. de oper. l. 6. §. minorem. de adopt.* in ſpecie tamen inter primogenituram & majoratum hanc differentiam ponit Springſ. *d. loc. n. 7,* quod in illa genitura, in hoc ætatis prærogativa attendatur, & ille ad ſucceſſionem vocetur, in hoc poſt mortem poſſeſſoris in familia ætate major eſt, non qui primogenitus reperitur, quod in primogenitura jus repræſentationis obtineat, non item in majoratu; quæ conſideranda relinquo cum remiſſione ad Springſ. *d. loco pag. 97.*

Q. III. *An antequam primogenitus hoc jus uſurpet, prius debeat deduci legitima filiorum ipſis Jure naturæ debita?* 10

Affirm. hoc quidem Molin. *ad conſ. Pariſ. §. 8. gl. 4. n. 5. & lib. 2. c. 1. n.* 10. Attamen contrarium in curia Pariſ. ſervatum refert Papon. qui tradit primogenito Jus ſuum integre deberi, etſi nulla alia bona ſuperſint, eo quod filii poſſint privari legitima ex cauſa ob bonum publicum etiam ſine culpa.

Q. IV. *An hoc jus primogenituræ competat filio nato, antequam pater Electoralem dignitatem obtineret?* 11

Quæſtio hæc antiqua eſt orta inter filios Darii Xerxem & Artobazanem: cum enim Darius contra Græcos & Ægyptios exercitum pararet, ex lege autem regni ſucceſſorem prius declarare oporteret, Artobazanes natu maximus, hoc ſibi vindicavit, Xerxes ſe primo Rege natum eſſe dicebat, & patre jam regnum tenente. Artobazanem verò rege adhuc privato; quo motus Darius Xerxem Regem declaravit, Herod. *in t. in Polymn. lib. 7. pag. 272.* Verùm cùm non exemplis ſed *ll.* judicandum ſit, Electoratum, ad primum pertinere probatur *per l. 5. de ſenat.* ubi dicitur ſenatoris filius etiam qui ante Patris ſenatoriam dignitatem procreatus eſt, ratio, quia non oportet liberis invidere paternos honores, *l. ſenator. 11. C. de dignit. lib. 12. Duar. 2. an. diſt. c. 29.* facit, *l. 50. d. bon. lib. junct. l. 7. vide l. Tiraq. q. 31. Treut. vol. 1. diſt. 19. Th. 16. lit. A.* Cœpit enim filius ante natus, patre poſtea creato Rege ſtatim eſſe filius regis, procul dubio regnaturus, ſi nulli liberi poſtea ſuſcepti eſſent, quo Jure eum propter natum poſtea filium privari abſurdum eſt, *l. 7. de bon. lib.* Accedit, quòd jus regnandi quæratur non tam ex ſucceſſione, quam tacitâ quâdam electione populi

vel

Digitized by Google

vel ejus qui Jus hoc habet conſentientis in ſucceſſionem liberorum, quia præſumuntur paternarum virtutum fore imitatores, quæ populi voluntas in jam natos Electi vel aſſumpti Regis E. aut Principis filios certius præſumitur. Demum ſucceſſio conſideranda eſt poſt mortem ejus, cui ſucceditur, & reſpicitur id, non quod prius eſt ſed quod tum eſt, *l. 16. de adil. Ed.* maximè quia EE. Jure primæ & ſimultaneæ inveſtituræ ſuccedunt, Schütz. *diſp. de diviſione ſtat. Th. 9. lit. 6.* & hæc ſola eſt præſentis Q. regula *c. un. §. fin. ibi. Niſi hic fuerit expreſſum. de ſucceſſ. Feud. 1. F. 8. Vult. 2. Feud. 3. n. 16.* ita ut nec poſt adeptum Electoratum nati admitti poſſent, ſi inveſtitura repugnaret; *c. un. §. 3. ibi. Niſi ſpecialiter, de his qui Feud. dar. 2. f. 2. Geil. 2. obſ. 5. n. 15. & de p. p. lib. 2. c. 13. n. 4.* Imò aurea B. nullam temporis diſtinctionem exprimit adeoque temerarium foret, ſine juris authoritate talem primogenitum excludere, *c. is qui 18. de ſent. ext. in 6.* Et hanc ſententiam conſuetudo optima ll. Interpres firmat, ſic Bela II. Ungar. Rex cum privatus filium Geiſam, & poſtea Rex factus, Ladiſlaum filium ſuſcepiſſet, Geiſa ante Regnum natus fratribus patre Rege natis antepoſitus eſt. Nec profuit Cyro allegatio exempli Xerxis *ſupra d.* quin ejus frater ſenior Artaxeres patre nondum Rege natus regnum Perſiæ obtinuerit, Gudelin. *part. 3. F. c. 4. n. 11.* alia exempla ex Judæa, Italia, Ungaria, Romanoque Imp. recenſet Harprecht. *ad p. l. de Hered. ab int. n. 150. ad Forſter. de ſucceſſ. lib. 4. c. 24. pag. 350.* Sic Chriſtiano primo Electori Saxoniæ ſucceſſit in Electoratu ſenior filius Chriſtianus II. patre nondum Electore natus, eo vero mortuo admiſſus fuit Joan. Georg. ad Electoratum, patre Chriſtiano I. jam dudum E. natus, *Celer. de Jure Imp. Germ. ſect. 32.* Sic & Carolo II. Regi Galliæ, priusquam regnaret, natus erat Ludovicus, qui tamen imperium ſine controverſia conſecutus eſt, tametſi Carolum fratrem haberet Rege natum, atque ita judicaſſe etiam Senatum Mechlinienſem refert Chriſtinæus *vol. 1. de. iſ. belg. deciſ. 366. n. 21. & 22. add. Sprngſ. dd. Appennag. c. 3. n. 2. 257.* Licèt cùm Otto II i. Anno 937. ab Hildeberto Electore Moguntino jam conſecratus eſſet, frater ejus Henricus turbas fecerit ex hac ratione illum Ducem, ſe Regem natum, eſſe nil tamen effecit. Rurſus de Herode Rege traditur, quod poſtpoſitis Alexandro, & Ariſtobulo ſuis & Marianæ filiis ſucceſſorem in regno deſignârit, Antipatrum ante principatum cum privata uxore genitum. *Tiraq. loc. c. n. 11.* atque ita in ſimili conceſſa Comiti Palatino facultate legitimandi exceptis filiis Comitum, ſi quis ante matrimonium ſuſcepit filium naturalem, talis à Comite tali Palatino legitimari nequit, tanquam filius naturalis comitis, etſi ante comitivam dignitatem natus. *Tiraq. d. loc. n. 18.* Et prædicta reſponſio ad quæſtionem principalem minus habet dubii, ſi regnum vel Electoratus eſt avitus, & avo regente filius contracto matrimonio generet Nepotem, dein mortuo Rege vel Electore avo poſtquam ſucceſſit plures, nam iſte prior patre nondum Electore natus ab avo primo acquirente radicaliter iſtam dignitatem accepit, prout in feudis ſucceditur primo acquirenti, licèt ad hunc caſum reſponſio reſtringi non debeat, *Tiraq. n. 24.* Imo obtinet etiam in filio, quem quis privatus genuit ex concubina qui poſtea factus Rex, vel Elector concubina ducta alium legitimè generavit, ut ſcilicet prior privatus, dein per matrimonium legitimatus ſecundo præferatur *Tiraq. n. 25.* quod etiam filiis ante paternam nobilitatem natis applicat *Tiraq. in tract. de nobil. cap. 15. n. 7.*

Q. V. *An hoc Jus primogenituræ in omnibus EE. ditionibus obtineat?* 12

℞. Neg. Sed niſi ſpecialiter jus primog. receptum alias ditiones æqualiter inter EE. liberos dividendas; Et quidem, ſi ſint allodialia bona inter maſculos & fœminas, ſi Feuda propria inter omnes filios maſculos, quia regulariter Feuda dividuntur, *c. 1. §. 2. quem Feud. am. c. 1. de nat. ſucceſſ.* & hanc ſententiam notoriâ Germaniæ conſuetudine probari dicit Vult. *1. de Feud. c. 8. n. 38. Geil. 2. obſ. 153.* adeò ut in Feudis diviſioni ſubjectis filiis invitis pater necjus primog. erigere, neque uni majorem partem aſſignare poſſit, *c. 1. de ſucceſſ. Feud. ubi DD.*

Q. VI. *Quid ſi primogenitus juri ſuo renunciet, ſi deportetur, religionem ingrediatur, clericus fiat in major. ordinibus ſe indignum ſe reddat ex gravi cauſa?* 13

℞. Omnibus iſtis caſibus ſeq. in ordine primogenituræ admittetur. De repudiatione tradit Laudenſis *in tract. de l. prim.* hanc rationem quod

Digitized by Google

quod ea rem in iſtum ſtatum deducat, ut retro nunquam ei jus acquiſitum videatur vel delatum, *l. 1. §. utrum autem v. quamvis. Si quid in fraud. Cred.* In deportato ratio eſt, qui paria ſunt, prius natum non eſſe, ſive non extare, & extare quidem, ſed ad ſucceſſionem inhabilem, *l. 6. §. 1. de bon. libert. l. 17. de inoff. teſt.* Talis autem eſt deportatus, *l. 1. C. de hered. Inſtit.* De religioſo facto, *Molin. 2. §. 8. gl. 1, n. 27. & §. 10. n. 29.* & ita Baldus dicit fuiſſe determinatum in regno Arragoniæ, cùm Ludovicus Regis primogenitus ſe ſodalitio S. Franciſci addicâſſet, Tiraq. *de Jure prim. q. 3. n. 8. de Clericus eſt text. A. B. rotundus & vulgatiſſimus.* In indigno hoc jure receptum, ut dignitas, quæ ab indigno aufertur, proximiori applicetur; *l. 3. §. proximiori de bon. poſ. cont. tab. c. licèt. de voto.* Ita jus primogenituræ fuit ablatum Ruben primogenito, quòd violâſſet thorum patris, & datum fuit Filiis Joſeph.

14 Q. VII. *Quid in adoptatis & arrogatis?*

℞. Ita ut & illegitimi excluduntur, *facit §. adoptivus. & §. natis. 2. feud. 28.* ſed Jus hoc legitimo & naturali applicatur, unde cùm Philippus ultimus Maced. Rex duos haberet filios, majorem natu Perſeum pellice ortum, & Demetrium quinquennium minorem legitimè genitum, huic regnum delatum eſt. Sic non ſuccedit in feudo adoptas. *§. adoptivus. ſi de feud. deſu. 2. feud. 26.* nec in Emphyteuſi, *l. ſi ita. l. fidei. de cond. & demonſt.* nec habet jus retractus. *Tiraq. de reti. §. 1. gl. 8. num. 26.* nec beneficium habet. *l. ſi. unquam. C. de revoc. donat.* nec facit deficere fideicommiſſum. *l. ſi ita quis. §. ſi cui leg. 2.* Si enim in feudis & ſimilibus ſuccederent adoptati, non ſolum admitteretur alius in Inveſtitura non comprehenſus, ſed per eundem excluderentur agnati ad ſucceſſionem à Domino & primo acquirente vocati, quod abſurdum eſſe ait Vult. *1. feud. c. 9, n. 90.* ubi id extendit, etſi ea conceſſio facta ſit cum clauſulis ampliſſimis, ita ut etiam jus habere debeat in feuda ſuccedendi.

Objicitur. Quod Julius Cæſar Auguſtum, Auguſtus Tiberium, hic Caligulam, Claudius Neronem, Galba Piſonem, Ludov. Hungariæ Rex ſine liberis decedens ejus ex fratre nepotem Carolum Sigism. Imperatorem adoptavit; Joanna Regina Neapolitanum Regnum primum ſummi Pontificis authoritate Alphonſo Arragonum Regi, & poſt repudiato eo Ludovico Andegavenſi vel Andium Duci reliquit; Henricus quoque Pomeraniæ Dux à Margarita Wolmara Daniæ, Sueciæ ac Norwegiæ Regina adoptatus fuit. Diether. *de ſum. Imp. poteſt. th. 178. Speidel. in verb.* angewünſchte Kinder/ ꝛc. Sed ℞. *cum Speidel.* hæc fieri in regnis hereditariis, non niſi deficiente Regia familia, & ſi Status conſentiant, qui ſine dubio adoptatum etiam non facta adoptione aſſumere potuiſſent, quod multò magis ex eadem ratione in electivo regno procederet. At inſtabis: Micipra Numidarum Rex cum Jugurtham adoptaret legitimam habuit prolem, nec Claudio Neronem adoptanti deerant, utriusque ſexus liberi ex juſto matrimonio procreati. Diether. *d. loco. th. 179.* Et ob id Clodium illum Pulchrum ſe in adoptionem dediſſe P. Fontero homini plebejo, ut tribunatum plebis aſſequi poſſet, ad quem magiſtratum non niſi plebei admittebantur, tradit Tiraq. *de nobilit. c. 15. n. 5. ad fin.* ℞. quædam vi & armis, quædam vero liberæ aſſumptioni eorum, qui hoc jus habebant, ut Senatui Populoque Romano vel Exercitui tribuenda, & ſi Imp. Juſtinianus à Juſtino adoptatus ejus ex ſorore filius ipſo vivente Imperatore Socius, Cæſar, & ſucceſſor adſcitus eſt.

Q. VIII. *Hinc controverſum eſt, an naturalis legitimatus legitimè genito præferendus?* 15

Id de legitimato per reſc. negatur, is enim non præfertur, quia Princeps Jus alteri quæſitum adimere non poteſt, *l. quoties, C. de precib. Imp. off. l. 4. & 5. ff. de natal. reſtit.* nec de plenitudine poteſtatis, quam contra Jura à quibusdam confictam non agnoſcunt. Covar. *3. var. reſ. 6. n. 8. Gail. 2. obſ. 56. n. 9. Pinell. ad l. 2. C. de reſerv. c. 2. rubr. Fachin. 7. cont. c. 49. & 50.* Nec obſt. I. quòd volunt legitimo Jus delatum ex diſpoſitione Juris Civilis & Feud. quod Jus Princeps tollere poteſt, *argt. §. pen. de l. nativ.* II. Jus tantum quæſitum eſſe in ſpe, quod facilius reſolvitur, *l. fin. C. de acq. poſſeſſ.* Et III. quòd legitimando naturalem, Princeps tantùm tollat impedimentum, idque in conſequentiam vergat in aliorum præjudicium, multa autem in conſequentiam concedantur, *l. 1. de auth. præſt.* Ad I. Reſp. Principem Juri merè civili poſſe derogare, ſi cauſa tamen eſt. Reſp. II. Juri

Juri publico, quod A. B. ordinavit, cum conſenſu omnium ſtatuum Imperii, Imperatorem derogare non poſſe, ceu l. fundamentalis ſit Imperii, quam in Capitulationibus ſe ſervaturum ſancte promiſit. Ad II. *ut ſupra etiam dictum.* ℞. I. non tantùm ex Juris Civilis diſpoſitione ſed ex Jurej. & contractu primi acquirentis Jus quæſitum eſſe legitimis liberis & agnatis. ℞. II. hoc jus non ſolâ ſpe ſed in re quæſitum, quod auferri nequit, *c. 1. de alien. feud. pat.* licèt aliud fortè dici poſſet in Jure futuro incerto, quod non habet fundamentum adhuc de præſenti. Reſp. ad III. licèt Princeps removeat obſtaculum per legitimationis reſcriptum, id tamen ad ſucceſſionem in Electoratu ac Principatu non eſſe trahendum, niſi conſentiant quorum intereſt, *d. l. 2. 4. c. de nat. reſtit.* Quamvis neceſſ. vel utilitate publicâ exigente, Princeps ad feuda aliqua legitimare aliàs poſſit, *juxt. Bart. inc. ad reprimend. V. non obſtantibus. X. de reſc. facit l. 51. V. multu ad l. aquil. l. adificari C. de oper. publ. Vid. trad. ſup. c. 11.*

Caſus hujus quæſtionis formari potuiſſet in Philippo ultimo Macedonum Rege, qui duos poſt ſe reliquit filios Perſeum majorem natu, ſed pellice ortum, & Demetrium, quinquennio minorem, ſed juſta matreſam. natum, cui regnum ſpe indubia deſtinabatur, quid ſi autem Perſeus natalibus reſtitutus fuiſſet, hæc quæſtio nata fuiſſet, an Perſeus Demetrio præferendus? Id adde, quod ſi Prior naturalis per reſcriptum legitimatus potior eſſet, magna oriretur iniquitas, contra mulierem, quæ primo viro iſti nupſit, & aliter non fuiſſet nuptura, quam quia credidit à liberis ſuis cum viro naſcituris priores naturales excludendos, item magnum ſecundis legitimè natis immineret periculum, qui ſpe hujusmodi juris poſteriores veneno tollerent, vel aliter interimerent, ut ad principatum devenirent, quæ colligo *ex dd. Tiraq. d. l pr. 30. q. n. 11.* Sed non ſunt hæc tanti momenti; niſi aliæ rationes etiam pro noſtra ſententia adeſſent, Ad primum enim dicitur imputari debere mulieri, quæ cum tali viro contraxit, & ſibi non proſpexit. Ad II. non poſſe omnia inconvenientia evitari, quæ etiam poſſent venire in plurimis legitimis, vel in legitimato per ſubſequens matrimonium, & legitime genitis, & in his tamen non attenduntur.

De legitimatis per ſubſeq. matrim. major eſt controverſia; nam multi & hos à feudorum ſucceſſ. excludunt, *per c. naturales. 2. t. 27.* ubi generaliter de legitimatis textus loquitur, & licèt vulnus natalium per h. modum ſanetur, *c. tanta. X. qui fil. ſint leg.* manet tamen naturalitatis cicatrix: Et plus in ſucceſſione feudi diſpoſitio *c. naturales*, quam Juris canonici. *c. tanta.* valere debet, *per c. 1. §. legum. 2. feud. t. 1. de feud. cognit.* Sed tamen admittendum cenſet Covarr. & alii, quorum ſententia Cam. Imp. præjudiciis roboratur, *teſte Mynſ. Cent. 5. obſ. 52. Tiraq. de Jure prim. q. 34. n. 54. Geil. 2. obſ. 141. n. 2.* qui omnes hunc legitimatum non tantùm, ſi ſolus eſt, ſed etiam cum excluſione aliorum ad feudū admittunt; Et quidem ſi legitimatio per ſubſeq. matrimonium præceſſit, nativitatem alterius legitimi, de iſtius legitimati prærogativam præ legitimo poſteà genito, minùs dubitandum exiſtimo: ut ſi pater ex concubina Mævium, qui contracto cum concubina per patrem matrimonio legitimetur, & deinde ex hoc thoro plures legitimi, ille præferetur, quia legitimatio jus radicatum tribuit ad ſucceſſ. primogenituræ, quod per ſubſequentem filiorum nativitatem ipſi non eſt adimendum; Quod ſi autem Titius ex concubinatu genito Mævio relictâ concubinâ ducat Bertam, ex quâ legitimè generatur Cajus, deinde mortuâ Berta redeat ad concubinam, & eam ducendo legitimetur Mævius, hic dubitatiſſimus in materia præſenti eſt articulus. Hoc in caſu veriorem ſententiam tradit Tiraq. *de Jure prim. q. 34. n. 4. Geil. 2. obſ. 141. n. 3. Roſenth. h. c. 7. concl. 18. n. 9.* legitimè primogenitum ex Berta primo nato Titio, & dein legitimato, potiorem eſſe, quia quantum ad effectum & aſſecutionem Juris, de quo agitur, verè & non fictè Cajus eſt primogenitus, nativitate & conditione legitimus, in qua prioritate radicatur Jus primogenituræ quod ipſi invito ſine facto ſuo per caſum ſupervenientis matrimonii cum priore concubinâ interverti non poteſt: & hanc ſententiam confirmat Gomeſ. *ad l. Tauri. 9. n 64.* Non obſt. favor matrimonii & legitimationis *ex c. tanta*, qui facit, quòd legitimatus legitimè ex matrimonio genitus eſſe cenſeatur, *Nov. 89. §. reliqui.* ℞. favorem illum non poſſe extendi in præjudicium tertii, cui jus quæſitum eſt, *l. cùm filiusfam.* 16

Digitized by Google

28. *in fin. de Teſtam. mil.* concurrit enim in Cajo ab initio utraque & duplex qualitas legitimitatis& primogenituræ jam radicata, quæ una tantùm fuit in legitimato prioritas, ſcil. nativitatis non conſiderabilis ob defectum alterius qualitatis, ſcil. legitimitatis, quæ licèt poſteà acceſſit, verè tamen ante non fuit *juxta Nov. quib. mod. nat. eff. leg. c. 1. §. Liceat. ibi. de cætero. & c. 2. ibi: hoc facto exinde filios frui tali ſolatio.* Ac licèt fictè cenſeatur Titius legitimus à tempore nativitatis, tamen hæc fictio translativa de tempore ad tempus nil immutat aut aufert alteri de jure quæſito: Eſt enim hæc legitimatio quaſi reſtitutio natalium, hæc autem non trahitur in alterius præjudicium, *l. 2. & 4. de nat. reſt.* At dices capacitas metienda eſt non à tempore nativitatis, ſed à morte, quando ſucceſſio defertur, *§. in extraneis, de hered. qual.* tempore autem mortis ea Mævio legitimato adeſt. Reſp. id obtinere in Jure, quod poſt mortem prius, ut eſt hereditas allodialis, defertur, ſecus in eo, quod per nativitatem radicaliter jam quæſitum eſt, ut in feudis receptum. Ob. II. quòd ob intermedium matrimonium prior, legitimatus dein, non poſſit dici natus naturaliter, ſed legitimè. ℞. Namque quod natus cenſeatur quoad effectum ſuccedendi, & hinc in bonis allodialibus ſecundum Jus Civile legitimum dici, & ſuccedere non tamen ad excludendum alterum à Jure quæſito. Ob III. Quod ei, qui ex legitimo intermedio matrimonio naſcitur, non ſimpliciter, ſed ſub tacita conditione, ſi ſcil. prior ex concubina genitus non legitimetur, Jus quæſitum ſit, *per ea quæ trad. Tiraq. q. 34.* adeoque conditio reſolvatur poſtea contracto matrimonio. ℞. Ejuſmodi conditionem, nec expreſſam eſſe nec tacitam; ſi enim foret expreſſa, turpis eſſet, quæ in ſtipulationem deducit mortem conjugis. *arg. l. 6. de V. O.* adeoque tacita eandem turpitudinem contineret. Accedit quod legitimatus per matrimonium ad ſacros ordines promoveri & dignitates Eccleſiaſticas, Epiſcopatus, & ſimiles aſſequi poſſit, *c. tanta. qui fil. ſint leg.* ergo etiam primogenituræ capax erit, quod enim in ſpiritualibus conceditur, multo magis in temporalibus conceſſum videtur, *c. per venerab. X. qui fil. ſint leg. c. ſolit. de maj. & obed. c. dud. d. ſt. 96.* maximè cum primogenituræ etiam ſit quædam dignitas, & cum iſta legitimatio ſit beneficium ſacramenti Matrimonii Jure Can. & Civili, etiam tributum merito latiſſimè interpretandum erit, *l. beneficium de conſt. princ.* ſicque legitimatio per matrimonium, majoris eſt efficaciæ, quam ea quæ fit per Principem, *Tiraq. d. quæſt. 34. n. 54.*

Q. IX. *Sed quid ſi plures legitimentur uno actu matrimonij?* 16

℞. Seniori hoc jus primogen. tribui ſi nulli in jure quæſito fiat præjudicium. Licèt enim hæc legitimatio omnibus uno eodemque temporis momento accedat, ita ut nemo videatur prior tamen nativitate inſpecta prior erit primogenitus.

Q. X. *Quid ſi concurrit natus ex matrimonio* 18
putativo, qui propter juſtam ignorantiam pro juſto filio in uſu juris habetur, licet verè illegitimus ſit, fortè etiam ex inceſtu genitus cum nato poſtea ex vero matrimonio & legitimo?

℞. Illum eſſe potiorem, & præferri aliis poſtea legitimè natis, ſive ex eodem matrimonio ſublato ſcil. impedimento, fortè per diſpenſationem, vel alio modo; ſive ex alio. Ut ſi Cajus Elector cum Caja, quam ſolutam eſſe putabat, (quod & ipſa etiam probabiliter fortè credebat maritum mortuum eſſe, falſo perſuaſa) matrimonium contraxit, unde natus Sempronius, poſtea vero redeunte viro apparuit prius matrimonium nullum eſſe; ſi verò deinde mortuo; Cajus cum Caja de novo contrahat, vel aliam ducat uxorem, & liberos procreet, Sempronius tamen jure primogen. gaudebit præ aliis ex Caja poſtea, ulteriori Caii legitima conjuge legitimè genitis, Ratio eſt, quia ex putativo matrimonio geniti pro legitimis habentur, adeoque pro primogenitis; *c. 2. c. pervenit. & c. ten. X. qui fil. ſint legit.* * Hæc controverſia extitit aliquando de Comitatu Flandriæ & Hanoniæ inter liberos Margaritæ filiæ Balduini Imp. Conſtantinopol. *ut refert. Gudel. de I. Feud. part. 3. c. 5. n. 10.* Quæ prioribus nuptiis conjuncta fuerat Auſcardo Aveſnenſi, Viro quidem Illuſtriſſ. proſapiæ, ſed ſacro Subdiaconatus ordine inſignito, & hunc ordinem ſemper profanis militaribusque officiis obtexerat. Poſteriores autem nuptiæ Margaritæ fuere cum Guilielmo Dapetro legitimæ: ubi poſterioris conjugi liberi objiciebant fratres uterinos eſſe natos ex illegitimo thoro, & nuptiis ab Eccleſia damnatis; contra verò illi

Digitized by Google

illi ſe legitimos eſſe, & ordine naſcendi priores, adeoque ad utrumque principatum potiores: Et declaratum fuit per ſententiam Papæ ſeu ejus delegatorum priores eſſe legitimos ob probabilem matris ignorantiam cira impedimentum; quamvis Ludov. Rex Franciæ arbitrio ad ſe delato, ut negocium componeret, Hannoniam proli prioris thori, Flandriam verò proli thori poſterioris attribuit, unde hæ regiones antè unitæ disjunctæ bellis flagrarunt, donec tandem utraque ditio cum aliis ad Philippum Bonum Burgundiæ Ducem pervenit, *Gudelin. pag. 85. cum cit. add. Palaot. de noth. & ſpur. c. 9. Cavalc. de uſuf. mulier relict. n. 230. Jo. de Caſtillo. in tract. quot. com. Jus.*

19 Q. XI. *An nepos per ſubſeq. avi matrimonium legitimatus patre defuncto, jure primogenituræ fratri ex legitimo thoro genito præferendus?*

E. g. Titius habet ex concubina filium naturalem, qui filius procreavit nepotem ex legitimo thoro, & ex altero filio legitimo adeſt nepos legitimus, mortua uxore filius ducit concubinam, ſicque nepos filium primum legitimat, adeoque nepos ex eo etiam legitimus fit nepos legitimè genito nepoti præferetur? Neg. tuetur Treut, *Vol. 1. diſp. 2. Th. 7. lit. 8. cum Tiraq. de loc. Fach. 3. Controv.* Quæſtio vicina eſt, quid ſi ex concubina quis ſuſcepit filium naturalem, qui poſtea cum uxore legitime ducta generavit filium legitimum, & naturali filio mortuo poſt mortem hujus Avus facit legitimari primum filium ſuum & ducit uxorem, cum qua generat filium, nepos vult ſuccedere jure primogenituræ contendens ſe legitimum eſſe ex filio primogenito primo natum, ante reliquos an admittendus? quod ex quæſt. præcedentis ratione negandum, quia agitur de ſucceſſione Avi cujus non fuit legitimus Nepos, ſed tantum legitimatus per reſcriptum, licet fuerit filius legitimus ſui Patris, Tiraq. *d. l. n. 64.*

20 Q. XII. *Quid ſi primogenitus claudus ſit, cæcus vel monoculus?*

Licet Claudus non dicatur ſanus, *l. item, Claudus d. Ædil. edict.* tamen hæc non eſt cauſa, ut Jus primogenituræ ipſi denegetur; & in alium transferatur. Sic Saturni tres filii Jupiter, Neptunus, Pluto, Patris Imperium ſorte diviſerunt, nec excluſus fuit regno maris Neptunus; licet utroque crure claudus, Tiraq. *q. 17. prim. opin. n. 13.* & mortuo Codro Athen. rege: orta controverſia inter Medontem ſeniorem filium claudum altero crure decurtatum, & Nellium juniorem, Apollinis oraculo Medonti claudo regni ſucceſſio adjudicata eſt: Ageſilaum quoque Regem Lacedæmon. claudum fuiſſe, *refert ex Plutarcho Tiraq. p. 21. n. 13.*

Q. XIII. *An autem Princeps, qui habet legis condendæ poteſtatem patri concedere poterit, ut ex pluribus filijs ſecundo genitum primo præferat, contra conſuetudinem receptam ut omnes liberos æqualiter vocet?* 21

Licet Princeps talis circa futuras ſucceſſiones diſponere poſſit, prout poſſunt ſtatutum, & conſuetudo, quæ Princeps etiam tollere poteſt. *l. 2. C. quæ ſit lin. conſ. c. 1. §. hoc quoque de his quæ Feud.* maxime cum jus primogenituræ non ſit ita ex Jure Divino, quin per legem contrariam tolli valeat, nec ſit lex moralis, ſed judicialis veteris teſtamenti, attamen ſi jam ex ſtatuto vel conſuetudine jus quæſitum ſit primo nato, id non poſſe, ex illis infertur, quæ dicta ſunt ſup. in cap. de regal. *& alleg. Tiraq. q. 22. & 40. per l. quoties. & fin. C. ſi contra Jus, velut. l. 2. §. ib. ne quid in loc. publ. &c.* Nec talis à feudi ſucceſſione repellitur *c. 1. an mut. Surd. vel. al. imp.* nec à militia, cum in bello non fugientibus, ſed permanentibus opus ſit, ſic melius eſt claudicare Regem, quam regnum, prædictis non obſtat, quod apud Perſas Cabadis Regis filius junior Coſroes prælatus fuerit in ſucceſſione regni filio majori Lamas dicto, quia hic altero oculo captus erat, *Procop. lib. 1. de bell. Perſic.* & tamen Perſarum lege regnum ſeniori deferebatur. ℞. Id factum ſpeciali lege Regni, qua fas non erat monoculum Regem conſtituere. Idem de monoculo probat Tiraq. *n. 16.* Sic Philippus Alexandri M. pater, cum Methonem oppugnaret, oculum amiſit, Rex tamen manſit, Plin. *7. c. 37.* Nec facit in contrarium quod *in l. 1. §. caſum in fin. de poſtul.* dicitur, cæcum tenere quidem jam cœptum magiſtratum, aſpirare autem ad novum prohiberi, prout Appius Claudius ante in Magiſtratu conſtitutus, poſteà factus cæcus, conſiliis publicis interfuit, & in Senatu ſeveriſſimam dixit ſententiam, de Pyrrhi captivis non permutandis, *d. l. 1. §. Caſum.* ℞. Namque in Regnis & Electoratibus ante

Digitized by Google

ſæcula ex prima conceſſione & inveſtitura omnibus poſteris & primogenito Jus quæſitum,adeoque eum non tam aſpirare ad novum Jus obtinendum, quàm quæſitum ſervandum. Multo itaque magis idem de Monoculo affirm. qualis fuit Hannibal Dux Carthag. de quo Juvenalis:

Cum Getula ducem portaret bellua luſcum.

23 Q. XIV. *An Pater hoc jus primogenituræ in ſecundogenitum transferre poteſt?*

Id negandum tam per actum ult. vol. quam inter vivos. Ratió eſt, quia hoc jus ſenior habet non beneficio patris ſed ſuperioris, Legis, vel conſuetudinis, & jure publ. quod unius patris privato arbitrio convelli non poteſt, *l. jus publ. de pact. facit l. fi. arrogar. §. ſed impub. de adopt.* ibi cum non ex judicio patris ſed providentia principali hæc quarta arrogato fit debita; Ideo non obſtuit Carol. VII. promiſſio à patre facta cum Henrico Angliæ Rege in ſponſalibus cum Catharina initis, ſed iis non obſtantibus regnum obtinuit Anglis expulſis, *Gudelin. p. 3. de Feud. c. 4. n. 8.* Apud Juſtinum quoque lib. 34. legitur Pruſiam Regem Bithiniæ cum conſilium ſuſcepiſſet interficiendi Nicodemi primogeniti, pro minoribus filiis ex ſecunda uxore ejus Noverca ſuſceptis ipſum Pruſiam patrem & vita privatum. Objicitur quod David in regno prætulit Salomonem juniorem Adoniæ natu majori, *3. Reg. 1. & 2.* Item Roboam Salomonis filius Abiam minimum cæteris præpoſuit, *2. Paralip. 11. & fin.* Henricus IV. Imper. juniorem filium Henricum V. poſtpoſito Conrado primogenito Aquisgrani coronari fecit, quod ſe contra patrem inito cum hoſtibus fœdere armaſſet, Tiraq. *de jur. publ. q. 21. num. 1.* Fridericus Imp. Anno 1235. Ratisbonæ filium Henricum parricidii damnatum regis titulo privavit, & Minorem natu Conradum Cæſarem pronunciavit; inter Electores quoque Fridericus I. Elector Brandeburgicus, Anno 1441. moriens prætorio Joanne primogenito Fridericum II. genitum ad Electoratum evexit, tanquam aptiorem; ℞. juſta interveniente cauſa id non eſſe illicitum, ut ſi ingratus fuit, vel indignus aut ineptus ſenior; Hinc teſte Juſtino *lib. 16.* cum Ptolom. Rex Ægypti primus ejus nominis regnum tradidiſſet, minimo natu ex filiis ejus rei populo rationem reddidit, ex quo colligitur non ſine probabili ratione id factum, ea verò ceſſante non eſſe conceſſum, prout idem Juſtinus *lib. 39.* refert: cum Cleopatra ad regnum vocaret Alexandrum natu minorem filium quòd ei Ptolomæus conceſſerat, populus id non admiſerit ſed eam compulit Ptolomæum natu majorem deligere.

Q. XV. *An cauſa ſit, ſi filius primogenitus demens ſit, vel furioſus?* 24

℞. Licet in allodialibus hic cum reliquis ſuccedat, ſecus tamen eſt in Regno, Electoratu, &c. Poterit ergo etiam pater alium ei præferre, ita tamen ut ſi ex ſeniore furioſo adſit nepos hic ſecundogenito præferatur, quod jus non tantum locum habet primogenito præmortuo, ut infra tradetur, ſed etiam eo vivente, & inhabili, cùm paria ſint in ſucceſſionum materia non eſſe in rerum natura, & eſſe, & à ſucceſſione repelli, ut locus fiat filio repulſi, *l. 1. §. fin. de bon. poſſ. cont. tab. l. ſi necem. §. ſi deportatus, de bon. libert. quas allegat. ad hoc Tiraq. q. 23. n. 15.*

Q. XVI. *Quid ſi primogenitus mortuus ſit ante patrem Electorem relicto filio, & ſic concurrat nepos ex primogenito, cum filio ſecundogenito, uter ad Electoratum admittetur?* 25

Pro nepote eſt text. apertus *in A. B. c. 7.* quam ſententiam multis argumentis & exemplis illuſtrat, Tiraq. *q. 40.* Roſenthal verò *c. 7. concl. 26. n. 12.* adeò difficilem eſſe dicit, ut Nili potiùs originem quàm ejus veram deciſionem inveniri poſſe exiſtimârit. Tiraq. *n. 7.* altiſſimum pelagus vocat, cujus vix fundum reperies: Baldus *in l. cùm antiquioribus. C. de Jure delib.* poſt multa in utramque partem adducta, eam indeciſam reliquit, dicens: Solvat Appollo. Firmianus *in ſuo repertorio. verbo Nepos.* refert, Ottonem Imp. Judicio gladiatorio hanc quæſtionem commiſiſſe, & nepotem evaſiſſe victorem. Refertur quidem de Bonif. Papa, quòd pro Roberto Rege Siciliæ pronunciarit in regno Apuliæ contra nepotem ex fratre Carolo primogenito Caroli Marcelli, ſed ajunt eum fuiſſe magis partialem quam Apoſtolicum, *Jacob. de S. Georg. in verb. Feudum pag. 7.* quod idem innuit Bald. *in l. hoc Jure de l. & l.* vel reſpexiſſe ad prudentiam Roberti, qui fuit alter Salomon: Ipſe Robertus tamen in negocio Comitatus S. Severini aſſidentibus multis ſapientibus pronunciavit pro nepote

nepote contra Patruum Tiraquel. *q.* 40. *n.* 9. quicquid aliquando factum in regno Neapol. *Gudelin. de Feud. p.* 3. *c.* 4. *in fin. Engelb. de ſucceſſ. in Elect. aſſ.* 83. In Anglia Eduardo Regi Richardus ex Eduardo filio primogenito ſuffectus eſt nepos poſtpoſitis aliis tribus Eduardi liberis, Tiraq. *n.* 13. Ea enim eſt conditio primogenituræ, ut gradatim deferatur primogenitis in linea rectâ ex mente legis, vel conſtituentis, qui ut ſemel filium alteri prætulit, ita omnes ex eo deſcendentes prætuliſſe cenſetur, *l. cùm avus.* 102. *de Condit. & demonſt.* & ſic in Feudo quod ſemel ad aliquem pervenit, id obtinet, ut in ejus linea maneat, quamdiu in ea ſuperſunt habiles, 2. *Feud. t.* 50. Prout ex Juris communis diſpoſitione nepos patrem repræſentat in ſucceſſione, *Nov.* 118. *c.* 1. Non obſtat, quòd juxta nominis notationem Jus hoc competit primo nato, talis autem videtur ſecundus filius, ſi ſcil. naſcitur ante nepotem ex filio, & eum ætate ſuperet, & ſic ſecundus videbitur primus, primo ſublato. Reſp. Quòd ſicut nepos gradum patris ſupplet, ita ejus perſonam in proximitate repræſentet, quaſi viventem & præſentem ſiſtendo, cum parentes cenſeantur vivere in liberis, *l. in Jus. de R. I. ita Arum. Buxtorf. & DD. Communiori calculo.* Idem oſtendit Paſſerin. *in c.* 1. 2. *de ſuppl. negl. pral.* ubi Innocentius IV. Papa dedit Coadjutorem Regi Portugalliæ Sanctio ſine ejus, & Regis liberorum præjudicio Alphonſo Sanctii fratri, præſuppoſuit enim Papa Regis filiis jus eſſe ad regnum præ patruo ipſorum, *add. Kleck. de Ærar. lib.* 2. *c.* 38. Porro, An hæc conſuetudo, vel lex admittens primogenitũ etiam liget Clericos, prout A. B. excludit ab hoc jure in El. Clericos & ſolos Laicos admittit, dubitatur: ratio negat: quod ſtatuta Laicorum non ligent Clericos nec res ipſorum *c. qui in Eccleſiarum, & c. Eccleſia S. Mariæ. de conſtit. c. fin. de reb. Eccl. non alienandis,* maxime quæ tendunt in odium Cleri. *auth. Caſſa. C. de SS. Eccl. Conſt. Frider. II. in fine Corporis. §. item nulla.* cùm Clerici cenſeantur majores & digniores Laicis, Inferior autem in ſuperiorem ſtatuere, eumque ligare non poteſt, *c. cum inferior. de major. & obed.* Item ſtatuta tantum ligant ſubditos, Clerici autem laicis non ſunt ſubditi, nec etiam ſe ipſis ſubjicere poſſunt, *c. ſi diligenter. de fore comp.* Contrarium tamen ſuſtinet & probat Tiraq. *q.* 43.

Q. XVII. *Quid ſi Electoratum ſacularem aliquis poſſideat, an adhuc tanquam proximus agnatus in alio ſuccedere, & ita binis officiis Electoralibus inveſtiri & fungi poterit?* 26

Pro neg: facit, quòd patrem & filium ſimul EE. eſſe non conveniat, ergò minùs unus idemque princeps ad duos Electoratus admittendus. Antecedens probatur exemplo Sigism. Imp. qui Ludovico Palatino & Friderico Brandeburgico aperti Saxonici Electoratus inveſtituram ſuis filiis petentibus, reſpondit, ſe promptum quidem eſſe ornandi filios ipſorum, ſed moveri pietate in Deum, & amore in Remp. ne jus majorum ſuorum violaret, aut antiquum Imp. ordinem convelleret, quo receptum, ut pater & filius non eſſent ſimul Electores, cujus ratio eſt, ne ſanguine & affinitate nimis conjuncti in ſenatum recipiantur; & votorum libertas privatæ neceſſitudinis conſpiratione excludatur, quæ ratio magis militat, ſi idem duos Electoratus & duo vota haberet. Accedit quod de numero ſeptenario EE. ſupra d. eſt pro affirm. facit quòd Sigism. Rex Bohemiæ eodem tempore Regnum Bohemiæ & Brandeb. Electoratum poſſediſſe legitur, *ut notat Goldaſt. in* Kayſers Sigiſmundi Bekandtnuß. § Und wiewohl. *pag.* 103. quod etiam de Carol. IV. qui Marchiam ab Ottone V. Marchione 200000. Ungaricis emit, & de ejus filio Wenceslao dici poteſt: Hunc quoque Ludovici I. Marchionis tempore, cum translatione Patavina ei ſuffragium ſeptemvirale cum conſobrinis Rudolphi I. Palatini filiis à patre Ludovico Bavaro Imp. aſſerebatur, duobus ſuffragiis in Collegio Electorali auditum fuiſſe, dici poteſt. Non obſt. quod de numero ſeptenario *in A. B.* ſancitum, quia ille hoc caſu manet nec minuitur, & cùm una perſona duobus ſuffragiis ac duplici Jure utitur, prout nunquam hic defectus Friderico V. Palatino E. objectus fuit, cùm in Regem Bohemiæ aſſumeretur; Quia rationum verò momenta in utramque partem non deſunt; hanc Q. aliis libentiùs decidendam relinquo, meum judicium nimis exiguum in hac tam ardua quæſt. ſuſpendens, *cum Schütz. diſp.* 7. *de divis. ſtat. Th.* 15. *lit. d.*

Q. XVIII. *Priori affinis eſt & ſubſervit; An pater & filius ſimul collegio Electorali aſſidere poſſint?* 27

Id negat Imp. Sigism. *in d.* Bekandnuß-Brief. ubi ad antiquum morem provocat. Daß es nicht viel gehört und frembd wäre. Verumtamen conſuetudo negativa tunc tantùm allegari poteſt, cùm caſus evenit, & eo non attento contrarium ad contradictionem ſervatum fuit, *argt. l. 34. §. fin. & l. 35. de ſervit. ruſt. præd. l. 32. de ll.* Quamvis & contrarius uſus allegari poſſit, quia Goldaſt. *d. loc. pag.* 103. refert Albertum Urſum & filium ejus Bernardum Principes Anhaltinos ſimul eodem tempore: Illum Brandeburgicum, hunc Saxoniæ Electorem fuiſſe. Carolus etiam IV. Bohemiæ Rex Elector & Imperator filium de Electoratu Brandeburgico inveſtivit. *

28 Q. XIX. *Quid de duobus fratribus?*

De his multa extant præjudicia, qui eodem tempore EE. fuerunt, ut res ſit clara, ſic Bernardus & Otto Fratres Anhaltini, ille Saxoniæ, hic Brandeb. Elect. fuit; Item Wenceslaus Boh. & Joannes Brandeburgenſis, licèt res hæc non ſit adeò clara; Item Rupertus Colon. & Fridericus Victorioſus Palatinus Electores; Item Albertus & Joachimus Brandeburg. Marchiones fratres, ille Archiepiſcopatui Moguntino, hic Marchiæ in Elect. Carol. V. interfuit, Sereniſſimos duos Bavariæ Duces E. Colon. & Bavarum, ut ſanguine & utero, ita etiam dignitate EE. æquatos hoc ſæculo videmus. * Idque multò magis in fratrum liberis obtinet, uti Maximil. Archiepiſcopus E. Colon. & Ferdin. Maria Bavariæ Dux, hodie in ſeptemvirali ſenatu curis publicis adhiberi fratrum duorum filios, notum eſt.

29 Q. XX. *Occaſione Q. 16. hæc ſupereſt controverſia;*

An ſicut nepos ex primogenito Patruo ſeu filio ſecundo genito præfertur, ita etiam deficiente prima generatione nepos ex ſecundo genito excludat filium tertio genitum, quam inter Sereniſſimos Germaniæ Principes agitari, refert Schütz. *de Vicar. Imp. aſſ. 28. lit. b.* Beſoldus ait, tot promanare primogenias, quot filios pater relinquit, è quibus prior linea ſuccedit, quamdiu unus ſupereſt, eá finitâ, eodem Jure venit ſecunda, & hâc demum abſumptâ locus patet tertiæ, & ita deinceps. Et ultimo è prima linea non ſuccedit gradu ei propinquior aliquis ex linea ſecunda, licèt multò ſit remotior, & hoc ex l. A. B. Vocatione Carol. IV. & bullæ Sigismundi, ubi ſecundogenitus ejusque deſcendentes æquè tertiogenito præferuntur, ſicut ipſis primogeniti linea erat prælata, eosque primogeniti deſcendentibus ſubſtitutos volunt: certi autem Juris eſt, quod ſubſtitutus ſubſtituto cenſeatur ſubſtitutus inſtituto. *§. ſi Titius. de Vulg. ſubſt.* licèt ſuum judicium ſuſpendat Schütz. Nec hic ergo allegari poteſt in contrarium, quod *c. 7. A. B.* tantùm loquatur de nepote ex primogenito excludente ſecundogenitum; an autem nepos ex ſecundogenito excludat tertiogenitum, hac de re altum ſit ſilentium, ut proinde caſus in A. B. prætermiſſus relinquendus ſit deciſioni Juris Civilis, *ex c. 1. §. Strenius, de Feud. Cogn.* quo Jure Civili nepoti ex primogenito morienti ſuccedit patruus, licèt tertiogenitus excluſo prorſus ſecundogeniti patrui filio vel nepote reſpectivè tanquam gradu remotiore, cùm eſſet jus repræſentationis ultra fratres fratrumque filios, & quando cum propriis non concurrunt filiis. *N. 118. c. 5.* adhæc iſta repræſentatio tantùm obtineat, quando fratri ſuccedere volunt, alter frater fratriſque liberi, in quibus terminis hic non verſamur. Reſp. Namque ut in Jure Feud. etiam ſufficere, quod per bonam conſequentiam illo Jure feudali aut per A. B. deciſa ſit, ut ad Jus commune non ſit recurrendum, *argt. l. 12. de ll. Niell. in diſſ. feud. 1. Th. 5. lit. a.* ſatis autem colligitur ex A. B. per ſufficientem conſequentiam, quòd ſecundogenitus ejusque deſcendentes eodem Jure adverſus tertiogenitum ejusve deſcendentes utantur, quo primogenitus utitur contra tertiogenitum, ut ita ſecundogenitus ſit ſubſtitutus lineæ primogeniti: ſed ex primogenito nepos excludit tertiogenitum; Idem facit, ſecundogenitus, ergo etiam ex ſecundogenito nepos tertiogenitum excludet. Facit *argt. l. 32. §. in fideicommiſſo de leg. 2.* ubi in fideic. familiæ relicto admittuntur, qui nominati ſunt, aut poſt omnes defunctos, qui nominis defuncti fuerint eo tempore, quo teſtator moreretur: *ita Bart. Caſt. & alij.* ſicut ergo nominati primo loco primò ſuccedunt, ita nominati ſecundo loco primis extinctis ſunt potiores: vocatur autem linea ſecundogeniti à Carol. & Sigismundo præ tertiogenito, *Bulla de Anno 1414. data.* Natura quoque lineas diſtinxit & ſtirpes, *Covar. 3. pract. q. n. 6.* natura autem ſaltum non facit, ſed ordine procedit

cedit, ut vocet primò eos, qui in linea primogeniti invenitur, & progrediatur ad poſteriores ſucceſſivè, *Engelbrecht. de ſucceſſ. in Elector. aſſ.* 36. *& ſeq. ubi latè ex fundamentis eruit.* Contra hanc ſententiam naturæ, Juri & ll. Imperii maximè conſentaneam inventus eſt, qui cenſorem ageret, & tanta quidem cum bile, ut imperitos tranſcriptores, bruta mancipia Neotericos omnes habeat, quibus contrarium adeoque ſuæ cenſoris ſententia non placeat, cujus fundamenta allegare & refutare longum foret, *fecit hoc Arnold. Engelbrecht. d. loc. aſ.* 61. *& ſeq. &* 100.

30 Q. XIX. *Quid de patruelibus ſecundo & tertio genitura, ſi adſint deficiente patruele primogenitura?*

℟. Multo magis prædicta in caſu hoc militant pro patruele ſecundæ genituræ ad Excluſionem patruelis tertio genituræ etiam natu ſenioris. Ex rationibus jam traditis, quæ cum militent contra tertiogenitum pro ſecundogeniti nepote, multo magis obtinent contra tertii genititi filium, cùm filius non poſſit eſſe melioris conditionis, quàm pater, juxta reg. Si vinco vincentem te, multo magis vinco te, *l. de acceſſ.* 14. *§. 3. de diver. & temp. præſ. N.* 118. *c.* 3. ſed nepos ſecundogeniti vincit tertiogenitum, ergo multò magis tertiogeniti filium, Monſtri autem ſimile eſſet, hunc nepotem aut patrui filium admittere, ipſum verè patruum ſeu patrem hujus excludere, *V. Covar.* 1. *reſol.* 7. *n.* 7. *Engelb. d. loc. aſſ.* 138.

31 Q. XX. *Quid ſi ex Electorali conjuge nati ſint gemelli vel plures, ſicut tres olim Horatij, tres Curiatij?*

Ut Areſcuſa tres peperit, *l. Areſcuſa* 15. *de ſtat. hom.* & naturaliter quinque naſci poſſe traditur *in l. 3. ff. ſi pars hered. pet.* quod in Ægypto frequens eſt, *l.* 36. *de Solut.* Sub Gregorio Papa in Diœceſi Vultucarienſi inops mulier tres enixa eſt; *de Hundiis. v. inf. apud. Abb. Weingartenſem*; Hollandiæ Comes per miraculum 365, edidit, quot dies in anno, omnes baptizatos quorum maſculis Joannis, fœminis Eliſabethæ nomen datus eſt, idque factum ipſo die Paraſceves hora 9. ante meridiem anno 1252. aut ſecundum alios 276. Sic Medardum Epiſcopum Noviodunenſem & Ghildanum Rothomagenſem uno partu & una die natos, una die Epiſcopatum adeptos, una die defunctos, una ſanctis adſcriptos legimus juxta verſ.

Una dies peperit, mitram dedit altera, mortem
Altera, & in ſanctos lectus uterque fuit.
Felices fratres, quorum communis origo
Vita, corona, obitus, gloria, feſta dies.

De Helionora Salviata Bartholomæi Friſcobaldi Florentini Civis uxore 52. liberos enixa, nunquam pauciores tribus uno partu, meminit Scotus, *in mirab. p.* 470. *lib.* 3. Sub Agamundo quoque Hunnorum Rege meretrix uno partu ſeptem in Germania enixa eſt, quos omnes in lacum projecit, unum Agamundus adhuc in aqua palpitantem extrahi juſſit, & ali, qui ipſi defuncto dein ſucceſſit in Imperio à Longobardis electus, *ſub Benedict. I. Papa Majol. Canic. tom.* 1. *col.* 3. *p.* 71. duos quidem maſculos uno coitu concipi inuſitatum eſt, & mirum multis videtur, quod Thamar uno Judæ ſoceri concubitu binos conceperit, Majol. *p.* 1. *p.* 20. *ad. Tiraq. de l. primog. q.* 1. *n.* 9. *p.* 457. diſſentientes tamen conciliari poſſunt, quod uno quidem concubitu plures concipi poſſint, non tamen una ejaculatione, vel emiſſione ſeminis, quod uno concubitu ſæpius emitti poteſt. uno tamen partu plures naſci non eſt mirum, *l. Areſcuſa de ſtat. hom. d. l.* 3. *ff. ſi pars. hered. pet. ut ſupra tactum.* Sed ſi non appareat, quis primò in lucem editus ſit, licèt enim natura non permittat, plures infantes ſimul uno impetu de utero matris excedere, *d. l. Areſcuſa Geneſ.* 38. parentes tamen & alios prioritas latere poteſt, *Herod. in Muſis pag.* 341. Ut ſi mater ſine teſte pepererit vel obſtetrix oblita ſit, quis primò in lucem venerit; Quis ex iis ad Electoratum admittetur? quidam Judici rem totam relinqnunt, ut pro animo judicare poſſit, ſed hunc caſum pro diabolo appellat Theſaur. *deciſ. dedem* 89. *n.* 3. Uti enim ſol non aliter lucet diviti & pauperi, ſed omnibus idem eſt, Peck. *ad reg. J. in* 6. 12. *n.* 6. ita non eſt à Judice habendus reſpectus perſonarum in judiciis, ſed judicandus civis ut peregrinus, *Deut.* 1. *V.* 17. Et deponit perſonam amici, qui induit perſonam Judicis, *Cic.* 3. *off.* Alii utrumque excludendum voluerunt, *argt. l. ſi fuerit.* 10. *de reb. dub. l. duo ſunt Titij de Teſtam. Tutel.* ſed hoc iniquiſſimum proximis excluſis remotiores admitti; *contra Nov.* 118. *c.* 23. & ſitientibus propriis agris irrigari alienos, *contra l. præſes. C. de ſervit.* alienum ſanguinem proprio præponi, *contra l. cum acutiſſimi. C. de Fideicom.*

panem.

panem filiorum dare canibus, contra textum ſacrum. Alii verò utrumque admittendum, & rem ipſam dividendam cenſent, ut factum *in l. L. Et hoc Tiberius* 41. *de hered. inſtit.* ad inſtar Salomonis, *in c. afferte, X. de præſumpt.* ita ut ad eam Judex vel per amicabilem compoſitionem cogat vel ipſe faciat, *argt. c. placuit* 9. *diſt.* 90. *Cujac.* 10. *obſ.* 4.31. Hanc diviſionem einen Bauren-Schnid/vocat Beſold. *adauct. in verb.* Baurenſcheid/ꝛc. *pag.* 204. & lingua vernacula vocatur Mutſchirung. Beſold. *in theſ. pract. lit. m. n.* 62. *quaſi* Mutirung/ ꝛc. ſive mutatio, ita de Leopoldo & Erneſto fratribus ac Archiducibus Auſtriæ in adminiſtratione Auſtriæ per vices menſtruo ſpatio partienda teſtis eſt Gerhard. à Rhoo. *l.* 4. *hiſt. Auſt. Anno* 1406. Atque ita Generalis Ducatuum Slesuicus Holſatiæ, Stormariæ, & Ditmarſiæ gubernatio Regi Daniæ Chriſtiano IV, & Joanni Adolpho Epiſcopo Lubecenſi & Holſatiæ Duci incubuit, & ab altero in alterum tranſlata fuit, Springſ. *de Appennag. c.* 2. *n.* 13.

Sed multis hoc medium non placet propter varia inconvenientia, I. Quod ſemel in poſſeſſione conſtitutus difficulter alteri cedet, nec vi eum expellere poterit, prout Ethocles anno convento exacto fratri cedere noluit, unde ortum acre bellum, in quo tota Cadmi poſteritas deleta fuit, ipſi vero fratres ſingulari certamine congreſſi ſe mutuis vulneribus conficientes ambo ceciderunt, infœlix mater Jocuſta extracto enſe ex ſinu filii ſeipſam confodit. 7. Duces Græciæ una cum toto Exercitu perierunt; D. Numitore, & Amulio eventus ante inſinuatus eſt. II. Inconveniens eſt, quod finito unius tempore alter non poteſt pervenire ad principatum, quin proceſſus tam Civilium, quam criminalium cauſarum, & Juſtitia retardetur, nam ſecundus non poterit, qui non eſt in poſſeſſione, & prior manens in poſſeſſione de jure non poterit, utpote juriſdictione carens. Cui 3. accedit præcipitantia Juſtitiæ noverca, quia officiales priores intra tempus ſuum accelerabunt juſtitiam, ut ipſi non vero ſucceſſores emolumentum habeant, ut obſervavi in territorio 9. dominis iſto modo affecto, ubi cum mulier Magiæ ſuſpecta, & incarcerata eſſet, Domini temporalis Commiſſarii cum eadem ad ſententiam & executionem procedere feſtinarunt, etſi eſſet gravida, quia confiſcatio ex delicto magiæ ibi recepta erat, ut ipſis & ſuo domino lucrum accederet, niſi authoritate ſuperioris Principis facta inhibitione ipſa perſona in loco tertio ſequeſtrata fuiſſet, quæ dein abortum paſſa demum accuſata magiæ Coloniæ hoc crimine abſoluta fuit, alias certo propter intereſſe privatum peritura; nec quarto omittendum, quod ſi aliquando unus bene, & juridicè proceſſit, alius malè & favorabiliter per invidiam, inimicitias, aut ſordes condemnarit, vel abſolverit reſpectivè abſolvendum vel condemnandum, juſtitia graviter periclitetur, vel etiam unus bonas cauſas, vel faciles & lucroſas terminabit, difficiles verò intricatas, aut ex quibus nullum vel minimum lucrum ſperatur ſucceſſori relinquet. *L.* 1. *§. ſciendum de Magiſt. Conv.*

Nonnulli quidem contra hæc mala hoc remedium eſſe velint, ut circa uſum & exercitium juriſdictionis omnes domini & pro indiviſo poſſidentes unum communem eligant, & conſtituant judicem, vel officialem unum Aſſeſſorem, aliosque Cancellariæ miniſtros perpetuos, qui omnium dominorum nomine de anno in annum, ſine intervallo judicent, quod hodie diverſis in locis practicari ſolet, ubi reſcripta tantum in annos ſingulos, nomine ejus Domini, cujus vices ſunt, emanant, officiales autem omnes repræſentant, & agnoſcunt ſuos principales & mandantes, aliæ tamen adhuc difficultates ſuperſunt ob communionem, quæ ſæpe diſcordiarum mater eſt, *l.* 77. *§. dulcis. frat. de leg.* 2. *Springſ. de appen. c.* 2. *n.* 14. *& ſeq.* Item his accedunt difficultates quoad comparitionem, ſeſſionem & votum in comitiis & conventibus in ſæcularibus; aliiſque diætis per ea, quæ monet Springſ. *de appen. c.* 11. *n.* 120. *& ſeq. p.* 203. Quid ſi duo adeo inter ſe ſint ſimiles, ut à ſe invicem dignoſci nequeant, ut apud Plautum Menichini gemini adeo ſimiles erant, ut nec nutrix, nec mater eos dignoſceret; Et Cicer. *lib.* 4. *Acad.* 99. Servilios Germanos geminos difficulter à quoquam decerni potuiſſe ait; Inter Cneum Pompejum, & Vibium humili loco natum tanta fuit ſimilitudo, ut Vibium Pompei, & hunc Vibii nomine compellarent; Antonio quoque Triumviro Thoranius quidam duos eximiæ formæ pueros ſibi ſimiles ut geminos vendidit 300. Sextertiis, quorum alterum ex Transalpina

Digitized by Google

pina Gallia, alterum ex Aſia comparaverat, cum autem ſermo hic increbeſceret, & Antonius ſe illuſum quereretur, Thoranius id, quod emptor criminabatur pretioſum comprobavit, ſi enim eſſent gemini, nullo pretio æſtimari poſſe, quod cum minus mirum ſit, magis pretioſum videri, quod tantis ſpatiis ſeparatim natos ſimilitudo plus, quam geminos contuliſſet, quod ita placuit Antonio, ut nil ſe habere his gratius jactitaret, *ex Solin. & Plinic. Majol. tom. 1. coll. 4. p.* 101. De Smerde, & Pſeudo Smerde V. Herod. 2. ℞. Idem hic ſine dubio, quod in caſu præcedente dicendum, licet enim ſecundum naturam certum ſit, quis ex iſtis geminis ſibi ſimillimis prior ſit, *l. reſpi send. de reb. Cred.* quoad nos tamen incertitudo difficultatem facit.

32 Q. XXI. *Sed quid ſi res ſit indiviſibilis (ut puer, de quo coram Salomone diſputatum, cujus intentio non fuit puerum dividere) dubium eſt, prout etiam Electoratus dividi non poteſt.*

℞. Quod ſi ita fieri poſſit, nec Electoralis ſtatus conditio averſetur, utrumque alternis annis admittendum ad fruitionem & votum, aliaque Electoralia munia, ſuadent diverſa exempla; Sic enim Thieſtes & Atticus Micænis regnarunt; Eteocles & Polynices Oedipi Thebanorum, regis filii alternis annis; ut & Rex Albanorum Procas, Amulio & Numitori filiis regnum alternatim gubernandum reliquit, quod medium fundatur, *text. l. quoties. 34. v. quod ſi Titius. ff. de Uſufr. & pluribus aliis, quos citat Tiraq. de Prim. 17. q. opin. 5. in princ.* prout Jus patronatus aliàs individuum hoc modo dividi poſſe, *probat text. Clem. 2. de Jure Patron.* Vel ſi ad alternationem deveniri nequeat, res tota ſortis judicio relinquenda: *ut ſeq. q. videbimus.*

33 Q. XXII. *Quis autem juxta priorem reſolutionem ex gemellis ad primi anni fruitionem admittendus?*

Id ſortis judicio tribuendum. *argt. l. 5. Fam. herciſc. l. fin. §. ſancimus.* C. *de Legat. §. optionis I. de Legat. l. ſed cùm ambo. 14. de Judic. l. 2. C. quando & quib. quarta pars. lib. 10. Tiraq. d. l. q. 17. n.* 91. nec enim tantùm dubium Juris, *ut volunt Gail. de pignor. c. 22. n. 7.* ſed etiam facti ſorte dirimi poſſe, ex paritate rationis tradit Tiraq. *d. q. 17. n.* 91. quod autem de prohibitione ſortium allegari ſolet, *t. t. X. de ſortil.* id de divinatoriis, non verò diviſoriis intelligendum eſt, ita tamen, ut omnis dolus abſit, licet mortuo Cambyſe & Smerde occiſo, Darius fraude imperium obtinuerit, *Herod. in Thal. q.* 20. Atque ita cum mulier Androgina Herculis equum occultaſſet, nec oſtendere vellet, niſi cum ea concumberet, indeque nati eſſent tres filii, Scytha, Agatyrſas, & Gelonos, interrogatus, cui Regnum eſſet deferendum reſpondit Hercules, illi qui arcum ſuum fortiſſime tenderet, Scytha id faciens regnum obtinuit, à quo populi Scythæ nomen acceperunt, *Bonfin. in Ungar. part. 1. lib. 2. fol.* 16.

Nec aliud dicendum, ſi duo vel plures utero 34 materno exſecti ſint, ſive mater in partu perierit, ut evenit Scipionis Africani matri; ſive etiam pueri poſt matris prægnantis mortem exſecti ſint, *ut in l. 2. ff. de mort. infer.* uti Gorgias in funere matris vagitu ſuo lectum ferentes conſiſtere coëgit, *Val. Maxim. lib. 1. c. ult.* Sive matre vivâ id factum ſit: ipſaque remanſerit ſalva, ut evenit Cæſari, qui ob id nomen obtinuit, quod ex utero materno cæſus ſit, *Jaſon. in l. quod dicitur. ff. de lib. & poſth.* Nec pugnat, quod matrem Cæſaris adhuc vixiſſe legitur, quando is Pontificatum petiit, & mortua priùs ſit eo tempore, quo bellum gerebat in Gallia. *Sueton. c.* 13. ℞. Compertum fuiſſe ſæpiùs partum ex utero cæſum ſine matris internecione, Reinck. *de reg. ſac. lib. 1. claſ. 5. cap. 11. nu. 32. ut tradit Franciſcus Rouſſet. Med. in tractatu de part. Cæſar.*

Idem dicendum, ſi alicui plures ſint uxores, 35 ut apud Indos, Thraces, Perſas, eæque ſimul pariant. Quamvis ſi poſſeſſio, primogenitura vel quaſi apud unum conſtituta ſit, ut quia mater & pater unum pro primogenito habuit in menſa aliiſq; actibus, unum ſemper alteri prætulit, & magis honorari fecit, isque ſe pro tali in variis actibus geſſerit ſciente & patiente altero, hic cæteris præferendus ſit, cum enim in quaſi poſſeſſione per hoc ſit, in ea manuteneri debet, donec alius probet contrarium, *§. retinenda. I. de Interd.* præfata autem reſolutio circa ſortem in caſu ubi neuter poſſidet intelligi debet.

Q. XXIII. *An primogenitus inter gemellos cenſendus, qui prior manum protulit?* 36

Digitized by Google

Id Neg. niſi & totus prior naſcatur. *Gen.* 38. ubi cum Thamar geminos pareret, Zora, prior manum extra uterum protulit, obſtetrix autem exiſtimans hunc prius naſciturum, cocinum ſive filum rubedine coloratum illi alligavit, ut hinc dignoſceretur; ſed ipſo manum ſuam retrahente Phares primò in lucem editus eſt, & habitus pro primogenito, à quo genus regium proceſſit, ut ſupra inſinuatur, & hinc natus eſt David, & conſequenter Chriſtus Tiraq. *de primogen.q.1.n.9.p.*457.

37 Q. XXIV. *An conceptio aliquid prærogativæ tribuat?*

Ratio dubitandi eſt, quòd conceptus in utero pro nato habeatur: quando de ejus commodo quæritur. *l. qui in utero. de ſtat. hom.* ℞. Non tamen hoc obtinere, quando tertii intervenit præjudicium, itaque regulæ inhærendum, ut is qui primò natus eſt, primò conceptus etiam regulariter credatur, accedit quod conceptio ſi res prorſus incerta etiam apud Medicos, rerum naturalium peritos, per tradita Pauli Zachiæ. *in qq. medico. Legal.* licet alias in materia favorabili nulli præjudicali tempus conceptionis attendatur, *l.* 7. *de ſtat. hom. l.* 14. *C. de fideic. lib. Leonell. de an. & die ſing.* 24. *p.* 44. & quis dicet natis duobus gemellis quis prior conceptus ſit, cùm unus contendere poſſit, prius genitum poſterius fuiſſe conceptum, & ad exitum propinquiorem, alter vero prius conceptum prius perfectiorem & paratum ad exitum.

38 Adhæc in Aurea Bulla Carol. IV. proviſum quod ſi primogenitum EE. ætatis defectum pati contingat, & impubes, aut ejus ætatis ſit, ut Electoratum adminiſtrare nequeat, frater defuncti Senior ſive patruus tutor & adminiſtrator exiſtat, *A. B. c.* 7. *Arum. de I. pub. vol.* 4. *diſc.* 24. *pag.* 98. Ætas autem EE. determinatur usque ad annum 18. completum. Patruum tamen legitimæ ætatis eſſe oportet, *l. fin. C. de leg. tut. §. 1. Item de Excuſ. tut.* quæ ætas Juris communis diſpoſitioni relicta cenſetur, ut ſcil. 25. an. expleverit, cum A. B. tantùm ſpeciale Jus reſpectus ætatis in Electore conſtituat, quod ad tutorem non eſt fine l. extendendum Buxtorf. *ad c.* 7. *A. B. aſſ.* 86. *lit. c.*

39 Quid ſi proximus agnatus ob defectum ætatis minor fortè vel tutor eſſe nequeat, ſicque ad remotiorem tutela legitima devolvatur, *ut traditur juxta §. fin. I. de Fideic. Tutel. §. Item major. de excuſ. tut.*

Q. I. *An hic tutor manebit, ſi patruus proximus durante adminiſtratione ad legitimam pertingat ætatem?*

Affirm. Rumel. *Th.* 6. *per t.* 7. *A. B. ibi.* Alſo lang und viel biß / ꝛc. licèt Jure Civili tunc tutela ſeq. non deferatur, ſed interim curator detur, *l. non ſolum.* 10. *§. ſi libert.* 7. *de Exc. tut. l.* 26. *de Teſtam. tut. Weſemb. parat. de tutel. in fin.* quod an hic mutatum, in dubio relinquit Buxtorf. *ad c.* 7. *A. B. Th.* 86. *lit. c. in fin.*

Q. II. *Quid ſi patruus Clericus ſit, an ad tutelam admittetur?* 40

Licèt de Jure Civili Clerici nolentes ſe excuſare, tutores eſſe poſſint, *Nov.* 123. *c.* 5. *l. generaliter. C. de Epiſc. & Cler.* Hic tamen nec volentes ad tutelam admittendos cenſet Buxtorf. *ad A. B. c.* 7. *th.* 86. *lit. b.* Sed ſicut à ſucceſſione, ita à tutela excluduntur, ubi namque ſucceſſionis ſpes & commodum ibi onus tutelæ eſſe debet §. *un. I. de leg. pat. tut.* maximè propter Bullam Sigismundi, quam notis ſuis illuſtravit Marquardus Freher, ubi additum legitur frater laicus, Schütz *de loc. diſſ.* 7. *lit. c. Buxtorf. ad A. B. Th.* 86.

Q. III. *Quid ſi nullus defuncti ſit frater vel patruus pupilli, an alij agnati, & ſic poſt patruum propinquior admittetur?* 41

Aff. per declarat. Sigism. ibi: Nepos aut conſanguineus proximior, *ubi Freher. de loc. p.* 20. *&* 21.

Q. IV. *Quid ſi plures defuncto ſint fratres patrui pupilli?* 42

℞. Licèt de Jure Civ. ad omnes tutela ſpectaret, §. *cum. a. I. de Cap. dimin. l.* 9. *de Tutel. Nov.* 118. *c.* 4. Ex conſtit. tamen Carolina tantùm Seniori habili defertur, qui ut immediatè ſperare poſſet ſucceſſionis commodum, ſecundo & tertio genitis excluſis, ita onus tutelæ debet ſuſcipere, & quia ex nepote primogenitus ulterior ab Electoratu ſuſpenditur, vel excluditur, hoc ſolatio adminiſtrationis tutelaris ſublevatur.

Q. V. *An ætas* 18. *annorum completa eſſe debeat vel ſufficit inchoata?* 43

Licèt Jure Civ. quo 25. an. ad majorennitatem requiruntur, in favorabilibus & honoribus annus cœptus pro completo habeatur, *l.* 8. *ff. de Mun. & hon.* hic tamen an. 18. completum eſſe oportet antequam E. vocem & ſeſſ. in Collegio EE. conſequatur, & hos annos etiam legitimam ætatem

tem definiviſſe Longobardos, tradit Cujac. *de diverſ. temp. præſ. c.* 27. Quia verò EE. heredes liberaliùs educantur, majorique ſollicitudine elicitur tam ſanguinis & indolis generoſitas, mirum non eſt ante annos conſuetos animum curamque virilem addi, prout in Sicilia & aliis regnis hæc ætas regnorum adminiſtationi præfixa, Marant. *in ſpec. Lim. de J. pub. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 7. *n.* 37. & ideò Electoribus ſufficientem ætatem cenſuit Carol. IV. Verùm quia in collegio EE. non de glande legenda, nec de umbra aſini, aut lana caprina, ſed arduis Imp. negociis conſultatio fit, tempus in momento in momentum ſpectandum, *ut aliàs in l.* 3. *de min.* & annos completos requirit, *A. B. c.* 7. *ibi*: Vollkommen 18. Jahr. Non obſt. quòd *c.* 7. utitur verbo attigerit, quia intelligitur de fine, id eſt ut finaliter attigerit. Non obſt. Exemplum Frid. IV. Palatini & Joachimi, quorum hic anno ætatis 16. gubernationem Marchionatus Brandeburgici ſuſcepit, Quia ex interpretatione Moguntini noſter textus A. B. de caſu electionis Imperatoriæ & conſilii Electoralis intelligitur, Lim. *lib*, 3. *de J. p. c.* 7. *n.* 42. Licèt exiguum tempus, ut bimeſtre in conſiderationem non venire quidam velint, quia hoc de Jure pro modico reputatur, *l.* 2. *C. de ſec. nupt. l.* 19. *C. de leg. c. un. Extrav. Com. de Arum. diſ.* 4. *ad A. B. Th.* 12. *l. Auffertur.* 46. *§. qui cum. de Jure Fiſci.* quod multò magis obtinere cenſent, ſi pauculæ ſeptimanæ ætati huic deſint, ut accidit Anno 1592. in Frid. IV. & V. cui tantùm dies 59. deerant, ut tunc Juvenis Elector, novo adminiſtratori ſe ſubjicere non cogatur, ut acriter contendit Richardus ejus Patruus, cui non parum text. A. B. ſuffragatur, admiſſus tamen fuit quaſi modicum, ut eſt tempus 2, menſium, non curet prætor, *argt. l.* 9. & 10. *de dol. mal.* & confeſtim futurum pro facto, *l. fin. de Teſt. mil.* & de proximo complendum pro completo habeatur, quam ſententiam Marquardus Freherus duabus ea de re & in com. de tutel. Elect. Palat. *pag. mihi* 413. habitis orationibus defendit; Quas ſententias tamen ita conciliari puto, ut ſi modicum tempus deſit, non detur EE. curator. Si tamen impuberi vel infanti datus ante ſit, in adminiſtratione continuetur, donec annus 18. completus ſit.

44 Q. VI. *An poſt an.* 18. *Electoris etiam Regimen principatus Electoralis tutor reſignare debet?*

Hæc q. An. 1592. inter Richard. & Frid. IV. Palatinos diſceptata fuit: pro Richardo facit, quòd Regibus & aliis Principibus etiam Invitis usque ad annum 25. Curator detur, nec ante gubernatio permittatur, *d. l.* 8. *de Muner. & grandi. de ſuppl. negl. præl.* Tiraq. *de primogen. q.* 40. *n.* 207. *Intrigl. de Feud. l.* 45. *n.* 107. *junct. R. I. de anno* 1544. *t.* Vor-Pupillen. Hæc diſpoſitio in EE. non reperitur correcta per A. B. in qua tutor vocem & poteſtatem eligendi tantùm, ergò non adminiſtrationem provinciæ reſignare jubetur: fruſtra enim ſpeciali enumeratione Juris vocisque opus fuiſſet, ſi omnia reſtituenda eſſent. Conf. per Conſtit. Sigism. de Anno 1434. 8. Martii ubi dicitur; quoad Elect. Reg. Rom. debitam ætatem cenſeri 18. an. completos. In Principatus autem N. b. & Ducatibus, & dominiis gubernandis, ætatem obſervandam decernimus, prout à Rom. Impp. prædeceſſoribus noſtris ſancitum eſt. Eo tamen non attento, Affirm. Buxtorf. *ad c.* 7. *A. B. diſſ.* 86. *circa. fin.* Quia jubetur tutor *in c.* 7. reſignare totaliter & cum efficacia, ergò non retinet ad miniſtrationem ad an. 25. II. Si habilis cenſetur adminiſtrationem Electoralis dignitatis & officii, ergò multò magis ad principatum, *ex c. d.* 7. III. debet reſignare totaliter Jus, vocem, poteſtatem, & omnia ab eo dependentia, hæc autem dependentia ſunt Principatus, Electoratui annexus & incorporatus. Quibus addit Buxtorf. *d. loc.* præter aliam conſtit. Carol. IV. de Anno 1356. Marqu. Freh. *de leg. tut. Elect.* ibi. Wann derſelbe Sohn 18. Jahr alt / ſoll ihm der Vormunder alle Land / Herrſchafft / Würdigkeit / Ehren abtretten. *Schönb.* 2. *pol.* 14. *Schütz. de Vicar. concl.* 41. *lit. b.* & *diſſ.* 7. *de diviſ. R. Th.* 16. *lit. b.* alias enim abſurdum videtur, Electori officium Electorale, quo in publicas vigilias & ſolicitudinis Imperialis partem aſſumitur, Imò pro ratione caſus occurrentis totius Imperii adminiſtrationi, tanquam vicarius ſufficit provinciæ ſuæ Elect. adminiſtrationem minimè credi, ſed tutori relinqui, donec ſapiat ſummus ille Imp. Conſiliarius, allegant alii rationem differentiæ quòd in actibus EE. cum aliis collegiis ſuis concurrat, in terræ vero gubernatione, quæ ſocium non patitur, facilius erroribus fit expoſitus; cui nr. cum Limn. *l.* 3. *c.* 7. *n.* 37. *argt. §. fin. Ex quib. cauſ. man.* quod generoſa

roſa indoles & ſollicita educatio annos compenſet, *ut ſup. de Arumn. diſc. 4. ad A. B. th. 14.*

45 Q. VII. *Quid autem de reliquis principatibus E. delatis, an hi ſaltem apud tutorem usque ad ann. 25. manebunt?*

Id *voluit Richard. ante cit.* in ſucceſſione Frid. IV. iisdem coloribus, quibus prius u tebatur: Et quòd una perſona diverſos habet reſpectus, *l. 26. C. de ad. tut.* eſſe autem Electorem & Principem ſeparata ſint; licèt itaque quæ dicta ſunt de Electore; obtineant in ditione Electorali, in aliis tamen ditionibus debet gaudere Jure principum qui non ſuccedunt ante an. 25. ut ſeqq. tradetur: Verùm quia eadem ſequeretur abſurditas quæ quæſt. præcedenti allata eſt, hæc quoque E. poſt an. 18. reſtituenda eſſe concludit Schütz. *d. diſſ. 7. Th. 16. lit. b.* Sic Frid. V. Palatinus & Chriſtianus II. Saxoniæ Elector, completo Bullæ termino cum Electorali ditione etiam aliorum principatuum gubernationem ab adminiſtratoribus receperunt. Facit huc alia Bulla Carol. IV. in cauſa Rupertorum, de An. 1356. quæ prioris eſt interpretativa, ibi. ſoll ihm daun der Vormund alle Lande/ꝛc. abtretten. *Limn. d. loc. n. 36.*

Hinc reſolvenda venit

46 Q. VIII. *An idem tempus conſtitutum in aliis S. R. I. Principibus?*

Neg. Lim. *lib. 7. c. 31. n. 40. Schütz. diſſ. 4. th. 19.* quia regulæ de finienda tutela poſt An. 25. inhærendum tamdiu, donec probetur exceptio, nec A. B. tanquam Jus ſingulare de perſona in perſonam extendenda eſt, *l. 14. & 15. de ll.* ſed confirmat exceptio reg. in caſu non excepto: at exceptio tantùm prodita eſt in EE. *d. c. 7.* Accedit Bulla Sigism. ibi in Principatibus verò ætatem obſervandam, prout à DD. Impp. ſancitum eſt. Obſt. quòd in aliis Principibus eadem ſit ratio, & major quidem, quòd in aliis etiam bona educatio ætatem ſuppleat; ut in EE. Imò in Principibus una directio ſubditorum tantùm requiratur. In E. verò duplex regimen exigatur ſubditorum & cura Imp. ad quæ majore opus induſtria. Ad I. Reſp. ex rationis identitate, Jura ſingularia extenſionem non recipere, *Jura ſing. de ll.* nec ultra perſonam trahi, *l. 1. §. 1. de Conſt. princ.* ſed ut idem reliquis principibus tribuatur, imploranda eſt ſummæ majeſtatis & legislatoris auctoritas, Rumelin, *diſſ. ad A. B. 7. diſ. 10. p. 1.* Ad II. dicitur, ſi iſta argumentatio, (*quam Arum. diſc. 4. th. 15. Hothom. Conſ. 44. n. 52. vol. 1. tribuit.*) ab EE. ad alios Principes procederet, multò magis privatæ conditionis homines eo tempore adminiſtrationem recipere deberent, quia EE. illis & Principes ſuperiores ſunt, & majora tractare debent. Unde apparet privilegium etiam ex majoritate rationis citra concedentis voluntatem extenſionem non recipere, *ita Arum. d. loc. Th. 15. Schütz. diſſ. 7. th. 16.* Non itaque obſt. quòd in Haſſiæ Principum familia idem terminus ſervetur, & plura exempla, ut Wilhelm. Bavari. Joan. II. & Wolfgangi Palatinorum, Philippi Pomerani, & alia ſimilia ad hoc allegari poſſunt. Id enim ex ſpecialibus Imperialis Majeſtatis conceſſionibus & venia, ac obtentis privilegiis invaluit, nobis quæſtio eſt, quid ceſſante privilegio regulare Jus ſit in Principibus, quanquam ex ſpeciali Jure Saxoniæ Carol. M. privilegio dato minorennitatis terminus vigeſimus primus annus ſit; cujus quidem prærogativæ rationem hanc Carpz. *in Jurup. forenſi Saxon. p. 2. ad Conſt. 11. def. 19.* ſibi perſuadet amore patriæ inductus, quòd in terris Saxonicis homines aliquando maturius ſſperent, quàm alibi: ut alibi ſeriùs ſapere incipiunt. Verè tamen genuina ratio reddi non poteſt, quàm cur mulier citiùs duobus annis tutela ſolvatur quàm maſculus, *p. I. quib. mod. tut. ſol.* & maturiùs teſtamentum facere poſſit *l. 2. de Vulg. & pup.* quin & maturiùs veniam ætatis impetret, *l. 2. §. 1. C. de his qui Ven.* quas conſuetudines & ſtatuta localia attendi debere, conſtitutum, *in O. C. p. 2. a. 37.* & ita An. 1406. Fridericus in Thuringia Landgravius, cùm annos viginti & unum impleſſet, ad avitarum ditionum gubernationē admiſſus eſt, Lim. *del. p. lib. 1. c. 7. n. 66.* An. Chriſti 1618. Joannem Philippum Lineæ Altenburgenſis primogenitum ætatis Anno 21. quo nuptias celebrabat, cura ſolutum Ducatus clavum apprehendiſſe memorat Schütz. *d. loc. lib. 6. in fin.* Alios tamen Principes, qui J. Saxonico non utuntur, ll. civilibus regulari debere monet Coler. *de I. Imp. Germ. Sect. 65.*

Q. IX. *An pater ſua diſpoſitione d. terminum coarctare vel prolongare poteſt?* 47

Neg. Rumel. *ad A. B. p. 1 diſſ. 7. th. 8. argt. 22. de adopt. Arum. in diſcurſ. 194. th. 13. per verba dicti cap. 7. A. B.* quibus pater, tanquam priva-

tus

Digitized by Google

tus teſtamento derogare nequit, cùm Impp. etiam decreta præſidum vel conſulum ambitioſa habuerint, quibus ante legitimam ætatem minoribus rerum ſuarum adminiſtrationem concedebant, *l. 3. ff. de Minor.* ſicut Jure civili etiam benè rem ſuam gerentibus adminiſtratio ante 25. annos committi non debet, *l. 1. de Minor.* ita nec EE. ante annum 18. Item tantùm Anno 20. ætatis venia conceditur. *l. 2. C. de his qui ven. at. Freher. de tutel. Elect. fol. 4. ubi ait:* quòd licèt tempus finiendæ tutelæ certam habeat præfinitionem, tamen illud à patris definitione pendet, qui ad brevius tempus tutorem dare poteſt. *§. ad certum. qui teſt. tut. & præterea: quib. mod. tut. fin. junct. dicto Apoſtoli ad Galat. 4. ibi quanto tempore hæres parvulus eſt, eſt ſub tutoribus usq; ad præfinitum tempus à patre.* ℞. Hæc licet obtineant de Jure Civ. tamen tempore à patre præfixo lapſo, ſi adhuc ætatem non habeat pupillus, alium dari tutorem usque ad legitimam ætatem, Schütz. *diſſ. 7. Th. 16. lit. b.* itaque ante tempus definitum finita tutela civili, per diſpoſitionem patris pupillus in aliam tutelam incidit. *l. ſi quis ſub conditione. de teſt. tut. l. ſi tutor reip. §. 3. de Tut. & rat. diſt. Arum. ad A. B. diſc. 4. th. 13. in fin. ad l. 55. de leg.*

48 Q. X. *An tutela ita patruo deferatur, ut tamen pater alium teſtamento tutorem dare, & patruum tutelá privare poſſit?*

Hæc quæſtio mota eſt, cùm Frider. IV. Palatinus. E. filio minori tutorem daret Joannem Ducem Bipontinum, proximiore & ſeniore agnato Philippo Ludovico Neoburgico præterito Anno 1592. Vexatiſſima hæc quæſtio acerrimis hinc inde calamis agitata eſt; Et quidem teſtamentariæ tutel. locum tribuit pro Bipontino Freher. *ſpeciali comm. de Tutela Elect. Palat. & cum eo Golef.* At teſtamentariæ locum non eſſe ſenſit Gædd. *in l. 120 de V. S.* Schönb. *2. pol. c. 14.* Sed Buxt. *ad c. 7 diſſ. 86. lit. a. cum Roſenth.* competenti Judici decidendum relinquit. Poſteriorem ſententiam ſequi, urgent ſequentia motiva; quòd agnato proximo tutela l. publ. Imp. c. 7. A. B. defertur, ergo eo hominis diſpoſitione auferri non poteſt, *l. 38. de pact. Gædd. in dim. l. 120.* licèt decies millies contrarium voluerint morientes, *ut ait Nov. 22. c. 33.* Nec contrariam ſententiam juvat, quòd tutela legitima ceſſet, quamdiu ſperatur teſtamentaria, *l. 11. pr. de teſt. tut. l. 9. §. 1. de Tut. & rat. diſt.* & ſic A. B. obtineat, quando teſtamento nihil diſpoſitum. ℞. Id quidem obtinere Jure communi in privatis, uti *ex l. 21.* agnatis tutela non ſimpliciter defertur, ſed ſub illa conditione vocantur Tutores legitimi, ſi nullus teſtamentarius exiſtat. *§. quod autem. 2. de leg. agn. tut.* at in hac materia lex regni & A. B. purè & præcisè vocat agnatum, eique proprio quodam & immutabili Jure tutelam defert, *Arum. ad A. B. diſc. 4. th. 10.* & quidem in compenſationem, quòd primogeniti filio ſeu nepoti Juniori in Electoratu ceſſerit, cui factum teſtatoris præjudicare non poteſt, *l. 55. de leg. 1. l. 42. de oper. lib.* nec enim credibile eſt, auguſtam illam Regni legem publicam in ſalutem orbis Chriſtiani, tot vigiliis, tanto procerum Imp, conſenſu, omnibus turbis & motibus obviandis & componendis, promulgatam fundamentalem ſanctionem ita latam eſſe ut facto hominis everti poſſit, & ſic rurſus janua imò porta periculoſiſſimis diſſenſionibus ac bellis aperiri, aliàs dicendum exemplo Domitii *in l. 27. qui teſt. fac.* ſtultam eſſe conſtitutionem, de qua dubitare ſani non potuerunt. Si dicamus, ut in hoc paſſu poſt tot curas, labores, anxietates à Carolo IV. hic definitum, quàm quod jam ex Juſtiniani primis Rudimentis definitum noverant dupondii, qui in primis ll. veſtibulis ſtantes ad arcana non penetrarent, ſed inſtitutionum faciem tantùm conventibus oculis aſpexerant. Sicut ergo totus textus Carol. in aliis, ita in hoc puncto ſingularis eſt; Si ſingularis, ergo à Jure Civili diverſus. Econtra, Si de tutela diſponere E. liceret, non ſcandalis, non diſſentionibus futuris, ut voluit, occurriſſet Carol. offenſo ſcil. proximo agnato, cui tutelam lex defert; Sicut enim Jus omne ſucceſſionis Electoralis, utpote feudi Imperii non à vaſallo Electore, ſed à Domini concedentis Imp. voluntate oritur, qui, quo modo, quibus conditionibus vult, id concedere poteſt, *c. un. §. hi, qui feud. dar. poſ.* ita idem de adminiſtratione dicendum. Inſt. ergo Elector erit deterioris conditionis, quàm privatus, qui tutorem liberis dare poteſt. *de off. præt. l. 1. C. de SS. Ecleſ. l. 120. de V. S.* ℞. Poſſe privatum de bona ſuis plenoq; Jure ad ſe ſpectantibus diſponere, non etiam Vaſallum de feudo, & ſic nec de Elect. diſpoſitio E. valet. *c. un de ſucceſſ. feud.* Hinc dicitur, in A. B. Succeſſio in primogenitis perpetuò ſervetur, eà tamen conditione, oder mit der

Weiß und Beding / ut ſi Principem, &c. Tunc frater ſenior ejus primogeniti tutor & adminiſtrator exiſtat donec, &c. ut proinde impubes ad ſucceſſionem Electoratus admitti volens huic conditioni parere debeat, & ſi non pareat, admitti nequeat, conditio enim omnino implenda eſt, *l. cum avus, de Cond. eodem. l. ex facto. §. ſi quis autem. ad SC. Trebell.* Non ſatisfit autem ſi teſtamento deſignatus admittatur, adeoque hoc novum à Jure communi diverſum induxiſſe cenſetur Carol. Objicit quidem Freher, etiam nova plurima inducta, & ſi tutor admittatur teſtamentarius, Conſt. h. Carol. induci, I. Quòd matri & aviæ, dum de agnato loquitur, aditus inhibetur, *contra Auth. matris & Aviæ. C. quand. mul. tut. eſſ.* Verùm hoc novum non eſt, ſed vetus, nec unquam fœmina ad feuda propria admiſſa, nec ad Conſilia publica vocata, *l. fœmina. d. R. I.* unde ſicut per ſe non admittitur, ita nec alieno nomine admitti ante potuit mater & avia. II. Dicit Freh. ſingulare hoc induci, quòd ſolus ſenior ab inteſtato ad tutelam vocetur, cùm aliàs plures pares gradu de Jure Civ. eſſent admittendi, *l. 9. de leg. tut. 1. §. cùm autem. de leg. ag. tut.* Verùm nec hic novum, ſed etiam ante A. B. obſervatum, ne ſcil. numerarius ſeptenarius votorum Electoralium multiplicaretur, & hanc ſententiam noſtram præjudiciis confirmat. *Arum. d. diſc. 4. th. 10. in fin. add. Coler. de Jure Imp. Germ. Sect. 56. qui auctoris veſtra ſent. refer.* Demum aliud eſt patrem filio ſuo tutorem dare, aliud verò privatum, Imperio Vicarium & Imp. Electorem, orbi Chriſtiano ſummum Conſiliarium, arcanoque Collegio aſſeſſorem conſtituere, cùm *l. 12. tab.* de re ſua tantùm diſponere permiſerit, *l. 122. de V. S.* Unde Imp. Rudolph. II. Neob. Principi Ann. 1603. 27. Jan. reſpondit, ſe non poſſe non fateri, rem eſſe pernitioſi exempli, & Electori Palatino minimè convenientem, &c. Plurimùm intereſſe, ut A. B. ſarta tecta maneat. Cui adſtipulati expreſſis Joan. Adamus Arch. Mog. 28. Jul. 1603. Loth. Trev. 29. Jul. & Erneſtus Col. E. Chriſtianus II. Sax. Elect. 24. Julii. Lim, *lib. 1. c. 11. n. 104.* prout Ludov. IV. mortuo fratre ejus tutelam impuberis Philippi ſpreta diſpoſitione teſtam. ſuſcepit, Harpr. *ad §. 2. n. 30. I. de teſt. tut. Schütz. diſp. 7. th. 16. lit. d. pag. 419.*

49 IV. Eſt & alius modus ſuccedendi in Electoratu ex pacto, quod confraternitatis vocant, Germanicè, Erb-Verbrüderung / oder Erb-Vereinigung / quæ ſunt conventiones inter illuſtres Germaniæ familias, ut altera ſtirpe extincta, ad alteram ditiones illius & bona perveniant: differt ab Erb-Vereinigung / 2c. (quamvis à quibusdam Dd. hæc confundantur) quod Erb-Vereinigung / 2c. denotet conventionem de certo modo belli pacisque tempore ſervando, & ad pacem publicam conſervandam citra diſpoſitionem bonorum tendit, quæ ad heredes deſcendit, & in affectu eſt confœderatio, *Arum. diſc. 6. ad A. B. th. 6. Guttich. de Confrater. th. 1. lit. b.* vocabulum autem Erb-Verbrüderung / denotat proviſionem de modo ſuccedendi, unâ vel alterâ familiâ, quoad maſculos extinctâ. Schönb. 2. *polit.* 13. Non obſt. his pactis, quòd Jure Civili ne quidem reciproca valeant, *l. 5. C. de pact. l. 4. C. de Innut. ſtip. l. 61. de V. O. fin. C. de pact. ex ration. ſeq.* I. quòd auferant liberam teſtandi facultatem, *l. I. C. de pact. Conv.* II. quòd inducant votum captandæ mortis, *l. 11. C. de Transact.* quas quidem ſufficere non putat Bach. unde addit III. certiorem, quòd ſicut jure Civili certi ſunt modi acq. oblig. & dominii, ita etiam hereditatis duo ſint modi, Teſtamentum ſcil. & lex, pactum autem non ſit legalis modus. *l. fin. de ſuis & leg.* Reſp. Namque quòd lege id etiam conſuetudine induci poſſet, *facit l. 36. de ll. §. pen. de I. nat.* ſic pactum de ſuccedendo probat, **Nov. Leon. 19.** quæ licèt auth. non ſit, tamen probabile eſt, quòd Imp. Leo Philoſoph. conſtituit, naturali rationi non adverſari. ſic conjugum teſtamenta reciproca de conſuetudine valent, ut etiam valent de Jure inter milites, *l. 19. C. de pact. Geil, 2. obſ. 27. n. 7.* quamvis etiam in confraternitate Saxo. Haſſica excepta fuit ſumma 30000. fl. ſuper qua teſtari reſervatum fuit, ſicque prima objectio ceſſat, & per tale pactum Comitatus Hennebergicus ad Sereniſs. Saxon. Duces devolutus eſt; Cùm enim Anno 1554. menſ. Sept. Jo. Frid. II. Jo. Wilh. & Jo. Frid. III. Saxon. Duces cum Wilhelm. Georg. Erneſto & Poppone Hennebergicis, conveniſſent, ut extinctis Hennebergicis Saxon. Duces in toto Comitatu Hennebergico, & è contra, decedentibus Saxoniæ Ducibus ſine maſculis, Hennebergici in diſtrictu Coburgenſi ſuccederent, eamque conventionem confœderati Haſſ. Landgravii appro-

barent,

Digitized by Google

bareut,& Carol.V.An.1555. confirmaret, conditio in Principibus Hennebergicis An.1583. extitit, & Comitatus cum omnibus pertinentiis,&c.ad Duces Saxoniæ tranſlatus eſt, teſte Reuſnero, *vol. 1. conſ.* 3. Ita quoque pacti leguntur Duces Bavariæ & Palatini Principes, *ut refert.* Schönb. 2.*pol.*13.*Bod.* 1. *de rep. c.*2.*n.*13. plura horum extant exempla quæ recenſere, foret prolixum, *V. Hotom. conſ.* 32.37. Schönb. *d. loc.* Hinc alia reſultat reſponſio ad objectas Il. Civiles, quæ pacta etiam Jurata improbant,& in ſpecie *l.* 19. *Cod. de pact.* quòd ſcil. de privatis ſint conceptæ, unde contrar.um videtur obtinere in publicis perſonis, perſonæ autem in illuſtri dignitate conſtitutæ, ceu magiſtratus Reipub. Rom. publicis accerſendæ ſunt, *argt. l.*1. *§. jus publ, de l. & I.* Item hi Principes Imp. ſemper militare cenſentur. Geil. 2.*obſ.*127. *l.* 2. *C. de domeſt.* quod igitur militibus conceſſum; his non videtur negandum. Accedit quod finis horum pactorum ſit optimus conſervatio ſcil. pacis & tranquillitatis in Imp. cujus cauſam publicam eſſe conſtat, *l. ſi quis ingenuus, §. in civil. ff. de Capt. & poſtlim.* * Maximè quia ad formam horum
50 pactorum Imperatoria confirmatio requiritur; Cum in his non tantùm de allodialibus, verùm maxime de Imp. feudis agatur, quæ abſque conſenſu Domini extra familiam alienari, aut transferri nequeunt, *t. t. de prob. feud. al. per Frid. & per Lothar.* qui conſenſus Imper. tanquam ſuperioris feudi eo magis requiritur, ut perſpiciatur, an talia pacta Rom. Imp. nocitura ſint, nec ne, Geil. 2. *obſ.* 127. *n.* 6. *Caſp.* Guttich / *de Confratern. th.* 6. *Vult. de Feud. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 4. & huic confirmationi plerumque adjici ſolent clauſulæ ſalutares, ex plenitudine poteſtatis cum inhibitione derogatione & caſſatione omnium jurium in contrarium aliquo modo tendentium,&cum omnium defectuum ſuppletione. Ita confirmavit. Confrat. Ducum Sax. & Haſſiæ Carol.IV. An.1373. Rudolph. II. An.1597. adjecta pœna etiam in caſum contraventionis. quæ ſola confirmatio ad validitatem eorum pactorum ſufficeret, quin imo per eam pacta vim legis ac ſtatuti inter ipſas illuſtres familias nanciſcuntur, Geil. *d.l.n.* 8. ut & iſta confirmatio omne votum affectatæ mortis tollit, cunctas malorum morum reprehenſiones, læſiones & fraudes ceſſare facit, *l. fin. C. de Vend. rer. Civ. l.* 1. *ubi DD; C. de his qui propt. met. Jud. non app.*

Q. I. *An hodie adhuc Imp. integrum ſit, pacta confraternitatis de novo ineunda, abſque conſenſu EE. approbare confirmare & paciſcentes inveſtire?* 51

Affirm. fundant ſe in communi & veteri regula, quod dominus Feudi vivente vaſallo ſub conditione, ſi ſine liberis decedat, alium inveſtire poſſit, de quo 1. *Feud.* 7. *n.* 47. *Hart. Piſt. q.* 30. *p.* 2. quæ poteſtas Capitulatione Caroli V. *c.* 24. non videtur reſtricta, cùm tantùm de bonis vacantibus & caducis loquatur: hæc autem confirmatio & inveſtitura non de Feudo vacante ſit, ſed de vacaturo, & expectativam continet; Illam olim ſoli Imp. concedere permiſſum ex A.B. *ut docet Arum. diſc.* 4. *Th.* 16. hodie ſecus *per Capitul. Carol. V.* Verùm contrariū tuetur Guttich *de confrat. Th.* 61. motus Capitulatione Ferd.I. *a.*22.&23. Rudolph.& Matth. *a.*26. quæ hac ratione eludi poſſent, per expectantias, quas pacta confraternitatis involvunt.

Q. II. *An pacta hæc olim inita, & à Caſare firmata, antequam ejus poteſtas reſtringeretur etiam de Electoratu intelligantur?* 52

Affirm. Schütz. *de poteſt. diſp.* 6. *th.* 29. *lit. d. & diſ.* 7. *th.* 17. *lit. c.* ubi in hypotheſi; Potentiſſ. Saxon. Ducibus Sereniſſ. Haſſorum Principes etiam in Electoratu, caſu ita accidente ſuccedere poſſe aſſerit. Diſſ. Limn. *d. l. p. l.* 4. *c.*8. *n.* 166. ubi ſuſtinet Saxon. Landgr. non ceſſurum cum annexis dignitatibus: Rationes ſunt. I. Quia in fœderibus majorum nec in renovatione pacti An. 1587. continetur. II. Quia ad Imp. pertinet, nec generi ſed honori tribuitur. Ac licet pactum inter dd. familias generale eſſe & ſe ad bona tam præſentia quam futura extendere, videtur, quia nomine Fürſtenthum / Graffſchafft continetur, cum tamen Electoratus nec in pacto nec in confirmatione fiat mentio, præter mentem contrahentium, qui tantum expreſſerunt, quantum voluerunt, & proinde tantum voluerunt, quantum expreſſerunt, non eſſe extendendum putant, cum diverſa ſint, ein Fürſtenthum: und Chur-Fürſtenthum. Ad hæc Limn. fundamenta veniendo: Ad I. & III. R. Schütz. *diſp.* 6. *Th.* 29. quod vox Chur-Fürſtenthum *ſub* Fürſtenthum / contineatur, ut *in c.* 79. *A. B. & alias* non rarò adeoque illo expreſſo, ſpecies omnes contineantur. Ad II. dicitur non tam vi pacti ex diſpoſitione hominis, quam ex inveſti-

tura

Digitized by Google

tura Cæſarea de bonis omnibus facta deferri Electoratum, & licèt generis ſit per Cæſarem tamen generi tribuitur. *c. 7. A. B.* Non negat Limn. generi à Cæſare tribui poſſe, ſed quia verba confirmationis defuerunt, huic tribui negat, ſed quia verba generica ſunt confirmationis, etiam ad Electoratum pertinere ſuadet *l. 3. de conſtitut. princ.* Accedit quòd hodie documenta extent ab Imp. confirmata etiam de Electoratu, *ut tradit Schü z. diſſ. 6. Th. 29. lit. d.* quibus viſis Lim. ſe noſtræ ſententiæ acceſſurum reſpondit demum cum dd. Principes certam tantum ſummam ſibi reſervarint, in dicta confraternitate erecta Anno 1555. 22. Martii, ſequitur, quod reſervatione excepta in reliquo pactum maneat firmum: cui pacto cum aſſentiatur confirmatio, conſequens eſt, eam eod. modo interpretandam, uti relatum ad id, ad quod refertur, ut proinde ſicut potuit, ita etiam voluerit Imp. etiam in Electoratum ſuperſtitem familiam Haſſicam eveniente caſu inopinatæ evacuationis admitti.

53 Q. III. *Sed quid ſi in extincta familia heredes fœminæ ſucceſſionis incapaces extent indotatæ aut innuptæ? an hæ omnino ſucceſſione paterna excluſæ in egeſtate vivent?*

℞. Si certa ſumma reſervata ſit, eam ſuperſtiti filiæ aut ſuperſtitibus deberi, ſin autem nil ſit reſervatum, res cum ſuo onere tranſire ſolet.

54 Q. IV. *Quid ſi etiam Feuda fœminea habet is cujus familia extinguitur, & bona allodialia, quorum capax eſt ſuperſtes, filia. an pactum confraternitatis in earum præjudicium fieri poteſt & valebit?*

Quidquid hac in re diſting. Berſius *in tract. de pact. & conſuet. illuſt. fam. c. 4. pag. 84.* inter Feuda fœminea à fœminis acquiſita, & inter Feuda à maſculis quidem acquiſita, ſed tamen adjecto hoc pacto, ut fœminæ etiam eorum ſint capaces. ℞. priore caſu pacto confraternitatis fœminam non excludendam, poſteriori verò excludi: ſed hæc diſtinctio non placet, licet enim illud propriè ſit, 2. *Feud.* 50. & 30. Vult. *cap.* 8. *n.* 3. fœmininum, quòd à fœmina acquiritur, hoc verò quòd maſculo acquiſitum eſt, ſed cum pacto inito vel poſtea adjecto, ut id fœminæ habere poſſint, vel fœminæ cum maribus ſuccedant, per hoc tamen Feudum fœmininum non fiat, ſed maſculinum maneat, *arg. l. 1. §. 13. & 30. depoſ. Vult. dicto c. 8. n. 3. per c. 1. de eo qui ſibi vel ſuis hered.* Tamen per hoc pactum Feudum in improprium degenerat, 1. *Feud* 1. *§. hoc autem.* & ſicut in fœminino deficientibus maſculis fœminæ ex natura Feudi ſuccedunt etiam ſine expreſſa conventione *lib. 2. Feud.* 30. ita in hoc maſculino propter pactum expreſſum fœmina ſuccedit, & in utroque eadem eſt ratio Juris quæſiti, vel ex prima inveſtitura tacite vel expreſſo pacto fœminæ deficientibus maſculis. Unde hæc duo parificantur, feudum fœmininum & maſculinum cum pacto pro fœminis conſtitutum, *dict. lib. 2. Feud.* 30. ſi ergo in fœminino pactū confraternitati non nocet exiſtente fœmina, neque in altero cum dicto pacto nocebit. Neque puto hic recipiendam diſtinctionem alteram ejusdem Berſii, ſi Imperator, ex plenitudine poteſtatis confirmat actum confraternitatis, fœminas in futurum excludere voluit, ut tunc maximè ſi nondum extent filiæ tempore initi pacti ſucceſſori, poſtea naſcituræ exiſtere poſſint *ſecundum allegata à Gabriel. de l. quaſ. non toll. concluſ.* 4. *n.* 40. Sin autem extent filiæ, conſenſum earum requirit, ut à ſucceſſione excludantur. Hæc diſt. à multis ideo reprobatur, quod Jus auferre plenitudo etiam poteſtatis non admittat, ſed potius ſit plenitudo tempeſtatis. II. incognita, imò adverſa, *§. fin. de his qui ſui vel al. c. un. de not. Feud.* quando autem utilitas publica hoc ſuadet, pretium refundendum ſit, *d. §. fin. l. 13. §. 1. Cam. pra. d. Minſ.* 3. *obſerv.* 97. *n.* 4. Accedit, jam ex prima inveſtitura facta vel pacto fœminæ omnibus futuris fœminis deficiente linea maſculinâ radicaliter jus ſit acquiſitum, quod invitis non eſt auferendum. Itaque iſtis diſt. rejectis, verius videtur, Guttich. *Th.* 5. etiam pacta ſucceſſoria de Feudis fœmineis fieri poſſe, non attento hoc fœminarum præjudicio, modo illæ fœminæ ſint paciſcentium confraternitatum heredes, tunc enim pater ipſis præjudicare poteſt, cum heres non debeat venire contra factum defuncti *l. 14. Cod. de R. V. c. un. an. ag. vel fil.* Quamvis enim fœminæ jus quæſitum habeant, ex prima inveſtitura, ut d. habent tamen illud mediante patris ſui perſona, ideò quod ex perſona patris habent, invito impugnare non poſſunt, *Vult. in t. Feud. lib.* 1. *c.* 21. fœminas autem non obſtante tali pacto confraternitatis, parentibus heredes exiſtere indubium eſt, licet enim non ſuccedant in omnibus bonis, ſuccedant tamen in ali-

quibus

quibus, accipiendo ſummam reſervatam, quæ vicem legitimæ repræſentet, & licèt fortè eam non adæquet, ſtatuto tamen minui poteſt, *Geil. 1. ob. 121.* Licèt tutius ſit, fœminarum conſenſum adhiberi, quæ, extant tempore pacti de quarum præjudicio agitur. *argt. quod omnes de R. I. in 6. l. fin. C. de auil. praſt.*

55 Q. V. *An ex pacto confraternitatis contrahentium ſucceſſores obligentur?*

Videbatur negandum ex vulg juris regula, quod pactum alterius alteri non præjudicet, *l. 25. §. 4. de pact. l. ap. 53. de re judic.* nec juramenta etiam ſucceſſorem teneant, ſed utpote perſonalia cum perſona Jurantis obligatio extinguatur: Verùm ſucceſſores obligari probatur his rationibus, I. quia ſucceſſor ejusdem voluntatis eſſe cenſetur cum anteceſſore, *l. 28. de op. libert.* II. Non mutatur obligatio ex perſona heredis, ſed in eum activè & paſſivè tranſit, *l. 2. §. Ex his. de U. O. Nov. 48. in princ.* III. Si pater filium heredem in teſtamento gravare poteſt, ut aliquid det, faciat, &c. cur non poteſt eum obligare ad minus onerosa? IV. heres non poteſt venire contra factum defuncti, *l. 14. c. d. R. II.* quod multò magis obtinet, quando conventio anteceſſoris non tendit in præjudicium ſucceſſorum, ſed potius in eorum utilitatem & bonum commune, acceditque ſuperioris authoritas, ut hic: nec enim ſucceſſori præjudicatur in prima inveſtitura vocato, ſed providetur, hoc pacto de ſucceſſore linea extincta, quo caſu proviſio ad ſuperiorem ſpectaret, non ad ultimo deficientem de novo vaſallo Principe vel Electore diſponere, ut proinde potiùs præjudicium fiat domino ſuperiori: accedit quòd ſucceſſoribus æquæ curæ eſſe debeat ſalus publ. quæ privatis comodis anteponenda, *l. 4. C. de Primipil* ad quam hæc pacta tendunt, cum interſit certos eſſe regnorum ac Principatuum ſucceſſores, ne decedente ſine herede Principe principatus in partes diſtrahatur, aut in aliam reip. formam, qua converſione exitiales diſcordiæ, variique tragici tumultus & inteſtina bella, indeq; omnis generis mala in remp promanant, ut experientia, pro dolor! ſatis docet, ad quæ præcavenda hæc pacta conducunt, ubi ſucceſſor deſignatur, & tam hujus quàm illius familiæ ſplendor conſervatur: Item intereſt utriusque, ne antiqua majorum prædia & caſtra ad manus exterorum perveniant, *l. 6. C. de bon. qualib. l. 22. C. de admin. tut. Geil. 2. ob. 127.* Item ſubditorum intereſt ne alienis & peregrinis ſubijciautur dominis, *facit. l. invitus. 34. de Fideic. lib. l. 43. de act. Empt.*

Q. VI. *An ſubditorum conſenſus etiam ad hoc pactum requiritur?* 56

Etſi Dominus ſubditos invitos in potentiorem transferre non poſſit, ut probat Hotoman. *illuſt. q. 1.* ubi tradit regem Galliæ ſine publico regni conſilio nihil alienare vel oppignorare poſſe, tamen multa per univerſalitatem in conſequentiam tranſire notum eſt, quæ per ſe & principaliter alienationem repudiant, *l. 62. de acqu. dom. Geil. 2. de p.p. 15. n. 15. Vult. de feud. 1. c. 10. n. 71.* In hoc tamen caſu ſi non præciſæ neceſſitatis, non minimæ tamen utilitatis eſſe, cenſet Guttich *de Confratern. th. 7. in fin.* præſertim ſi de potenti aliqua provincia, cujus ſubditi armis ſe adverſus ignotum, & ipſis invitis obtruſum Dominum tueri poſſint, agatur. Sic enim multorum tumultuum & ſeditionum occaſio providentia Principis præcaveri poteſt.

Quia confraternitatum effectus eſt defenſio, & hinc alter alterum cum ſuis ſubditis & vaſallis ut fratrem adjuvare eique aſſiſtere tenetur, non raro autem accidat, ut diſcordiæ naſcantur inter utriusque dominos.

Q. VII. *Cui ſuccurrent vaſalli, ſi ipſi Domini inter ſe bella gerant?* 57

Licet Gentil. *lib. 3. de Jure bell. c. 18.* exiſtimet, quod utrique auxilium denegare poſſint eo quòd nemo teneatur opprimere unum præ alio, licet ei ſuccurrendum ſit, qui juſtam belli cauſam fovet, quando ſuccurrendi neceſſitas occurrit, cum impoſſibilium non ſit obligatio, *l. impoſſ. de R. I.* impoſſibile autem videatur auxiliari ei, qui juſtitia cauſæ deſtituitur, adeo ut homicidia admittant ſinguli patrocinantes, quia peccati ſe complicem adjutor facit. Verùm ſi uterque in cauſa Juſtitiæ ſe fundat, & apparent pro utraque parte ſpecioſa argumenta, prout in bello civili & proceſſu utraque pars probabilem cauſam litigandi habere poteſt, *l. pro. erandum. C. de Jud.* Hoc caſu, quia ſubd. & vaſallorum non eſt judicare de cauſa juſtitiæ: Tutius eſt, ut adjuvet Dominum ſeniorem.

Digitized by Google

ſeniorem, & ſic quilibet eum, à quo hactenus protectus & gubernatus eſt, *juxta Feudiſt.*

58 V. Deficiente autem pacto confraternitatis, ſi tota familia extinguatur, dignitas & feudum ab Imp. devolvitur; olim autem potuit de feudo ita vacante Imperator liberè providere, tanquam verè ad ſe & Imp. devoluto, *A. B. c. 7. circa fin.* qui text. licet loquatur de Electoratu in ſpecie, idem tamen in omnibus Imperii feudis obtinuit. Idem dic. ſi ob feloniam vel culpam vacaret, ſolius Bohemiæ privilegiis ſalvis, *qua de re inſeq.* ut proinde errent, qui putant ex conſtitut. Henr. II. Electores ſeculares ab Epiſcopo Bambergenſi infeudari, qui error inde ortus eſt, quòd non attenderint diſtinctionem inter ipſos Electoratus, quos ab Imp. habent & officia Archipincernæ, Dapiferi &c. quæ cum annexis commodis ab E. Bambergenſi recognoſcuntur, *ita Freher. de orig. palat. c. 15. lib. 1. Petrus de Andlo. lib. 2. c. 15. Gewold. in amitheſi ad Freherum.* Et quanquam per Capitulationes Carol. V. *a.* 24. Ferd. II. *art.* 28. Ferd. III. *a.* 32. cautum quòd ad labeſcentes Imperii vires non nihil reſtaurandas, feuda ad Imp. devoluta non ſint aliis concedenda: Id tamen nec uſu receptum, imò potiùs contraria obſervantiâ abolitum videtur, ut oſtendunt exempla in Ducatibus Mutinæ & Regii, item Ducatu Mediolanenſi Imperio aperto, quem filio ſuo Carol. V. conceſſit, *Buxtorff. ad A. B. c. 7. diſp. 87. lit. l.* Attamen hoc ad Electoratus non eſt extendendum, ſed manet incorrecta diſpoſitio *A. B. c.* 7. ut Imp. Electoratum retinere nequeat, ſed alium Electorem infeudare debeat, ne ſcil. EE. numerus (quod periculoſiſſimum foret, & unde etiam Imperio magna incommoda exoriri poſſent) imminuatur, *Schutz. diſp. 6. Th. 29. in fin.* nam A. B. non ſolùm dicit Imper. feuda Electoratus infeudare poſſe, ſed per verbum debebit, neceſſitatem infeudandi injungit.

59 Q. I. ***An hodie inſuper EE. conſenſus neceſſarius in Collatione emortui Electoratus?***

Pro negativa facit, *d. c. 7. A. B. §. fin.* Et id ſuſtinuit Imper. in Propoſitione Ratisbonæ 7. Jan. 1623. *apud Londorf. tom. 1. lib. 6. cap. 152. pag.* 1070. uti olim Imp. Sigiſm. Electoratum Brandeburg. per mortem Jodoci March. Brand. Imperio apertum Friderico Burggravio, & Electoratum Saxonicum extincta in Alberto Urſorum familia, Friderico I. March. Miſniæ, denuò in feudum contulit, *Buxtorf ad c. 7. A. B. diſp. 87. lit. f.* Hoc autem non reperitur per Capitulationes correctum, nec Ferdin. II. *a.* 39. nec Ferdin. III. *a.* 42. *Buxtorf. ad A. B. c. 7. diſ. 87. lit. e.* cum A. B. EE. mutare ſine Statuum conſenſu non poſſint, nec id etiam ex contextu Capitulat. appareat, quod A. Bullæ in puncto Electoratuum derogatum ſit, cui antecitatæ propoſitioni pars EE. aſſenſerunt, 20. Jan. *teſtant. actis publicu. pag.* 1070. *c.* 152. At aliud ſenſit ind. comitiis Ratisb. ſub dat. 8. Feb. Anno 1623. Saxo & Brandenburgicus, quod nempe res hæc ardua, & ex maxime arduis una cum EE. tractari debeat: Et ita translatio Electoratus in perſonam Mauritii Imperii fidelium conſilio, & matura deliberatione prævia facta ſit, *Schutz. d. loc. Lim. in annot. ad a. 29. cap. Carol. V.* Fürſtenthumb/ & Mauritius prævio in ſcriptis dato EE. conſenſu ad Collegium EE. receptus ſit; Et ſi Civitas à Cæſare ſine EE. non poſſit transferri, multò minùs poterit Electoratus: Accedit quod Imp. Ferd. II. in eligendo conſenſu Sax. & Brand. laboraverit, literis & legationibus miſſis, eam ob cauſam Moguntinum etiam humaniſſimis literis & in perſona Dresdæ convenerit, adeò ut *actis publ. teſtantibus tom. 1. lib. 6. c.* 117. *pag.* 1029. Duci Bavariæ Wilh. viſum fuerit, nimium hac in parte Saxoni deferri, cujus epiſtola extat *de 9. Nov. Anno* 1621. Poloniæ etiam Regis literæ de 26. April. Anno 1625. proſtant, quibus Brandeburgicum ad d. translationis approbationem hortabatur. Sic Rudolph. I. Imp. Anno 1598. Admiralio Hiſpano nomine ſui Regis Vice-Comitatum Veſuntinum petenti, reſpondiſſe dicitur: Feuda Imper. ſine Statuum conſenſu transferri non poſſe. Et ſic Gall. Rex Henricus Anno 1551. per legatum coram ordinibus conqueſtus eſt, quod Carol. V. Philippo filio Ducatum Mediolanenſem ſine ipſorum aſſenſu contuliſſet, *Schutz. diſp. 7. Th. 17. lit. E.* Accedit, quod nomine Principatus etiam veniat Electoratus, *ut ſup. d.* Item, ſi in Ducatus nova collatione aſſenſu EE. opus eſt, cur non magis in Electoratu, cum interſit maxime EE. ne ipſis invitis collega adjungatur, Conf. hæc ſententia ex

capit:

Digitized by Google

capit: Carol. V. *a. 9.* ubi non licet Imperatori quicquam ad Imp. ſpectans ſine conſenſu EE. alienare, at Electoratus vacans eſt res ad Imp. ſpectans, *c. 7. A. B. §. fin.* & reinfeudatio eſt alienatio. *ult. 1. de Feud. c. 3. n. 3.* Maximè quoque omnium Imper. Statuum intereſſe cenſet Lim. *in annot. d. loc. n. 24.* ne Electoratus vacans ſine EE. conſenſu à ſolo Imp. dependeat, ne ſcil. contractus, do ut facias, in Cæſaris & familiæ ſuæ commodum magis cum creatura ſua quàm in Elect. Collegii & Imperii ſalutem perficiatur. Haſce diſcordantes ſententias conciliare nititur Schutz *lit. c. d. diſp.* mediam viam eligendo pag. 425. ut prior obtineat in caſu transferendi Electoratum ex capite extinctæ generationis; Poſterior, quæ EE. aſſenſum requirit ſi caſus delicti & feloniæ inciderit; cui tamen ſe aſſentiri non poſſe, ſcribit Lim. *ad d. a. 24. cap. Carol. n. 26.* qui utroque caſu conſenſum EE. requirit, *ex c. fin. §. 1.* A. B. & allegat diverſa præjudicia *ibidem, n. 42. uſque ad fin.*

60 Q. II. *Quid ſi duo Imp. ſint Electi in diſcordia, & alteruter alteri vacantem Electoratum conceſſerit?*

Schrad. *d. feud. p. 4. c. 1. n. 10.* ſentit, hanc conceſſionem ex eventu dependere, ut illa firma ſit, cujus electio poſtea effectum conſequitur prout in ſimili, quando tutor teſtamento paterno olim datus erat, in quo filius exheredatus, querelam movet, pendente querela Tutor confirmandus eſt, ex eventu autem judicandum, an talis tutor teſtamentarius ſit vel dativus, ſi enim teſtamentum reſcindebatur dicebatur dativus, eo non reſciſſo teſtamentarius, *text. in l. 26. §. propter litem. de teſt. tut.* Diff. Rumelin. hac ratione, quòd iſta poteſtas Imp. vel ſaltem Regi Rom. competat, *c. 7. §. fin.* A. B. & hic neuter electus eſt, quia in neutrum majora vota conſenſerunt.

Si anteceſſores Impp. alicui ſpem ſucceſſionis vel expectativam dederunt, ſuper primo vel certo Electoratu fortè vacaturo, quia ultimus familiæ erat poſſeſſor, poſt dantis verò obitum prius Princ. vel Electoratus Imperio aperiatur.

61 Q. III. *An Imp. ſequens, qui pro tempore morientis Electoris imperat; ipſum expectantem inveſtire teneatur, vel alium aſſumere poteſt?*

Et quidem, ſi expectativa ordinum vel EE. conſenſu data ſit, res non habet magnam difficultatem; Cum Clericus ſucceſſor ſi Capituli conſenſus, ad expectativam etiamſi ex intervallo acceſſerit, eam ratam habere debeat, quando ſcil. de re Eccleſiæ inveſtituram & expectativam dedit anteceſſor, *Piſtor. p. 2. q. 27. n. 36. facit. c. un. in fin. 2. F. 25. Fachin. 7. cont. 29.* ſin autem Capituli conſenſus non adfuerit, Clericus ſucceſſor factum defuncti & promiſſionem anteceſſoris ratum habere non tenetur, quia ſuccedit Jure Electionis novo & proprio, Laicus autem Jure hereditario, *juxta Borch. c. 7. n. 19. Piſtor. 2. q. 27.* Ex hac ratione poſteriore membro diſtinctionis, plurimi ceſſante Statuum conſenſu, ſucceſſorem in Imp. non obligari volunt, quia non titulo ſucceſſ. Sed electionis ad Imp. venit, nec ullam à defuncto cauſam habet, *argt. c. 1. qui ſucc. dar. ten. Vult. lib. 1. c. 10. n. 16. Caſtald. de Imp. q. 115. n. 1. Roſenth. in Synopſ. c. 6. concl. 15.* & quòd anteceſſor ſucceſſori non potuit præjudicare, *juxt. c. 20. §. quamvis. X. de Elect.* Verùm contraria ſententia placet Buxtorf. *ad c. 7. diſ. 87. lit. d.* cùm textus feudales in ſucceſſore Laico non diſtinguant, inter titulum electitium & hæreditarium, *d. c. 1. qui ſuc. dar. ten. c. 1. §. moribus. ſi de feud. def. cont. inter dom. & ag.* ergo nec nos, *argt. l. de pretio de publ. act. Bocer. de regal. c. 4. n. 16. ubi dicit, ita communiter ſentire DD.*

Q. IV. *An Imp. Electoratum jam ad Imperium reverſum ſuis conſanguineis concedere poterit?* 62

Id aff. *cum Arum. diſc. 4. ad* A. B. *Th. 17.* Sic Ludov Bavar. Brandeburg. Electoratum in filium contulit, Rudolph. I. Alberto filio Auſtriam conceſſit, *Schutz. d. diſp. 7. th. 17. lit. f.* facit enim ratio *c. non exiſtimamus. 13. q. 2. l. præſens. C. de ſervit. Fach. 7. cont. 31. Vult. c. 6. n. 11. Gad. d. diſp. f. 4. th. 5.* Qui omnes id Archi Epiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Abbatiſſis, & Præpoſitis in re Eccleſiæ infeudari ſolita ad Eccleſiam reverſa concedunt Non obſt: *No. 120. c. 2. § Oeconomus. & Auth. quibuſcum. C. de SS. Eccleſ. Ad. quod Rſ. cum. Fachin. Arum. ad A. B. diſc. 4. th. 17.*

Q. V. *An Imp. Feudum Elect. vacans ad Imp. devolutum teneatur ſaltem illis qui ſunt de ſanguine E. defuncti non tamen à* 63

primo

primo acquirente deſcendunt, nec ſimultaneè inveſtiti, nec pacto confraternitatis vocati ſunt, nec expectantiam habent aſſignare, eóſque extraneu præferre?

Neg. Schütz. *Th.* 17. *lit. f. per d. c.* 2. *A.B. c. un. v. ſi autem dominus.* 1. *F.* 24. *Geil.* 2. *obſ.* 148. & hoc modo Arumnæ. inveſtituram Saxonici Electoratus Frideric. I. Miſnenſi Excluſio factam Erico defendit, *de loc. Th.* 16. hæc de feudis, in quibus non eſt data expectativa &c.

64 Q. VI. *An hodie ſuper Feudo Imp. expectativam dare poteſt?*

Licet antiquas expectantias ſucceſſor ſervare teneatur, Hodie tamen per Capit. Ferd. II. *a.* 28. novas dare vetitum eſt, ubi: auch niemand einige Anwartung oder Expectanz drauff geben/ unde in conventu Ratisb. An. 1630. querela fuit gravis EE. quod Ferd. contra prædicta Imperio per mortem vel feloniam apertos, & armatâ manu occupatos Principatus, Comitatus, & dominia abſque ſcitu EE. oppignorarit, alienarit, quin etiam quòd Ducatus Megapolitanus (qui Imp. apertus dicebatur ob feloniam) Fridlandio ab Imp. conceſſus fuerit: cùm familiæ Marchionum Brandeburgenſium, Burgraviorum Norinbergenſium, jam dudum de ejus ſucceſſione cautum eſſet, Impp. & EE. literis expreſsè etiam ab ipſo Ferd. II. confirmatis, An. 1622. 27. Auguſt. *Lim. in annot. ad d. art.* 28. *cap. Ferd. II. pag.* 599. *in verbo,* An ſeinen Rechten und Freyheit unſchädlich.

65 VI. His Electoratibus & ſucceſſioni adhæret inveſtituræ Impetratio & renovatio. Et eſt tam de Feudo, Principatu & E. novo, quàm vetere, *Vult c.* 7. *de feud. l.* 1. *n.* 18. *p. c.* 1. *imp. per quos fiat in v.* & non niſi cum onere petendæ inveſtituræ eliguntur ac aſſumuntur, item ſuccedunt EE. & principes, toties quoties perſona vel Imp. ac domini, vel E. ac vaſalli mutatur morte, vel alia ratione, perſonâ extinctâ, *Piſtor. p.* 2. *q.* 27. *n.* 37. adeò ut etſi vaſallus juràſſet pro ſe & ſucceſſoribus, nihilominus ejus ſucceſſores renovationem petere & Juramentum fidelitatis præſtare teneantur, *Clar. §. feud. q.* 49. *n.* 2. *Vult. c.* 7. *n.*

66 88. * Et quidem terminus petendæ inveſtituræ in novo feudo de Jure non eſt definitus adeóq; vaſallus expectare debet, donec à domino ad eam accipiendam vocetur, *Weſemb. de feud. c.* 7. *n.* 2. *Vult. c.* 7. *n.* 21. Quod ſi dominus in mora ſit vocandi, poteſt vaſallus ultro ſe offerre ad Juramentum fidelitatis, *Vult. d. loc. Borch. c.* 7. *n.* 29. Si autem vaſallus ter admonitus fidelitatem præſtare detrectet, poſtea dominus eum inveſtire non tenetur, nec hic una peremptoria citatiò ſufficit, ſed tres ſeparatim requiruntur, *Vult. d. l. I audens in c.* 1. *de mil. vaſal.* In feudo autem veteri intra annum & diem humiliter & reverenter à vaſallo peti debet inveſtitura, vel per ſe vel per procuratorem, *c.* 1. *§. item. de not. feud. Vult. c.* 7. *n.* 19. Annus & dies hic præfixus eſt, 2. *feud. t.* 24. *quæ fuit prim. cauſ. ben. amit. l.* 1. *§. fin. de Inveſt. inter dom. & vaſal. c.* 1. *in fin. de Proh. feud. alien.* & hoc de rigore Juris, licèt ex æquitate celeri ſatisfactione pro purgatione moræ annus & menſis ſit, *Vult. c.* 7. 62. *Fach.* 7. *c.* 25. adeo quidem, ut dominus hoc tempus minuere & coarctare nequeat invito vaſallo, licèt cum ejus conſenſu prorogare poſſit, *Vult. c.* 7. *n.* 63. *facit l.* 74. *cum. ſeq. & l.* 186. *de R. I.* multò minùs à vaſallo tempus hoc tranſcendi poteſt, quia privationem incurrit, *c. un.* 2. *feud.* 24. niſi legitimè impeditus ſit. V. *Gadd. diſp. feud.* 3. *Th.* 27. Reverenter autem vaſallus petere debet. Sic in nova maximè Inveſtitura impetranda, Ann. 1548. Auguſtæ, Henricus Brunſwicenſis Wolfgangus E. Palatini frater, & Albertus Bavarus, Cæſarem in tabernaculo publicè extructo, cum Auguſto EE. Senatu conſidentem acceſſerunt, ac demiſsè rogarunt, ut Saxoniæ Duci Mauritio beneficium publicè conferret, quos ipſe Mauritius ſequebatur, & in genua ante Cæſarem ſedens idem rogabat. Idem legitur de inveſtitura Ottocari Bohem. Regis, qui Anno 1276. exquiſitiſſimo ornatu ad genua Rudolph. I. vili in habitu ingentem animum prementis, proſtratus, aperto de induſtria tabernaculo, inveſtituræ renovationem petere, ab omnibus viſus eſt: Sic Maximil. Bavar. Dux noviter Anno 1623. 15. Feb. Ratisb. inter Archi-Epiſcopum Salisb. & fratrem Albertum tanquam aſſiſtentes & pares Curiæ (quorum duo ad minùs requiruntur, *Vult. c.* 7. *n.* 27. *c.* 1. *quid ſi inveſt. c.* 1. *ſi de in v. inter dom. & vaſal.* in nova ſcil. inveſtitura, licèt ſecus ſit in renovatione, *c.* 1. *circa fin. quæſt.* 11. *qui teſt. ſint neceſ.*) ſtet in genua devolutus, cum extenuatione

per-

Digitized by Google

perſonæ ſuæ, & humillima obligatione, inveſtituram petiit, teſtantibus act. publ. *lib. 6. c. 159. pag. 1083. Schüz. diſſ. 8. de diviſ. ſtat. th. 18. lit. E.*

67 * Qui locus Inveſtituræ aſſignatur ab Imp. tanquam domino, in quo vaſallus comparere debet, ſi modo tutus ſit, *Vult. feud. 7. n. 102.* Gaudent tamen aliqui ſingulari privilegio, de quo in ſpecie quando de Rege Bohemiæ, Auſtriacis & aliis agemus. Præſtanda deinde eſt fidelitas vel homagium, niſi id remittatur, *c. un. in fin. Per quos fiat Inv. 2. feud. 6. & 7.* & deinde literæ inveſtituræ conficiuntur, ubi in EE. ſingulare eſt, quod pro actu inveſtituræ nulli aliquid ad dandum vel faciendum obſtringantur, *ex A. B. cap. 29.* cùm à reliquis Principibus & vaſallis præter equum cui inſident, 60. marcæ argenti, exigantur, *d. capit. 29. A. B.*

68 * Licet inveſtitura certis quibuſdam ritibus & ceremoniis fieri ſoleat, ut baculo, annulo, enſe, ſceptro, haſta, chirotheca, libro & alia re levidenſi, porrectâ, *Feudiſt. ad c. un. 2. F. 2. Weſ. de feud. c. 8. n. 13.* In Imp. tamen noſtro regalia feuda Eccleſiaſticis, qui ſunt Principes, per ſceptrum; ſæcularibus verò per vexillum concedi ſolita: unde nata nomina, **Fahnen- und Scepter-Lehen /** & ſic Mauritio Saxon. Duci cum Auguſtæ E. renunciaretur, decem vexilla numero præferebantur, quæ peractâ inveſtiturâ in circumſtantem turbam projecta ſunt, quamvis hodie loco vexilli enſis ſit ſurrogatus, cujus capulo prehenſo conum oſculetur vaſallus, *Vult. 1. feud. 7. n. 29.* etiam in nova Inveſtitura non tantùm in renovatione antiqui feudi. Sic Maxim. Ducis Bavariæ Inveſtitura abſque vexillis peracta eſt, & Elector non niſi gladii Imperialis ei à Cæſare porrecti capulum oſculatus, & pallio utraque Electorali ornatus fuit, *apud Londor. act. pub. l. b. 6. c. 149. pag. 1063.* nec itaque ſingulare hoc quis putet in Archi-Marſchallo, ut innuere vult Lim. *lib. 4. c. 7. n. 43.* quaſi gladius ejus officii proprius character ſit, cùm idem factum Bavaro Archi-Dapifero, & Ferd. ut Archi-Duci Auſtriæ Anno 1530.

69 Illud expeditum, hujus inveſtituræ Electoralis incapaces eſſe fœminas, nec tantum deficientibus maſculis filias, ſed etiam extinctâ planè agnatione uxores: In Bohemiæ regno quid ſit, infra tradetur; Utut enim in collateralibus æque ſuccedant mares & fœminæ, & qui inter eos differentiam inducunt naturam accuſare dicentur, *in l. maximum vitium C. de lib. præter Nov. 118. c. 1.* & quia utraque perſona in honorum procreatione ſimili naturæ munere fungitur, cum quo Jure conſonans fuit lex 12. tabularum.

70 In feudis tamen qualia ſunt dignitates Electorales propriis, fœminæ non ſuccedunt quia ſervitia Electoralia præſtare nequeunt, *c. 1. an mut. vel. ſurd. v. quidam tamen. §. hoc autem. ac his qui feud. dar. non poſſ.* cùm juramentum præſtandum ſit juxta tenorem *c. 1. quaſi form. fid. & c. 1. de nova form fit.* quæ autem eodem continentur, fœmina præſtare non poteſt, quo caſu nec ad Feudum Francum fœminam admittit Fachin. *7. cont. c. 39. & ſeq. Heneton. de Feud. lib. 2. cap. 8. Thom. Martin. de Feud. t. 11. n. 19.*

71 Similiter etiam in allodialibus extincta linea & deficiente cognatione uxor ſuccedat viro, cùm enim inter conjuges omnis vitæ ſit conſortium, Divini & humani juris communicatio, *l. 7. de rit. nupt.* conjugii inſuper infinita ſint onera, *l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſolut. matr.* meritò quoque commodum ſucceſſionis ad conjuges pertinere & ſpectare voluit Prætor, *t. t. un de Vir. & uxor.* cùm etiam duo ſint in carne una, *c. debitum X. de bigam. c. fraternitatis 35. q. 10.*

72 Hæc tamen ſucceſſio in feudalibus non obtinet, ſed feudum ad dominum directum redit, & uſus fructus feudalis cum proprietate conſolidatur, *§. fin. de uſuf. & concord. text. feud.*

73 Habuiſſe quidem hunc morem leguntur Achæi ut viri parerent, & fœminæ imperarent, ut proinde teſte Plutarch. *de Conſolat.* mariti domum verrere, lectum ſternere, cibum apparare, aquam haurire, & præbere, veſtem lavare, menſam inſtruere ſolerent. Uxor è contra rem familiarem adminiſtraret, negocia expediret, pecuniam tractaret, & ad iram commota non ſolùm verba contumeliis plena, ſed etiam manus violentas caſtigandi gratiâ viro inferret: Unde natum dicterium à multis lectum à paucis intellectum: Vita Achaica: iis exprobari ſolitum viris, qui nutu uxoris Romæ ſe regi paterentur.

74 Pro fœminis & hac ſententiâ id faciebat fortè, quòd fœmina perindè ac vir animo conſtet & corpore, ratione æque ac vir utatur, vitam & mortem cum viro communem habeat, ad generationem non minùs quàm vir apta ſit. Pro prærogativa verò quòd vir generandi virtute præditus ſit ſine periculo, fœmina verò cum dolore & vitæ diſcrimine fœtum eniti, cum dolore & moleſtiâ educare, & lactare debeat, adeoque proles matri ante partum onerosa, in partu doloroſa, poſt partum laborioſa eſſe ſoleat.

75 Ut proinde in alio ſic relevandæ eſſent, *arg. l.* 14. *C. qui pot. in pig. ibi qui earum non miſer.* Econtrario Parthi & Thraces uxores tam viles habebant, ut ancillarum & mancipiorum more eas tractarent, & retentis ex iis natis liberis in foro venundarent, cum aliis junioribus ſenes factas permutarent, quarum conſuetudine maritus quaſi juveneſceret, quin & effætas vivas ſepelirent,

76 Media autem ſententia Lycurgo apud Lacedæmonios placebat, qui à maritis res extra domum, in domo ab uxore diſpenſari voluit, & cuſtodiri juſſit, & hoc quidem modo laborem inter eos diviſit, imperium tamen etiam in domo illibatum eſſe voluit, ne ſcil. plus domi uxor quàm vir imperaret.

77 Jure tamen noſtro, quicquid apud Achæos, Parthos, Thraces, Lacedæmonios obtinuerit, non attento, non ſpectatâ etiam origine, formâ & fine, quam viros & mulieres communem habere oſtendit Gœdd. *in l.* 1. *ff de V. S. n.* 27. *p.* 25. in multis J. articulis deterior mulierum præ viris eſt conditio, *l. de ſtat. hom.* ob imbecillitatem conſilii, Sexus infirmitatem, inconſtantiam, &c. *l.* 1. 2. *&* 4. *ad S. C. Vellei.* ideoque ab officiis publicis & civilibus remotæ ſunt, *l.* 2. *de R. I. l.* 1. *§. ſexum. de Poſtul. l.* 12. *de Judic.*

78 Mirum autem, quod Cujac. alias magni nominis J. C. *Obſ. l.* 6. *c.* 21. fœminam hominem eſſe, negare auſus ſit *ex l.* 38. *§. qui abortionis. ff. de pœn.* quaſi ibi homini fœmina opponeretur, cùm tamen, *in l. hominis.* 152. *de V. S.* Hominis appellatio etiam fœminæ tribuatur, *funct. l.* 15. *Mævius. §. Lucrum. de leg.* 2. *& pluris cit. textus à Gœdd. in d. l.* 1. *n.* 31. *uſque ad* 38. Non attendit autem Cujac. *in d. l.* 38. verba reſp. intelligenda eſſe, ut vox abortionis ad mulierem, vox verò poculi amatorii ad hominem ſive virum & mulierem referenda ſit, ut latius oſtendit Gœdd. *ad d. l.* 1. *d. V. S.*

Minus contra fœminas allegari poteſt *c. hæc imago.* 33. *q.* 5. ubi mulier dicitur velare caput, quòd non ſit imago DEI. 79

Quicquid enim dicatur, ſicut ad imaginem DEI creatus eſt Adam, ita etiam fœmina, ille immediate, hæc mediante Adamo quoad animam in quo imago DEI conſiſtit, non verò in exterioribus corporis lineamentis. 80

Quæcunque autem in domo uxor magis quàm vir imperat, illam Androginam & fœminam maſculam; Hunc verò Cynandrum & virum muliebrem appellabimus *juxta illud Ciceronis in offic.* Vos etenim Juvenes animos geritis muliebres. 81

Exiſtimabunt quidem Achæi, ideò viros ab imperio arcendos, quòd factiones inſtituere, bella gerere, inimicitias exercere, arma ferre, ſanguinem humanum effundere, turbas excitare virorum ſit, quorum omnium immunes ſint fœminæ, cum nec factiones hæ voveant, nec cædes faciant, nec vias obſideant, nec arma geſtent, nec ſanguinem effundant, ſed quia cum heroicis prioribus virorum actionibus communitates creſcere ſoleant, fœminis potius imperium negandum contra Achæorum ſententiam, & viris tribuendum, cum aliis Romani cenſuerunt, quod ſcil. hi præter ſcientiam & experientiam, fortitudinem & audaciam ad aggrediendum, res arduas, robur ad exequendum, ſolicitudinem ad continuandum, tollerantiam ad perferendum, adminicula ad ſuſtentandum, & ſingularem animi præſentiam & fiduciam exequendi habeant, ut proinde his omnibus in viro concurrentibus, ſingulis verò in fœmina deficientibus illos imperio præficere convenientius, has verò orbare commodius ſit, *de L.* 2. *d. R. I.* Et ideò cum belli Mithridatici tempore Conſules Romani Equitibus Romanis denunciaſſent, ut omnes in Militiam cum Sylla conſule ſe conferrent, iſque nuncius in domũ mulieris abſente viro veniſſet: Eaq; reſpondiſſet virum ſuũ in militiam ire nec poſſe nec debere, nec ſe id permiſſuram ut qui emeritus veteranus & ob ſenium à militia immunis eſſet, hoc dicto offenſ. ſenatus 82

ſenatus viro exilium, uxori carcerem indixit, non
tam ob detrectatam militiam, quàm quòd viro ux-
or imperaret, isque ſibi imperari ab uxore pate-
83 retur, *Guevar. d. l. cap.* 8. *p.* 245. *& ſeq.* * Sed
quia hoc jus arcendi ab actibus civilibus à Judicis
& ſimilibus fœminas, moribus inductum eſt, *l.* 2.
§. fin. de Judic. ideò ubi alia eſt conſuetudo, quæ
legis vim obtinet, *l.* 32. *de ll. l. fin.* C. *quæ ſit. long.*
Conſuet. ex merito ſervanda eſt; Prout Judic. 4.
Debora fœmina populum Iſraeliticum judicavit,
Bronch. Cent. 1. *Miſt.* Cont. *aſſ.* 81. Jure quoque
feudali in feudo fœmineo ſuccedit fœmina maſ-
culis deficientibus *c. un. §. filia de ſucceſſ. feud.* pro-
ut & in Anglia rexit Eliſabetha, &c.

84 Q. *An electio facta ab hæreticis in Regem vel Imp. valida ſit?*

Quæ aliquando incidit in Electione Vladislai Poloni: Quod aff. quia non religio vera vel falſa, ſed populi & optimatum conſenſus vim electioni tribuit, & in veteri teſtamento non ſoli Judæ qui tunc ſoli orthodoxi cenſebantur regem habuerunt, ſed etiam Babylonii Ægyptii & alii ipſiq; Romani, quorum Cæſari honorem exhibendum tanquam Regi mandavit Chriſtus, & Pilato etiam Juriſd. cælitus competere teſtatus eſt Catholici quoque Reges, Elect. Principes, Danos, Suecos, Anglos, Polonos à non Catholicis electos ſuos fratres conſanguineos & reges appellant; iis Regum Jura, ceſſiones & majeſtatis titulum reſpectivè adſcribunt; Et ſi obediendum eſt, præpoſitis etiam diſcolis & impiis honeſta tamen præcipientibus, *ad Rom.* 13. *Timoth.* 2. Cur non hoc modo electis.

Sicut autem Reges domicilium & ſedem in 85
regno ſuo figere decens eſt, ne illud ſuo careat Du-
ce, grex paſtore deſtituatur, & maxime ut in me-
ditullio reſideat, ut incolæ commodè in ſuis ne-
ceſſitatibus eum audire, & ad ſuos redire poſſint,
prout Rom. Imp. promittunt ſe reſidentiam & curiam ſuam in Sacro Rom. Imp. nationis Germanicæ ſolo niſi Status rerum aliud exigat velle habere, *Capit. Leop. art.* 37. Sueci ea lege An. 1650. Carol. Guſtavo Palatino diadema regni impoſuerunt inter alia, ut regius princeps perpetuo in Suecia habitet, etſi alibi extra regnum ei provinciæ & dominia deferantur. Ita Hiſpan. rex Madriti, Galliæ Rex Pariſiis reſidet; Danus Hafniæ, Anglus Londini moratur; Luſitanus Vliſſibonæ, Ita Electores in ſuis Electoratibus, Moguntinus Moguntiæ, Colonienſis Bonnæ, Trevirenſis Treviris, Bavaricus Monachii, Saxo Dreſdæ, Brandeburgicus Berlini, Palatinus Heidelbergæ reſidentias habent ordinarias.

CAPUT XIX.

De Electore Moguntino in ſpecie.

PRÆFATIO.

A *Generalibus ad particularia, à cognitione confuſâ ad diſtinctam deveniendum, Peripateticorum notiſſima eſt doctrina. A dignioribus autem inchoandum, monemur in argt.* l. 2. de ſtat hom. *Ideo poſt* EE *in genere nunc de ſingulis. Et quia ſpiritualia temporalibus tantò digniora dicuntur* in c. ſolicitæ. 6. X. de major. & ob. *quantò anima præfertur corpori. Et Deus ad firmamentum cœli, ſive univerſalis Eccleſiæ fecit duo luminaria magna; majus ut præeſſet diei; & minus, præeſſet nocti, id eſt, duas conſtituit dignitates, quæ ſunt Pontificalis authoritas, & Imperialis poteſtas; illa, quæ præeſt diebus, id eſt Spiritualibus, major dicitur: quæ verò carnalibus minor: ut quanta eſt inter ſolem-*

Digitized by Google

ſolem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia eſſe noſcatur, d.c. 6. add. text. l. inter Claras juncta l. Reddentes, C. de ſum. Trinit, *ideò nun. de* Electoribus Eccleſiaſticis *& hoc cap. de* MOGUNTINO *in ſpecie agendum.*

SUMMARIA.

1. *Locus dignior ſeſſio à dexteris.*
2. *Origo civitatis, à qua Elector nomen habet.*
3. *Primus loci hujus Epiſcopus, Archiepiſcopus Elector, quis?*
4. *De Archi-Cancellario per Germaniam.*
5. *An Bohemia ad hunc Archi-Cancellarium ſpectet?*
6. *Hic olim conſecravit regem Bohemiæ nunc ſecus.*
7. *Cur non præferatur Colonienſis Italiæ Archi-Cancellarius Cancellario Germaniæ?*
8. *Cur Moguntinus omnes præcedat?*
9. *Cur alius ordo in Conciliis quàm Comitiis?*
10. *Translationem Romani Imperii in Germanicum, S. Petrus Miſſione baculi inſinuavit.*
11. *Moguntina ſedes olim Wormatia.*
12. *Bonifacius primus Archi-Epiſcopus Moguntinus.*
13. *Bonifacius culpatus & defenſus.*
14. *Bonifacius Fuldæ ſepultus.*
15. *Rheni latitudo Moguntiæ.*
16. *Rheni pons Moguntiæ à Carolo M. factus.*
17. *Canonici Moguntinenſes*
18. *Eccleſiæ aliæ Moguntinenſes.*
19. *Moguntia à Rege Sueciæ occupata.*
20. *Amaneburg occupata.*
21. *Aſchaffenburgium extructum.*
22. *Bingium occupatum & recuperatum.*
23. *Rinchavium vini optimi ferax.*
24. *Rudesheim ibidem.*
25. *Heiligenberg extructionis occaſio.*
26. *Hochſt à quo extructa.*
27. *Hoc loco Dux Brunſvicenſis profligatur.*
28. *Seligenſtadium unde dictum, & ejus ſitus.*
29. *Urſel occupata.*

1 PRimo de Electore Moguntino agendum, quia hic Elector in Congregationibus, ambulationibus, ſeſſionibus primum locum obtinet, & ſedet à dexteris Imperatoris ut dignioribus dignior locus deberetur, *c. Metropolitano. diſt. 63. c. illud 8. q. 1. l. fin. ff. de fid. Inſt.* dextrrum autem latus cenſetur ſiniſtro dignius, *Steph. Gratian. lib. 1. diſcept. for. c. 106. n.* 40. Si verò plures ſint, medius locus erit dignior *Tholoſ. 6. de rep. c. 10. n.* 12. idque non ſolum apud Numidas, ſed etiam Romanos obſervatum, refert Saluſt: *in Jurgurth.* quamvis in hoc cujusque regionis conſuetudo attendenda ſit, *Gail.* 1 *Obſerv.* 21. *in fin.* præſertim cum apud Germanos quot fere oppida, tot hac in re reperiantur diverſi mores, *Ruland. de Commiſſ. 7. cap. 2. num. 12. pag. 1.* Sic Norimbergæ non medius, ſed ſuperior locus dignior eſt: apud Turcas latus ſiniſtrum dignius cenſetur, quia illud gladius cohoneſtat, ille verò qui eſt in parte dextra, habet gladium ſub manu ejus, qui ſiniſtrum latus claudit, quod etiam olim fuit Judicium Cyri Reg. Perſarum, *teſte Xenoph. lib.* 8. apud Italos locus juxta murum vel parietem ſive à dextris ſit, ſive ſiniſtris, digniori tribuitur, idq; etiam in Anglia, & Auguſtæ Vindelicorum, ſe obſervâſſe, tradit Nold. *de ſtat. nob. c. 10. n. 81. pag. mihi 427. in nucleo. 9. Pub. Tholoſ. de rep.* l. C. 10. n. 12.

2 De Civitatis Mogunt. origine, à quâ Elector nomen habet, variatur, Primam originem adſcribere volunt Magis, urbe Trevirenſi pulſis, anno ante natum CHRISTUM quorum Dux NEQUAM dictus, unde antiquum dictum, Moguntia ab antiquo NEQUAM, qui hoc loco, ubi Mænus & Rhenus ad 500. paſſus latus confluunt, ſatis oportuno ſedes fixerint. Ex pago autem dein civitas effecta, ante natum CHRISTUM decem annis à Claudio Druſo Germanico Cæſaris Auguſti privigno, & Tiberii Druſi Cæſaris fratre, ut columna & porta civitatis ſatis inſinuant. Civitas primitus Imperii, & libera; facta dein fuit, & eſt hodie Archi-Epiſcopalis, poſtquam depoſitus fuit Anno 1461. Dethericus von Eiſenburg / etc. Civitas occupata & ſubacta, Friderico verò Comiti Palatin. pro ſubſidio præſtito, oppignorata fuit per Adolph. Naſſovienſem, ſtrada montana, redimenda centum millibus flor. qui ſex annis præfuit, quo mortuo Anno 1475. reverſus Theodoricus arcem

Digitized by Google

cea frænum urbis extruxit, & Anno 1477. univerſitatem erexit & fundavit, mortuus 1482. Hodie *in art. pacis German. Suec. cap. 4. §. cum autem* conventum, ut hæc ſtrata montana erga paratam pecuniam Archi-Epiſcopo reſtituatur, ut factum.

3 Primus loci Epiſcopus Anno Chriſti 10. fuit Creſcens, Diſcipulus S. Pauli, Primus Archiepiſcopus S. Bonifacius (depoſito Gervilio) Germaniæ Apoſtolus ſub Gregor. III. qui præfuit Eccleſiæ huic 36. an. 6. menſ. 6. diebus in Friſia Anno 755. paſſus. Quamvis autem Bonifacius ab Alberto Franco & Clemente Scoto culpatus fuerit, à Papa tamen defenſus eſt, ipſis excommunicatis, cumq; in Friſiam ipſe Bonifacius deſcendiſſet ad prædicandum Evangelium, ab infidelibus Paganis occiſus eſt in pago Dechenheim, cujus corpus Fuldam delatum; ibique ſepultum eſt juxta annales Pipini, p. 50. Primus Elector fuiſſe dicitur Willigius, LVII. Epiſc. XVII. Archi-Epiſcopus, creatus Anno 977. Rotarii, ut ajunt, filius, qui in ſuis palatiis, muris & ubique rotam pingi fecit cum hac epigraphe:

Willigis recolas, quis es, & unde venias.

Prout etiam aliquando Archi-Epiſc. ibi fuit Henricus II. Piſtoris vel Fabri ferrari filius, Franciſcanus, antè Epiſcopus Baſileæ, qui cum Nobiles & milites in majori honore quàm Clerum haberet, hoc ſcommate notatus eſt, *referente Serario, l. 5. p. 846.*

Nudipes antiſtes, non curas Clerus ubi ſtes:
Si non in cœlis, ſtes ubicunq; velis.

4 Archi-Epiſc. hujus prima prærogativa eſt, quod ſit Archi-Cancell. Imp. per Germaniam. R.I. de Ann. 1555. §. So ſich dann. hinc conſilium cum cancellaria aulæ Imp. ei Jurei. obſtringitur; Ideò ſervat Archivum, quo publica Imp. documenta & acta continentur, prout etiam Imperii matriculas. Hic Cameræ Imper, Proton. Notarios, Lectores und andere Cantzley-Perſonen, ſuo arbitrio eligit, *O. C. p. 1. t. 16.* actáque Cameralia ſtatuto tempore ad juncto uno aut altero Conſiliario revidet, huic Imp. decretorum ſignatura competit per Germaniam, *Paurm. 2. de Jurisd. Rom. Imp. c. 2. n. 133.* Quia Collegii Electoralis decanus eſt, Electores ad Electionem, quoties Romanum vacare contingit Imp. vel neceſſitas id exigit, convocat, proponit & vota exquirit, *A. B. c. 4.* §. 2. Licèt autem quidam ſcribant, hoc Jus convocandi penes totum collegium reſediſſe, *ut Freher. in not. ad P. de Andlo. lib. 2. c. 2.* alii competiiſſe Electoribus alternativè, alii unà cum Moguntino E. Palatinum convocaſſe; Hoc tamen hodie ex A. B. non habet dubium, quin & ante eam antiquitus Moguntino competiiſſe, teſtantur verba *A. B. c. 4. §. 2.*

Q. I. *An etiam Bohemia ad Archi-Cancellaria-* 5
tum Moguntinum pertineat?

Hæc Q. inde dependet, An Bohemia ad Germaniam ſpectet? Aff. ita etiam omnia loca extra Italiam, Galliam ac Arelatenſe regnum Archi-Cancellariatui Germanico adhærent. Sic enim extant duo Caroli IV. Diplomata, quæ Vice Moguntini Archi-Epiſcopi Epiſcopus Olmucenſis Pragæ ſignâſſe legitur, *Schüz. diſſ. 7. Th. 23. lit. d. qua de re infra de reg. Boh. add. Schüz. diſſ. 10. Th. 6.*

Hic Archi-Epiſc. licèt olim conſecrârit Re- 6
gem Bohemiæ, unde Joannes Rex Boh: quem hic Archi-Epiſcopus conſecravit, donâſſe dicitur auream ſellam S. Martini multis pretioſis margaritis ornatam (Eccleſia enim Cathedralis Moguntiæ D. Martino dicata, in qua primum altare ita conſtitutum, ut Sacerdos celebrans facie reſpiciat populum, nec vertat ſe, quando dicit Dominus vobiſcum) ſed iſtam coronationem hodie Epiſcopus Pragenſis perficit; dicitur hoc Jus Henr. ex comit. de Virneberg. Archiepiſcopus Mog. Eccleſiæ Pragenſi vendidiſſe.

Q. II. *Cum Imperator Romano-Germanicus di-* 7
catur, cur Vox, Romano huic præfera-
tur? Cur non Colon. Archi-Epiſcopus
præferentiam habeat tanquam Cancell.
Imp. per Italiam?

Paſſim quidem dicitur Imp. Rom. cum addito Römiſch Reich der Teutſchen Nation, hoc autem poſterius videtur eſſe accidens, quod rei ſubſtantiam non mutat, & à quo non fit denominatio; ſed res ab origine metienda, *l. 1. §. 2. & 30. depoſ. junct. l. ſive poſſidetis. C. de probat.* Item quoties ad alium qui transfertur, tale Jus tranſit, quale fuit apud transferentem, *l. 20. §. 1. de acqu. dom.* ſic licèt Imp Rom. olim tranſlatum fuerit Byzantium, retinuit tamen nomen Romani & Byzantium dicitur nova Roma. *§. fin. de ſatisd. Reinck. de reg. ſæc. lib. 1. claſ. 2. c. 3. Arum. Vol. 5. de I. pub. diſſ.*

2. c. 2. pag. 66. ℟. eſſe rationem quia ſola Germania eſt, quæ dignitatem ſummi Imper. aquilæque ſibi habet, tanquam Roma & Italia Germaniæ ceſſerit, poſtquam Carol. M. civium Germanorum ſanguine, labore & periculis Imperium meruit, qui Romam profectus, maximis bellis confectis à populo Rom. Imperator ſalutatus, approbante Papâ, & ita Occidentis Imperii pars ſub eo redintegrata, ac veluti novum corpus, colorem, ſpeciem & ſpiritum reſumpſit, translato in Germanos Imperio ; Sic enim Carol. M. Germanus fuit, in qua gente Imp. ſtabilitum & hucuſque gratia Dei ſervatum eſt ; Germanum ipſum fuiſſe pâtria, lingua & habitus teſtatur ; Natus enim eſt Ingelhemii, ut plerique volunt, habitu uſus eſt Germanico, Germanico idiomate Grammaticam ſcripſit, menſibus & ventis nomina indidit Germanica, Evangelia Germanicis rithmis edidit, *Norderm. in nucl. J. publ. diſſ. 9. de Jure princip. Th. 13.* Ad Germanos quoque devolutam fuiſſe Monarchiæ Occidentis partem, probat tranſactio Salisburgi inita cum Imperatore Orientis, *An.* 803. *Cratz. lib. 3. Sax. c. 1. Venerabilem. de Elect. Clem. 1. de Jurei.* Hinc Imperio Germanico, cui à Germanis Imperator & q. Germanus Imp. Archi-Cancellarium Germanum perfici & hunc aliis Archi-Cancellariis Italiæ ac Galliæ proponi ratio ſuaſit.

8 Q. III. *Cur Moguntino Archi-Epiſc. præferentia & ut etiam Archi-Cancellarius per Germaniam & primus præ reliquis Archi-Epiſc. habendus ſit, conſtitutum?*

℟. Id probabiliter factum, quia Moguntia primò fidem Chriſti præ reliquis in Germania ſuſcepiſſe dicitur, A. Chriſti 80. ut dicitur, per Creſcentium, qui tamen cum exiguo fructu & tempore Coloniæ prædicaverat, donec ſurrogatus fuit à D. Petro Maternus, qui etiam cùm Euchario Treviros convertit, & Coloniæ ab A. 88. uſq; 128. prædicavit.

Nec contra facit, quod in Concilio Conſtan-
9 tienſi inter nationes primum legitur tenuiſſe locum Italiam, alterum Galliam, tertium Germaniam, quartum Hiſpaniam. ℟. hoc alio nititur fundamento, quia in conciliis ſua loca obtinent nationes, prout quælibet natio prior vel poſterior in ſuſcipiendo verbo Dei fuit; hîc autem de dignitate & præeminentia politica agitur, quam dignitatem Germaniæ amplitudo auget juxta commune & tritum veriverbium : Drey Italien machen ein Franckr. drey Franckr. machen ein Teutſchland/ & notabile eſt, poſtulante neceſſitate ex Germania centum peditum & plus quàm 30. eq. millia, quin & ducenta millia colligi potuiſſe, ut tamen nulla ejus regio viribus aut viris denudaretur, *Lonſino de princip. princ. Europ. pag.* 94. ita ut ſi Germani fideliter Imper. aſſiſterent, omnis poteſtas contraria videretur parum. De Germanicæ Nobil. excellentia remiſſivè videatur Petrus de Andlo. *lib. 1. c. 15.* Quid autem jam ante dudum translationem Romani Imp. gubernationis in Germanos Deus ipſe definierit, ſatis beati Petri baculus Paſtoralis in Germaniam ad S. Maternum Col. Epiſcopum miſſus inſinuat, de quâ hiſtoriâ apud gl. *in c. un. de Sac. Unct.* quod ſpiritu Prophetico Apoſtoli Petri hoc factum cenſetur, *Petr. de Andlo. c. 24. lib. 1.* ob quam cauſam & myſterium Rom. Pont. inſtar aliorum Pontificum baculo paſtorali hodie non utitur, *text. in c. un §. fin. in fin. X. de Sac. Unct.* ſicut alii ſuo tempore utuntur, *c. nullus. 57. de Conſ.* Per Petrum enim Apoſtolum Eccleſ. Principem & fundamenta, nil aliud quàm regale ſacerdotium intelligitur. Per baculum verò poſtoralem, quo ſuſtentatur Paſtor, *c. diſciplina diſt.* 45. & ovis errans ad ovile reducitur, lupusque rapax repellitur, Sacrum deſignatur Imper. dum Romani Imper. tuetur & defendit, *ut tradit pluribus Petrus de* ut advocatus Eccleſiæ fidem Catholicam *Andl. d. loc. & cap. ſeq. ſpeciatim proponemus add. Æneam Sylv. poſteà Pium II. Pont. Rom. de ortu & authoritate S. Rom. Imp. c. 10. & ſeq.* * Fuit
ſedes Archi-Epiſcopalis olim Wormatiæ, ſed 10
poſtquam Servilio Archi-Epiſcopus Wormatienſis ob fidem ruptam depoſitus fuit, ſedes hæc iſta Archi-Epiſcopalis Wormatia Moguntiam & Moguntia Epiſcopalis Wormatiam translata, primo Archi-Epiſcopo conſtituto Bonifacio, ſub Gregorio II. Papa Anno 745. cumque ſolus amplo Archi-Epiſcopatui præeſſe non poſſet, ope Pipini Herbipoli, Eichſtadii & alii Epiſcopi in partem ſolicitudinis conſtituti ſunt ; Rhenus cui adjacet Moguntia, hoc loco 500. paſſus latus eſt, ſuper quo Carolus V. per decem annos magno labore & arte pontem ligneum fecit, ſed Anno ante ipſius obitum impro-

Digitized by Google

improviſo igne 3. horarum ſpatio ita combuſtus eſt, ut nullæ reliquiæ ſupereſſent, exceptis iis quæ ſub aqua latebant, Eccleſia Cathedralis habet 42. Canonicos, quorum 24. Capitulares cum Præpoſito, inter quos Præpoſitus, Decanus, & Cantor infulati; Et præterea ſunt ibi, Abbatia S. Albani, & 9. Collegia, 7. Parochiæ, virorum Monaſteria olim 10. fuerunt, mulierum 8. acceſſit Ann. 1562. Collegium PP. Societatis JESU, 5. Hoſpitalia Singularia, de hac urbe & Archi-Epiſcopatu ſcripſit Ferrarius,

11 Anno 1631. 13. Decembr, Urbem hanc Moguntinam Guſtavus Adolphus Sueciæ Rex per conventionem occupavit, & fortalitiis, nec non nauticis binis pontibus munivit, quarum unam ſuper Rhenum in Caſſel, alteram ſuper Mœnum in Cochem derivavit, & ubi Mœnus Rheno jungebatur, munitionem Guſtaviburg dictam exſtruxit, antiquis plurimis Romanorum monumentis, & imaginibus, muris & portis inædificatis, quæ demum à Cancellario Oxenſtirn Ann. 1635. 18. Sept. relicta, tormentis & munitionibus abductis, & à Cæſarianis occupata, rurſus 2. Sept. St. V. Ann. 1645. à Suecis occupata, qui, quæ avehere non poterant, ea incendio conſumpſerunt. Sequenti verò Decembri Sueci Cæſarianis urbem conventione initâ dediderunt, à quo tempore uſque ad annum 1646. 16. Sept. Elector Moguntinus hanc urbem poſſedit, donec d. Ann. 1646. 16. Sept. à Gallis Duce de Anguiene rurſus occupata fuit.

12 Prout Amœneburg urbem & arcem in monte & petrâ ſitam Haſſiæ territorio undique cinctam, Marpurgo non procul diſſitam, Ann. 1632. Landgravius Haſſiæ Wilhelmus occupavit, ut & Ann. 1635. per Bunninghauſen recuperata fuit, ab Haſſis rurſus obſeſſa & devicta, quæ Ann. 1640. in Novembri rurſus Cæſarianis ceſſit, & Ann. 1644. ab Haſſis 7. menſibus uſque 14. (24) Maij 1645. obſeſſa, & ab Electore Bavariæ iisdem abactis liberata fuit.

13 Non eſt hic ſilentio prætereundam Aſchaffenburgum, quam arcem Albertus I. Elector Moguntinus, qui Ann. 1137. obiit, Cæſaris indignationem, & vim fugiens An. 1122. exſtruere cœpit, eam Conradus III. An. 1434. mortuus, ejuſque ſucceſſor Theodoricus ſplendidè ornavit: in Choro Eccleſiæ hujus Collegiatæ hoc reperitur Epitaphium: An. 1523. erectum.

Cum tumulum cernis, cur non mortalia ſpernis
Tali namq; domo clauditur omnis homo.

Diſtat arx 5. milliaribus Francofurto non procul à Sylvo Speſſart dictâ, Civitas non adeo ampla, Regi Sueciæ ſine vi armatâ obvenit.

Bingium quoq; ad Capitulum Moguntinum ſpectat, 4. milliaribus infra Moguntiam ſitum, ubi Navus in Rhenum influit, Rupertus Palatinus hunc locum celebrē reddidit, ubi S. Hildegardis A. 1180. mortua ante Monaſterium S. Ruperti in monte juxta Naham 1148. exſtruxit, ibidem ſepulta; Hanc Urbem 1639. 11. (21.) Nov. Vimarienſes unà cum arce occupârunt, quæ tamen A. 1640. in Auguſto à Cæſarianis, & Hiſpanis per Generalem de Geleen recuperata fuit bis ante fruſtra tentata, A. verò 1644. Galli cum Moguntiâ hanc quoq; occuparunt, & præſidio muniêrunt. E regione hujus urbis territorium Rinckau vocari ſolet, ubi in Rudesheim optimum creſcit vinum Rhenanum præ alio celebre, quod in remotas regiones transferri ſolet. 14

Heiligenſtat in Eisfeldia celebris eſt à Dagoberto Rege, qui cum eſſet leproſus, huc ex Galliis veniſſe, & exſtruxiſſe arcem, quam cum conjuge inhabitaſſe dicitur, Cumq; venationi matutinæ intentus laſſus ex equo arbori alligato deſcendens obdormiviſſet, ubi rorem perſenſerat, lepra mundatus, quo comperto ad locum redux, cum ſe depoſita veſte totum in rore volutaſſet, plane mundatus eſt, & ideo hanc Sanctam civitatem appellavit, cumque duo fratres Chriſtiani & Juſtians in ſylva ab infidelibus occiſi eſſent, eorumq; corpora Rex incorrupta inveniſſet, eo loci templum ædificavit. 15

Höchſt Francofurto milliari diſtans inter Moguntiam & Francofurtum, ubi Nidda in Mœnum influit, urbs jucunda arce an, 1400 ab Archi-Epiſcopo Moguntino Joanne Comite de Naſſaw exſtructa, cum anteâ Carolo IV. Imperatore Adolpho Moguntino Ann. 1388. mortuo, & pagus eſſet, donatus fuiſſet, qui eum in urbem convertit, de qua infra in c. de Bohem, aliquid dicetur; Anno 1604. Joannes Elector tantâ cura urbis, & arcis exſtructioni intentus fuiſſe legitur, ut propriis humeris lapides, calcem, & arenam apportaret. 16

Mm 2

Digitized by Google

portaret, hoc modo ſuis miniſtris exemplum relinquens; Juxta hunc locum Ann. 1622. 10. Junii Chriſtianus Brunſwicenſis à Generali Tyllio victus multis ſuorum millibus in Mœno ſubmerſis, quorum plura cadavera Coloniam uſque Mœno, & Rheno deſcendentia in agro Tuitienſi è regione urbis Colonienſis à Nautis ſepeliri vidi Anno 1631. 19. Novembris, hæc urbs â Rege Sueciæ, dein ab his, mox ab aliis partibus occupata, & Anno 1635. arx à Suecis incendio conſumpta, aliquantulum deinde reſtaurata fuit.

17 De Seligenſtadio, quod 2. milliaribus Francofurto & totidem Aſchafenburgo diſtat, id à Salagaſto legum Salicarum authore exſtructum, alii à Cæſare cujus filia à ſcholari abducta hoc loco inventa fuerit, nomen habere alibi dictum eſt. Situm eſt ad Mœnum, pro Benedictinorum Monaſterio fundavit Caroli Magn. Secretarius Cancellarius, & gener Eginhardus, Freher. 2. orig. palat. c. 2. p. 22. eò translatis reliquiis Martyrum Marcellini & Petri, item Piori & Hyacinthi & Hermetis: Anno 1638. poſtquam multa bello præterito Germanico hæc urbs paſſa fuit, à Cæſarianis recuperata eſt.

Wiſel vel Oberwiſel dicta urbs in Comita- 18
tu Königſtein, Hæc à Wimmarienſibus Anno 1640. capta, ſed â Moguntinis recuperata fuit, præſidio capta & in Höchſt abducto 22. Julii. Cumque ibidem Suecicus quidam miles rebus Eccleſiæ abuſus Calicem conſecratum onere ventris fœdaſſet, non defuit vindicta Divina, nam gradus templi deſcendens caſu lapſus eſt, cultro, quem ſecum habebat, graviter vulneratus, quod vulnus nulla Chirurgorum cura ſanari potuit, ſed ex fœtore, ex ſanie & vermibus orto perire debuit. Hæc obiter allegaſſe ſufficiat, reliqua ad hujus temporis Hiſtoricos remittimus.

CAPUT XX.

De Archiepiſcopo Electore Colonienſi.

SUMMARIA.

1. *Seſſio Electoris Colonienſis cum Trevirenſi alternativa.*
2. *Primus Epiſcopus Maternus.*
3. *Primus Archiepiſcopus.*
4. *Primus Elector.*
5. *Cur Colonienſis à dexteris Cæſ. ſedeat in ſuo territorio?*
6. *Cur Colonienſis etiam in Gallia ſedeat ad latus?*
7. *De Civ. Colonienſi à qua nomen habet.*
8. *An etiam à dexteris ſedeat in ſuis Epiſcopatibus.*
9. *De Duc. tu Ang. & Weſtph.*
10. *De Jure conſecrandi Cæſarem.*
11. *De eodem extra diœceſin.*
12. *Error quòd hoc competat Trevirenſi.*
13. *Colonienſis Elector graſſante peſte vel bello alium locum in ſua diœceſi coronationi præfigere poteſt.*
14. *Quando Sereniſſ. Princeps Maximilianus Henricus &c. factus Arch.*
15. *Eccleſia 1. exſtructio Coloniæ.*
16. *Eccleſia S. Cæciliæ.*
17. *Eccleſia prima Romæ.*
18. *Helena diverſas Eccleſias ſtruxit & fundavit.*
19. *Eccleſia hodierna Metrop. Colonienſis prima fundamenta.*
20. *Templi deſcriptio.*
21. *Summi altaris facies.*
22. *Bacilli annum regnantis Electoris deſignantes.*
23. *Templi Navis.*
24. *Ejus tectum verſatile.*

25. Cam-

25. *Campana major.*
26. *Ecleſia ſancti Gereonis Coll.*
27. *Ecleſia S. Serverini Coll.*
28. *Eccleſia S. Cuniberti Coll.*
29. *Eccleſia S. Andreæ Coll.*
30. *Eccleſia S. S. Apoſtolorum Coll.*
31. *Eccleſia M. ad gradus Coll.*
32. *Eccleſia S. Georg. Coll.*
33. *B. M. in Capitolio*
34. *S. Urſula.*
35. *S. Cecilia.*
36. *Abbatia S. Pantaleonis.*
37. *Abbatia S. Martini.*
38. *Abbatia Tuitienſis S. Hriberti.*
39. *Abbatia vicina S. Nicolai.*
40. *Parochiæ 19. recenſentur.*
41. *Diviſio Archiepiſcopatus in ſuper & inferiorem.*
42. *Conſtitutio nova Archiepiſc. Electoris & in ſpecie tranſactio ſuper feudis Colonienſibus inter Seren. Principem Electorem & ordinem equeſtrem.*
43. *Rationes pro Succeſſ. fœminarum.*
44. *Rationes contra.*
45. *Puncto tranſactionis.*
46. *Prærogativa Nobilitatis Colonienſis.*
47. *Præcipuum Nobilit. in Ducatu Juliæ.*
48. *Ratio præcipua.*
49. *Acceſſoria principalis manſionis.*
50. *Jurisd. & mulcta Seniori debita.*
51. *Tormenta bellica quæ debeantur.*
52. *Jus patronatus an cum manſione tranſeat.*
53. *Quid de molendinis.*
54. *De molis ventoſis & naturalibus.*
55. *Quid ſi plures ſint manſiones principales.*
56. *An in ſucceſſione matris jus præcipui locum habeat.*
57. *Ratio dubitandi.*
58. *An electio ad primog. filium patre mortuo ſpectet?*
59. *An iſta manſio collationi obnoxia?*
60. *Quid ſi primogenitus ſit Clericus?*
61. *Maſculis deficientibus illud jus præcipui inter filias uſurpatur cum certa diſtinctione.*
62. *Fœmina ante marem nata jure præcipui non gaudet.*
63. *Poſthumus quoque eodem jure fruitur.*
64. *Nepti ex primogen. idem jus competit.*

1 LIcet in Comitiis Imp. Archiep. Colon. & Trevirenſis alternare Sedendo de Seſſione in ſeſſionem ſoleant, quia tamen poſt Moguntinum qui dexterum Imp. latus obtinet, à ſiniſtris ſedet Colon. & in Capit. Carol. V. Ferd. I. & alias paſſim legitur, durch das Heil. Römiſche Reich in Germania, Italien auch Gallien und das Königreich Arelat. Ertz-Cantzler/ & poſt Germaniam ſcribitur Italia, deinde Gallia, hinc ſecundo loco de E. Col. Archi-Cancell. per Italiam agere viſum: cui accedit, quòd Carol. IV. in A. A. de EE. Salvo conductu, & immunitate Colonienſem Trevirenſi præfert. Hodie item tota Gallis quaſi avulſa eſt, non tota Italia, inſuper & Col. dextrum latus Imp. tenet in ſua provincia, Italia & Gallia, Salva cuiq; ſua prærogativa hic de Colon. agemus.

Primus Præco & fundator Religionis hic fuit S. Maternus (poſtquam S. Creſcens Pauli diſcipulus exiguo fructu & tempore docuiſſet) quem S. Petrus ei ſubmiſit, & ab Anno Chriſti 88. uſq; ad Ann. 128. prædicavit: De quo traditur, *apud Gelen. lib. 1. Syntag. 5.* quod fuerit Adoleſcens in Naim an. 19. à Chriſto D. ſuæ & ſalutis publicæ Ann. 32. in autumno circa idus Sept. reſuſcitatus. qui ab illo tempore Chriſtum coluit & prædicavit, & cum eo Eucharius & Valerius viri ſanctitate & literis exculti: miſſus deinde in Alſatiam, ut annunciaret Evangelium, ibi in villa quæ legia dicitur, rurſus vita functus eſt, & cum jaceret 40. diebus in ſepulchro accidit ei, quod ab orbe condito credo nulli, altera vice rurſus excitatus baculo S. Petri Apoſtoli, cui Deus majora quàm à ſe patrata miracula promiſerat, hic deinde apud Ubios decimam nonam aliaſque legiones fulminatrices dictas Deum unum agnoſcere fecit. Præfuit autem Eccleſ. Col. ut Paſtor & Epiſcop. I. 40. Ann. tot quot in ſepulchro latuerat diebus, ab Ann. Chriſti 88. uſque ad Ann. 128. quando dominica poſt Trinit. XVI. Evang. legebatur de ſe ipſo reſuſcitato in Naim, tertia vice mortuus eſt, ætas ejus major fuit 115. Ann. *v. Petr. Andio. lib. 1. c. 14.* & ab hoc tempore iſta Eccleſia continua ſerie in fide Chriſti perſtitit immobilis, alii in Hallo antiquo vico Trebonum Alſatiæ mortuum fuiſſe dicunt, ut Scopper in Corol. p. 1840.

Digitized by Google

cui præfata hiſtoria fabuloſa videtur pag. 324. ſicut ejusmodi homines miracula pleraque in dubium vocare ſolent.

4 Primus Archi-Epiſcopus prohibetur Agilolphus, qui ſub Pipino & Carolo Marcello vixit, ſedit annos circiter 6. Ann. 717. quando pro Carolo Martello legatione pacis functus, cum Swiberto ad convertendum Pipinum illicitis Alpaidæ amoribus implicitum & Friſonum ſimul Apoſtolus paſtorali officio & pietati diu noctuque incumbens, à Chriſtianarũ virtutum oſoribus in pago Ambacenſi 7. Idus Julii occiſus eſt, cujus corpus argenteo Sarcophago incluſum, ſervatur Coloniæ in Eccleſ. B. M. V. ad gradus ab Annone ex Malmundarienſi Monaſterio translatum. Alii primum Archiepiſc. creatum volunt per Bonifacium opera Caroli M. A. 743. Et hic Archi-Epiſcopus Elector S. R. I. Imperialium ornamentorum Auguſtalis theſaurarius & cuſtos, Minorennium regum Auguſtalis tutor, Cæſarum Auguſtalis inaugurator & Archi-Cancellarius per Italiam, nec non pontificius Vicarius eſt.

Electoratum acceſſiſſe traduut tempore Heriberti Comitis Rotenburgici ad Tubarum, qui obiit Anno 1022. conditus Tuitii & elevatus aureum habet loculum. Ad ornamenta Cæſarea quod attinet, cum extinctis Ottonibus eorum non extaret heres, eaque B. Heribertus ſibi, S. verò Henricus Cæſar eadem ſibi prætenderet, jure ſanguinis inter utrumque jam ſanctum orto diſſidio Colonienſis jus potius fuit, unde in ſuæ Archi-Diœceſis ſede hodie etiam conſervantur. Et jure quidem merito, cui enim melius committeretur, quam ei, qui Auguſtalis tutor eſt & educator minorennium regum, ita enim Sigebertus Rex S. Cuniberto Colonienſi Præſuli inſtruendus datus fuit; Bruno Ottonem II. educavit, Otto III. Marini Colonienſis Archi-Epiſcopi fidei commiſſus legitur; S. Arno ArchiEpiſcopus, ut hoc jus tutelæ regiæ ab anteceſſoribus ſæpe adminiſtratum ſartum ſervaret, Auguſtalem Henrici impuberis Cæſaris curam ſuſcepit, ipſum Henricum ex Agnetis Matris cuſtodia abſtractum una cum ſacra lancea aliiſque inſigniis ſecum Coloniam abduxit, cujus lanceæ cuſpis in Monaſterio Brauweilenſi aſſervatur, eaq; imagines transfiguntur; Engelberto quoq; Colonienſi Archi-Epiſcopo Fridericus II. minorem filium commiſit, trans Alpes profectus, plura exempla recenſet Gelen. *in Col. Claud. l. b. 1. Syntag. 3. p. 31.* Unde Adamus Bremenſis hunc Electorem Imperii conſulem vocat.

Q. I. *Cur Colon. in ſuo territorio, à dextris Cæſaris ſedeat, cum Moguntinus ſit Arch. per totam Germaniam? c. 3. A. B.* 5

℟. Id fieri quia major debet reverentiam minori, quando eſt in domo minoris, quilibet enim rex eſt in ſua domo. *c. duo 23. q. 4.* multò magis, cum æqualis ad æqualem venit.

Q. II. *Cur Col. etiam in Gallia ad dextrum latus ſedeat Cæſaris cum tamen Trevirenſis ſit Arch Cancell. per Galliam?* 6

Arumnæi hæc eſt conjectura, *diſc. ad A. B. Th. 2.* Trevirenſem aliquid de jure ſuo remiſiſſe, & Colonienſi ceſſiſſe, & pro recompenſa hoc ei Trevirenſi datum, ut fixum & ſtabilem ſeſſionis locum ſemper habeat in & extra provinciam ubiq; cum tamen Mog. & Colon. pro diverſitate provinciarum nunc dextrum nunc ſiniſtrum latus Imp. teneant. * De civitate à qua Archiepiſc. 7
Colonienſis nominatur, ſuo tempore quando de civitatibus Imp. agetur, dicemus; Id tantum circa originem urbis ſciendum, quàm ſtudioſe inveſtigare conatus eſt Steph. Brolman, qui JC. & hiſtoriographus Colonienſis; ex quo ut & aliunde ex Tacito conſtat à Marco Veſpaſiano Agrippo ſub Auguſto Gallias procurante Ubios ultra Rhenum habitantes transgreſſos flumen, unde oppidum Ubiorum primò cæpit Claudio Pulchro & Norbano Flavo conſulibus an: ante Chriſtum natum 33. quo tempore & Anna & Joachim D. Virg. ſanctiſſimi parentes (quorum capita in hos fines dein miſſa ſunt, ut pignus amoris) matrimonium inierunt. Deinde eodem Veſpaſiano ſecundo præfecto Sextio Saturnino & Lucretio Vapillione conſulibus, anno ante natum Chriſtum 14. quo tempore B. Virgo, votis ſterilium parentum impetrata, nata fuit. (prout multi tradunt B. Virg. An. 14. ætatis Salvatorem genuiſſe) Ubii rurſus Rhenum tranſeuntes, in Jus, terras & amicitiam Rom. Imp. recepti ſunt, quæ laus non exigua hujus urbis eſt, quod ejus natale eo anno Romani Juris eſſe cæperit quo B. Virgo Maria nata fuit, in cujus memoriam ſempiternam S. Maternus B. V. Eccleſ. quæ nunc S. Cæcil. dicitur, & na-

Digitized by Google

exſtruxiſſe creditur & natalis B.V. tanquam natalis urbis, ubiq; præ aliis verò ſolenniſſimè in Eccl: Col. S. Andreæ à Canonicis, & Sacello ſenatorio ab omnibus Reip. Col. Patribus conſcriptis ſolenniſſimè celebratur. A parvis initiis ita crevit, ut Amplitudine nunc cum maximis civitatibus comparetur, & A. 1427. inter Bergenoromiæ & Drelthæ Barones Brabantos initâ ſponſione ſumptu 1300. fl. adhibitis juratis menſoribus, compertum eſt Gandavum Lovanio in circuitu tribus virgis minùs, Leodio quinq;, Coloniæ Agrippinæ quindecim, Lutetiæ Pariſiorum ſeptem virgis anteiviſſe magnitudine, *ut refert Abram Golnix in Ulyſſe Belg. p. mihi* 19. ambitus autem Gandavi extrorſum eſt 10. & amplius Italicorum milliarium unde aliarum ambitus & amplitudo facilè colligitur. Hanc urbem Italici Juris eſſe dicit J. Conſultus *in l.* 8. §. 2. *ff. de Cenſ. his verbis : In Germ. Inferiore Agrippinenſes Italici Juris ſunt.* Poſtquam hic nata Julia Agrippina Germanici & Agrippinæ Druſi & Eudoxiæ neptis, uxor Claudii Cæſaris, circa annum Chriſti 17. Claudius Imp. cum Romano ſenatu dedit, ut civium & veteranorum Coloniæ huc deducerentur, & nobilium legiones pluraque millia Equeſtrium familiarum ex ter quindecim ſive 45: Romanis tribus deducta ſunt. Reliqua ad alium locum opportuniorem reſervantur.

8 Q. III. *An Archiepiſc. Colon. etiam in ſuis Epiſcopatibus, quos habet, l. eod. Hildeſ. &c. à dextris ante Moguntin: ſedendi Jus habeat?*

Ratio dub. eſt, quod eadem utrobique ſit ratio : utrobique enim ut dominus loci conſideratur, & Archi-Epiſcopus, cum in terram Epiſcopi venit, debet honorare Epiſcopum, *Chaſſ. in Cat. gl. mund. part.* 4. *conſid.* 22. Veruntamen quia text. *c.* 3. hanc Colonienſis prærogativam urbis expreſſis ad ejus provinciam, cujus intuitu Archi-Epiſcopus Elector eſt, reſtringit, Arum *diſc.* 3. *Th.* 3. infert in re clara non eſſe ad dubitationes aut conjecturas confugiendum.

9 Poſtquam Anno 1180: Henricus Dux exauctoratus fuit, & Angariam cum Weſtphalia Col. Archi-Epiſcopus Philippus de Henisberg armatâ manu occupâſſet, Imp. Frider. Barbaroſſa in præſentia multorum Principum ſub fide clientelari, eum inveſtivit ſolenniter: ſicq; duorum horum Ducatuũ & diverſorum dominorum acceſſione Eccleſiam auxit, cujus conceſſionis & diplomatis tenorem appenſo ſigillo aureo dato Wirtzburgi, me aliquando vidiſſe & legiſſe ſcio.

Q. IV. *An Colonienſis Jus conſecrandi Imp. habeat?* 10

℞. Ex A. B. habet, quod Imp. vel Regi Rom. electo Aquisgrani primum imponat diadema, & eum ſolenniter ungat, *A. B. c.* 4. *§. Primò quidem, Chaſſ. in Cat. gl. mund. p.* 5. *conſ.* 27. *An.* 1521. qui locus ob juſſum & memoriam Caroli M. uſurpatus, R. A. *An.* 1521. *in pr. v. Buxt. ad A. B. c.* 4. *diſ.* 47. & Colonienſis eſt Archi-Diœceſis. Ut tamen Colonienſis Archi-Epiſcopus eam peragat, ipſum Infulatum, conſecratum & Pallio decoratum eſſe oportet, ante conſecrationem enim ea, quæ Ordinis Epiſcopalis ſunt, non poteſt perficere, *c. pallium. diſt.* 110. *c. quod ſicut.* 28. *de Elect.* quo cùm aliqui Colonienſes Præſules caruerint, Moguntinus Coronationem perfecit. Sic eo caruit Salentinus Comes Iſenburgicus, Elector creatus An. 1567. 23. December. qui renuntiavit dignitati amore ſtirpis, & nuptias contraxit An. 1577. 13. Septemb. Sereniſſ: Princeps Ferdinandus quoque Bavarus factus Coadjutor Colon. Ann. 1595. Archi-Epiſcopus verò An. 1612. 12. Martii mortuus Anno 1650. Arnsbergæ, & 27. Oct. eod ſepult. Coloniæ Sacerdotio & Conſecratione caruit, de aliis V. Buxtorff. *diſc.* 48. Fallitur itaque Petrus de Andl. *lib.* 2 *c.* 1. ubi dicit quòd Trevirenſi competat primũ diadema Regi imponere ; id enim textui & obſervantiæ adverſatur, qui tamen à ſeipſo diſſentiens *c.* 6. ubi Colonienſi hoc jus tribuit.

Q. V. *Cui jus coronandi Regem competat extra diœceſin Colon. ſor è in diœceſi Mogunt. vel etiam alibi; An Colon. vel Mogunt.?*

Controverſum fuit in Coronatione Ferd. IV.
Ratisbonæ, qua de re ſupra dictum. *Dictis hoc ad- 11
dit Lim. *de I. p. l.* 2. *c.* 2. *n.* 7. quòd ſi fortè peſtis vel aliud quid Coronationem Aquisgrani perficiendam impediat, Col. Archiepiſc. locum cōmodiorem in ſuâ provincia præfigere Jus ſit. Sic Frid. III. Imp. Bonnæ in Regem Rom. coronatus legitur. Jus quoque coronandi Regẽ Rom. jam à tempore Caroli M. Hildeboldum habuiſſe probat P. Crumbach. *tom.* 3. *lib.* 3. *c.* 31. *de* 3. *Regibus*, quòd jus ejus ſucceſſoribus

Leo

Digitized by Google

Leo IX. Eugenius III. Adrianus, & Alexander III. confirmarit. Innocentius verò III. monuit Adolphum Colon. Archiepiſcopum, ut Jus ſuum contra Philippum Ducem Sueviæ, qui ſe Moguntiæ permiſerat à Tarantaſienſi Archiepiſcopo conſecrari, tueretur, qui pro tuenda Eccleſiæ ſuæ dignitate non ſolum terrenam erogare ſubſtantiam, ſed etiam animam ponere teneretur, idemque Papa poſtea d. Tarantaſienſem Archiepiſcopum ſub pœna ſuſpenſionis Romam vocavit, ad reddendam rationem, cur Jus Colonienſis violaſſet, licet id Moguntiæ cum aſſenſu Capituli Moguntini feciſſet, Idemq; Jus Colon. Archiepiſcopi Clemens IV. & Gregorius X. defenderunt. Major hinc Archiepiſcopo acceſſit dignitas beneficio S. Apoſtolicæ, quando inter purpuratos Patres Archi-Cancellarius Romanæ Eccleſiæ Lateranenſis fuit conſtitutus, & legatus natus in ſua Provincia creatus, *P. Crumbach. tom. 3. lib. 3. c. 21. pag.* 805. ubi codicillos Pontificios, ſeu bullas adſcribit, Ann. 1310. Comitiis Spirenſibus Henrico II. Imperatore Colonienſis Archiepiſcopus ex gente Virneburgicâ obtinuit, ut ab itinere Italico abeſſe & Archi-Cancellarii officium per ſubſtitutum exercere emolumento tamen ſolito frui poſſit. *Gelen. in Col. Claud. p. 76.* A Leone quoque IX. Papa huic ſedi Colonienſi Eccleſiæ S. Johannis Evangeliſtæ ante portam latinam cum titulo Cardinalitio perpetuo & munere Cancellarii S. R. E. conceſſus eſt, *Gelen. in Colon. Claud. lib. 4. p. 697.*

Pro tempore Archiepiſcopatui præeſt Se-
15 reniſſ. Princeps Maxim. Henricus Archiepiſcopus & Elector Colon. Epiſcopus Hildes. & Leod. Adminiſt. Berchtolsgadenſis, & Stabulenſis ſuperioris & inf. Bavariæ, ut & ſuperioris Palatinatus, Wesph. Angariæ, Bull. Dux, Landgravius in Leuchtenberg. Marchio in Franchimont, qui electus An: 1643. in Coadjutorem Ferd. Arch. defuncto in Arnsberg, An. 1650. 27. Oct. Col. ſepulto, inauguratus eſt in Archiepiſ. menſe Octobri.

Præfato S. Materno prima quarundam ſuburbicarum Eccleſiarum exſtructio adſcribitur, in ſpecie ante portam Paphiam ſeu flamineam, ubi nunc S. Matthiæ Sacellum, vel ubi nunc S. Andreæ Eccleſia, nec enim permittebant alicui aditum in ipſam urbem Gentiles niſi oblato Diis thure pro ſalute Principis, & Reip. ut idem Barnabæ Apoſtolo Mediolani contigit, quod Chriſtiana religio non
admittebat. * Licet aucto in urbe Chriſtianorum 16
numero in urbem receptus condiderit Baſilicam Cathedralem eo loci, ubi jam eſt S. Cæciliæ Ann. Chriſti 94. quæ uſque ad Hildeboldi Archiepiſcopi tempora Cathedralis honorem retinuit, hæc verò adnitente Carolo M. eum in locum, ubi jam poſita eſt, eum tranſtulit, cujus rudera adhuc extant. Primis tamen temporibus privatas domus & hic in Eccleſias converſas fuiſſe probabile eſt.
* Sic Romæ Prudentis Senatoris, qui S. Petri 17
diſcipulus fuit: domus in Eccleſiam ad ſacra obeunda converſa fuit præfixo titulo Paſtoris oviculam perditam reportantis, qua forma Chriſtus
deſignabatur; & pingi ſolebat, * Donec quarto 18
ſæculo ſplendidiorum temporum ædificatio per D. Helenam Conſtantini matrem, quo libertas Eccleſiis acceſſit, facta ſit; præter alia in hac Urbe & Bonnæ, Confluentiæ, & aliis hortatore Materno II. Colonienſi Epiſcopo, prædicta Eccleſia à Wilberto Archiepiſcopo abſoluta & reſtaurata, ac dein dedicata fuit Ann. 871. *juxta Gel.* vel *juxta P. Crumba h. 5. Calend. Octobris Anno* 873. *Indict. 7. ſub. Ludov. Rege. Anno ejus Imperii* 33. Hæc poſtquam varias paſſa eſt calamitates exuſta fuit Anno 1248. juxta Gelen: *in Col. lib. 3. Syntag. 1. pag.* 231. vel juxta P. Crumbach. *in hiſt. Reg. p.* 796. ut oſtendit ex bulla Innocentii IV.
* Donec Conradus ab Hochſteden Colon. Archi- 19
epiſcopus per Innocentium IV. (cum ab Imperio depoſitus eſſet Fridericus II. ſurrogato Henrico VII. Landgravio Haſſiæ, & Thuringiæ commiſſo etiam ab Archiepiſcopo feliciter prælio cum Conrado Imperatoris Friderici Filio ad Francofurtum; hoc autem brevi poſt mortuo Wilhelmum Comitem Hollandiæ in Regem Romanorum conſtitui procuravit, quo etiam brevi poſtea mortuo, & per Friſonum gentem in bello interfecto Richardum Cornubiæ Duce Regis Anglorum fratre electo in Regem Romanorum) aggreſſus eſt novæ Eccleſiæ opus, die pervigilii Deiparæ in Cœlos aſſumptæ Anno 1248. quando primum lapidem poſuit Pontificalibus amictus juxta verſus foribus inciſos:

Anno milleno bis centeno da bis octo,
Dum colit aſſumptam Clerus, populusq; Mariæ,

Præſul

Præſul Conradus *ex Hochſteden generoſus.*
Ampliat hoc templum, lapidem locat ipſeque primum.

20 Tota templi moles ex vivo cinericci coloris lapide, qui ex vertice montis Draconici Drachenfelß dicto ſupra Bonam cæſus erat, longitudo templi 385. pedum eſt, latitudo 160. in forma crucis, & perfecta fuit hæc fabrica 74. annis, Altitudo chori ad. 150. pedes aſcendit, in ipſis Chori ſubſelliis Canonicorum à dextris ſub ſtatua S. Sylveſtri vacuus primus relinquitur locus pro Summo Pontifice, & ex oppoſito ſiniſtro latere ſimilis Imperatori, quorum uterque per Vicarium ſuo fungitur munere, reliqua pro Eccleſiæ Canonicis, & Illuſtribus, qui holoſericis rubeis amicti togis cum octo Presbyteris divinis vacant, nec fas eſt in ſummo Altari ſolenne celebrare ſacrum, niſi Illuſtrium aliquis aſſiſtat, Subdiaconi munus obeat, & Epiſtolam cantet, quod etiam Minoribus nondum
21 Subdiaconis licitum eſt. * Summum Altare ex nigro marmore Namurco adjecto confectum, pedes Geometricos 16. longum, & 8. latum eſt, ornatum ſimulachris ex candido marmore, & feſtis diebus Apoſtolorum argenteis ſtatuis, ſupra S. Engelberti argenteus Sarcophagus conſpicitur, & d. Chorum cingunt in orbem octo ampla ſacella, & verſus ortum conditorium SS. Trium Regum, ubi tres Reges proni, quaſi Chriſtum proſtrati adorent, in hierothecâ aureis & argenteis laminis, & gemmis exornatâ, & alia SS. Gregorii Spoletani, & Felicis, ac Naboris Martyrum, ferreis undique cancellis, & oſtiis cinctâ exhibentur; reliqua deſcribit P. Crumbach. *in hiſt. 3. Reg. lib. 3. c. 1. pag.*
22 801. * Extra chorum ſupra oſtium ſeptentrionale candidi bacilli dependent, quibus anni Regentis Archiepiſcopi deſignantur cum hac adſcriptione.

Quot pendere vides baculos, tot Epiſcopus annos,
Huic Aggrippina præſidet Eccleſiæ.

23 Poſt Chorum & latera inſtar Crucis jam dicta, navis & templi ejuſdem latitudinis, cujus Chorum 44. pedum eſt, & 18. pedibus columnæ à ſe invicem diſtant, in longitudine & præter has aliæ in
24 alis navis contiguis in ipſum templum, * 7. oſtiis patet ingreſſus, Tectum turris ſummum adhuc verſatile giratur in omnem partem cum ingenti ciconia, quo onera prægrandia ſurſum elevantur,
*In campanili major æneâ campana octo fere pedes 25
alta eſt, cujus diameter novem pedes excedit, æquat pondere 19. plauſtra vini, & apendit circiter 225. centenas libras, malleus vero 325. æquat, proxima ei campana 115. centenarios pendit. *adde Gelen. in Colon. Claud. lib. 3. Syntag. 1. & ſeq. ad quem ſit remiſſio.* * Metropolitanæ tam in ſtru- 26
ctura, quàm dignitate proxima eſt S. Gereonis Eccleſia & Collegium Canonicorum ab Helena Conſtantini M. matre ſub initio 4. Sæculi, ſingulari in Thebæos & Mauros milites pietatis affectu regio, & raro opere extructa, cui primitus ſancti Benedicti ætate Abbates, ex quibus S. Mauritius præfuêre, & Anno 820. adminiſtrata fuit. Cum autem tempore Güntherii Colon. Archiepiſc. Anno 873. per Synodum nationalem ſub Wilberto Archiepiſcopo Colonienſi diviſio bonorum, eorumque in particulari poſſidendorum conceſſa eſt, Clerus in eam formam, in qua nunc eſt, ſe compoſuit, prout hoc tempore Bonnenſis Eccleſiæ Abbas, Præpoſitus, & à Brunone I. ita appellatus eſt; In hac ſunt 15. Illuſtres genere, & 12. Presbyteri Canonici, & 22. Vicarii cum Cantoribus & aliis Eccleſiæ Miniſtris, aſſervatur in eadem corpus S. Gereonis, 318. popularium ex Thebade Ægypti regione in Romanam militiam adſcriptus Dux; Item Mauri 360. militum eodem templo in caſtris Rom. dux, qui ſub Diocletiano pro Chriſto hoc loco mortem ſuſtinuerunt; Hoc Collegium Carolus M. amplis reditibus, & territorio donavit, plura vide apud Gelen. *in Colon. Claud. lib. 3. Syntag. 2. p. 238. & ſeq.*

Collegium S. Severini cum Eccleſia An. 376. 27
tempore Theodoſii Valentiniani Imperatoris, & Damaſi Papæ fundatum, dotatum, dicatum ab Epiſcopo Colonienſi Severino, conſtat hodie 30. Canonicis cum Præpoſito, & Decano, Vicariis 10. & 2. Chori ſociis, Choralibus & miniſtris, ex quibus Anno I. Archi-Epiſcopus Colonienſis ſeptem præbendas inſtituit non ſerculatas, ſive quæ non fruuntur quibusdam reditibus, ſicut illæ, quas S. Severinus fundavit, Eccleſiam collapſam renovavit, & amplificavit Hermannus II. Archiepiſcopus XXXIII.

Collegium S. Cuniberti honori S. Clementis 28
dicatum, ſed à Cuniberto Colonienſi Epiſcopo nomina-

Digitized by Google

nominatur, qui inſtituit hoc, ubi ante navium portus erat, Congregationem Canonicorum 24. & 13. Vicariorum. Huic Cuniberto poſtquam Dagobertus Rex filium ſuum Sigebertum inſtituendum commiſiſſet, is Sigebertus jam adultus in Saxoniam rebellem à Patre miſſus rebellem provinciam ſubegit; Cui S. Cunibertus ſocius additus Suſatum cum villa populoſa in partem prædæ accepit, quæ nunc civitas, ſed ab Eccleſia Colonienſi avulſa poſſidetur à Duce Montenſi: Ipſe autem Cunibertus illuſtri Auſtraſiorum Ducum proſapia ortus patre Crallone matre Regina, quorum ditiones pro parte apud Moſellam erant, pars ad Rhenum ſupra Confluentiam, qui adoleſcens in palatio Auſtraſiæ Regum apud Metas Dagobertum, vel Theoſlebertum inter Palatinos juvenes educatus Regi chariſſimus evaſit, relicta autem aula Clericus ordinatus à Sanpando Trevirorum Archiepiſcopo, dein ad Archidiaconatum promotus Anno Chriſti 612. Remedio Colonienſi Præſule mortuo ei ſuffectus eſt omnium iſtius Eccleſiæ votis 7. Cal. Octobris. Cum autem S. Amandus Roma redux iis diebus quibus Sigibertus Regi natus erat filius in Junio An. 620. invitatus ad baptizandum puerum regium Iſenburgi, quod & fecit menſe Julio recitante Amando preces ſolitas inter baptizandum, cum nemo adſtantium reſponderet, Sigebertus infans 40. dierum articulatè reſpondit: Amen. Mortuo autem mox videlicet 8. Cal. Aug. Joanne Agreo Tungrenſium Epiſcopo d. Amandum Rex Dagobertus huic Eccleſiæ præfici voluit, qui 7. Cal. Nov. à SS. Cuniberto & Arnulpho, nec non Meobaldo Epiſcopis conſecratus eſt, poſt triennium autem relicto Epiſcopatu in Flandriam diſcedens Chriſtum ibi prædicavit, Tungrenſi verò Eccleſiæ S. Cunibertus attendere debuit, Regnum quoque Auſtraſiæ ſua cura efflo-reſcere fecit, cumque in Eccleſia S. Urſulæ miſſam celebrans eo loco, ubi per gradus ad chorum aſcenditur, deſiderio deſideraret ſcire, ubi corpus S. Urſulæ conditum eſſet, ut ad religionis augmentum id ex altare, & ad augmentum cultus divini populum permovere poſſet, cœlitus miſſa columba capiti celebrantis inſedit, indeque provolans in locum, ubi nunc S. Urſulæ monumentum ferreis clatris cinctum apparet, conſedit, & mea adhuc memoria ſub pulpito excelſo Lectorum arcuato (quod jam autem non extat amplius) vetus viſa eſt pictura, exhibens S. Cuniberti ad aram operationem, & columbæ volatum, quæ jam exhibetur in tabula nova ex latere templi ſiniſtro ſuſpenſa, ab ipſo autem S. Cuniberto comperto hoc modo conditorio S. Urſulæ elevatio corporis ſepulti facta eſt.

Collegiata Eccleſia Canonicorum S. Andreæ,
olim Eccleſia B. Matthæi in foſſa veteris urbis fuit, 29
à Wilberto Archiep. Colon. in hodiernam formam adjectis augmentis ad modum ſummæ ædis Oſnabrugenſis redacta, quidam volunt à Materno primo ſacellum factum, ubi nunc eſt S. Matthiæ retro Domum Decanalem S. Andreæ, ſed potuit utroque loco eſſe ab utraque parte viæ publicæ, quæ eſt intermedia non magno ſpatio; Fuit hoc aliquando Monialium Collegium, ſed eas juſtis rationibus B. Bruno Arch. Colon. Henrici Aucupis filius tranſtulit in villam Regiam à Carolo M. fundatam, Monaſterium Königsdorf dictum, ubi venari erat ſolitus, hoc loco ſurrogatis Canonicis; perficere fabricam etiam cœpit idem Bruno, ſed à Gereone Archiepiſcopo opus perfectum fuit, & dedicato peracta Anno Chriſti 924. quinto nonas Maji, Turri verò Anno 1220. in Vigilia S. Matthiæ cœleſti igne conſumpta novam S. Engelbertus Archiepiſcopus exſtruxit, cui Anno 1414. ſub Theodorico de Morſa Archiepiſc. ſpatioſus chorus acceſſit; In hac 24. ſunt Canonici, & Vicarii, aliique Clerici non pauciores ut refert Gelen. *in Colo. Claud. lib. 3. Syntag. 5. pag.* 292. qui hujus Eccleſiæ Canonicus fuit, & antiquitatum curioſus indagator.

Eccleſiam Collegiatam SS. Apoſtolorum 30
(quam inceperat S. Heribertus) perfecit Piligrinus Archiepiſcopus Colonienſis An. 1021. pro 40. Canonicis. Hunc Piligrinum quidam cognatum Aribonis Moguntini Archiepiſcopi fuiſſe volunt, & ſic ex alto ſanguine Palatinorum ortum, qui Ezzone Erenfrido Comite Palatino Braweilenſis Monaſterii Benedictini fundatore familiariſſimè uſus fuit, ſed aliis id diſplicet, propter mendicitatem ejus in juventute, niſi eam à tutorum iniquitate profectam, aut propria voluntate electam fuiſſe dicamus; Nam à Bernardo Hildeſienſe Epiſcopo ipſum ſcholarem aliquando ante fores ſtipem rogaſſe dicitur, qui id audiens ſpiritu actus Prophetico cum.

Digitized by Google

eum in aulam induci juſſit, aſſerens eſſe Epiſcopum Colonienſem; cumque miniſtri pauperem ſcholarem eſſe dicerent, Epiſcopus autem dicta repeteret, adductus, & in capite menſæ, licet renitens, collatus eſt, cui rubore ſuffuſo pro reverentia ſibi ab Epiſcopo exhibita ipſe Epiſcopus prædixit, eum fore Colonienſem Præſulem, orans, ut primam, quam Coloniæ celebraret, pro paupere Bernardo decantaret, prout & B. Heribertus idem de ſucceſſore ſuo Piligrino prophetizavit; Mirabilem autem ejus electionem ad cathedram fuiſſe volunt hanc; Cum Henricus Cæſar (qui mortuo Heriberto Coloniæ fuit) dominica quinquageſima venatum pergens diſperſis Comitibus, militem ſe fingens miſſam petiiſſet, ipſeque ſe pararet, Cæſar autem mente volveret, cur Deus, à quo omnia formoſa procedunt, tam deformem hominem pateretur ſua ſacramenta conficere cum ventum eſſet ad illum textum: Scitote, quoniam ipſe eſt Dominus, voce quaſi cogitanti Imperatori pronunciarit hæc verba: Ipſe fecit nos, & non ipſi nos, quo dicto perculſus Imperator æſtimans eum virum Propheticum invitum & renitentem ſublimavit in Archiepiſcopatu Colonienſi, de veritate cujus ergo non laboro, qui die & hora illa, quibus B. Bernardus ex hac vita migravit, cum ad altare miſſam celebraturus accedens, cantores prævenìens miſſam pro defunctis, omnibus ſtupentibus incepit, nec immemor voluntatis, & mandati Bernardi, cum veniſſet ad canonem, memoriam ipſius egit inter vivos, ſed divinitus ejus mortis monitus mox ejus nominis in memoriam defunctorum mentionem fecit, & prædicta aliis publicavit, miſſis autem exploratoribus in Hildesheim compertum fuit, eadem hora d. Epiſcopum exſpiraſſe. Hic Eccleſiæ SS. Apoſtolorum ſtructuram non tantum perfecit, ſed etiam ei dotem ampliſſimam adjecit, in ordinem etiam S. Benedicti munificentiſſimus; Quod autem à Scotis Monachis fuerit alienatior viſus, non eſt factum odio ordinis, ſed ob alias cauſas, cumque Scotos ex Monaſterio S. Martini vellet per cætera Benedictinorum Monaſteria diſpergere, Beatus Elias ab eo diſſentiens prædixit; Si in nobis peregrinis non eſt Chriſtus, Piligrinus Archiepiſcopus, vivus Coloniam non revertatur, & ſecuta mors eſt, ac Neomagi Anno 1036. Calend. Auguſti obiit, cujus corpus inventum, & translatum eſt invento ſub capite ejus plumbo, cui inciſa hæc verba Anno Incarnationis Domini M. XXXI. Indict. XV. VIII. Cal. Sept. Piligrinus Archiepiſcopus Fundator Eccleſiæ hujus: In atrio Eccleſiæ ſeptentrionem verſus juxta oſtium apparet pictura Richmodis Leiskirchiæ, quæ Anno 1357. ſepulta ad vivos rediit; Gelen. *lib. 2. Syntag. 36.*

Sexta Eccleſia B.M.V. ad gradus tres Colon. Archiepiſc. habet fabricatores: B. Hermannum S. Annonem, & Sigerrinum reſtauratorem, cum Anno 1080. igne abſumpta eſſet, in ea fuerunt Canonici 20. Vicarii 30. ex prima reſtitutione nunc eorum decem circiter extincti, & Decanus Archidiaconus eſt Tremonienſis diſtinctus. Huc à S. Annone ex Malmundarienſi Monaſterio translatum eſt corpus S. Agilolphi argento incluſum, qui olim ad convertendum Pipinum illicitis Alpaidæ amoribus implicitum legatus, Friſonum Apoſtolus in pago Amblavienſi occiſus Martyrii lauream meruit 7. Idus Jul. An. 717. 31

Septima collegiata eſt Sancti Georgii Martyris diverſorum Colonienſium Præſulum liberalitatem experta, fabrica authorem habuit Sanctum, Annonem ante portam, quæ alta adhuc dicitur platea, ubi novendecim ſunt Canonici, & octo Vicarii; Præpoſituræ verò dignitas Anno 1600. authoritate Papæ extincta eſt, reditibus converſis in augmentum cæterarum præbendarum, unde cum jam principalis dignitas ſit Decanatus, & principalis dignitas in Collegiatis juxta concordata Germaniæ ſemper vacet Papæ, aliquando quæſitum: An & Decani proviſo Summo Pontifici ſemper competat, & nunquam Capitulo, ſicut ante extinctionem? 32

VIII. Collegiata Eccleſia Beatæ Mariæ Virginis in Capitolio hinc ortum habet, cum Pipinus Major Domus Auſtraſiæ, revera autem Rex omnis & amplioris terræ inter Rhenum, Scaldin, & Rhodanum amore Alpaidis pellicis dementatus, mores Sanctiſſimæ ſuæ Conjugis Plectrudis jam ſeneſcentis faſtidiret, ex qua pellice natum Carolum Martellum ad regni ſucceſſionem educavit, à qua dementia ipſum Plectrudis revocare conata eſt, ſed cum Anno 696. ob reprehenſum hoc adulterium S. Lambertus occiſus eſſet, B. verò Ple- 33

ſtrudis mater B. Bega obiiſſet, ipſa vero Plectrudis omni humano ſolatio deſtituta eſſet, pellicis inſidias declinans & de mariti ſalute deſperans, convaſatis theſauris ex aula ſecedens Coloniæ Capitolinum Palatium Ducum Auſtraſiæ in aſceterium Chriſtianarum virginum convertit, ut reatus mariti in eodem expiarentur; cui Lamberto cum in Cathedra Trajectenſi eodem, quo cæſus erat tempore ſurrogatus eſſet Romæ S. Hupertus filius Bertrandi Ducis Aquitaniæ, & Pipinus ſplendido cinctus comitatu ad huic congratulandum Trajectum veniſſet, ipſe Regem audire noluit, niſi Plectrudem uxorem recipiat, Alpaide pellice dimiſſa, alias ſe ipſi Eccleſiæ communione interdicturum minitans, cui cum ſe pariturum declaraſſet Hupertus Alpaidem anathemate percutit, mox Eccleſiæ Baſilienſi includit peccata expiaturam, uxorem verò miſſis litteris, & nuntiis revocat, quam converſionem Capitolii in Eccleſiam Pipinus ratam habens ejus fundator effectus eſt, licet Pipino Anno 714. mortuo ex teſtamento inſtinctu Alpaidis Carolus Martellus ex hac pellice filius ſucceſſerit excluſis ex Plectrude legitimis Nepotibus; ipſa autem Plectrudis ſe totam Deo conſecraus; & in hoc loco vita peracta moriens in media Baſilica ſepulta eſt, cujus anniverſaria memoria ibi agitur 11. Auguſti. Hic præter alia in tumba ex auro & argento facta ſervatur corpus Sanct. Vitalis Martyris Patris SS. Gervaſii, & Prothaſii, qui à Paulino Conſulari captus poſt equulei tormenta juſſus deponi in profundam foveam & terra, ac lapidibus obrui, talique Martyrio migravit ad Cœlos, conſtat collegium hoc partim ex domicellis Canonicis, partim Canonicis.

34 IX. Collegiatæ Eccleſiæ S. Urſulæ initia adſcribenda anno Chriſti 237. quo S. Urſula cum 11. millibus virginum Coloniæ trucidata eſt ab Hunnis & Gothis, ſub dominatu Maximini Epiſcopo Aquilino, fugatis divinitus 21. Octob. hoſtibus, & Virginicidis, qui Epiſcopus templum exſtruere cæpit quod ſtetit usque ad tempora S. Severini, & Solini Epiſcopi, ad quam Eccleſiam dealbandam Polona quædam Urſula dicta noviſſimè 100. Imperiales ſubmiſit, in eaque Reverendiſſimus Dominus Georgius Paulus Stravius Joppenſis Epiſcopus, & Suffraganeus Colonienſis fel. record. principalem aram ſplendido opere conſtruxit, & Dominus Joannes à Craen Cæſareæ Majeſtatis Legatus ad pacificationem noviſſimam ſepulchrum Sanct. Urſulæ ſacello in vineam porrecto & pavimentum marmoreis lapidibus variegatis partim albis partim nigris ornavit, idemque auream cameram concameravit & ornavit. De Vita & Martyrio S. Urſulæ & ſociarum Vid. Gelen, *lib. 3. Syntagm. 8. pag. 338. & P. Herman. Crumb. in hiſt. de 3. Reg.*

X. Eccleſia collegiata S. Cæciliæ ut alias d. prius per S. Maternum anno 94. à Chriſto nato B. V. dicata usque ad tempora Hildepoldi Archiepiſcopi Cathedralis fuit, ſub quo SS. Eugeniæ, & Cæciliæ nomen accepit, & hoc hucusque ſervat, in qua hodie ſub clauſura & obedientia Abbatiſſæ 50. Deo ſacratæ Virgines vivunt; ex quibus nobiliores 16. ſunt Canoniſſæ Capitulares cum 5. Canonicis, & plures Vicarii. 35

XI. Eccleſiæ Abbatialis Benedictina S. Pantaleonis, Coſmæ & Damiani trium Medicorum, origo certa non eſt nota propter antiquitatem, id conſtat eam extitiſſe tempore Ludovici Imperatoris, ejusque filii Lotharii: Bruno Anno 964. 12. Archiepiſc. Colonienſ. & Ottonis Imp. Germanus extra urbis mœnia fratres ſub S. Benedict. regula inſtituit, & fundavit præpoſito primo Abbate Chriſtiano, qui obiit anno 998. vel ſecundum alios 1001. Alia refert Gelen. *l. 3. Syntag.* 12. Idem Electionem Prælati fratribus indulſit, Dalmaticam & Sandalia in ſæcula ſæculorum conceſſit, licet ante Brunonem extiterit Eccleſia ex petris & ruderibus dejecti pontis à Conſtantino Magno quondam ædificati, iſta vero ſtructura Brunonis abſoluta eſt ſub Warino Archi-Epiſcopo Anno 980. Noſtris vero temporibus Reverendiſſ. Henricus Spichernagel Abbas, & unionis Burſfeldienſis per Germaniam Præſes Anno 1620. poſtridie S. Laurentii qui benedictionis ſuæ erat anniverſarius, & 14. adeptæ infulæ tectum ruinæ proximum renovavit, Eccleſiam teſtudine condecoravit, quod indicant verſus arcui Eccleſiæ inſcripti; Aſſervatur hic præter alia corpus Sancti Albini Martyris militis primi in Britannia Martyrium paſſi, quod Clericos hoſpitio excepiſſet, cujus reliquiæ 36

Digitized by Google

quiæ à B. Germano Epiſcopo Romam, dein per Theophaniam Imperat. Ottonis III. Matrem huc translatæ, poſtquam 350. annis hic reconditæ fuerunt, elevatæ ſunt ſolenniter an. 1330. in vigilia Pentecoſtes & tam recentes apparent adhuc acſi brevi mortem ſubiiſſet, caput & barba ſanguine adhuc infecta, brachia, manus ſcapula pelle & carne protectæ, pannus etiam, cui corpus involutum tam candidus, & integer ac recenter impoſitus.

37 XII. Eccleſia Abbatialis Benedictina S. Martini majoris dicta à ſitu in Inſula, quia olim Rheno cingebatur, origo prima dubia eſt, adjuvantibus autem Pipino & Plectrude. Inſula arboribus amœnis conſita in clauſtrum religioſorum converſa legitur, quod Bruno Archiepiſcopus Sacris & profanis opibus auxit, Warinus ſucceſſor Geronis reſtauravit, amplificavit, & Scotis perpetuo indulſit, abdicatoque Epiſcopatu ibi vitam Monaſticum egit; S. Anno autem Colonienſis Archiepiſcopus duas turres erexit; Hoc Monaſterium Anno 1378. igne conſumptum cum magna parte fori piſcarii, turriſque ſine faſtigio & tecto manſit 150. annis, donec Ewaldus de Bacheraco Mercator Colonienſis tantum legavit pecuniæ quantum reparandæ turri, & eleganti ſacello neceſſarium foret, poſtquam autem diverſa Benedictinorum Monaſteria Anno 1420. reformationem aliquam optarent, & unionem, quæ in concilio Conſtantienſi cæpta eſt, cujus decreta primo ſuſcepit Busfeldium Saxoniæ Monaſterium, unde nomen unio accepit, & hæc ad plura Monaſteria Benedictina propagata fuit authore Joanne Rodig. S. Matthiæ Monaſterii Treviris profeſſo, mortuo anno 1439. Cal. Decembris, & ibidem ſepulto, eidem ſe etiam hoc & S. Panthaleonis Monaſteria adjunxerunt, Anno 1448. Ante nominatus Gero XXVIII. Colonienſis Epiſcopus hoc dicitur laboraſſe malo, ut aliquando inſtar mortui per horam jacere, Warinus autem ejus Sacellanus id ſciens eum ſepeliri fecerit & Epiſcopatum obtinuerit, confeſſione autem & pœnitentia præmiſſa ei à Papa injunctum ſit, ut vel Monaſterium exſtrueret novum, vel vetus redintegraret, unde hoc monaſterium reparavit, & multis donis pro Scotis quia Sancta Brigitta, cujus Eccleſia Parochialis Monaſterio & templo adhæret, ex Scotia fuit, auxit *Stopper in Chorol. pag.* 700. & crimen expiaſſe dicitur ingreſſu religionis; Ditmarus tamen Meisburgenſis id Evergero Warini ſucceſſori adſcribit, quod hic Beato Sardardo Gladbacenſi Abbati (quod Gero. XXVIII. Epiſcopus exſtruxerat) gravis fuerit, licet optimum egerit Præſulem, ſed vel ſæculi culpa alicujus pœnitudine ductus, optimum Religioſum in hoc Monaſterio, S. Martini agens pie obdormiverit 21. Sept. cum Cœnobium intraſſet Anno 985.

Aſſervatur hic præter alia in argenteo loculo corpus S. Eliphii, qui patre natus Bavio ex regia Cathalaunorum familia matre Lientrude fratre Euchario Leviorum Epiſcopo cum eo & 5. ſororibus à Juliano apoſtata martyrio affecti, & Eliphius quidem apud Grandem ſe oppidum in Levis Chriſti prædicator Anno Chriſti 363. 7. Cal. Novemb. capite truncatus, ipſe ſuum à terra ſublatum caput (ad inſtar Dionyſii Areopagitæ) integro milliari detulit ad Saxum, quod cera mollius ei loculum præbuit. Hoc corpus Bruno M. Ottonis I. frater Archiepiſcopus Colonienſ. & poſt exauctoratum Cunonem Lotharing. Dux in hanc Eccleſiam intulit Anno Chriſti 1485. Hodie non amplius Monaſterium Rheno cingitur ſed à flumine relictum intra urbem ad forum ſitum eſt, & Parochia S. Brigittæ vicina à religioſo Parocho adminiſtratur.

XIII. E regione urbis in Tuitienſi oppido 38
eſt Abbat. Tuitienſ. B. M. V. ſive S. Heriberti, quæ ut & ſequens Brawiienſ. intraneo Clero accenſetur; Refert quidem Iſſelt. *l. 3 be. Col. ſ. de murib.* varia & incerta, ſed veritas hæc eſt, quod Otto III. Cæſar, & S. Heribert. Colon. Archiepiſ. convenerit hoc loco ſub invocatione Divæ Virgin. exſtruere monaſterium eo pacto, ut ſi ante perfectionem unus vita excederet ſuperſtes hoc perficeret, mortuus autem fuerit & ſepultus Otto III. An. 1002. an. vero 1003. ſeq. tota ſtructura corrueret, ut lapis non maneret ſuper lapidem præter unum parietem, qui ſalvus remanſit, unde ſecundam ſtructuram molitus eſt S. Heriber. peritioribus architectis ab exteris finibus evocatis & fundamentis ad magnitudinem navalis mali defoſſis, & hoc modo ſolidius opus effecit; Ejus autem ſucceſſor

Digitized by Google

Piligrinus ultra jam datam à ſuo fundatore dotem ſua dona etiam in eam cumulavit, idemque anno & ſucceſſores ſecuti ſunt, pertulit autem plures clades cœnobium hoc ferro igneque illatas, & in ſpecie an. 1376. à civibus Colon. ſolo æquatum eſt, ob timorem, ne ab hoſtibus occupato templo civitas in periculo eſſet, fratres autem Noveſii & Siburgi exularunt, Anno 1583. rurſus ab Archiepiſ. Gebhardi militibus exuſtum religioſis interim in vicina Paroch. Eccleſia S. Urbani ſacris operantibus: noviſſimè verò Anno 1632. 21. Decemb. à Baudiſio Suedico cum ſuis copiis nocte irruente afflictum eſt, poſtquam Colonienſes Tuitium, licet alienum eſſet, munivíſſent, qui tamen à Colonienſibus fortiter repulſus intra 12. horas excedere & fugere compulſus eſt, ubi negligentia noſtrum ignis in pulverem tormentarium delapſus parochialem Eccleſiam dejecit, ſolo muro turris Parochialis ſalvo.

39 XIV. Abbatialis Eccleſia & monaſterium Benedictinorum SS. Nicolai & Medardi in Brauweiler / leucæ ſpacio Colonia abeſt, occaſum verſus, fundata Anno 1024. Directore B. Poppone SS. Maximini & Remacli Abbate, & dedicatio facta fuit per Archiepiſcopum Piligrinum Anno 1028, præpoſito primo Abbate Ellone, quem Piligrinus eodem Anno confirmavit, & Anno 1030. benedixit poſt Ezzonem Hermanni Puſilli ex Hedwige Conjuge filium Comitem Palatinum & Mathildem ejus uxorem Ottonis II. Imperatoris filiam primos fundatores, quorum dotationem ſucceſſores ratam habuerunt: B. Richera Poloniæ Regina fundatorum filia exulans apud Ubios deſtructis ædificiis novum validioribus fundamentis Monaſterium exſtruxit, & Eccleſiam S. Anno Archi-Epiſcôpus denuo conſecravit, 3. Cal. Novembr. An. 1061. Prætet alia hic aſſervatur cuſpis lanceæ qua Chriſti Domini latus transfixum eſt, quam cum Theodoricus de Morſa Archiepiſcopus Colonienſis Norimbergam profecturus conferre vellet cum reliquo Lanceo ferro, à quo diſſecta dicitur, Abbas verò metueret cuſpidis ſuæ jacturam, vel alterius ſubſtitutionem, ſurrogata fuit alia ſimillima ab aurifabro facta, quæ collata S. Lanceæ Norinbergenſi Archi-Epiſcopum in fide lanceæ confirmavit, unde ipſe inſtituit 6. feria poſt 8. Paſchæ officium Lanceæ & Clavorum cantari, quando eſt celeberrima Theophoria Colonienſis: Extat adhuc in horto mirus arbor olim ab Erenfrido Comite Palatino in memoriam S. Udalrici Auguſtani Epiſcopi ex arido ramo in manibus ſancti vireſcente plantata, cum enim uterque circa natales feriasChriſti hyemali tempore ad curiam Imperatoris Ottonis I. equitarent, ramuſculus autem Epiſcopo impedimento eſſet ex arbore pendens, eum decerpſit, & ſecum tulit, qui gemmis turgentibus, & foliis florere in manu cœpit, quod cum D. Erenfridus adequitans cerneret, & miraretur, licet Epiſcopus celare vellet, & ramum abjiceret, Erenfridus eum equo deſiliens elevavit, & in ſecreta ſui cuſtodia vitæ tempore ſervavit.

Sunt præter hæc in urbe 19. Parochiæ, Ec- 40
cleſ. S. Catharinæ Ordinis militaris Teutonici, Joannis, Cordulæ, Domus Canonica S. Antonii, Canonicorũ Regularium Corporis Chriſti, Domus Canonica in Weidenbach, Carthuſia, Monaſteria 4. mendicantium, Dominicanorum, Minorum, Carmelitarum, & S. Auguſtini Eremitæ. Item Crucigerorum acceſſit, dein Collegium & templum Societatis Jeſu An. 1542. nova fabrica auctum, & ornatum, Eccleſia & Monaſterium S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ, Item Capucinorum S. Brigittæ in Sion viri & fœminæ, ut & diſcalceatum Carmelitanorum, Fratrum denique Alexiatonorum, Item virginum diverſa ad 36. una cum 16. Hoſpitalibus, & 32. ſacellis, adeo ut Münſterus referat extitiſſe ſuo tempore tot Eccleſias & ſacella, quot dies in anno, quibus ab eius ætate plura acceſſerunt, quæ ſi quis curioſè luſtrare deſideret, adeat Gelenum *in Colon. Claudia & alios*; Hæc pro ratione Inſtituti circa Hierarchiam Eccleſiaſticam Colonienſem, qua potui brevitate compilaſſe ſufficiat; De politia infra in cap. de Civitatibus in c. de Academ. occurrent alia.

Dividitur in ſuperiorem & inferiorem hic 41
Epiſcopatus, Superior continet Andernacum, Antweiler / Ahrburg / Reinbach / Meckenheim / Lintz / Erpel / Unckel / Breidbach / Königswinter / Bonnam / Breulam / Züich / Lechnich. Inferior Zontzium, Wortingen / Huchrad / Noveſium, Kempenam, Lin / Urdingen / und Anrad / Huls / St. Anton in der Heyden / Kayſerswerth / Rheinberg. In veſta Dorſten / Recklinghauſen / Hornenburg; In Ducatu Weſtphaliæ Engeren / & Comitatu

Comitatu Arnsberg / Werle / Arnsberg / Geſeke / Altendorn. De quibus ſingulis vide Topog. Meriani, p. 47. & alios.

42 Cum autem per ſuperiorem, & inferiorem Diœceſin Colonienſem in diverſis ejusdem urbibus Jura, ſtatuta, & conſuetudines locales variarent, & ſæpè non tantùm diverſa imo contraria extarent, unde ſæpè inter ſubditos inextricabiles lites oriebantur, dum Advocati ea probabiliter ignorarent, & in conſuetudine probandâ ſæpè partes deficerent, ac oleum & operam perderent, Judices verò intricarentur; Sereniſſimus Princeps Elector Maximilianus Henricus huic malo ſollicitè & paternâ curâ clementiſſimè occurrit, pro bono publico, Judicum, & partium editâ conſtitutione, & publicatâ 16. Martii, Anno 1664. juxta cujus tenorem aliis particularibus conſuetudinibus abolitis futuribus temporibus procedendum, & judicandum ſit reliquis caſibus in ſerio iſtius conſtitutionis in 16. Capitula diſperſæ non comprehenſis, diſpoſitioni Juris communis reſervatis, & relictis; Circa quam conſtitutionem pro Coronide hujus Cap. minimè inter cætera prætereundum videtur, quod poſt varias controverſias ſuper ſucceſſione feudorum, An ſcilicet fœminæ in Diœceſi feudorum horum capaces eſſent, amicabili compoſitione initâ negotium hoc novitèr, An. 1659. 28. Junii inter Sereniſſimum Principem Archi-Epiſcopum Electorem Maximilianum Henricum, &c. & Nobilitatem ac Vaſallos ex unâ & alterâ partibus compoſitum ſit.

43 Cum enim ex parte Vaſallorum ſuſtineretur feuda Colonienſia promiſcua eſſe, utpotè quod immemorali conſuetudine ita receptum, prout conſuetudine locali Curiæ, vel Provinciæ, aut Regni ad feudi ſucceſſionem admitti poſſe fœminam patet *ex c. ſignificaVit*, X. *de Reſt.* cùm ſicut excluſio à feudis ex conſuetudine ortum habet, ita etiam admiſſio moribus induci poſſit. *§. pen. de Cur. nat. Duar. c.* 10. *n.* 8. & ſic in Belgio & Francia feudorū ſucceſſionis ac poſſeſſionis capaces eſſe fœminas tradit Gudel. *p.* 3. *feud. c.* 3. *n.* 3. quæ non tantum in feudis minoribus Franciæ, ſed etiam in principalioribus excepto Regno obtinent, quod pluribus præjudiciis Brabantiæ, Luxenburgi, Flandriæ, Hanoniæ, Zelandiæ, Namurci, & aliis demonſtrari poſſet, ſed ſufficiet hic exemplum Mariæ unicæ Caroli Audacis filiæ cujus nuptiis cum Maximiliano Cæſare hæ Provinciæ ad domum Auſtriacam devenerunt, Idem in Regno Angliæ, Siciliæ, Neapolitano, Cypri, Luſitaniæ, Hiſpaniæ, & aliis.

Prædictam autem conſuetudinem in feudis 44
Eccleſiaſticis Colonienſibus, ſeu de curvo baculo obtinere edito tractatu oſtendere conatus eſt Thummermuth inſcripto: Krum Stab / ſchlieſt niemand ab; Et talia etiam ſunt Abbatiarum Fuldenſ. Hirsfeld. Corbienſis. *juxta Vult. de feud. n.* 48. Monaſterienſis *Roſenth. c.* 1. *concl. n.* 13. *feud.* Oſnabrug. Trajectenſis & aliis, Wehner; in Verbo Fuldiſche Lehen / *add. Schrad. con.* 12. 14. 13. *fol.* 769. *Roſenth. c.* 7. *concl.* 31. *n.* 7. *lib.* 1.

Cum autem allegata conſuetudo in Eccle- 45
ſiâ Colonienſi vigere ex parte Electoris negaretur, inhærendo juris communis feudalis Regulis, & à diverſis Cæſaribus obtentis, & receptis Privilegiis, conceſſionibus, & ſententiis, quarum vigore liceret maſculis deficientibus feuda ad ſe retrahere, deque iis diſponere, in iſtâ autem diverſitate Anno 1620. res in compromiſſum deducta fuiſſet, cujus reaſſumptio Anno 1639. hinc inde placitata fuit: Poſtquam Status Equeſtris, Nobilitas, & Vaſalli cum Principe ſuo in lite ſe verſari invitos ſignificarent, ſingulari pacis, & concordiæ amore, & paterna affectione Sereniſſimus Princeps Elector cum aſſenſu & placito, RR. Capituli Metropolitici in ſequentem Tranſactionem convenit. I. Reſervatis iis feudis, quorum Inveſtituræ tenor expreſſe de feudo maſculino conceptus eſt, ut ea pro puris maſculinis habeantur, & filiæ excluſæ ſint, ac maneant, lineâ verò maſculinâ primi acquirentis deficiente, & extinctâ, Sereniſſimo Principi, ejusve Succeſſoribus libera ſit diſpoſitio; Similiter II. Si Inveſtitura feudalis promiſcuè ſit concepta fœminas etiam admittendas, ut per ſubſtitutum tamen ſervitia præſtent; Quæ autem III. informiter, ſeu ſine mentione maſculini, vel fœminini Sexus collata ſunt feuda, clementiſſimè placitatum, ut vel in defectu omnium maſculorum, vel in pari cum in fœminis, vel remotiori gradu conſtitutorum, fœminæ à primo acquirente deſcendentes (ſalvâ conſuetudine, prærogativâ Nobilium in elocandis filiabus) ad ſucceſſionem admittantur, ſicquè maſculi, & fœminæ agnati promiſcuè etiam proximiores in gradu remotioribus absque Sexus differentiâ.

Digitized by Google

differentiâ præferantur, deſerviant tamen hæ per ſubſtitutum, & fœminæ vel maſculi per fœminam ſe qualificantes quâvis vice Domino directo feudi loco recognitionis decimam partem pretii prout feudum, quod utile dominium taxari poteſt, perſolvant, & præſtent; Hoc inſuper addito, ut hæc transactio tantum ad feuda territorialia reſtringatur, nec in iis obtineat, quæ immediatè ab Imperio dependent, vel in aliorum Principum & Dominorum territorio ſita ſunt; V. des Ertz-Stiffts Cöllen Ordnung. *de Anno 1663. tit. 7. pag. 13.*

46 Ad hæc cùm ob diverſas Nobilitatis, & Nobilium prærogativas, quas congeſſit Tiraq. *in tract. de Nobilit. c. 20. per tot.* de quibus infra, non ſit inconveniens, quod ipſi ſingulari, diverſoque jure ab aliis plebeis utantur, & ultrà communem vulgi morem privilegientur: Cum aliquando in contradictorio etiam judicio diſputatum fuiſſet, de caſu ſequenti: Si pars major nobilitatis conſenſit, ut filius ſenior totam vel majorem partem hereditatis habeat certâ ſumma fratribus, & ſororibus ſolutâ, deprehendatur tamen ex quibusdam actis & Inſtrumentis à quibusdam uſurpatum contrarium, & hæreditatem æqualiter diviſam inter fratres, ſorores, maſculos, & fœminas, an per hoc conſuetudo labefactetur? Et communiter diſtingui ſolet inter conſuetudinem inducendam, & jam inductam, ac præſcriptam, ut priore caſu impediri poſſit per actus contrarios, *arg. l. Sabinus. ff. Comm. divid. & §. fin. ibi. null. ros. de defenſ. Civit.* poſteriore verò caſu non impediatur, nec tollatur, *argt. l. obſervare. §. 5. de off. Procnoſ.* quia poſtconſum̃atam & receptam conſuetudinem actus contrarii non noceant, niſi ſint tot, & tales, qui ſufficerent ad conſuetudinem abolendam, & novam inducendam, *Tiraq. de I. primog. q. 20. & ſeqq.* Per ſolam autem quorundam contradictionem, contraventionem, aut controverſiam judicialiter à quibusdam obmotam ſicut lex publicata, ita conſuetudo recepta & probata tolli non poteſt. Poſtquam tamen Ordo Equeſtris in Comitiis provincialibus atque in hac Diœceſi, ut in viciniis locis pro conſervatione Nobilium familiarum in uſu fuiſſe, ut filio ſeniori præcipuum, filiabus autem certa ſumma pro dote cum reſignatione hæreditatis paternæ aſſignaretur, licet id in controverſiam à nonnullis vocatum fuerit; Sereniſſimus Princeps Elector ordinavit I. quod filiæ ordinis Equeſtris exiſtentibus maſculis certam ſummam dotalem à Parente, aut fratribus accipere, & loco hereditatis contentæ, ad bona paterna nullum regreſſum habere, ſed contentæ eſſe debeant, ita tamen, ut à Patre, Matre, vel fratre reſpectivè filiabus aut ſororibus pro quantitate bonorum, etſi dubium de eâ incidat, ad proximorum arbitrium unum, 2. 3. 4. aut 5, ad ſummum millia Imperialium tempore nuptiarum vel in paratâ pecuniâ, vel ſub annuâ penſione ergâ ſufficientem cautionem usque ad reluitionem unà cum Clenodiis maternis poſt Matris obitum præſtentur; Sicque filias non tantum à Parentum, ſed etiam collaterali fratrum in bonis majorum ſucceſſione, absque ſpeciali renunciatione excludendas eſſe, *d. loc. tit. 6. §. 1. 2. 3. 4. 5.*

Ita tamen ut ſi contingat filios ita ſuo ſtatus diſſimilibus ſe jungere, ut ad Provinciales diætas ſe qualificare nequeant, filiabus ſalvum ſit bona paterna in capita ſine aliqua reſervato dividere, ſi verò ejus fratris filii, aut liberi rurſus dignè nubant, ut ſe ad diætas & conventus nobilitatis qualificare poſſint, ut prior diſpoſitio inter eorum liberos rurſus ſervetur: Sororibus vero dicto modo dotatis, & renunciatis bona nobilia inter fratres ita dividenda ſunt, ut ſi una tantum nobilis manſio exiſtat, ea ſeniori cum adjacentibus iſti manſioni proximis agris, remotiora verò prædia juniori filio cum certâ conditione, *d. q. §. 12.* remaneant: Si verò plures nobiles manſiones adſint, vel in, vel extra Diœceſin etiam, ſi ſenior frater unam elegit & percepit, ſecundo filio altera, & conſequenter tertio, & quarto pluribus exiſtentibus electio ſucceſſivè competit ita etiam; ut ſi eorum unus ſecundum ſtatus dignitatem non contraxit matrimonium, hujus Juris præcipui ſe incapacem reddit, idque ad ſequentem fratrem devolvitur, deficientibus autem filiis inter filias illud jus præcipuè domus ut de filiis dictum locum habere dicitur, *T[illegible]. 16. §. 12.*

Ita quoque in Ducatu Juliæ, & aliis inter 47
Nobiles primogenito principalem manſionem &
domum deferri tradit Tiraq. *de J. primog. q. 71.* ex
ratione [illegible] quod Statuum etiam publice interſit 48
familia-

Digitized by Google

familiarum nomen, & dignitatem ſalvam retinere, & transmitti, *l. 1. §. pen. de Inſp. ventre,* quandò autem promiſcuè ſucceditur diviſionibus, & diſcordiis, quas communio inducit, *l. 77. §. dulciſſ. fratribus de leg. 2.* facile in nihilum redigi ſolent; Et quia familia tribus maximè conſtat, domo primùm, dein uxore, poſtremo bove aratore, id eſt reditu ex agriculturâ, Tiraq. *cit. loc. num. 2.* hinc conſuetudo volens familiam conſervare nobilem imprimis voluit filio ſeniori aſſignare domũ, eamque principaliorem, quam maximè cupiunt Nobiles in familiâ manere, undè Primipilaris aliquis *in l. pater. §. Julianus. de leg. 3.* teſtamento vetuit domum ſuam majorum alienare, tanquam de cæteris non multum curaret, Tiraq. *de nobil. c. 37. num. 23.* cum grave, & contumelioſum videatur domum, in qua antiqua, & prima forte agnationis forma eſt, ab extraneis poſſideri, quapropter domum minorum ſine decreto vendere non licet, in quâ defecit puer minor crevit, majorum imagines non videre fixas, aut refulſas lugubre dicitur *in l. lex qua. 22. §. nec verò. C. de adm. tutor. juncta l. ſolvendo, de bon. libert.* quò facit illud dictum Naboth, abſit, ut ego patrum meorum tradam hereditatem, *3. Reg. 21, c. convenior. 21. 23. q. 8. poſt med.*

49 Non ſolum autem domus, ſed ea, ſambt dem Graben/ & juxta Statuta Julia tit. 93. graben/ öderen und zaunen/ ad Seniorem pertinet, ut & ſtabula, equilia, porcilia, ovilia, caprilia, vivaria, ferarum, aprorum, & piſcium receptacula, piſcinæ, columbaria, foſſata, quoque quibus Nobilium domus plerumque circumvallantur, & ſi quæ alia ſunt juncta ipſis ædibus, vel etiam non juncta, ſed tamen intra ſepta, ſeu clauſtra earum poſita, ſub eadem cohærentia & dependentia, ut horti iſtius manſionis causâ parati, ejusve uſui deputati. Idem dicendum ſi unus tantum ſit hortus. *l. Sera. §. 7. de inſtr. leg.* Idem de paſcuis, quæ in uſu hujus manſionis ſervatæ ſunt. *d. l. Sera l. Julianus. §. fin. de act. empt. l. uxorem. §. in teſtamento. de leg. 3. c. Raynutius. ibi: domum & hortum. X. de Teſtam. l. creditor. §. ulli. de act. empt.* Et quamvis aliàs domo legatâ non debeatur hortus, id tamen limitatur, ſi domui hortus eſſet contiguus. Panorm. *in d. c. Raynut. n. 4.* unde notat Jaſon. *in l. fin. n. 12. & ſeq. de conſt. Princ.* Si duo fratres domos paternas inter ſe dividant, in medio autem ſit hortus, quod hic cedet iſti domui, pro quâ pater horto uſus eſt, *l. quod conclave. 47. de damn. infect. Tiraquell. de J. primogen. q. 73.*

Dicitur autem hortus cohærens non tantum in eadem clauſûrâ, ſed etiam extra clauſuram habens aditum per domum ipſius gratiâ paratus, etſi inter domum, & hortum eſſet via publica, aut vicinalis, vel etiam rivus, nec enim illa impediunt, quo minus concives ſint, *l. ſed & loci. §. fin. fin. reg. l. prædiis. §. fin. de leg. 3. l. ſi cui ædes de leg. 1. Capoll. de ſervit. urb. c. 76. de horto.*

50 Et quia cum domo ei cedit Jurisdictio adhærens caſtro §. 12. ibi Neben dazu/ ꝛc. mulctæ autem ſunt fructus Jurisdictionis, & hæ ſeniori fratri cedent in ſolidum, plura alia exprimuntur in d. §. 12. Quia cum conſuetudo, quæ ſtricti Juris eſt, ſtrictam recipiat interpretationem, maximè, quia per eandem inæqualitas inter liberos contra Juris communis regulas inducitur, licet alias conſervatio familiæ & ipſum jus primogenituræ ſit favorabile, adeoque extenſibile, quamquis non male dici poſſit verbum caſtri principalis, ſeu domus, ac manſionis non latius extendi, quàm jure communi accipi ſolet. De mulctarum exactione in pecunia numerata conſiſtente, & confiſcatione immobilium, *add. Alex. de Imola. in l. fin n. 2. ſol. matr.*

51 Debetur etiam das verhandene Geſchütz/ und was Nagelfeſt/ quod etiam exprimitur in ſtatuto Juliæ: Similis de tormentis eſt conſuetudo apud Burbonios. *t. de choſes. §. 238. artille se.* Cum enim hæc eò directa ſint, ut ibi perpetuo maneant, dicuntur ædificio acceſſiſſe. *l. do. l. in fund. de Inſt. leg. & ita* Bald. *in c. 1. §. ſi quis de manſo. n. 4. de Con Inveſtitura aſſerit.* quod conceſſo caſtro, videantur conceſſæ munitiones, quæ ſunt ad tuitionem caſtri, & arma, quæ Patrisf. deſtinatione ibi perpetuò ſunt poſita; aliud ergo dicendum, ſi non ita deſtinentur, ut perpetuò ibi ſint, nam tunc mobilia cenſentur; *l. Lucius. Titius. §. Collegium. ibi: Item Machina. de leg. 3. fact. l. fund. §. Labeo. de act. empt. add. Tiraq. de retract. Lignagier. gl. 7. d. 98. V. caſtella plumbea.*

52 Q. I. *Quid de Eccleſiâ principali Caſtro, domui, vel manſioni adjacenti, cujus collatio ex Jure Patronatus iſti Caſtro, & poſſeſſioni adhæret?*

Prout conſtat, quod jus patronatus etiam Univerſitati adhærere, & cum eâ tranſire poſſit, ut hereditati, Civitati, Caſtro, & prædio etiam, quæ ſi in alium transferantur, & jus patronatus illis inhærens una transferri ſolet; *l. item veniunt.* 20. *§. aut Senatus. de petit. hæred. l.* 10. *in fin. de leg.* 2. *l. ſi mercedem.* 53. §. 1. *de act. empt. facit l. cum fundum. l. in modicis. de contrah. empt. Tiraq. de I. primog. q.* 36. *& ſeq.* Et hoc ad Seniorem filium tranſire conſequens eſt, niſi id ſpecificè ſit exceptum per ea quæ notant Canoniſtæ *ad c. ex literis. de I. patron. ubi Panorm. n.* 2. *Roch. de Curte in tract. de I. patron. V. & dotavit. n.* 41. *fol.* 77.

53 Q. II. *Quid de Molendinis?*

Licet Statuto Juliæ non contineantur in præcipuo, non eſt tamen rejicienda diſtinctio; Vel molendinum illud exſtructum eſt gratiâ Caſtri, ad molendum Patrif. & domeſticis, & hoc cedet caſtro, ejusve ſeniori filio, maximè ſi intra ipſam manſionem ſitum ſit ſuper ſolo manſionis principalis, quod per manſionem fluit, tunc enim continetur ambitu, & appellatione domus, ſin autem principaliter lucri & reditus gratia exſtructum ſit, & non ita propinquum, potius pro extraneis, & vicinis queſtus causâ quaſi ad negotiationem ſecus, dicendum.

54 Q. III. *Quid de molis ventoſis, & navalibus, aut aquaticis?*

Illas, quæ de loco in locum moveri poſſunt, Immobilibus non annumerari, niſi quatenus immobilibus inſtar regularum accedunt, ratio ſuadet, *l. cui fundus.* 21. *de Inſt. & Inſt. leg. l. eum. qui ædes.* 23. *de Uſucap.* Sicut columna mobilis, ſi immobili ædificio accedat, immobilis cenſetur, ſi rei mobili mobilis, ut ſi ſit in navi. *l.* 1. §. *ſi quis. de navi. de vi & vi arm.* Itaque navis molendinaria, eique impoſitum molendinum erit mobile, & hoc illius naturam ſequitur, prout id de navi oſtendit Tiraq. *Tract. de retractu. Lignag.* §. 1. *gl. cum autem. n.* 9. *cum ſeq.*

55 Q. IV. *Quod ſi plures ſint manſiones principales, vel aque, vel una magis, una minus, una amplior, altera anguſtior, an liberè eligere poterit Senior etiam minus principalem?*

Affirm. Ut ſi una principalior anguſta, altera minus principalis & amplior, vel melior, vel quæ majorem habet hortum & acceſſiones, quibus principalis eſt deſtituta, nec defectus unius ex aliis poſſeſſionibus ſupplendus eſt, ſed imputare ſibi debet eligens, cui libera fuit electio. *Carol. Molin. ad Conſ. Paris. t.* 1. *de nat. feud.* §. 8. *gl.* 4. *v. primi. p.* 1. *fol.* 129.

Q. V. *An etiam in ſucceſſione matris idem obtineat ut eâdem decedente filia certâ portione contenta eſſe debeant, & primus filius principalem ſecundus alteram & deinceps matris manſionem præcipuam habeant?* 56

Affirmat. colligitur *ex t.* 6 §. 1. & 2. qui loquitur von deren Eltern ihren Güttern / ꝛc. quo matrem & patrem æque ſignificat, *Item in* §. 2. dicitur Sollen Vatter und Mutter / ꝛc. ut & §. 7. & licet §. 14. in ſpecie de patre loquatur, tamen §. 17. rurſus generalis eſt, ut proinde in antecedentibus & conſequentibus dicta in aliis ejusdem tit. §§. ubi ratio & qualitas id patitur, cenſeantur ſubintellecta;

Ac licet Bald. *in l. diuturna. de ll.* intrepidè
aſſerat, quod conſuetudo & ſtatutum præferens 57
primogenitum in ſucceſſione patris non trahatur ad ſucceſſionem matris, quia ſtatutum hoc contra jus commune non ſit extendendum, etiamſi ſubſit eadem ratio, prout etiam ſtatutum repellens filias à ſucceſſione patris eas non excludit à bonis maternis, ejusvè ſucceſſione, ut nec ſtatutum excludens à ſucceſſione fratris per hoc removet à ſucceſſione ſororis, nec matrem excludens ſtatutum à ſucceſſione filii, etiam illum excludit à ſucceſſione filiæ, *Tiraq. de I. primog. q.* 9. *n.* 1. *&* 2. quia hic ob verba generalia aliud dicendum, *ad Tiraq. d. l. loc.* 3.

Quia juxta §. Wann aber / ꝛc. 13. primogenito eligente manſionem 2. altera & conſequenter tertio tertia competit, quid ſi ſecundo genitus ante patrem mortuus ſit, relictis 2. vel 3. liberis. 58

Q. VI. *An hi omnes ſimul eligent ſecundam manſionem?* 59

V. Tiraq. *q.* 42. quocunque ſe vertat in vado hærere dicit.

Q. VII. *An autem manſionem præcipuam conferre teneantur præcipientes?* 60

Neg.

Digitized by Google

Neg. Tiraq. *de J. primog. q. 51. & in q. 5.*

Q. VIII. *Quid ſi primogenitus ſit Clericus & ſecundo genitus Laicus?*

V. Tiraq. *q.* 54.

61 Q. IX. *An ſtatutum vel conſuetudo præferens primogenitum vel ipſi prærogativam aut præcipuum aliquod tribuens deficientibus maſculis, filiabus, & ex his filia primogenita competat?*

Hic quoque nodus Gordius ad tollendas innes controverſias in proximos de conſtitutione Electorali tit. 7. §. Dafern nun kein Sohn vorhanden / ꝛc. reſolutus eſt, non tamen videtur negligenda ſequens diſtinctio, vel fœminæ iſtius præcipui capaces ſunt, vel non, ut quia Regnum eſt, Ducatus, feudum maſculinum quod nec de jure, nec conſuetudine tranſit ad fœminas & non pertinebit ad filias, cum maſculina appellatio & vox non comprehendat fœminas in iis quæ fœminis non competunt, nec conveniunt, *l. fin. de tut. l. un. in fin. de leg. patr. tut. l. 1. de legit. tut. Novell.* 3. *l. fœminas. de R.* I. quando autem regalis iſtius dignitatis, & præcipui capax eſt fœmina, tunc maſculis deficientibus hoc etiam in eas adeoque principalis à parente relicta manſio in primogenitam præ aliis ſororibus derivatur, id colligere licet *ex c. ſignificavit.* 36. X. *de reſer.* ubi ſoror ad Comitatum admiſſa fuit, *add. c. dilecti. de arbitr. c. dilecto. de teſtib. c. fin. de con. præb.* Prout in quibusdam Regnis & Principatibus tantum mares admitti, in aliis verò iis deficientibus fœminas ſceptri capaces eſſe notum eſt, Tiraq. *de I. primog. q.* 8. *n.* 14. *Reinck. de reg. ſecul. lib.* 1. *claſſ.* 2. *c.* 2. *n.* 27.

62 Q. X. *Quid ſi fœmina ante marem nata ſit an tunc iſto jure præcipui etiam gaudebit, cum ipſa ſit primogenita?*

Neg. Guido Pap. *deciſ.* 506. ſed tantum nullo maſculo, ſive ante ſive poſtgenito exiſtente eidem locus fiet, ſic teſte Val. Max. *lib.* 2. *c.* 1. apud Maſſilecnſes Caa ſummæ dignitatis fœmina moribunda diſtribuit patrimonium inter duas filias, filiæ autem majori ſacra domeſtica tradidit, Tiraq. *d. loc. n.* 20.

Quid ſi nullis extantibus maſculis patre mortuo filia ſenior principalis manſionis poſſeſſionem obtinuit, ex jure Inveſtituræ, forte etiam à Domino feudi inveſtita, & poſt 7. 9. vel principio Menſis undecimi *juxta Novell. de reſtit.* naſcatur poſthumus (qui caſus hac memoriâ noſtrâ evenit.)

Q. XI. *An hic filiam Inveſtitam à Domino, & in poſſeſſione manſionis principalis pacificâ conſtitutam repellet?* 63

Pro filia quidem militare videtur, quod ea ſemel admiſſa non excludatur à Maſculo poſtea nato, *c. un. §. non enim* 2. *feud.* 17. ibi dicitur, quando ſupereſt maſculus, fœminam excludi; Unde inferunt, ſi deſit maſculus tempore delatæ hereditatis, vel feudi promiſcui fœminæ locum fieri, tempore verò mortis paternæ in caſu figurato nullus extitit in rerum naturâ filius ſed tantùm filia. Unde II. videtur iſti filiæ jus quæſitum, & accedente Domini feudi inveſtiturâ confirmatam, antequam filius ſuperveniret, quod ipſi adimendum non ſit ob maſculi ſupervenientiam. *l. id quod noſtrum. de R. I. Jacob. de S. Georg in verbo Inveſtitura. ꝟ. Et fœmina. n.* 17. III. Quando dicitur fœminam ſuccedere non poſſe donec maſculus ſuperſit, id intelligendum, quando tempore delatæ ſucceſſionis maſculus adeſt, non autem cum poſt jus quæſitum fœminæ deinde accedit. IV. Multa impediuntur fieri, quæ tamen facta ſuſtinentur. V. Natura Dominiorum eſt, ut poſtquam ſunt quæſita, ſint perpetua, & irrevocabilia, *l. ſive poſſideris. C. de probat.* cum ergo filiæ utile dominium feudi, & poſſeſſio à morte patris, & per inveſtituram quæſitæ ſint, debet perpetuò apud eam ſtare, *Jacob. de S. Georg. d. loc.* VI. Confirmantur hæc per tradita *Jul. Clar.* 4. *ſententi. §. feud. q.* 70. *Zaſ. de feud. p.* 1. *n.* 53. Quamvis autem prædictæ rationes primo intuitu ponderoſæ, & invicibiles appareant quibusdam, tamen in puncto juris verius eſt, filiam diſveſtiendam, & natum deinde filium in poſſeſſionem principalis domus & arcis immittendum, & manutenendum, prout immiſſus, & manutentus eſt, attentis ſeqq. motivis: I. Quod feudi conceſſio heredibus utriusque ſexus facta hanc recipiat interpretationem, in eo non ſuccedunt ſimul cum maſculis, ſed his tantùm deficientibus, *text. c.* 1. *de Eo qui ſibi & hered. c.* 1. *§. quin etiam Epiſc. vel Abb. c.* 1. *§. filia. de ſucceſſ. feud. Fachin.* 7. *contr. cap.* 42. quæ regula Feudiſtarum etiam obtinet, etſi maſculus gradu, vel gradibus remotior ſit ultimo defuncto Vaſallo, quàm fœmina,

Digitized by Google

minæ, hæc verò ſit propinquior. *c.* 1. §. *ſimiliter. de capit.*

Fachin. d. c. 44. Ut proinde minus hac de re dubitandum ſit, ſi maſculus & fœmina in pari gradu (ut hic) conjuncti concurrant; At hic obſervandum, quod in ſucceſſione non tantum ratio habeatur eorum, qui jam nati ſunt, ſed etiam naſciturorum poſthumorum, dummodo tempore delatæ ſucceſſionis jam concepti, & in utero fuerint, *l.* 3. & 4. *C. de legit. hered. §, cum autem.* de Exhered. lib. eò quod hi pro natis habeantur, quandò de eorum commodo agitur. *§. fin. de tut. l. ejus qui in utero de ſtat. hom.* In caſu verò hoc propoſito ſupponitur patre moriente maſculus in utero fuiſſe; quo ſuppoſito argumenta ſupra pro filiâ allegata in bilance poſita levia plane eſſe videntur; Nam I. intelligitur de maſculo superveniente, qui tempore delatæ, & acquiſitæ per filiam hereditatis, & præcipuè manſionis nondum conceptus, ut colligi poteſt, *ex c. un. §. non enim.* 2. *Fach.* 7. Ubi cum quæritur, ſi poſt mortem Patris ultimo defuncti duæ ſint filiæ de feudo inveſtitæ ſingulæ pro parte ſua & deinde contingat, ex altera ſorore, vel filiâ naſci maſculum, An altera ſoror deſinat eſſe vaſalla, & filius ejus præter portionem Matris ſuæ materteræ quoque portionem auferat? Id negatur, ſecus autem dicendum foret, ſi ſoror tempore delati feudi filium habuit in vivis, qui ſine dubio matrem cum Matterterâ excluderet, idemque aſſerendum, filium tempore delati feudi in utero geſtaret, & poſtea in lucem ederet. II. Unde nec ſecunda objectio obſtat, quia filiæ tantum conditionale jus acceſſit per inveſtituram, ſi ſcilicet non naſcatur, maſculus jam conceptus, conditionis autem ea eſt vis, ut eveniens poſtea faciat actum reſolvi, & quod ſecundum jus commune obligatio extinguatur, ubi in eum caſum res devenit, à quo non poteſt incipere. *l. exiſtimo.* 98. *§. pluribus. de V. O.* III. Sicque tertia objectio huc non eſt applicabilis, ubi tempore delatæ hereditatis maſculus in utero extitit, ut ex ſuperveniente nativitate apparuit, & per inveſtituram tantum ſorori jus conditionale quæſitum fuit, in caſum, quo abortus ſequeretur, nec naſceretur maſculus, vel filia in lucem prodiret. IV. Quod de Dominii perpetuitate allegatum, non tantùm exceptionem patitur in jure conditionato, ſed etiam in aliis pluribus Juris articulis, ut in caſu *l. bona fidei.* 48. *de acq. rer. dom. l.* 18. *de reb. Cred.* V. Clari etiam doctrina intelligenda eſt de eo caſu quo tempore delatæ ſucceſſionis fœminæ, maſculus nec in rerum naturâ nec in utero extitit, *ad Tiraq. de L. primogen. q.* 10. *num.* 26.

Quid ſi pater (cujus filii ante erant præmortui) decedat præmortuis etiam filiabus, ſed ex filia primogenitâ ſuperſtitem habet Neptem, & ex ſecunda præmortuâ etiam neptem. 64

Q. XII. *An Neptis ex primogenitâ præcipuam habebit manſionem, quam habitura fuiſſet mater, ſi ſupervixiſſet?*

Affirmativa fundatur in repræſentatione; quæ facit, ut perſona repræſentans ſuccedat in locum repræſentatæ, & ferat portionem, quam ipſa fuiſſet perceptura, *N.* 118. *cap.* 1. & 3.

CAPUT

Digitized by Google

C A P U T XXI.

De Archiepiſcopo Electore Trevirenſi.

S U M M A R I A.

1. *Trevirenſis Archi-Cancell. per Gall.*
2. *De Urbis Trevir. antiquitate.*
3. *Urbis ſitus.*
4. *Principia Chriſtianæ Religionis.*
5. *Quid per Gall. Archi-Cancell. opus?*
6. *Arelatenſis regni alienatio:*
7. *Alia ſententia de Cancellariatu.*
8. *Regis Boſo exceſſus contra Epiſcopum.*
9. *Boppardia Arch. oppignorata.*
10. *Us & Veſalia.*
11. *Confluentia ſubeſt.*
12. *Arx Hermenſtein.*
13. *Quid de alienatione Regni Arelat. ſentiendum?*
14. *In quo ſubjecto hodie conſiſtat Archi-Cancellariatus per Galliam?*
15. *Eccleſiæ Trevirenſes,*
16. *Monaſt. S. Maximini.*
17. *Vaſalli Eccleſiæ.*
18. *Aula Archiepiſc. antiquiſſima.*
19. *De Palatiolo* Pfälzel.

1 TRevirenſis Archie-Epiſcopus & Elector Archi-Cancellarius Imp. eſt in Gallia, & per regnum Arelatenſe, *& cap. 4. diſt. 63.* Colonienſi præfertur alternando Nomen ſortitur ab Urbe Trevirenſi, ubi Sedes eſt Archi-Epiſcopalis.

2 Urbs hæc Trevirorum præ omnibus mundi antiquiſſima dicitur, quæ 1250. annis ante Romam ſtetit, condita ab orto mundo Anno 1966. à diluvio 310. ætatis Abrahami An. 17. dum regnaret Semiramis Reg. Babyloniæ, cujus privignus Trebetta filius Nini ab ea fugatus Urbis principia ſtruxiſſe dicitur, à morte Noë An. 39. *Petrus de Andl. l. 1. c. 15.* unde in oppido Soloduro legitur Epigramma turri vetuſtiſſimæ inſcriptum:

Non eſt in Celtis Soloduro antiquior, unis
Exceptis Treveris, quarum ego dicta ſoror.

3 Urbi alluit Moſella, ſita inter duos montes, quorum unus ab ortu Martis, alter verſus occaſum Apollinis, vocatur, Moſella autem ponte ſternitur. Joannes LXXXVII. Epiſcopus Urbem Trevirenſem muris & Turribus cinxit, ut Arnoldus II. Confluentiam. *Stopper. pag. 694.* Trevirorum geſta ab Anno orbis 1066. deſcripſit Wilhelmus Kiriander, ad quem cupidus Lector remittitur.
* Id non omittendum, quod Eucharius ex 72. 4
Christi diſcipulus hoc loco Chriſtum primo prædicavit, & Eccleſiam rexit dein 26. annis; Cumque viduæ Albanæ unicum filium ſuſcitaſſet, ea domum ſuam in templum converti fecit ſub titulo S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, in quo Eucharius habitavit, & ſepultus eſt; cujus cella An. 330. combuſta ab Ægritio reſtituta eſt, qui corpus S. Matthiæ Apoſtoli eo transvexit, ubi S. Matthiæ Monaſterium ante novam portam quod ab Hunnis deſtructum Cyrillus Epiſcopus repoſuit, & auxit, ubi 26. ſunt fontes ex una ſcaturigine provenientes; Initia Chriſtianiſmi hic difficilia fuiſſe inde colligere licet, quod ſub Rixionano perſecutore Chriſtianorum, Moſella fluvius 6. millium Martyrum ſanguine rubefactus ſit, Tempore vero introducti Chriſtaniſmi Trevirenſes Apollinis imaginem à proximo monte in flumen dejeciſſe inque ejus memoriam annis ſingulis lanios illius civitatis ardentem rotam, vel vas ex ſummo montis culmine præcipitare refert Sprenger. *in ſtat. Imp. delin. c. 2. fol. 253.*

5 In ea Urbe Archiepiſcopus hic reſidet, merum & mixt. Imp. exercet, & ab ea nomen habet, licèt olim urbs Imper. fuerit: Sicut autem Imperatore in Germania commorante, Moguntinus; in Italia Colon. ita in Gallia Trevirenſis, privilegia Imperialia edit & ſubſignat; Error autem eſt, Moguntinum nomine Germaniæ Trevirenſem, Galliæ Coloneuſem, Italiæ electionis munere fungi, ut voluit Toloſan. *de rep. l. 6. c. 13. n. 15. prout eum notavit Freher. in not. ad Pet. de And. l. 2. c. 1. verbo Gallia. p. 151.*

6 Q. I. *Quid per Galliam Cancellario opus magis, quàm per Hiſpan. Aſiam, Africam, aut alias orbis partes, quæ Rom. Imperio quondam paruerunt, nunc tamen non parent?*

Sic enim Africa provinciarum Imp. arx dicta, quam Cæſar, & deinde Imp. Juſtinian. recuperavit, *juxta procem. Inſti. §. 1. N. 37. l. 1. & 2. C. de off. præf. & af.* Nunc ejus partem Turcæ, partem Rex Hiſp. tenet, Abyſſinorum Regi paret, Aſia nuncà Perſis, Moſcis, Tartaris tenetur. De Hiſpaniæ ſubjectione veteri ſupra actum. Nec tamen eapropter, quòd de jure ſubſint non de facto, *argt. l. 9. ad l. Rhod. de jact. Lim. 1. de I. publ. c. 9.* Archi-Canc. per Africam, Aſiam, Hiſp. eſt conſtitutus: Ita plane licet Gallia à Cæſare domita Romano Imp. paruerit, ut patet *ex inſcript. l. 5. C. de Juriſdict. l. 2. §. 1. C. de off. præf. præl. Beſold. verbo* Franckreich Hodie tamen ab Imper. avulſa eſt, & Rex ſuperiorem non recognoſcit, *c. Venerabilem. §. Inſuper. Qui fil. ſint. leg.* Quid ergo Archi-Cancellario per Galliam opus? An fortè ſicut Pontifex Patriarchas Conſtantinopol. Antiochenos, & Epiſcopos, item Epiſcopos titulares, ſeu ſuffraganeos nominat, & paſſim aſſumit, qui titulum habent ſine titulo; Reſp. I. Galliam Imp. Romano Germ. paruiſſe, avulſionem autem quidam in nepotibus Carol. M. factum volunt, alii verò ad tempora Childerici & Annum Chriſti 580. referunt: ſic Sigism. Imp. adhuc An. 1411. authoritate Imperiali uſus in civitate Lugdunenſi Comitem & Equitem creavit, & in Parlamento Pariſienſi ſententiam dixit. *teſte ipſo Bodin.* Reſp. II. cum Marq. Freher. *in not. ad Pet. de Andl. d. loc.* qui hoc explicat de ea Galliæ parte, quæ regno Arelatenſi continetur, & olim Rom. Imp. recognovit, cum itaque in Gallia continua ſit, aliæ verò provinciæ jam dudum ante avulſæ fuiſſent, mirum non eſt, in Gallia Archi-Cancellarium conſtitutum, non in Hiſpania. Et adhuc Gallicum diviſum, & Arelatenſe Germanico cum octo ſuis comitatibus tributum, ſubditúmque fuit usque ad alienationem à Carol. IV. qui hoc regnum, & quicquid Otto III. Imp. adjecerat, unius prandii gratia in villa nova prope Avenionem Regi Galliæ tradidit, licèt Bodinus. *lib. 1. de rep. pag. mihi* 201. tradat Philippum Valeſium hanc Arelatenſis regni ditionem & univerſa jura majeſtatis, coemiſſe ab Henrico V. Cæſare, qui argenti pondo ducenta millia pretii nomine ſolvit, & quòd emptionem hanc Ord. Imp. ratam habuerint, ejus ratihabitionis prædem dederit Cæſar Joannem Bohemiæ Regem; Verùm hæc narrantur non probantur. His autem Regni Arel. ditionibus continentur Allobrogæa, Bellojoci, Provinciales, Burgundia libera, quam Carol. V. Cæſar Philippo Audaci Burgundiæ Duci, prole maſculâ comitum extincta Imperiali Jure fruendam dederat, *Bodin. d. lo.* Arelate autem Burgundiæ Regia fuiſſe videtur, *juxta Güntherum,*

Quoque caput regni ſedesque fuiſſe vetuſtis.
Fertur Arelatum priſcorum Curia Regnum.

Verùm Limn. *in ann. ad Cap. Carol. V. p. 221.* hæc reſponſio non placet, quia textus A. B. dicit Galliæ & per Regnum Arelatenſe, eſt duorum aquæ conjunctio. Et facit ut ipſe non poſſit adhærere ſententiæ Freheri, & putet tempore, quo hic Archi-Cancellariatus eſt inſtitutus, Germanos ſibi perſuaſum habuiſſe, Galliæ regnum ad Imp. pertinere, vel pertinuiſſe, & ad idem redire debere, quæ opinio vetus eſt, non heri aut nudius tertius nata, nam & Otto II. Imp. teſte Crantzio conſobrinis ſuis Lothario & Carolo Franciæ regibus bellum intulit, quod Rom. Imp. juſta non perſolverent ſeque ſubducerent legitimæ dominationi, & Imp. ab ipſo Chriſto recognitum, poſt haberent, unde Güntherus:

At ſimul à noſtro ſucceſſit Gallia regno
Nos priſcum regni morem ſervamus, & illa
Jure ſuo gaudet, noſtra jam neſcia legis.

Hujus ergo antiqui Juris reſpectu potiùs quàm moderni ſtatus ratione, ubi nec Gallia nec Arelata Regnum quicquam noſtro defert Imperio, Cancellarius dici poteſt æquè, ut alii veterum dignitatum retinent emblemata, re licèt ut plurimùm mutatâ, *Lim. lib. 3. de I. pub. c. 5. n. 4.* * Demum 7
idem

Digitized by Google

idem Limn, *in ann. & ad cap.* ſentit nomine Gall. quæ ad Archi-Cancell. Trevirenſis pertinet, venire illam partem trans Rhenum, quæ Galliæ olim à nonnullis adſcripta, cæterum Rom. Imp. pars fuit, & partim adhuc eſt, quo ſenſu ipſa Civitas
8 Trevirenſis urbs Galliæ Belgicæ eſſe dicitur. * In dicto regno Arelatenſi cum Boſo Rex ejus in feſto Nativitatis Chriſti Epiſcopo nunciaſſet, ut miſſam ad ſui adventum differret, id autem Epiſcopus moram trahente Rege neglexiſſet, ac propterea Rex ſuperveniens præſente populo alapam Epiſcopo dediſſet, Imperatori autem hanc contumeliam & injuriam realem Epiſcopus queſtus eſſet, Rege ob hoc capto eum capite plecti voluit, ſed mitigata hac ſententia titulo Regio privatus, & in Monaſterium detruſus eſt, Münſter. *in Coſmog. pag.*
9 *mihi.* 133. * Huic Archiepiſcopatui Boppardiam & Veſaliam Henricum VII. Imperatorem ac Imperio avulſiſſe & Archiepiſcopo Balduino fratri ſuo pro certa ſumma oppignoraſſe dicit, *Scorp. p.* 694. Illam unam ex quinque caſtellis, quæ Druſus ad Rhenum exſtruxit, fuiſſe volunt, ut ex ſtructura colligere licet, cui Archiepiſcopo, cum Cives parere nollent, vi eam adortus portas effregit, & partem urbis cum ſuburbio accendit, licet hoc contra ſuam intentionem factum fuerit, ut idcirco perpetuam fidelitatem ei promittere debuerint, & privilegiis renunciare; Cumque An. 1494. rurſus quæſitis diverſis privilegiis Jura Archiepiſcopi deminuere tentarent, Joannes Archiepiſcopus Marggravius Badenſis urbem obſedit, & ad
10 præſtandum homagium coëgit. * Hæc vero Veſalia Ober-Weſel dicta ad Rhenum inter Goar & Caub ſita, quæ tempore Friderici II. Imperatoris ad Imperium ſpectavit, ab eodem Henrico VII. cum pecuniis egeret ad expeditionem Italicam ſimili modo Archi-Epiſcopo d. pignorata eſt, antequam autem ea ad Imperium pervenit, ad Schonebergicam familiam ſpectaſſe legitur, quorum arx adhuc extra urbem in monte extat, ad urbis Mœnia Rhenum verſus Hoſpitale eſt, in cujus templo juxta ſummam aram ſunt veſtigia ad quam Judæi puerum Wernerum dictum ligatum, virgis cæſum, Martyrio affecerunt, donec moreretur, ubi Germaniæ adſcriptum id An. 1287. contigiſſe 13. Cal. Maji. Hunc S. Wernerum Myræus *pag.* 201. ultimum martyrem Germaniæ vocat, digitus ejusdem dexteræ translatus fuit, cum conſenſu Elect. Veſontium, ibique exhibetur, & vinitores hujus loci eum in patronum aſſumpſerunt, inſtituta ſpeciali ſodalitate ei ſacra in templo S. M. Magdalenæ. Infra urbem inter montes inſigne reſonat Echo, *de quo Freher. p. 2. orig. c.* 18. * Sub- 11
eſt huic Archi-Epiſcopo Civitas Confluentia ita dicta, quia hoc loco Moſella & Rhenus confluunt, 13. milliaribus Treviris diſtans, & in medio Moguntiæ, & Coloniæ ſita, ubi ponte lapideo Moſella ſternitur. * E regione à dextera Rheni in ſum- 12
mitate montis arx Ehrenbreitſtein / ſed nunc ab Hermanno Archi-Epiſcopo, qui opus hoc ampliavit, Hermannſtein dicitur. Hanc arcem Anno 1622. in Majo, Archi-Epiſcopus Trevirenſis de Söteren / cum ſe Regis Franciæ tutelæ ſubmiſiſſet, ei tradidit, 21. Junii autem Sueci Confluentiam Hiſpanico præſidio munitam occuparunt, & Gallis reſignarunt, hanc urbem Cæſariani & Hiſpani An. 1636. receperunt, Arcem vero diuturna obſidione cinxerunt, ut ob defectum alimoniæ ſe Archi-Epiſcopo Colonienſi dederet præſidium autem cum Commendante in Orſaw tunc deductum fuit, deinde Cæſareum præſidium arx accepit; Anno 1642. in Jan. in magnæ turris ſupremitate neſcitur qualiter igne concepto 50. centenarii pulveris tormentarii ſuperiorem partem arcis conſumpſerunt. Moſella autem, quæ Trevirim tranſit, & hic in Rhenum influit, ſupra Civitatem Thoul in Lotharingia ortum habet unde Metas tranſit ad Treviros, plura Kiriander. Illud memorabile, quod Ruſticus II. nomine Epiſcopus Loci voluptatibus deditus eſſet, & ex Aquitania Sacerdos Goar ad ripam Rheni ſibi Oratorium feciſſet, inventus autem ibi puer expoſititius, ipſeque vir ſanctus apud Epiſcopum delatus eſſet, hic calumnias parvi faciens, ut ſibi bene conſcius, cum ingreſſus aulam Epiſcopi defeſſus ex via nusquam videret locum, ubi tunicam, vel cucullum deponere poſſet, tunicam ad radium ſolis ſuſpendit omnibus conſpicientibus, donec etiam videret Epiſcopus. *Majol. tom.* 1. *Coll.* 1. *p.* 3. urgente autem Epiſcopo ut patrem pueri ediceret, ipſe invocata ope divina obtinuit, ut infans reſponderet; Ruſticus pater eſt, Flavia mater mea, unde Epiſcopus mutatus Pœnitentiam egit in Monaſterio Martyrũ ad S. Paulum ſepultus. *Schopper. in Chronol. p.* 690.

Digitized by Google

13 Q. II. *Quid de Alienatione regni Arelatenſis ſentiendum, An valeat?*

Invalidam eſſe ſentit Limn, *de J. p. c.* 12. *n.* 17. hac ratione. Quod Imperium non ſit in marſupio aut ſacculo Principis, & Imperator eligatur, ut Imperio præſit & conſulat, dicaturque Auguſtus, allezeit Mehrer des Reichs/ quòd Imp. augere debeat non diminuere, *l. div. Conſt. C. de nat. lib. DD. ad p. procem. Inſt. l.* 2. §. 22. *de O. L.* quod ſi adminiſtrator Imperii, *R. I. de Anno* 1559. *in pr.* & cum reſpub. pupilla ſit & vocetur, *l.* 3. *C. de Jure Reip. lib.* 11. ejus commoda quærere debeat inſtar tutoris vel curatoris, *juxt.* §. 1. *I. de Tutel.* & licet tutor quoad providentiam dominus ſit, *l.* 27. *de adm. tut.* eſt tamen absque licentiâ donandi, diſſipandi, & diminuendi, *l.* 46. §. *fin. de ad. tut. c. monemus.* 12. *q.* 2. Cùm Jura proprietatis ad ipſum Imperii Corpus pertineant, *Vult.* 1. *de Feud. c.* 5. *n.* 25. *Pereg. de I. fiſc. l.* 2. *c.* 23. *n.* 74. Unde Carol. V. Paulo III. Pontifici reſpondiſſe dicitur: De Parma & Placentina, eas urbes, ſi ad Imperium pertinerent, non poſſe ſe in ditionis & dignitatis Imperialis præjudicium alienare, quod non tantùm in Imp. Rom. ſed etiam in aliis regnis, ipſaque Gallia obtinet; ſic enim *teſte Froſſard. Hiſt. lib.* 4. cùm *Anno* 1393. Anglus Leucaſtrio ejusque heredibus Aquitaniam liberè donâſſet, ipſeque Burdegalam veniens donationem factam oſtenderet, reſponſum eſt ab ipſis, ut etiam Baronenſibus & aliis conformiter impugnatum quòd Aquitani ſic eſſent inſiti Anglis, ut nullo pacto ſeparari poſſent, adeóque vanum ac inutilem eſſe titulum, idquè conſtanter coram rege tuiti ſunt, ſc. ditionem nec donationis, nec connubii, nec transactionis, nec omnino cujusvis rei cauſa poſſe alienari. In Gallia regem ſine publico regni concilio nil alienare vel oppignorare poſſe, probat Hotom. *Illuſt. q.* 2. *in fin.* ut patet exemplo Franciſci I. qui ex hac cauſa recuſavit præſtare, quæ Carol. V. promiſerat, *Froſ. lib.* 3. Unde meritò reges Galliæ non debent aſpernari in ſeipſis Jus, quod aliis dixerunt, & quod in alterius perſona æquum crediderunt, in ſua perſona non iniquum arbitrabuntur, *juxta illud Seneca*, Patere legem, quam in alium ſtatueris, *t. t. ff. quod quisque Jur. V. Ulyſſ Belg. fol.* 540.

14 Q. III. *In quo ſubjecto conſiſtat Archi-Cancellariatus Trevir. per Galliam?*

R. Cùm genus in una ſpecie, ſpecies in uno individuo conſervari poſſit, hæc dignitas conſervatur adhuc in iis locis, qui ex Gallia de Jure ſpectant ad Imp. licet avulſa ſint loca: Inſuper in ſpecie urbes Meta, Tulla Verdunum, ad Archi-Cancellariatum ſpectant, quas Henricus II. Galliæ Rex inito fœdere cum Mauritio Elect. & aliis Principibus An. 1552. occupavit, ſæculo ſuperiore; licet ipſe Rex ſcripto publico ante profeſſus fuiſſet, ſe boni publici gratia fœdus hoc iniiſſe, nec ullum privatum inde ſperare commodum. Contendit quidem Thuanus ante tempora Ottonis I. Metam ad Galliam pertinuiſſe: At poſito hoc, cùm Rex fide regiâ nullum ex bello ſpectare commodum promiſerit, quid aliud iſto argumento quàm perfidiæ velamentum quæritur, quo prætextu & aſtu eas ſibi res adjunxit, id quod etiam Argentorati ſed irrito conatu attentavit; Poſito quoque, nec regem illam promiſſi ſuperioris ſpem confœderatis feciſſe, non tamen Urbem, etſi olim ad Galliam pertinuiſſet, bello repetere poſſet; Pertinuit etiam ad Imp. Gallia, per quam Trevir. eſt Archicancellarius, ergo bello repeti poterit? Non admittent hanc conſequentiam Galli, quia ab eo, quod olim fuit ad præſens arguere non licet, Beſold, *in Th. pr. verbo* Franckreich. Metam à Julio Cæſare occupatam, à Metio Rom. ampliatam & muris cinctam perhibent hiſtoriæ, quid ad hæc? Hodie in inſtrument. pac. German. Gall. pro bono pacis conventum; quòd ſupremum dominum & Jura in Epiſcopatibus Metens. Tullens. Verdunenſi, &c. eo modo quo hactenus ad Rom. ſpectebant Imper. impoſterum ad Coronam Galliæ ſpectare debeant perpetuò & irrevocabiliter, reſervato Jure Metropol. ad Archiepiſc. Trevirenſem pertinente, ſic & Regnum Arelatenſe olim pars Burgundiæ regni, dein ſpeciale regnum fuit & tempore Ottonis I. Rex Boſo fuit. Hic Monachus Gilbertus Ottonem II. inſtruxit, & Otton. III. à quo creatus fuit Epiſcopus Remenſis, & dein Papa, Sylveſter III. dictus, Anno Chriſti 1169. Dux Berchtold, hoc regnum Friderico Barbaroſſæ tradidit, erga compenſationem æquivalentem. Tempore Rudolph. I. Anno 1279. rege Arelatenſi ſine liberis mortuo, rediit ad Imp. ſed Rex Galliæ, bellis implicito Rudolpho, ad ſe pertraxit.

Ipſa

Digitized by Google

Ipſa Metropolitana Trevirenſis Eccleſia S. Petro dicata, in colle urbis ſita, ſingulari magnorum lapidum congerie validiſſimè exſtructâ, cauſa fuit, quod per incurſiones Hunnorum, Normandorum Anno 882. irrumpentium & aliorum hoſtium non fuerit deſtructa: In ea Chriſti Tunica inconſutilis cum aliis reliquiis Anno 1512. 14. April. durantibus Comitiis ſub Maximiliano I. Imp. & deinde ſingulis quinquenniis, poſtea ſeptennio quovis, ſicque Anno 1524. 31. 38. & poſt temporum interſtitia, pace Germaniæ reddita, ante paucos annos concurrente magna peregrinorum copia exhibita eſt.

II. Eccleſia B. V. & III. S. Simeonis Collegiatæ ſunt, & 4. Parochiæ S. Laurentii, Gangolphi, Pauli, Antonii & Gervaſii, Abbatia S. Martini, IV. Ordines mendicantium, Dominicani, Minoritæ, Auguſtiniani, Carmelitæ, unà cum Collegio Societatis, quod ante Franciſcani incoluerunt ad S. Germani Monaſterium tranſlati, præter alia, &c. Extra quoque urbem III. Abbatiæ S. Maximi, S. Matthiæ, & S. Mariæ ad Martyres, Carthauſia magna Collegiata S. Paulini & plura Monialium Monaſteria.

16 Celeberrimum ex his S. Maximini Monaſterium Conſtantinus M. ejuſque Mater Helena fundârunt: Hic Abbas Auguſtæ Archi-Sacellanus dicitur, *Freher in not. ad Petr. de Andlo. c. 7. pag.* 187. Hic S. Athanaſius octo annis latuiſſe & Symbolum compoſuiſſe, S. Ambroſius etiam & D. Hieronymus fuiſſe, Caroli M. ſoror mortua & ſepulta legitur.

17 Archi-Epiſcopus Joannes multos circa Anno 1190. Vaſallos acquiſivit in arcibus, in ſpecie Seine, Aldenburg, Starenburg ad Moſellam, Hani, Uhren, Clereval, Virnenburg, Enzenburg, &c. & Jus Patronatus in Parochia Andernacenſi, &c.

18 Aula & Reſidentia Archi-Epiſcopalis antiquiſſima inter urbis mænia, Palatium, dicta, altis muris magnis perſpicuis feneſtris ex duris Lateribus extructa, ubi horibiles lacus & carceres, quibus facinoroſi mortem meriti mancipantur, ſicut autem veteres Francorum Reges principale domicilium ſuum habuerunt in Colonia Agrippina, ubi nunc eſt Collegium B. Virgin. in Capitolio, Ita aliud hoc habuerunt Treviris, quod etiam Pipinus major domus inhabitavit, *Petr. de Andl. lib. 1. c. 13. pag.* 54. *& in not. ad eund. pag.* 139. & in hoc refert ſe maximum Imperatorem quæſiviſſe S. Ambroſius. *nota d. p.* 139. * Differt autem à Palatiolo Trevirorum ſub urbano oppido & Caſtro 19
ad ſiniſtram Moſellæ ripam medio ab urbe milliare diſtante, quod adhuc Pfältzel vocatur, à quo Comites Palatinos Rheni, nomen & dignitatem habere dicitur, *in not. ad P. de Andl. p.* 139. *& de Orig. in Palatin. c.* 2. *&* 11.

CAPUT XXII.

De Rege & Electore Bohemiæ.

SUMMARIA.

1. *Bohemiæ Regis dignitas.*
2. *Bohemia quando Chriſto adjuncta.*
3. *Archipincerna officium.*
4. *Bohemiæ Primus Rex.*
5. *Bohemiæ inſigne Leo.*
6. *Wenceslai Bohemiæ Regis cædes.*
7. *Bohemiæ proventus.*
8. *Bohemi Votum.*
9. *Bohemus an ad alios conventus Imperii vocetur?*
10. *Bohemia an pars Germaniæ?*
11. *Comitia an habenda in Bohemia?*

Digitized by Google

12. *Fabula membrorum contra ſtomachum diſſentientium.*
13. *Beneficiorum Eccleſiaſticorum in Germania an capaces Bohemi?*
14. *An politicorum?*
15. *An prædiorum?*
16. *Bohemi Germanos excluſêre.*
17. *Bohemi an ſpectent ad Archi-Cancellariatum Moguntinum.*
18. *Pragam Status Imperii non evocandi.*
19. *Bohemia an ad proximos deferatur per ſucceſſionem.*
20. *Bohemia fœminis delata.*
21. *Deductio in contrarium & ejus reſolutio.*
22. *Cauſa Reverſalium.*
23. *Exempla diluuntur.*
24. *Bohemia quomodo facta Juris Germanici?*
25. *Juvamium everſum.*
26. *Moravia unde dicta?*
27. *In Moravia Myrrha.*
28. *Sileſia unde dicta?*
29. *Sileſia non eſt ferax vini & cur.*
30. *Bohemia quando attributus Electoratus.*
31. *Regi Bohemiæ an dedecoroſum, quod vinum miniſtret?*
32. *Bohemus an ad hoc teneatur?*
33. *An ſub Corona regia?*
34. *Vinum cur aqua miſceatur?*
35. *Bohemus an ut Rex votum habeat?*
36. *Quid ſi Rex abſit, vel ipſe Imperator ſit, quis vinum offeret?*
37. *An legatos mittere poterit?*
38. *Quid ſi impubes ſit?*
39. *Quid ſi nondum inveſtitus?*
40. *Quid vacante regno nullo exiſtente legitimo?*
41. *An in depoſit. Imp. votum habeat?*
42. *Cur ad aliqua E. Bohemi non ſint vocati?*
43. *An Rex ſeipſum eligere poſſit?*
44. *An votum habeat paſſivum Rex Bohemiæ?*
45. *Cur & à quo Rex Bohemiæ conſecretur?*
46. *An Regi Boh. majeſtas competat?*
47. *An Imper. majeſtas proſtituatur, ſi Rex Boh. titulo majeſtatis compellatur?*
48. *An merè ſit hereditarium hoc Regnum?*
49. *An Rex Bohemiam alienare poteſt?*
50. *Quid Regi in feudum concedatur?*
51. *An Rex inveſtituram perſonaliter accipere debet?*
52. *Ubi homagium à Rege præſtandum?*
53. *An Bohemia Feud. Rom. Eccleſiæ?*
54. *An Imp. aperiatur ob feloniam &c.?*
55. *An Moravia, Sileſ. Luſat. caducitati obnoxia?*
56. *Quid Bohemia pendat Imperatori.*
57. *An Bohem. Moravia, Sileſ. teneantur ad expeditionem?*
58. *An Rex ad extraordin. contrib. teneatur?*
59. *Quæ hodie Bohem. diſtributio?*
60. *Quid ſi Rex ſe indignum reddat an Ordinum erit cognoſcere?*

1 POſt EE. Eccleſiaſticos inter Sæculares primus eſt Rex Bohemiæ, tertium in Elect. Rom. Regis votum habet, & in actibus ad Curiam Imper. ſpectantibus reges quoscunque, & ipſam Imperatricem antecedit, *A. B. c.* 22. *Sixt. de Reg. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 20.

2 Bohemia Chriſto adjuncta eſt per S. Methodium Epiſcopum, Boriſcorum duce cum Ludmilla Conjuge baptizato *An.* 895. *Bucelin.* * Hic Im-
3 per. Archi-Pincerna eſt, & primum potum (vinum aqua dilutum ex præcepto Salomonis *Proverb ult. v.* 4.) Imperatori præbet, & in ſolenni curia Imp vel Regis intrabit ſuper equo, portans Scyphum argenteum ponderis 12. marcarum, vino aqua admixta plenum, & deſcendens de equo, Scyphum Imper. vel Regi Rom. porrigit ad bibendum *A. B. c.* 27. cum hoc tamen privilegio, quòd ſub corona regia, niſi velit, miniſtrare non teneatur. Propter Electoratum quidem aliis Regibus comparatur, quia autem ſimul Rex eſt, ideò aliis EE. ſæcularibus præfertur, ſicut Cardin. Epiſcop. Cardinalem non Epiſc. antecedit, *Clem.* 2. §. *irritum. de E.* licèt titulo majeſtatis, uti etiam Rex Daniæ in Comitiis Imp. non polleat, quia ibi adeſt, ut membrum Imp. *Beſold. verbo.* Majeſt.
* A. 1158. Frid. Barboroſſa indictis Ratisb. Comi- 4
tiis Uladiſlaum Bohemiæ Ducem ritu ſolenni Regem creavit, & loco aquilæ nigræ pro inſigni leonem argenteum cum biſurcata cauda in ſcuto purpureo aſſignavit, etſi enim Mogunt. Henricus IV. Bohem. Regem ante renunciaverit, à 60. annis autem nemo eorum nomen hoc uſurpàrit, juſſit Frid. tamen expugnato Mediolano, id uſurpare. *Bucelin.*
* Accidit autem res ridicula; Pinxerat forte Pictor 5
leonem

leonem (novum hoc inſigne) ita ut caudam inter femora ſulcaret, quaſi ea prorſus mancus, quam intuentes Bohemi ubi cauda? ajunt, nunquid hæc eſt ſimiæ magis repræſentatio? ideo Aquilam contempto leone repetebant, quo audito Cæſar in riſum reſolutus leonem pingi fecit cum duabus caudis in altum erectis conſpicuum, quo hodie Bohemi utuntur. *Klock. de ærar. lib. 1. cap. 4.*
6 *n. 43.* * Ex his Ducibus adhuc immani ſcelere à Germano fratre Boleslao Anno Chriſti 938. S. Wenceslaus Bohemiæ Dux occiſus legitur, cum jam de relinquendo ducatu, & religioſa vita aſſumenda cogitaret Roma licentiam expectans, miraculis à morte clarus. Hujus Regni proventus vide apud Klock. *de Ærar.* cumque Carolus IV. Imperator requireretur, ut reſideret in Imperio, aurum ſuum demonſtrans dixit: An Romanum Imperium, tantum nobis importare poteſt, quantum una Bohemia: quod ipſi requirentes concedere debuerant. Klock. *de loco c. 4. n. 74.*

7 Q. I. *An Reg. Bohemia tantum votum habeat diſcordantibus* EE.?

Petrus de Andlo, *lib. 2. c. 2. & Freher. in not. ad eum pag. 155.* putat, Regem Bohemiæ ad Elect. non vocari, niſi cùm vota aliorum ſunt æqualia, & ſic practicari dicit; Tamen hæc non eſt hodierna praxis, imò ipſe ſecum diſcordat, *d. loc.* dum paulò ante tertium votum tribuit Regi Bohemiæ, *juxt. c. 3. A. B.* ſi enim votum tertium habet, & inter EE. ſæculares primum, ſequitur, quòd non interveniat paribus EE. ſuffragiis concurrentibus, quia ſic non tertium, ſed ultimum haberet votum. Ineptumque foret, eum, qui loco digniore ſedet ultimum ferre ſuffragium, & qui Regiæ dignitatis faſtigio Co-electores vincit, votandi Jure iisdem cedere, *contra l. ſpuris § fin. de decurion. Arum. diſc. 3. ad* A. B. *Th. 8. Buxtorff. ad A. B. diſ. 18. lit. d. ſic, apud Baron. ann. Eccleſ. Tom. 10. Anno 996.* in diplomate Electorali de Elect. Philippi Imper. facta Erfordiæ, inter ſæculares Principes primo loco legitur Rex Bohemiæ: cumque tempore Elect. Maximil. I. quòd non ſatis fortè conveniebat inter Frideric. Cæſarem & Regem præteritus eſſet Bohemus, ipſe neglectum ægrè tulit, & pœnam ſui contemptus poſtulavit, quæ res tranſacta, & cautum eo tempore ut in futurum ſemper quemadmodum alii, ad Elect. vocetur, *Buxtorf. ad c. 1. A. B. diſſ. 18. lit. de Arum. diſc. 5. Th. 2.* licet Nicol. Burg. *Hiſt. Bavar.* velit poſt inſtitutos Electores ſex Bohemum ſeptimum acceſſiſſe, ne pari numero diviſa ſuffragia aliquando in bellum civile erumperent.

Q. II. *An ad alios Imp. conventus & negotia Electorum vocandus?* 9

Neg. Lim. *lib. 3. dei. p. cap. 8. n. 4. Arum. diſ. 5. ad A. B. Th. 22.* unde cum An. 1612. Card. Cleſelius à Matth. Rege Boh. ad conventum Elect. Norimbergenſem ablegatus, in conventu Elector. nomine Regis ſui comparere contenderet, id non obtinuit, reliquis EE. Aureæ B. contrariam ordinationem obſervantiam & praxin allegantibus: ſic Regis Boh. nullæ partes ſunt in concipienda vel Electo Rom. Regi præſcribenda capitulatione. *Lim. in proleg. ad c. Carl. V. ſect. 4. num. 3. & ad art. 5. Verbo* ſechs Churfürſten.

Q. III. *An Bohemia ad Germaniam referatur?* 10

Affirm. de Germania magna qualem deſcribunt Geographi, cum Germanis populis Bohemia undique cincta ſit, & circumdata: Sic Æneas Syl. *c. 4. Bohem.* eam Germaniæ partem facit; & in diviſione regni Francorum, Carolomanno Bavaria, Carinthia, Boh. Moravia, obvenerunt, qui dictus eſt Rex Bavariæ. Et Pragenſis Epiſcopus olim Moguntinum agnovit, ab eoque confirm. & conſecratus eſt, *Freh. in not. ad Andlo. ad 65. Lim. lib. 3. c. 7. n. 13.* ita Ptolom. *lib. 2. Georg. de ſitu Germ. 11.* inter Germaniæ civitates retulit quæ verſus orientem habet Moraviam & Sileſiam, verſus occidet. Palat. & Bavariam, verſus Meridiem Auſtriam, verſus Septent. Luſatiam ac Miſniam, ita non locis Germanicis Bohem. circumcincta ſit. Huc facit II. Statuum confeſſio in literis, Anno 1619. ad Electorale Collegium datis. *Theat. Europ. p. 1. pag. 196.* ihrwegen eines ſo anſehnlichen Königr. & nobilis Imperii membri
Schütz. diſſ. 7. de Comit. Imp. Th. 6. lit. 6. * III. Extra 11
Imp. fines Comitia indici non poſſe palam eſt ex capitul. Ferd. II. & Ferd. III. §. Deßgleichen. nunc autem exemplis demonſtratur, quod Wenceslaus Imp. Egram Status Imperii convocarit, quæ urbs eſt Boh. *Schütz. diſſ. 10. Th. 6. lit. E.* qui tamē hanc minorem non admittit, cum exempla allata partim

Digitized by Google

particulares fuerint conventus in finem fœderum ineundorum, partim actus extra ordinarii turbatis temporibus præter Regulam uſurpati, ex quibus argumentum vix ſumi poteſt, *argt. l. 12. de off. præf.* Hic quidem concedendum, quòd circulariter ad Germaniam non videatur referenda, nulli enim circulo ſubeſt, aut ineſt Bohemia; Unde Carol. IV. Imp. nunquam Status Imp. in Bohemiam evocavit, ne eos contra jura Imp. ad tribunal extra Germaniam trahere videretur, cum Imp. Germanicæ nationis in decem circulos divideretur, R. A. *de Anno* 1522. *rub.* hernach folgen die 10. Craiß, Bohemia non eſt locus aſſignatus: quod autem Goldaſtus ait Bohemiam undecimum circulum conſtituere, *lib. de Bohem. c. 2. n. 5. cujus verba ſunt apud Arum. de Comit. n. 41.* hoc nec Rex Bohem. admittit; nec Goldaſti uti privati hominis & ſcriptoris ea eſt poteſtas, ut Imperium acceſſione undecimi circuli amplificare poſſit; & in contrarium extat Proteſtatio Ferd. I. in Comitiis Aug. Ann. 1548. interpoſita *de qua Schüz. diſp. 10. Th. 6.* Sic quia vetus Germaniæ principum privilegium eſt, de non evocando eos extra Germaniæ fines ut Lim. *lib. 4. c. 8. n. 87. & in ann. ad cap. Carol. V. a. 15.* allegat, Principes Erneſt. March. Brandeb. & Wolfg. Wilhelm. Neoburgicum poſſidentes, ut vocant in cauſa Juliacenſi Pragam citatos, nullitatem ex hoc capite citationis allegaſſe, *Gold. lib. 1. c. 2. n. 8.* Cujus privilegii conſervatorem Comitem de Schwartzburg fuiſſe ſcribit Mager. *de advoc. arm. c. 15. n. 186. Schutz. diſp. 8. th. 19. lit. e.* quæ tamen exceptio admiſſa non fuit, *v. Gold. lib. 1. c. 2. n. 7.* Ad princip. quæſtionis reſp. redeundo, ea confirmatur, quòd imp. translatum dicitur in Germ. act. & paſſivè, ita ut ſicut eligendus eſt Germanus, ita ſolis Germanis electio competat, ſed Bohemus Jus eligendi habet &. eligi poteſt; ergò cenſetur Germanus.

12 Non parum adjuvant hanc ſententiam ſeqq. conſiderationes Politicæ, quod comparatum ſit jure, *Zaſ. ad l. 2. de O. I.* ut unius reipub. Cives æquali dignitatum collatione gaudeant, *Weſemb. paratit. De I. & I.* extranei autem excludantur, prout alimentum univerſo corpori æqualiter diſtribuitur, ne ſtomachus contra ventrem, manus & pedes contra caput inſurgant; prout graviores motus & rerump. ruinæ nunquam magis quàm hujus æqualitatis neglectu evenerunt. *Toloſ. l. 10. c. 2.* ut rectè Plato quietem in æqualitate, motum in inæqualitate conſiſtere dixerit, quod in uſu libræ quotidiana docet experientia, jam autem Bohemos, ut alios Germanos ad officia & beneficia tam Eccleſ. quàm politica in Imperio Germanico frequenter adhibitos, plena ſunt hiſtoriarum monimenta à quibus exteri majoribus; maximè, ne arcana pandantur, & advenæ ſive accolæ, excluduntur, *Beſold. in diſſ. polit. de ſtat. reipub. mixt. cap. 4. num. 3.*

Sic, ut de beneficiis, primò agamus, ad Archi- 13
Epiſcopatum Magdeb. electus fuit Baro à Sternberg, Bohemus: Ann. 1268. Item Albert. Baro à Sternberg, Anno 1368. uterque à Pap. & Imp. confirmatus. In Salisburgenſi præfuit Adelbertus, Uladiſlai Reg. Bohem. filius legitimè à Canonicis electus, in locum Conradi defuncti nunc Archiep. Marchionis Auſtriæ An. 1168. An. ſeq. 1169. conſecratus in Præsbit. & Archiepiſc. pallio allato ab Alexandro Papa mortuus Ann. 1200. *Hund. in Metrop. Saliſb. c. 32. fol. 10. Munſt. in Coſmog. lib. 3.* Rurſus An. 1278. in Epiſc. Herbip. Franconiæ ducem Electus eſt Baro de Sternberg, In ſuperiori Saxon, ad Epiſcopatum Merſeburgenſem promotus Andreas de Duba Baro Bohemus, ad Monaſterienſem in Weſtph. Potho de Pothenſtein Bohemus, translatus dein ad Epiſcopat. Suerinenſem in inferiori Saxonia, dum non poſſet non convenire cum nonnullis Canonicis & Nobilibus Weſtphal. Sic Conradus, Ducis Polon. filius Boh. regis nepos fuit Epiſcopus, Paſſavienſis An. 1250. *Gund. d. l. in Epiſc. Paſſav. c. 48.* alia conſulto
omitto. * Idem de officiis Politicis tradit & 14
oſtendit Goldaſtus *lib. 3. c. 1.* in Bohemia *n. 12.* exemplis Impp. qui eos magnis aulæ officiis decorarant: Imo pleroſque Boh. Proceres ac Barones à Germanis originem trahere & Germanici ſanguinis nobiliſſ. genium & ingenium ſpirare auctor
eſt, & probat Goldaſt. * Sic exteris in Imperio 15
poſſeſſiones & prædia inconſulto Imper. comparare & poſſidere non licet, ut proinde aliquando dubitatum, an Chriſtophoro Radzwilio Duci Bitzarum in Lituania Baronatum Lichtenbergenſ: in Franconia comparare liceret ſine conſenſu Imp. cùm tamen & titulum haberet S.R. Imp. Principis

& con-

& conjugem filiam Elect. Brandeburg. Tamen Bohemis, Moravis, Sileſiis & Luſatis omni memoria licuit non minus quam aliis Germanis Principatus, Comitatus, Baronatus, Dominia, Caſtra, Vectigalia, jure emptionis, permutat. donationis, Feud. & aliis quibuſcunque modis acquirere, poſſidere, & tenere, A. B. *t.* 10. §. 1. *Buxtorff. ad* A. B. *c.* 10. *con. l.* 93. *ad A. B. concl.* 10. *& exempla recenſit. Goldaſt. n.* 15.

Prout Carol. IV. in ſpecie Petro de Wartenberg D. in Conſt: telonium Seltzenſe ad Rhenum Ann. 1371. conceſſit, Wenceslaus dein Ann. 1379. confirmavit, poſt proſcriptionem autem præfatam occupavit Elect. Palat. & adhuc tenet, quamvis Carol. Baro à Wartenberg pro ſe & ſuis liberis telonium hoc repetere voluerit; Tamen omni actione tum per Bannum Papale & proſcriptionem Imperialem, tum ratione proſcriptionis omnium hominum memoriam excedentis caruit, nec eis Wartebergiis profuit reſtitutio in integrum facta generaliter à Sigiſm. & confirmata à Frid. III. Imp. quia priora decreta privatoria jam ſuum effectum obtinuerant, & novi poſſeſſores, jam ab iiſdem Impp. confirmati & inveſtiti fuerant, item quia reſtitutio illa tantum ſimpliciter facta fuit, cenſetur pro abolitione criminis in ſecuritatem vitæ & uſum bonorum, quæ tum adhuc realiter poſſidebant, item facta reſtitutio in Jus cognationis & civitatis Germanicæ, quo utroque Bohemi etiam privati erant, non autem facta reſtitutio pro culpa criminis anteceſſorum, quod poſteri eorum in bonis per juſtam ſententiam privatis propter exemplum adhuc luere debent, licet enim Princeps gratiam facere poſſit, *l. ſi quis ultro de quaſt. &* beneficia latiſſimæ ſint interpretationis, *l.* 3. *de conſt.* tamen magna in uſu juris eſt differentia inter indulgentiam & gratiam ſimplicem, quæ tantum liberat à pœna, *l.* 2. *&* 4. *C. de ſent. paſſ. l. C. de gen. abol.* & reſtitutionem plenam, *l.* 1. C. *de ſent. paſſ.* §. 1. *in fin. quib. mod. jus P. p. ſol. Fach.* 9. *c.* 18. Sicut etiam differentia inter ſpecialem reſtitutionem & generalem, *l. tutor.* 4. *l.* 5. 7. *C. de ſent. paſſ. Gail. de p. p. lib.* 2. *obſ.* 19. item quod per modum gratiæ vel ex juſtitia, ut altero caſu princeps ad reſtitutionem pretii bonorum fiſco alienatorum teneatur, *Fach.* 9. *c.* 18. quomodo etiam aliquando Bohemi, non quidem tanquam exteri ſed jure quodam talionis officiis in Germania excluſi fuerunt, cum ipſi illam participationē mutuam honorum violare præſumſiſſent. Poſtquam 16
Rex eorum Wenceslaus propter demerita ſua in Lanſtein ad Rhenum ſententia publicata Imp. privatus, & deinde tam Wenceſl. quam alii regni proceres, injuriam quam ſibi illatam putabant, in Pontificem & Imp. Principes executores vindicare tentarent, initio facto in Academia à Profeſſ. & ſtudioſis Teutonicis Pragæ, quibus inſtigante Huſſo, Rex Wenceſl. Jura votorum per ſententiam abdicavit, & reliqua privilegia in tantum minuit, ut Germanorum magna multitudo emigraret: lege etiam ſancita vel renovata quam Goberlaus perduellis Bohemiæ Dux anno 1135. promulgarat, ne quis Germanus ad ullum munus etiam Eccleſiaſticum Pragæ vel in regno admitteretur, univerſis præſentibus trucidatis; Hinc factum, quòd Rex eorum jure talionis à Germanis neglectus & ad Elector. Roman. Reg. minime citatus Auſtriæ & Archiduces anſam arripuerint illum Electoratum ambiendi, & ſic ſua culpa retorſionis via excluſi ab honoribus fuerint in Germania; hoc tamen plane extrinſecum & accidentale, non probat eos non eſſe Germanos, *v. Munſt. l.* 3. *Coſmog. p.* 502.

Cùm non alii cives ad dignitates evehi ſoleant, quam bene meriti juſtitia diſtributiva, ita exigente *l.* 1. *de I. & I.* adhæc quod juris ipſi in Germanos conſtituerunt, eodem merito uti debeant, *t. t. quod quiſq; jur.* Alias autem Bohemos ad Archi-Cancellariatum Moguntini ſpectare tra- 17
dit Gewold. *de S. R. I. Sept. c.* 9. *verſ. pen.* Eundem protectorem Cardinalem in Curia Rom. quem natio Germanica ſortiuntur; In Univerſ. quoque Ingolſtad: Bohemi & Moravi cum Auſtriis & Suevis ſub una natione comprehenduntur, *Hundt. teſte in Metrop. Salisburg. de feud Monaſt. & Coll. Bavar. fol.* 239.

Objiciunt: Imp. non licere Pragam aut in Boh. Status Imp. evocare ad Comitia, *Bertius diſſ. de Comit conc.* 24. *n.* 41. At quid tum; nec licet 18
infra Col. Agrippinam, nec ultra Aug. Vindelicorum comitia indicere, non tamen ideò reliquæ urbes remotiores extra Germaniam relegandæ; Ad hæc Comitia celebranda ſunt immediatis lib. Imper. civitatibus, A. B. *t.* 28. §. 5 R. A. zu Speyr. An. 1512. §. *Item* haben wir *Bruning. de var. un. ſpec.*

concl. 1.

conc. 13. *lit. b. Bertius de.Com. 1. Con.* 22. At Praga non eſt immediata civitas Imp. ſed regni Bohemici, *v. Carpzovin diſſ. de cap. Caſ. cap. 1. nu* 99. Item lingua Boh. eſt diverſa à Teutonica, unde Carolus IV. cum exemptionem Epiſcopi Pragenſis à ſuperioritate Mogunt. Avenione à Papa contenderet, hoc uſus præcipuè argumento, quod idioma Boh. diverſum proprium etiam requirat Archi-Epiſcopum. Verum ℞. cum Ænæa Syl. Legato Cæſ. in Bohem. miſſo, qui *c. 1. Hiſt. Boh.* ait in templis ſermone Teut. plebem docent, in cœmiteriis Bohem. ſolis mendicantibus quacunque lingua inſtruendi facultate libera relicta.

19 Q. IV. *An regnum Bohemiæ inſtar aliorum Electoratuum ſæcularium per ſucceſſionem deferatur ad proximos?*

Aff. *per text. expreſſ c. 7. A. B.* qui meminit Bohemi ut aliorum. Et licet aliqui diverſum voluerint eruere, *ex t. 7. in fin.* ubi Bohemis in caſu vacaturæ privilegia eligendi Regem reſervantur; Tamen re bene perſpecta, apparet loqui de alia vacatura, quando ſcil. extincta generatione feudum hoc aperitur, quo caſu Bohemia alio ab aliis EE. jure utitur, ut ſcil. non ad diſpoſitionem Imp. juxta reliquorum Electoratuum jura ſpectet, ſed ſtatus regni novum regem eligendi jus habeant, *Lim. de I. pub. lib. 3. c. 8. n. 31.* Replicant diſſent, ſi ſub generali *text. c. 6.* etiam continetur Bohemus, ergo ſoli maſculi primogeniti excluſis filiabus & agnatis ſexus fœminini, ut in aliis Electoratibus tantum eſſent admittendi ad ſucceſſionem, hoc autem Reges Bohemiæ nunquam concedent, & in contrarium hactenus acriter pro linea Annæ militatum fuit, cum enim Ludov. vel Ladisl. Rex Boh. & Ung. A. 1516. una cum 19. millium copiis à Turca profligatus eſſet; Eo quod Ung. partim detrectaſſent pugnam, partim in medio conflictu fugiſſent & ſupereſſet ſoror ejus Anna, quæ dein nupſit Ferd. Auſtriaco, per hanc Bohem. Auſtriacis ceſſit. Et ante illa tempora intuitu fœminarum tres externas familias in ſceptri conſortium vocatas legimus, quæ cum ſanguine ſuorum majorum etiam Bohemiam ad maritos & communes liberos detulerunt. Sic Wenceslai II. Ottocari nepotis ſucceſſores, ſive Henricum Carinthiæ Du-
20 cem ſpectes; ſive Joan. Lucelburgenſem, uxorem
ſuarum reſpectu, quæ ſorores erant Wenceslai II. ad regnum Bohemiæ pervenerunt. Rurſus Albertus Archid. Auſtriæ Sigiſmundi Reg. filia ducta regnum obtinuit. Ad quam replicam Reſp. duplicando; Quòd regula *d. c. 7.* non tantum in aliis EE. ſed etiam in Rege Bohem. obtineat, niſi quatenus ei in ſpecie derogatum per exceptionem à regula vel privilegium, *argt. l. in toto.* 80. *de R. I.* At dices: ergò lex *c. 7.* videtur otioſa, cum vix caſus electionis ſtatibus continget exiſtente ſemper aliqua ex linea ſaltem fœmina. ℞. Ex hiſtoriis palam multas generationes unius ſæculi terminum non tranſcendiſſe, adeoque non eſſe otioſam legem, nec etiam omnia, quæ raro eveniunt, ll. omittuntur, *argt. l. 12. de ſtat. hom. l. 12. de lib. & poſth. inſtitut* Atque d. modo intelligenda ſunt verba *c. 7.* Als die Recht und Macht haben einen König zu wehlen / quæ ad cauſam ibidem poſitum caducitatis omnimoda applicanda. Eademque via, cùm Ladislaus ſine prole decederet, ſorore tamen relicta, nupta Caſimiro Regi Poloniæ inde natus Uladislaus regni ſucceſſor factus eſt. *Munſt. in Conſ. de reg. Boh. ad fin.* demum à tempore Ferd. I. Annæ poſteri uſque ad hunc noſtrum invictiſſ. Imper. LEOPOLDUM in Bohemia regnarunt, & regnant, unde colligitur, Bohemiæ regnum non ſuffragio Electionis, ſed prærogativa ſucceſſionis delatum fuiſſe. Accedit his omnibus, quod cum mortuo primo duce Zechio electus eſſet Crocus, & tantum tres haberet filias, Libuſſa principatum obtinuit, & imperavit Primislaus cui nupſerat poſtea, eoque mortuo, Nimislaus eorum filius. Econtrà diſſentientes etiam ad obſervanti- 21
am tanquam optimam magiſtram & ll. interpretem provocant, *l. 37. ff. de ll.* & ex annalibus Bohemiæ deducunt, jam à Croco II. Duce circiter ab an. Chr. 345. ad 40. & plures actus Electionis exercuiſſe, Status ipſosque Regem Electorum nomine uſos, & reverſalibus caviſſe, quod regnum ad univerſi populi ſuffragium pertineat, & quòd libera Statuum voluntate electi ſint, cui argumento accedunt, ſollicitæ commendationes, quibus Reges in vivis uſi & in ſpecie Ferdinan. I Maxim. II. Hic Rudolphum & Matth. Ferdin. II. Ordinibus in Reges eligendos clementiſſimum præſentarunt. Ad hoc diſſ. objectum reſpondent I. Hanc eſſe latiſſimam vel abuſi-

vam

Digitized by Google

vam electionis acceptionem, qua Ordines certæ familiæ adſtricti, ex eadem demortui regis ſucceſſorem veluti recipiunt, nominant eum qui alias Jure hereditario ad coronam natus eſt, regem declarant & pro tali habendum omnibus denuntiant, V. *Londorp. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 8. *pag.* 175. 2. II. lingua Bohemica, quamvis regis aſſumptionem Jure ſive ſucceſſionis, ſive per Elect. fiat, confundi & generali Electionis voce contineri, ut inſinuat reverſale Ferdin. I. ſub dato Pragæ Ann. 1545. *apud Londorp. t.* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *pag.* 189. Prout licet regnum Galliæ ſit hæreditarium, tamen pares curiæ proximum nominant & publicant, ut factum in Philip. Valeſio, refert *Schleidan. in illuſt. rer. & Gall. deſc. pag.* 712. & quia populus ægerime patitur ſibi interverti ſua jura, qualicunque etiam cum fuco lactetur, mirum non fuit, hanc abuſivam Electionem datis reverſalibus adhibendam, ex quibus nihil novi juris ſtatibus acquiritur, ſed quod aut qualecunque ſit, conſervatur inſtar proteſtationis, *argt. l.* 4. §. 1.
28 *quib. mod. pag.* * Eſt & alia cauſa reverſalium, quia ſæpè Reges vivi ſibi & regno de ſucceſſore proſpiciebant, eoſque ſtatibus commendabant, quia aliquando ad incommodum regni cedere poterat, Regibus ſocium adjungi forte moleſtum, ideoq; cautio & reverſalia fuerunt adhibita. *Schutz in nucleo I. publ. de Vicar. concl.* 25. *lit. a.* Adjuvat ſententiam ſucceſſionis *c. fin. A.* B. ubi: uti EE. aliorum, ita Regem Bohemiæ filii & heredes præter Germanicam agnatam linguam in aliis linguis tanquam ſucceſſores, inſtrui jubentur, quod ſine dubium conſtitutum, quia ad ſceptri ſucceſſionem deſtinatus eſt heres, quid enim ſollicitum oportet eſſe Conditorem Bullæ de filio Regis, ſi ab arbitrio ſtatuum pendet electio, & poſſent nominare alium filio præterito. Hancque ſucceſſ. primogeniti etiam confirmat, *A. B. c.* 25. §. *primogenitus.* 2. *latius Schutz diſſ.* 7. *th.* 11. *per tot.* Hæc controverſia regno & Imperio multo ſanguine conſtitit, unde factum, cum tempore Ferdinandi I. in Bohemia eſſent 102. civitates; quarum 41. ad Regem & 61. ad ſpeciales ſpectabant Dominos, Item 308. parvæ urbes & oppida 258. arces quarum 18. regiæ, Parochiæ 2033. pagi 30363. qui numerus Anno 1613. auctus ſed bello proximo multum decrevit, & belli fructus eſſe ſolent, prout concordia res parvæ creſcunt, diſcordia res maxime dilabuntur.

Prodiit quidem annis præteritis 1620. deductio ex parte Palatini ubi allegatum, quod à 25
primo Duce Croco Anno Chriſti 700. ad 600. annos, uſque ad annum 1306, 30. liberæ Electiones ex genere Croci & Libuſſæ fuerint habitæ. Verum ex adverſo pro ſucceſſ. Jure infertur, inde colligendum, eſſe & fuiſſe ſucceſſioni locum, quia per 600. annos extra familiam nemo in regnum evectus, & ſeqq. 300. Ann. nullum extat exemplum (excepto Podrebracio qui per Huſſiticam ſeditionem ad regni adminiſtrationem pervenit, cum Vitoldus vel ejus filius Noributus Dux Lituaniæ id cum alterius præjudicio acceptare recuſaret) niſi quod ſanguine vel per nuptias ad regnum ſucceſſores pervenerint, ac licet non deſint præjudicia quod reges ex domo Lutzenburgica, Polonia, Lituania & Auſtria etiam Barones aſſumpti ſint. Id tamen non ſimpliciter ſed cum certo modo obtinet, quando ex linea regia nec maſculus nec fœmina ſupereſt, *juxt. A. B. & conſt. regni Bohemiæ.* Quod ex domo Lutzenburg. regnum Joanni delatum ſit, evenit, quia Eliſabetham Regis Bohem. filiam in conjugem duxerat, quæ mortuo fratre Wenceslao ſine liberis hæres erat; Aderat quidem tunc Henricus Carinthiæ Dux, qui duxerat filiam ſeniorem, Annam: verum quia hic ab Henrico Imp. defecerat, nec præſtiterat præſtanda, inveſtituram verò neglexerat, regno exutus fuit, *teſtantibus hiſtoriis Bohem.* & quia Eliſabetha Imper. filio Joanni nupta fuerat, in hoſce regnum translatum fuit, Joanni Carol. V. filius abſque electione & poſtulatione ulla ſucceſſit, ut & hujus filius Wenceslaus uti primogenitus tertio Anno in Regem coronatus eſt, eo mortuo Sigiſmundum ipſius frater Caroli IV. filius hereditariè coronam ſuſcepit: & licet ſeditioſi ſubditi rebellarint, & defecerint ab eo, & Pragenſes Ducem Lituaniæ Witholdi filium Koributum elegerint, Baron. tamen & Nobilium ſtatus illi electioni reſtiterunt, inſinuantes, Regem ſe hereditarium & coronatum habere, à quo non poſſit deficere, donec Pragenſes ſuū prætenſum Reg. vinculis mancipiarunt, loco coronæ catenis & infami veſte ac cappa induerant, & regno ejecerunt, Rege naturali Si-

giſmu-

Digitized by Google

giſin. recepto, ut proinde dictum præjudicium prætenſam electionem non fulciat, Sigiſmundo ſine filiis defuncto Albert. II. Archid. Auſtriæ, qui Sigiſmundi filiam in uxorem habebat, regni heredem, regnum obtigit, poſt obitum Alberti Cæſaris Bohemi qui Albert. Bavarum poſtularunt, ſed is oblatum regnum recuſavit, & Alberto Ladislaus filius ſucceſſit, qui in florida ætate cùm Carol. VII. Regis Galliæ filiam ducere vellet, veneno à ſucceſſore ſuo Georgio necatus eſt. Poſt hunc Caſimirus Rex Polon. qui defuncti ſororem Eliſab. duxerat, Regnum aſſumpſit, ſed à Georgio Podebracio regnum occupatum qui contra præcipuos ſtatus ad finem vitæ ſervavit, & licèt heredes haberet maſculos, tamen non ille ſed Caſimirus ad coronam admiſſus eſt, qui filium ſuum Ludovicum V. ætatis Anno coronari fecit, & cavit, ut eo ſine liberis mortuo, Ludovici ſoror ſuccederet, prout Ferdinandus, qui Annam duxerat, ſuceſſit Ludovico in prælio contra Turcas occiſo. Anno 1526. Et licet Bohemi ſine mentione juris Annæ competentis Ferdin. libere elegerint acceptis ab eo reverſalibus, tamen hic compertis regni Juribus, iſta reverſalia An. 1545. repetiit; & alia dedit, quibus continetur, Regnum Jure hereditario ad Annam delatum fuiſſe, ita quoq; Maxim. Rudolph. Matth. Ferdin. II. III. IV. & LEOPOLD, per ordinariam ſucceſſionem regnum obtinuerunt, ac licet hic electionis quoque fiat mentio, tamen jam dictum lingua Bohemica omnem aſſumptionem Regis etiam per Hereditariam ſucceſſionem, electionem vocari ſolere, *ut ſup. dictum.*

24

Q. V. *Quibus initiis & progreſſibus Bohemia potius Germanici, quàm alterius juris facta ſit?*

Ne quid antiquitatis penitus ignoretur, non incongruum videbitur rem ipſam ex antiquis ſcriptoribus à prima origine inſpicere: ex Cæſare, Livio, Ptolomæo. & aliis, quibus 600. annis ante Chriſtum natum fuit cognita. Conſtat autem, quod Tuiſcon, quem Aſcanium vocant, ex Gumeri filiis primogenitus nepos Japhet (de quo *Gen.* 9. Dilatet Deus Japhet & inhabitet in tabernaculis Sem, quem locum alii de ſuſcipiendo à Sarmatis & Germanis Chriſtianiſmo, alii de translatione Imp. ad Germanos interpretantur) Noë pronepos circa annum orbis conditi 1827. poſt diluvium 157. gentis Germ. conditor fuerit, à quo Teutones ſeu Teutſche vocantur, qui è regione urbis Colon. ad Rhenum oppidum condidit, quod adhuc extat & Teutſch vocatur: Sedem autem ſibi elegerat, ad flumen Tanaim in confinio Aſiæ & Europæ: Huic filius Mannus, cui Tacitus Germanorum originem tribuit, qui Tuiſconi ſucceſſit, cum viveret in Oriente, Abiam. & Semiramis in Babylon regnaret, cujus filiæ tres Colonias in Germaniam eduxere, & eorum uni, qui Hermio aliis Hermanus, Sylva Hercynia Anno orbis conditi, 2124. obvenit, alii Hermetem vocant, *teſt. Goldaſt. in Boh. lib.* 7. *c.* 3. Hanc ſucceſſu temporis occupârunt Boii, ſuoque regno adjecerunt, donec à Cæſare profligatus Arioviſtus ann. urb. conditæ 695. ante natum Chriſtum 55. qui cum fuga elapſus deſperatâ mente exercitus reliquias, ut potuiſſet colligere, neglexiſſet, Marcomannos à ſtrage reliquus Dux quidam eorum dominationem ſuſcepit, eos in patriam reducturus, qui etiam à Druſo Octavii Auguſti privigno prælio victi, ſed non extincti ſunt, donec ſub Aug. Boii in agro Norico (Bocrobiſta pulſo, qui poſt Arioviſtum Germanicæ libertatis patrocinium ſuſceperat) novum regnum condidêre, quod in præſentem diem ſub nomine Ducatus perennat: Reliquias Marcomannorum Marobodicus in Bohem: duxit, & Pragam tanquam ſedem in medio elegit, qui populi Marcomanni dicti, non à marca ſeu limite, quia in medio non eſt limes, ſed potiùs à mano ſeu mâlleo *juxta Goldaſt. fol.* 46. qui Dux cùm abſolutum Dominatum in Germanos affectaret, & eapropter fœdus cum Romanis iniiſſet, ægre hoc ferentibus Germanis ab iis pedetentim deſertus, & Regno Bohem. exutus eſt ſuffecto Harminio Chiruſco, qui Marcobodium bello laceſſivit, & prælio victum cum Romanis eum in montana Bohemiæ pepulit, Anno Chriſti 12. & Boh. Germanici Juris manſit, cui Duci etiam parebant, *Sicambr. Weſtph.* V. *Chron. Carion. lib.* 3. *pag.* 3. Saxonia, Miſnia, Haſſia, Turing. Luſatia, Sileſia. Incidit dein Octavii Aug. obitus in Ann. Chriſti 13. vel 15. Verùm eum & hic Regiam dominationem affectaret, populares ſuos adverſos habuit, cum quibus varia fortuna certavit, & anno vitæ ſuæ 37. potentiæ ſuæ 12. expletis, dolo propinquorum cecidit An. Chriſt.

Digitized by Google

Chriſt. 20. de quo Virgilius: Dejicit Herminium, &c. Regnum verò Bohem. Druſi beneficio, qui à Tiberio Neroae miſſus fuerat, Cathualda accepit, ſed ipſum haud longè poſt idem caſus, qui anteceſſorem excepit, ſurrogato Jubilio, qui regnavit apud Bohemos, uſque ad Ann. Chriſt. 52. Çùm autem Caligula & Tiberius Claud. Rom Impp. hujus ſucceſſionis & familiarum jurati eſſent hoſtes, & Domitianus Imper. Ann. Chriſt. 83. à Bohemis auxilia contra Dacos non impetraret, Anno 88. belloGerm. oppugnavit, ſibique nomen Germanici aſſumpſit, Trajanus verò, qui in urbe Colonia primum accepit decretum de ſucceſſ. in Imper. debellavit, & hoc modo Roman. Imper. prorogavit; cumque ſæpiùs rebellarent, Anton. Pius Adriani ſucceſſor Anno 145. devicit, cum univerſam German. Panoniam, Sarmatiam, Marcomanni in Romanos concitâſſent. Marcus etiam Aurelius Antoninus Philoſoph. & Lucius Verus domare adorti ſunt Anno 156. ſed bello Parthico attriti hoc diſtulerunt, quod poſteà tum Anno Chriſti 171. finitum, & 176. & ſuperati hoſtis gloria penes Chriſtianos fuit, quorum precibus pluvia cum milites & equi ſiti perirent, impetratâ, Marc. & Quadi, id eſt Bohemi & Moravi proſtrati ſunt, quo bello Marcomannico graviſſimo dicitur biennio conſumptum quantum nulla hominum memoria extiterit: Et ita Chriſtianorum legio fulminatrix dicitur, quòd fulmine cœlitus impetrato hoſtem profligaret, (quamvis alii Chriſtianorum oſores alii adulatores, id Chriſtianorum artibus & reſpectivè Antonini precibus adſcribere auſi ſint) Cujus Victoriæ monimentum ſupereſſe dicitur Columna Antonina, arte admirabilis totius belli & victoriæ repræſentatrix. Adhuc Bohemis non quieſcentibus ab eod. Imper. bellum redintegratum eſt, Anno 179. verùm morte Imp. Smyrnii in Panonia ingruente Commodus ab Egro vocatus, ut reliquias belli conficeret, is voluptati deditus omnia neglexit, & Marcomannis pacem poſtulantibus conceſſit. Anno 235. Alexand. Imp. his bellum illaturus, cùm diſſolutiones millitum cohiberet, ab ipſis tumultuantibus interfectus eſt, electo Maximino qui mox cum filio Maximo Cæſare in Bohemos bellum movit, omnia longè lateque vaſtavit, ſed Romanorum metu retractus eſt. Majori audacia uſi Marcom. ſub Valeriano & Gallieno Imper. quando Anno 252. cum fœderatis factis excurſionibus in Roman. Imper. magno timore univerſam Græciam concuſſère, à quibus Pannonia occupatâ Gallienus dein Attali Regis Boh. filiam Piperam Ann. 262. in uxorem duxit, & ſocero ſuperioris Pannoniæ partem pactione conceſſit. Sub Aureliano Imper. Ann. 271. Marcomanni in Italiam erumpentes ab eo repreſſi ſunt. Item à Dioclet. & Maximiano An. 304. victi: ut & 358. à Conſtantio II. Imper. & Ann. 373. ſub Valentiniano & Valente Impp. & Anno 376. ſub Valente Gratian. & Valentiniano II. Impp. cum Marcomanni Rom. Imper. exitium machinarentur, Romanos urbibus territoriis & ſedibus pellere non ceſſarent, Fritigil. Marcom. Regina à S. Ambroſ. Mediol. Epiſcopo rectæ fidei formam petiit, Rex verò ſe regnumve ſuum Arcad. & Honorio Impp. tradidit, quamvis pars Marcom. Romanis infeſta manſerit, *qui teſte D. Hieron.* etiam ſub Honorio Imp. Romam incurſionibus vexabant. Anno 406. Vandali Duc. Gondiſilio cum Marcomannis rurſus Romani Imperii provincias invasère An. 444. Imperantibus Theodoſ. & Valent. Imper. Marcomanni agnovêre Imper. Attilæ Hunnorum Germ. & Sarmatarum Imper. qui inaudito exemplo poſſeſſionem Germanorum Scythicorumq; regnorum junxerat, qui aliis Ethele, aliis Exel dicitur, *Gold. pag.* 64. * A 24
quibus Ann. 474. Juvavium nunc Saliſb. d. exciſum fuit, ut deſerto ſimilior locus eſſet, quàm civitati, qualiter proceſſu temporis per Duces ſuos à Croco ejus filia Libuſſa, quæ Primislao nupſit, aliosque ad hæc uſque tempora gubernata fuerit, longum foret enarrare, *v. Münſt. Coſmog. lib.* 3. *pag.* 950. Illud non omittendum, quod Duces Bohemiæ in Reges creati ſint Authoritate Imperiali, & primo quidem Uradislaus in Comitiis Moguntinis, eisq; ſubdita eſt Moravia, Sileſ. Luſatia, &c.

Q. VI. *Quid de Moravia ita dicta vel ab equabus quæ ab German. appellantur* Merrern / *quod hæc regio ſit equifera, ſive melius à flumine Morardua quod Metropolim Olmiz perfluit?* 25

Hanc Germ. provinciam eſſe ſub Imp. Germ. ſitam probant R. A. *Ratisbon. Ann.* 1524. 30. Aug.

1530. §. Damit aber *ubi numeratur* unter die Reichs-Verwandten/ & §. Demnach hat ſich.
25 120. * Hanc regionem primum inhabitârunt Quadi, ut & partem Sileſiæ, unde adhuc inter Moravos & Sileſios contendentes de ducatu Troppaviæ utriſq; ſibi eum vindicantibus, *Gold. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 2. eam Germanicæ eſſe Originis nomen ipſum inſinuat, nam qui alteri gravis, moleſtus, malus eſt, Quad dicitur, & hi ita dicti fuere, quaſi aliorum maximè hoſtium vexatores, & probabile eſt hos in expeditione cum Arioviſto contra Cæſarem fuiſſe, & eo victo reduces primo Valeriam id eſt Styriam, indeq; à Druſo pulſos Moraviam occupâſſe, Anno Chriſti circiter 51. Marcodob. deinde Imper. contra Roman. ſecutos. Eo verò & Catualda remotò, in poteſtatem Tiberii Imper. veniſſe, quibus à Druſo Rex Vannius præfectus eſt, qui cum anomiam id eſt abſolutam poteſtatem affectaret, Vangio, & Sido ejus ex ſorore nepotes eum regno exuerunt, idque inter ſe diviſerunt, & Vagioni Bohemiam, Sidoni Moraviam obtigiſſe traditur, hoc autem in Danubio ſuffocato regnum Moraviæ ad Vangionem recidit: cujus poſteritatem per filium Turronem propagata utrumque junctum perduravit ad Suatoplucum ultimum Moraviæ Regem ſub tempora Arnolphi Imp. Ann. Chriſti 900. Dicti Vangio & Sido An. Chriſti 69. Veſpaſiano Rom. Imp. contra ejus æmulum Vitellium adhæſiſſe leguntur, Marcus quoque Philoſophus perpetuo cum iisdem bella geſſit, & poſt memorabilem Victoriam Martomannicam eos Rom. jugū ſubire coëgit, Maximinus & Maximus A. 236. eos vicerunt, cum autem ſub Gord. II. & Maximino cum aliis Germaniæ confœderatis Rom. provincias hoſtiliter infeſtarent, à Diocl. & Maximiniano rurſus ſubacti ſunt, An. 304. Idem ſub Conſtantio & Juliano factum, cùm Valentinianus autem & Valens Imp. An. 370. ſtudio muniend. limitum glorioſo, ſed nimio à principatus initio flagrans, in ipſis Quadorum terris trans flumen Inſtrum quaſi jam Romani Juris factis ædificari caſtra præſidiana mandâſſet, & Gabinium Regem, ne quid novaret, poſcentem Valentinianus ut adſenſurus ſimulata humanitate ad convivium invitatum poſt epulas digredientem hoſpitalis officii ſanctitate nefariè violata trucidari ſecuri fēciſſet, ejus rei indignitate moti & efferati Quadi, cum aliis coactâ manu omnia vaſtarunt, & parum abfuit, quin filiam caperent Conſtantii cibum ſumentem in villa publica, quam vocant Piſtrenſem, cùm duceretur Gratiano nuptura Anno 373, quamobrem Valentin. Anno 374. vel 75. novam in Quados expeditionem ſuſcepit, cum autem Quadi Legatos ad pacem petendam miſiſſent, excurſionis ſuas per provincias Rom. in publico auditorio excuſare auderent, adeò excanduit Imper. ut tactus apoplexia ſubitò expirarit. Sub Gratiano quoque Quadi ſe bello offenſivo contra Rom. junxerunt, & Anno 378. inclinatis Rom. rebus deinceps Germanorum rebus Impp. obſequia fideliter præſtitêre.

Tanta molis erat Bohemiam ſubdiregentem.

Adhæc in Moravia Myrrham effodi tradit Dubravius, *v. Beſold. adauct. verbo* Myrrhen/ rc. unde quidam nomen natum volunt. 27

Q. VII. *Quid de Sileſia?* 28

℞. Et hæc Germaniæ antiquiſſima eſt provincia *juxta Syl. Th. Munſt. & alios cit. à Goldaſt. lib.* 1. *c.* 14. dicta quaſi Sleuſa, ein Schleuſch/ ſive propugnaculum contra Sarmatarum irruptiones: ſic enim nomen Sluſæ frequentiſſimè in Batavia & Flandria uſurpatur. Et licèt aliquando Sileſia ſub Polonis fuerit, Lecho Duce, recidit tamen poſteà ſub Germanis Imperatoribus in protectionem, & Jus Bohemiæ, & ita tributum à Sileſiis Eccleſ. Rom. præſtari ſolitum in literis SS. Pontificum Polonicum vocatur, & moneta Uratiſlavienſis Polonica vocatur; *Goldaſt. pag.* 92. nec per hoc quod aliquando fuerit apud Polon. & Ducem Cracovienſem directio; deſiit eſſe provincia Germaniæ, ſed Jus ſupremum ſemper penes Teutones manſit, unde & hodie in aula Imper. dignitatibus Imper. Germanici ſine diſcrimine Sileſios præfici, videmus: Prout & idioma majori ex parte Teutonicum eſt, licèt trans Oderam lingua Polonica prævaleat. Sic Sileſia agnovit Imperium Arminii à Germanis electi circa Annum Chriſti 15. Attilæ Hunni circa ann. 445. Theodorici Gothi circa Annum 495. Superiore ſæculo Uratiſlavienſes à Carol. V. Imper. Confirmationem privilegiorum petivere, & intercedente Ferdin. obtinuêre, *v. Receſſ. Imper. Auguſt. Anno* 1538. §. Ferner haben wir. 51. §. Damit

mit aber §. Demnach. 120, & 128. & *Ratiſbon. An.* 1471. §. 37. *ubi Sileſia numeratur.* Unter die Reichſverwandten. *add. Matric. Norimb. Ann.* 1441. *Norimb.* 1467. *Ratiſbon.* 1471. *Colon.* 1448. *ubi Sileſia expreſſa ſit mentio.*

Sileſia primum ad Chriſti fidem converſa eſt Anno 965. *Bucel.* de ea Beſold. adauct. *in Verb.* Schleſien ꝛc.

> *Eſores Aſini quendam dixêre Sileſ̃s,*
> *Cauſa rei quæ ſit, quæſtio nata fuit.*
> *Mons prope Reuſtentium eſt auro diveſque fodinis,*
> *Au eus hic aſinus nomine dictus erat.*
> *Has quia Sileſii ſolum tenuêre fodinas,*
> *Eſores Aſini ſint, quaſi nomen habent.*

29 Cur Sileſia parum vini producat: jocoſe & fabuloſe reſolvit Melander carminicè, quod cum Bacchus comite Sileno, qui aſino vehebatur vites totum per orbem plantaturus, & culturam vineæ populos docturus in Sileſiam veniſſet, Silenus autem fatigatus longo itinere, ſomno, vinoque ſepultus humi dormiret, Incolæ aſinum ejus mactatum coxerint, & quaſi leporem devorârint, quo ſanguine aſinino vites fuerint rigatæ quas afferebat Bacchus, unde ipſe ſui alumni ſortem ultus vites iis nullas communicavit:

> *Inde parum vini Sleſia divex habet,*
> *Et qua ferre famam maleproſuda turba nequivit,*
> *Cogitur hinc ſicco gutture ferre ſitem*

Totam fabulam, qui curioſè ſcire deſiderat, adeat Schoſſeri Epigrammata vel Ottonis Melandri Joc oſeria. 179. *pag.* 142. Dicitur tamen paſſeribus hæc regio abundare, ut in quibuſdam Provinciæ locis non pateat Colonis ad Dominum ſuum aditus, niſi ſecum unum aut alterum paſſerem ferant, ut hoc modo pernitioſiſſimæ hujus aviculæ numerus minuatur, prout in quibusdam Hungariæ locis tenentur incolæ annuè Judici ſuo certum numerum paſſerum tradere, & tenetur ſingulos, eorumque ova Judex redimere. *Frolichius in viatorio. num.* 1.

30 Q. VIII. *Quando Electoratus Bohemiæ attributus?*

℞. Carol. IV. nos ad antiquitatem remittit, *Gold. l.* 3. *c.* 5. *n.* 6. Poſtquam Bohemia Imp. obſtricta in fidem Imp. Germanici recepta fuit, cùm Otto Imp. ſuaſu Michaelis Epiſcopi Ratisb. Boleslaum, qui occiſo fratre ſuo Wenceſl. regnum uſurpabat, vicit A. 939. ſupplicem his conditionibus admiſit, ut fidem Chriſti colat, de parricidio pœnitentiam agat Canonicam, exules Chriſtianos revocet, & vaſallus ſit Imperii, bello an. 15. continuato cùm Bohemia ſubacta & incorporata Boleslaus ſe fidum exhiberet, ei Septemviratus dignitas ab Ott. I. delata eſt An. 964. utquè eſſet ſupremus Culinæ Imperialis miniſter, qui nunc dicitur Archidapifer, in cujus rei documentum ipſe eiúſque poſteri geſtabant olim in inſignibus ahenum in campo ignito, deinde autem mutatis officialibus per Ott. III. Imp. vulgo mirabilia mundi d. circa annum Chriſti 1000. Bohemo Archi-Pincernatus, & Bavaro Archi-Dapiferatus ceſſit, quod poſterius officium authoritate Carol. IV. ad Palatinum Rheni translatum per A. B. nunc rurſus ad Bavaros rediit authoritate Ferdin. II. licèt hujus inſigne non ſit ahenum ſed globus aureus, *Goldaſt. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 18. & *ſeq.* Et ſic officio mutato per Ott. III. nunc geſtant Reges Boh. in inſignibus calicem aureum, quem leo albus coronatus ſuis unguibus tenet, quod Huſſitæ pro omine interpretati ſunt futuræ in Boh. mutationis in religione, unde Calixtini dicti, qui calicis Euchariſtici uſum in Eccleſiam reduxerint, *v. Goldaſt. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 32. Prout & in Concilio Conſtantienſi magnas tragœdias excitarunt Bohemi, ex voce S. Scripturæ Niſi &c. inde utriuſq; ſpeciei neceſſariam communionem inferentes: niſi manducaveritis carnem filii hominis, & niſi biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis &c. Calicem autem gerunt, quia Elector Archipincerna Imperii primum hauſtum Imperatori in ſoleani convivio regali affere, *ut ſuprad.*

Q. IX. *An ergo Rex Boh. ex hoc officio ſervi inſtar ab Imp. habeatur?* 31

Ut voluit, *Bodin.* 1. *de rep. c.* 9. & alii putantes ob rebellionem & homicidium hanc pœnam irrogatam. ℞. Neg. Sed ejus vanitatem & in rebus Imperii imperitiam jam exploſerunt, *Freh. in orig. Palat. Viſcherus. de Elect. Reg. & Imp. Rom. concl.* 10. *n.* 46. *Goldaſt. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 12. quod etiam olim ſervatum colligitur ex Geneſ. *cap.* 40. *v.* 2. & 13. honorabile honoris ſignum: Dabiſq; ei calicem juxta officium tuum.

Digitized by Google

32 Q. X. *An Rex Boh. ad miniſtrandum primum potum teneatur?*

Caſtald. *in tit. de Imp. q. 1. n. 21. v. 25.* putat hoc ab arbitrio Regiſ dependere. Sed ejus ſententiam reprehendit, *Viſch. d. n. 46. Buxtorf. ad* A. B. *cap. 4. concl. 57.* ita ut volens nolens tam de Jure quàm ex officio ad exercendum hoc honorabile munus obligetur, *Gold. lib. 3. c. 8. n. 13.* Nec obſt: regiæ dignitati, quod hoc honorabile munus poſt reliquos E. exerceat, A. B. *c. 27. §. 5.* nam hoc ex ordine naturæ oritur, ut potus cibum ſequatur.

33 Q. XI. *An cogatur ſub corona regali quia Rex eſt, miniſtrare? an inſtar cæterorum EE. ſub pileo Electorali poſſit?*

℞. Totum eſſe poſitum in arbitrio & liberrima voluntate Regis, *Freher. in not. ad Andl. l. 2. de Imp. Rom. c. 16.* A. B. *t. 4. §. fin.* Exempla exhibent actus in Coron. Ferdin. I. Imper. Coloniæ Anno 1531. Maximil. II. Francof. Anno 1562. Rudolph. III. Ratisb. Anno 1575. Matth. I. Ann. 1612. & Ferdin. III. Anno 1619. & aliorum, *Cluten. in Syllog. c. 24. lit. c.*

34 Q. XII. *Cur vinum aquâ mixtum propinet?*

℞. Ad ebrietatem vitandam id inductum videtur, prout etiam in Regis Galliæ Oeconomia Lutetiæ cautum lege domeſtica, ne Oeconomus Vinum Aurelianum tanquam caput multum feriens & inebrians Regiæ Maj. auſit propinare, quam cautionem Jurej. adſtrictus ſervare, cogitur: Eandem temperantiam Principibus indulgendo vino præſcribit Rex Salomon, *Proverb. 31. verſ. 4.* Mahumed quoque in Alkurano vinum Imperatori prohibuiſſe legitur, quod putaret vix eſſe ſtrenuum & prudentem Imper. qui ſit ſtrenuus & impudens potator, *Goldaſt. lib. 3. cap. 8. num. 7.* Maximil. II. Imper. temperatiſſimus vinis Neccaricis delectabatur, quod vaporibus & fumis ſuis minùs caput feriant, quàm vina Rheni & Hungarica, & imprimis Lamenſis prope Heidelbergam, quod in potu quotidiano tam in menſa, quàm extraordinariè ſibi à Pincerna miniſtrari voluit, & paſſim Auſtriacorum Impp. frugalitas in potu apud hiſtoricos commendatur, quamvis ipſa à multorum Principum Germaniæ aulis receſſerit, in Gall. Hiſp. Italia etiam adhuc frequentetur. Vini quoq; cum aqua miſcendi conſuetudo multis locis in hac ſuperiori Germania invaluit, quod male tamen hoſpites vinum vendentes uſurpare ſolent memores verſus:

Omne tulit punctum qui miſcuit utile dulci

Cumque Lugdunenſis quidam civis pro augendo lucro peregrinari ſolitus navigio ad nundinas tendens, marſupium pelliceum ex mixto vino collecta pecunia refertum ſecum deferret, Milvus autem eo viſo propter pilos id animal eſſe exiſtimans in ſublime tuliſſet, videns autem prædam ſibi minime convenire (ut qui carne non ære vel auro ſaturaretur) in profluentem dimitteret, Mercator lachrymabundus ſuam agnoſcens culpam exclamavit: Quo peccavi, eo damnum ſentio, per aquam pecuniam congregavi, in aquam cum lucro delapſa eſt. *Majol. Canic. tom. 1. coll. 6. pag. 141.*

Q. XIII. *An tamen Rex vel ut Archi-Pincerna votum E. habeat?* 35

Reſp. Hæc duo ita nexu adamantino eſſe juncta, ut ſe invicem ſeparari nequeant, & tam E. quàm Pincernatus dignitas ita inſeparabiliter adhæret Coronæ Regni Bohemici, ut qui non habet regnum, non poſſit eſſe Elect. non pro rege habendus ſit, qui Jure eligendi & officio iſto caret, *Reinck. de Reg. Sac. claſſ. 1. cap. 7. n. 1. Freh. in tr. de ſeſſ. tut. Curáq; E. Palat. Th. Mich. de Jurisd. concl. 132. lit. e. Rumel. ad.* A. B. *pag. 2. diſſ. 6. Th. 17.* Et quanquam aliquando frater agnatus & alii de parentela regia ſibi jus eligendi & officium Pincernale arrogarint, *Gevvold in antbiblio ſi E. Pal. fol. 1. & de 8. R. I. Septemviralis. Freh. in tract. cont. Gevvold. fol. 47.* Id tamen Urbanus VI. Papa interdixit ad inſtantiam Ruperti E. Palat. An. 1381. *Freh. de ſeſſ. tut. E. Pal.* Hoc autem intellige, modo Rex non ſit evidenter injuſte regno pulſus, ut poſt alios fuit Ferd. II. quia ita pulſus retinens poſſeſſ. civilem ab officio excludi non debet, & ita etiam practicatur in aliis Principibus Electoribus. Sic Magnus Magiſter Boruſſiæ Epiſcopus Genenenſis, Epiſc. Luſanenſis, Epiſc. Curienſis, licet Epiſcopatibus excluſi ſint, tamen in Comitiis Imperii ad ſeſſ. ſuas & ſuffragia admittuntur, quod per injuſtam vim à ſeditioſis fuerint depoſſeſſionati, ut ipſi conqueruntur, & Cæſaris manum pro reſtitutione implorant. E contra, pro tali & El. habendus non eſt occupator regni, & à ſeditioſis intruſus, aut non poſſeſſor,

& ideo

Digitized by Google

& ideo nec Henricus ad Henrici VII. Lucenburgici, nec Wenceslaus ad Ruperti vel Sigiſmund. nec Caſim. ad Alberti II. Electionem vocatus eſt, Uladislaus quoque Caſimiri Regis ex Anna Bohema filius pro intruſo habitus, non fuit ad Elect. Maximil. I. vocatus, donec priùs probâſſet ſe Jure hereditario materno ad Regnum legitimè perveniſſe, *Cluten in Syll. concl.* 24. *lit. C. Arum. diſc.* 5. *ad* A.B. *v.* A. B. *t.* 10. *per tot. junct. l.* 7. *Com. divid. V. Gold. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 5.

36 Q. XIV. *Quid ſi Rege Romanorum aut Imp. ſolennem curiam habente Bohemia Regem abeſſe contingat, aut ipſe Imper. etiam, ût nunc Rex ſimul ſit Bohemiæ, quis munus Archipincernæ adminiſtrabit, an Legatus Regis ad E. miſſus, vel præſente Reg. ipſius Subofficiarius vel Pincerna aulicus?*

Hæc Q. licèt antecedenter (quando de Electoribus Secul. in genere actum) fuerit propoſita & generaliter deciſa; Hic tamen addo in ſpecie pro Sub-Pincerna Barone de Limburg contra Regis Bohem. Legatum judicatum fuiſſe in coronatione Carol. V. Imper. Anno 1520. At licèt in Comitiis Metenſibus Anno 1355. habitis, in quibus præſentibus Galliæ & Regni Arelat. ordinibus publicata fuit A. B. Caroli IV. Imperatoris, qui primus Regum Bohem. in Imper. fuit electus, hoc officium, Walramus Dux Braban. & Lutzenburgenſis ejus Germanus præſtiterit. Tamen temporibus poſterioribus in inauguratione Maximil. II. Anno 1562, Matth. 1612. Ferdinand. II. 1619. Baro de Limburg, S. R. Imper. Vice-Pincerna vices Regis Bohemiæ præſentis ſed in Imper. electi adminiſtravit; Similiter ſervatum temp. Maximil. I. Anno 1486. cum Sub-Camerario Barone de Weinsberg contra legatum Elect. Brandenb. *Dan. Ott. de I. p. c.* 14. *Gold. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 16.

37 Q. XV. *Quid ſi Rex legitimo impedimento detineatur, an legatum vel legatos ad actum ſuffragandi, deſinendi & ſedendi mittere poterit?*

Aff. tum ex obſervantia, tum A. B. textu modò legatus ſuper tali impedimento, ſi id ab eo exigatur, fide faciat Jurej. in animam Regis; Ita tamen ut ad conſilium El. vel conclave unus tantùm legatus admittatur; atq; ita obtinuit per decretum contradictorium Ann. 1519. ubi ex legatis Regiis ſolus Baro Starenberg. ſupremus regni Cancell. cæteris collegis excluſis ad actum E. fuit adhibitus, & ita etiam ſervatum in E. Caroli V. A. 1519. *Buxt. ad A. B. conc.* 22. Item in Matth. An. 1612. nomine Brandeb. Solus Baro Putzlitius Ferd. II. An. 1619. nomine Palatini, Solus Comes Solmenſis Saxonis, Solus Comes Mansfelt, admiſſi fuêre, *Gold. c.* 5. *l.* 3. *n.* 21.

Q. XVI. *Quid ſi autem Rex adhuc impubes ſit vel minorennis?* 38

Quidam volunt ipſum poſſe procuratorem ſine conſenſu Curat. ad actum eligendi mittere exemplo Ladisl. Boh. Reg. Alb. II. Cæſ. filii poſthumi, qui miſit ſuo nomine ad El. Rom. Reg. Ann. 1440. irrequiſito conſenſu Gubernatorum Bohem. Quorum tamen ſententia propter lubricitatem & imbecillitatem ætatis minimè admittenda, *arg. l. 1. in fin. de Min. p. l. de Curator. V. Zelner. de E. Reg. Rom. concl.* 14. Ad exemplum allatum, verius eſt procuratores illos à Frid. Archiduce Auſtriæ Ladisl. Reg. Impub. agnato & tutore mandatis inſtructos & legatos fuiſſe; E contra in E. Carol. V. Procuratores fuerunt tam à Rege quàm Regni ordinibus conſtituti, non adhibito Sigiſm. Rege Poloniæ Ludovici Minorennis Regis patruo & tutore. Quid in hac exemplorum varietate dicetur? Pro agnato tutore deciditur *ex A. B. t. 7. §. 6.* modo habeat regni adminiſtrationem; Sin minùs militat deciſio EE. An. 1519. pro regni ordinibus contra Sigiſ. patruum, quamvis eidem etiam ratio alia peregrinitatis obſtiterit, Gold. *lib* 3. *c.* 6. *n.* 24.

Q. XVII. *Quid ſi Rex à Cæſ. nondum inveſtitus ſit, num ad ſuffragium admittetur?* 39

Reſp. vel inveſtituram petiit, & deſuper documentum vel indultum, ut vocant exhibet & admittendus eſt ad vocem, ita admiſſus eſt Ferdin. I. Coloniæ An. 1531. Sin autem hoc neglexerit, vix admittendum cenſet, *juxta ad Comit. de Anno* 1607. *Gold. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 25. *cont. Buxt. ad A. B. concl.* 85. *lit. b. Bertram. de comit. concl.* 40. Ferdin. nondum de Regno Bohem. inveſtitus erat, cùm Colon. pro creando Roman. Rege conveniendum eſſet, admiſſus tamen & Inveſtitura decennio poſt Ratisbonæ peracta eſt, *Goldaſt. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 3. *in fin.*

40 Q. XVIII. *Quid vacante Regno nullo herede exiſtente legitimo?*

Hoc caſu ordinum Regni Legatos admitti ratio ſuadet; Sic in ſimili Anno 1562. vacante ſede Colon. Capitulum ad Elect. Maximil. II. Cæſ. vocatum, & Capituli Legati ad conventum EE. admiſſi ſunt tamdiu, donec novus electus procuratorium renovaſſet & confirmaſſet. Item proximis Comitiis 1654. mortuo PARIDE Salisb. Archiepiſc. obſervatum.

Q. XIX. *An. Rex Boh. etiam ſuffragium habeat in depoſitione Regis?*

41 Aff. ex vulg. Reg. *nil. tam nat. de R. I. l. nemo. 37. ff. Eod.* ut ejus ſit deſtituere, qui poteſt inſtituere. Sic Ottocarus Rex cum Arch. Mogunt. Trev. Magd. Archi-Ducibus Auſtriæ, Bavariæ, &c. Naumburgi, & dein Norinbergæ de Ottone III. abdicando conſultârunt, propter Bannum Pontificis ſeu Cenſuram Eccleſiæ Rom. ob quam Regno indignum cenſebant; Item Frider. II. Imper. excommunicato nonnulli Principes cum Wenceslao egerunt, ut deponeretur, qui Imper. tamen reconciliato ſibi Rege eorum conatus eluſit; Adolph. Naſſovienſis multis Imper. Principibus inviſus, cùm decretum exauctorationis in conventu Moguntino fieret, inter primos Wenceſl. Rex Boh. per legatos ſubſcripſiſſe legitur Alberto ſurrogato, *Goldaſt. lib. 3. c. 6. nu. 28. & 29.*

Q. XX. *Cur ad act. Elect. aliquando Reges Bohem. non fuerint vocati?*

42 *Ut refert Beſold. lib. 2. de ſucceſ. reg. diſſ. 3. n. 7.* Reſp. id factum, non quia eſſet Elector, ſed variis ex cauſis, quod vel rebellis eſſet, & refractarius Imper. vel Schiſmaticus, vel non ſatis ei cum Imper. & Ordinibus Imp. conveniret. Sic Wenceslaus Rex Boh. & ex Imp. nec ad Friderici Brunswigii menſe Majo, nec ad Ruperti Palatini menſe Septembr. Anno 1400. nec ad Sigiſmund. fratris Hungariæ regis Anno 1410. factum Elect. vocatus eſt. Et mortuo Alberto relicta vidua prægnante, cùm Bohemi regem non haberent, proceres regni quod eſſent Schiſmatici, & Huſſitæ, non fuerunt ad Elect. Frideric. III. citati, nec Georgius Huſſita Ladislao poſthumo ſurrogatus ad ullum conventum Elector. admiſſus, quanquam Zelnerus *in diſſert. de Reg. Rom. Elect. th. 14. in* Elector. Frid. III. dicat adfuiſſe procuratores Ladislai infantuli Boh. & Hungariæ Regis, Sic Uladislaus Polonus Hung. & Bohem. Rex non fuit citatus ad E. Maxim. I. Rom. Reg. quod non ſatis conveniret inter Frider. III. & d. Regem. *Coldaſt. lib. 3. c. 5. n. 4.*

Q. XXI. *An Rex Bohem. ſe ipſum eligere poſſit?* 43

Aff. Gold. *d. lib. 3. c. 4. n. 7. per c. cùm in Jure. 33. de Elect. Reink. de Reg. ſecul. lib. 1. claſ. 3. c. 5. n. 18. Otto de I. pub. c. 10. fol. 268. juxta A. B. c. 2. §. fin.* Quod etiam in aliis, EE, obtinet. Sic ante A. B. Carol. IV, ſuffragio patris ſui Joannis Regis Bohem. ad Imperium pervenit, & id patrem potuiſſe traditur *in l. illud. ſ. Quod cujusque un. nem.* Pater autem & filius una cenſetur perſona, *l. fin. C. d. Imper. ſub. §. F. Verò de inut. Stip.* & Sigismund. Rex rogatus ſententiam ſe elegit Imper. *Buxt. ad A. B. tit. c. concl. 39.* Licèt alii dicunt Sigiſmundum legatos miſiſſe.

Q. XXII. *An Bohemus votum paſſivum habeat?* 44

Aff: quia ut dictum Germanus eſt, *facit* A. B. *c. 2. §. fin. in f.* nec enim Rex Boh. qui inter EE. Sæculares ut Sol inter Sydera eminet, debet eſſe deterioris conditionis quàm alii comprincipes ſui & Co-Elect. Sic Ottocarus & poſt eum Wenceslaus Boh. Reges ut Germani electi ſunt in Imp. quorum ille delatum ſibi Imperium ſtulto conſilio, dum ſe putabat Rege Rom. potentiorem, repudiavit, legatione ex Germania ad eum facta Pragam, Legato Conrad Col. Arch. Cujus renunciationis eum poſteà pœnituit Rudolpho electo, quod Rudolpho mortuo, cùm Ottocari filius Wenceslaus oblatum etiam recuſaſſet, Adolph. Naſſovienſis aſſumpſit, ita ut ille jactitaret, Adolphum ſibi debere quod imperaret.

Q. XXIII. *An Rex Boh. conſecretur & à quo?* 45

Etſi non puto Regem in univerſo orbe Chriſtiano eſſe, qui non ſolenniter coronetur & inungatur, *cap. 1. §. 1. X. de ſac. unct.*; non deſunt tamen, qui de Reg. Boh. dubitant, ut videre eſt apud Goldaſt. *lib. 3. cap. 10. in fin. num. 4.* Verùm refelluntur per A. B. *cap. 4. §. 1.* ubi dicitur, cùm ſit Princeps coronatus & Rex unctus. Et ſic Uladislaus I. Rex creatus ab Henrico IV. ex ſpeciali commiſſione Cæſarea unà cum Regina Caſimiri Poloniæ Regis filia

Digitized by Google

filia coronatus eſt ab Engelb. Arch. Trevirenſi Anno 1086. in templo S. Viti Pragæ. Et licèt Jus conſecrationis aliquando competierit Mogunt: Archi-Epiſc. ex privilegio Regis Ottocari & ejus filii Wenceslai, ſic Wenceslaus vivo patre inauguratus eſt à Sifrido Mogunt. Anno 1228. Item Wenceslai filius Primislaus, Ottocarus II. à Wernero Moguntino conſecratus Anno 1261. præſentibus Pragenſi & Olmucenſi Epiſcop. tunc ejus ſuffraganeis, Item Wencesl. II. à Gerhardo Mogunt. Pragæ unctus & coronatus eſt, Anno 1297. cum Gutta ſeu Juditha conjuge ſua Rudolph. I. Cæſar. filia, Anno 1303. Eliſabetha conjunx Wenceslai ab Henrico Epiſcopo Uratislavienſi Pragæ Coronatione, ſed ex commiſſione Moguntini Anno 1311. Mogunt. Arch. Petrus Johannem Regem & Reginam coronavit, *Buxtorf. ad A. B. c. 4. concl. 4. lit. c. Cluten. in Sylleg. cap. 24. lit. e. Vicher de Elect. Reg. Rom. concl. 7. nu. 33.* Donec id tandem ad Eccleſiam Pragenſem translatum eſt. Quidam volunt, hoc Jus per Archiepiſc. Mogunt Gerlacum Naſſovium in Carol. IV. Imper. & ejus Archi-Epiſcop. Pragenſem tunc noviter à Papa & Imper erectum translatum, *Buxtorf. c. 4. concl. 41. lit. e. Cluten. in Syl. c. 24. l. e. v. Olim quoque.* Alii verò Henrico Virneburgio à Moguntina Archi-Metropoli in Eccleſiam Pragenſem tranſcriptum ajunt, & pro conſenſu ſuo in remunerationem à Carol. IV. accepiſſe oppidum Höchſt ad Mænum, cum telonio inter Francof. & Moguntiam. Et ſic eam nunc facit Arch. Pragenſis, aut Sede Archi-Epiſcopali vacante, Prælatus alterius Pragenſis Eccleſiæ: idem dicendum, ſi Archi-Epiſcopus renitatur, ut aliàs exiſtat inhabilis, ut ſi ſit hæreticus vel Schiſmaticus, quo caſu licet alium Epiſcopum pro inauguratione facienda accerſere, quemadmodum Barbara Sigiſmund. Regis conjunx Anno 1437. Pragæ conſecrata fuit & coronata, non à Joanne Rokizano Archi-Epiſcop. Prag. licet in loco eſſet, ſed à Philiberto Epiſcop. Conſtantienſi Conſilii Baſileenſis Legato, quem Imper. ex Comitiis Ratisb. ſecum duxerat in Bohemiam, ut ejus opera errores Huſſiticos reformaret. Idem hoc implevit in perſona Alberti Sigiſmund. generi & ſucceſſoris ſuffragante ei Epiſc. Olmucenſi, Ladislaus quoque Alberti filius Pragæ coronatus eſt, 1453. à Dionyſio Archiep. Strigonenſi. Rokizano adhuc vivente & præſente. Georgus Podiebrachius in Reg. Boh. ab Huſitis electus noluit à d. Rokizano conſecrari, invidiam veritus, ſed à duobus Hungar. Epiſcop. Auguſtino Jaurinenſi & Vincentio Varovienſi, coronam in templo S. Viti Pragæ accepit Anno 1458. quia Olmucenſis nondum erat à Papa confirmatus. Hodiernis temporibus Eccleſiæ Pragenſi ſua prærogativa manet, ut & Olmucenſi Jus ſuffraganeum ſeu Vicarium, *Goldaſt. lib. 3. c. 11. in fin.*

Q. XXIV. ***An Regi Bohemiæ Majeſtas competat?***

Quanta ſit Regis hujus dignitas; reperti tamen ſunt homines malè feriati, qui hoc in dubium vocare auderent: Ajunt: Majeſtas eſt poteſtas abſoluta & ſumma, eaque perpetua, at Boh. eam non habet ſed dependet ab Imp. Verùm ſi hæc ratio procederet, nec Sacratiſ. Imper. nec Cathol. Hiſp. nec Chriſtianiſ. Galliarum Rex Majeſtatem haberet, quod in multis Sedi Apoſtolicæ ſubſint, & Pont. Rom. agnoſcant, *facit c. inferior diſt.* 21. Eſt igitur Majeſtas quaſi major poteſtas, quæ etiam Jure C. tribuitur majorum Magiſtratuum dignitati, *l. pen. de* I. *&* *l.* qualem Reges Bohem. obtinere non eſt dubium. Inſtant: Jus Maj. eſt perpetuum, ſed Regis Vaſalli jus non eſt perpetuum, quia id ad Imper. domino Feudi recipere cogitur, mutatâ Imp. vel Regis perſonâ. R. Vox perpetuum, moraliter & politicè & Phyſicè accipiendum. *fac. l. 18. in prin. de Ædil. Ed.* & ſic Regibus Arragoniæ, Apuliæ, Siciliæ, &c. non ideo Majeſtas admittitur iis, qui partim vaſalli, partim tributarii ſunt Rom. Eccleſiæ. *Ott. de I. pub. c. 9. & in diſput. de major. Th.* 8. Cur Regi Boh. ergo denegabitur? *Arnis de I. maj. c. 24. Brautlach. in Epit. Iuriſp. publ. l. 3. c. 2. n.* 14. Rurſus ajunt: Majeſtas nec hominem nec legem ſuper ſe habet, ſed Boh. & Ung. Regis poteſtas circumſcripta non ſolùm Imper. ſuperiorem, ſed & Regni Proceres habet cuſtodes: At ſic nec Imper. nec Papa Majeſtatem haberent, quorum ille Capitulat: obligatur, hic autem deponi poteſt ſi in fide erret, *c. ſi Papa.* 6. *diſt.* 40. Facit quod Rex Bohemiæ ab Ordinibus deponi non poteſt, ſed apud Imper. deferendus

ferendus

Digitized by Google

ferendus ſit. Ulterius Imp. conſtit. alligatur, quibus ipſi dignitas Regia, Königliche Würde tribuitur, *R. Ratiſb. Anno* 1471. *§.* 47. 54. 55. *Spirenſ.* 1526. §. 12. *Ratiſb.* 1527. *§.* 11. *Reinck. de Regim. ſæc. lib.* 1. *claſ.* 3. *c.* 11. *n.* 3. Sed quid nunquid Hiſp. Rex qui altera manu Orientem, altera Occidentem tenet, ideo Majeſtate caret, quia in Receſſ. Imper. ei non adſcribitur, qui alias Imper. Indiarum Oriental. & Occidentalium, Dominus maris Oceani & terræ firmæ, Dominator Aſiæ & Africæ dicitur, licèt de maris dominio Veneti & Batavi quæſtionem movent, ſed his ut illis ad differentiam Majeſt. Imperatoriæ, quæ conſortem ſuæ ſupremitatis in Imper. noſtro non compatitur, ita ſcribitur: Die Röm: Käyſerlich auch zu Hungaren und Böheim Königliche Majeſtät. Strictè quidem & propriè Majeſtas in terris ſoli Papæ & Imper. ſupremis orbis Chriſt. Monarchis competit, quorum ille ſoli, hic lunæ comparatur, *c. Solicitæ. X. de Maj. & ob.* quam comparationem illuſtrat Goldaſtus, *l.* 3. *cap.* 13. *num.* 7. Habent tàmeu & alii Reges, Potentates Reſp. vel communicatione, vel propriè, & ſic Bohem. Hiſpan. & Gall. Rex Majeſtatem habet, non tamen habet, ut Papa & Imper. Unde nec Electores ac Principes Imper. Hiſpan. & Gall. Regi in ſuis literis titulum Majeſtat. ſed dignitatis adſcribunt, quod etiam EE. Regi Sueciæ fecère, actis publicis teſtantibus. Unde Frideric. IV. Elect. Palat. Henrico IV. Regi Majeſtatem adſcribere detrectavit, legatoq; ſuo ad regem miſſo, ut operto capite coram rege peroraret, ad menſam regiam ſtaret, in mandatis dediſſe legitur.

47 Q. XXV. *An Imp. Germanici Majeſtas à Sacratiſſ. Imp. proſtituatur, quando titulo Majeſtatis Regi Hiſp. aut Bohemiæ ipſe à Cæſare compellantur in literis?*

Id Neg. Sive enim cauſa humilitatis priſtinum ſtylum retinuit Imper. quod uti conſueverat, dum tantùm eſſet Archidux Auſtriæ, ſive Curialitati inter ſummos Principes uſitatæ inſervire velit, ejus modeſtia nec Imper. præjudicare poteſt, nec Catholico Regi plus Juris quàm habet acquiri, nec verba Curialia Majeſtatem Imperii mutant, aut alleviant, *Mantic. de Tac. & amb. t.* 4. *n.* 48. cùm verba honoris & ad complacentiam prolata ſerviant de vento, nec ullam obligationem inducant, *Gylm. in Symphor. tom.* 4. *p.* 1. *vol.* 3. *n.* 183. eo quòd ſit actus honorationis, corteſiæ & reverentiæ, privatim delatus qui publico Juri nil tribuit nec adimit, *Victor. in tract. de Cauſ. exempt. in Imper. Concl.* 37. *Goldaſt. in Bohem. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 7.

Q. XXVI. *An regnum Bohemiæ mere ſit hered. cùm ſucceſſioni locum eſſe ſupra probatum ſit?* 48

℞. Neg. ſed ſimul ex pacto & providentia agnatis à primo acquirente de ſe, & dein cognatis ordine majoritatis ſervato quæſitum *A. B. Carol.* IV. *c.* 7. *ſ.* 20. *&* 25. & quod in inveſtituris legitur, hic verbum heredis de herede Feudali intelligendum, cujus naturam A. B. & declarationes Cæſareæ explanant, quâm ipſis agnatis & Regi evertere fas non eſt aut mutare ſine Cæſaris & Septemvirorum ceu parium curiæ aſſenſu, *Gevvold. de Septemvirat cap.* 9. *num.* 4. *v. Bohem. vgem.*

Q. XXVII. *An Rex Bohemiam conſentiente Imper. Feudi domino alienare, & Bohemos inconſultos in alienam poteſtatem transferre poſſit?* 49

Id attentâſſe Joann. Regem Anno 1318. produnt annales, inchoatâ cum Ludov. Bavaro Cæſare permutatione quâ regnum pro Palatinatu Rheni quem Cæſar expulſo Palatino E. occupârat, commutare voluit, ut eo vicinior Luzenburgi habitaret. At Bohemi interpretati ſunt, quaſi Rex ipſos Germanis vendere vellet, & in contrarium conſpirârunt, donec Imper. Regem de ſuſpicione concepta apud ſubditos Regni expurgavit, & pactionem oſtendit ſcriptam, & ita clauſulatam, ſi communis Bohemiorum conſenſus accederet, & quia videret eos contradicere, ſe quoque factum irritum habere dixit, & in præſentia omnium publicè paginam laceravit, & hoc modo Bohemos cum Rege in benevolentiam reduxit: Quod autem Principia regna & ditiones ſubditóſve invitos alterius poteſtati ſubjicere non liceat, ſatis oſtendit, *Beſold. de Majeſt. c.* 1. *n.* 7. *Clarus. §. Feud. q.* 28. *n.* 3. *Tholoſ. lib.* 7. *de Rep. c.* 7. *n.* 8. *& ſeq. Vaſq.* 2. *Illuſtr. contro. c.* 82. *n.* 37. *q.* 10. *Gold. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 5.

Q. XXVIII. *Quid Regi Boh. ab Imp. in Feudum concedatur?* 50

℞. Non

Digitized by Google

℟. Non tantum dignitatem Electoralem cum officio Archi-Pincernatus, ut nonnulli Boh. contendunt, ſed ipſum etiam Regnum & coronam cum omnibus terris & Juribus ad regnum pertinentibus; Nam ſupra traditum eſt Electoratum ita Regno unitum, ut ſeparari nequeant, A. B. *t.* 25. §. 2. *& t.* 20. ſic enim Ducatum ipſum à Carol. Magni tributarium factum fuiſſe conſtat. Goldaſt. *lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 9. *ubi id pluribus confirmat præjudiciis.*

51 Q. XXIX. *An Rex Bohem. inveſtituram Cæſaream perſonaliter accipere debeat & homagium præſtare?*

De J. F. ordinarie id fieri poteſt per legalem procuratorem, *c. fin. per quos fiat. Inveſt.* Diverſum tamen obtinere, in hoc regno diverſis exemplis & præjudiciis probat Goldaſt. *lib.* 3. *c.* 14. quæ recenſere longum foret.

52 Q. XXX. *Ubinam homagium & alia ei connexa præſtare debeat Rex Bohemiæ?*

℟. Singulari privilegio Regi conſultum, quod Rex inveſtituram & regalia ſuſcipere non teneatur, niſi in metis vel finibus regni ſui aut locis finitimis, decem vel 15, mill. Alemanicis à Regno ſuo & dominio diſtantibus, ex conſtit. Frid. III. Imp. de Anno 1462. Ubi & hoc concurrit ſingulare ut cum cæterorum EE. & Principum Imp. vexilla Cæſari in actu inveſtituræ porrecta ſoleant ex conſuetudine in populum projici & lacerari, Regi Bohem. integra reſtituantur, *per d. Conſt. Frider. III.* vexilla autem illa habent Regni & Principatum inſignia depicta, ut Leo eſt ſcil. fulvus cum cauda bifurcata in altum erectâ in campo candido, in memoriam virtutis & fortitudinis, quam Dux Boleslaus in bellis Italicis laudabiliter exhibuit & alia, *de quibus Gold. l.* 3. *c.* 14. *n.* 12. Alii id tribuunt, quod Bohemia ſita ſit, ſub ſigno leonis cœleſtis, unde Bohemi vocantur Leoniſtæ in Aſtrologorum prognoſticis & prophetiis, & Leo apud illos Regem Bohemiæ denotat. Cur autem cauda gemina? ℟. ſignificare virtutem Ducis illius præcellentiorem, & duplicatam in una perſona præ cæteris Principibus: Robur enim Leonis conſiſtit in cauda, cujus oſſa tam ſolida, ut ſi percutiantur, velut ex ſilice ignis exſiliat. Alii tamen, virtutem Leonis in pectore, firmitatem in capite conſtituunt.

Q. XXXI. *An Bohemia etiam ſit feudum Rom. Eccleſ.?* 53

Id quidam ſentiunt eò quòd Paul. II. Papa abdicato Georgio Bodibracio rege Huſſita Regnum hoc Bohem. tranſtulerit in Matthiam eorum Regem Hungariæ (quorum ille ex vetuſtiſſimis Germ. Comitibus de Borneh. & Hidga ortus: Hic verò ex illuſtri Walachorum familia oriundus, qua de re extat Æn. Syl. exclamatio in Bohem. *c. ult.* Mira rerum mutatio & novus ſiderum influxus, duo potentiſſima Regna Bohem. & Hung. ex altiſſimo ſanguine ad mediocris generis homines pervenêre; Sic ludit in humanis, &c. prout idem Sylv, DEI providentia ad Sedem Apoſtolicam evectus, qui Imp. & Regibus famulabatur ante, dein factus eſt tremendus.) Verùm error ille eſt vulgarium. Aliud enim eſt Regem excom. inhabilem regno pronunciare, ſubditos à Juram. fidel. abſolvere, & Electionem Regis novi Catholici ab ordinibus factam confirmare, aliud Regem de Regno infeudare & inveſtire: Illud Papæ Jure competit, hoc Imper. & ſic conſtat Matthiam non à Papa ſed Imp. Frid. III. de Regno Bohem. inveſtitum fuiſſe, Goldaſt. *lib.* 3. *c.* 14. *n.* 35.

Q. XXXII. *An Regnum Bohem. Imperio aperiatur ob feloniam, neglectam inveſtituram, & alias in I. F. cauſas, ut eſt rebellio cum crim. læſæ Majeſt. Cæſareæ conjuncta?* 54

℟. Id affirm. & conſequitur ex natura Feudi. Sic Suatoplocus potentiſſ. Moraviæ & Pann. Rex Læſ. Majeſt. ab Arnulph. Imp. damnatus, & regna ejus in alios diſtributa ſunt. Cùm Uladislaus Rex Bohem. ſenex Frider. Filium ſuum inconſulto Imper. Frider. II. Regnum vice ſua adminiſtrare juſſiſſet, Imp. Regem depoſuit & illi ſuper impoſuit, patruelem ſuum Zobeslaum, Ottocarus Bohem. Rex ob commiſſam feloniam Majeſtatis Reus peractus, convictus & damnatus à Rudolph. I. Regno exutus, quod Wenceslaus ejus filius ex mera gratia intercedentibus pro eo multis Principibus recepit, in matrimonium ducta Rudolphi filia. Gold. *lib.* 2. *c.* 7. *& lib.* 3. *c.* 15. *n.* 3. unde Urſinus:

Vicit Ottocarum Regem oppreſſitque Rudolphus.

add. Buxtorf. *ad Aur.* Bull. *c.* 8. *concl.* 88. *lit. c. Claten. in Syl. conc.* 24. *lit. c. Viſcher. de Elect. Reg. & Imp. Rom. concl,* 10. *n.* 44. *q.* 1. *rat.* 6. Itaque Privilegium

Bohemorum ſuper Jure eligendi novum regem tantum intelligendum eſt in caſu extinctæ familiæ Regiæ, non autem devolutionis per crimen feloniæ, vel neglectæ inveſtituræ, *A. B. t. 7. §. fin.*

55 Q. XXXIII. *An Moraviæ, Sileſia, Luſatia, Egranus & Elenbogianus Comitatus, ut feuda Imper. ſimili caducitati ſint obnoxia?*

℟. Cùm hæ incorporatæ ſint provinciæ Regni Bohem. idem de iisdem judicandum. Et quia March. Moraviæ unus ex 4. S. R. Imp. Marchionibus rebus limitaneis deliberandis in conſilio Imp. præfectus ab initio Immediatus fuit Imp. Rom. ſtatus, *Petrus de And. lib. 2. Henon. diſp. polit. th. 49. Zach. Victor. de Cauſ. exempl. Imp. concl. 5. Cluten in Syll. concl. 28. lit. à Schonb. 5. Polit. 39. Reinck. de reg. ſec. claſ. 4. c. 13. n. 8.* quamvis hodie pro ea Reges Bohem. Imp. teneantur fidem clientelarem præſtare: hinc cùm Sigism. Imp. & Rex filiæ ſuæ Eliſabeth & ejus marito Alberto Duci Auſtriæ, Moraviæ partem in feudum dediſſet, Budæ An. 1423. Lunæ poſt Michaëlis petiit idem Albertus à Sigism. tanquam Rege Rom. & ſuprem. Feudi domino per bullam Imp. firmari, quod etiam factum Budæ; Hinc non minùs quàm Bohem. etiam Moravia aliquando ob caducitatem ab Impp. vindicata fuit, ut per Rudolph. I. Item bona omnia quæ Jo. Auſtriæ Dux in Moravia habebat, Imperio ceſſerunt, cùm Dux eſſet proſcriptus ob parricidium in Alberto I. Cæſare, patruo ſuo patratum, quæ poſtea Henricus VII. Imp. donavit Frid. Pulchro Auſtriæ Duci d. Alberti Cæſaris filio. Olim quidem Moravia Regem habuit ſed propter Suatoplici excurſiones in Germanos ſub Imper. Arnulpho hic diademate exutus Majeſtatis damnatus, pro hoſte Imperii declaratus & regnum ejus primo occupanti in prædam conceſſum fuit, unde armis contra eum ſumptis Ungari, Poloni, Bavari ditiones ejus dilacerarunt. Rex verò tot hoſtibus impar prælio infeliciter commiſſo, inter ſuos cecidit, vel ut alii volunt inter Soboris montis anachoretas vitæ reliquum tempus abſolvit, Moravia verò regnum eſſe deſiit, partim in manus Hungar. Polonor. & Germanorum venit, præterquam quos Turca eripuit, item Bohemiæ Princeps Udalricus Brzetislaus armis Bohemiæ adjunxit, *Stransk. Reſp. Bohem. c. 7. p. 315.*

Sileſiam quoque Henricus IV. Imp. Comit. Mogunt. An. 1086. cum Bohem. Morav. & Luſatia in Feudum contulit Uladislão I. Regi ibi creato, *ut ſup. d.* Et in quadripartito Imp. corpore Dux Sileſiæ unus numeratur ex IV. Vicariis Imperii perpetuis & hereditariis, & Caſtrum Münſterberga ex IV. montibus ſeu Caſtris Imper. Montanis, nunc in Principatum evecta, *Clut. in Syll. c. 28. lit. a.* Luſatia quoque Imp. Marchionatus tam ſuperior quàm inferior. Sic an. 917. Burchardus Comes Buchornenſis à Conrad. I. Reg. de hoc fuit inveſtitus An. 1065. Henric. IV. Imp. expeditione in Luſatos factâ in fidem eos redegit & Marchionatum Vratislao Boh. Duci conceſſit. Hodie Regno Bohem. incorporata à Regibus ſolet in Feudum ab Imperio recipi. Et eſt unum ex VII. Feudis Vexilliferis Saxoniæ. Demum Comitatus Egranus & Elenbogius, An. 1286. à Rudolph. I. Cæſar. Wenceslao II. Reg. Boh. in dotem conceſſus eſt. Egra autem licet immediatam libertatem ſuam retinuerit usque ad tempora Ludov. IV. Imper. ab eo tamen Joan. Bohem. hypothecata fuit pro 20. millibus marcarum, *V. Gold. lib. 3. c. ult. au fin.*

Q. XXXIV. *Quid Bohemia pendere teneatur Imp. pro recognitione?* 56

℟. Poſtquam ſubject. & recogn. Jure Bohem. obligata fuit Imp. recepta fuit in fidem ſub certo quodam tributo, & à Carol. M. quidem ſub hoc tributo annuo, ut ipſi & ſucceſſ. in Imperio annuè 120. boves electos, & argenti 50. marcas ſolverent, à quo cùm ceſſarent, Ludov. II. Rom. Rex armis eos ad officium reduxit, *Cluten. in Syl. cap. 24. lit. c. Buxt. & A. B. cap. 6. lit. c.* Idem fecêre Henricus Rex cognomento Auceps, Otto M. ejus filius An. 938. Item S. Henricus II. Rex & I. Imp. cognomento Claudius & plures alii, Goldaſt. *lib. 2. cap. 11.* Contendunt quidem Bohemi non propter tributum hæc bella mota; quod ultrò oblatum ſit, ſed ſuper Jurisd. Cæſaris & Imp. Germanici in Ducem; Sed eo non fuit contentus Henricus III. Rex & II. Imper. de Niger, qui armatâ manu Bohemos non ſub tributo ſed etiam ſub Jurisd. retinuit, & Brzetislaus Dux ſupplex factus, tributum trium annorum præteritorum, nempe mille quingentas marcas denario ſolvere debuit. Tradunt quidam, quòd An. 1105. Henricus V. Rom. Rex Suatoplicko Bohem. Duci, quum ejus Filium Ratisb. ex baptiſmate

Digitized by Google

mate levâſſet, tria millia marcarum auri, quæ ex tributo debito inſoluta reſtabant, in honorem & munus compaternitatis remiſerit, & filiolo ſuo ſpirituali condonârit, ſed id ad præteritum tantùm tributum non etiam futuri temporis referendum eſt. Anno 1200. autem Philip. Rom. Elect. Imp. Fridericus I. Imp. filius fratri Henrico VI. in Imp. ſuccedens, Primiſlao Ottocaro regiam dignitatem in Comitiis Moguntinis contulit, cum conſilio Procerum Imp. annuum hoc tributum remiſit, utquè ſine tributi aut pecuniæ exactione deinceps regnaret, liberaliter conceſſit, quam Patrui ordinationem confirmavit Fridericus II. Anno 1212. quamvis hoc alii ad exactionem pecuniæ pro inveſtitura ſolvendæ, Löſen-Geld reſtringant, *Clud. rerum quotid. cap. 24. lit. e. Gold. lib. 2. cap. 11.*

57 Q. XXXV. *An Bohemi, Moravi, Sileſii teneantur ad expeditionem ab Imp. indictam?*

Cùm expeditio alia ordinaria ſit, alia extraordinaria: Illa Romana dicitur: Der Römer-Zug. Extraordinaria verò, quæ ſuſcipitur contra hoſtem publ. & à diverſitate maxima varia habet nomina: ut Meerfahrt / in Bellum Hieroſol. Lombardey-Zug / Huſſen-Krieg / Schweitzer-Krieg / Türcken-Zug / rc. Ad utramque teneri: ſic expeditioni factæ à Carolo M. Anno 802. interfuit Wenceſl. Bohem. & Ludolphus Dux Moraviæ, Item poſt plurium annorum lapſum, Anno 1155. Fridericus I. profecturus Romam pro inauguratione & turbis Italiæ ſedandis, monitus fuit Uladiſl. Bohem. Dux, qui ſuos equos miſit ſub ductu Friderici filii ſui primog. Item ad expeditionem Carol. V. Imp. & Ferdin. Cæſ. contra Saxonem Confœderationis Smalcaldicæ primicerium, Bohemi armis Cæſari ſuccurrerunt, & licèt non adeò prompti eſſent, tum ob antiquum fœdus, quo domui Saxoniæ juncti ſunt, tum quòd plerique putarent Electori injuriam fieri, tum quòd prætenderent privilegio ſe non teneri extra limites Imp. ire, tamen à Cæſ. moniti, quòd intra limites Imp. adverſus ejus oppreſſores tueri Imp. obligentur, à prætenſione ſua deſiſtentes Imp. exercitum in Saxoniam comitati ſunt, Schönb. *in t. de Feud. pag. 11. num. 44.* Sic Uladiſl. Rex Boh. Henricum IV. Romam proficiſcentem pro inauguratione comitatus eſt cum 300. equitibus cataphractis, Freher, *ad P. de And. lib. 2. cap. 2. Cluten. in Syl. conc. 24. lit. c. Carpzov. in tract. de regal. c. 2. reg. 16.* plura exempla allegat Goldaſt. *lib. 2. c. 15. n. 4. & ſeq.* Cujus ſubſidii medietatem An. 1462. Frideric. III. Imp. Georg. Bohem. regi reſervato 140. cataphractos ſubſidio remiſiſſe dicitur, quam tamen rem inter eos privatim actam Imperio præjudicare non poſſe, palam eſt, ipſis etiam Bohemis ita aſſentientibus, ut proinde antiquum ſubſidium in ſuo vigore maneat, & teneatur Rex Bohem. Rom. Regi Roman. pro unctione eunti officium ſuum præſtare, unde nec Uladislaus Rex Georgii ſucceſſor, nec ab ipſo Frider. III. nec à Maxim. I. Rom. Reg. ceteri reges ullis precibus vel minis impetrare potuère, ut loco hujus ſubſidii & perſonalis miniſterii 890. ducatos ſolverent, Buxt. *ad A. B. concl. 18.* Jure verò noviſſimo non obſtante d. indulgentia Rex Boh. ad exped. Rom. pro ſubſidio ordinario 400. equit. & 600. pedites mittere obligatur, Gold. *l. 2. c. 15. in fin.*

Q. XXXVI. *An Rex ad extraordinarias Imp. Contributiones teneatur?* 58

Quicquid fortè prætendant regni Ordines ſine ulla prætoris autoritate, & quidam alii qui tantùm in umbris Academicis hærentes doctrinaliter & juridicè hanc rem tractant, publicam autem lucem non viderunt, poſteà in publico conſtituti ſine dubio mentem mutârunt, *V. Buxt. ad A. B. cap. 8. lit. C. Cluten. in Syll. capit. 24. lit. C. Carpz. de Capit. cap. 5. num. 9.* Quorum aliqui in publicis Comitiis in negantium caſtra tranſivere. Affirm. tamen verior, cùm enim Rex Bohem. unus è primariis Imp. Principibus tam amplas ditiones in & ſub Imp. poſſideat, juſtiſſimè in album ordinum cenſitorum refertur, ut qui quondam onera ad ſolius Imp. nutum ipſe cum aliis ſtatibus ſubire cogebatur, nunc ſtatum Imp. aut majoris partis conſenſu placitata conferat, hoc enim dictat ratio ad ſervandam æqualitatem, ut unius corporis membra paribus pro cujusque conditione muneribus capiti ſuo aſſiſtant, juxta Apologum celeberrimum Menenij Agrippæ. Non obſt. quod Bohem. Rex ad Comitia non vocetur, nec enim ideo cætera membra pati debent, ut propterea caput labeſcat, cùm plures hodie ſint ſtatus, qui ad comitia non vocantur, & ultro venientes à ſeſſione & conſultatione excluduntur, & tamen decretis

Digitized by Google

cretis Comitiorum non minùs quàm alii obligantur, quos recenſet Goldaſt. *lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 4. *v. Vocatum.* R. A. zu Regenſpurg. 1576. §. 21. Gleichfalls. prout in multis Imp. & aliis Civitatibus multi ſint opulentiſſimi & honorati Cives qui honores municipales dignitatesque ſenatorias non participant, nec ſunt capaces, numera tamen & onera cum aliis concivibus ſubire coguntur, ut Venetiis, Norinberg: Argent: Francof: Colon: Hamburg: Wormatiæ, Beſold. *in diſcurſ. de 3. domeſt. ſecret. ſpec. diſc. 2. de Jur. ordin. civit. cap. 2.* Et hoc obtinet tam in civilibus, quæ ad ſuſtentationem Cam. Imp. Viatica, Legatorum munera & ſimil. expenſas, quàm militaribus adexpedit: bellicas & muniendos fines contra Turcas; ad utrasque teneri Regem probat per receſſ. Imp. & matriculas Goldaſt. *lib.* 2. *cap.* 16. *& ſeq.* Ac licèt ab eo tempore, quo Rex Bohem. etiam Imp. fuit ſtatus Imperii, ſupervacuum duxerint, Dominum ſuum Imp. in illo regno collectare ſalutare ejus arbitrio hoc relinquentes, cui incumbit Imp. pariter & regnum tueri. Si tamen contingeret in regno Bohem. alium ſuccedere, quàm qui Imper. teneat, non eſt dubium, qnin ad antiquam taxam penſitandam Rex obligatus maneat. Cæperunt quidem Bohemi poſt depoſitionem Wencesl. Cæſar: & ſecta Huſſitarum per ejus tolerantiam ingraveſcente, & cùm ipſi Moravi non tantùm Sum: Pontificum, ſed etiam Imper. ejusque membra parum comiter obſervarent, bannum Eccleſiæ & Imper: proſcriptionem ſpernerent, & cùm bello periti proſperis ſucceſſibus elati, alios Reges Polon. etiam in Imperii perniciem advocarent, onera antiquitus impoſita refutare, ex quo tempore Bohemi & Moravi, ut Calicem ab Eccleſ. Rom. ita exemptionem ab Imperio ſe gladio acquiſiviſſe gloriantur: Verùm iſta injuſta exemptio rebellione quæſita, & religione palliata, ipſis patrocinari non poteſt, ne ex delicto commodum conſequantur, *cont. l. 12. ff. de Furt.* Et ſi ridentur Reges Angliæ à Catholicis, qui mutata religione ſe vocent defenſores fidei, ridentur etiam Helveti reformati, quòd velint audiri defenſores Eccleſiæ, ut & Principes Proteſt: quòd ſe ſcribant Reverendiſſ. Arch. & Epiſcopos. Cur non partiter rideantur Bohem. Catholici, qui unitatem Rom. Eccleſiæ profitentes, rebellem tamen Huſſiticæ exemptionis prætenſum titulum contra Imp. Rom. uſurpare attentant, quod illis Calixtini ſive Subutraqueani exprobare nobiſcum poſſent. Primus poſteà Ferdin. I. Cæſar tanquam Rex Bohem. in Comitiis Imp. Anno 1548. Auguſtæ habitis contra Imper. & communium ordinum decreta ſe oppoſuiſſe legitur, eò quòd Bohemi prius collectati eſſent, Anno 1521. Wormatiæ, nec ulli circulo adſcripti: Verùm cùm ante probatum fuerit, ante ſæcula, *ut tradit Goldaſt. lib. 2. cap. 9. 10. & 16. n. 1.* eos onera ſubiviſſe, & Bohem. tam ampla ſit, ut ſpecialem circulum facilè conſtituere poſſit, prout aliquando *teſtantur. act. comit. Trevir. Anno 1512.* de novis circulis Bohem. & Boruſſico conſtituendis, deliberatum, cui tamen ipſi reſtiterunt; Hinc Imp. & ſtatus non attentâ hac contradictione Bohemos in cenſum referre continuârunt.

Q. XXXVII. *Qualis hodie Bohem, ſit diſtributio & conſtitutio inferior?* 59

Poſtquam Pragam urbem, quæ olim Caſurgis, aliis Morabadum dicta fuit, tres urbes continens, veterem novam & parvam, ubi Moldavia antiquam à nova ſeparat, pons verò lapideus, 24. conſtans fornicibus eam cum monte conjungit, in quo Palatium regium templum S. Viti, Carol. IV. multis ædificiis ornavit, ſedem Archiepiſc. in ea cum præſcitu Clem: VI. Pap. & Acad. erexit Anno 1360. *Midd. de Acad. lib. 5. pag. 284.* mortuus Anno circiter 1380. Idem regnum in 12. regiones diviſit, ſingulisquè idoneos viros præfecit, qui latronibus infeſtas provincias purgarent, prout ipſe Carol. IV. Jo. Pantzerum, quem ob res bene geſtas ante in Eq. ordinem extulerat, poſtea prædonum ducem ex arbore ſuſpendi juſſit, & ſic duplici torque, altero ex auro, altero ex ſalice donavit; Hodie in 14. Circulos diviſum eſt. Præter ruſticos autem tres hi ſunt ordines Baronum, Nob. & Civium, Eccleſiaſtico per Huſſitas exterminato,

Q. XXXVIII. *Quid ſi Rex ſe regimine indignum reddat; An Ordinum eſt hac de re cog-* 60
noſcere?

Ratio dubit. hinc oritur, quod Ludovicum Pium Imperat. ab Imperio exauctoratum legimus, qui tamen poſteà à majore parte Principum honoribus reſtitutus eſt, *Baron. an Eccleſ. tom. 9. an. 833.* Prout & Henricum IV. Imper. Saxones non modò ab Imp. depoſuerunt, ſed etiam bello aperto proſecuti

Digitized by Google

ſecuti ſunt; Quæ tamen exempla, uti facti & violenta, in conſequentiam trahi non poſſe exiſtimo, cum ll. non etiam exemplis judicandum ſit. Allegatur pro ratione etiam exemplum Wenceslai Imp. Rom. & Bohem. ab Imperio remoti; ſed is curam ſummo Pontifice Vicario DEI in terris accuſatus, & à Bonif. IX. condemnatus Imperio indignus judicatus eſt: unde Imperii Ordines vinculo fidei, quo ipſi obſtricti erant, ſententiâ Judicis abſoluti, non cenſebantur rebelles, quicquid hac de re ſentiant alii. Eodem modo Dani Chriſthernum II. Regem ſuum, Carol. V. Imp. & Ferd. Cæſ. Sororium, ut & Sueci Sigismundum regno exuerunt: Sed quia, an rectè fecerint, dubium eſt, nihil inde inferri poteſt, Goldaſt. *lib.* 1. *de Bohem. cap.* 5. *num.* 6. Unde Sigism. Hung. Rex & Jodocus Moraviæ Marchio induci non potuerunt, ut Wenceslao reſp. fratri & patrueli ſuo ab EE. & Stat. Imp. abdicato, etiam regnum Bohem. hered. auferrent, nec Rupertus Cæſar conſentire rebellibus Bohem. proceribus voluit, regnum ei cum ipſo Rege Wencesl. Ex-Cæſare offerrentibus, Goldaſt. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. Itaque ex Quæſt. præc. infero, quòd ordinibus tantùm contra Regem ſuum, non cognitio nec Jurisd. multò minùs executio, ſed tantùm actio apud Imper. inſtituenda competat. Et ita intepretandæ ſunt reverſales Regum Bohem. Uladislai Poloni de Anno 1510. & Matthia Auſtriacis de Anno 1608. qui ſe obligarunt judicio ſuo ordinario, non ſubditorum inconſtanti & mobili voluntati. At dices Imp. ut Rex Rom. ob violatas leges Imp. fundamentales perjurii reus fieri poteſt à ſtatibus Imperii, *c. venerabilem. verbo perjurium. ubi Canon. X. de Elect.* ꝟ. Ubi hoc judicium inſtituendum ſit, inter Dd. Theol. Jurisconſ. & Politicos gravis eſt diſceptatio. Regem quidem Rom. coram Imp. conveniendum palam eſt, an vero Imp. coram Papa Chriſti Vicario vel E. Palatino, vel Ord. Imp. conveniendus ſit, alterius eſt loci, quorum omnium truncare ſpinas non convenit inſtituto: Non videtur rejicienda diſtinctio inter ordines, qui in partem ſolicitudinis recepti, & in ſpecula reip. conſtituti ſunt, quales ſunt EE. & ſtatus Imp. & inter alios ſubditos non tales, ut illis ex cauſa graviſſima liceat incorrigibilem à gubernaculis removere, his vero id minimè liceat, quacunque etiam opprimantur injuria. Reinck. *de reg. ſec. lit.* 2. *claſſ.* 3. *cap.* 2. *n.* 10. *Victor. in tract. de cauſ. exempt. Imp. concl.* 9. *in fin.* Hanc Q. inter dubia Imp. ex conſtitutionibus referendam, & homini privato de ea perfrictè diſceptare, nefas exiſtimat Goldaſt. *lib.* 2. *cap.* 5. *in f.* adeoque à Sacratiſſ. Imp. Sereniſſ. EE. & Imp. Ordinibus diſceptandam & definiendam cenſet, quorum ſit talia dubia ex conſtit. Henr. VIII. de rebellibus ex A. B. Carol. IV. & ex cap. Cæſarea interpretari & decidere, *add. Freh. ad Petr. de And* o. *l.* 1. *c.* 10. ꝟ. *illud inſigne.* Pro coronide addo, quod in montanis Bohemiæ non raro ſolet apparere Rubenzal, & iter facientibus ſe adjungere, ſe eos recto tramite per ſylvas ducturum promittens, quos quando ad nemorum avia duxit, ut, quo ſe vertant, neſciant, traditur eum in arborem ſubire, & tantum edere cacehinnum, ut inde vaſtum nemus reſonet, *Majol. tom.* 2. *Coll.* 3. *pag.* 219. Eſtque hic ſathanas, ut proinde, non omni nuntio fidendum, *idem Majol. p.* 234. in Bohemia ſpectra aliquot veſte lugubri fœminina illuſtri cuidam certæ familiæ apparere conſueviſſe, antequam una ex conjugibus ex iſta familia decedat.

Pragæ autem nulla muſca in macello carnibus inſidere dicitur, quod olim per magnum effectum ait Beſold. *in verbo Nummi pag.* 27. Plura de Bohemia tradit Æneas Sylvius, qui vixit anno 1548. patria Senenſis Italus, de quo alias, poſtea Pius II. Papa factus.

CAPUT XXIII.
De Electore & Duce Bavariæ.

SUMMARIA.

1. *Bavaria Dux Archi-Dapifer Imperij.*
2. *Bavaria diviſio.*
3. *Bavariæ olim Electoratus adhæſit.*
4. *Poſſeſſoris delictum nocere poſteris ad transactionem.*
5. *Bavarus hodie Imp. Vicarius.*
6. *Bavaria acceſſit ſuperior Palatinatus.*
7. *Palatinus retentum ſibi Vicariatum contendit.*
8. *Bavarus nunc Judex Imperatoris.*
9. *Mos hic an lædat Majeſtatem.*
10. *Imp. an in cauſis feud. coram Bavaro conveniendus?*
11. *Depoſitionis Cæſareæ cauſa an coram Bavaro proponenda.*
12. *Cæſaris ſententia gravatus an ad Bavarum confugere poſſit.*
13. *Bavarus an Judex competens ſi Cæſar ſit actor?*
14. *Imp. an Judex in cauſa propria?*
15. *Pretioſa B. Virg. ſtatua.*
16. *Electoris nativitas.*

1 POſt Regem Boh. ſequitur E. Bavar. S. R. I. Archi-Dapifer, pro tempore hoc, Anno 1674. Sereniſſ. & Potentiſſ. Ferdin. Maria utriusque Bavariæ & Palatinus ſuperioris Dux, Comes Palat. Rheni, S. R. I. Archi-Dapifer & Princeps E. qui natus Anno 1636. excluſo fratre ſuo ſecundogenito nato, 1638. ſucceſſit Patri Maximiliano, qui natus Anno 1573. 17. April. Anno 1651. vita functus eſt. Huic E. incumbit, ut ſedens ſuper equo in ſolenni curia, habens argenteas pelves in manibus, quatuor ſcutellas argenteas cibis impletas, quarum quælibet tres marcas habeat in ſtatera; Et deſcendens ab equo portet & ponat ante Imp. vel Regem in menſa, *A. B. c.* 27. ſervitium Electorale præſtat per Baronem de Waldpurg.

2 Dividitur hodie Bavaria Iſara flumine in ſuperiorem & inferiorem; Hæc tota plures habet quam 12. Comitatus, 35. urbes, 94. Marcos, 75. Monaſteria exceptis mendicantibus. 8. Collegiatas Eccleſias, 720. arces, 4700. pagos, 2824. Templa, 4130. Amodines, 16. Lacus, 5. flumina navigabilia, 65. nominatas aquas, 263. ſylvas. 290. montes, *Zeilerus & Beſold. ad auct. v.* Bayern.

3 Licet juxta tenorem A. B. Carol. IV. de jure & ſucceſſ. hic Electoratus Palatino Rheni tributus ſit, à quo tempore A. B. Comites Palatini usque ad tempora Ferd. II. feliciſſimæ recordationis Electoratum detinuerunt. Tamen Gewold. *in antith. ſi ad Freherum,* multis oſtendit, ex antiquo jure Electoratum & Archi-Dapiferatum Bavaris competiiſſe, & adhuc jure competere, cui Marq. Freherus Epiſtolam reſponſoriam oppoſuit præter alia, quæ *in tract. de de legit. tutela Elect. Palat.* ad hanc materiam pertinentia allegavit; Et demum evulgavit Gewold. aliam Epiſtolam monitoriam, quam controverſiam hic ad incudem revocare, & utriusque partis argumenta hoc loco proponere, ſuperfluum videtur, ſatis ad propoſitum noſtrum eſt, quod Ferdin. II. Imp. Frider. Elect. Com. Palatini ad Rhenum, proximioribus agnatis excluſis, re cum reliquis EE. communicata, & ratificata, hanc dignitatem ad ſuam Sac. Cæſ. Majeſt. jure devolutam ex certa ſcientia, in Sereniſſ. Bavariæ Ducem, & à linea Rudolphina ad Guilhelminam à Friderico Palat. in Maxim. Bavarum transtulerit, ſicque iſta dignitas, quaſi poſtliminio in eum ſtatum & familiam, in qua ante A. B. fuit, reverſa ſit, cum ſeq. tamen temperamento, *juxt. art. pac. Germ. Gall.* ut domus Bavarica habeat dignitatem Electoralem, quam EE. Palatini antehac habuerunt, cum omnibus regaliis, officiis,

Digitized by Google

ciis, præcedentiis, inſignibus & juribus, quibuscunque ad hanc dignitatem ſpectantibus, nullo prorſus excepto, & Palatinatus ſuperior totus una cum comitatu Cham, cum omnibus aj pertinentiis, ſicut hactenus ita impoſterum maneat penes D. Maximilianum Comitem Palatinum Rheni, Bavariæ Ducem ejusque liberos, totamque lineam Guilelminam, quamdiu maſculi ex ea ſupererunt. Quòd ſi verò contingat, lineam Guilelminam Maſculinam prorſus deficere ſuperſtite Palatina, non modo Palatinatus ſuperior, ſed etiam dignitas Electoralis, quæ penes Bavariæ Duces fuit ad eosdem ſuperſtites Palatinos interim ſimultanea inveſtitura gaviſuros redeat. Hodie à linea Guilelmiana gubernatur, pro cujus termini declaratione notandum, quòd Ludovicus Severus habuit duos filios, Rudolphum & Ludovicum Imp. Rudolphus fuit Elect. & Comes Palatinus, à quo Comit. Palatini, Ludovicus habuit filium Guilelmum,
4 à quo linea Guilelmiana ortum habet. * Quod autem poſſeſſoris delictum non tantum liberos, ſed etiam agnatos juſte excludat probat Merend. *in controv* prout Leo Brunſwicenſis cum poſteris pulſus eſt, & recenſet Goldaſtus exempla Regum Bohemiæ pulſorum ſic, pulſus eſt à Thaſſilo Bavariæ Dux à Carol. M. Erchinger & frater Sueci, Ottocarus & alii, Beſold. *adauct. verb.* Bayern.
5 * Bavariæ adjunctus eſt ſuperior Palatinatus cujus primaria civitas eſt Amberga ad amnem Ailſam inſigni Baſilica Ducali arce, & armamentario bene inſtructa, cui Maximilianus à Wilibald Comes à Wolfeck præſidet.

Hinc conſequitur, quod uti ex A. B. Comes palatinus in partibus Rheni-Sueviæ& in jure Franconico, ſive quo diſtrictus Franconiæ ſe extendit, ita hodie Elector Bavariæ, vacante Imperio, ſit Vicarius, id eſt, ſi nec ſit Imp. nec Rex Rom. Schütz. *diſſ. 5. de Reg. Rom. th. 11. lit. b.* itaque vices Imperatoris tunc ſuſtinet & nomine Imp. adminiſtrat, cum illa tamen limitatione, qua Imp. adminiſtrare ſolet per capitulationes reſtrictum, aut quæ ſpecialiter non ſint excepta; licet enim alias Capitulum ſede vacante in adminiſtratione & Juriſ. ſuccedat. *c. Lic-qui c cum olim de Mai. & obed.* non tamen totum Collegium Electorale hoc jus habet, Buxt. *ad* A. B. *c. 5. diſſ. 55. lit. b.* ac licet Vicariatum hunc nemini concedat Pontifex, *in Extravag. Joan. 22. ſi Fratrum. Ne ſede vacant. per quem text. Marta. Neapol. de Juriſd. p. 3. c. 28. n. 16.* qui auream B. Carol. IV. ex hoc paſſu ad præjudicium ſedis correctam putat: Tamen Buxtorf. *diſ. 55. lit. a.* oſtendit auream Bullam aliquot annis poſt obitum Jo. XXII. factam fuiſſe; A. namque Bulla edita Anno 1356. Jo. verò XXII. Papa mortuus Anno 1334. Limn. *de I. p. lib. 3. c. 12. Schütz. diſſ. 5. th. 7. lit. d.* facit quod *in d. c. un.* Pontifici jus hoc tempore vacaturæ tribuatur, quando ad ſæcularem judicem haberi non poteſt recurſus, recurſu autem non ceſſante ceſſabit Papæ jurisd. ſalva correctione *V. Schütz. in nucleo I. p. diſſ. 63. concl.* 2. idque Carol. IV. & ſtatibus Imp. neceſſarium eſſe viſum fuit ob Anarchiam in Imp. electivo vitandam, qualis ſtatus fuit Iſraelitarum. *Jud. 7. v. 6.* ibi temporibus illis non erat Rex in Iſraël & quisque faciebat, quod rectum videbatur in oculis ſuis *c. 29. & ult. in fin.* quando enim nemo imperat, nemo etiam paret, & in ſumma ſcelerum frequentia vivitur impunitate ac licentia, nec quicquam Reip. pernicioſus eſſe poteſt, cui præſtat ſub malo quam nullo eſſe Principe, Schütz. *de Vicar. concl.* 1. atque ita tempore interregni ab exceſſu D. Ferdin. III. Rom. Imp. Ferdin. Maria Dux Bavariæ hoc jure uſus 11. April. An. 1658. bina ſubſignavit diplomata Monachii, quorum primo queritur de vi per Carol. Ludov. Heidelbergenſem Octovirum, qui ſe Vicarium Imperii aſſerebat, Cameralis judicii nunciis illata, qui Palatinorum equitum manu Heidelbergam abducti fuerant, ubi litteræ quarum nonnullis Vicariatus ſigillum erat appenſum, ab Heidelbergenſibus dilaceratæ & conciſæ fuerant; altero vero vaſallos hortabatur, ut infra menſem ad caducitatem vitandam, feuda apud ſe tanquam Imperii Vicarium recognoſcant, quæ diverſis locis Imperii affixa fuerunt. Retentum ſibi vicariatum cum comitatu inferioris Palatinatus in inſtrum. pacis contendit Palatinus cum ei annexis, *ex A. B. t. de Vicarijs*, quod nihil cenſeatur ademptum, niſi quod expreſsè poſitum eſt, *in d. Inſtrum. pac.* nec ſine cauſa in inveſtit. Ferdin. Elect. Bavar. omiſſam vicariatus inveſtituram, licet enim in inveſtitura paterna Maximiliani facta ſit mentio, illam tamen per inſtrumentum pacis abolitam, cui legi tanquam fundamentali, & poſteriori ſtandum ſit, adque eam tanquam ad lapidem

dem lydium in controverſia revertendum, Bavari contra volunt, non ſolum Imperatorem ſed una etiam alios Imperii ſtatus, ad cognoſcendum de lite ſuper Vicariatu trahendos eſſe, cum inter duos vaſallos Imperii Imperator & pares curiæ ſint judices, *v. not. ad Menzamb. p. 367.*

8 Ex eodem fundamento hoc quoque provenit: quòd licet de J. communi Imperator nullum ſuperiorem in terris recognoſcat, & nullum niſi Deum Judicem habeat, *c. nemo judicat. 13. & cap. ſeq. 9. q. 3. cap. Princeps 23. q. 5. fact. l. 4. de recept. arb. l. judicium. 58. Judic.* (unde David: *Pſal. 50. v. 6.* Tibi ſoli peccavi.) Sed ipſe in propria cauſa judicare poſſit, *text. l. 41. de hered. Inſt. §. fin. de Vulg. ſub l. pen. de his, qui in teſt. del.* Quia aliud tamen in Imp. receptum, & per A. B. conſtitutum, ut Imp. vel Rex Rom. ſuper cauſis, pro quibus impetitus fuerit, coram E. Pal. reſpondere debeat, *c. 5. §. fin. A. B.* hoc quoque Jus ad E. Bavarum ex d. translatum ſit, ita tamen ut hoc Judicium non alibi, quàm in Curia Imperiali vel ubi Imp. vel Rex Rom. præſens eſt, exerceri poſſit, Beuther. *in l. admonendi. n. 194. de Jurej.* quæ conſuetudo inde originem traxiſſe videtur, quòd olim Impp. in Comitem Palatinum tanquam Palatii Judicem & præfectum compromittere, & ejus Judicio ſe voluntariè ſubmittere ſolerent, *juxta Freher. de rig. Palat. c. 15. Buxtorf. ad c. 5. A. B. diſ. 78.* licèt non omnes obſervârint, cùm enim prætextu aliquorum actuum EE. Albertum Imp. hoc modo convenire vellent, non tantùm ſe Judicio ſiſtere recuſavit, ſed etiam pro conſpiratione & rebellione hoc duxit, illato ipſis bello, donec tandem precibus victus, Moguntinum, poſt quoque alios in gratiam recepit, *Buxt. d. l.* demum autem hoc in conſuetudinem & neceſſitatem ductum, & per A. B. probatum eſt: De conſuetudine ante teſtatur ipſe A. B. textus, ibi ſicut ex conſuetudine introductum eſſe dicitur; Et præjudicium extat in Adolpho: cùm enim Rudolphus Præfectus prætorio Rheni rectorque Bojariæ, cujus munus eſt de querimoniis adverſus Cæſarem delatis cognoſcere, jusque dicere, & ſententiam pronunciare, eum citâſſet, & venire Cæſar recuſâſſet, reliqui EE. captum ſiſtunt Adolphum, homicidii, ſtupri in virginem, ſocordiæ, negligentiæ, perjurii accuſant, ſenatusconſulto in ordinem rediguut, à faſtigio deturbant, & Albertum ſuis ſuffragiis imponunt, *teſte Advent. lib. 7. ann. Bojor. fol. 587. de Alberto ad. Buxt. diſ. 79. lit. e.*

Quæst. I. *An hic mos conveniendi Imp. Majeſtatem Imp. lædat, ut voluit Bodin. lib. 1. de rep. c. 8.* 9

Neg. Si enim Galliæ Reges nunquam ſibi Jus dicunt in cauſa propria, ſed parlamenti Gallici præſes vel alius judicet, coram quibus Rex aliquando cauſa cadit, prout Carol. VII. ſententia in parlamento lata Anno 1346. fuit coactus permittere, ut ſylva, quam prope Lutetiam habebat, cæderetur ob uſum publicum, vel uniuscujusque privati, & quod plus pretium ſententia denominatum minùs quàm privatus accepiſſet; Rurſus Rex ſententia parlamenti Lutetiani An. 1266. damnatus fuit ſolvere decimas fructuum horti ſui Parocho ſuo, Lim. *in annot. ad cap. Carol. V. proœm. v.* Röm. König. *n. 69. & ſeq.* per hoc autem Majeſtati ejus regiæ nihil detrahitur, ſed hoc inſtitutum magnis laudibus evehit Chaſſan. *in catal. glor. mund. p. 5. conſ. 5.* prout ex privilegio ordinum Sileſiæ, Rex Bohemiæ Judicium Uratiſlavienſe ſubit, & ratione Ducatus Glogovienſis coram paribus Curiæ Glogovienſis comparet. Auſtriaci à ſubditis conventi Nobilem quendam Judicem conſtituunt, aliique Principes Germaniæ præfectum aulæ, nec tamen eorum authoritati per hoc aliquid decedit, multò minùs inferiores habentur, ergo nec per hoc Imper. Majeſtati derogabitur, cùm non modo civili, ſed etiam naturali rationi conveniat, ne quis in cauſa propriâ Jus dicat, *l. 17. de Judic. l. 10. de Jurisd.* ac licèt Jure Civili Princeps ab hac regula excipiatur, cùm ll. ſolutus ſit, tamen vis directiva & honeſtas ſuadet, ut princeps in cauſa propria à judicando abſtineat, & vel arbitris vel compromiſſariis cauſæ deciſionem permittat, ut etiam in Arragonia Juſtitia Arragonica, in Anglia Juſtitia Magna; in Dania univerſus Regni ſenatus, ſi Regi cum alio lis ſit, judicare ſolet, *Arnis. de Jure maj. lib. 1. c. 6. n. 11. Buxt. diſſ. 80. in fin.*

Q. II. *An in cauſis Feudalibus Imp. coram Palatino conveniendus?* 10

In affirm. Sixtin. *1. de reg. c. 8. n. 42.* propter generalitatem text. A. B. Alii ipſum Principem judicem conſtituunt, quia text. A. B. tanquam correctorius non extendendus ad Feudalia, ſed in Feudo

Feudo ceſſante diſpoſitione Feudali Jus commune ſervandum ſit, *Vulg. c. 1. §. ſtrenuus. de Feud. ceg. Ita Haneton.lib.* 4. *c.* 1. *arg. c. novit*, 14. X. *de Jud.* ibi cognitio ad regem ſpectat. Verior videtur ſententia Buxtorf. *diſc.* 81. *lit. a.* nec ad Imp. nec ad Bavarum,ſed ad pares curiæ ſpectare, *Ita Scrad. de Feud. p.* 10. *ſect.* 1. *n.* 40. *p. c.* 1. *apud quem vel quos* 1: *Feud.* 18. *§. prætereà fin. de probib. Feud. al. t. per Frid. Fach.* 7. *cont.* 102. idque obtinere fine diſtinctione dignitatis, an ſuperiorem recognoſcat, nec ne, tradit Gœdd. *diſſ. Feud.* 11. *Th.* 8. *In ſpecie in Papa Weſemb. de Feud. c. ult. n.* 5. *& de Imp. Menoch. de remed. retin. poſ.* 3. *n.* 438. cumque hic ex negocio Feudali parium Curiæ Jurisd. dominus ſubſit,de Jure Feudali,non eſt opus ad alium Judicem ex A. B. confugere, aut quærere, cum ſpeciali Juri feud. Jus A. B. generale non deroget, *ad d. c. un. de pace. conſt. §. ſententia. v. ſi. qua controverſia.*

11 Q. III. *An cauſa depoſitionis coram hoc E. proponenda & judicanda ex A. B. c.* 5. *in fin.*

Hic variant Interpp. I. Vult. *in l.* 1. *n.* 7. *C. ubi ſenat. vel claris.* & alii text. A.B. reſtringunt ad cauſas civiles & pecuniarias, ex quibus Imper. coram Palat. conveniendus ſit. Verùm in contrarium facit obſervantia & exemplum ſupra de Adolph. ac Alberto allatum. Itaque Probabilior eſt ſententia Buxtorf. *diſc.* 81. Etiam in deponendo Imperatore Judicem primarium eſſe Palatinum nunc Bavarum, ſed aliis EE. junctis, quibus maxima Imp. cura poſt Auguſtum incumbit; depoſitio autem totum concernit EE. omnes unde Moguntinus, quem meritum inveſtimus demeritum deveſtimus dixiſſe fertur in exauctoratione Wenceſl. depoſitio enim ad eum ſpectat, ad quem inſtitutio, *arg. l. nihil tam nat. de R. I. n.* 15. *c.* 1. *in fin.* Buxtorf. *diſc.* 11. Nec facit in contrarium, *argt. Bald. in l. Barbarius. de off. prat.* qui putat, quòd EE. ſit tantùm data poteſtas eligendi, poſtquam autem elegerunt, functi ſint officio ſuo; ſed hoc non obſtat, cum conſtitutum, quòd is, qui habet poteſtatem abſolvendi etiam poſſit condemnare, & contra & verſa vice, adeoque, qui poteſt eligere etiam poſſit non eligere, aut electum ex cauſa rationabili deſtituere, & Judex ſemel functus officio ex novis emergentibus adhuc fungi poſſit, *v. Schütz. in Nucleo d. ſp.* 6. *de Vicar. Theſ.* 8.

Q. IV. *An Eodem modo Cæſaris ſententia gravatum ſe putans ad E. Bavariæ confugere poteſt?* 12

Id omninò neg. quia à ſuperiore ad inferiorem appellare fas non eſt, *l.* 1. *§.* 3. *& t. t. de appell. l.* 4. *de arbit.* Nec obſt. A. B. quia intelligitur de cauſis ſimplicis querelæ tantùm, adeóque ad hunc caſum non eſt extendenda.

Q. V. *Quid ſi Imper. actoris partes ſuſcipere, aliumque convenire velit; An & tunc Bavarus erit Judex competens?* 13

Pro affirm. & ratione dub. facit I. Si eſt Judex Imp. rei, ergo etiam actoris, *argt. l. favorabiliores.* 125. *de R. I. l.* 38. *de re Judic.* II. Quia non debet actori licere; quod reo non licet, *l.* 41. *ff. & c.* 32. *de R. I. in* 6. III. Quia eadem utrobique eſt ratio, ergo eadem diſpoſitio. *l. illud quæſitum, ad l. aquil.* IV. Sicut Fiſcus ita Imper. ad ſuum Jud. reum trahere poſſe videtur, *t. t. C. ubi Cauſ. fi c.* Verùm pro negativa veriore facit, quia A. B. eſt Juris communis correctoria & proinde ſtrictè interpretanda, *argt. l. præcipimus. in f. C. de appell.* A. B. autem loquitur in caſu, ſi Imp. impetitus fuerit.

Q. VI. *Hine alter oritur dubitatiſſimus Juris articulus, ubi ergo Imper. actionem movebit, ſi non coram Palatino, an ipſe erit Judex in cauſa propria?* 14

Diſt. Buxt. *diſſ.* 83. vel eſt cauſa fiſcalis, & pertinebit ad Cameram, *ex Ord. Cam. p.* 2. *c.* 40. II. Si Feudalis eſt pares Curiæ, *ut q.* 2. *de ex un. §. ſententia. v. & ſi qua controverſia de Pace Conſtant.* III. Si cauſa civilis eſt, vel actio competit contra mediatum vel immediatum. Si contra mediatum, coram ordinario Judice rei litem movebit; Si contra Immediatum, nil certi definitum cenſet Buxtorf. *ad c.* 5. A. B. *Differt.* 83. quamvis hoc caſu coram ſtatibus Imper. & in Comitiis fieri rationi videatur conſonum; licèt enim Capitulationibus cautum ſit, ſi quis Imper. in aliquo ſtatum prætendat Jure eum experiri debere, tamen non additur, quinam ille modus ſit, ad alium tamen cognitionem pertinere, inſinuari videtur: Sic Henricus IV. Ottonem Bojariæ Ducem Anno 1070. Henricus V. Henricum Lotharingum, Conrad. III. Henricum Bavarum An. 1138. Frider. I. Henricum Leonem Saxoniæ, Rudolphus I. Ottocarum, Sigismundus Fridericum Auſtriacum, coram ſtatibus accuſaſſe, & conveniſſe leguntur, Buxtorf. *diſ.* 83.

15 Ingolſtadii aſſervatur ſtatua B. V. ultra centum millia flor. æſtimata, Saphiris, Rubinis & pluribus unionibus & pretioſis lapidibus exornata, ſpecialiter in pectore ſtatuæ Rubinus inſtar cordis elaboratus qui 14000. flor. æſtimatur, ***Diether in add. Beſold. v.*** Edelſtein.

16 Poſtquam An. 1651. 27. Septemb. Maximil. Elector ex hac vita exceſſit, ei ſucceſſit ejusdem primogenitus filius Ferdinandus Maria natus Anno 1636. 21. Octobr. Stylo novo, cui matrimonio juncta Adelheidis Ducis Sabaudiæ Victoris Amadæi filia & moderni Ducis ſoror, Frater vero Electoris Maximil. Philippus natus Anno 1638. 30. (20.) Sept. præter quos ex linea Guilelmina ſuperſunt Alberti, qui frater fuit Maximil. Electoris Bavariæ, Sereniſſimi duo Principes Maximil. Henricus Elect. Colon. natus 8. Octobr. Anno 1611. & Albertus Sigismundus Epiſcopus Friſingenſis & Ratisbonenſis, in lucem editus An. 1623. 5. Auguſt.

CAPUT XXIV.

De Electore & Duce Saxoniæ.

SUMMARIA.

1. *Saxo S. R. I. Enſifer & Archi-Mareſchallus eſt.*
2. *Primus urbem ingreditur.*
3. *Saxones quid tentârint circa fidem.*
4. *Saxones infeſtati.*
5. *Quando dignitas Electoralis acceſſerit?*
6. *Eſt Imperij Vicarius.*
7. *Quid ſi Imperator eſt trans Alpes?*
8. *An Vicarius ubi Jus Saxonicum abolitum?*
9. *Quid in locis non aſſignatis?*
10. *Objectio reſolvitur.*
11. *Quis Vicarius Imp. per Italiam?*
12. *Haſſia ad cujus Vicariatum ſpectet?*
13. *An Camera Vicariatui ſubſit?*
14. *An etiam Saxoni?*
15. *An à Vicariorum ſententia appellatur?*
16. *Quis in Vicarios Jurisd. habeat?*
17. *Ad qua benef. præſentare poſſint?*
18. *An fructus lucrentur?*
19. *An de feudis Regalibus inveſtire poſſint?*
20. *Quid de feud. Archiepiſc. Epiſcop. Abbatum?*
21. *An ad alienat. Feud. conſenſum dare poſſint?*
22. *Quid ſi duo de Vicariatu contendant?*
23. *An omnia generaliter Vicariis conceſſa?*
24. *An gaudeant plenitudine poteſtatis?*
25. *An ad gratioſa manum admovere poſſint?*
26. *Quibus modis Vicariatus expires?*
27. *An electus Imperator acta Vicariorum omnia ratificare teneatur?*
28. *An huc ſpectet Holſatia & Pomerania?*
29. *Cui in abſentia officium Vice-Marſchalli competat?*
30. *An ſemper ab hoc Enſis præferendus?*

1 Elector Saxoniæ Sacri Rom. Imper. Enſifer eſt & Archi-Mareſchallus, præfert Imperatori immediatè ante Imp. medius inter Imper. & Archiepiſc. Trevirenſem in ſolenni proceſſione nudatum & strictum enſem in ſignum juſtitiæ, uti olim præfectus prætorio gladium præferebat in ſignum meri Imperii, *Cluten. in Syllog. Th. 24. lit. m. in fin.* Item tempore ſeſſionis Imper. vel Regiæ ponitur ante locum ſeſſionis acervus avenæ tantæ altitudinis, ut pertingat ad pectus vel ſellam equi, ſuper quo ipſe E. ſedet habens in manu baculum & menſuram argenteam, quæ ſimul ponderent 12. marcas argenti, & inſidens equo primò menſuram avenâ plenam accipiet, & primò venienti famulo dabit. Eo facto figendo baculum in avenam recedet. *A. B. c. 27. §. primò enim,* Qui ritus argumento eſt, potiſſimum curam ejus circa ordinem Imperii equeſtrem.

Digitized by Google

equeſtrem in panegyricis verſari, ut proinde quando pro ſalute Imperii expeditio facienda, & bellum gerendum, hic omnes Imper. ſtatus præcedat, & bellum ordiatur, Speidel. *in add. ad Be-*
2 *ſold. in Theſ. v. Mareſchall.* * Idem in adventu Cæſaris, bey dem Eintritt/ primus urbem ingreditur, qua de re Anno 1520. in adventu Carol. V. Aquisgrani ad Coronationem, orta concertatio inter Saxon. & Juliacenſes, uter primò cum equitatu ſuo urbem intraret, Saxones Jus Archi-Marſchallatus allegabant; Hi ex ſalvo conductu præcedentiam vindicabant, & aquas territorii ſui aſſerebant: quæ res, cùm per Imper. & EE. citò componi non poſſet, Juliæ Dux cum ſuo equitatu prorupit, Saxo verò ne ſuo Juri quicquam decederet, ultra quadrantem horæ Regem & Ordines detinendo, tandem omnem Comitatum in urbem perduxit. Eidem inſtar manſionariorum veterum incumbit per Vice-Marſchallum de Pappenheim, in conventionibus publicis foribus nomina adſcribere, à qua inſcriptione nemo Statuum immunis eſt, licet propriam domum in loco Comitiorum habeat; cumque in Comitiis Ratisb. Anno 1603. magni cujusdam Principis legatus ſibi ipſi domum elegiſſet, juſſus ad aliud hoſpitium tranſivit, *Arum. de comit. c. 6. n. 63. pag. 381.* Prout etiam Jurisd. in ſtatus Imp. eorum & exterorum legatorum familiam & peregrinos exercet, curam quoque vigiliarum habet, ut excubiæ nocturnæ ordinantur, & ſenatus publ. miniſtros hinc inde diſpoſitos habet, ne quid detrimenti ex ſeditione, tumultu, incendio civitati oriatur, *v. Beſold. verb.*
3 Einquartierung. * Poſtquam autem Franciæ & Thuringiæ populi S. Bonif. Moguntino præſule, qui in Friſia Anno 754. martyrium ſubiit, converſi ſunt, Saxones in ſua Idololatria pertinaciter perſeverando in Mersburg, idolum Hermes aut ſecundùm alios Martis coluerunt, quos Dagobertus Rex Auſtraſiæ primò coegit ad ſolvendum ſibi tributum 500. boum, dein Carol. Martellus, Carol. M. proavus fruſtra oppugnavit, qui mortuus eſt Anno 711. ut etiam Caroli Martelli filius Carolomannus fruſtrà attentavit; Et cùm hic factus eſſet Monachus Anno 746. fruſtra etiam conatus eſt, frater ejus Pipinus Anno 744. Carol. M. pater.
4 * Demùm ipſe Carol. M. Imp. poſt Comitia Wormatiæ habita Anno 772. oppugnare cœpit idolo everſo & 30. annis bello infeſtavit, tandem expugnavit & ad fidem convertit, quando Anno 785. Witikundus Dux Saxon. baptizatus fidem conſtanter ſuſcepit, & in his locis Carol. Epiſcopatus fundavit, Oſnab. Monaſt. Halb. Verdenſem, Mindens. Paderb. Hildeſienſem, quorum nunc aliqui rurſus ſunt principatus ſæculares. Poſtquam Saxones Anno 530. Dagobertus Rex Franciæ infeſtavit, & prælio ſuperior fuit, omnes qui ſtatura enſem ejus ſuperârunt, occidi juſſit, Anno 12. poſt non minore fortuna certavit, certum vectigal annui pecoris iis impoſuit, reditum fuit ad arma ſub Pipino Caroli M. Patre ubi Saxones pacem petere coacti fuere, & Anno 758. impoſitum iis fuit, ut annuo Francorum conventu 300. equos tributi nomine ſolverent, quod jugum cum diu ferre non poſſent, ſub Carolo. M. merito ut dictum, ad obedientiam reducti ſunt, quod bellum 33. annis duravit, *v. Reineccium de Saxonia orig. pag. 14.* Poſtquam autem Rulandus Heros magnanimus Caroli M. ex ſorore Bertha nepos in bello Gaſconico ad Roſcevallem Anno 778. occubuiſſet, cujus lacertis Imperatoris felicitas plurimum conſtitit, Imperatori in ejus honorem ſtatuas Rolandi paſſim erigi curavit, quæ adhuc variis locis extant.

* Septemviralis hæc dignitas in 5. familiis 5
ſtetit, I. Fuit Hermanni Billing. cui Otto M. Imp. Ducatum Saxoniæ ut Legato gubernandum, deinde tanquam Principatum & poſtremò ad heredes tranſitorium Electoratum conceſſit. II. Fuit Comitum Supplenburgenſium, quibus Henric. V. Saxoniam conceſſit. III. Ducum Bavariæ, nam Henricus Superbus Imp. ſuo Genero Henrico Bavaro eum donavit. IV. Aſcaniæ Principum in qua familia multis annis duravit. Primus autem fuit Bernardus Comes Aſcaniæ, qui incidente proſcriptione Henrici ſuperbi filii à Frid. I. de Saxonia inveſtitus eſt. V. Fuit Marchionum Miſniæ & Landgraviorum Thuringiæ, quibus Sigism. Imp. Caroli IV. filius hereditariam Saxoniæ gubernationem contulit, *Cluten. in Syllog. concluſ. 24. lit. m. Spreng. in delin. ſtat. Imper. pag. 271.* An absque injuria Ducum Saxoniæ Lauenburgenſium Sigism. Imper. Ducatum & Elect. Saxoniæ Frider. I. bellicoſo Marchioni Miſniæ conceſſerit? Affirm. Knichen. *in com. Jur. Sax. verbo Electorum. c. 2.* Utrum ſine injuria Anhaltinorum? etiam olim con-

controverſum fuiſſe ſcribit Cluten. *in Syllog. d. concl.* 24. *lit. m.*

6 Sicut vacante Imp. Palatinus Bavarus Vicarius eſt Imperii in partibus Rheni, ita E. Saxon. in locis ubi Jus Saxonicum ſervatur, & omnia illa poteſt, quæ Imp. niſi quædam ſpecialiter excepta ſint, *c.* 5. *A. B.* Sic Romulo defuncto centum patres remp. gubernabant, quisque duntaxat 5. diebus per ordinem, donec novus Rex crearetur, deinde mutato ſtatu regio, cum reip. causâ abeſſent conſules, res ad interregem deducebant, antequam autem Imp. ad Germanos devenit, diverſi erant Vicarii, quatuor in Oriente, *l. fin. C. d. divers. off.* ut in Thraciâ, *d. l. fin. Nov.* 26. in Ponto *d. l. fin.* qui ſublatus *Nov.* 26. reſtitutus à Juſtin. *Edict.* 8. *Buxt. in A. B. Th.* 52. Aſia & Macedonia, *d. l. fin.* Sep ‹m in Occidente, ut Romæ in Italiæ, *l.* 1. *C. ſi quis eum cujus tut. l.* 3. C. *de agric. & Cenſ.* Illyrico, Africa, *l. pen. C. de dilat.* Hiſpan. *l.* 3. *C. de pagan. l. fin. C. quor. bon.* Brittannia & Gallia, *l. Spadonem. §. fin. de Ex. tut.* Galliæ autem Præfectus prætorio fuit, *l.* 5. *C. de Jurisd.* Hi tamen vicarii non dicebantur, quod vices Imp. gererent, ſed quia præfectis prætorio erant ſubſtituti, *l.* 1. *§. à præfectu. de leg.* 3. *l.* 1. *C. de off. Vicar.* Hæc antiquiſſimis & priſcis temporibus. Deinde alii facti ſunt Vicarii temporales, alii verò perpetui & hereditarii: Item alii particulares, alii generales: Sic Domini de Scala dicuntur S. R. I. Vicarii Veronæ & Vincentiæ, Delphinus Galliæ conſtitutus à Carol. IV. Imp. fuit Vicarius Imp. per Regnum Arelatenſe exceptâ Sabaudia: Sic in ſuo territorio Vicariatum vendicant Dux Mediolani, Sabaudiæ, Mantuæ, Montisferrati, Mutinæ, & Regii. Hi autem Palat. & Saxo generales Vicarii ſunt Imperii Teutonici perpetui & hereditarii, licèt aliàs regulariter mandatum ad heredes non ſit tranſitorium, ſed morte concedentis finiatur, *l.* 26. *in p. ff. & §.* 10. *Mand. c.* 1. *de off. Vic. in* 6. *Covar. pract. q.* 4. *n.* 4. ut etiam morte ejus, cui mandatum eſt: Hic tamen ſecus eſt, tum quia Imperium, cujus ſtatus conceſſerunt hunc Vicariatum, non moritur, tum quia ut depoſitarum item locatarum rerum, duo ſunt genera, ita mandatum aliud regulare aliud irregulare eſſe poteſt, quod notiſſimos & vulgares mandati terminos tranſcendit.

7 Q. I. *Quid dicendum, ſi Imp. trans Alpes in Italiam abijt?*

Et hoc caſu Jus Vicariatus ad ipſos transferri volunt, Buxtorf. *Concl.* 54. *& Lim. lib.* 3. *c.* 52. *n.* 35. *Schütz. de Vicar. Imp. diſp.* 6. *Concl.* 9. *in Nucleo I. pub. & in Colleg. pub. Vol.* 1. *diſp.* 5. *concl.* 11. *Freher. ad c.* 10. *Petr. de Andlo.* hac ratione, quia mors & abſentia comparantur, *c. præſentia.* X. *de Teſtib.* ſed in caſu mortis ſunt iſti EE. Vicarii ex A. B. ergo. II. Quia per abſentiam ſedes Imper. quaſi vacare dicitur, *argt. c.* 2. *§. ſed neque.* X. *de Translat. Ep.* Non obſt. quòd hunc caſum A. B. non expreſſerit, ſed tantùm caſum vacaturæ, ideóque hic pro omiſſo habendus ſit, *l.* 12. *de Judic. l. mantus. C. de Procur.* extra autem limites privilegii non ſit extendendum, *c. ſane ubi Panorm.* X. *de privil.* R. Enim A. B. eſſe relativam ad privileg. Palatini *d. c. l.* relatum autem ineſt referenti cum omnibus ſuis qualitatibus, modis & conditionibus, *l. act. §. de re jud. l. in teſt. de cond. & dem.* Sic Rudolph. II. Palatinus Socer Carol. IV. Reg. Anno 1352, ejus Vicarius fuit, ita etiam Ludovicus Barbatus Palatinus Pius d. Vicariatum geſſit, cum pater ipſius Rupertus Cæſar exercitum in Italiam duceret, juxta diploma, quod extat apud Freher. *d. loc. de Anno* 1401. Sic Capitulum abſente Epiſcopo omnia poteſt, quæ eo mortuo, *Innoc. in c. ad abolendam. de hæret.* Ac licet d. diploma tantùm loquatur de Palatino: idem tamen in ſuo diſtrictu Saxoni competit, cui ſub omnibus modis & conditionibus, quibus Palatino Vicariatus tribuitur, *d. loc. §.* 2. quod tamen non placet Limn. *in annot. ad capit. Carol. V. n.* 3. *p.* 141. *n.* 7. *& n.* 42. *pag.* 146. Pro negativa quoque non deſunt fundamenta; I. Quia incluſio unius caſus vacantiæ inducit excluſionem alterius ab eo diverſi, nec ſit tranſitus aut extenſio in iis, quæ ſpecialiter à Rege conceduntur, *l.* 1. *de off. ejus.* II. Accedit diverſitas rationis, ut diverſum Jus conſtituatur, quando enim Imper. moritur, aut vacat alio modo Imp. tota poteſtas ad populum redit, non verò quando abeſt, tunc enim per alium adminiſtratur. III. Fulcitur exemplis, ſic enim Henric. VII. Joannem filium Regem Bohemiæ, Sigism. Conradum Epiſcopum Moguntinum. Carol. V. fratrem. Ferd. I. conſtituit Imper. Vicarios. IV. in A. B. iſti dicuntur Proviſores Imperii ergo non Imperatoris. V. Reddunt Imperium ad manus futuri Regis per Elect. ergo non quando redit Imp. ultra Alpes profectus.

Digitized by Google

fectus. VI. Eodem modo Juramenta fidel. nomine Imp. recipiunt, unde eorum poteſtas morte Imp. incipit, quæ aliàs expiraret cum morte, ſi eſſent mandatarii Imperatoris, *c. 1. de off. Vic. in 6. Clem. fin. de proc. §. 9. l. mand.* diverſa autem ſunt Imperium & Imperator, unde *in l. fin. ad l. jul. maj.* dicitur, qui hoſtili animo adverſus Imperium vel principem animatus eſt. Has ſententias conciliare conatus Arum. *diſc. 5. ad A. B. Th. 31.* an Imp. alium conſtituerit vel non, ut poſteriore caſu tantùm ob profectionem transalpinam poteſtas recidat ad eos. Sed eam rejicit Schütz. *diſp. 5. th. 11.* his motivis I. quod jus ſuum Imp. nemini auferre poſſit, *l. 13. §. 1. Com. præd.* Si ergo competit, non poteſt ei Imp. derogare. Non obſt. quod proviſio hominis tollat proviſ. legis, *l. 11. §. 1. de Teſt. tut.* hæc enim regula in publicis non procedit. Hinc Carol. V. abfuturus non niſi cum conſenſu Vicariorum Vicarium conſtituit Ferdinandum, datis utrique literis reverſalibus, quod non fuiſſet opus, ſi Jus hoc Imp. competiiſſet, nec vicariatus iſtis duobus EE. ex Jure & privilegio deberetur, Schütz. *diſp. 6. aſſert. 9. v. inf.* Quamvis ad hoc reſponderi poſſe ex Limn. *ad capit. Carol. V. p. 142.* illa reverſalia hunc habere effectum & reſervationem, quod Regimentum in abſentia Carol. V. inſtitutum hoc operetur, ne Palatino per utrumque caſum vel vacaturæ vel etiam abſentiæ, ſublato aliquando regimento, præjudicetur in ſuo vicariatu, ſed ut futuris temporibus mortuo vel abſente Imp. hoc Jus exercere poſſit. Saxoni verò ut futuris temporibus, quando vacare continget Imperium ceſſante Regimenti adminiſtratione non præjudicetur, ſed ex A. B. competens Vicariatus reſervetur, unde duo diverſa iſtis EE. data ſunt reverſalia, quod non fuiſſet opus, ſi idem utriusque Jus eſſet: Ac licet replicari poſſet, quia æquè intererat Saxon. ac Palatini bina reverſalia opus fuiſſe. Ad hoc ℞. data fuiſſe Pal. & Saxon. diverſa reverſalia diverſi tenoris, quod diverſitatem Jurium arguit. in caſu autem allegato ſinguli Status accipiebant reverſalia ingreſſu tantû mutato, in ſubſtantia planè ejusdem tenoris & ſtyli.

Cum E. Saxoniæ ſit Vicarius in locis Saxon. Juris

8 Q. II. *An etiam Vicarius ſit, ubi Jus Saxonicum in deſuetudinem abiit, aut abrogatum eſt?*

℞. Affirm. cum Buxtorff. *ad l. 13. th. 58. in fin.* ſufficit enim tempore latæ legis ibi ſervatum fuiſſe, nam ſuperveniens abrogatio Jus per legem Saxoni quæſitum adimere non poteſt, *argt. l. fin. de pact.* deinde id non tam cauſa privilegii fuit, quam demonſtratio, quæ non attenditur, ſi ſemel conſtat de re demonſtrata; Alias enim ſtante contraria ſententia Vicariatus Saxonis tot ſæculis confirmatus & quæſitus, brevi abolitione Juris Saxonici, aboliri poſſet, quod durum foret; unde ſicut EE. ſuum jus Vicariatus non amiſit, ubi jus Saxonicum in uſu eſſe deſiit, eadem ratione non amittet Saxo abolito Jure Saxonico.

Q. III. *Quid de aliis locis nec uni nec alteri aſſignatis provinciis dicendum?* 9

Et quidem in ſpecie de regno Arelatenſi ex ſpeciali conceſſione Palatinum in eo eſſe Vicarium, conſtat; licet ex A. B. non foret. Ad Italiam autem horum Vicariatum minimè extendendum cenſeo, quia Italia nec jure Saxonico, nec Suevico, nec Francico uſa eſt, tribuit autem A. B. Vicariatum in locis, ubi jus Franc. & Saxon. ſervantur, *A. B. cap. 5. §. 1. & 2.* quod multo magis obtinet, ſi text. legatur, hoc modo: im Land am Rhein Schwaben und Franken, ergo ultra aſſignatos terminos non ſunt Vicarii. *c. cum nobis. X. de off. Vicar. l. fin. de jurisd.* idem quoque obtinet, ſi A. B. textus intelligatur, de diſtrictu Franconico, oder vom Fränckiſchen Gebiet vel jurisd. Francica, uti vocem Gebiet/ pro diſtrictu, ubi Imp. exercetur, accipit Beſold. *in th. verbo* Geblüt. *argt. l. pen. de l. & l.* ubi ſumitur pro loco jurisd. quia hac interpretatione ſtante certum eſt, Italiam non fuiſſe ſub Jure, ſeu jurisd. vel diſtrictu Franciæ, conſtat enim Imperium Rom. ex variis nationibus, *c. fin. A. B.* Italiæ, Galliæ, Germaniæ, in quorum tribus ſunt Archi-Cancellarii: Germanicum ſeu Teutonicum ſubdividitur in Francicum & Saxonicum, unde ſequitur Italiam ad neutris nec Palatini nec Saxonis Vicariatum pertinere, *ita Lym. ad cap. Carol. V. d. loc. num. 55. & ſeq. pag. 148.* Adeoque cum fuerit in arbitrio Imp. & Imperii, cum conſenſu ſtatuum his EE. Vicariatû aſſignare unius vel alterius provinciæ, vel totius Germaniæ, inſtar patrisf. qui quibusdam filiis tutores dare poteſt, *l. 16. §. 1. l. 23. §. 1. de teſt. tut.* vel poteſt alium dare rei Africanæ, alium Aſiaticæ *l. 15. de teſt. tut.* meritò expreſſio & incluſio quorumdam locorum

rum excluſionem aliorum indicat, *juxta l. Martius. 21. C. de Proœm.* & Vicarium ultra territoria ſibi aſſignata Juriſd. Vicariatus exercere non poſſe, *text. in c. ſuam de off. Vic. Buxtorff. ad A. B. c. 5. diſſ.* 58. *Schütz. diſp. 5. de Vicar. th. 13. l. a.* diſſentientes his rationibus moventur. Quod in A. B. Palatinus dicatur Vicarius Imperii ut & Saxo. Imperium autem extra Germaniam, per Gall. & Italiam extenditur. Reſponſ. intelligi de toto Imper. Teutonico, alias enim non fuiſſe ſpeciali conceſſione & alio privilegio opus Palatino, quod obtinuit, ut eſſet Vicarius per regnum Arelatenſe. II. Quod ſine dubio toti Imp. providere voluerint legum conditores, non parti Imperii tantùm vel ſoli Germaniæ. ℞. Reponendo verba A. B. quæ ſi data ſunt, ut verè ſunt, ſtrictè ſunt interpretanda, vel enim iſta conceſſio mandatum eſt vel privilegium: Si mandatum, hoc non extenditur ultra expreſſa: *l. 5. mand.* Si privilegium hoc quoque ſtricti juris eſt, *c. porro. X. de privil. Giol. 2. obſ. 2. n.* 14. at A. B. certa loca limitativè reſtringendo iis aſſignat: in dubio quoque ſi verſaremur, verbis tamen inhærendum eaque ſpecialiter intelligenda. Excipit quidem Schütz *d. l. I.* ſi tam ſtrictè interpretanda A. B. ergo nec Regnum Arelat. continebitur ſub Vicariatu Palat. ℞. Non contineri ex A. B. ſed tantum per privilegium, aliud extenſivum Palatino ſpeciatim datum de quo Freherus *in not. ad Petrum de Andlo. pag. mihi* 200. II. Palat. dicitur Vicarius Imp. generalis d. privil. ℞. I. non tamen ex A. B. ℞. II. Cum Limn. ante Aurea Bulla & caſu quo Imp. eſt ultra Alpes, eſſe generalem poſtea hanc generalitatem in caſu vacaturæ. Saxoni communicatam, quam eidem etiam in caſu abſentiæ communicatam, ſupra dictum. ℞. III. Sicut dicitur ibi generalis in Ciſalpinis Regionibus, ita non repugnare dici generalem in locis, ubi jus Saxonicum viget, ſicut dicitur aliquando mandata univerſalis Juriſd. certarum cauſarum, perſonarum, locorum. Plura in contrarium allegat Buxtorff. *dict. diſſ.* 50.

11 Q. IV. *Quis Vicarius Imp. per Italiam tempore interregni?*

Hæc graviter controvertitur inter Pontificis fautores & Imp vindices. Quidam volunt, ſi Imp. morbo aut captivitate impediatur fungi ſuo Imperio, poſſe dari Italiæ Vicar. à popul. Rom. *Grot. de Jure bell. l. 2. c. 9. n. 11. in fin.* Secundò plurimi Canoniſtæ Pontifici adminiſtrationem tribuunt, *per c. licet X. de For. comp. Clem. Paſtoral. §. fin. de ſent. & re jud. c. ſi fratrum. X. ne ſed Vac. Clem. paſtoralis. de jurej. c. ad Apoſtolicam de ſent. & re jud. in 6.* Idque Clementem V. inſtituiſſe traditur, ex ratione, quòd quæ ſunt corporis alicujus per primam perſonam corporis expediantur, ut abſente decano locum ſupplet ſenior vel primus in capitulo. Sed hæc ſententia diſplicet Cyno *add. 5. de l. & n.* 53. & rejecta fuit prior ſententia tempore Ludovici Bavari & in decreto Comitiali aliud deciſum, Limn. *in an. ad Cap. Carol. V. pag.* 140. Qui Cinus dicit in hoc quoque non attendi, quid factum ſit Romæ; ſed quid fieri debuiſſet; Et addit hodie Imp. Vicarios per Italiam eſſe Duces Mediol. Sabaud. Mantuanum, quos tempore interregni Juriſd. Palat. & Saxonis ſubeſſe ſenſit Schütz. *d. diſp. 5. th. 9. lit. e* ſive quod ſubſtituti ſint noſtris Vicariis, ut tam late extenſi generalis Vicariatus onera allevarent ſicut veteres Vicarii ita dicti ſunt, non quòd eſſent Vicarii Imperatoris, ſed quia præfectis prætorio erant ſubſtituti, *l. 1. §. à præfectis, de Leg. 3. l. 1. C. de off. Vic.* II. addit quod dicti Vicarii vivente Impp. ei ſubſint, ergo etiam vacante Imperio ſubſint Palat. & Saxoni, qui Vice Imperatoris ſunt; Verùm diſplicet Limn. *in annot. cap. Carol. ad a. 3. in fin.* Si enim Palatinus & Saxo nunquam ſunt inſtituti Vicarii in Italia ergo ſubſtituti eis eſſe illi nequiverunt, de quorum inſtitutione non conſtat. Ad II. ℞. Id non procedere, quia dd. Vicarii non habent omnem poteſtatem, quam Imp. habuit, cùm reſtricta tantum ſit ad Germaniam unde conſequens Italiam ſub eorum poteſtate non eſſe, quamvis ſit ſub Majeſtate reali Imp. Romano Germanici.

Q. V. *Haſſia an Saxonico vel Palatino Vicariatui attribuenda?* 12

Prius voluit Buxtorf. ſed poſterius tradit Schütz *diſp. 5. th. 13. in fin.* cum ſpectet ad circulum Rhenanum R. A. *de Anno* 1522. Erklärung des Land-Friedens. nec probari etiam poteſt unquam in Haſſia jus Saxonicum obſervatum fuiſſe.

Circa Vicariorum poteſtatem, quæ conſiſtit in exercenda Juriſdictione & Judiciis, quæ exercere ſolebat Imp.

Q. VI.

13 Q. VI. *An etiam Auguſtiſſ. Imperialis Cameræ judicium Vicariatui ſubjaceat?*

℞. Affirm. *per text. A. B. c. 5. in p.* ubi indefinitè illa poteſtas datur, indefinita autem æquipollet univerſali, *argt. l. ſi pluribus, 44. de Leg. 2.* II. Camera non eſt exempta à poteſtate Vicariorum, ergo cenſetur contineri ſub regula, *l. 4. §. 1. de hered. Inſt.* & alias maxima pars judiciorum Vicariis adimeretur, & ita Anno 1519. & An. 1612. ſervatum eſt; Buxtorf. *ad A.B. Carol. V. diſſ. 59.* Schütz. *de Vicar. Imp. th. 10. & diſp. 5. In nucleo de reg. Rom. th. 14.* Eſt enim camera ut & judicium aulicum Imperii tribunal, & Conſiliarii hujus Archiepiſcopo Mogunt. ut Archi-Cancell. Imper. per Germaniam obſtringuntur.

14 Q. VII. *An etiam ad Vicariatum Saxonis judicium Camerale ſpectet?*

Ratio dub. pro Palatino ſolo hæc militat, quod is ſolus ſit Vicarius in partibus Rheni, Suevia, & jure Franconico, adeoque etiam Spiræ quæ urbs ad Rhenum ſita eſt, prout ſolus exercuit An. 1519. ſciente etiam Saxone. II. Videbatur Palatino id jus quidem competere, ſed non adverſus alios Saxoniæ Vicariatui ſubjectos exerceri poſſe, *argt. l. fin. de juriſd. c. 5. de off. Vic.* Verius tamen eſt ad utrunque Palat. & Saxon. pertinere, & ita Buxtorf. *aſſ 60. in fin.* ſervatum hoc proximo interregni tempore Anno 1657. ubi proceſſus 6. Maji ſub utriusque vicarii nomine & ſigillo expediri ceperunt. Cum enim Ferd. III. Imper. 2. April. ex morbo Viennæ deceſſiſſet, & Sereniſſ. Ferd. Maria ſup. & inf. Bavariæ Dux Palatinus Rheni, &c. 12. April. Monachio datas literas Vicariatus per Sueviam aliasque terras Franconici Juris publicari feciſſet, licet Carol. Ludov. Octovir Heidelb. ſibi Vicariatum adſcriberet, Saxon. verò Elect. eodem propè argumento diploma ſui Vicariatus in regionibus Saxonici juris de Vicariatu communicare vellet, reſponſum accepit à Saxone, ſe jam cum Bavaro divulgaſſet Heidelbergenſis vero ad Jo. Georg. II. Elector. Saxon. datis litteris Sigillo vicariatus communicaſſe & adhuc facere. *Ita Tuld. in Hiſt. Europ. lib. 7. de An. 1657. pag. 30.* idque quia eodem Jure ambo gaudent. *ex A. B. c. 5. v. Limn. in an. ad c. Ferd. III. a. 35.*

15 Q. VIII. *An à Vicariorum ſententia appellatio locum habebit?*

Id neg. ſi legitimo modo latæ ſint Buxtorf. *diſ. 62. Inſt. Schütz. de Vic. Imp. Th. 10.* nec enim eſt ad quem appelletur, non ad Imp. nec ad eorum unum quod idem cum Imperiali tribunal eſt, *argt. t. 1. C. de eo qui Vic. ult.* adhæc electus poſtea Imp. ante omnia eorum acta & geſta ratificare tenetur, repræſentant quoque Imp. ab eodem autem ad eundem non provocatur, Schütz. *in nucleo de Vicar. th. 10. lit. c. cap. Romana in p. de app. l. 1. §. ab eodem. quis & à quo appell. C. non putamus. de Conſuet. in 6.* Nec etiam ad Cameram datur appellatio quia à Vicarii ſententia non appellatur, niſi ad eum, ad quem appellaretur, ſi ipſe cujus vices ſuſtinet, judicaſſet, *dd. jur. Covar. pract. qq. c. 4. n. 8.* Sed Vicarii vices Imper. ac Imp. gerunt, quorum hæc ſunt tribunalia ab omni appellatione exempta, ergo ipſorum etiam ſententiæ. Ubi tamen obſervandum *cum Buxt.* quòd ſi pendente Vicariatu non ut Vicarii ſed tanquam EE. & Duces ſententiam dicant, tunc Inſpicienda ſit qualitas perſonæ judicantis, & provocatio admittenda perinde ac ſi Vicarii non eſſent, Schütz. *diſp. 5. de Reg. Rom. th. 15.*

Q. IX. *Quis vacante Imper. in ipſos Vicarios Juriſd. habeat?* 16

Diſting. vel conveniendi ſunt tanquam Vicarii & tunc cum repræſentent Imper. vel Imp. *Caſſan. in Catal. gl. m. p. 7. conſ.* 10. non in Camera, nec coram Auſtregis, ſed vel coram Imper. ordinibus vel coram novo Imp. conveniuntur, aut tanquam EE. aut Principes & tunc cauſa pertinet ad Auſtregas, & coram illis conveniuntur non obſtante Vicariatu, O. C. *p. 2. t. 34. §.* vel alias in Camera *argt. l. pen. de Senat. Buxtorff. diſ. 64.*

Cum Vicariis poteſtas detur ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi.

Quær. *Quænam ea ſint ad quæ Impp. præſentare poſſint?* 17

℞. Ubi jus præſentandi Imperator ex fundatione vel conſtructione tanquam patrono acquiſitum eſt, *c. nobis. 25. de Jure patron.* eaque præſentatio fieri debet infra quatuor menſes à patrono laico, alias devolvuntur jura; *c. un. de jure patron. in 6. Buxtorf. ad c. 5. A. B. differt. 65.* Schütz. *d. diſp. 5. Th. 16. Et in nucleo. diſp. 6. Th. 11. pag. 174.*

Cum ex A. B. *cap. 4. in p.* habeant poteſtatem

ſtatem reditus & proventus Imperii recolligendi Vicarii:

18 Q. XI. *An fructus collectos lucrentur?*

Quod Negat. Sed deductis expenſis reſiduum novo Imperatori reddere debent. *Buxt. diſſ. 66. lit. b.* ratio eſt, quia qui Vicarii & procuratoris nomine adminiſtrat fructus, deductis expenſis reſtituere tenetur, *l. 10. §. Item Labeo. 9. l. 59. §. 1. Mandat. l. 9. in negotiationem. ibi lucrum facere, &c. de adm. tut.* Nam lex colligendi & adminiſtrandi Jus tribuit cui non ineſt donatio, *argt. l. filiusf. 7. de donat.* Hinc & ipſi, licet ſubditorum merita remunerare poſſint, *argt. c. Abbate. de re Judic. in 6.* ipſi tamen fructus aliis liberè donare nequeunt, facit *d. l. 7.* hi fructus licèt tempore Frider. I. ſexaginta auri tonnas ſuperarent, hodie tamen proh dolor! exigui ſunt, ita enim deplumata eſt aquila. Buxtorf. *diſſ. 66. Schütz. de Vicar. Th. 11. & diſp. 5. Th. 17.*

Cum Vicarii poteſtatem habeant inveſtiendi de feudis & Juramenta fidelitatis nomine Imperii recipiendi, quando vaſallus vivo fortè Imp. ante paucos menſes mortuus eſt, A. *B. c. 5.* quæ tamen per Reg. Rom. poſtea electum innovari debent; à quo feuda Principum & quæ Fahnen-Lehen dicuntur, excepta ſunt d. textu:

19 Q. XII. *Quid de feudis Comitatus & Baronatus dicendum, an hæc quoque excepta, ita ut inveſtitura & collatio ſoli Imperatori ſit reſervata?*

Hæc quoque excepta ac reſervata cenſeo cum Buxt. *ad c. 5. diſſ. 68. lit. d. Schütz. in nucl. diſp. 6. Th. 13. & de I. p. Vol. 1. diſp. 5. th. 19. lit. b.* nam & Principum nomine veniunt. *Jacob de S. Georg. V. Co. Princeps. Sixtin. de reg. lib. 1. c. 3. n. 15.*

20. Q. XIII. *Quid de feudis Archi-Epiſc. Epiſcoporum, Abbatum?*

Cum & hi nomine Principum veniant, idem de ipſis judicandum, licèt non cum vexillis ſed ſceptro inveſtiantur, & hæc non Fahn- ſed Scepter-Lehen/ dici ſoleant, Buxtorf. *diſſer. 79. Schütz. in nucleo. diſp. 6. th. 13. p. 176.*

Cùm Vicariis tempore interregni omnis alienatio & obligatio rerum imperialium ſit prohibita, nam nec ipſe Imper. ex capitulatione alienare poteſt, *facit l. 1. §. 2. & r. t. de reb. eor. junct. l. 7. de Don. l. 1. de offer. Proc. Caſ.* prout Imp. Rudolph. I. ea quæ tempore interregni Comes Palat. & Marchio Badenſis occupârant, armis repetiit.

Q. XIV. *An in alienationem feudorum Imper.* 21
conſenſum præſtare poſſint?

Ratio dub. & affirm. eſt, quòd aliud ſit alienare, aliud alienationi conſentire, *l. 160. de R. I. Jacob. de S. Georg. in verbo Vicarius. n. 8.* Neg. fundatur *in l. 9. §. quod ſi don.* ubi conſenſus eſt loco alienationis, *latè Menoch. de arb. Jud. caſ. 208. num. 6. Buxtorf. ad A. B. diſſ. 70. lit. b. Schütz. in nucleo de Vicar. Th. 12. lit. c.*

Q. XV. *Quid ſi duo de Vicariatu contendunt, ut* 22
Bavarus & Palatinus?

℞. Vaſallus neutri jurare tenetur, adhibita tamen proteſtatione quod recognoſcere velit eum, qui potius Jus habere videtur, ita in caſu duorum Dominorum de feudi directo dominio contendentium, *Corbulus in tr. de Jure. c. 15. lim. 23. Menoch. 2. arb. Jud. caſ. 466. n. 12. Buxtorf. diſſ. 67.* quamvis hoc limitent in caſu, quo alter eſt in poſſeſſione, Roſenth. *de feud. cap. 52. num. 3.*

Q. XVI. *Succedit hic intricata & momentoſa* 23
controverſia, ut vocat, Buxtorf. diſſert. 71. *Quid de aliis nec prohibitis, nec ſpeciatim permiſſis ſtatuendum, an omnia generaliter Vicariis conceſſa cenſeantur, ut vigore A. B. poſſint ea, quæ Imperator?*

Affirm. Schlitz. *part. 1. I. publ. diſput. 12. lit. a.* Negat. Limn. *in annot. ad Capit. Carol. 5. a. 3. num. 12.* Utriusque ſententiæ rationes affert Buxtorf. *ad Auream Bullam. cap. 70. pag. 327.* Pro negativa Lim. facit, quòd Vicariorum omnis poteſtas ex mente concedentis, ſive legislatoris, ſive hominis dependeat, quæ ex verbis & literis conceſſionis innoteſcit ſicut mandatum ex tenore mandati *l. 5. Mand.* quæ igitur illis literis conceſſa ſunt ea habent, quæ verò conceſſioni inſerta non leguntur denegata cenſentur, omnis autem conceſſio & poteſtas Vicar. *ex cap. 5.* A. B. dependet Ubi deciditur I. Qui ſint Vicarii vacante Imper. II. quoúsque ſeu quamdiu duret Vicariatus. III. Quæ provinciæ cuique ſubjiciantur. IV. Quæ ſit poteſtas Vicarii. De hac nulla generalis extat clauſula, ſed dicit cum poteſtate (non addit libera vel generali ſed quaſi diceret ſequenti) nempè judicia exercendi, ad beneficia præſentandi, reditus colligendi, de feudis inveſtiendi. V. Feuda Principum

Digitized by Google

cipum excipit. VI. Alienationem interdicit. Non addit clauſulam ex qua ulla generalitatis nota reſultet, & omnia alia agendi, quæ conceſſio ſivè mandatum ſit, ſivè privilegium; juxta tenorem ſtrictè obſervanda nec extendenda eſt, *d. l. 5. Mand. cap. 7. X. de privileg. Gail. 2. obſ. 2. n. 14. Klock. de cont. cap. 16. ſect. 1. n. 67.* quæ igitur in literis conceſſa non reperiuntur, ea facere non poterunt. *c. cum lim. de off. deleg.* nec ad alia extendere. II. Facit quòd ut dictum, certa quædam exprimantur, quorundam autem expreſſio & incluſio ſit aliorum excluſio, *l. maritus. 19. C. de Procurat.* III. Textus videtur reſtringere, dum dicit cum poteſtate judicia exercendi, Germanicè mit dem Gewalt/ quæ vox ad ſequentia relativa & reſtrictiva cenſetur. IV. Specialis quorundam enumeratione non fuiſſet opus, ſi legiſlatores omnia Vicariis indulgere voluiſſent. Pro affirm. verò etiam non levia militant argumenta; I. Quòd Vicarii adminiſtrent nomine Imperii quando vacat, adeoque Imperium videatur talem adminiſtrationem in dubio voluiſſe concedere qualem ipſum habet, habet autem Imper. vacans eam poteſtatem, quam aliis Imp. Reſp. id quidem in dubio obtinere fortè, licèt non probetur, per text. pro contraria ſententia allegatos, *l. 2. C. de off. ejus qui vicem alt. c. ſi quis Epiſc. 2. q. 6. l. 1. §. à præfectis de leg. 2.* at nos non verſamur in dubio, ſed verba Conſt. Carol. ſunt luce meridiana clariora, quibus ſtrictè inſiſtendum, Gœdd. *ad l. 6. §. 1. de V. S. n. 25.* & cum limitata poteſtas appareat, dubium ceſſat. II. Conſtat quòd Lex Imper. quædam ſpecialiter Vicariis prohibuit, & Imp. futuro reſervavit, ut inveſtituram de feudis regal. & Principalibus, exceptio autem firmet legem in caſu non excepto, *l. quæſitum. §. Idem reſp. de inſt. leg. l. 12. de Jud.* Reſp. Neg. ſuppoſitum, quia non dedit A. B. generalem Vicariis poteſtatem, ſed ſpecialem ſingulis actibus expreſſis. Adhæc dictam conceſſionem illam quia certos actus exprimit ſpecialem eſſe non generalem, aut eſſe tantùm generalem reſpectu actuum conceſſorum, niſi limitatio appareat, ſic enim generalis poteſtas eſt judicandi, inveſtiendi de feudis, quorum variæ ſunt ſpecies ſub genere contentæ, in genere judicandi non reperitur exceptio ut in Feudis, & hoc modo facilis eſt reſponſio ad add. II. nec etiam quæ ſpecialiter Vicariis denegat, ut alienationes Imp. futuro reſervatæ ſunt. III. Arguunt affirm. quod Vicarii habeant mandatum cum libera, *argt. l. præſes. C. d. Transl. 1. de off. proc.* qui tale habet, poteſt facere ea quæ dominus, *l. 60. §. 4. mand.* Reſp. Neg. maj. cum min. IV. Ajunt id in omnium Regum & Principum Vicariis obſervari, *juxta Buxt. diſſ. 71.* qui ad hoc multos allegat, ergo & noſtris Vicariis. Reſp. Lima. Hoc magnum eſſe præſuppoſitum, quod fide non comprehenditur, ſed per inductionem ſingulorum Regum & principum Vicariorum probandum eſſet. Deinde poſita ejus veritate, diſcrimen eſt conſtituendum inter Vicarios Regum & Regni ſivè Imperii quales ſunt noſtri. Demum non ſequitur in materia ſtatus hoc alibi ſervatur, ergo ubique & in noſtro Imperio ita etiam ſervari debet, cùm hæc pro diverſitate rerump. varia ſint & arbitraria. V. Tradunt, cum nulla exceptio poſſit eſſe ſine regula, *arg. l. 1. de R. I.* in d. autem c. 5. A. B. inveniantur reſervationes & exceptiones, ſequitur, quòd regula præmiſſa cenſeatur, Reſp. Unicam tantùm in d. c. 5. reperiri exceptionem ab una regula, quæ erat tradita circa inveſtituram Feudorum, unde non ſequitur unam generalem indeterminatam & indefinitam regulam præmiſſam, ut d. in ratione prima pro negativa ante allata. Quod autem ibi ſtatuitur alienationem interdictam eſſe Vicariis, hæc regula eſt, non exceptio. VI. Ajunt. Si lex cætera concedere, *argt. l. veteribus, de pact.* Vicariis noluiſſet, ea quæ determinatione non comprehenduntur denegavit. VII. Allegant traditionem Dd. quod Vicarii Regum omnia poſſint quæ Reges, niſi quædam ſpecialiter ſint excepta, Roſenthal *cap. 10. de Feud. concl. 39.* Reſp. Illam traditionem obtinere in iis qui habent mandatum generale, ſecus eſt in iis qui ſpeciale habent: Et rurſus Vicarii regum & regni hic malè confunduntur. VIII. Fundant ſe in privilegio Carol. IV. de Anno 1375. Reſp. Illud loqui non de caſu vacantiæ, ſed quando Imp. eſt ultra montes, quod privilegium cum Vicariatu vacantiæ non legitur parificatum. IX. Monent conſiderandum quòd Vicarii hi ſint à lege vel Imperio

conſtituti, & ita majorem habeant poteſtatem, quam conſtituti ab Imperatore, prout Imperium plus eſt, quàm Imperator, ut alibi oſtenſum eſt, quando actu de reſervatis & majeſtate reali ac perſonali. ℞. Eſſe diſcrimen reſpectu cauſæ efficientis, ſed quoad vim Jurisdictionem ac poteſtatem pro arbitrio efficientis ea major vel minor eſſe, & evenire poteſt, ut conſtitutus Vicarius à Principe majorem habeat poteſtatem quàm à lege vel imperio ſi ita viſum fuit concedenti, ſic poteſt Imp. in caſu abſentiæ conſtituere, & conſtituiſſe Vicarium cum generali & libera poteſtate. Lex autem in caſu ſimili conſtituit cum poteſtate aliqua reſtrictiva. II. ℞. Differentiam faciendam inter caſum vacantiæ & abſentiæ; Securiùs enim in caſu abſentiæ generalis poteſtas Vicario conceditur, ſive à principe ſive à lege, quàm in caſu vacantiæ propter pericula quæ interregni tempore frequentiora ſunt, aut ne Vicarii turbarum fiant cauſæ, ac Vicariam liberámque poteſtatem in ordinariam & perpetuam convertant, quare tutiùs eſt ut Vicariis limitata concedatur poteſtas, in reliquis autem agendis, Regni vel Imperii ſtatus cum Vicariis concurrere debeant. *Ita Limn. in annotat. d. loc. à n. 12. ad 46.*

Verùm ſtante affirm.

24 Q. XVII. *An Majeſtatem habeant & Vicariis plenitudo poteſtatis competat?*

Affirmantes aliquos recenſet Buxt. *c. 5. A. B. diſſ. 7.* utrumque tamen meliùs negatur. I. Cùm Majeſtas ut priùs probatum, non ſit niſi perpetua, Vicarii autem ad manus futuri Regis Imperium reſtituere debeant, *A. B. c. 5.* Deinde majeſtas nulla eſt, quæ proprio nomine non exercetur, Vicarii autem omnia nomine Imperii faciunt. Poſterius prob. cum Limn. quia plenitudo præcipuum Majeſtatis reſervatum eſt, reſervata autem mandato etiam generali non continentur, ſed ſpecialem conceſſionem requirunt. *c. cum generali. de off. Vic. in 6.* Licèt Comes Palatinus Doctorem equeſtri dignitate ornâſſe & Civi alicui quinquennales inducias Anno 1619. conceſſiſſe legatur, Schütz. *diſput. 5. de Reg. Rom. Th. 13. Buxtorf. ad A. B. differt. 72.* Verùm de jure noſtra quæſtio eſt, non quid fiat, ſed fieri ex Aurea Bulla poſſit.

25 Q. XVIII. *An ad gratioſa Vicarii manum admovere, eáque concedere poſſint?*

V. Buxt. ref. ad cap. 5. aſſ. 73. Schütz in nucl. de Vicar. th. 12. Negat, per *c. fin. de offic. Vic. in 6.* idemque de Vicariis Epiſcopi tradit Menoch. *conſ. 52. n. 75.* cum in generali mandato non veniant ea quæ ſpeciale requirunt, *c. 4. de proc. in 6. c. 5. de offic. Vic. in 6.* & quod gratioſa ut plurimùm alienationem quandam ſapiant, adeoque alienatione iis negata hæc quoque negata cenſeantur, quamvis, ſi alienationem non contineant nec Imperio ſint damnoſa, ut ſi natalibus ſpurium reſtituunt, hæc eis concedi poſſe velit Buxtorf. *cit. loc.*

Q. XIX. *Quibus modis Vicariatus expiret?* 26

℞. Modus finiendi ut conſtituendi duplex eſt, ſicut enim Vicarius ob abſentiam vel vacationem conſtituitur, ita his cauſis ceſſantibus ejus adminiſtratio ceſſat, *argt. c. cum ceſſante X. de app.* Prior reverſo, Poſterior electo novo Rom. Rege. In hoc tamen poſteriore inſuper acceptatio à parte electi requiritur, imò ſi electus non exiſteret intra fines Imperii, acceptatio non ſufficiet, ſed etiam ejus adventus in Imp. requiritur, tam diu enim Vicaria poteſtas durabit, ut factum eſt tempore Carol. V. qui menſe Junio Anno 1619 electus, ſed in Germaniam venit An. 1620. ſub initium Veris, & tamdiu Vicariatus continuatus fuit. Nec expectatur Coronatio, cum hoc A. B. non requirat, ergo nec nos, ſtatim enim poſt electionem confirmat privilegia, & adminiſtrationem Imperii conſequitur, Buxtorf. *ad A. B. c. 5. diſſ. 57. Schütz. diſp. 5. Th. fin. & diſp. 2. Th. 18. per tot.*

Q. XX. *Cum electus acta Vicariorum ratificare teneatur, idque in Capitulatione Juramento promittere ſoleat: An indifferenter omnia ratificare teneatur Imp.* 27

Reſp. Neg. ſed ſi talis actus ſit, qui à Vicario Jure geſtus eſt, cùm in omni promiſſione tacita hæc inſit conditio, *l. 30. d. oper. lib. l. 54. §. fin. tot.* actus verò Juri contrarius nullus eſt, *l. 5. C. de ll.* adeoque firmari nequit, cum non entis nullæ ſint qualitates & accidentia, hinc quod Vicarius ultra diſtrictum ſui Vicariatus geſſit, Imper. confirmare non tenetur, quia inique fecit, *l. fin. de Juris d. Ita Schütz. in nucl. diſput. 6. th. 36. & in l. p. vol. 1. diſput. 5. th. ult.*

Cum Vicariatus ejus ſit in partibus ubi Jus Sax. viguit ut in Bohemia, Sileſia, Moravia, Luſatia, Miſnia, Marchia, Brandeb. Thuringia usque ad limites Franconiæ inferiore & ſuperiore Saxonia, Ducatu Brunſwic. & Luneburgenſi:

Digitized by Google

28 Q. XXI. *An Ducatus Megapolitanus, Pomerania, & Holſatia his annumerentur?*

A quibusdam ambigitur; *ut monet Spreng. in ſtat. Imp. delin. p. 270. ſed non reſolvit.*

Pro ulteriore declaratione notand. Cùm officium Mareſchalli Vice-Mareſchallo in abſentia Electoris competat.

Q. XXII. *An Electorum legatis potius, quàm*
29 *ipſis competat?*

Cùm Frid. Elect. Saxon. ad Coronationem Carol. V. Principem Anhaltinum miſiſſet, non hic Legatus ſed Pappenheim officium demetiendi avenam adminiſtravit. Et tunc quoque pro ſub-pincerna de Limburg, contra Legatum Regis Bohemiæ judicatum fuit, ipſeque de Limburg vinum propinavit.

30 Quia autem Archi-Mareſchallus enſem Imperialem præferens immediatè Regem antecedit, A. B. c. 22. eo verò id facit Vice-Mareſchallus, orta eſt controverſia in funere Ferd. I. Anno 1565. Viennæ, ob inſignia funeri præferenda ad Eccleſiam S. Steph. Coronam, Pomum, Sceptrum. Et cum Vice-Mareſch. de Pappenheim gladius non traderetur, inſtanti verò Cæſaris Vice-Cancell. Zaſius negavit his rationibus. I. Quòd actus Exequiarum Imperium non concerneret. II. Quod non eſſet gladius Imperii, ſed quo Cæſar latus accingere ſolitus fuerat. III. Quòd gladius non portaretur evaginatus. Cui replicavit Vice-Mareſchallus adeſſe ſimul multos Imperii ſtatus, ut etiam Hungar. & Bohemiæ, quorum regnorum intuitu enſes deportarentur. II. Quòd tam magno enſe Cæſar nunquam accingi viſus eſſet. III. Quòd Imp. Maximil. electo etiam Francofurti enſis in vagina prælatus eſſet. Cùm autem Comes de Pappenheim nihil obtineret, proteſtationem coram præſentibus & deinde coram Regia Majeſtate interpoſuit, & Imper. 3. Jun. Anno 1566. Auguſtæ decrevit, quicquid in hoc exequiarum actu factum id officiis nullum præjudicium allaturum.

* Mortuo Electore Joanni Georgio Anno 1650. 31
8. (18.) Octobr. Electoratus hic obvenit Joanni Georgio II. ſeniori filio annum agenti 45: qui regimen ſuſcepit Anno 1657. recepto Juramento Lipſiæ, exceptus cum conjuge Magdalena Sybilla Brandeburgica ab Academicis erecto Parnaſſo, *Tulden. pag. 3. hiſt. hujus temporis pag.* 129. Ditiones autem vi teſtamenti paterni in 4. partes diviſæ ſunt. I. Electori Saxoniæ Miſnia, Luſatia ſuperior, una cum fodinis montenſibus acceſſit, II. Auguſtus partem Thuringiæ, Hall, & 3. Satrapias accepit, Chriſtiano obvenit Epiſcopatus Mersburg. inferior Luſatia, & 5. Satrapiæ, IV. Mauritio Epiſcopatus Naumburgenſis, & pars Voitlandiæ & Henneberg.

Auguſto Magdeburg natus eſt filius Henricus 29. Septembris Anno 1657. & Albertus 14. Aprilis An. 1659. Chriſtiano Mersburgi natus eſt filius Anno 1656. Mauritio quoque filius 12. Martii 1664.

CAPUT XXV.

De Electore Brandeburgico.

SUMMARIA.

1. *Elector hic eſt S. R. I. Archi-Camerarius.*
2. *Quando Electoratum acceſſerit.*
3. *Hic E. eſt Dux Pomeraniæ.*
4. *Habet Magdeburgenſis Principatum.*
5. *Item Halberſt. Mind. Caminenſem.*
6. *Eſt Dux Boruſſiæ.*
7. *De Camerario Imperatoris.*
8. *Saxo vacante Imperio per has partes eſt Vicarius.*
9. *Controverſia de Ducatu Jul. Cliv. Mont.*
10. *Succeſſio Brandeburgica.*

Digitized by Google

1 Elector Brandeburgicus S. R. I. Archi-Camerarius eſt, qui in celebratione Imperialis Curiæ vel Reg. Rom. aquam lavandis manibus Imper. vel Regis Romani miniſtrat.
2 Dignitas * autem Electoralis per Ottonem III. huic ditioni acceſſit, huic verò potiùs quàm aliis ditionibus etiam majoribus ideo annexuit Electoratum Otto III. quia EE. Mogunt. & Palatinus ad Rhenum reſident; ne Electores in una parte Germaniæ reſiderent. Reſidet E. in Berlin. Civitas autem Brandeburg. à Brandone Francorum Duce Anno Chriſti 140. extructa eſt, ut & Francofurtum ad Oderam fluvium piſcibus affluentem Anno 146. ubi Anno 1506. Univerſitas erecta fuit. Idem die Sund/ ad Mare, ubi Odera in Mare influit, à Sunone extructa eſt. Hic Marggraviatus ſæpius alios & alios habuit regentes, nam Anno 1319. extincta familia recidit ad Imperium, & Cæſar Ludovicus Bavarus inveſtivit de eo Filium Ludovicum; poſtea Duces Bavariæ Anno 1373. vendiderunt eum Carolo Regi Bohemiæ pro ducentis millibus flor. ſolutis parata pecuniâ 100. millibus, pro altera precii medietate oppignoratis diverſis Bohemiæ Civitatibus cum pacto reluitionis, & Marchionatum gubernavit Joan. Caroli IV. filius; Poſt tempus ſoluta pecunia Marchionatûs venit ad Marchiones Moraviæ, qui cum oppignorârunt Guilelmo Marchioni Miſniæ, demum in Concilio Conſtantienſi per Sigism. Imper. translatus ad Fridericum Burggravium Norinbergenſem ex Comitibus Zolleranis; qui vendito Burggraviatu Norinbergenſi precium convertit in Marchionatum, vel ſecundùm Münſterum Anno 1417. in Nürnberg/
3 * Hic E. Dux eſt Pomeraniæ, quam ex contractâ fraternitate mortuo ultimo Duce Brandeburgenſes obtinuerunt, hodie autem totum non poſſident, ſed una par ad Suecos, ſcil. Citerior Pomerania, vulgò Vor-Pommern/ *ex inſtr. pacis.* pervenit, ut & ex Pomerania ulteriore Stetinum, Sactz, Dam, & Rugiæ Principatus, cujus tamen titulum gerit Brandeburgicus. Ulterior verò Pomerania ad Brandeb. ſpectat, licet titulis & inſigniis Pomeraniæ tam Regia domus quàm Brandeburgica promiſcuè utatur; Regia quidem perpetuò, Brandeburgica verò quamdiu maſculus ex lineâ ſupererit.
4 * Idem Elector poſſidet nomine Ducis Archi-Epiſcopat. Magdeburg. ita ut quandocunque eum morte aut ſucceſſione in Electoratu vel alia conceſſione præſentis adminiſtratoris Domini Auguſti Ducis Sax. vacare continget, hic Archi-Epiſcopatus cum omnibus eo pertinentibus territoriis, regalibus & Juribus, Jure Feudi perpetui ad Dominum Elect. Brandeburg. pertineat, *Inſt. Pat. Suec. punct. 11. ibi ſimiliter, &c.*

Idem tenet nominè Principis & Jure Feudi 5
perpetui Epiſcopat. Halberſtad. Mindenſem, & Camminenſem; poſteriorem cum hoc Jure, ut integrum ſit Electori Canonicatus, poſt deceſſum Canonicorum extinguere, & ſic temporis ſucceſſu totum Epiſcopatum ulteriori Pomeraniæ incorporare, *punct. 11. ibi teneatur. idem dominus.* Et quia Comitatus Hohenſteinenſis pro parte Feudum eſt Epiſcopatus Halberſtadienſis, poſt ultimò defunctum in familiâ comitem eidem Epiſcopatui applicatus, ac à Domino Archi-Duce Leopoldo Guilielmo tanquam Epiſcopo Halberſtadienſi hactenus poſſeſſus eſt, & penes iſtum comitatum irrevocabiliter permanebit, *punct. 11. ibi cum etiam.* * Idem 6
E. eſt Dux Pruſſiæ quam Albert. Marchio Brandeburg. poſſedit ut Magiſter ordinis Teutonici, & tandem Regi Poloniæ detulit, à quo Pruſſiam ſub nomine Ducali, & Jure Feudi perpetui recognovit, Knipſch. *de Jurib. civit. lib. 4. c. 2. num. 10.* Reinck, *de reg. ſæc. lib. 1. claſ. 2. c. 9. n. 33.* dividitur autem Pruſſia hodie in regalem & ducalem: hanc Brandeburg. Elect. una cum capite provinciæ Königsberg/ꝛc. poſſidet, illi verò cujus caput eſt Gedanum Rex Poloniæ imperat, & majorem in ea quàm Polonia habet poteſtatem, omnes magiſtratus à Rege deſignantur, & civium magiſtros Germanos eſſe oportet. Poloni autem nec ad magiſtratus nec ad artes Mechanicas admittuntur, Spreng. *in delin. ſtat. Imp. pag.* 293. Olim Pruſſia Ulmnavia dicta fuit à Pruſſa Rege Bitiniæ nomen illud ſortita, ubi Vedenetius Boruſſiæ Princeps, cùm 12. filios haberet, terram in 12. Ducatus diviſit; in Gudaviam, Sambiam, Natangiam, Nadroviam, Slavoniam, Bartoniam, Galendiam, Varmirem, Hegerlandiam, Pomeraniam, Culmenſem Ducatum & Michloviam.

Sicut hic eſt Camerarius Imperii ita etiam 7
Imperator in ſuâ quotidiana aula habet ſupremum aliquem

Digitized by Google

aliquem cubicularium cui ſubſunt omnes alii cubicularii & cubiculo in ſervientes, hic Oratores Regios, Legatos, Principes, Dominos, Equites, ad Sac. Cæſ. Majeſt. audientiam ſolet adducere, literas fiduciarias ſeu creditivas ab agentibus & ſollicitatoribus tam exterorum magnatum, quàm Imp. principum, aliorumque qui ad aulam Cæſ. ablegantur, accipit, Cæſari tradit, & præfixum tempus audientiæ per cubiculi quendam portitorem indici curat, ſæpè noctè ante cubiculum Cæſareum vigilias agit, deauratam clavem cubiculariam holoſericæ tæniæ nigræ appenſum in ſignum officii ſui portat, conſimiles claves cæteris ſub-Camerariis vel ſub cubiculariis tradit, cui peregrè abeuntes easdem retrò tradunt, redeuntes verò recipiunt; ſunt autem cubicularii plurimi, alii tantùm honore & titulo, alii autem actu & operâ. Horum numerantur 12. & ex illis duo per ſeptimaniam ante conclave Cæſ. noctu vigilant, ubi Cæſar in ante-Camera menſæ accumbit, dapes appoſitas prælibant, Dapiferi verò, vel ex antiquis Nobilibus familiis oriundi vel Barones & Comites menſæ inſerviunt, idemque agunt Pincernæ & Panetarii quorum multi ex pueris nobilibus, quos nominamus Ephebos, qui in ſtudiis & exercitiis aliis educati ad dapiferorum, & pocillatorum, aliaque ſublimiora officia ſecundum cujusque qualitates promoveri ſolent, Lymn. *annot. ad art.* 41. *Capit. Ferd. II. pag.* 609. *&* 610.

8 Vacante Imp. hic Elector Saxoniæ Vicariam poteſtatem exercet. Poſtquam enim Henric. I. Imp. Civitatem Brandeburg. Anno 920. obſediſſet, caſtris hyeme collocatis ſuper glaciem, & eam occupâſſe: hi & alii populi ultra Albim cum religione Chriſti linguam & mores Saxonicos aſſumpſerunt, & per hanc conſequentiam huic Vicariatui ſubſunt.

9 Per obitum Joan. Guilelmi ultimi maſculi Duci; Jul. Cliviæ, Montium Anno 1609. ex ejus ſeniore ſorore Maria Eleonora Alberto nuptâ, filia Ann. Brandeburgico nupta, Sigismund. Elect. Brandeburg. & ejus deſcendentes Georg. Guilelm. & modernus Elect. Frider. Guilelmus ſibi Ducatus vendicant, & pro Jure hoc deducendo prodiit Anno 1641. remonſtratio. 301. articulis comprehenſa.

10 De origine antiquiſſimæ domus Zolleranæ, quæ originem ante mille annos recenſet, ex qua ante 500. annos Norinbergenſes Burggravii, & ex his ante 250. An. Domus Electoralis Brandeburgica fluxit, non attinet hic agere, qua de re dictum alibi. Id de primis Burggraviis ex domo Zollerana minimè prætereundum, quod Friderici III. Cæſar Rudolphi I. ex Sorore filius poſtquam ejusdem Soceri Dux de Meran, Tode, qui reſidentiam habuit in arce Plaſſenburg juxta Culmbach ibid. Anno 1448. interfectus eſſet, Zolleranum territorium hæreditate defuncti variis locis & civitatibus auxerit & in Franconia varias donationes fecerit, Cujus nepos Joan. II. non tantùm arcem Plaſſenburg una cum Culmbach, Borneck, Trebgaſt, aliasque urbes à Comite ab Ortemund Burggraviatui per emptionem adjunxit, à Cæſare etiam in locum tenentem Marggraviatus Brandeburgenſis cooptatus.

Hujus quoque filius Burggravius Fridericus V. territorium adjectis Schwabach / Gürtzenhauſen / Waſſertrudingen / Hoſmünchberg / Feuchtwang / Uſſenheim / cum aliis civitatibus partim à Comitibus de Naſſau / partim à vicinis ſtatibus acquiſivit. Hicque Fridericus à Sigismundo Imper. in locum tenentem Marchionatus aſſumptus, & propter fidelem navatam operam, & quia Cæſari in Hungariæ & Bohemiæ negotiis occupatus, hiſce locis præeſſe non poterat, nec heredum maſculorum ſpem habebat, de Territorio & Electoratu hoc numeratis 400000. flor. Anno 1417. 18. April. Conſtantiæ durante Concilio publicè & ſolenniter inveſtitus Elector, Joann. nepos ejus Anno 1482. cum Ducatu Croſſen in Sileſia & Georg. fratris Filius, à matris ſuæ fratre Rege Bohemiæ Uladislao, de Ducatu Jägendorff proviſus eſt; Ejus frater Albertus Anno 1525. Pruſſiam à Rege Polon. in feudum hæreditarium obtinuit. Elector Sigism. Anno 1609. mortuo conjugis ſuæ avo ultimo Duce Juliæ, Cliviæ & Montium, una cum Principe Neoburgico ad has ditiones adltum obtinuit, & ejus filius Elector, Georgius Guilelmus Anno 1637. mortuo ultimo poſſeſſore vi pactorum Ducatum Pomeraniæ obtinuit. Ejus filius Fridericus Guilelmus modernus & XI. Elector ex hac domo Burggravorum pro promovenda pacificatione Germaniæ, ceſſit ante Pomeraniam cum Principatu Rugen Coronæ

Digitized by Google

controverſum fuiſſe ſcribit Cluten. *in Syllog. d. concl.* 24. *lit. m.*

6 Sicut vacante Imp. Palatinus Bavarus Vicarius eſt Imperii in partibus Rheni, ita E. Saxon. in locis ubi Jus Saxonicum ſervatur, & omnia illa poteſt, quæ Imp. niſi quædam ſpecialiter excepta ſint, *c.* 5. *A. B.* Sic Romulo defuncto centum patres remp. gubernabant, quisque duntaxat 5. diebus per ordinem, donec novus Rex crearetur, deinde mutato ſtatu regio, cum reip. causâ abeſſent conſules, res ad interregem deducebant, antequam autem Imp. ad Germanos devenit, diverſi erant Vicarii, quatuor in Oriente, *l. fin. C. d. diverſ. off.* ut in Thraciâ, *d. l. fin. Nov.* 26. in Ponto *d. l. fin.* qui ſublatus *Nov.* 26. reſtitutus à Juſtin. *Edict.* 8. *Buxt. in A. B. Th.* 52. Aſia & Macedonia, *d. l. fin.* Septem in Occidente, ut Romæ in Italiæ, *l.* 1. *C. ſi quis eum cujus tut. l.* 3. C. *de agric. & Cenſ.* Illyrico, Africa, *l. pen. C. de dilat.* Hiſpan. *l.* 3. *C. de pagan. l. fin.* C. *quor. bon.* Brittannia & Gallia, *l. Spadonem. §. fin. de Ex. tut.* Galliæ autem Præfectus prætorio fuit, *l.* 5. C. *de Jurid.* Hi tamen vicarii non dicebantur, quod vices Imp. gererent, ſed quia præfectis prætorio erant ſubſtituti, *l.* 1. §. *à præfectu. de leg.* 3. *l.* 1. *C. de off. Vicar.* Hæc antiquiſſimis & priſcis temporibus. Deinde alii facti ſunt Vicarii temporales, alii verò perpetui & hereditarii: Item alii particulares, alii generales: Sic Domini de Scala dicuntur S. R. I. Vicarii Veronæ & Vincentiæ, Delphinus Galliæ conſtitutus à Carol. IV. Imp. fuit Vicarius Imp. per Regnum Arelatenſe exceptâ Sabaudia: Sic in ſuo territorio Vicariatum vendicant Dux Mediolani, Sabaudiæ, Mantuæ, Montisferrati, Mutinæ, & Regii. Hi autem Palat. & Saxo generales Vicarii ſunt Imperii Teutonici perpetui & hereditarii, licèt aliàs reguariter mandatum ad heredes non ſit tranſitorium, ſed morte concedentis finiatur, *l.* 26. *in p. ff. & §.* 10. *Mand. c.* 1. *de off. Vic. in* 6. *Covar. pract. q.* 4. *n.* 4. ut etiam morte ejus, cui mandatum eſt: Hic tamen ſecus eſt, tum quia Imperium, cujus ſtatus conceſſerunt hunc Vicariatum, non moritur, tum quia ut depoſitarum item locatarum rerum, duo ſunt genera, ita mandatum aliud regulare aliud irregulare eſſe poteſt, quod notiſſimos & vulgares mandati terminos tranſcendit.

7 Q. I. *Quid dicendum, ſi Imp. trans Alpes in Italiam abiit?*

Et hoc caſu Jus Vicariatus ad ipſos transferri volunt, Buxtorf. *Concl.* 54. *& Lim. lib.* 3. *c.* 52. *n.* 35. *Schütz. de Vicar. Imp. diſſ.* 6. *Concl.* 9. *in Nucleo I. pub. & in Colleg. pub. Vol.* 1. *diſſ.* 5. *concl.* 11. *Freher. ad c.* 10. *Petr. de Andlo.* hac ratione, quia mors & abſentia comparantur, *c. præſentia.* X. *de Teſtib.* ſed in caſu mortis ſunt iſti EE. Vicarii ex A. B. ergo. II. Quia per abſentiam ſedes Imper. quaſi vacare dicitur, *argt. c.* 2. §. *ſed neque.* X. *de Translat. Ep.* Non obſt. quòd hunc caſum A. B. non expreſſerit, ſed tantùm caſum vacaturæ, ideóque hic pro omiſſo habendus ſit, *l.* 12. *de Judic. l. mantus. C. de Procur.* extra autem limites privilegii non ſit extendendum, *c. ſane ubi Panorm.* X. *de privil.* R. Enim A. B. eſſe relativam ad privileg. Palatini *d. c. l.* relatum autem ineſt referenti cum omnibus ſuis qualitatibus, modis & conditionibus, *l. act.* §. *de re jud. l. in teſt. de cond. & dem.* Sic Rudolph. II. Palatinus Socer Carol. IV. Reg. Anno 1352. ejus Vicarius fuit, ita etiam Ludovicus Barbatus Palatinus Pius d. Vicariatum geſſit, cum pater ipſius Rupertus Cæſar exercitum in Italiam duceret, juxta diploma, quod extat apud Freher. *d. loc. de Anno* 1401. Sic Capitulum abſente Epiſcopo omnia poteſt, quæ eo mortuo, *Innoc. in c. ad abolendam. de hæret.* Ac licet d. diploma tantùm loquatur de Palatino: idem tamen in ſuo diſtrictu Saxoni competit, cui ſub omnibus modis & conditionibus, quibus Palatino Vicariatus tribuitur, *d. loc.* §. 2. quod tamen non placet Limn. *in annot. ad capit. Carol. V. n.* 3. *p.* 141. *n.* 7. *& n.* 42. *pag.* 146. Pro negativa quoque non deſunt fundamenta; I. Quia incluſio unius caſus vacantiæ inducit excluſionem alterius ab eo diverſi, nec ſit tranſitus aut extenſio in iis, quæ ſpecialiter à Rege conceduntur, *l.* 1. *de off. ejus.* II. Accedit diverſitas rationis, ut diverſum Jus conſtituatur, quando enim Imper. moritur, aut vacat alio modo Imp. tota poteſtas ad populum redit, non verò quando abeſt, tunc enim per alium adminiſtratur. III. Fulcitur exemplis, ſic enim Henric. VII. Joannem filium Regem Bohemiæ, Sigism. Conradum Epiſcopum Moguntinum Carol. V. fratrem. Ferd. I. conſtituit Imper. Vicarios. IV. in A. B. iſti dicuntur Proviſores Imperii ergo non Imperatoris. V. Reddunt Imperium ad manus futuri Regis per Elect. ergo non quando redit Imp. ultra Alpes profectus.

Digitized by Google

fectus. VI. Eodem modo Juramenta fidel. nomine Imp. recipiunt, unde eorum poteſtas morte Imp. incipit, quæ aliàs expiraret cum morte, ſi eſſent mandatarii Imperatoris, *c. 1. de off. Vic. in 6. Clem. fin. de proc. §. 9. l. mand.* diverſa autem ſunt Imperium & Imperator, unde *in l. fin. ad l. jul. maj.* dicitur, qui hoſtili animo adverſus Imperium vel principem animatus eſt. Has ſententias conciliare conatus Arum. *diſc. 5. ad A. B. Th. 31.* an Imp. alium conſtituerit vel non, ut poſteriore caſu tantùm ob profectionem transalpinam poteſtas recidat ad eos. Sed eam rejicit Schütz. *diſp. 5. th. 11.* his motivis I. quod jus ſuum Imp. nemini auferre poſſit, *l. 13. §. 1. Com. præd.* Si ergo competit, non poteſt ei Imp. derogare. Non obſt. quod proviſio hominis tollat proviſ. legis, *l. 11. §. 1. de Teſt. tut.* hæc enim regula in publicis non procedit. Hinc Carol. V. abfuturus non niſi cum conſenſu Vicariorum Vicarium conſtituit Ferdinandum, datis utrique literis reverſalibus, quod non fuiſſet opus, ſi Jus hoc Imp. competiiſſet, nec vicariatus iſtis duobus EE. ex Jure & privilegio deberetur, Schütz. *diſp. 6. aſſert. 9. v. inf.* Quamvis ad hoc reſponderi poſſe ex Limn. *ad capit. Carol. V. p. 142.* illa reverſalia hunc habere effectum & reſervationem, quod Regimentum in abſentia Carol. V. inſtitutum hoc operetur, ne Palatino per utrumque caſum vel vacaturæ vel etiam abſentiæ, ſublato aliquando regimento, præjudicetur in ſuo vicariatu, ſed ut futuris temporibus mortuo vel abſente Imp. hoc Jus exercere poſſit. Saxoni verò ut futuris temporibus, quando vacare continget Imperium ceſſante Regimenti adminiſtratione non præjudicetur, ſed ex A. B. competens Vicariatus reſervetur, unde duo diverſa iſtis EE. data ſunt reverſalia, quod non fuiſſet opus, ſi idem utriusque Jus eſſet: Ac licet replicari poſſet, quia æquè intererat Saxon. ac Palatini bina reverſalia opus fuiſſe. Ad hoc ℞. data fuiſſe Pal. & Saxon. diverſa reverſalia diverſi tenoris, quod diverſitatem Jurium arguit. in caſu autem allegato ſinguli Status accipiebant reverſalia ingreſſu tantū mutato, in ſubſtantia planè ejusdem tenoris & ſtyli.

Cum E. Saxoniæ ſit Vicarius in locis Saxon. Juris

8 Q. II. *An etiam Vicarius ſit, ubi Jus Saxonicum in deſuetudinem abiit, aut abrogatum eſt?*

℞. Affirm. cum Buxtorff. *ad l. 13. th. 58. in fin.* ſufficit enim tempore latæ legis ibi ſervatum fuiſſe, nam ſuperveniens abrogatio Jus per legem Saxoni quæſitum adimere non poteſt, *arg. l. fin. de pact.* deinde id non tam cauſa privilegii fuit, quàm demonſtratio, quæ non attenditur, ſi ſemel conſtat de re demonſtrata; Alias enim ſtante contraria ſententia Vicariatus Saxonis tot ſæculis confirmatus & quæſitus, brevi abolitione Juris Saxonici, aboliri poſſet, quod durum foret; unde ſicut EE. ſuum jus Vicariatus non amiſit, ubi jus Saxonicum in uſu eſſe deſiit, eadem ratione non amittet Saxo abolito Jure Saxonico.

Q. III. *Quid de aliis locis nec uni nec alteri aſſignatis provinciis dicendum?* 9

Et quidem in ſpecie de regno Arelatenſi ex ſpeciali conceſſione Palatinum in eo eſſe Vicarium, conſtat; licet ex A. B. non foret. Ad Italiam autem horum Vicariatum minimè extendendum cenſeo, quia Italia nec jure Saxonico, nec Suevico, nec Francico uſa eſt, tribuit autem A. B. Vicariatum in locis, ubi jus Franc. & Saxon. ſervantur, *A. B. cap. 5. §. 1. & 2.* quod multo magis obtinet, ſi text. legatur, hoc modo: im Land am Rhein Schwaben und Franken. ergo ultra aſſignatos terminos non ſunt Vicarii. *c. cum nobis. X. de off. Vicar. l. fin. de jurisd.* idem quoque obtinet, ſi A. B. textus intelligatur, de diſtrictu Franconico, oder vom Fränckiſchen Gebiet vel jurisd. Francica, uti vocem Gebiet/ pro diſtrictu, ubi Imp. exercetur, accipit Beſold. *in th. verbo* Gebiet. *arg. l. pen. de l. & l.* ubi ſumitur pro loco jurisd. quia hac interpretatione ſtante certum eſt, Italiam non fuiſſe ſub Jure, ſeu jurisd. vel diſtrictu Franciæ, conſtat enim Imperium Rom. ex variis nationibus, *c. fin. A. B.* Italiæ, Galliæ, Germaniæ, in quorum tribus ſunt Archi-Cancellarii: Germanicum ſeu Teutonicum ſubdividitur in Franciſcum & Saxonicum, unde ſequitur Italiam ad neutris nec Palatini nec Saxonis Vicariatum pertinere, *ita Lym. ad cap. Carol. V. d. loc. num. 55. & ſeq. pag. 148.* Adeoque cum fuerit in arbitrio Imp. & Imperii, cum conſenſu ſtatuum his EE. Vicariatū aſſignare unius vel alterius provinciæ, vel totius Germaniæ, inſtar patrisf. qui quibusdam filiis tutores dare poteſt, *l. 16. §. 1. l. 23. §. 1. de teſt. tut.* vel poteſt alium dare rei Africanæ, alium Aſiaticæ *l. 15. de teſt. tut.* meritò expreſſio & incluſio quorundam locorum

Digitized by Google

rum excluſionem aliorum indicat, *juxta l. Martius. 21. C. de Procem.* & Vicarium ultra territoria ſibi aſſignata Juriſd. Vicariatus exercere non poſſe, *text. in c. ſuam de off. Vic. Buxtorff. ad A. B. c. 5. diſſ. 58. Schütz. diſp. 5. de Vicar. th. 13. l. a.* diſſentientes his rationibus moventur. Quod in A. B. Palatinus dicatur Vicarius Imperii ut & Saxo. Imperium autem extra Germaniam, per Gall. & Italiam extenditur. Reſponſ. intelligi de toto Imper. Teutonico, alias enim non fuiſſe ſpeciali conceſſione & alio privilegio opus Palatino, quod obtinuit, ut eſſet Vicarius per regnum Arelatenſe. II. Quod ſine dubio toti Imp. providere voluerint legum conditores, non parti Imperii tantùm vel ſoli Germaniæ. ℞. Reponendo verba A. B. quæ ſi data ſunt, ut verè ſunt, ſtrictè ſunt interpretanda, vel enim iſta conceſſio mandatum eſt vel privilegium: Si mandatum, hoc non extenditur ultra expreſſa: *l. 5. mand.* Si privilegium hoc quoque ſtricti juris eſt, *c. porro. X. de privil. Giol. 2. obſ. 2. n. 14.* at A. B. certa loca limitativè reſtringendo iis aſſignat: in dubio quoque ſi verſaremur, verbis tamen inhærendum eaque ſpecialiter intelligenda. Excipit quidem Schütz *d. l. l.* ſi tam ſtrictè interpretanda A. B. ergo nec Regnum Arelat. continebitur ſub Vicariatu Palat. ℞. Non contineri ex A. B. ſed tantum per privilegium, aliud extenſivum Palatino ſpeciatim datum de quo Freherus *in not. ad Petrum de Andlo. pag. mihi* 200. II. Palat. dicitur Vicarius Imp. generalis d. privil. ℞. I. non tamen ex A. B. ℞. II. Cum Limn. ante Aurea Bulla & caſu quo Imp. eſt ultra Alpes, eſſe generalem poſtea hanc generalitatem in caſu vacaturæ. Saxoni communicatam, quam eidem etiam in caſu abſentiæ communicatam, ſupra dictum. ℞. III. Sicut dicitur ibi generalis in Ciſalpinis Regionibus, ita non repugnare dici generalem in locis, ubi jus Saxonicum viget, ſicut dicitur aliquando mandata univerſalis Juriſd. certarum cauſarum, perſonarum, locorum. Plura in contrarium allegat Buxtorff. *dict. diſſ.* 50.

11 Q. IV. ***Quis Vicarius Imp. per Italiam tempore interregni?***

Hæc graviter controvertitur inter Pontificis fautores & Imp vindices. Quidam volunt, ſi Imp. morbo aut captivitate impediatur fungi ſuo Imperio, poſſe dari Italiæ Vicar. à popul. Rom. *Grot. de Jure bell. l. 2. c. 9. n. 11. in fin.* Secundò plurimi Canoniſtæ Pontifici adminiſtrationem tribuant, *per c. licet X. de For. comp. Clem. Paſtoral. §. fin. de ſent. & re Jud. c. ſi fratrum. X. ne ſed Vac. Clem. paſtoralis. de jurej. c. ad Apoſtolicam de ſent. & re Jud. in 6.* Idque Clementem V. inſtituiſſe traditur, ex ratione, quòd quæ ſunt corporis alicujus per primam perſonam corporis expediantur, ut abſente decano locum ſupplet ſenior vel primus in capitulo. Sed hæc ſententia diſplicet Cyno *add. 5. de l. & n. 53.* & rejecta fuit prior ſententia tempore Ludovici Bavari & in decreto Comitiali aliud deciſum, Limn. *in an. ad Cap. Carol. V. pag.* 140. Qui Cinus dicit in hoc quoque non attendi, quid factum ſit Romæ; ſed quid fieri debuiſſet; Et addit hodie Imp. Vicarios per Italiam eſſe Duces Mediol. Sabaud. Mantuanum, quos tempore interregni Juriſd. Palat. & Saxonis ſubeſſe ſenſit Schütz. *d. diſp. 5. th. 9. lit. e* ſive quod ſubſtituti ſint noſtris Vicariis, ut tam late extenſi generalis Vicariatus onera allevarent ſicut veteres Vicarii ita dicti ſunt, non quòd eſſent Vicarii Imperatoris, ſed quia præfectis prætorio erant ſubſtituti, *l. 1. §. à præfectis, de Leg. 3. l. 1. C. de off. Vic.* II. addit quod dicti Vicarii vivente Impp. ei ſubſint, ergo etiam vacante Imperio ſubſint Palat. & Saxoni, qui Vice Imperatoris ſunt; Verùm diſplicet Limn. *in annot. cap. Carol. ad a. 3. in fin.* Si enim Palatinus & Saxo nunquam ſunt inſtituti Vicarii in Italia ergo ſubſtituti eis eſſe illi nequiverunt, de quorum inſtitutione non conſtat. Ad II. ℞. Id non procedere, quia dd. Vicarii non habent omnem poteſtatem, quam Imp. habuit, cùm reſtricta tantum ſit ad Germaniam unde conſequens Italiam ſub eorum poteſtate non eſſe, quamvis ſit ſub Majeſtate reali Imp. Romano Germanici.

Q. V. ***Haſſia an Saxonico vel Palatino Vicariatui attribuenda?*** 12

Prius voluit Buxtorf. ſed poſterius tradit Schütz *diſp. 5. th. 13. in fin.* cum ſpectet ad circulum Rhenanum R. A. *de Anno* 1522. Erklärung des Land-Friedens, nec probari etiam poteſt unquam in Haſſia jus Saxonicum obſervatum fuiſſe.

Circa Vicariorum poteſtatem, quæ conſiſtit in exercenda Juriſdictione & Judiciis, quæ exercere ſolebat Imp.

Digitized by Google

13 Q. VI. *An etiam Auguſtiſſ. Imperialis Cameræ judicium Vicariatui ſubjaceat?*

℞. Affirm. *per text. A. B. c. 5. in p.* ubi indefinitè illa poteſtas datur, indefinita autem æquipollet univerſali, *argt. l. ſi pluribus, 44. de Leg. 2.* II. Camera non eſt exempta à poteſtate Vicariorum, ergo cenſetur contineri ſub regula, *l. 4. §. 1. de hered. Inſt.* & alias maxima pars judiciorum Vicariis adimeretur, & ita Anno 1519. & An. 1612. ſervatum eſt; Buxtorf. *ad A.B. Carol. V. diſſ. 59.* Schütz. *de Vicar. Imp. th.* 10. *& diſp. 5. In nucleo de reg. Rom. th.* 14. Eſt enim camera ut & judicium aulicum Imperii tribunal, & Conſiliarii hujus Archiepiſcopo Mogunt. ut Archi-Cancell. Imper. per Germaniam obſtringuntur.

14 Q. VII. *An etiam ad Vicariatum Saxonis judicium Camerale ſpectet?*

Ratio dub. pro Palatino ſolo hæc militat, quod is ſolus ſit Vicarius in partibus Rheni, Suevia, & jure Franconico, adeoque etiam Spiræ quæ urbs ad Rhenum ſita eſt, prout ſolus exercuit An. 1519. ſciente etiam Saxone. II. Videbatur Palatino id jus quidem competere, ſed non adverſus alios Saxoniæ Vicariatui ſubjectos exerceri poſſe, *argt. l. fin. de jurisd. c. 5. de off. Vic.* Verius tamen eſt ad utrunque Palat. & Saxon. pertinere, & ita Buxtorf. *diſſ 60. in fin.* ſervatum hoc proximo interregni tempore Anno 1657. ubi proceſſus 6. Maji ſub utriusque vicarii nomine & ſigillo expediri cœperunt: Cum enim Ferd. III. Imper. 2. April. ex morbo Viennæ deceſſiſſet, & Sereniſſ. Ferd. Maria ſup. & inf. Bavariæ Dux Palatinus Rheni, &c. 12. April. Monachio datas litteras Vicariatus per Sueviam aliasque terras Franconici Juris publicari feciſſet, licet Carol. Ludov. Octovir Heidelb. ſibi Vicariatum adſcriberet, Saxon. verò Elect. eodem propè argumento diploma ſui Vicariatus in regionibus Saxonici juris de Vicariatu communicare vellet, reſponſum accepit à Saxone, ſe jam cum Bavaro divulgaſſet Heidelbergenſis vero ad Jo. Georg. II. Elector. Saxon. datis litteris Sigillo vicariatus communicaſſe & adhuc facere. *Ita Tuld. in Hiſt. Europ. lib. 7. de An. 1657. pag. 30.* idque quia eodem Jure ambo gaudent. *ex A. B. c. 5. v. Limn. in an. ad c. Ferd. III. a. 35.*

15 Q. VIII. *An à Vicariorum ſententia appellatio locum habebit?*

Id neg. ſi legitimo modo latæ ſint Buxtorf. *diſ. 62. Inſt. Schütz. de Vic. Imp. Th.* 10. nec enim eſt ad quem appelletur, non ad Imp. nec ad eorum unum quod idem cum Imperiali tribunal eſt, *argt. t. 1. C. de eo qui Vic. ult.* adhæc electus poſtea Imp. ante omnia eorum acta & geſta ratificare tenetur, repræſentant quoque Imp. ab eodem autem ad eundem non provocatur, Schütz. *in nucleo de Vicar. th.* 10. *lit. e. cap. Romana in p. de app. l. 1. §. ab eodem. quis & à quo appell. C. non putamus. de Conſuet. in 6.* Nec etiam ad Cameram datur appellatio quia à Vicarii ſententia non appellatur, niſi ad eum, ad quem appellaretur, ſi ipſe cujus vices ſuſtinet, judicaſſet, *dd. jur. Covar. pract. qq. c. 4. n. 8.* Sed Vicarii vices Imper. ac Imp. gerunt, quorum hæc ſunt tribunalia ab omni appellatione exempta, ergo ipſorum etiam ſententiæ. Ubi tamen obſervandum *cum Buxt.* quòd ſi pendente Vicariatu non ut Vicarii ſed tanquam EE. & Duces ſententiam dicant, tunc Inſpicienda ſit qualitas perſonæ judicantis, & provocatio admittenda perinde ac ſi Vicarii non eſſent. Schütz *diſp. 5. de Reg. Rom. th. 15.*

Q. IX. *Qui vacante Imper. in ipſos Vicarios Jurisd. habeat?* 16

Diſting. vel conveniendi ſunt tanquam Vicarii & tunc cum repræſentent Imper. vel Imp. *Caſſan. in Catal. gl. m. p. 7. conſ.* 10. non in Camera, nec coram Auſtregis, ſed vel coram Imper. ordinibus vel coram novo Imp. conveniuntur, aut tanquam EE. aut Principes & tunc cauſa pertinet ad Auſtregas, & coram illis conveniuntur non obſtante Vicariatu, O. C. *p. 2. t. 34. §.* vel alias in Camera *argt. l. pen. de Senat. Buxtorff. diſ.* 64.

Cum Vicariis poteſtas detur ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi.

Quær. *Quænam ea ſint ad qua Impp. præſentare poſſint?* 17

℞. Ubi jus præſentandi Imperator ex fundatione vel conſtructione tanquam patrono acquiſitum eſt, *c. nobis. 25. de Jure patron.* eaque præſentatio fieri debet infra quatuor menſes à patrono laico, alias devolvuntur jura; *c. un. de jure patron. in 6. Buxtorf. ad c. 5. A.B. diſſert. 65. Schütz. d. diſp. 5. Th. 16. Et in nucleo. diſp. 6. Th. 11. pag. 174.*

Cum ex A. B. *cap. 4. in p.* habeant poteſtatem

Digitized by Google

ſtatem reditus & proventus Imperii recolligendi Vicarii:

18 Q. XI. *An fructus collectos lucrentur?*

Quod Negat. Sed deductis expenſis reſiduum novo Imperatori reddere debent. *Buxt. diſſ. 66. lit. b.* ratio eſt, quia qui Vicarii & procuratoris nomine adminiſtrat fructus, deductis expenſis reſtituere tenetur, *l. 10. §. Item Labeo. 9. l. 59. §. 1. Mandat. l. 9. in negotiationem. ibi lucrum facere, & c. de adm. tut.* Nam lex colligendi & adminiſtrandi Jus tribuit cui non ineſt donatio, *argt. l. filiusf. 7. de donat.* Hinc & ipſi, licèt ſubditorum merita remunerare poſſint, *argt. c. Abbate. de re Judic. in 6.* ipſi tamen fructus aliis liberè donare nequeunt, facit *d. l. 7.* hi fructus licèt tempore Frider. I. ſexaginta auri tonnas ſuperarent, hodie tamen proh dolor! exigui ſunt, ita enim deplumata eſt aquila. Buxtorf. *diſſ. 66. Schütz. de Vicar. Th. 11. & diſp. 5. Th. 17.*

Cum Vicarii poteſtatem habeant inveſtiendi de feudis & Juramenta fidelitatis nomine Imperii recipiendi, quando vaſallus vivò fortè Imp. ante paucos menſes mortuus eſt, A. *B. c. 5.* quæ tamen per Reg. Rom. poſtea electum innovari debent: à quo feuda Principum & quæ Fahnen-Lehen dicuntur, excepta ſunt d. textu:

19 Q. XII. *Quid de feudis Comitatus & Baronatus dicendum, an hæc quoque excepta, ita ut inveſtitura & collatio ſoli Imperatori ſit reſervata?*

Hæc quoque excepta ac reſervata cenſeo cum Buxt. *ad c. 5. diſſ. 68. lit. d. Schütz. in nucl. diſp. 6. Th. 13. & de I. p. Vol. 1. diſp. 5. th. 19. lit. b.* nam & Principum nomine veniunt. *Jacob de S. Georg. &c. Princeps. Sixtin. de reg. lib. 1. c. 3. n. 15.*

20 Q. XIII. *Quid de feudis Archi-Epiſc. Epiſcoporum, Abbatum?*

Cum & hi nomine Principum veniant, idem de ipſis judicandum, licèt non cum vexillis ſed ſceptro inveſtiantur, & hæc non Fahn- ſed Scepter-Lehen/ dici ſoleant, Buxtorf. *diſſer. 79. Schütz. in nucleo. diſp. 6. th. 13. p. 176.*

Cùm Vicariis tempore interregni omnis alienatio & obligatio rerum imperialium ſit prohibita, nam nec ipſe Imper. ex capitulatione alienare poteſt, *facit l. 1. §. 2. & t. t. de reb. eor. junct. l. 7. de Don. l. 1. de offer. Proc. Caſ.* prout Imp. Rudolph. I. ea quæ tempore interregni Comes Palat. & Marchio Badenſis occupârant, armis repetiit.

Q. XIV. *An in alienationem feudorum Imper. conſenſum præſtare poſſint?* 21

Ratio dub. & affirm. eſt, quòd aliud ſit alienare, aliud alienationi conſentire, *l. 160. de R. I. Jacob. de S. Georg. in verbo Vicarius. n. 8.* Neg. fundatur *in l. 9. §. quod ſi don.* ubi conſenſus eſt loco alienationis, *latè Menoch. de arb. Jud. caſ. 208. num. 6. Buxtorf. ad A. B. diſſ. 70. lit. b. Schütz. in nucleo de Vicar. Th. 12. lit. e.*

Q. XV. *Quid ſi duo de Vicariatu contendunt, ut Bavarus & Palatinus?* 22

℞. Vaſallus neutri jurare tenetur, adhibita tamen proteſtatione quod recognoſcere velit eum, qui potius Jus habere videtur, ita in caſu duorum Dominorum de feudi directo dominio contendentium, *Corbulus in tr. de Jure. c. 15. lim. 23. Menoch. 2. arb. Jud. caſ. 466. n. 12. Buxtorf. diſſ. 67.* quamvis hoc limitent in caſu, quo alter eſt in poſſeſſione, Roſenth. *de feud. cap. 52. num. 3.*

Q. XVI. *Succedit hic intricata & momentoſa controverſia, ut vocat,* Buxtorf. diſſert. *71. Quid de aliis nec prohibitis, nec ſpeciatim permiſſis ſtatuendum, an omnia generaliter Vicariis conceſſa cenſeantur, ut vigore* A. B. *poſſint ea, quæ Imperator?* 23

Affirm. Schlitz. *part. 1. I. publ. diſput. 12. lit. a.* Negat. Limn. *in annot. ad Capit. Carol. 5. a. 3. num. 12.* Utriusque ſententiæ rationes affert Buxtorf. *ad Auream Bullam. cap. 70. pag. 327.* Pro negativa Lim. facit, quòd Vicariorum omnis poteſtas ex mente concedentis, ſive legislatoris, ſive hominis dependeat, quæ ex verbis & literis conceſſionis innoteſcit ſicut mandatum ex tenore mandati *l. 5. Mand.* quæ igitur illis literis conceſſa ſunt ea habent, quæ verò conceſſioni inſerta non leguntur denegata cenſentur, omnis autem conceſſio & poteſtas Vicar. *ex cap. 5.* A. B. dependet. Ubi deciditur I. Qui ſint Vicarii vacante Imper. II. quouſque ſeu quamdiu duret Vicariatus. III. Quæ provinciæ cuique ſubjiciantur. IV. Quæ ſit poteſtas Vicarii. De hac nulla generalis extat clauſula, ſed dicit cum poteſtate (non addit libera vel generali ſed quaſi diceret ſequenti) nempè judicia exercendi, ad beneficia præſentandi, reditus colligendi, de feudis inveſtiendi. V. Feuda Principum

Digitized by Google

cipum excipit. VI. Alienationem interdicit. Non addit clauſulam ex qua ulla generalitatis nota reſultet, & omnia alia agendi, quæ conceſſio ſivè mandatum ſit, ſivè privilegium; juxta tenorem ſtrictè obſervanda nec extendenda eſt, *d. l. 5. Mand. cap. 7. X. de privileg. Gail. 2. obſ. 2. n. 14. Klock. de cont. cap. 16. ſect. 1. n. 67.* quæ igitur in literis conceſſa non reperiuntur, ea facere non poterunt. *c. cum lim. de off. deleg.* nec ad alia extendere. II. Facit quòd ut dictum, certa quædam exprimantur, quorundam autem expreſſio & incluſio ſit aliorum excluſio, *l. maritus. 19. C. de Procurat.* III. Textus videtur reſtringere, dum dicit cum poteſtate judicia exercendi, Germanicè **Mit dem Gewalt/** quæ vox ad ſequentia relativa & reſtrictiva cenſetur. IV. Speciali quorundam enumeratione non fuiſſet opus, ſi legislatores omnia Vicariis indulgere voluiſſent. Pro affirm. verò etiam non levia militant argumenta; 1. Quod Vicarii adminiſtrent nomine Imperii; quando vacat, adeoque Imperium videatur talem adminiſtrationem in dubio voluiſſe concedere qualem ipſum habet, habet autem Imper. vacans eam poteſtatem, quam aliis Imp. Reſp. id quidem in dubio obtinere fortè, licèt non probetur, per text. pro contraria ſententia allegatos, *l. 2. C. de off. ejus qui vicem alt. c. ſi quis Epiſc. 2. q. 6. l. 1. §. à præfectis de leg. 2.* at nos non verſamur in dubio, ſed verba Conſt. Carol. ſunt luce meridianâ clariora, quibus ſtrictè inſiſtendum, Gædd. *ad l. 6. §. 2. de V. S. n. 25.* & cum limitata poteſtas appareat, dubium ceſſat. II. Conſtat quòd Lex Imper. quædam ſpecialiter Vicariis prohibuit, & Imp. futuro reſervavit, ut inveſtituram de feudis regal. & Principalibus, exceptio autem firmet legem in caſu non excepto, *l. quæſitum. §. Idem reſp. de inſt. leg. l. 12. de Jud.* Reſp. Neg. ſuppoſitum, quia non dedit A. B. generalem Vicariis poteſtatem, ſed ſpecialem ſingulis actibus expreſſis. Adhæc dictam conceſſionem illam quia certos actus exprimit ſpecialem eſſe non generalem, aut eſſe tantùm generalem reſpectu actuum conceſſorum, niſi limitatio appareat, ſic enim generalis poteſtas eſt judicandi, inveſtiendi de feudis, quorum variæ ſunt ſpecies ſub genere contentæ, in genere judicandi non reperitur exceptio ut in Feudis, & hoc modo facilis eſt reſponſio ad add. II. nec etiam quæ ſpecialiter Vicariis denegat, ut alienationes Imp. futuro reſervatæ ſunt. III. Arguunt affirm. quod Vicarii habeant mandatum cum libera, *arg. l. præſes. C. d. Tranſl. 1. de off. proc.* qui tale habet, poteſt facere ea quæ dominus, *l. 60. §. 4. mand.* Reſp. Neg. maj. cum min. IV. Ajunt id in omnium Regum & Principum Vicariis obſervari, *juxta Buxt. diſſ. 71.* qui ad hoc multos allegat, ergo & noſtris Vicariis. Reſp. Lim. Hoc magnum eſſe præſuppoſitum, quod fide non comprehenditur, ſed per inductionem ſingulorum Regum & principum Vicariorum probandum eſſet. Deinde poſita ejus veritate, diſcrimen eſt conſtituendum inter Vicarios Regum & Regni ſivè Imperii quales ſunt noſtri. Demum non ſequitur in materia ſtatus hoc alibi ſervatur, ergo ubique & in noſtro Imperio ita etiam ſervari debet, cùm hæc pro diverſitate rerump. varia ſint & arbitraria. V. Tradunt, cum nulla exceptio poſſit eſſe ſine regula, *arg. l. 1. de R. I.* in d. autem c. 5. A. B. inveniantur reſervationes & exceptiones, ſequitur, quòd regula præmiſſa cenſeatur. Reſp. Unicam tantùm in d. c. 5. reperiri exceptionem ab una regula, quæ erat tradita circa inveſtituram Feudorum, unde non ſequitur unam generalem indeterminatam & indefinitam regulam præmiſſam, ut d. in ratione prima pro negativa ante allata. Quod autem ibi ſtatuitur alienationem interdictam eſſe Vicariis, hæc regula eſt, non exceptio. VI. Ajunt. Si lex cætera concedere, *argt l. veteribus, de pact.* Vicariis noluiſſet, ea quæ determinatione non comprehenduntur denegavit. VII. Allegant traditionem Dd. quòd Vicarii Regum omnia poſſint quæ Reges, niſi quædam ſpecialiter ſint excepta, Roſenthal *cap. 10. de Feud. concl. 39.* Reſp. Illam traditionem obtinere in iis qui habent mandatum generale, ſecus eſt in iis qui ſpeciale habent: Et rurſus Vicarii regum & regni hic malè confunduntur. VIII. Fundant ſe in privilegio Carol. IV. de Anno 1375. Reſp. Illud loqui non de caſu vacantiæ, ſed quando Imp. eſt ultra montes, quod privilegium cum Vicariatu vacantiæ non legitur parificatum. IX. Monent conſiderandum quòd Vicarii hi ſint à lege vel Imperio

Digitized by Google

conſtituti, & ita majorem habeant poteſtatem, quam conſtituti ab Imperatore, prout Imperium plus eſt, quàm Imperator, ut alibi oſtenſum eſt, quando actû de reſervatis & majeſtate reali ac perſonali. ℞. Eſſe diſcrimen reſpectu cauſæ efficientis, ſed quoad vim Jurisdictionem ac poteſtatem pro arbitrio efficientis ea major vel minor eſſe, & evenire poteſt, ut conſtitutus Vicarius à Principe majorem habeat poteſtatem quàm à lege vel imperio ſi ita viſum fuit concedenti, ſic pote t Imp. in caſu abſentiæ conſtituere, & conſtituiſſe Vicarium cum generali & libera poteſtate. Lex autem in caſu ſimili conſtituit cum poteſtate aliqua reſtrictiva. II. ℞. Differentiam faciendam inter caſum vacantiæ & abſentiæ; Securiùs enim in caſu abſentiæ generalis poteſtas Vicario conceditur, ſive à principe ſive à lege, quàm in caſu vacantiæ propter pericula quæ interregni tempore frequentiora ſunt, aut ne Vicarii turbarum fiant cauſæ, ac Vicariam liberámque poteſtatem in ordinariam & perpetuam convertant, quare tutiùs eſt ut Vicariis limitata concedatur poteſtas, in reliquis autem agendis, Regni vel Imperii ſtatus cum Vicariis concurrere debeant. *Ita Limn. in annotat. d. loc. à n. 12. ad 46.*

Verùm ſtante affirm.

24 Q. XVII. *An Majeſtatem habeant & Vicariis plenitudo poteſtatis competat?*

Affirmantes aliquos recenſet Buxt. *c. 5. A. B. diſſ. 7.* utrumque tamen meliùs negatur. I. Cùm Majeſtas ut priùs probatum, non ſit niſi perpetua, Vicarii autem ad manus futuri Regis Imperium reſtituere debeant, A. *B. c. 5.* Deinde majeſtas nulla eſt, quæ proprio nomine non exercetur, Vicarii autem omnia nomine Imperii faciunt. Poſterius prob. cum Limn. quia plenitudo præcipuum Majeſtatis reſervatum eſt, reſervata autem mandato etiam generali non continentur, ſed ſpecialem conceſſionem requirunt. *c. cum generali. de off. Vic. in 6.* Licèt Comes Palatinus Doctorem equeſtri dignitate ornâſſe & Civi alicui quinquennales inducias Anno 1619. conceſſiſſe legatur, Schütz. *diſput. 5. de Reg. Rom. Th. 13. Buxtorf. ad A. B. diſſert. 72.* Verùm de jure noſtra quæſtio eſt, non quid fiat, ſed fieri ex Aurea Bulla poſſit.

25 Q. XVIII. *An ad gratioſa Vicarii manum admovere, eáque concedere poſſint?*

V. Buxtorf. ad cap. 5. diſſ. 73. Schütz in nucl. de Vicar. th. 12. Negat, per *c. fin. de offic. Vic. in 6.* idemque de Vicariis Epiſcopi tradit Menoch. *conſ. 52. n. 75.* cum in generali mandato non veniant ea quæ ſpeciale requirunt, *c. 4. de proc. in 6. c. 5. de offic. Vic. in 6.* & quod gratioſa ut plurimùm alienationem quandam ſapiant, adeoque alienatione iis negata hæc quoque negata cenſeantur, quamvis, ſi alienationem non contineant nec Imperio ſint damnoſa, ut ſi natalibus ſpurium reſtituunt, hæc eis concedi poſſe velit Buxtorf. *cit. loc.*

Q. XIX. *Quibus modis Vicariatus expiret?* 26

℞. Modus finiendi ut conſtituendi duplex eſt, ſicut enim Vicarius ob abſentiam vel vacationem conſtituitur, ita his cauſis ceſſantibus ejus adminiſtratio ceſſat, *arg. c. cum ceſſante X. de app.* Prior reverſo, Poſterior electo novo Rom. Rege. In hoc tamen poſteriore inſuper acceptatio à parte electi requiritur, imò ſi electus non exiſteret intra fines Imperii, acceptatio non ſufficiet, ſed etiam ejus adventus in Imp. requiritur, tam diu enim Vicaria poteſtas durabit, ut factum eſt tempore Carol. V. qui menſe Junio Anno 1619 electus, ſed in Germaniam venit An. 1620. ſub initium Veris, & tamdiu Vicariatus continuatus fuit. Nec expectatur Coronatio, cum hoc A. B. non requirat, ergo nec nos, ſtatim enim poſt electionem confirmat privilegia, & adminiſtrationem Imperii conſequitur, Buxtorf. *ad A. B. c. 5. diſſ. 57. Schütz. diſp. 5. Th. fin. & diſp. 2, Th. 18. per tot.*

Q. XX. *Cum electus acta Vicariorum ratificare teneatur, idque in Capitulatione Juramento promittere ſoleat: An indifferenter omnia ratificare teneatur Imp.* 27

Reſp. Neg. ſed ſi talis actus ſit, qui à Vicario Jure geſtus eſt, cùm in omni promiſſione tacita hæc inſit conditio, *l. 30. d. oper. l b. l. 54. §. fin. tot.* actus verò Juri contrarius nullus eſt, *l 5. C. de ll.* adeoque firmari nequit, cum non entis nullæ ſint qualitates & accidentia, hinc quod Vicarius ultra diſtrictum ſui Vicariatus geſſit, Imper. confirmare non tenetur, quia inique fecit, *l. fin. de Jurisd. Ita Schütz. in nucl. diſput. 6. th. 16. & in I. p. vol. I. diſput. 5. th. ult.*

Cum Vicariatus ejus ſit in partibus ubi Jus Sax. viguit ut in Bohemia, Sileſia, Moravia, Luſatia, Miſnia, Marchia, Brandeb. Thuringia usque ad limites Franconiæ inferiore & ſuperiore Saxonia, Ducatu Brunſwic. & Luneburgenſi:

Q. XXI.

Digitized by Google

28 Q. XXI. *An Ducatus Megapolitanus, Pomerania, & Holsatia his annumerentur?*

A quibusdam ambigitur; *ut monet Spreng. in ſtat. Imp. delin. p. 270. ſed non reſolvit.*

Pro ulteriore declaratione notand. Cùm officium Mareſchalli Vice-Mareſchallo in abſentia Electoris competat.

Q. XXII. *An Electorum legatis potius, quàm*
29 *ipſis competat?*

Cùm Frid. Elect. Saxon. ad Coronationem Carol. V. Principem Anhaltinum miſiſſet, non hic Legatus ſed Pappenheim officium demetiendi avenam adminiſtravit. Et tunc quoque pro ſub-pincerna de Limburg, contra Legatum Regis Bohemiæ judicatum fuit, ipſeque de Limburg vinum propinavit.

30 Quia autem Archi-Mareſchallus enſem Imperialem præferens immediatè Regem antecedit, A. B. *c.* 22. eo verò id facit Vice-Mareſchallus, orta eſt controverſia in funere Ferd. I. Anno 1565. Viennæ, ob inſignia funeri præferenda ad Eccleſiam S. Steph. Coronam, Pomum, Sceptrum. Et cum Vice-Mareſch. de Pappenheim gladius non traderetur, inſtanti verò Cæſaris Vice-Cancell. Zaſius negavit his rationibus. I. Quòd actus Exequiarum Imperium non concerneret. II. Quod non eſſet gladius Imperii, ſed quo Cæſar latus accingere ſolitus fuerat. III. Quòd gladius non portaretur evaginatus. Cui replicavit Vice-Mareſchallus adeſſe ſimul multos Imperii ſtatus, ut etiam Hungar. & Bohemiæ, quorum regnorum intuitu enſes deportarentur. II. Quòd tam magno enſe Cæſar nunquam accingi viſus eſſet. III. Quòd Imp. Maximil. electo etiam Francofurti enſis in vagina prælatus eſſet. Cùm autem Comes de Pappenheim nihil obtineret, proteſtationem coram præſentibus & deinde coram Regia Majeſtate interpoſuit, & Imper. 3. Jun. Anno 1566. Auguſtæ decrevit, quicquid in hoc exequiarum actu factum id officiis nullum præjudicium allaturum.

* Mortuo Electore Joanni Georgio Anno 1650. 31
8. (18.) Octobr. Electoratus hic obvenit Joanni Georgio II. ſeniori filio annum agenti 45: qui regimen ſuſcepit Anno 1657. recepto Juramento Lipſiæ, exceptus cum conjuge Magdalena Sybilla Brandeburgica ab Academicis erecto Parnaſſo, *Tulden. pag. 3. hiſt. hujus temporis pag.* 129. Ditiones autem vi teſtamenti paterni in 4. partes diviſæ ſunt. I. Electori Saxoniæ Miſnia, Luſatia ſuperior, una cum fodinis montenſibus acceſſit, II. Auguſtus partem Thuringiæ, Hall, & 3. Satrapias accepit, Chriſtiano obvenit Epiſcopatus Mersburg, inferior Luſatia, & 5. Satrapiæ, IV. Mauritio Epiſcopatus Naumburgenſis, & pars Voitlandiæ & Henneberg.

Auguſto Magdeburg natus eſt filius Henricus 29. Septembris Anno 1657. & Albertus 14. Aprilis An. 1659. Chriſtiano Mersburgi natus eſt filius Anno 1656. Mauritio quoque filius 12. Martii 1664.

CAPUT XXV.

De Electore Brandeburgico.

SUMMARIA.

1. *Elector hic eſt S. R. I. Archi-Camerarius.*
2. *Quando Electoratum acceſſerit.*
3. *Hic E. eſt Dux Pomeraniæ.*
4. *Habet Magdeburgenſis Principatum.*
5. *Item Halberſt. Mind. Caminenſem.*
6. *Eſt Dux Boruſſiæ.*
7. *De Camerario Imperatoris.*
8. *Saxo vacante Imperio per has partes eſt Vicarius.*
9. *Controverſia de Ducatu Jul. Cliv. Mont.*
10. *Succeſſio Brandeburgica.*

1 ELector Brandeburgicus S. R. I. Archi-
Camerarius eſt, qui in celebratione
Imperialis Curiæ vel Reg. Rom. aquam
lavandis manibus Imper. vel Regis Roma-
2 ni miniſtrat. Dignitas * autem Electoralis per
Ottonem III. huic ditioni acceſſit, huic verò po-
tiùs quàm aliis ditionibus etiam majoribus ideo
annexuit Electoratum Otto III. quia EE. Mogunt.
& Palatinus ad Rhenum reſident; ne Electores in
una parte Germaniæ reſiderent. Reſidet E. in
Berlin. Civitas autem Brandeburg. à Brandone
Francorum Duce Anno Chriſti 140. extructa eſt,
ut & Francofurtum ad Oderam fluvium piſcibus
affluentem Anno 146. ubi Anno 1506. Univerſi-
tas erecta fuit. Idem die Sund/ ad Mare, ubi
Odera in Mare influit, à Simone extructa eſt. Hic
Marggraviatus ſæpius alios & alios habuit regen-
tes, nam Anno 1319. extincta familia recidit ad
Imperium, & Cæſar Ludovicus Bavarus inveſtivit
de eo Filium Ludovicum; poſtea Duces Bavariæ
Anno 1373. vendiderunt eum Carolo Regi Bohe-
miæ pro ducentis millibus flor. ſolutis parata pe-
cuniâ 106. millibus, pro altera precii medietate
oppignoratis diverſis Bohemiæ Civitatibus cum
pacto reluitionis, & Marchionatum gubernavit
Joan. Caroli IV. filius; Poſt tempus ſoluta pecu-
nia Marchionatûs venit ad Marchiones Moraviæ,
qui eum oppignorârunt Guilelmo Marchioni Miſ-
niæ, demum in Concilio Conſtantienſi per Sigiſm.
Imper. translatus ad Fridericum Burggravium
Norinbergenſem ex Comitibus Zolleranis; qui
vendito Burggraviatu Norinbergenſi precium
convertit in Marchionatum, vel ſecundùm Mün-
3 ſterum Anno 1417. in Nürnberg/ * Hic E. Dux
eſt Pomeraniæ, quam ex contractâ fraternitate
mortuo ultimo Duce Brandeburgenſes obtinue-
runt, hodie autem totum non poſſident, ſed una
par ad Suecos, ſciſ. Citerior Pomerania, vulgò
Vor-Pommern / *ex inſtr. pacis.* pervenit, ut & ex
Pomerania ulteriore Stetinum, Sactz, Dam, & Ru-
giæ Principatus, cujus tamen titulum gerit Bran-
deburgicus. Ulterior verò Pomerania ad Brandeb.
ſpectat, licet titulis & inſigniis Pomeraniæ tam
Regia domus quàm Brandeburgica promiſcuè u-
tatur, Regia quidem pepetuò, Brandeburgica
4 verò quamdiu maſculus ex linea ſupererit. * Idem
Elector poſſidet nomine Ducis Archi-Epiſcopat.
Magdeburg. ita ut quandocunque eum morte aut
ſucceſſione in Electoratu vel alia conceſſione præ-
ſentis adminiſtratoris Domini Auguſti Ducis Sax.
vacare continget, hic Archi-Epiſcopatus cum
omnibus eo pertinentibus territoriis; regalibus
& Juribus, Jure Feudi perpetui ad Dominum E-
lect. Brandeburg. pertineat, *Inſt. Pac. Suec. punct.*
11. *ibi ſimiliter, &c.*
Idem tenet nomine Principis & Jure Feudi 5
perpetui Epiſcopat. Halberſtad. Mindenſem,
& Camminenſem, poſteriorem cum hoc Jure,
ut integrum ſit Electori Canonicatus, poſt de-
ceſſum Canonicorum extinguere, & ſic tem-
poris ſucceſſu totum Epiſcopatum ulteriori
Pomeraniæ incorporare, *punct. 11. ibi tenea-
tur. idem dominus.* Et quia Comitatus Ho-
henſteinenſis pro parte Feudum eſt Epiſcopa-
tus Halberſtadienſis, poſt ultimò defunctum in
familiâ comitem eidem Epiſcopatui applicatus,
ac à Domino Archi-Duce Leopoldo Guilielmo
tanquam Epiſcopo Halberſtadienſi hactenus poſ-
ſeſſus eſt, & penes illum comitatum irrevocabili-
ter permanebit, *punct. 11. ibi cum etiam.* * Idem 6
E. eſt Dux Pruſſiæ quam Albert. Marchio Brande-
burg. poſſedit ut Magiſter ordinis Teutonici, &
tandem Regi Poloniæ detulit, à quo Pruſſiam ſub
nomine Ducali, & Jure Feudi perpetui recogno-
vit, Knipſch. *de Jurib. civit. lib. 4. c. 2. num. 10.*
Reinck, *de reg. ſec. lib. 1. claſ. 2. c. 9. n. 35.* dividitur
autem Pruſſia hodie in regalem & ducalem: hanc
Brandeburg. Elect. una cum capite provinciæ
Königsberg/ rc. poſſidet, illi verò cujus caput eſt
Gedanum Rex Poloniæ imperat, & majorem in
ea quàm Polonia habet poteſtatem, omnes magi-
ſtratus à Rege deſignantur, & civium magiſtros
Germanos eſſe oportet. Poloni autem nec ad
magiſtratus nec ad artes Mechanicas admittuntur,
Spreng. *in delin. ſtat. Imp. pag.* 293. Olim Pruſſia
Ulmuavia dicta fuit à Pruſſa Rege Bitiniæ nomen
illud ſortita, ubi Vedenetius Boruſſiæ Princeps,
cùm 12. filios haberet, terram in 12. Ducatus
diviſit, in Gudaviam, Sambiam, Natangiam, Na-
droviam, Slavoniam, Bartoniam, Galendiam,
Varmirem, Hegerlandiam, Pomeraniam, Cul-
menſem Ducatum & Michloviam.
Sicut hic eſt Camerarius Imperii ita etiam 7
Imperator in ſuâ quotidiana aula habet ſupremum
aliquem

Digitized by Google

aliquem cubicularium cui ſubſunt omnes alii cubicularii & cubiculo in ſervientes, hic Oratores Regios, Legatos, Principes, Dominos, Equites, ad Sac. Cæſ. Majeſt. audientiam ſolet adducere, literas fiduciarias ſeu creditivas ab agentibus & ſollicitatoribus tam exterorum magnatum, quàm Imp. principum, aliorumque qui ad aulam Cæſ. ablegantur, accipit, Cæſari tradit, & præfixum tempus audientiæ per cubiculi quendam portitorem indici curat, ſæpè noctè ante cubiculum Cæſareum vigilias agit, deauratam clavem cubiculariam holoſericæ tæniæ nigræ appenſum in ſignum officii ſui portat, conſimiles claves cæteris ſub-Camerariis vel ſub cubiculariis tradit, cui peregrè abeuntes easdem retrò tradunt, redeuntes verò recipiunt; ſunt autem cubicularii plurimi, alii tantùm honore & titulo, alii autem actu & operâ. Horum numerantur 12. & ex illis duo per ſeptimanam ante conclave Cæſ. noctu vigilant, ubi Cæſar in ante-Camera menſæ accumbit, dapes appoſitas prælibant, Dapiferi verò, vel ex antiquis Nobilibus familiis oriundi vel Barones & Comites menſæ inſerviunt, idemque agunt Pincernæ & Panetarii quorum multi ex pueris nobilibus, quos nominamus Ephebos, qui in ſtudiis & exercitiis aliis educati ad dapiferorum, & pocillatorum, aliaque ſublimiora officia ſecundum cujusque qualitates promoveri ſolent, Lymn. *annot. ad art.* 41. *Capit. Ferd. II. pag.* 609. & 610.

8 Vacante Imp. hic Elector Saxoniæ Vicarium poteſtatem exercet. Poſtquam enim Henric. I. Imp. Civitatem Brandeburg. Anno 920. obſediſſet, caſtris hyeme collocatis ſuper glaciem, & eam occupâſſet, hi & alii populi ultra Albim cum religione Chriſti linguam & mores Saxonicos aſſumpſerunt, & per hanc conſequentiam huic Vicariatui ſubſunt.

9 Per obitum Joan. Guilelmi ultimi maſculi Ducis Jul. Cliviæ, Montium Anno 1609. ex ejus ſeniore ſorore Maria Eleonora Alberto nuptâ, filiâ Anna Brandeburgico nupta, Sigismund. Elect. Brandeburg. & ejus deſcendentes Georg. Guilelm. & modernus Elect. Frider. Guilelmus ſibi Ducatus vendicant, & pro Jure hoc deducendo prodiit Anno 1641. remonſtratio. 301. articulis comprehenſa.

10 De origine antiquiſſimæ domus Zolleranæ, quæ originem ante mille annos recenſet, ex qua ante 500. annos Norinbergenſes Burggravii, & ex his ante 250. An. Domus Electoralis Brandeburgica fluxit, non attinet hic agere, qua de re dictum alibi. Id de primis Burggraviis ex domo Zollerana minimè prætereundum, quod Friderici III. Cæſar Rudolphi I. ex Sorore filius poſtquam ejusdem Soceri Dux de Meran, Tode, qui reſidentiam habuit in arce Plaſſenburg juxta Culmbach ibid. Anno 1448. interfectus eſſet, Zolleranum territorium hæreditate defuncti variis locis & civitatibus auxerit & in Franconia varias donationes fecerit, Cujus nepos Joan. II. non tantùm arcem Plaſſenburg una cum Culmbach, Borneck, Trebgaſt, aliasque urbes à Comite ab Ortemund Burggraviatui per emptionem adjunxit, à Cæſare etiam in locum tenentem Marggraviatus Brandeburgenſis cooptatus.

Hujus quoque filius Burggravius Fridericus V. territorium adjectis Schwabach / Gürtzenhauſen / Waſſertrudingen / Hofmünchberg / Feuchtwang / Uſſenheim / cum aliis civitatibus partim à Comitibus de Naſſau / partim à vicinis ſtatibus acquiſivit. Hicque Fridericus à Sigismundo Imper. in locum tenentem Marchionatus aſſumptus, & propter fidelem navatam operam, & quia Cæſari in Hungariæ & Bohemiæ negotiis occupatus, hisce locis præeſſe non poterat, nec heredum maſculorum ſpem habebat, de Territorio & Electoratu hoc numeratis 400000. flor. Anno 1417. 18. April. Conſtantiæ durante Concilio publicè & ſolenniter inveſtitus Elector, Joann. nepos ejus Anno 1482. cum Ducatu Croſſen in Sileſia & Georg. fratris Filius, à matris ſuæ fratre Rege Bohemiæ Uladislao, de Ducatu Jägendorff proviſus eſt; Ejus frater Albertus Anno 1525. Pruſſiam à Rege Polon. in feudum hæreditarium obtinuit. Elector Sigism. Anno 1609. mortuo conjugis ſuæ avo ultimo Duce Juliæ, Cliviæ & Montium, una cum Principe Neoburgico ad has ditiones aditum obtinuit, & ejus filius Elector, Georgius Guilelmus Anno 1637. mortuo ultimo poſſeſſore vi pactorum Ducatum Pomeraniæ obtinuit. Ejus filius Fridericus Guilelmus modernus & XI. Elector ex hac domo Burggravorum pro promovenda pacificatione Germaniæ, ceſſit ante Pomeraniam cum Principatu Rugen Coronæ

Digitized by Google

Sueciæ, juxta Inſtrumentum pacis, & pro recompenſa ab Imperio accepit Epiſcopatus Halberſtadenſem & Mindenſem, una cum Magdeburgenſi expectativa, Item Anno 1657. à Polonia in Pruſſia quæ ante Coronæ feudum fuerat, Dominus declaratus, & Anno 1660. de Principatu Caminec proviſus eſt unà cum Rege Sueciæ.

Hoc modo Electoratus & Domus hæc in 250. Annos ad præſentem altitudinem excrevit, ut ejus potentia à Rheno, & provinciis inferioribus per Cliviam, Marcam, Mindenſem, Halberſtadenſem & Magdeburgenſem, nec non Brandeburgenſem ditiones Wendem, Pomeraniam & Pruſſiam usque ad Samoitas, adeoque ab uno termino Germaniæ ad alterum in longitudine 270. Milliarium ſeſe extendat.

Hæc arbor nunc octodecim numerat generationes, & in illis 110. Maſculini 120. fœminini ſexus, ex quibus illorum 41. harum 20. recens mortui. Inter eos recenſetur præter XI. Electores quorum ſecundus An. 1446. in Regem Poloniæ electus fuit præter ſæculares Principes 28. Eccleſiaſticos, inter quos unus Cardinalis & Elector Eccleſiaſticus, octo Archi-Epiſcopi, 10. Epiſcopi, unus Magnus Magiſter in Pruſſia; 5. Magiſtri Ordinis S. Joannis & 5. alii. E. Frider. Wilhelmo natus Anno 1630. ejus primò Principiſſæ de Uranien junctus Anno 1667. ſecundò Dorotheæ Duciſſæ de Hollſtein / Glückſtadt / etc. Ex anteceſſoribus Alb. Elector XIX. Joan. Georg. XXIII. & Marggr. Frid. IV. 17. liberos habuit, & quidam ad 60. 63. 65. 68. 72. 73. 75. & 76. duo ad 78. Annum ætatis pervenerunt.

Ab eadem domo fundatæ in iſtis locis tres Univerſitates & duo illuſtria Gymnaſia, nempe Anno 1506. ab Elect. Joachimo Francofurti ad Oderam, Anno 1544. à Duce Albert. II. Königsbergæ in Pruſſia, Anno 1655. à Moderno Elect. Duisberga in Clivia, Anno 1582. à Marggr. Georg. Frideric. Gymnaſium in Heilsbrun, Anno 1664. redditibus proviſum.

Ex ſexu fœminino præter 30. recentius natas, novem Eccleſiaſtici ſtatus reperiuntur, ex quibus ſex Abbatiſſæ, & 8. nuptæ, ex his una Imperatrix Cæſaris Ruperti conjunx, una Regina Sueciæ, 3. Regina Daniæ, 2. Palatinæ, una Archi-Duciſſa Auſtriæ Cæſaris Alberti avia, duæ nuptæ Bavaro, duæ Brunſwic. duæ in Curlandia, 5. in Lignez una Mantuæ, 3. Mechelburgi, 8. in Pomerania, 3. Saxon. Lauenburg, 4. Würtemberg. 3. Marggraviæ Brandeburg. 3. Palatinæ; 3. Haſſiæ Landgravio, 2. de Anhalt, 1. de Zolleren, 1. de Eggenberg. 2. Duciſſa in Croſſen, 1. Juliæ 2. Luneburg, 1. Münſterburg, una in Thuringia; 2. Leuchtenberg, 1. Ratzweilen & una in Siebenbürgen.

Fuerunt inter eos & ſunt adhuc celebres Heroes Frid. III. Burg. in prælio tempore Rudolphi I. Imper. copiis Franconicis & Rhenanis præfuit, ipſeque aliquot centenos equites ex ſuis adjunxit & ejus filius Frideric. I. in prælio Cæſar. Ludovici contra Fridericum ſe viriliter geſſit.

Frider. I. ſub Sigismundo in belli Ducem contra Huſlitas aſſumptus, quem Nuncius Apoſtolicus Norimbergæ in Eccleſia S. Sebaldi gladio ſolenniter accinxit, ejus filius ob facta heroica Elect. Frideric. II. Marchio cum ferreis dentibus & Elect. Albertus Germanicus Achilles nominari meruerunt, de hoc Æneas Sylvius, poſteà Pontifex Maximus Pius II. dictus meminit, quòd ſæpius maximè ſub Friderici IV. Cæſare belli Dux ſemper primus in conflictu, ultimus in diſceſſu fuerit, in obſidionibus primus muros aſcenderit, nulli campum denegarit, ſemper autem ſuperior extiterit, nunquam vulneratus aut ephippio ejectus, antagoniſtas verò frequenter ejecerit. Elect. Joach. II. ejus pronepos, Generalis fuit contra Turcas Ungariam & Auſtriam infeſtantes, & ſuperior evaſit, iis propulſis.

Idem cum filio Carol. V. ſtrenuam operam navavit, qualem ſe modernus Elector præſtiterit in bellis proximis, cùm & inter Polonos & Suecos, adhuc in recente omnium memoria hæret. A bellicis ad pacis actiones veniendo Jo. Elect. & ejus filii Joach. prudentiam prædicant hiſtorici quorum ille ob facundiam in publicis Imperii Conventibus perorando obtinuit, ut alter Cicero, hic diverſarum linguarum exactè peritus, qui legatis exteris ſua cuique lingua reſpondebat, Germanicus Neſtor vocari ſolebat.

Idem Elector modernus quarto gradu Conſanguinitatis jungi legitur Saxoni Altenburgico, Palatino Neoburg, Sulzbach, Bipontino, Kleeburg. & Lauterech, & Principi Baden-Baden, in ſexto quæ & alia pauca ex multis allegâſſe, ſufficiet.

CAPUT

CAPUT XXVI.

De Electore Palatino.

SUMMARIA.

1. *Hic E. eſt Archi-Theſaurarius.*
2. *Habet in Elect. votum.*
3. *Hujus veteres poſſeſſores.*
4. *An rectè VIII. Elect. inſtitutus?*
5. *An hæc dignitas magis Bavar. vel Palat. domui conveniat?*
6. *De ſtrada Montana.*
7. *De ſeparatione Palatinatus.*
8. *De religionis mutatione.*
9. *De Mercurio culto.*
10. *Heidelberg. E. Reſidentia.*
11. *Vaſis Vinarij deſcriptio.*
12. *Bibliotheca pretioſiſſima jam diſſipata.*
13. *Spargit Miſſilia in vulgus aurea & argentea.*
14. *Origo Miſſilium.*
15. *Miſſilia in Coronatione Papæ.*
16. *Miſſilia conſularia.*

1 COmes Palatinus Rheni Archi-Theſaurarius Imper. dicitur, *in ſubſcriptione receſ-*
2 *ſus Ratisbonenſ. Anno* 1654. * Licet ex A. B. quartum votum habet in Electio. Reg. Roman. tamen cum ſuperiori Palatinatu ejus Juribus in Bavarum translatis, nunc octavus eſt Elector, p. temp. Carolus Ludovicus, ejus heredes & agnati lineæ Rudolphinæ, juxta ordinem ſuccedendi in A. B. præſcriptum; & totus inferior Palatinus cum omnibus Juribus, quibus ante motus Bohemicos gaviſi ſunt Palatini, reſtitutus eſt;
3 *Inſtr. Pac. Germ. Suec. c.* 4. §. 5. * Hunc Electoratum Palatini ad Rhenum quinque tenuerunt familiæ. I. Francica Lotharingica, Moſellana, è qua Elect. duo. II. Cattorum & Francorum, ex qua Conradus ſeu Cuno, cui nupta fuit Irmelgardis Henrici defuncti ſine maſculis Electoris Filia. III. Suevica, ex qua Conradus Sueviæ Dux, cui nupta fuit, defuncti Cunonis filia. IV. Guelphica, ex qua Henr. V. cui nupta fuerat defuncti filia Agnes, qui urbem Heidelb. ampliavit. V. Wittelsbachia & Bavarica: Cùm enim Henricus decederet ſine maſculis, relictis duabus filiabus, quarum una Margareta juncta Hermanno Badenſi, altera Gertrudis Comiti Ottoni de Wittelsbach, Schiren & Dachaw, Bavaro Anno 1180. mortuo Anno 1184. qui cum ſuis ſucceſſoribus Bavariam cum Palatinatu poſſedit, quæ, ut d. in Elect. Bavar. in duas lineas Guilelminam ac Rudolphinam poſtea diviſi, illi Bavaria, huic Palatinatu aſſignato: Ubi notandum, quòd in Palatinatu nulli ſint ſtatus Provinciales, ut in aliis Imperii terris, Spreng. *in del. ſtat. p.* 296. §. *fuit.* Reformata Religio in hoc Palatinatu viget, Lutherani tamen ibi tolerantur, & Heidelbergæ publicum habent exercitium. Fridericus III. reformatam introduxit, Ludovicus VII. aſſumpſit Lutheranam, Jo. Caſimirus Ludovici filius, Frideric. IV. curator, retroinduxit reformatam Anno 1583.

Q. I. *An rectè octavus Electoratus inſtitutus, &* 4
inſtitui potuerit contra A. B.?

℞. Rectè potuiſſe cum conſenſu Imp. & ſtatuum, qui non ſolùm in pacificatione generali ita convenerunt, ſed etiam ſecutis Comitiis Ratisbon. Anno 1654. communi placito confirmarunt: Nec deſtituitur hoc exemplo antiquitatis; Nam ante Otton. III. plures EE. poſteà numerus ad ſex contractus, quibus Rex Bohem. ſeptimus adjunctus, ut in aliorum diſſenſu ſimul eligeret, *juxta Petr. de Andl. l.* 3. *de R. I. c.* 2. Demum autem in A. B. abſolute Bohemus Electoribus adſcriptus fuit; Orto quoque inter EE. non ſemper idem fuit.

Sub

Sub Frideric. II. Mogunt. Trevir. Colon. Palatin, Saxon, Brandeburg. Bohem. Aliàs autem Mogunt. Trevir. Colon. Brandeburg. Palat. Saxo. Dein ex A. B. Mog. Trev. Col. Boh. Palat. Saxo. Brandeburg. nunc poſt Boh. Bavar. Saxo. Brandeb. Pal. recenſetur: Lex enim poſitiva ab eo, qui legem tulit, mutari poteſt & potuit. Prout in caſu neceſſitatis vel utilitatis publicæ licitè à regula communi receditur; ita pater in caſu neceſſitatis filium vendere poteſt, *l. fin.* C. *de pat. qui fil. diſt.* pro neceſſaria defenſione aggreſſorem occidere licet, *l.* 45. §. 4. *ad l. aqu.* in caſu neceſſitatis, licet furari. *c. ſi quis propter neceſſ.* X. *de furt.* cauſa neceſſ. ſpernitur obedientia, *c.* 2. *de obſ. jejun.* in cauſa neceſſ. alienatio Fideic. licita, *l. filiusf.* §. *dici. de leg.* 1. Idem in dote *l. quamvis. cum ſeq. ſol mat.* Imò omnia illicita fiunt licita, excepta fornicatione, quicquid alii velint citati à Peck, *in c. peccatum. de R. I.* Pacis autem cauſa publicam concernit utilitatem, *l. ſi quis, ingen.* §. *in Civilibus. de Capt. & poſtl.* Hinc

Pax ut ſervetur, moderamen Juris habetur.

Cùm enim pax in Sac. Rom. Imper. aliter haberi non poſſet, quam Palatinatu & Electorali dignitate Electori Bavariæ addicta, qui tredecim milliones pro Cæſare ad bellum expenderat, viſum fuit Herciscundorum Judicium utrique parti utile, prout ſi tota respublica conſervari non poteſt, ne tota amittatur, partis detrimentum ferendum eſt, inſtar boni naucleri qui jacturam particularem æquo animo ſuffert, quæ navi conſervandæ conducit, *t. t. ff. ad l. Rhod. de jact.* ad hæc ſalus populi ſuprema lex eſt, ac totius Imper. pax ac conſervatio potior eſſe debuit, quàm privatum commodum, ideò ne omninò Bavarus recompenſa deſtitueretur, & Palatinus omnino neglectus videretur, placuit Superiorum Palatinatum cum Electoratu adhærente, à Bavaro armis occupatum, ei relinqui, inferiorem verò Palatinatum Palatino cum VIII. Electoratu evacuari & conferri: Ita tamen ut Palatino ſpes maneat ſuperiorem Palatinatum & primævum Jus Electorale recuperandi, quæ certis conditionibus Bavaro conceſſa ſunt, & nullam perpetuitatem implicant, cùm frequenter integræ Principum familiæ extinguantur: ſed ex iſtis rationibus unica illa Salus totius Germaniæ prævalet, cæteræ à divina providentia tantùm dependent. *Ita Hornius Politices & Hiſtor. in Acad. Hardavienſi Profeſſ. in tractat. de Palat. ſup. edito Anno* 1649. *th.* 11. *& th.* 7. Et ſic numerum ſeptimum Electoribus minui non poſſe, licèt in utilitatem Imperii augeri poſſit, tradit Limnæus, *in annotam. ad art.* 24. *Cap. Carol.*

Q. II. *An dignitas Electoralis propriè competat domui Bavaricæ, an Palatinæ Rhenanæ, in qua fuit à tempore A. B. hucusque ad domum Bavar. translata?* 5

Pro Bavarica domo ſcripſit Chriſt. Gewold. *Conſil. Bav.* Pro Palatino verò Marq. Freher. *Conſil. Palatin.* quorum ſcripta publicè extant. Cluten. *in Syll. rer. quæſt. Concluſ.* 24. ait:

Sed mihi non Jus eſt tantam componere litem.

Quæ ſcripta cum omnium jam ferantur manibus, & res jam ſit deciſa, quid olim fuerit, non anxiè inveſtigandum, nec antiqua vulnera, cicatrice jam ferè obductâ, refricanda cenſeo, cùm pax Monaſterienſis finem impoſuerit, cupidum lectorem ad auctores citatos amatæ brevitatis cauſâ remittens.

Poſſederunt prioribus annis ante bella Palatini Elector: Stradam Montanam: ita dictam, quaſi via ſit ad montes, Freher. *p.* 1. *de orig. Palat. cap.* 6. *& pag.* 6. 2. *cap.* 5. quæ ſub Romanis Cæſaribus, Probo, Gratiano & Valentiniano ortum habuit, incipit à Monaſterio Neuburg / ſuprâ Heidelbergam ultra Necarum usque Darmſtadium, & ad 6. milliaria extenditur. Ante ſæcula partim ad Comites de Ludenburg ſpectaſſe, dicitur; partim ad Monaſterium Lorſch, cui deinde utraque medietas obvenit, donec eam Archi-Epiſcopatui Moguntino Frider. II. incorporavit. Cùm autem Dietherus Elect. Comes de Iſenburg, confirmationem vel conſecrationem & pallium non debitè petens, à Pio II. Papâ Anno 1461. deponeretur Epiſcopatu, ſubſtituto Adolpho Naſſovienſi, dictus Archi-Epiſcopus Dietherus, Friderici I. Palatini Electore, auxilio advocato, ei pro ſuccurſus & belli ſumptibus, viam Montanam cum appertinentiis, Anno 1462. pro ſumma Capitali centum millium flor. oppignoravit, additâ etiam expreſſâ reſervatione de reluendo, quæ ex natura rei quidem ineſt; pro cautela tamen adjecta fuit, *arg. l.* 3. *de reb. Cred.* Quam nunc, ut in pacificatione noviſſima conventum, reluit, & Eccleſiæ rurſus incorporavit.

Licèt 6

7 Licèt ſuperior & inferior Palatinatus ante conjuncta fuerint in perſona unius principis: Tamen An. 1628. ſuperior in Principem Electorem Bavariæ per Cæſaream Majeſtatem Ferdinand. II. translata eſt titulo oneroſo, pro ſatisfactione militiæ Bavaricæ, & in compenſationem 13. Millionum auri, pro recuperatione Auſtriæ expenſorum, qua ſatisfactione Auſtria ſuper Anaſum Bavaro pignorata, ab eoque poſſeſſa, liberata fuit, & ſuis dominis reſtituto, cum hac reſervatione: Si Palatinatus ſuperior quovis modo evinceretur, ac Domui Bavaricæ ſubtraheretur, Cæſar ejusque heredes, obligentur, Auſtriam ſuper Anaſum Bavaro evacuare, usque ad plenam ſolutionem memoratorum tredecim millionum.

8 Etſi in his partibus per Palatinatum inferiorem, religio Catholica priori ſeculo adhuc plurimùm floruit, id quod plurima monimenta atteſtantur, & Fridericus II. Elector An. 1556. Catholicè obierit, cùm ante Ann. 1550. ſcripto ſe fidelem S. Rom. Eccleſiæ filium profeſſus fuiſſet, & erectionem Univerſitatis Heidelb. (de quâ infra) à Sede Apoſtolicâ impetrâſſet, licèt in aula & Cancellaria ſimul Lutheranos admiſerit, & reformationis principia facta fuerint, donec Auguſtana Confeſſio hic recepta; Ejus tamen ſucceſſor Otto Henricus miſſam, imagines & ceremonias veteres abolevit, & Lutheranam invexit. Quo Anno 1559. mortuo Frideric. III. reformatam aliis abolitis ſolam doceri voluit, quòd duravit ad An. 1576. ubi Ludovic. E. ſuccedens Lutheranam poſtlimio reduxit, quo etiam An. 1583. defuncto, Frater Joan. Caſimirus, Curator & Adminiſtrator nomine Friderici IV. filii ex d. Ludovico, reformatam rurſus revocavit. Et ſic intra tam paucos annos quinta religionis evenit mutatio, donec An. 1622. Cathol. religio rurſus Heidelbergæ & aliis Palatinatus locis ſervata, usque ad bellum Suecicum An. 1632. & 33. quo tempore reformata religio re infecta. Alias poſteriorum tempo um mutationes quales vix ullibi evenerunt, deſcribunt hodierni temporis Hiſtorici, omnium manibus obvii.

9 Reſidet & aulam Sereniſſ. Elect. Palatinus habet Heidelbergæ ad Necarum, ibi ponte artificioſè ſtratum, qui Sueviam & Franconiam ſeparat, licet aliquando Bacheraci ad Rhenum reſederint, quam huc Heidelbergam Conradus Friderici I. Imp. frater, Palatinatu à Cæſare donatus, tranſtulit mortuus Anno 1192. * Hic vas ingens vinarium, capax 133. fuder. 3. amar. & 3. 10
quartalium aſſervatur, ad quod 27. gradibus & parvo ponticulo addito aſcenditur, 24. faſciis ligatum, quæ 122. Centenarios ponderant. Arx autem munita urbe 300. pedibus altior cum horto amæniſſimo, nec non rotunda turris 32. paſſus lata murum 16. pedes craſſum habet, in qua centum Menſæ collocari poſſunt, de quâ Freher. *p. 1. orig. Palat. c.* 10. ait, quòd poſt turrem Bourges in Gallia nulla amplior reperiatur. * Ampliſſima 11
hic totâ Europâ decantata fuit Bibliotheca, quam quidam Vaticanæ prætulerunt. *Scaliger. lib. 4. Epiſt.* 434. cui ſuam etiam opulentiſſimam legavit Ulricus Fugger, Baro de Kirchberg Ann. 1584. mortuus: cui acceſſit theſaurus ingens librorum ex Monaſterio Lorſch, & Bibliothecaria ſuppellex Spanheimenſis ex Crutzernach, de hac ſola Trithemius, ibi quondam Abbas, ſimilem in Germania non repertam fuiſſe ſuo ævo, Anno 1515. dixit, & Anno 1601. adhuc extitiſſe refert Freherus. Theſaurum ſanè inæſtimabilem, cujus manuſcripta ad 80. millia coronatorum æſtimata; Sed belli injuria diſtractâ; perdita & corrupta ſunt hæc omnia, & chartæ pretioſæ equis loco ſtraminis ſubjectæ fuerunt. Hi bellorum fructus eſſe ſolent.

Ne quid autem antiquitatis ignoretur, cum 12
olim Tacito teſte Germani Mercurium colerent, & in monte Heidelbergæ vicino ſtatua Mercurii eſſet collocata, poſtea tempore Cæſaris Antonii Pii, vel Aurelii Dydius Evocatorum Dux (quo tempore Chriſtiani milites pluviam à Deo impetrârunt) locum hunc (ubi nunc eſt Palatinatus) regere:, loco ſtatuæ Mercurii in monte ſacellum extruxit, idemque in montis pede palatium fieri fecit, unde Regio Pallas & pallatium à multis dicta eſt, idque à tempore Juliani I. usque ad Julianum II. annis 200. ſtetit, in locum autem Mercurii mons omnibus Sanctis dicatus Allerheiligen Berg vocatus eſt, duorum montium Heidelbergæ vicinorum, der Geiß-Berg/ und König-Stul/ meminit Scopper. *in Chorol. pag.* 101. & addit ex hoc die ſereno Coloniam ſpectari poſſe, adde de origine ducta à voce Pallaſt / & Capella. Scopper. *in Chorol. pag.* 169. *& de palatiis Aſſum. Fritſch.*

Digitized by Google

13 In celebratione ſolennis curiæ & poſt coronatio-
nem Imperatoris hic Elector, auream & argenteam
pecuniam ſpargit, vel ejus Subofficiarius heredi-
tarius Comes de Sinzendorf, qui equo inſidens au-
reas & argenteas monetas ita ſignatas, ut in una
parte Imp. vel Regis Rom. nomen, in altera an-
nus & dies quo coronatus eſt, legatur, & partem
monetarum cum equo pari cum cæteris ſubofici-
ariis hereditariis Jure retinet, Spreng. *Jurisp. pub.
de Coronat. p.* 180. Ut in coronatione Ferd. IV.
Rom. Regis Ratisbonæ, & Leopoldi Francofurti
obſervatum. Qui mos ſpargendi pecuniam a-
liaque miſſilia antiquitus etiam obſervatus, ut hoc
modo dies natales, nuptiales, ſepulchrales, nota-
biliores redderentur, & memoriæ conſecrarentur.
Idem in Principum & magiſtratuum electionibus,
inaugurationibus, confœderationibus, triumphis,
in Eccleſiarum quoque fundationibus, conſecra-
tionibus & aliis obtinuit, & æris ſparſi mentio fit.
in lib. 5. *§.* 1. *ff. Pro derelict. Novell.* 106. *cap.* 2. quæ
miſſilia, *in Nov. Leon.* 94. honoraria, ſeu liberalia
dona vocantur, *add. §. hoc amplius. I. de R. D.*

14 Origo quidem incerta eſt, ſed probabilius eſt
à Romanis potius quàm Græcis profluxiſſe, & in
ludis quos Conſules & Prætores ad initium magi-
ſtratus edere ſolebant, ſparſiones feciſſe innuit
Nov. 105. *princ.* quod imitati dein fuerunt Impp.
poſtquam lege regia ad ipſos omnis poteſtas trans-
lata fuit, quem morem Græci ante veſtibulum
templi S. Sophiæ in ſuis inaugurationibus conti-
nuârunt, unde ad Germanos derivatus eſt. Sic
Probus Alipii filius ad præturam vocatus centum
& 20. millia aureorum, Maximus 40. millia im-
pendit: Domitianus autem & Heliogabalus non
ſolius memoriæ ergo, ſed etiam ineptæ recrea-
tionis cauſa, quam ex tumultu rapientis populi
ſentiebant, miſſilia jactari fecerunt: Alii tamen
parcius & alii largius miſerunt, de Neronis ad hoc
inſana prodigalitate meminit Sueton. *in ejus vi-
ta, cap.* 11. Jactabantur etiam nonnunquam Sym-
bola & teſſeræ globuli, aliquando quibus quæ in-
ſcripta erant, vel eſculentum, vel veſtis, vas au-
reum, quin & naves, Inſulæ, domus, agri illi qui
teſſeram acceperat, extradebantur, quamvis hic
teſſerarum mos ſucceſſu temporum in uſu eſſe de-
fierit, ſparſio nummorum manſit, qui aliquan-
do aurei aliquando argentei, aliquando utri-
que eſſe ſolent, & aliquando ſerico incluſi
fuerunt, interdum ſine involucro, ut hodie fit;
olim per officiales Cæſareos ſparſiones fiebant,
hodie ut princ. hujus numeri d. per Elect. Palati-
num. * In coronatione Pontificis etiam jactatio 15
miſſilium uſurpatur, Spreng. *in Jurisp. n.* 29. non
argenteæ tamen nec aureæ, his verbis: Do quod
habeo quia mihi nec aurum, nec argentum eſt. De
Pio tamen V. Papa refert, Speid. *in verb. miſſilia.*
quod dum Anno 1566. 7. Idus Jan. Electus 16. Cal.
Febr. coronatus eſſet, noluerit miſſilia jactari ne
præ compreſſione populi aliqui ſuffocarentur, ſed
majorem ſummam pecuniæ juſſerit dividi in mo-
naſteria & loca pia ac pauperes domeſticos.
Hanc jactationem autem Conſulibus Roma- 16
nis inhibuit Imper. Inſt. *in Nov.* 105. quod viliſſi-
mum videretur auram popularem captare largi-
tionibus, quæ Conſulum erat intentio; Et ſi do-
nare eſt perdere, *l.* 7. *de donat. l.* 3. *ad Macedon.*
quia donantem facit pauperiorem, *l.* 1. *&* 3. *de
donat. inter vir. & ux.* merito errorem perdendi
iſtam jactationem vocat Imp. *d. Nov.* Errorem
autem ideo, quia qui miſſilia jactat, ignorat quis
vel quantum quisque ſit accepturus, honores verò
meritis non largitione aut ambitione popularis
auræ captandi ſunt, *l. fin. C. de ſtat. & imag. V.
Brunnem ad t. C. de Conſul.* Eſt & alia ratio pro-
hibitionis quod aurum maximè jactare ſoli Impe-
ratori competat loco ſingularis præeminentiæ,
non quidem ut regale, ſed tanquam ſolius digni-
tatis Imperialis ornamentum, quod privatus ſibi
arrogans ad ſimilitudinem Læſæ Majeſt. pericu-
lum incurrit, *l.* 4. *C. d. veſtib. holo.* Conſules au-
tem reſpectu Principis pro privatis habentur, Item
ſtante & permiſſa jactatione tam ſumptuosâ bene
meriti ſumptibus impares ad hunc honorem aſpi-
rare non poſſent, cum anteceſſorum exempla ſuc-
ceſſoribus, neceſſitatem eos imitandi & jactandi
quaſi imponere viderentur, qui omiſſa jactatione
jacturam gratiæ popularis metuebant, qui metus
jactationem extorquebat, prout pudore quidam,
alii metu obtrectatorum, alii invidiæ fugiendæ
gratia ſe plebi accomodare ſolent, ſæpe cum gra-
vi rei familiaris pernicie, quin & multos inter di-
ripiendum miſſilia periiſſe legimus, alios graviter
ex preſſura læſos, & exempla docent, quàm tu-
mul-

Digitized by Google

multuosè bos qui in actu Coronationis Cæſareæ vera ligneo aſſatur, pannus qui ſubſternitur ab inhiante plebe diripi ſoleat, idem in avenæ exhibitione & vini tam albi quàm rubri effuſione aliquando factum, experientia docet: quod periculum toties quoties novus fit Conſul, cujus officium annuum impedire merito Imperatori convenit. *Nov. Leon.* 42. Aliud in Cæſarum coronationibus, quæ rationes ſunt, cùm hæc dignitas perpetua ſit & ad vitam durabilis.

CAPUT XXVII.

De S. R. I. Collegio Principum ejusque diviſione.

SUMMARIA.

1. *Connexio & hominum generalis diviſio.*
2. *Varia acceptio vocis Principis.*
3. *Prima Principum diviſio.*
4. *Scamnum Eccleſiaſticum.*
5. *Epiſcopi Principes Imp.*
6. *Abbates Principes.*
7. *Præl. ſtatus Scamni Suevici.*
8. *Rhenani.*
9. *Abbatiſſæ.*
10. *Scam. ſæculare Princ.*
11. *Scamnum Wetterau. Comit.*
12. *Scam. Suevic.*
13. *Scam. Franconicum.*
14. *Scam. Saxon. Inf. vel Weſtphal.*
15. *Scam. Transverſale.*
16. *An de præcedentia contendere deceat?*
17. *An ſeſſio armis defendi poſſit?*
18. *An legato locus ſui Principis legantis debeatur?*
19. *Quæ actio pro Jure. ſeſſ. competat?*
20. *An legatus abſens turbatus ſine mandato pro ſeſſ. agere poſſit?*
21. *An hic ſine mandato agens ſatisdare debeat?*
22. *An aliis etiam ſine mandato ad hoc agere liceat?*
23. *An Idem etiam ſine mandato petitorium inſtituere poſſit?*
24. *An Imper. diſcordantes de ſeſſ. ad transſigendum cogere poſſit?*
25. *Controverſia inter Sedem Romanam, & Conſtantinopolitanam.*
26. *De ſeſſione Pont. & Imperatoris.*
27. *De Controverſia Seſſionis inter Imp. nondum coronatum & Galliarum Regem?*
28. *An Rex Romanorum Galliæ Regi præferendus?*
29. *Controverſia inter Gall. & Hiſp.*
30. *Inter Hiſp. & Anglum.*
31. *Inter Pol. & Sueciæ Reges.*
32. *Inter Mediol. & Sabaud.*
33. *De aliis ſeſſionum litibus.*
34. *Harum litium ſequela.*
35. *Litium harum difficultas, unde dirimenda?*
36. *Naturalis præcedentia ex reverentia debita?*
37. *Civilis ſemel quæſita, durat cum ipſa ſubſtantia.*
38. *& 39. Controverſia Florent. & Ferrarienſ.*
40. *Quod tempus attendendum?*
41. *Quid ſi ſubſtantia dignitatis mutetur?*
42. *An ſola ſucceſſio in Principatu præcedentiam tribuat?*
43. *An ſola ſpes majoris dignitatis?*
44. *Quid de Coadjutoria.*
45. *Quid de re judicata?*
46. *Quid in laudo?*
47. *Quid de conſuetudine?*
48. *Quis actus conſiderandus?*
49. *Qualis actus præjudicialis vel non?*
50. *Quid de ordine ſcripturæ?*

51. *An ætatis ratio habenda?*
52. *An poteſtatis patriæ?*
53. *An nunquam ætati deferendum?*
54. *Quid ſi plures Illuſtres concurrant?*
55. *Quid in Colleg. Eccleſ. & Politicis?*
56. *A quo tempore prioritas officij metienda?*
57. *Caſus ſingularis.*
58. *An bona fortuna quid tribuant?*
59. *An plurium titulorum concurſus?*
60. *An libertatis ratio habenda?*
61. *Quid de animi dotibus?*
62. *An ſuccedaneus reſignantis ejus locum intret?*
63. *An reſignans reverſus priſtinum locum intret?*
64. *Quid de ſuſpenſo ad tempus?*
65. *Quid de reſtituto?*
66. *Quis locus dignior?*
67. *Quæ dextera?*
68. *Quis locus dignior tribus convenientibus?*
69. *Cautelæ variæ.*
70. *In mari & navigatione reverentia, vel à ſubmittere.*
71. *& 72. Hæc fit duobus modis.*
73. *An ſtatuta Principum ſint Civil. vel prat.?*
74. *Principibus competit etiam extraord. collatio.*
75. *Si tamen ſubſit neceſſitas publ.*
76. *An Princeps cogere poſſit ſubditos ad mutandum?*
77. *An redemptio domini ſit cauſa ſufficiens?*
78. *An acquiſitio novæ dignitatis?*
79. *An elocatio filiæ?*
80 *An pro una vel etiam pluribus filialibus Collecta exigi poſſit?*
81. *An pro filia ingreſſura Monaſterium?*
82. *An pro ſpuria?*
83. *Ratio conſtituenda dotis.*
84. *Dos an in mobilibus danda?*
85. *Legitima dos quæ?*
86. *De dote Hiſpanica.*
87. *Dote data cum jurata renunciatione, an ad reſciſſ. agi poſſit?*
88. *Frater an pro appenagio fratris collectare poſſit?*
89. *An idem in donat. propt. nupt.*
90. *Conſuetudinis interpretatio.*
91. *An collectatio concedenda actu non regentibus?*
92. *An ipſi appenagiandi collectas exigere poterint?*
93. *An filiæ heres pro ſeipſa maritanda?*
94. *An indicta pro filia non ſoluta ſuccedenti novo domino ſolvenda?*
95. *An ob non ſolutam contrib. confiſcat. locus?*
96. *Modus admittendi Principes ad vota & ſeſſionem Imperij.*

1 CUm Status S. R. I. in tria Collegia communiter dividantur, quæ auditâ propoſitione Cæſareâ in Comitiis & conventibus Imperii ſeorſim diverſis locis conveniunt, de capitibus propoſitis deliberant, & ſuam ſententiam aperiunt: Collegium autem primum Electorale jam totum & per partes prioribus Capitibus examinatum ſit, ordo ſuadet, ut ad ſecundum Principum Collegium tranſeamus, ejus partes & partium partes, perluſtremus, quod Collegium quia diverſas claſſes continet, Archiepiſc. Epiſc. Abb. Prælatorum, Abbatiſſarum, Ducum, Marchionum, Landgraviorum, Burggrav. Comitum & Baronum, qui aliàs 2. 3. 4. 5. & 6. claſſes conſtituunt, ordinem intellectus & doctrinæ *juxta Ariſtotelem* 1. *Phyſ.* ſequemur, à Generalibus ad ſpecialia & ſingulos deſcendendo; Et quidem hoc 23. cap. Collegium Principum, ejusque diviſiones, ſubdiviſiones & Jura generatim proponemus, ita ut quæ notabiliora ſunt, circa ſingula, digito quaſi monſtrentur. Nauclerus genus humanum in tres ſtatus dividit in Clericos, milites, & ruſticos, cujus diviſionis orginem, quidam Poëta Noëmo ad filios ſuos Sem, Japhet, & Cham loquenti attribuit:

Tu ſupplex ora, tu protege, tuque labora.

Sem Sacerdotem Japhet à quo Germani militem & Cham ruſticum notando.

Ne autem hoc loco ex varia & ambiguâ Principum vocis ſignificatione oriatur dubitatio, hic præmittendum quòd ſicut Jure noſtro Communi Juſtinianeo, una vox ſtrictè, latè & latiſſimè accipitur, prout pecunia ſtrictè capitur pro pecunia numerata, vel nummo, in materia emptionis, *l.* 5. *§.* 2. *ff. de praſc. verb.* II. Latè pro qualibet re fungibili, ſive quæ pondere numero menſura conſtat, ut in mutuo, *l.* 2. *§. creditum, ibi: niſi profiſcatur pecunia, ff. de Reb. Cred. §.* 1. *I. quib. mod. recont. l. talis ſcriptura.* 30. *de legat.* 1. III. Latiſſimè pro quacunque re pecunia æſtimabili *ut in l* 178. *de V. S.* Ita idem evenit in voce Principis, 2
quæ

quæ ſtrictè accepta ſolum Imperatorem per excellentiam denotat, *l. Princeps. 31. ff. de ll. l. digna vox. C. Eod. §. ſed & quod Principi de Jure nat. 2. Feud. 7. & 2. Feud.* 10. Unde Imperator Princeps Romanus dicitur, *princip. prooem. Inſt.* uti etiam per Excellentiam urbs pro Româ ſumitur, *§. 2. I. de Jur. nat. Toloſan, lib. 6. de Rep. c. 6.* II. Latè pro omnibus quibuscunque hoc nomen ſpeciali privilegio tributum eſt, ut ſunt, Fürſten von Anhalt/ ꝛc. III. Latiùs pro omnibus qui ad hanc claſſem Principum pertinent, quæ acceptio noſtro propoſito convenit, & prædicti ad hoc collegium Principum ſpectant, hocque nomen habent. IV. Latiſſimè pro omnibus, qui præſunt, vel à Germanico, Vorſtehern/ *Borch. ad Conſ. Feud. cap. 5. n. 25. Beſold. in Theſ. pract. t.* Fürſten. & ſic magiſtratus aliquando Princeps, ſed cum addito vocatur, *l. 15. §. 5. de Excuſ. tut.* hocque modo Principem dici poſſe omnem, qui habet merum & mixtum imperium, tradit Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 4. n. 17.* Quamvis in Gallia Principis nomen iis tantùm tribuatur, qui per mares à Regibus Galliæ deveniunt, atque ita Franciſcus Borbonius, cùm Guiſium ſeipſum Principem appellantem exaudiviſſet, ad adſtantes jocosè dixit: Guiſium Germanicè lingua Gallica loqui. Etſi autem Septuplicem iſtius vocis appellationem obſervarit Schütz, *vol. 1. diſp. 8. de divis. ſtat. Th. 2.* tamen aliæ acceptiones ad has 4. commodè reduci poſſunt. Tertia ſignificatio, ut d. propoſito noſtro convenit, & Princeps dicitur hoc loco perſona illuſtris, ac ſtatus, qui ſub immediata Imperatoris & Imperii Juriſd. regalem dignitatem poſſidet, quæ deſcriptio EE. quidem etiam adaptari poteſt, ſed cum eminentiori loco conſtituti ſint, ab hac claſſe ſeparantur, & aliud peculiare Collegium faciunt.

In hoc Principum Collegio alii Eccleſiaſtici ſunt, alii Sæculares, & ſeſſionem habent in ſcamno Eccleſiaſtico vel Sæculari, vel intermedio & transverſo. 3

SCAMNUM ECCLESIASTICUM CONTINET.

4 Salisburg. Archi-Epiſcopum, Archi-Ducem Auſtriæ, Ducem Burgundiæ,	Horum Legati etiam alios Principes hujus Collegii præſentes antecedunt.

Sequitur Ordinis Tentonici ſupremus Magiſter, qui etiam prætendit ſui legati præcedentiam præ aliis Principibus poſt tres prænominatos; Sed Comitiis Ratisbonenſibus Anno 1641. decreto Cæſareo 21. Septemb. id ei negatum fuit.

5 SEQUUNTUR EPISCOPI,

Bambergenſis, Herbipolenſis, Wormatienſis,	alternativè ſedent.

Eichſtadenſis,
Spirenſis,
Argentinenſis,
Conſtantienſis,
Auguſtanus,
Hildeſienſis,
Paderbornenſis,
Friſingenſis,
Ratisbonenſis,

Digitized by Google

Paſſavienſis,
Tridentinus,

Baſileenſis, } Anno 1641. convenère de alternatione,
Brixienſis, } & Anno 1654. ille præceſſit.

Monaſterienſis, } Monaſterienſis & Leod. alternant. ſed Oſnabrug.
Oſnabrugenſis, } manet in medio.
Leodienſis,

Lubecenſis,
Cameracenſis,
Sitten,
Meta,
Tulla,
Verdunum,
Lufort,
Cur,

ABBATES ET PRÆLATI, NON COMPARENTES.

6 S. Gallenſis.
Einſidlenſis.

COMPARENTES.

Fuldenſis,
Kemptenſis.
Morbach Luders, } alternant quotidie.
Elwangen, }
Præpoſit. Berchtolsgadenſis,
Weiſſenburg,
Brun,
Stabell,
Corphey,
Odenheim,
Abbat. Wachenridenſis

Abbates, qui ſunt Principes & ſtatus, ſeſſionem habent in Scamno Eccleſiaſtico juxta pedes Imperatoris, Sprenger. *in delineat. ſtat. Imp. pag.* 247.

Quamvis ab aliis alius ordo ponatur, hæc omnia ſine ullius præjudicio, non ignorans poſteriora derogare prioribus.

ALII PRÆLATI DIVIDUNTUR IN SCAMNA.

7 SUEVICUM & RHENANUM. 8

SUEVICUM	RHENANUM
Reichenavienſis,	Kayſerheimenſis,
Salmansweiler,	Odenheimenſis,
Weingartenſis,	Werdenſis & Helmſtadienſis,
Schuſſenrietenſis,	Abbat. S. Ulrici & Afræ Auguſtæ,
Oxenhuſanus,	Abbat. Monaſterii S. Vallis Gregorianæ,
Gengenbachenſis.	Abbas S. Cornel. in Circulo Weſtphalico,
Elgingenſis,	
Yrſenſis,	

Urs-

Urſbergenſis,
Rochenbergenſis,
Munchenrodenſis,
Mundeinenſis & Weſſenavienſis,
Marthalenſis,
Peterhuſanus,
Weterhuſanus,
Ottenbajenſis,

Nobil. Monaſter. Brachſalenſe,
Abbas S. Emerani Ratisbonæ,

ABBATISSÆ.

9 Abbatiſſæ Eſſendienſis in circ. Weſtphal.
Bucchavienſis,
Quidlenburgenſis,
Andlavienſis,
Lindavienſis.
Heruordienſis.
Gerningerodienſis.
Abbatiſſa inferioris Monaſt. Ratisbonæ,
Abb. ſuper. Monaſt. Ratisbonæ,
Abbatiſſa Burſcheidenſis.
Abb. Ganderchermenſis.
Abb. Rodenmonaſt. in Circ. Suev.
Abb. Guttenrellenſis,
Abb. ſeu Scholaſt. de Hegbach.
Abb. ſeu Schol. de Banidt.

} Hæ omnes per legatos comparent.

SCAMNUM SÆCULARE PRINCIPUM.

10 Inter ſæculares Principes ſunt Archi-Duces Auſtriæ, & Duces Burg. de quibus ſeparatim agetur.

Bayeren.
Pfaltz Lautren.
Pfaltz Zimmern.
Palatinus Neoburg.
Palatinus Bipontinus.
Palatinus Veldentz.
Saxo Altenburgenſis.
Saxo Wimarienſis.
Saxo Coburgenſis.

Saxo Eiſenacens.
Brandeb. Culenbach.
Brandeb. Onolsbach.
Brunſw. Wolfenbüttel.
Brunſw. Zell.
Brunſw. Grubenhagen.
Brunſw. Calenberg.
Brunſw. Luneburg.
Gülch.

Vor, Pomeren Stettin.
Hinder, Pomeren Wolgaſt.
Heſſen Caſſel.
Heſſen Darmſtadt.
Mechelb. Schwerin.
Mechelburg. Güſtro.
Würtenberg.
Baden Durlach.
Baden-Baden.
Baden Hochberg.

} Hæ 5. domus Anno 1641. in alternationem conſenſerunt, licèt Schwerin contradixerit.
Holſtein in eam conſentire voluit, ſed ipſi à his domibus negatum eſt, creditur tamen obvenatur.

Bremen

Bremen. Sprengerus locat ante Brunſwicenſes.
Saphoy.
Sachſen-Lauenburg.
Münden.
Holſtein Glückſtatt.
Holſtein Gotdorf.
Leuchtenb, Landgraf.
Anhalt.
Burggraf zu Meiſſen olim.
Henneberg.
Lothringen. Nomeng.
Arnberg.
Hohen Zolleren.
Eggenberg.
Lobkowitz.
Salm.

Domus Naſſovica prætendit præ iſtis 2. præcedentiam *Spreng. ſtat. Imp. delin. pag.* 386.

Acceſſerunt Anno 1654. 15.–25. Decembr.

Dietrichſtein.
Piccolomini.
Naſſau Dillenburg.
Auersberg.
Schwartzenberg his Comitiis.

SCAMNUM WETTERAVICUM CONTINET COMITES.

11 Hannoviæ.
Naſſoviæ.
Sain & Witgenſtein.
Leiningen.
Solms.
Waldecenſes.
Iſenburg & Budingen.
Salmenſes.
Stolberg.
De Wiedt.
Falckenſtein.
Schwartzenburg.
Mansfeld.
Ortenburgenſes.
Bergenſes, Bergobſam.
De Reuſſen.
De Schonberg.
De Pyrmont.
De Gleichen.
Fleckenſteinenſes.

SCAMNUM SUEVICUM CONTINET

12 Comites de Fürſtenberg.
Com. de Waldburg.
Com. Oetingen.
Com. de Rechberg.
Com. de Trautmansdorff.
Com. de Schlick.

Com.

Com. Montfort.
Com Köniseck.
Com. Weiſſenſteig & Hag.
Bar. de Grabeneck.
Com. de Hohenwaldeck.
Com. de Fugger.
Com. de Wolckenſtein.
Com. de Waldſee.
Com. de Sultz.
Com. de Herolseck.
Com. de Hohen Embs.

Barones in Sonn & Erſegg.
Com. de Sintzendorff.
Com. de Grafeneck.
Ratione Comitatus Breiteneck heredes Tylliani.
Com. de Wallenſtein.
Ratione ditionis Bondorffenſis Franc. Abb. S. Baſilii.
Poſſeſſores bonorum Inſtingenſium, ſub circulo Sueviæ.

13 SCAMNUM FRANCONICUM.

Comites de Hohenlohe.
Com. de Caſtel.
Com. de Wertheim.
Com. de Laſi ſeu Reinck.

Com. Erbacenſes.
Domin. de Limburg.
Com. de Schwartzenberg.
Domin. de Sainshaim.

IN SCAMNO SAXON. INFERIORIS VEL WESTPHALICO.

14 Comites Sainenſes.
Com. Schwartzenburgici.
Com. Oldenburgenſes.
Com. Bentheimenſes.
Com. de Brunchorſt.
Com. de Manderſcheid.
Com. Ridbergenſes.
Com. Oſtfriſiæ Embdani.
Com. de Horn.
Com. de Barbi & Muling.
Diſtolt nunc Brunſw.

Com. Reifferſcheidenſes.
Com. de Arnsberg.
Poſſeſſores Hennebergenſium bonorum Domini de Metternich.
Com. de Spiegelburg & Piermont.
Com. de Lippa.
Com. de Vehlen.
Com. de Rheinſtein & Tattenbach.
Com. de Rantzaw.
Com. de Sintzendorff.
Com. de Mors & Sarvverden.

SCAMNUM TRANSVERSALE.

15 In hoc ſunt Epiſcopi, quod poſtulatos vocant, Auguſt. Confeſſ. qui in Comitiis inter Eccleſ. & ſæculares intermedio & transverſo Scamno ſeſſionem habent, quibus à latere Cancellarius nomine Moguntini directione fungens aſſidet, *Inſtr. pac. Suec. p. 5. §. 6.*

Magdeburg.
Halberſtadt.
Verden.
Minden.
Naumburg.
Morsburg.
Meiſſen.
Lubeck.
Ratzenburg.
Lebus.
Brandebur.
Schwerin.
Hirſchfeld.
Sahlfeld.

Antequam ad ulteriora progrediamur, quia tam inter Eccleſiaſticos, quàm ſæculares Principes ſtatus, & alios frequenter ſuper præcedentia & ſeſſionis prærogativa oriuntur controverſiæ.

16 Q. I. *An Chriſtianis Principibus & maximè Eccleſ. & Religioſis de Jure præcedentia certare, & ſibi hoc aſſerere, liceat?*

Non eſt res hæc nova, cùm legamus Diſcipulos Chriſti indignatos fuiſſe, quando mater filiorum Zebedæi unum ad dexteram, alterum ad ſiniſtram collocari petiit in regno cœlorum: *Marc. 9. v. 33. & ſeq.* Sic gl. *in l. decernimus. C. de SS. Eccleſ.* refert, de præcedentiâ controverſiam fuiſſe inter Archi-Epiſcopum Mediol. & Ravennatenſem: Burdigalenſem & Bituricenſem Archi-Epiſcop. in Gallia de Jure primatiæ controvertiſſe notum facit, *c. Expoſuit. de dilat. c. venerabilis de dol. & contum. cap. humilis de Major. & obed.* Plura exempla recenſet *in nucleo Jur. pub.* Dom. Arumn. *diſput. 21. de ſeſſ. prærog. Lym. de Jure pub. lib. 4. cap. 9. Goldaſt. in Polit. p. 11. de prærog. Rom. Imper. cap. 31. p. 597.* quæ lubens hîc prætereo: Sunt qui contra has contentiones illud Salvatoris allegant, *Luc. 11. v. 43. & 14. v. 18. Matth. 20.* Væ vobis Phariſæi, qui diligitis primas cathedras in Synagogis & ſalutationes in foro, de quibus etiam Martial.

Sæpè ſalutatus nunquam prior ipſe ſalutat. Et.
Aut tu redde vices aut deſine velle ſalutem, Expectare meam.

Verùm hæc & ſimilia tanti momenti non ſunt, ut quis vel minimùm de ſuo Jure remittere & honorē jactare debeat, cùm honori omnia poſtponenda, traditum ſit *in l. Julianus ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt.* quæ autem ſine rubore & verecundia fieri non poſſunt, facienda non ſunt, *l. pen. ff. de Furt.* ut qui ea poſſe dicimur, quæ honeſtè poſſumus, quæve exiſtimationem non lædunt, *l. filius. 15. de Cond. Inſt.* Et fruſtra hac de re in Jure conſtitutiones factæ eſſent, *t. t. C. ut ord. dig. ervet.* ſi ei præeminentiæ non eſſet inſiſtendum; unde etiam conſtitutum, quod digniores primo loco ſcribi debeant, *l. t. de alb. ſcrib. l. generaliter. §. quos ergo. de Fideic. lib. l. qui ſolum. de Hered. Inſt.* & ex ordine ſcripturæ Mediolanenſem Ravennati præfert gl. *in c. bene. §. cum lecta diſt. 96.* Ut & dignior altiore loco ſedet aut incedit, *juxt. Pſal. 110.* ibi: ſede à dexteris meis. Ac licèt inter Imperii ordines altercationes de ſeſſione valde nocivæ ſint, quarum veſtigia in receſſ. Imperii adhuc ſuperſunt, & ſingulis ferè comitiis novarum litium clamoribus atria & ſubſellia perſonent, propter quas diſpares oriuntur affectus inter ſtatus, R. A. zu Regenſp. *An. 1603 §.* der in dem H. Reich Vota in conſiliis imminuuntur, R. A. zu Speyer. *Ann. 70. §.* zum letzten. Comitia protrahuntur, R. A. zu Speyer. *de Anno 1526. §.* Item als ſich *facit. c. fin. diſt. 89.* Expeditiones publicarum rerum impediuntur, R. A. zu Speyer. *Ann. 1570. §.* zum letzten. Hæc tamen omnia & text: cit. ſunt intelligendi de iis qui ſola ambitione & faſtu de ordinis prælatione contendunt, non qui locum ſibi ordinis & familiæ ratione debitum conſervare ſtudent, crudeles ſi famam negligerent, & in ſeipſos injurii. Etſi enim natura omnes ſimus æquales culpa tamen exigente alii ſuperiores, alii inferiores ſunt effecti, *c. de Conſtantinopoli. diſt. 22.* ut ſcilicet ſuperiores culpas puniant, & ſubditus ad concordiam ducant, item in pace & tranquillitate conſervent, *cap. licet. diſtin. 41. cap. fin. diſtin. 89. Chaſſan. in præfat. Catal. gl. mund.* Sicut in corpore humano indecorum eſt ut alterum membrum, ſibi alterius functionem aſſumat, ita noxium eſt, ſi miniſteria non ſint diſtributa, *capit. 1. diſtin. 89.* abſurdum quoque ſi promiſcuis actibus officia turbentur, *l. repetita C. de Epiſ. & Cler. l. conſulta. l. abſurdum C. de Teſtament. c. eſto diſt. 95.* uti id experiuntur ſuo modo ebrii quando caput pedum officium exercet; Hinc conſultum, ut nemo patiatur ſe plus ſubjici, quàm decet, *cap. admonendi, 2. q. 7.* eo quod frangatur authoritas, dum nimium ſervatur humilitas, *c. quando diſt. 86. l. nec quicquam §. circa. de offic. præſulis l. obſervandum Eod.* Graduum autem & ordinum diſtributio ſervata unitatem in Eccleſia conſervat, *c. ad hoc diſt. 99.* Eodemq; modo in Republ. politica, & quovis ſtatu, ut in Cœleſti militia ſunt Angeli & Archangeli, qui non ſunt æquales, nam in domo patris manſiones multæ ſunt. *c. in domo. de pœnit. diſt. 4.* Sed Eccleſia militans exemplata eſt à triumphante, *Exod. 25. ibi: vade & fac omnia ſecundum exemplar, quod tibi monſtratum eſt,*

eſt & Apoſt. ap Hebraeos. c. 9. hac omnia exemplaria ſunt Cœleſtium, exemplata autem debent imitare id, à quo exemplantur, ſicut copia concordare debet cum ſuo originali, ergo & hæc debet habere varietatem ordinum & graduum, *hinc quod Pſ. 44. dicitur: Adſtitit Regina à dextris tuis, & Apoſt. ad Timoth. 2. In domo non ſolum ſunt vaſa aurea, ſed lignea, & fictilia. & Matth. 2. Sunt qui amant primos accubitus in cœnis, & primas Cathedras in Synagogis, ſalutationes in foro, & vocari ab omnibus Rabbi; vel digito monſtrarier, & dicier: Hic eſt*, David autem ait: Neque ambulavi in magnis, nec mirabilibus ſuper me; Ut proinde Legato conſulant Politici, ne nimis ſit timidus, ſimilis cani, qui non valet latrare. *c. ſi rector. diſt. 63.* docet quippe negare, qui timide rogat juxta Senec.

17 Q. II. *An verò Princeps ſeſſionem ſibi debitam armis tueri & vindicare poterit?*

Id voluerunt multi citati à Juſto Sinold. Schütz, *diſt. 8. Th. 12. in fin.* adeò ut occiſo invaſore alieni loci non ſit locus pœnæ ordinariæ, *Garſias in Exp. c. 8. in fin. Vaſq. illuſt. cont. c. 18. n. 16. & 18. Nald. de ſtat. nobil. c. 13. nu. 117.* Verùm, cùm quotidie plus quâm optandum bellorum emergant materiæ, hîc ſubſiſtere maluit Schütz, motus text. *l. 13. quod met. cauſ. l. pen. ad l. Iul. de Vi priv.* Via enim facti ceſſare debet, ubi ordinarium Remedium ſupereſt, *Roman. Conſ. 71. n. 6.* nec ad arma & rixas procedere patitur Cæſar, quos ſuâ Juriſd. componere poteſt, *fac. c. ſtudendum. diſt. 40. l. l. 13. §. 4. de Uſuf. ad Riccium in praxi praced. reſolut. 569. pag. 266.*

18 Q. III. *An Legatis Principis locus & ſedes legantis Principis debeatur?*

Hoc videtur aff. per *l. 1. C. de off. Vic. c. præcipimus. diſt. 93.* cùm legatus perſonam ipſius legantis repreſentet, & ſurrogatus Jure repræſentationis ſuccedat in locum ſurrogati, ita ut pari Zelo pro loco & honore Principis tanquam pro aris & focis diſputare debeat, *Ruland. de Commiſ. lib. 7. cap. 2. n. 11. p. 1.* nec cedere ulli inferiori locum ſuperiorem affectanti. Exempla in Galliæ, Hiſp. aliorumque legatis ſunt obvia, qua ratione Arſidas Legatum ſuum occidiſſe legitur, quod Syllæ ceſſerat, *apud Plutarchum*, ut proinde fugiendus potiùs ſit congreſſus alterius legati, quàm ei cedendum & Kirchner. ſe vidiſſe refert in Comitiis deputatorum legatos hac de cauſa à ſeſſione abſtinuiſſe, Hæc tamen reg. ſuas habet fallentias; Si enim E. in Elect. abſit legatus ad ſuffragium quidem admittitur, eumque repræſentat, in curia tamen Imperiali menſam E. deputatam occupare nequit, quacunque etiam dignitate fulgeat, *A. B. c. 18. §. 6. ubi Arnm. diſc. 6. th. 44.* Et licet legati Electorum Principes alios non EE. præcedant, comparati tamen cum EE. qui adſunt, infra eos ſedent ex ſpeciali tranſactione Anno 1560. initâ. *Bortius de Comit. memb. 5. Th. 67.* ut proinde eadem ratione (exceptis Salisb. Aug. & Burz.) in conſilio Principum idem meritò obtineat. Ratio fallentiæ eſt, quod in præſente Principe vera Majeſtas & dignitas propria, in legato aliena, in illo rei veritas, in hoc effigiata ſit & adumbrata. Atque ità in Comitiis Norinb. Anno 1542. ipſius etiam Carol. V. Legati Ferdinando fratri Rom. Regi poſtpoſiti ſunt. Sic Rex Galliæ non cedit legato Cæſaris, licèt cedat Cæſari, *Gold. loc. cit. p. 598.* Quæ ſuprà in contrarium allegata ſunt, tunc obtinent, quando orator unius Principis cum oratore alterius Principis ſimilis conditionis concurrit, ſecus ſi orator cum alio Principe, vel etiam orator Regis cum inferiore Principe.

Q. IV. *Quod ſi quis in Iure ſeſſionis turbetur, qua ei actio competet?* 19

Et quidem pro ſtabiliendo Jure ſeſſionis & voti, turbatum utile interd. uti poſſidetis habere, probatur *per l. ſicut. §. Ariſto. in fin. ſi ſerv. vind. Menoch. ret. rem. 3. q. 17. nu. 131. Marant. remed. poſſ ſſ. num. 14. Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 7. nu. 28. Klock. de contr. cap. 19. num. 182.* prout judicium poſſeſſorium etiam in honoribus & dignitatibus locum habere, tradit *Vincent. de Franc. deciſ. Neap. 90. n. 6. pag. 1.* ita ut retinendæ cum recuperandæ poſſeſſionis remedio rectè cumulari poſſit hoc modo: Petat actor ſe in poſſeſſione civili ſeſſionis, quam habet, manuteneri, *l. 1. §. Eſt igitur, Uti poſ.* & naturalem, quâ ſpoliatus eſt, reſtitui, *Menoch. ret. poſſ. rem. 3. num. 26.* quin etiam ſicut interd. retin. & recuperandæ, ita petitorium cum poſſeſſorio retinendæ etiam cumulari poſſunt, (nam de cumulatione petitorii & poſſeſſione recuperanda ſeu rei Vindicationis cum interd. unde vi, minus eſt dubii; *per l. cum*

Digitized by Google

ſundum. 18. *§. fin. ff. de Vi & Vi arm.*) *l. 12. §. 1. ff. de acqu. poſſ.* ac licèt hæc primâ facie contraria videantur, quia rei vindicat. Præſupponit poſſeſſionem abeſſe ab agente, *§. 2. in fin. de act.* eſſe autem apud conventum, *l. offi inm. 9. de R. V.* Interd. verò retinendæ ſupponit poſſeſſionem eſſe apud agentem, adeſſe autem & abeſſe, contraria ſunt quæ allegans audiendus non eſt, *lib. 1. C. de Furt. l. 1. ubi repugnantia. de R. I.* Veruntamen hoc non obſtat, quia petit: & poſſeſſ. retinendæ & recuperandæ, ad diverſæ poſſeſſionis modos tendunt, rei vindicatio & interd. unde vi, ad recuperandam naturalem, Interd. verò uti poſſidetis ad conſervandam civilem, quæ duo minimè repugnant, *Rinck. de Saxon. non provoc. Iur. verbo. dierum cap. 2. num. 152. Sytmann. Symph. tom. 2. pag. 3. t. 10. Vol. 4. num. 17* omnium autem utiliſſimum & pleniſſimum eſt remedium, *c. redintegrande 3. 3. q. 1.* quod utiliter datur, *Menoch. recup. rem. 15. num. 5. Geil. 2. obſ. 57. num. 10.* Quibus ſi in continenti locus eſſe nequeat, aut deliberandi ſpacium cum principalibus requiratur, proteſtatione uti, non inconſultum eſt; hæc enim Jus proteſtandi ſalvum & illæſum conſervat, & in tuto collocat, *l. ſi debitor. 4. §. 1. quid. mod. pig. ſol. l. pro herede. 20. §. 1. de acq. hered.* & omne præjudicium amovet, *d. l. 4.*

20 Q. V. *Quid ſi legatus abſentis Principis turbetur; An hic ſine mandato contra turbantem vel ſpoliantem ad reſtitutionem ſeſſionis agere poterit?*

Aff. ita, ut & hic ſine cunctatione ad quaſi poſſeſſionem reſtituendus ſit, *l. un. C. Si per vim. vel alio mod.* nec intereſt, an Principalis abſit ex juſta & legitima cauſa, an abſentia neceſſaria ſit, vel probabilis, vel voluntaria, an cum vel ſine contumacia; quia d. rub. generalis, *ſi per vim vel alio modo*, omnes hos caſus comprehendit, *c. indemnitatibus. §. 11. de Elect. in 6. cap. ſtatutum §. in nullo. de Reſcr. in 6. Menoch. recup. rem. 6. num. 15.* in tantum, ut ſi agens pro domino abſente ſuccumbat, ei non præjudicet, *gl. & Bart. ad d. l un. n. 9.* cùm præſens abſentis conditionem meliorem quidem facere poſſit, non etiam deteriorem, *l. ſolvendo. de neg. geſt.* licèt fidejuſſores, qui in iſto judicio intervenerunt, teneantur, cùm ſuæ facilitati adſcribere debeant, contra quos moleſtia affectus victor experietur, *Menoch. num. 39.* Quòd ſi tamen ipſe Principalis præſens dejiciatur, & mox abeſſe cœpit, ejus legatus hoc remedio uti non poterit, cum enim is procurationem ad hoc conſtituere potuerit, ſibi imputare debet, quòd hoc nec fecerit, *l. ſi fidejuſſor. §. ſi neceſſ. qui ſatiſd. cog.* & quia *cit. l. un.* tum odium dejicientium, tum Privilegium abſentium continens, à caſu ad caſum diverſum extendi non debet: ſin autem ex intervallo abeſſe cœpit, dubium non eſt hoc beneficium, *d. l. un.* ceſſare.

Q. VI. *An talis dejectus Legatus, ſine mandato agens, ſatisdare debeat, dominum ſuum principalem hanc rem ratam habiturum?* 21

Ratio dub. eſt, quod hoc aliàs requiratur in conjunctis perſonis. Neg. verior videtur, *Donell. l. 1. n. 3. C. d. t.* quia ex verbis d. l. id ſolùm judex inquiret, an poſſeſſio abſentis ablata ſit, ſi hoc ſolùm requiritur, ergo ſicut mandato, ita ſatisdatione opus non eſt. Imò ſi ſatisdatio exigeretur, fieret contra mentem conſtitutionis, quæ fuit, ut mox poſſeſſio in ſtatum priſtinum reponatur, & eſſet, qui id abſentis nomine petere & conſequi poſſet; Si autem ab agente requiretur ſatisdatio, aut nollet judicium ſuſcipere, aut non poſſet, ſi fortè fidejuſſorem invenire non poſſet.

Q. VII. *An alii qui nomine abſentis, in Jure ſeſſionis non fuerunt, nec ad hoc deputati fuerunt, agere licebit ad poſſeſſionem abſentis interverſam?* 22

Negat. verior. Nam cit. l. un. expreſsè loquitur de dejecto, ergo ad alias perſonas ſine lege non videtur extendenda, cùm ſit Jus ſingulare, *l. quod verò dell.* Voluit enim lex conſulere abſenti dejecto huic autem non conſuleretur, ſi alius qui ejus voluntate in poſſeſſione non fuit, hoc remedio poſſeſſionem conſequi poſſet, quæ alteri permitti non debet, quâm cui abſens eam confidit. Nec obſt. generalitas *d. l. in p.* R. antecedentia ex conſequentibus declarationem incipere. Eſt enim ſingulare, quòd dejecti nomine domini abſentis hoc interdictum movere poſſint, etiam non interveniente expreſſo mandatò, cùm aliàs ſine mandato nemo agere poſſit, certis perſonis exceptis. *l. ſed & hæ. de Procur.* cujus ſingularitatis hæc eſt ratio, quòd dominus, qui ei poſſeſſionem conſervare mandavit; legato etiam tacitè cenſeatur velle, ut amiſ-

ut amiſſam poſſeſſionem recuperet, *argt. l. 2. de Juriſdict.* quæ ratio cùm ceſſet in alio non dejecto, ceſſabit quoque *d. l. un.* diſpoſitio, & Jus agendi.

23 Q. VIII. *An idem ſine mandato & ſatisdat. omiſſo poſſeſſorio etiam petitorium inſtituere poterit?*

Neg. ſed hoc vel à domino abſente, vel cum ſufficienti mandato ad hoc obtento moveri debet, *ex d. l.* 1. ibi judicio ſervato, juſtis legitimis abſentibus perſonis, ad quas alias actionis propoſitio de jure ſpectat, prout ſimiliter, ſi dejectus in poſſeſſorio triumphavit, dejicienti petitorium ſalvum manet, *d. l. 1. v. fin. l. un. C. ſi de mom. poſ. app.*

24 Q. IX. *An ſubditos & Statim Imperii in puncto ſeſſionis diſcordantes Imp. ad tranſigendum compellere poſſit?*

Si Jura utriuſque ſcil. ſint obſcura, & neuter probat, vel uterque æquè, & neuter eſt in poſſeſſione? Olim *per N. L. id eſt non liquet,* reſpondiſſe judicem. patet *ex l. 13. §. 4. de Recep. arbit.* Qualiter autem ſapientiſſimi Græcorum reſponderint inter Protagoram Sophiſtam, & Euathlum ejus diſcipulum, ortâ controverſiâ de mercede, quam hic pro altera medietate ſe daturum promiſerat, quo primo die cauſam apud judicem oraſſet & viciſſet, V. *Aul. G ll. 5. Att. c. c.* 10. Sed hoc Juri non congruit, cùm Judex, qua de re cognovit de ea ſtatuere, & certam ferendo ſententiam liti finem imponere debeat, §. *Cui. I. de act.* Itaque Imper. diſcordantes in caſu adeò dubio, ut eam decidere nequeat, vel ad alternandum interim, vel ad amicabilem compoſitionem compellere poteſt, *argt. c. placuit. diſt.* 90. *Cujac.* 10. *obſ.* 4. Pertinet alias in imperio ad Imper. certum ſeſſionum, dignitatumque ordinem definire, *t. t. C. ut. dign. ord. ſervet. lib.* 12. *Nov.* 1. §. *In ordinat. can. adhoc. diſt.* 98. Sic in conventu Ratisbon. eo tempore, quo Sereniſſ. Bavariæ Dux de Electorali dignitate inveſtitus eſt, ortâ lite inter Illuſtriſſ. Dominos Walpurgicos Lineam Scerenſem, & Wolffeggianam, S. R. I. dapiferos, cui adminiſtratio competeret, ex decreto Cæſareo unus in ingreſſu alter in exitu aureum Imperii pomum portavit, *Beſold. in diſſ. pol. de præced. ad fin.*

Ejusmodi controverſiarum pleni ſunt an- 25
nales, & hiſtoriarum monimenta. Notæ differentiæ inter ſedem Romanam & Patriarcham Conſtantinop. Pontifex Roman. in dignitate D. Petri ſe fundat, Conſtantinopolitanus throni ſui authorem S. Andream adſtruit, & hunc ante Petrum fuiſſe vocatum, cui controverſiæ multi cladem & everſionem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ adſcribunt, quod ſcil. Romanæ ſedi parere noluerit. Pro Pontifice Rom. facit, *l. inter claras. C. de ſum. Trin.* quam quidem Hotom. ſuppoſititiam dicat, *l. 7. obſ. 2. & lib. 1. amicab. reſp. c.* 1. ſed ejus ſuſpicionem inanem eſſe, probat *Alciat. 5. parerg. cap.* 23. *Cujac. obſ. lib.* 12. *c.* 26. ut & *d. l. inter claras.* ab Hotomanni morſibus vindicat Fach. 8. *Conc. c.* 1. *cui add. l. decernimus* 16. *C. de SS. Eccleſ.* Nec obſt. *l.* 24. *de SS. Eccleſ.* quæ lex Juſtiniani Conſtantinopolitanam omnium aliarum caput eſſe dicit. Reſp. namque *ex N.* 131. *c.* 2. hanc eſſe caput poſt Romam. Hinc *ad Galat.* 1. Paulus aſcendit Hieroſolymam videre Petrum, cujus cauſam tradit D. Ambroſius quia erat Princeps Apoſtolorum ut cum eo conferret de Evangelio *act. 13. V. erant.* / *c. quis neſcit. diſt.* 11. Nec minus controverſum fuit 26
an Papa in ſeſſione præferendus ſit Imper.? quæ olim acerrimè agitata fuit inter Frider. I. Imp. & Adrian. IV. Pont. ex cujus incendio univerſa fere Chriſtianitas conflagravit: Notat quidem Asciat. *in l. fin. C. de ſum. Trin.* Quòd *in l. inter claras.* Pontifex ſuum nomen poſtponat Imper. & inſuper *in l. reddentes.* Imp. ſuum nomen præponat Papæ; Sed quia Eccleſia mater eſt, cujus ille Caput eſt, aliud dicendum, *fac. c. ſolitæ. c. omnes. X. de Major & obed.* qui textus, ſi forte alicui, ut in propria cauſa partialis videatur, *add. auth. habita. C. ne. fil. pro pat. & l. 1. de prob. feud.* ubi Imperator Archi-Epiſcopos & Epiſcopos Ducibus, Comitibus, & aliis præponit; Simplex quoq; Sacerdos militi præfertur, quia ille miles Chriſti, hic ſæculi eſt, *c. ante omnia. diſt.* 40. *l. Iulianus.* 11. *q.* 3. quidni Papa, *c. diſt.* 22. qui facit unum conſiſtorium cum Deo, cum etiam Paſtor ſit, & Imperator ejus ovis.

Licèt Imperator Rom. Seſſionis Jure omni- 27
bus Chriſtiani orbis, infidelibus etiam Principibus potiorem eſſe, ſupra d. ſit. *per Nov.* 30. *in princ. c. 2. in p. de re jud. in 6.* Tamen non erubuit

RexGalliarum Carol. V. E. Rom. Regi, nondum â Papa coronato, de loco digniore certamen movere, cùm Anno 1521. ad portum Caleti eorum legati conveniſſent, ubi Anton. de Prato Jurec. celebris & Cancell. Gall. Reg. Mercuino Carol. V. Legato, hanc quæſtionem movit, quòd Carolus nondum unctus, Regi uncto cedere deberet.

28 Sic in Concilio Tridentino lectæ literæ Regis Galliarum, quibus Petrum Damaſum ſuum Legatum conſtituebat, qui longa habita oratione expoſuit Regnum Galliæ à Clodovæo primo Rege Chriſtiano religionem Chriſti ſervaſſe incontaminatam. D. Gregiorum I. Papam in ejus Teſtimonium Childeberto dediſſe elogium Catholici Regis, in Gallia nulli ſectæ quàm Catholicis ſedem permiſiſſe, de exteris & Idolatris convertendis ſedulo cogitaſſe, eosque piis armis ad veram religionem adegiſſe, ſic Childebertum bello Viſigothos, Arrianos compuliſſe, ad ſe Chriſtianis conſociandos; Carolum M. Regem Galliarum totos 30. annos bellum cum Saxonibus continuaſſe, ut Chriſtiani fierent, addendo, quæ Pipinus & Carolus M. contra Longobardos fortiter patraſſent, ut ex hiſtoria d. Concilii Tridentini conſtat; Sed Franciæ & Germaniæ Reges hæc patraſſe hiſtoriæ tradunt.

Verùm ſatis ſupra hac de re. Similiter Anno 1531. in Comitiis quæſtio mota; an Rex Roman. vivente Imp. creatus, Galliæ aliisque regibus ſit præferendus? Pro Gallo faciebat, quod is ſit conſtitutus in actuali Imp. Regni Occidentalis Franciæ, ille verò tantùm in ſpe & expectantia Regni ac Imperii Franciæ Orientalis. Verùm cùm Imperator præponendus ſit, inter quem & Regem Rom. modica eſt differentia ratione dignitatis, ut qui ab Electoribus eligi, ungi, coronari ſolet, & propter ſpem à Jure approbatam de ſuccedendo in Imper. *can. in nomine. diſt. 23. Clem. 1. de Jurej.* honorandus eſt, ut Imperator: pro Rege Rom. conſuluit Guetta *Conſ. 1. add. conſtit. Ludovici I. Imp. Coloniæ promulgatam, An.* 1338.

29 Famoſiſſima eſt controverſia præcedentiæ inter Gallum & Hiſpanum, quæ ab Hiſpanis primum Anno 1558. mota dicitur, cumque in curia Romana Hiſpanus obtinere nihil potuiſſet, id tamen effeciſſet apud Maximil. II. Imper. ſibi vinculo conſanguinitatis & affinitatis junctum, ut Caroli IX. legatis prærogativa in aula Cæſarea denegaretur, hanc injuriam, ad bellum Hiſpano movendum, ſufficere, Galli ſuſtinuerunt; Er pro Galliæ prærogativa tradit Molinæus, *tract. Monarch. Franc.* Regnum hoc tamdiu durâſſe ac Francorum, jam ultra mille 600. annos, nec interregno coronam interruptam, nec unquam translatam in aliam nationem aut populum, nullum quoad ſuccedendum ſimilius eſſe regno Davidico; Hiſpanicum autem recentiſſimum eſſe, diutius ſub Romanorum poteſtate manſiſſe Hiſpanicas, quàm Provincias Gallicanas; Hiſpanos parum decorè gloriari, ſe à Gothis deſcendere, qui hæreſin Arrianam invenerunt, eos à Saracenis Carol. M. liberâſſe poſtquam Romam liberâſſet à poteſtate Longobardorum; Nec etiam Galli Hiſpanum potentiorem eſſe concedunt. Et ſarcaſticè Franciſcus I. Gall. Rex, cùm Carol. V. titulus Imperiales, provinciarum inſuper & dominiorum domus Auſtriacæ ſibi adſcripſiſſet, & magnum chartæ ſpacium implevïſſet, Gallus in reſponſo tantundem ſpacii repetendo, Rex Galliæ, Galliæ, Galliæ, &c. ſæpiùs implevit, innuens unum regnum ſufficere tot provinciis à Carolo recenſitis. Pro Hiſpano verò Ferd. Vaſq. *in præf. Ill. quæſt.* Cumque Regis Galliarum legatus primum locum occupâſſet in Concil Trid. Legatus Philip. Hiſpan. Regis ſedit ante ſcribam nullo ordine ex adverſo legati Pontificis, ne illi cederet; Cumque judicium de præcedentiâ Pontifex devitaret, ne altorius regis offenſam incurreret, conſulit Regi Hiſpan. ut ſemper Epiſcopum mitteret, & ſi Rex Galliæ Epiſcopum non miſiſſet, quòd Jure dignitatis Epiſcopalis præcedet Epiſcopus, aut ſi ille Epiſcopum, ipſe unum ex proceribus, ei Jure Sacerdotii non Regni ceſſurum, *Card. de Civit. prud. f. 748. numero 10. Speid. ad Beſ. Th. Verb.* Præcedenß de qua præcedentia ſingularem tract. ſcripſit pro Gallo Choppinus, Chaſſanæus, Boetius, Corſetus, & alii Pro Hiſpan. Vaſquius, & alii.

Quin & Anglus, qui Gallo cedit, Hiſpano 30
litem hanc movet, cùm enim Anno 1589. legati Angl. Reginæ Eliſabet. & Hiſpan. Reg. 15, Philipus II. de pace tractaturi conveniſſent, de Ju-
re ſeſſio-

re ſeſſionis diſcordantes negocio pacis principium facere non potuerunt; Contendunt Angli ſe antiquiſſimos eſſe Chriſtianos, quibus ut & Scotis religionem Chriſtianam Germania debet; Item ſe ex familia omnium nobiliſſima ſimul & vetuſtiſſima ortos ex Rege Cunobiline, cujus adhuc extant numiſmata, qui circa Chriſtum natum imperavit, eſſe ſe nemini ſubjectos, ſed Vicarios Dei in Regno ſuo, item in Eccleſiaſticis imperare. Verùm cùm nec Hiſpanus in temporalibus ſuperiorem ullum agnoſcat, in aula Romana factio Hiſpanica hactenus prævaluit.

31 Inter Poloniæ, & Sueciæ Reges non abſimilis eſt diſceptatio; *Pro* Regis Sueciæ præcedentia ſequentia allegat, Methrob: *de contr. Sued. Pol. cap.* 4. *pag.* 45. I. Quod Suecica & Gothica gens à Ptolomæo orta Plinio & Tacito celebrata ſit, unde Sueci, & Wiſigothi orti ſint. II. Hoc regnum ante Carolum M. reges habuit, Poloni autem antiquis ignoti primo Duces habuerunt, quorum primus Lechus fuit, uſque ad Boleslaum, qui primus Chriſtianam religionem invexit, ab Ottone III. Rom. Imper. primum Rex creatus omnium, qui in Europa ſunt, noviſſimus; Prior autem ſit, qui prius obtinuit dignitatem. *l.* 1. *C. de Conſ.* Accedit quod cum Anno 1079. Georg. VIII. Papa ob cædem S. Stanislai Boleslaum II. Regem Poloniæ excommunicàrit, prohibens ne ſe inconſulto Rex dein inauguraretur, ſucceſſores Principum, vel Ducum, non Regum titulo uſi ſint, uſque ad Primislaum Anno 1295. per annos 215. III. Suecorum res geſtæ potiores ſint, quam Polonorum, *id p.* 46. IV. Amplitudo vetus Sueciæ major ſit, *p.* 47. V. Sueciæ Majeſtas perpetua ſit, & hereditaria, Poloniæ temporalis, quæ ad vitam Regis duret, Jus autem reale dignius ſit perſonali. VI. Sueci Chriſti religionem ſervàrint Caroli M. ævo Anno 780. in ſuo Brocino primo Rege Chriſtiano; Poloni autem ſub Micislao Duce Anno 966. Lituani prius Anno 1387. VII. Sigiſmundus etiam in ſuis ſigillis Suecica præpoſuerit, quæ ex ſeqq. ponderibus trutinanda relinquo.

32 Lis inter Sabaudum & Mediol, Duces, Item Florentini & Sabaudiæ Ducem de prærogativa concertatio, multorum Jureperitorum conſultationibus, & Hiſtoricorum calamis nota eſt. *V. Knicken. de Saxon. non prov. Iur. Verb. ducem c.* 2. *nu.* 33. *Coler de Jure Imper. German. ſect.* 66 *add. Beſold. in diſſ. Polit. de praced. nu.* 14. *pagin. mihi* 140.

33 Non hic recenſebo controverſias ſuper ſeſſione inter ſtatus Imperii, quia multarum paginarum opus hoc eſſet; tot enim ſunt præcedentiarum quæſtiones: Non conveniunt hac in re Saxo cum Bavaro: Brunſwicenſis cum Brandeburg. Haſſus cum Pomerano: Cimacenſis cum Arenbergio, & præter hos multi alii ſpecioſis argumentis pro præcedentia digladiantur, *de quib. Lim. de I. pub. t.* 2. *l.* 4. *c.* 9. *per tot. V. Iacob Portii alleg.* Cauſa præcedentiæ inter Abbates S. Auguſtini & S. Benedicti vertitur, Controverſia Benedictinorum & Baſilianorum: Conſtat ordo quod S. Baſilii inſtitutus ſit in Oriente Anno 350. Benedictinorum vero in occidente, Ann. 520. *ut inf. c. de Accad. dicetur.*

Cartuſianorum à S. Brunone Colonienſi ſub Victore III. Papa An. 1085.
Franciſcanorum, An. 1206.
Dominicanorum ſub Innoc. III. An. 1214.
Dein Auguſtinianorum Eremitarum.
Carmelitarum qui originem tribuunt Eliæ in Carmelo.
S. Trinitatis ſub Innocentio III.
Dominæ de Mercede, Ann. 1230.
Hieronomitanorum, An. 1370.
Franciſci de PADUA, An. 1450.
Societatis - - - An. 1540.
Norbertinorum.
Cluniacenſium Benedictin: An. 913.
Calmundenſium - - An. 1012,
Vallis Umbroſiæ - - An. 1040.
Ciſtercienſium Bernardinorum, 1098.
Guilielmitarum unde nati Grandiſmontenſes, An. 1130. Sunt & alii.
Humiliati - - - 1146.
Sylveſtrini - - - 1232.
Cœleſtini - - - 1294.
Montis Oliveti à S. Bernardo Senenſi, An. 1372.
Juſtin: de Padua, An. 1408.
Vallis ſolitaria in Hiſp. celebris, 1520.

Ciſtertienſes à S. Bened. orti, de quibus vide Caramuel: ubi quærit; An novus habitus novam faciat religionem? quod negatur, quia cappa non facit

facit Monachum, & habitus, qui eſt accidens, non variat ſpeciem, ſic Ciſtercienſes colorem tantum mutarunt, Franciſcani olim in Gallia albis uſi veſtibus, in Caſtella obſcuris; Sic non eſt differentia inter albas, & nigras oves, aliaque animalia; Benedictini quoque in Hiſpania venientes ad Ciſtercienſium Monaſterium recipiunt cuculas albas, & hi ad Benedictinos nigras. Et Brugis extra Muros D. Andreæ Benedictinorum veſtes interiores ſunt candidæ, & ſcapulare griſeum, Cuculla nigra, Albericus Roberti ſucceſſor accepit à Deipare album, non autem abjecit omnino nigrum.

Succedit Quæſt. *An Monachi ejusdem Monaſterii differant ſpecie?*

Negat. Carum. *de Reg. S. Benedict. pag.* 193. licet enim unus Sacerdos ſit, alter laicus, vel converſus, eſt tamen hæc diviſio ſubjecti in accidentia.

34 Ex quibus ſeſſionum, præcedentiarum, dignitatumque prætenſionibus conſequenter aliæ plures prærogativæ oriri ſolent ratione titulorum, & aliorum curialium: Prout de Moſcoviæ Duce traditur, qui ante Tartaris paruit, quibus ſe ſubtraxit, abſolutum dein dominum adeptus, *Marta de Jurisd. pag.* 1. *cap.* 27. *num.* 1. Donec An. 1524. Baſilius ſibi Regis Moſcoviæ titulum tribuit: Imò ab Imper. Roman. etiam titulum Imperatorium expetivit. *Volckmar. de Jure p inc. cap.* 11. *num.* 13. Unde conſequenter talem Majeſtatem ſibi arrogavit, ut cùm Legatus magni cujusdam principis perorando apud ipſum injuſſus caput texiſſet, clavo pileum capiti affigi mandaverit, *Remig. Feſch. de Fader. concl.* 7. *lit. L.*

35 Quanquam autem hoc præcedentiæ negotium ob ambitionem mortalium tam ſit arduum, ut certæ regulæ pro eodem componendo & definiendo vix dari poſſint, ob temporum maximè & reip. rationem & ejus inſtabilitatem, *Gellius l.* 2. *cap.* 15. *Lenglaus* 7. *ſemeſt.* 7. *Goldaſtus, lib.* 1. *c.* 24. *n.* 5. ob locorum quoque diverſitatem & conſuetudinum diſcrepantiam, Principum inter ſuos diverſas inclinationes, quæ modo huc modo illic feruntur. Ipſam quoque dignitatum inſtabilitatem, quæ inſtar peculii incrementum & decrementum ſumit, adeoque ex moribus potiùs hominum quàm Jure ſcripto dependeat: non tamen omnino à ſtudii Juris noſtri principiis deciſio ejus aliena videtur, *ut ſuadet text. C. ut dign. ord. ſerv. t. t. ff. de alb. ſcrib. l.* 1. *de ſenat. l.* 1. & 2. *C. de. off. Præt. l. conſulta. C. de Teſtam. l.* 1. *C. de Conſul. l.* 1. *C. de prapoſ. ſacri pal. l.* 10. *C. de Profeſſ. l.* 15. *C. de Jure Imm. l.* 2. *§.* 1. *de Cap. & poſtl. Novell. Juſtin. Gell.* 4. *c.* 10. *Canoniſta in c. Clerici. X. de Judic. t. t. de maj. & obed.* nec aliunde certiora principia, quam ex dd. & aliis ll. peti poſſunt.

Naturalis quidem reverentia, quæ ex ordine naturæ, ex reverentia & verecundia debetur, nonnullis perſonis, parentibus, ætate majori aut virtute meritis, clara eſt, *l.* 13. & *t. t. de in jus voc. l. ut vim.* 3. *de I. & I.* prout veteres: 36

Credebant hoc grande nefas & morte piandum,

Si Juvenis vetulo non aſſurrexerat,

ad d. l. 7. *§.* 1. *de Capt. & poſt.*

Concordat *Levit.* 19. *v.* 32. Coram cano Capite conſurge, & honora perſonam ſenis, prout & teſtes ſeniores, prævalent junioribus, *l. fin. de fid. Inſtr. l. ſemper de jure Inn.* & ſecundum Baldum melior eſt umbra ſenis, quam gladius Juvenis, *ad Speidel. in verb.* Alter. *Menoch.* 2. *præſumpt.* 47. *l.* 5. Sed amplitudo regni vel provinciæ, nil tribuit præcedentiæ, cum muſca æque ſit animal, ac Elephas, & ideò Rex Duci ampliorem, & ampliſſimum ducatum habenti præfertur cum & muſcam ſolis lumini prævalere velit D. Auguſt. *contra Manich. cap.* 4. Illa enim membra tam exigua vegetat huc atque illuc pro appetitu naturali, ducit currentes pedes in numerum, movet alas, moderatur & vibrat.

Id non obſcurum quod Civilis præcedentia ſemel acquiſita, quamdiu ſubſtantia ipſa durat perpetua & immutabilis manet non attenta momentaneâ aliquâ præſentis vel ſubſecuti temporis potentiæ acceſſione alteri, vel deceſſione præcedenti factâ, *facit. l.* 124. *§.* 1. *de R. I.* Ubi temporaria permutatio jus provinciæ non innovat *can. legimus.* 24. *diſt.* 93. aliàs enim omnium Principum præcedentia periclitaretur, & fortunæ ludibrio ſubjaceret, cùm potentia Regnorum, Principatuum & Statuum, in perpetuo fluctuavit, creſcat & 37

Digitized by Google

cat & decreſcat, præcedentia autem ſubſtantiæ ipſi, non accidentali potentiæ quæ in divitiarum augmento fundatur, inhæreat: Manere autem forma ſubſtantialis & ſtatus reipublic. dignitatem conſervare cenſetur, etſi reſp. libera olim ſe alicui civi regendam committat, aut contra Monarchia in Ariſtocratiã vel Democratiam tranſeat, ut in repub. Rom. in ſtatum mixtum, & deinde rurſus in ſtatũ Monarchicum, nunc in Monarchiã cum Ariſtocratia temporatam converſa; * Huc facit celebris illa Florentini & Ferrarienſis Ducum de præcedentia concertatio multorum Juriſconſultorum ſcriptis nota, *Mararis con. 26. Modeſt. Piſtor. conſ.* 28. *vol.* 1. *Natta conſ.* 637. *Cravetta. conſ.* 982. *& aliorum, quos recenſet Knichen de Saxon. non provoc. Jure Imper. Germ.* Sic Carol. V. decreto Florentiæ duci præcedentia adjudicata fuit ante ducem Eſtenſem ſeu Ferrarienſem, licèt Ferrarienſes JCti dicerent Ducem Florentinum veterem reip. Florentinæ præcedentiam ſibi vindicare non poſſe, utpote qui noviſſ. Dux eſſet, & quòd vetus reſp. Florentinæ non ampliùs ſtaret; Vicit tamen Florentinus, quia ſurrogatum ſapit naturam ſurrogati, cum qualitatibus & privilegiis ſuis, licèt ſurrogatum aliam aſſumpſerit naturam, *Everhard. in Topic in loco à V. ſurrogatorum Rudolphin. Sablonetto de dignit. Duc Ital. n.* 120. * Sic enim unio diverſorum regnorum, Ducatuum, Principatuum & Comitatuum jus ratione præcedentiæ non mutat, *d. l.* 124 *§.* 1. *de R. I.* nec enim unio novum Regnum aut Principatum conſtituit, ſed idem ſtatus, poteſtas, eadem ſubſtantialia manent, etſi aliter aliquando ſenſerunt ſtatus Angliæ, cùm intercederent, ne Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ regna ſub uno magnæ Britaniæ nomine unirentur, *de quo Alberic. Gentilis. in diſp. de union. magn. Britan. ſ.* 87.

38 (margin, beside "rentini & Ferrarienſis") · 39 (margin, beside "enim unio diverſorum")

40 Non obſtat. quod ajunt præſentis non præteriti temporis habendam eſſe rationem, *argt. l. ſi cognati, de reb. dub. l.* 1. *§. item num. de quaſt.* Idem quòd ex facto jus ſumatur, *Bart. in l.* 43. *de Vulg. ſubſt.* ut proinde facto mutato jus quoque mutari oporteat, ut ſenſit Beſold. *de praced. p.* 133. & quando agitur de aliqua qualitate requiſita, ea adeſſe debeat, quo tempore lis vertitur & ſententia ferenda eſt, ut etiam mutata cauſa poſſidenti poſſeſſionem mutari neceſſe ſit, nec eadem maneat ſed nova ſit. Reſp. namque hæc tunc obtinere, quando ſubſtantia mutatur, non etiam ſi accidens, *facit §. cum quis ex aliena. de R. D. I. in delicto* 4. *§. ſi extran. de nox. act. l. miles de Teſtam mil.* quamdiu autem ſubſtantia retinetur, jus quoque præcedentiæ retineri conſequens eſt; Et ſic negari non poteſt. * Si ſubſtantiæ dignitas immutetur, ſive quia regna aut Principatus, Rex vel Princeps capitis diminutionem patitur, vel degradatur, ad altiorem ordinem ſublimatur jus præcedentiæ alterari & deminui vel augeri; ut ſi quis de Conſule Rhetor fiat, ex rege ludi magiſter, vel contra; ut evenit urbibus in pulverem redactis, vel quibus autoritate ſuperiorum aratrum inductum fuit, ut Carthagini, Numantiæ & Mediolano, *facit. l.* 2. *ff. quib. mod. uſusfruct. amit. Gadd. ad l.* 2. *de V. S.* Sic olim Bohemo infimus inter Electores locum competiiſſe, dicitur, *Krantz. lib.* 4. *Saxon. cap.* 28. hodie poſtquam ad regium faſtigium elevatus eſt, primus locus ei inter Elect. ſæculares competit, A. B. *c.* 4. Sic Patriarchatus Conſtantinopol. præ Alexandrino & Antiocheno ſublimatus eſt, *can.* 3. *Concil. Conſtan.* Præfectorum quoque prætorio, qui ante tantum diſciplinæ aulicæ præerant, dignitas in immenſum aucta fuit; *l. un. ff. de off. praff. Prat.* Eadem tamen res manſit, *argt. l. proponbatur. de Judic.* 41

Q. I. *An ſola ſucceſſio in Electoratu ſæculari, Principatu, Ducatu, ante petitam & impetratam inveſtituram Cæſaream præcedentia & ſeſſionis Jus tribuat?* 42

Affirm. patet ex dictis ſup. quibus adde, quòd hac de re mota controverſia Comitiis Ratisbon. Jo. Friderico Duci Wirtembergico Anno 1608. pro affirmativa ex textu A. B. invictis rationibus & obſervantia Imperii tradit *Wentzler de Coll. obſ.* 2. *n.* 7. *Buxt. ad A. B. c.* 4. *th.* 85. *lit. b.*

Q. II. *An ſola ſpes capeſſenda majoris dignitatis vel præeminentia præcedentiam inter pares tribuat?* 43

℟. Cum diſtinct. Vel Spes eſt potentia proxima vel etiam quæ in actum deduci poteſt arbitrio noſtro, ſicque de præſenti radicat vel non. Prior præcedentiam tribuit, non poſterior. De priore ſupra d. de rege Roman. Elect. & deſtinato Imperii

perii Succeſſore, quæ mota fuit Anno 1533. in Comitiis. Idem quòd Delphinum Galliæ cæteris Franciæ Principibus præferri notorium ſit, ut & cæteris extra Galliam, quia ſpe ſuitatis ad ſucceſſionem proximâ propriis jam radiis coruſcat, *Chaſſan. part. 5. conſid. 41. Engelbrech. de ſucceſſ. in El. n.* 28. prout in Judæorum rep. primogenitus ad dexteram patris ſedebat, duplicatos cibos habebat præ fratribus, ſacrificia offerebat, licèt quoad portionem bonorum patris obitum expectare deberet, poſterior in eventu incerto conſiſtens non ſuſpendit tantam plenam executionem Juris ſed etiam ipſius Juris nativitatem, *l. 1. ubi Dd. de Inſt. & ſubſt.* nec quicquam ponit in eſſe, *l. ſi quis ſub condit. ff. Si quis omiſſ. cauſ. teſt. l. 1. §. impubere. 17.*
44 *ubi Bar. de Coll. bon.* Huc ſpectat quæſtio: An Coadjutor cum futura ſucceſſione omnibus ex Capitulo præferendus ſit de quo vid. Speidel. in *verbo Coadjutor pag.* 216.

45 Nec minùs an res judicata inter plures, quin præcedentiam tribuat, videtur dubitandum, cum pro veritate habeatur *l. 1. de re Judic. l. pen. de I. & l.* & faciat ex albo nigrum ac contra, maximè in pluribus unius Juriſdictionis ſubjectis, inter quos judicium ordinarii ſuperioris, lex eſt; Ita Carol. IV. in A. B. controverſiam ſeſſionis notanter inter EE. Mog. & Col. diremit. In Comitiis Auguſtauis Anno 1520. ſtatus Imperii Imperatoris arbitrio circa ſeſſionem controverſias dirimendas reliquerunt, quòd non tantùm de Principibus ipſis inter ſuos ſubditos, ſed etiam qui nomine Principis Jus dicunt, ut de parlamentis intelligendum eſt: Sic in Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 12. de regular* cautum, ut Epiſcopus omnes controverſias inter Eccleſiaſticos, tam ſæculares quàm regulares, de præcedentia circa Jus
46 appellationis ipſe judicet. * Idem de ſententia etiam in laudo compromiſſarii, cui deciſio commiſſa eſt, procedit, *argt. l. 1. de recept. qui arb.* Sic cùm in Nobili illa controverſia inter Florent. & Ferrar. Duces Pontifex cognoſcere vellet, Ferrarienſis autem nunquam induci poſſet etiam citatus, ut Procuratorem Romam mitteret, ſed à Cæſare litem terminari contenderet: Demum Pontifex in Maximilian. II. non tanquam Cæſarem, ſed arbitrum conſenſit, ut per eum lis decideretur. Quamvis autem res inter alios acta aliis non noceat nec proſit, *l. 63. de Re Iudic.* tamen aliis eandem cauſam, idem Jus habentibus ex paritate rationis applicari poſſe, ſuadet ipſa rei æquatas *facit. l. & ex eadem de Ex. rei Iud. c. pen. de re Iud.* ead. enim cauſa cenſetur, quando ſubſtantia dignitatis, eſt eadem non attentis fortunæ bonis, tanquam accidentibus, ut jam ante d.

Sicut conſuetudo vel ſtatutum tanquam al- 47
tera lex, 32. *l. de ll.* inter privatas perſonas & membra regni vel loci alicujus; ita etiam inter Principes & reſp. præcedentiam Jus tribuit: *Sic. in l. 1. de alb. ſcrib.* ita albo decurionis inſcribendi ſunt decuriones ut lege municipali præcipitur, *junct. l. 11. §. 1. de mun. & hon c. cùm olim. X. de conſuet. l. non tantùm. 11. de Decur.* & hinc Knicken ait, Germaniæ multos Principes in Comitiis ſe fundare, in nudæ ſeſſuræ poſſeſſione vel quaſi, & longâ conſuetudine, allegando actus exercitos, *Coler. de Jure Imp. Germ. ſect.* 67. cùm in dubio pro poſſeſſore præſumatur, *l. 67. de R. V. Weſemb. de acq. poſſ. n. 7. Maſc. 3. de probat concl.* 1194. & ab onere probandi poſſeſſor relevetur, *c. ſæpe de reſtit. ſpol. c. ad aures de Præſc. cap. ex literis. de prælat. l. 4. & 20. ff. Eod.* Hac nitebatur Rex Gall. in conſilio Tridentino contra Mendozam Hiſpan. Legatum. *Bodin. lib. 1. cap. 9. num.* 145. *in fin.* Eadem uſus eſt Ferdinand. in lite Florent. & Ferrar. Ducum. Henricus VI. Imper. in controverſia Abb. Fuld. & Colonienſis, *Arum. de ſeſſ. præreg. p.* 804. *add. Geil. 1. obſerv. 21. in fin. Tiraq. de nobil. c. 20. n.* 51.

Q. I. *Cùm autem quæritur, qui actus potiſſi-* 48
mùm in conſiderationem veniant?

℟. Ad poſſeſſorium & poſſeſſionem continuandam noviſſimos potiſſimùm attendi, *text. in cap. conſultationibus, de Jure patronat. cap. Eccleſia. cap. cùm olim. X. de Cauſ. poſſ. cap. querelam. de Elect. l. Item Mela. §. ſed ſi de olim. Regal. Noden. de ſtat. nob. cap. 13. num.* 120.

Q. II. *An ergo continuò ſi Princeps aliàs dignior,* 49
vel Epiſc. prior poſteriori detulerit aut ceſſerit, hic ex actu illo præcedentiam prætendere poterit?

℟. Diſtinguendos actus publicos, à privatis congreſſibus, ita ut ea quæ ex curialitate aliqua, vel Jure hoſpitii vel reſpectu aliquo ætatis domi ex urbanitate & patientia familiari, aliquan-

do

do delata fuerunt, non ita præjudicent, per *l. 31. de op. libert.* ut ſi in alieno Regno Rex minor Jure hoſpitii præfertur, & dominus domi ſuæ minor eſſe velit; quod tamen fieri non ſolet, quando dignitates nimiùm differunt; nec enim dominus ſervo domi ſuæ defert: Nec Princeps Comiti, &c.

Ordo ſcripturæ in conſtitutionibus publicis, diplomatibus & receſſibus etiam non parum
50 momenti habet, *l. 5. §. fin. cum ſeq. de ſolut.* 1. Et ſic in Germania ordo dignitatum deſumitur ex ſubſcriptionibus receſſuum Imperii; *Kn chen. de Saxon. non prov. Jur. cap. 2. numero 117. & ſeq. Pacian. lib. 2. de probat. cap. 25. & 79.* Quamvis, quando nominatio & ſcriptura facta, tantùm ex ſimplici enunciativa demonſtratione perſonarum vel rerum aut locorum, argumentum ex ordine ſcripturæ non rectè ſumatur, *cap. 2. de Judic. cap. paſtoralis. de Conc. præb. cap. cum dilecto. de reſc.* Sic Imper. *in §. final. l. qui teſt. tut. dar.* ait ſi quis filiabus vel filiis tutores dederit, etiam poſthumo vel poſthumæ dediſſe cenſetur, non tamen ſequitur filias & poſthumas filiis eſſe digniores, ſic *in §. Cum quis 25. de R. D.* dicit vas conflatum ad materiam æris, argenti vel auri reduci poſſe, nemo tamen dixerit, ſi æs vel argentum auro eſt pretioſius, unde *in princ. d. §.* dixerat ex auro, argento vel ære vas fecerit. *Add. l. quoties. C. de uſufruct. l. hæredes mei §. peto. ad Trebell. cap. pen de Elect. in 6.* Unde videmus, quando ſimul 2. 3. vel 4. Imperatores fuerint, ordinem ſcripturæ ſervatum, & nunc hunc, nunc alium in reſcriptis primo nominatum ſic legitur: Gratianus, Valentinus, Theodoſius, *in l. 1. Cod. de ſumm. Trinit. l. ſi quis 2 Cod. de Apoſtat. l. 2. C. de Commerc. l. 5. C. de Judæis.* Alibi hoc inverſo modo, Theodoſius, Valentinus, Gratianus *l. 2. C. de off. Mag. off.* quam non bene citat Tiraq. *de l. primogen. q. 19. numer. 4.* Alibi Valentino aliis poſtpoſitis primus locus tribuitur, hoc modo: Valentinus, Gratianus, Theodoſius. *ut in l. 1. C. de off. mag. mil. l. civitas C. de off. rect. prov.* Alibi Valentinus, Theodoſius, Gratianus, *l. male in hanc rem à Tiraq. citata.* Ita quoque legitur Theodoſius, Arcad. Honorius. *l. 4. C. de Epiſcop. aud.* aliquando inverſus eſt ordo hoc modo: Arcad. Honorius, Theodoſius, *l. 1. Cod. de offic. civil Jud. Tiraquell. d. loco. pagin. 547.* Theodoſius enim Imperator in conſortium Imperii adſciverat filios ſuos, Arcadium Orienti, & Honorium Occidenti præfecerat, ipſe autem ſenex, vixit Mediolani, mortuus Anno 60. ætatis, cum jam annis 17. imperaſſet, Arcadius vero cum 13. annis imperaſſet, vita functus eſt, cui ceſſit ejus filius Theodoſius ſecundus, quamvis ſub hoc magis imperavit mater ejus Eudoxia, Honorius vero conſortem adſcivit Conſtantium.

Q. III. *An ætatis habenda ratio, ita ut ſenex Comes juniori Principi præferatur?* 51

Negativa illuſtri hoc exemplo declaratur Philippi Ducis Burgundiæ, qui (quia primus Par Franciæ ſeu Parium Decanus erat) cum Andius proximum à Rege locum occupâſſet, medium ſe inter Regem & Andium audaci facto in medio convivio ingeſſit: Unde ei nomen audacis inditum, ad Carol. filium re etiam talem derivatum, *Chaſſan. in Catal. gl. mund. p. 5. conſ. 41.* Sic Regis uxor Junior Reginæ matri ſeniori ætate præfertur *Chaſ. part. 5. Conſ. 39. & 40.*

Q. IV. *Quid de poteſtate patria?* 52

Hujus rationem non haberi in publicis, *text. eſt l. 9. de his qui ſui vel al. l. ſunt. l. 14. ad SC. Trebell.* Sic Sempron. Grachus Proconſ. à Filio ſuo Q. Fabio Max. Conſule, obvio equo deſcendere juſſus eſt, qui mox filium eapropter collaudavit, quod Imperium populi Romani conſervaret, *ut refert Gell. & Valer. Max. lib. 2. c. 2. nu. 4.* Sunt enim Publica inſtituta privatâ pietate potiora, & patriæ plùs quàm parentibus nos debere, colligitur *ex N. 115. cap. 3. §. ſi eos in criminalibus. 3. Cic. in offic.* Sic, Quia Caſtellæ reges præ aliis primas tenent, & inter Hiſpan. Reges, cum Joan. Arragonum Rex Pater, & Ferdin. Caſtellæ Rex filius Victoriæ conveniſſent, de utriusque regni publici negotiis deliberaturi, urbem Pater ingreſſus filio ad dextram incedente, ut hiſtoriæ Hiſpanicæ teſtantur.

Q. V. *An ergo ætati nihil deferendum?* 53

R. Si tamen omnia undique ſint paria, paritas ſcil. dignitatis & temporis, ætatis rationem meritò habendam; Et ſic inter componendos plures ejusdem familiæ Principes diverſarum linearum hodie mos receptus eſt Imper. ut non habita ratione propinquioris ſpei ad ſucceſſionem prout quisque ſenior & ætate provectior eſt, ita cæteris

Digitized by Google

Præferatur, quòd exemplis variis in lineis Electoralibus, Bohemica, Palatina, Saxonica, Brandeburgica, Item Illuſtriſſima Badenſi, Brunſwicenſi, oſtendit Colerus *de Jur. Imp. Germ. ſect.* 69. quibus ceu præjudiciis oſtendit in materia præcedentiæ Jus primogenituræ & repræſentationis non attendi: quæ ſectiones cùm in omnium ſint manibus, eò cupidus Lector remittitur, ut & apud Romanos olim, ex Conſulibus cæteris etiam paribus faſces priùs ſumendi poteſtas illi fiebat, qui plures annos natus eſſet, ſi etiam ambo mariti & patres totidem librorum eſſent, alias multitudini liberorum fatebatur, *facit l.* 1. *Sol. mat. t. t. Cod. de Indict. vid. toll. vid.* quæ notant Dd. ad *t. De S. C. Trebellian.* cur ſcil. à Trebellio non à Seneca Conſule denominetur.

54 Q. VI. *Quid ſi concurrant plures Perilluſtres, vel etiam Nobiles inter ſe?*

℞. Cæteris etiam paribus, Generis Natalium & familiæ antiquitas Præcedentiam tribuit, *per l.* 6. *§.* 9. *v. ſed & Anatolium. C. de Vet Jur. Enucl. l.* 3. *C. de Commerc.* 2. *Feud.* 27. *§. ſi ruſticus. v. ſi miles. de pace tenend.* Solet enim nobilitas à nobilitato incipere & generari, in filiis pubeſcere, in nepotibus adoleſcere, in pronepotibus perfectam ætatè conſequi; Eſt inſtar fluminum nobilitas, quò longiùs procedit, magis augetur, *Nolden de ſtatu nob. c.* 10. §. 1. (ita tamen, ut conſuetudo non excludatur, *Geil.* 1. *obſerv.* 21. *in fin.*) & propterea Arcades ſe Sole & Luna priores gloriabantur *juxta Virgil.* de Phrygibus, tanquam primis mortalium, *Herod.* De certamine inter legatos Campanorum & Samnitum, *Liv. i lib.* 7. *Comment.* Hac ratione Rex Galliæ præ reliquis Regibus prætendit præcedentiam, quod jam Anno Domini 409. jacta ſint Regni Franco-Gallici fundamenta. Hoc argumento Ducem Venetorum etiam cæteris ducibus præferri volunt, quod præ aliis hanc dignitatem ducalem nactus ſit, omitto, quòd non nulli ex arca Noe deſcendere, & genealogiam deducere ſe poſſe jactitant, alii à Trojanis & Germanis aliqui fabuloſis inventis & inani opinione ducti, *V. Knicken c.* 2. *n.* 47.

55 Q. VII. *Quid in Collegiis Politicis & Eccleſiaſticis?*

℞. & in his antiquitates attendi, hinc patet, quòd in Gallia Parlamentum Pariſienſe omnia alia ex hoc cap. præcedat, *Chaſ. p.* 28. Exemplum ponitur in Jacobo minore & majore, Apoſt: quorum ille ætate min: & maj: dictus eſt, quia priùs ad Apoſtolatum vocatus fuit, *ut refert. Iacob. de Voragine & Bertachin. in tr. de Epiſcop. p.* 1. *l.* 4. *t.* 12. *num.* 5. De Epiſcopis *textus eſt in cap. fin. diſt.* 17. *l.* 29. *C. de Epiſc. aud.* & ita ſervatum in Concilio Trident, ut prior tempore ſic potior ſit Jure *l.* 5. *qui Pot. in pig.* Sic & ordines religioſi juxta eorum antiquitatem præferuntur. Hinc Benedictini præferuntur Canonicis Regularibus, quia Doct. Benedictus compoſuit regulam Monachalem quæ eſt approbata, *cap. ſuper. eo de regular.* Et ita Benedictini præferuntur his *in c. Deus.* 11. *de Vit. & hon. Cler. & rub. de ſtat. mon. & cap.* 2. *de ſupp. neg. præl.* Sicque *in c. perinitioſum.* 26. 18. *q.* 2. permittitur Regula S. Benedicti, & Baſilii, & poſtea nominatur S. Auguſtinus, cujus Regulam habent Canonici Regulares, quicquid velint alii, qui ſentiunt Regulam S. Baſilii uti antiquiſſimam præferendam, nam nos in Oriente non vivimus, ſed Occidente, *qua de re ſup.* Poſt Canonicos Regulares inter mendicantes primi ſunt Dominicani, quia illorum regula præ aliis eſt approbata, *text. in c. quorundam*, 24. *de Elect. in* 6. Eos ſequuntur Minores, dein Auguſtiniani, *V. inſcriptionem. cap.* 1. *de decim. in* 6. Sequuntur illos Carmelitæ *c.* 1. *§. ſane de relig. Dom. in.* 6. Et iſte ordo inter mendicantes ſervatur Coloniæ in ſolennibus proceſſionibus, & deductionibus funerum, aliiſque publicis actibus, & ſeſſionibus, excepto, quod quando quis funeratur in uno ex dictis Monaſteriis, iſtius Monachi & digniore incedunt loco, etſi aliàs inferiores ſint, quod etiam ſervatur in Parochis, qui licet digniores ſint, ut prior eis locus debeatur, ſi tamen funus deferatur per Parochiam inferioris, locum priorem deferunt inferiori, quamdiu per illam Parochiam incedunt, & poſtea locum ſuum reſumunt, *ad Fagnan. in c. nimis de Exceſſ. præl. nu.* 1.

Q. VIII. *An temporis prioritas in officio metienda?* 56

℞. Non à nuda cooptatione ſeu inveſtitura abuſiva, ſed à reali introductione, e. g. Pater dignitatem habens in filium ſuum ſpem dignitatis vivus tranſtulit, approbante Principe vel Curia;

Digitized by Google

ria; patre tamen uſque ad tempus vitæ in officio ſuo perſiſtente, deinde alii ad functionem jam actu admiſſi ſunt. Quæſtio eſt an patre defuncto filius poſtea aſſumptus, eos qui tamen actu jam adminiſtrare cæperunt, præcedere debeat? Qua de re extant Curiæ Pariſienſis & Tholoſanæ placita, Anno 1551. 1560. 1590. In ſpem dignitatis acceptum cedere debere cooptatione poſterioribus, ſed actu prioribus, *Matth. de Afflict. decis. Neapol. 1.* prout nec Privilegio militiæ fruitur, qui actu non eſt in militari exercitio, *l. fin. de excuſ. tut. l. ne quidem. C. de Teſtam. tut.* Cui ſententiæ hæc ratio patronciatur, quòd reſignantis patris perſona ſedem & poſſeſſionem retinuit, quam filius non accipit, niſi morte aut voluntate patris decedentis, nec aliâ intentione, gratia à Principe vel Curia conceſſa, aut à patre reſignatio facta fuit, quàm ut officium in tuto pro filio conſervaretur, nec æquum eſt eum qui ſpem tantùm habet, actuale Jus conſecuto præferri.

57 Q. IX. *Sed pone. Titius à Principe factus eſt conſularis honorarius, Cajus deinde verè creatus eſt Conſul, poſt eum Titius quóque verè ad Conſulatum pervenit, uter potior?*

℟. Titio prærogativam deberi, etiam finita utriusque actuali dignitate Conſulis, *l. 4. C. de Conſul.* & ſic ſecundùm Cujac. *in d. loc.* ex anteriore tempore procuratoris ordo vendicandus, nec poſteriori promotione novum aliquod Jus, quod non habebat Titius, adipiſci cenſetur, ſed conſulare Jus ei delatum ante fuerat honorario iteràſſe beneficio videtur.

58 Q. X. *An bona fortuna, divitiarum & redituum copia potentia, ditionum & ſubditorum copioſus numerus, & inde procedens armorum terror, prærogativam tribuat, inter eos, qui aliàs dignitate pares ſunt?*

℟. Ut ſup. inſinuatum: Licèt hæc ad inducendam primò prærogativam, multùm conferant, cæteris, ut dictus, paribus: Prout apud Luciano in conſeſſu Deorum & concilio Jovis, orta quæſtione de ſeſſione, Jupit. Mercurio juſſiſſe, fabulatur, ut deos Barbaros ingenti magnitudine ex ſolito auro fabricatos, Græcis parvulis ex ære, vel marmore affictis, quamvis manu Phydiæ factis artificioſiſſime, præponat; Semel tamen acquiſitâ præcedentiâ ob ſuper venientem paupertatem, & alterius Principis antea æqualis opulentiam ac potentiam non labefactatur, *ut d. ſup. n. 36.* Prout Ducatus Mediolanenſis, licèt reditu maximus ſit, tamen alii Duces ratione antiquitatis eum præcedunt, *Chaſſ. part. 12. conſ. 58.* & ipſe vice verſa, quòd ſit antiquior, Duci Sabaudiæ præfertur: Nec bona eſt conſequentia: Potentior eſt, ergo dignior, *c. legimus diſt. 93.* cujus exemplum ponitur in Regibus Judæ & Jſrael unde etiã in Imperii Comitiis Dux Holſatiæ, Sabaudiæ, Lotharing. aliis Ducibus anteponuntur, etiam potentiâ & regionum amplitudine longè inferiores, *ut ſuperius. videre licet, h. cap.* Sic regia Majeſtas, quæ ſuperiorem non agnoſcit, æqualem habet dignitatem cum rege alio potentiſſimo, quæ ſuperiorem non agnoſcit, æqualem habet dignitatem cum rege alio potentiſſimo intenſivè; ſcilicet non extenſive; nec minùs Emathion, cujus Regina uxor cibaria coquebat, Rex erat, quàm Alexand. M. non minùs Evander quàm Diocletianus, non minùs reſpon. Genua quæ ſolis pœne mœnibus concluditur, quàm Venetia, quæ Dominium tenet maris, *Coler. de Iure Imper. German. numero 31.* Et ex hoc ratione inter pagos & provincias inter ſe confœderatas, non potentiores præferuntur, ſed antiquiores aut libertatis auctores.

Q. XI. *An plurium titulorum, Principatuum, Ducatuum multiplicatio?* 59

Reſp. Prærogativam novam non tribuit, *text. in l. 1. C. de Conſul. ibi.* repetiti faſces nihil augent. Allegatur quidem in contrarium exemplum Ducis Burgundiæ in Concilio Baſilieenſi An. 1433. contra Electores Germaniæ, præcedentiam prætendentis quòd eſſet ſexies Dux, quindecies Comes &c. Verùm potiſſima prælationis ratio fuit non multiplicatio Ducatuum & Comitatuum, ſed quòd regii ſanguinis & primus par Franciæ eſſet, *Chaſſan. pagin. 5. conſil. 45.* cui titulorum iſta multiplicatio acceſſerat, ſicut accidens principali. Non obſtat. ille text. Proverb. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia Principis, *Chaſſan. 1. conſil. 15.* Hoc enim non ad præcedentiam, verùm ad ſignificandam Principis potentiam dicitur; Sic nec Epiſcopus

Digitized by Google

ſundum. 18. *§. fin. ff. de Vi & Vi arm.*) *l.* 12. *§.* 1. *ff. de acqu. poſſ.* ac licèt hæc primâ facie contraria videantur, quia rei vindicat. Præſupponit poſſeſſionem abeſſe ab agente, §. 2. *in fin. de act.* eſſe autem apud conventum, *l. offi imm.* 9. *de R. V.* Interd. verò retinendæ ſupponit poſſeſſionem eſſe apud agentem, adeſſe autem & abeſſe, contraria ſunt quæ allegans audiendus non eſt, *lib.* 1. C. *de Furt. l.* 1. *ubi repugnantia. de R. I.* Veruntamen hoc non obſtat, quia petit: & poſſeſſ. retinendæ & recuperandæ, ad diverſæ poſſeſſionis modos tendunt, rei vindicatio & interd. unde vi, ad recuperandam naturalem, Interd. verò uti poſſidetis ad conſervandam civilem, quæ duo minimè repugnant, *Rinck. de Saxon. non provoc. Iur. verbo. dictum cap.* 2. *num.* 152. *Sytmann. Symph. tom.* 2. *pag.* 3. *t.* 10. *Vol.* 4. *num.* 17 omnium autem utiliſſimum & pleniſſimum eſt remedium, *c. redintegranda* 3. 3. *q.* 1. quod utiliter datur, *Menoch. recup. rem.* 15. *num.* 5. *Geil.* 2. *obſ.* 57. *num.* 10. Quibus ſi in continenti locus eſſe nequeat, aut deliberandi ſpacium cum principalibus requiratur, proteſtatione uti, non inconſultum eſt; hæc enim Jus proteſtandi ſalvum & illæſum conſervat, & in tuto collocat, *l. ſi debitor.* 4. *§.* 1. *quib. mod. pig. ſol. l. pro herede.* 20. §. 1. *de acq. hered.* & omne præjudicium amovet, *d. l.* 4.

20 Q. V. *Quid ſi legatus abſentis Principis turbetur, An hic ſine mandato contra turbantem vel ſpoliantem ad reſtitutionem ſeſſionis agere poterit?*

Aff. ita, ut & hic ſine cunctatione ad quaſi poſſeſſionem reſtituendus ſit, *l. un.* C. *Si per vim. vel alio mod.* nec intereſt, an Principalis abſit ex juſta & legitima cauſa, an abſentia neceſſaria ſit, vel probabilis, vel voluntaria, an cum vel ſine contumacia; quia d. rub. generalis, *ſi per vim vel alio modo*, omnes hos caſus comprehendit, *c. indemnitatibus.* §. 1. *de Elect. in* 6. *cap. ſtatutum §. in nullo. de Reſcr. in* 6. *Menoch. recup. rem.* 6. *num.* 15. in tantum, ut ſi ageas pro domino abſente ſuccumbat, ei non præjudicet, *gl. & Bart. ad d. l un. n.* 9. cùm præſens abſentis conditionem meliorem quidem facere poſſit, non etiam deteriorem, *l. ſolvendo. de neg. geſt.* licèt fidejuſſores, qui in iſto judicio intervenerunt, teneantur, cùm ſuæ facilitati adſcribere debeant, contra quos moleſtia affectus victor experietur, *Menoch. num.* 39. Quòd ſi tamen ipſe Principalis præſens dejiciatur, & mox abeſſe cœpit, ejus legatus hoc remedio uti non poterit, cum enim is procurationem ad hoc conſtituere potuerit, ſibi imputare debet, quòd hoc nec fecerit, *l. ſi fidejuſſor. §. ſi neceſſ. qui ſatiſd. cog.* & quia *cit. l. un.* tum odium dejicientium, tum Privilegium abſentium continens, à caſu ad caſum diverſum extendi non debet: ſin autem ex intervallo abeſſe cœpit, dubium non eſt hoc beneficium, *d. l. un.* ceſſare.

Q. VI. *An talis dejectus Legatus, ſine mandato agens, ſatisdare debeat, dominum ſuum principalem hanc rem ratam habiturum?* 21

Ratio dub. eſt, quod hoc aliàs requiratur in conjunctis perſonis. Neg. verior videtur, *Donell. l.* 1. *n.* 3. C. *d. t.* quia ex verbis d. l. id ſolùm judex inquiret, an poſſeſſio abſentis ablata ſit, ſi hoc ſolùm requiritur, ergo ſicut mandato, ita ſatisdatione opus non eſt. Imò ſi ſatisdatio exigeretur, fieret contra mentem conſtitutionis, quæ fuit, ut mox poſſeſſio in ſtatum priſtinum reponatur, & eſſet, qui id abſentis nomine petere & conſequi poſſet; Si autem ab agente requiretur ſatisdatio, aut nollet judicium ſuſcipere, aut non poſſet, ſi fortè fidejuſſorem invenire non poſſet.

Q. VII. *An alii qui nomine abſentis, in Jure ſeſſionis non fuerunt, nec ad hoc deputati fuerunt, agere licebit ad poſſeſſionem abſentis interverſam?* 22

Negat. verior. Nam cit. l. un. expreſsè loquitur de dejecto, ergo ad alias perſonas ſine lege non videtur extendenda, cùm ſit Jus ſingulare, *l. quod verò de ll.* Voluit enim lex conſulere abſenti dejecto huic autem non conſuleretur, ſi alius qui ejus voluntate in poſſeſſione non fuit, hoc remedio poſſeſſionem conſequi poſſet, quæ alteri permitti non debet, quâm cui abſens eam confidit. Nec obſt. generalitas *d. l. in p.* R. antecedentia ex conſequentibus declarationem incipere. Eſt enim ſingulare, quòd dejecti nomine domini abſentis hoc interdictum movere poſſint, etiam non interveniente expreſſo mandato, cùm aliàs ſine mandato nemo agere poſſit, certis perſonis exceptis. *l. ſed & hæ. de Procur.* cujus ſingularitatis hæc eſt ratio, quòd dominus, qui ei poſſeſſionem conſervare mandavit; legato etiam tacitè cenſeatur velle, ut amiſ-

Digitized by Google

ut amiſſam poſſeſſionem recuperet, *argt. l. 2. de Juriſdict.* quæ ratio cùm ceſſet in alio non dejecto, ceſſabit quoque *d. l. un.* diſpoſitio, & Jus agendi.

23 Q. VIII. *An idem ſine mandato & ſatiſdat. omiſſo poſſeſſorio etiam petitorium inſtituere poterit?*

Neg. ſed hoc vel à domino abſente, vel cum ſufficienti mandato ad hoc obtento moveri debet, *ex d. l.* 1. ibi judicio ſervato, juſtis legitimis abſentibus perſonis, ad quas alias actionis propoſitio de jure ſpectat, prout ſimiliter, ſi dejectus in poſſeſſorio triumphavit, dejicienti petitorium ſalvum manet, *d. l. 1. v. fin. l. un. C. ſi de mom. poſ. app.*

24 Q. IX. *An ſubditos & Status Imperii in puncto ſeſſionis diſcordantes Imp. ad tranſigendum compellere poſſit?*

Si Jura utriuſque ſcil. ſint obſcura, & neuter probat, vel uterque æquè, & neuter eſt in poſſeſſione? Olim *per N. L. id eſt non liquet.* reſpondiſſe judicem patet *ex l. 13 §. 4. de Recep. arbit.* Qualiter autem ſapientiſſimi Græcorum reſponderint inter Protagoram Sophiſtam, & Euathlum ejus diſcipulum, ortâ controverſiâ de mercede, quam hic pro altera medietate ſe daturum promiſerat, quo primo die cauſam apud judicem oraſſet & viciſſet, V. *Aul. Gell. 5. Att. c. c.* 10. Sed hoc Juri non congruit, cùm Judex, qua de re cognovit de ea ſtatuere, & certam ferendo ſententiam liti finem imponere debeat, §. *Cui. l. de act.* Itaque Imper. diſcordantes in caſu adeò dubio, ut eam decidere nequeat, vel ad alternandum interim, vel ad amicabilem compoſitionem compellere poteſt, *argt. c. placuit. diſt.* 90. *Cujac.* 10. *obſ.* 4. Pertinet aliàs in imperio ad Imper. certum ſeſſionum, dignitatumque ordinem definire, *t. t. C. ut. dign. ord. ſervet. lib. 12. Nov. 1. §. In ordinat. can. adhoc. diſt.* 98. Sic in conventu Ratisbon. eo tempore, quo Sereniſſ. Bavariæ Dux de Electorali dignitate inveſtitus eſt, ortâ lite inter Illuſtriſſ. Dominos Walpurgicos Lineam Scerenſem, & Wolffeggianam, S. R. I. dapiferos, cui adminiſtratio competeret, ex decreto Cæſareo unus in ingreſſu alter in exitu aureum Imperii pomum portavit, *Beſold. in diſſ. pol. de praced. ad fin.*

Ejusmodi controverſiarum pleni ſunt annales, & hiſtoriarum monimenta. Notæ differentiæ inter ſedem Romanam & Patriarcham Conſtantinop. Pontifex Roman. in dignitate D. Petri ſe fundat, Conſtantinopolitanus throni ſui authorem S. Andream adſtruit, & hunc ante Petrum fuiſſe vocatum, cui controverſiæ multi cladem & everſionem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ adſcribunt, quod ſcil. Romanæ ſedi parere noluerit. Pro Pontifice Rom. facit, *l. inter claras. C. de ſum. Trin.* quam quidem Hotom. ſuppoſititiam dicat, *l. 7. obſ. 2. & lib. 1. amicab. reſp. c.* 1. ſed ejus ſuſpicionem inanem eſſe, probat *Alciat. 5. parerg. cap.* 23. *Cujac. obſ. lib. 12. c. 26.* ut & *d. l. inter claras.* ab Hotomanni morſibus vindicat Fach. 8. *Conc. c. 1. cui add. l. decernimus 16. C. de SS. Eccleſ.* Nec obſt. *l. 24. de SS. Eccleſ.* quæ lex Juſtiniani Conſtantinopolitanam omnium aliarum caput eſſe dicit. Reſp. namque *ex N. 131. c. 2.* hanc eſſe caput poſt Romam. Hinc *ad Galat.* 1. Paulus aſcendit Hieroſolymam videre Petrum, cujus cauſam tradit D. Ambroſius quia erat Princeps Apoſtolorum ut cum eo conferret de Evangelio *act. 13. V. erant.* / 25
c. quia neſcit. diſt. 11. Nec minus controverſum fuit 26
an Papa in ſeſſione præferendus ſit Imper.? quæ olim acerrimè agitata fuit inter Frider. I. Imp. & Adrian. IV. Pont. ex cujus incendio univerſa fere Chriſtianitas conflagravit: Notat quidem Asciat. *in l. fin. C. de ſum. Trin.* Quòd *in l. inter claras.* Pontifex ſuum nomen poſtponat Imper. & inſuper *in l. reddentes.* Imp. ſuum nomen præponat Papæ; Sed quia Eccleſia mater eſt, cujus ille Caput eſt, aliud dicendum, *fac. c. ſolitæ. c. omnes. X. de Major & obed.* qui textus, ſi forte alicui, ut in propria cauſa partialis videatur, *add. auth. habita. C. ne. fil. pro pat. & l. 1. de prob. feud.* ubi Imperator Archi-Epiſcopos & Epiſcopos Ducibus, Comitibus, & aliis præponit; Simplex quoq; Sacerdos militi præfertur, quia ille miles Chriſti, hic ſæculi eſt, *c. ante omnia. diſt.* 40. *l. Iulianus. 11. q. 1.* quidni Papa, *c. diſt.* 22. qui facit unum conſiſtorium cum Deo, cum etiam Paſtor ſit, & Imperator ejus ovis.

Licèt Imperator Rom. Seſſionis Jure omnibus Chriſtiani orbis, infidelibus etiam Principibus potiorem eſſe, ſupra d. ſit. *per Nov. 30. in princ. c. 2. in p. de re jud. in 6.* Tamen non erubuit 27

Digitized by Google

RexGalliarum Carol. V. E. Rom. Regi, nondum à Papa coronato, de loco digniore certamen movere, cùm Anno 1521. ad portum Caleti eorum legati conveniſſent, ubi Anton. de Prato Jurec. celebris & Cancell. Gall. Reg. Mercuino Carol. V. Legato, hanc quæſtionem movit, quòd Carolus nondum unctus, Regi uncto cedere deberet.

28 Sic in Concilio Tridentino lectæ literæ Regis Galliarum, quibus Petrum Damaſum ſuum Legatum conſtituebat, qui longa habita oratione expoſuit Regnum Galliæ à Clodovæo primo Rege Chriſtiano religionem Chriſti ſervaſſe incontaminatam. D. Gregiorum I. Papam in ejus Teſtimonium Childeberto dediſſe elogium Catholici Regis, in Gallia nulli ſectæ quàm Catholicis ſedem permiſiſſe, de exteris & Idolatris convertendis ſedulo cogitaſſe, eoſque piis armis ad veram religionem adegiſſe, ſic Childebertum bello Viſigothos, Arrianos compuliſſe, ad ſe Chriſtianis conſociandos; Carolum M. Regem Galliarum totos 30. annos bellum cum Saxonibus continuaſſe, ut Chriſtiani fierent, addendo, quæ Pipinus & Carolus M. contra Longobardos fortiter patraſſent, ut ex hiſtoria d. Concilii Tridentini conſtat; Sed Franciæ & Germaniæ Reges hæc patraſſe hiſtoriæ tradunt.

Verùm ſatis ſupra hac de re. Similiter Anno 1531. in Comitiis quæſtio mota; an Rex Roman. vivente Imp. creatus, Galliæ aliiſquè regibus ſit præferendus? Pro Gallo faciebat, quod is ſit conſtitutus in actuali Imp. Regni Occidentalis Franciæ, ille verò tantùm in ſpe & expectantia Regni ac Imperii Franciæ Orientalis. Verùm cùm Imperator præponendus ſit, inter quem & Regem Rom. modica eſt differentia ratione dignitatis, ut qui ab Electoribus eligi, ungi, coronari ſolet, & propter ſpem à Jure approbatam de ſuccedendo in Imper. *can. in nomine. diſt. 23. Clem. 1. de Jurej.* honorandus eſt, ut Imperator: pro Rege Rom. conſuluit Guetta *Conſ. 1. add. conſtit. Ludovici I. Imp. Coloniæ promulgatam, An.* 1338.

29 Famoſiſſima eſt controverſia præcedentiæ inter Gallum & Hiſpanum, quæ ab Hiſpanis primum Anno 1558. mota dicitur, cumque in curia Romana Hiſpanus obtinere nihil potuiſſet, id tamen effeciſſet apud Maximil. II. Imper. ſibi vinculo conſanguinitatis & affinitatis junctum, ut Caroli IX. legatis prærogativa in aula Cæſarea denegaretur, hanc injuriam, ad bellum Hiſpano movendum, ſufficere, Galli ſuſtinuerunt; Er pro Galliæ prærogativa tradit Molinæus, *tract. Monarch. Franc.* Regnum hoc tamdiu duràſſe ac Francorum, jam ultra mille 600. annos, nec interregno coronam interruptam, nec unquam translatam in aliam nationem aut populum, nullum quoad ſuccedendum ſimilius eſſe regno Davidico; Hiſpanicum autem recentiſſimum eſſe, diutius ſub Romanorum poteſtate manſiſſe Hiſpanicas, quàm Provincias Gallicanas; Hiſpanos parum decorè gloriari, ſed Gothis deſcendere, qui hæreſin Arrianam invenerunt, eos à Saracenis Carol. M. liberàſſe poſtquam Romam liberàſſet à poteſtate Longobardorum; Nec etiam Galli Hiſpanum potentiorem eſſe concedunt. Et ſarcaſticè Franciſcus I. Gall. Rex, cùm Carol. V. titulus Imperiales, provinciarum inſuper & dominiorum domus Auſtriacæ ſibi adſcripſiſſet, & magnum chartæ ſpacium impleviſſet, Gallus in reſponſo tantundem ſpacii repetendo, Rex Galliæ, Galliæ, Galliæ, &c. ſæpiùs implevit, innuens unum regnum ſufficere tot provinciis à Carolo recenſitis. Pro Hiſpano verò Ferd. Vaſq. *in præf. Ill. quæſt.* Cumque Regis Galliarum legatus primum locum occupàſſet in Concil Trid. Legatus Philip. Hiſpan. Regis ſedit ante ſcribam nullo ordine ex adverſo legati Pontificis, ne illi cederet; Cumque judicium de præcedentia Pontifex devitaret, ne alterius regis offenſam incurreret, conſuluit Regi Hiſpan. ut ſemper Epiſcopum mitteret, & ſi Rex Galliæ Epiſcopum non miſiſſet, quòd Jure dignitatis Epiſcopalis præcedet Epiſcopus, aut ſi ille Epiſcopum, ipſe unum ex proceribus, ei Jure Sacerdotii non Regni ceſſurum, *Card. de Civit. prud. f.* 748. *numero* 10. *Speid. ad Beſ. Th. Verb.* Præcedenz de qua præcedentia ſingularem tract. ſcripſit pro Gallo Choppinus, Chaſſanæus, Boetius, Corſetus, & alii Pro Hiſpan. Vaſquius, & alii.

Quin & Anglus, qui Gallo cedit, Hiſpano litem hanc movet, cùm enim Anno 1589. legati 30
Angl. Reginæ Eliſabet. & Hiſpan. Reg. 15, Philipus II. de pace tractaturi conveniſſent, de Jure ſeſſio-

re ſeſſionis diſcordantes negocio pacis principium facere non potuerunt; Contendunt Angli ſe antiquiſſimos eſſe Chriſtianos, quibus ut & Scotis religionem Chriſtianam Germania debet; Item ſe ex familia omnium nobiliſſima ſimul & vetuſtiſſima ortos ex Rege Cunobiline, cujus adhuc extant numiſmata, qui circa Chriſtum natum imperavit, eſſe ſe nemini ſubjectos, ſed Vicarios Dei in Regno ſuo, item in Eccleſiaſticis imperare. Verùm cùm nec Hiſpanus in temporalibus ſuperiorem ullum agnoſcat, in aula Romana factio Hiſpanica hactenus prævaluit.

31 Inter Poloniæ, & Sueciæ Reges non abſimilis eſt diſceptatio; Pro Regis Sueciæ præcedentia ſequentia allegat, Mathrob: *de contr. Sued. Pol. cap.* 4. *pag.* 45. I. Quod Suecica & Gothica gens à Ptolomæo orta Plinio & Tacito celebrata ſit, unde Sueci, & Wiſigothi orti ſint. II. Hoc regnum ante Carolum M. reges habuit, Poloni autem antiquis ignoti primo Duces habuerunt, quorum primus Lechus fuit, uſque ad Boleslaum, qui primus Chriſtianam religionem invexit, ab Ottone III. Rom. Imper. primum Rex creatus omnium, qui in Europa ſunt, noviſſimus; Prior autem ſit, qui prius obtinuit dignitatem. *l.* 1. *C. de Conſ.* Accedit quod cum Anno 1079. Georg. VIII. Papa ob cædem S. Stanislai Boleslaum II. Regem Poloniæ excommunicàrit, prohibens ne ſe inconſulto Rex dein inauguraretur, ſucceſſores Principum, vel Ducum, non Regum titulo uſi ſint, uſque ad Primislaum Anno 1295. per annos 215. III. Suecorum res geſtæ potiores ſint, quam Polonorum, *id p.* 46. IV. Amplitudo vetus Sueciæ major ſit, *p.* 47. V. Sueciæ Majeſtas perpetua ſit, & hereditaria, Poloniæ temporalis, quæ ad vitam Regis duret, Jus autem reale dignius ſit perſonali. VI. Sueci Chriſti religionem ſervàrint Caroli M. ævo Anno 780. in ſuo Brocino primo Rege Chriſtiano; Poloni autem ſub Micislao Duce Anno 966. Lituani prius Anno 1387. VII. Sigiſmundus etiam in ſuis ſigillis Suecica præpoſuerit, quæ ex ſeqq. ponderibus trutinanda relinquo.

32 Lis inter Sabaudum & Mediol. Duces, Item Florentini & Sabaudiæ Ducem de prærogativa concertatio, multorum Jureperitorum conſultationibus, & Hiſtoricorum calamis nota eſt. *V. Knicken. de Saxon. non prov. Iur. Verb. ducem c.* 2. *nu.* 33. *Coler de Jure Imper. German. ſect.* 66. *add. Beſeld. in diſſ. Polit. de præced. nu.* 14. *pagin. mihi* 140.

Non hic recenſebo controverſias ſuper ſeſſione inter ſtatus Imperii, quia multarum paginarum opus hoc eſſet; tot enim ſunt præcedentiarum quæſtiones: Non conveniunt hac in re Saxo cum Bavaro: Brunſwicenſis cum Brandeburg. Haſſus cum Pomerano: Cimacenſis cum Arenbergio, & præter hos multi alii ſpecioſis argumentis pro præcedentia digladiantur, *de quib. Lim. de I. pub. c.* 2. *l.* 4. *c.* 9. *per tot. V. Iacob Portii alleg.* Cauſa præcedentiæ inter Abbates S. Auguſtini & S. Benedicti vertitur, Controverſia Benedictinorum & Baſilianorum: Conſtat ordo quod S. Baſilii inſtitutus ſit in Oriente Anno 350. Benedictinorum vero in occidente, Ann. 520. *ut inf. c. de Accad. dicetur.* 33

Cartuſianorum à S. Brunone Colonienſi ſub Victore III. Papa An. 1085.

Franciſcanorum, An. 1206.

Dominicanorum ſub Innoc. III. An. 1214.

Dein Auguſtinianorum Eremitarum.

Carmelitarum qui originem tribuunt Eliæ in Carmelo.

S. Trinitatis ſub Innocentio III.

Dominæ de Mercede, Ann. 1230.

Hieronomitanorum, An. 1370.

Franciſci de PADUA, An. 1450.

Societatis - - - An. 1540.

Norbertinorum.

Cluniacenſium Benedictin: An. 913.

Calmundenſium - - An. 1012.

Vallis Umbroſiæ - - An. 1040.

Ciſtercienſium Bernardinorum, 1098.

Guilielmitarum unde nati Grandiſmontenſes, An. 1130. Sunt & alii.

Humiliati - - - 1146.

Sylveſtrini - - - 1232.

Cœleſtini - - - 1294.

Montis Oliveti à S. Bernardo Senenſi, An. 1372.

Juſtinæ de Padua, An. 1408.

Vallis ſolitariæ in Hiſp. celebris, 1520.

Ciſtercienſes à S. Bened. orti, de quibus vide Caramuel: ubi quærit; An novus habitus novam faciat religionem? quod negatur, quia cappa non facit

facit Monachum, & habitus, qui eſt accidens, non variat ſpeciem, ſic Ciſtercienſes colorem tantum mutarunt, Franciſcani olim in Gallia albis uſi veſtibus, in Caſtella obſcuris; Sic non eſt differentia inter albas, & nigras oves, aliaque animalia; Benedictini quoque in Hiſpania venientes ad Ciſtercienſium Monaſterium recipiunt cuculas albas, & hi ad Benedictinos nigras. Et Brugis extra Muros D. Andreæ Benedictinorum veſtes interiores ſunt candidæ, & ſcapulare griſeum, Cuculla nigra, Albericus Roberti ſucceſſor accepit à Deiparæ album, non autem abjecit omnino nigrum.

Succedit Quæſt. *An Monachi ejuſdem Monaſterii differant ſpecie?*

Negat. Carum. *de Reg. S. Benedict. pag.* 193. licet enim unus Sacerdos ſit, alter laicus, vel converſus, eſt tamen hæc diviſio ſubjecti in accidentia.

34 Ex quibus ſeſſionum, præcedentiarum, dignitatumque prætenſionibus conſequenter aliæ plures prærogativæ oriri ſolent ratione titulorum, & aliorum curialium: Prout de Moſcoviæ Duce traditur, qui ante Tartaris paruit, quibus ſe ſubtraxit, abſolutum dein dominum adeptus, *Marta de Jurisd. pag.* 1. *cap.* 27. *num.* 1. Donec An. 1524. Baſilius ſibi Regis Moſcoviæ titulum tribuit: Imò ab Imper. Roman. etiam titulum Imperatorium expetivit. *Volckmar. de Jure p inc. cap.* 12. *num.* 13. Unde conſequenter talem Majeſtatem ſibi arrogavit, ut cùm Legatus magni cujusdam principis perorando apud ipſum injuſſ.s caput texiſſet, clavo pileum capiti affigi mandaverit, *Remig. Feſch. de Fæder. concl.* 7. *lit. L.*

35 Quanquam autem hoc præcedentiæ negotium ob ambitionem mortalium tam ſit arduum, ut certæ regulæ pro eodem componendo & definiendo vix dari poſſint, ob temporum maximè & reip. rationem & ejus inſtabilitatem, *Gellius l.* 2. *cap.* 15. *Longlaus* 7. *ſemeſt.* 7. *Goldaſtus, lib.* 1. *c.* 24. *n.* 5. ob locorum quoque diverſitatem & conſuetudinum diſcrepantiam, Principum inter ſuos diverſas inclinationes, quæ modo huc modo illic feruntur. Ipſam quoque dignitatum inſtabilitatem, quæ inſtar peculii incrementum & decrementum ſumit, adeoque ex moribus potiùs hominum quàm Jure ſcripto dependeat: non tamen omnino à ſtudii Juris noſtri principiis declinſio ejus aliena videtur, *ut ſuadet text. C. ut dign. ord. ſerv. t. t. ff. de alb. ſcrib. l.* 1. *de ſenat. l.* 1. & 2. *C. de. off. Præt. l. conſulta. C. de Teſtam. l.* 1. *C. de Conſul. l.* 1. *C. de præpoſ. ſacri pal. l.* 10. *C. de Profeſſ. l.* 15. *C. de Jure Imm. l.* 2. *§.* 1. *de Cap. & poſtl. Novell. Iuſtin. Gell.* 4. *c.* 10. *Canoniſta in c. Clerici. X. de Judic. t. t. de maj. & obed.* nec aliunde certiora principia, quam ex dd. & aliis ll. peti poſſunt.

Naturalis quidem reverentia, quæ ex ordine naturæ, ex reverentia & verecundia debetur, 36 nonnullis perſonis, parentibus, ætate majori aut virtute meritis, clara eſt, *l.* 13. *& t. t. de in jus voc. l. ut vim.* 3. *de I. & I.* prout veteres:

> *Credebant hoc grande nefas & morte piandum,*
> *Si Iuvenis vetulo non aſſurrexerat,*

ad d. l. 7. *§.* 1. *de Capt. & poſt.*

Concordat *Levit.* 19. *v.* 32. Coram cano Capite conſurge, & honora perſonam ſenis, prout & teſtes ſeniores, prævalent junioribus, *l. fin. de fid. Inſtr. l. ſemper de jure Inn.* & ſecundum Baldum melior eſt umbra ſenis, quam gladius Juvenis, *ad Speidel. in verb.* Alter. *Menoch.* 2. *præſumpt.* 47. *l.* 5. Sed amplitudo regni vel provinciæ, nil tribuit præcedentiæ, cum muſca æque ſit animal, ac Elephas, & ideò Rex Duci ampliorem, & ampliſſimum ducatum habenti præfertur cum & muſcam ſolis lumini prævalere velit D. Auguſt. *contra Manich. cap.* 4. Illa enim membra tam exigua vegetat huc atque illuc pro appetitu naturali, ducit currentes pedes in numerum, movet alas, moderatur & vibrat.

Id non obſcurum quod Civilis præcedentia ſemel acquiſita, quamdiu ſubſtantia ipſa durat 37 perpetua & immutabilis manet non attenta momentaneâ aliquâ præſentis vel ſubſecuti temporis potentiæ acceſſione alteri, vel deceſſione præcedenti factâ, *facit. l.* 124. *§.* 1. *de R. I.* Ubi temporaria permutatio jus provinciæ non innovat *can. legimus.* 24. *diſt.* 93. aliàs enim omnium Principum præcedentia periclitaretur, & fortunæ ludibrio ſubjaceret, cùm potentia Regnorum, Principatuum & Statuum, in perpetuo fluxavit, creſcat &

cat & de creſcat, præcedentia autem ſubſtantiæ ipſi, non accidentali potentiæ quæ in divitiarum augmento fundatur, inhæreat: Manere autem forma ſubſtantialis & ſtatus reipublic, dignitatem conſervare cenſetur, etſi reſp. libera olim ſe alicui civi regendam committat, aut contra Monarchia in Ariſtocratiā vel Democratiam tranſeat, ut in repub. Rom. in ſtatum mixtum, & deinde rurſus in ſtatū Monarchicum, nunc in Monarchiā cum Ariſtocratia temporatam converſa; * Huc facit celebris illa Flo-
38 rentini & Ferrarienſis Ducum de præcedentia concertatio multorum Juriſconſultorum ſcriptis nota, *Mararis con. 26. Modeſt. Piſtor. conſ. 28. vol. 1. Natta conſ. 637. Cravetta. conſ. 982. & aliorum, quos recenſet Knichen de Saxon. non provoc. Jure Imper. Germ.* Sic Carol. V. decreto Florentiæ duci præcedentia adjudicata fuit ante ducem Eſtenſem ſeu Ferrarienſem, licèt Ferrarienſes JCti dicerent Ducem Florentinum veterem reip. Florentinæ præcedentiam ſibi vindicare non poſſe, utpote qui noviſſ. Dux eſſet, & quòd vetus reſp. Florentinæ non ampliùs ſtaret; Vicit tamen Florentinus, quia ſurrogatum ſapit naturam ſurrogati, cum qualitatibus & privilegiis ſuis, licèt ſurrogatum aliam aſſumpſerit naturam, *Everhard. in Topic in loco à V. ſurrogatorum Rudolphin. Sablonetto de dignit. Duc Ital. n. 120.* * Sic
39 enim unio diverſorum regnorum, Ducatuum, Principatuum & Comitatuum jus ratione præcedentiæ non mutat, *d. l. 124 §. 1. de R. I.* nec enim unio novum Regnum aut Principatum conſtituit, ſed idem ſtatus, poteſtas, eadem ſubſtantialia manent, etſi aliter aliquando ſenſerunt ſtatus Angliæ, cùm intercederent, ne Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ regna ſub uno magnæ Britaniæ nomine unirentur, *de quo Alberic. Gentilis. in diſp. de union. magn. Britann.* ſ. 87.

40 Non obſtat. quod ajunt præſentis non præteriti temporis habendam eſſe rationem, *argt. l. ſi cognati, de reb. dub. l. 1. §. item num. de quaſt.* Idem quòd ex facto jus ſumatur, *Bart. in l. 43. de Vulg. ſubſt.* ut proinde facto mutato jus quoque mutari oporteat, ut ſenſit Beſold. *de præced. p. 153.* & quando agitur de aliqua qualitate requiſita, ea adeſſe debeat, quo tempore lis vertitur & ſententia ferenda eſt, ut etiam mutata cauſa poſſidenti poſſeſſionem mutari neceſſe ſit, nec eadem maneat ſed nova ſit. Reſp. namque hæc tunc obtinere, quando ſubſtantia mutatur, non etiam ſi accidens, *facit §. cum quis ex aliena. de R. D. l. in diluvio 4. §. ſi extran. de nox. act. l. miles de Teſtam mil.* quamdiu autem ſubſtantia retinetur, jus quoque præcedentiæ retineri conſequens eſt: Et ſic
negari non poteſt. * Si ſubſtantiæ dignitas im- 41
mutetur, ſive quia regna aut Principatus, Rex vel Princeps capitis diminutionem patitur, vel degradatur, ad altiorem ordinem ſublimatur jus præcedentiæ alterari & deminui vel augeri; ut ſi quis de Conſule Rhetor fiat, ex rege ludi magiſter, vel contra; ut evenit urbibus in pulverem redactis, vel quibus autoritate ſuperiorum aratrum inductum fuit, ut Carthagini, Numantiæ & Mediolano, *facit. l. 2. ff. quib. mod. uſuſfruct. amitt. Gadd. ad l. 2. de V. S.* Sic olim Bohemo infimus inter Electores locum competiiſſe, dicitur, *Krantz. lib. 4. Saxon. cap. 18.* hodie poſtquam ad regium faſtigium elevatus eſt, primus locus ei inter Elect. ſæculares competit, A. B. *c. 4.* Sic Patriarchatus Conſtantinopol. præ Alexandrino & Antiocheno ſublimatus eſt, *can. 3. Concil. Conſtan.* Præfectorum quoque prætorio, qui ante tantum diſciplinæ aulicæ præerant, dignitas in immenſum aucta fuit; *l. un. ff. de off. præf. Prat.* Eadem tamen res manſit, *arg. l. proponebatur. de Judic.*

Q. I. *An ſola ſucceſſio in Electoratu ſæculari, Principatu, Ducatu, ante petitam & impetratam inveſtituram Cæſaream præcedentiæ & ſeſſionis jus tribuat?* 42

Affirm. patet ex dictis ſup. quibus adde, quòd hac de re mota controverſia Comitiis Ratiſbon. Jo. Friderico Duci Wirtembergico Anno 1608. pro affirmativa ex textu A. B. invictis rationibus & obſervantia Imperii tradit *Wentzler de Coll. lect. obſ. 2. n. 7. Buxt. ad A. B. c. 4. th. 85. lit. b.*

Q. II. *An ſola ſpes capeſſendæ majoris dignitatis vel præeminentiæ præcedentiam inter pares tribuat?* 43

℞. Cum diſtinct. Vel Spes eſt potentia proxima vel etiam quæ in actum deduci poteſt arbitrio noſtro, ſicque de præſenti radicat vel non. Prior præcedentiam tribuit, non poſterior. De priore ſupra d. de rege Roman. Elect. & deſtinato Im-

Digitized by Google

perii Succeſſore, quæ mota fuit Anno 1533. in Comitiis. Idem quòd Delphinum Galliæ cæteris Franciæ Principibus præferri notorium ſit, ut & cæteris extra Galliam, quia ſpe ſuitatis ad ſucceſſionem proximâ propriis jam radiis coruſcat, *Chaſſan. part. 5. conſid. 41. Engelbrech. de ſucceſſ. in El. n. 28.* prout in Judæorum rep. primogenitus ad dexteram patris ſedebat, duplicatos cibos habebat præ fratribus, ſacrificia offerebat, licèt quoad portionem bonorum patris obitum expectare deberet, poſterior in eventu incerto conſiſtens non ſuſpendit tantam plenam executionem Juris ſed etiam ipſius Juris nativitatem, *l. 1. ubi Dd. de Inſt. & ſubſt.* nec quicquam ponit in eſſe, *l. ſi quis ſub condit. ff. Si quis omiſſ. cauſ. teſt. l. 1. §. impubere. 17.*
44 *ubi Bar. de Coll. bon.* Huc ſpectat quæſtio: An Coadjutor cum futura ſucceſſione omnibus ex Capitulo præferendus ſit de quo vid. Speidel. in *verbo Coadjutor pag.* 216.

45 Nec minùs an res judicata inter plures, quin præcedentiam tribuat, videtur dubitandum, cum pro veritate habeatur *l. 1. de re judic. l. pen. de I. & I.* & faciat ex albo nigrum ac contra, maximè in pluribus unius Juriſdictionis ſubjectis, inter quos judicium ordinarii ſuperioris, lex eſt; Ita Carol. IV. in A. B. controverſiam ſeſſionis notanter inter EE. Mog. & Col. diremit. In Comitiis Auguſtanis Anno 1520. ſtatus Imperii Imperatoris arbitrio circa ſeſſionem controverſias dirimendas reliquerunt, quòd non tantùm de Principibus ipſis inter ſuos ſubditos, ſed etiam qui nomine Principis Jus dicunt, ut de parlamentis intelligendum eſt: Sic in Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 12. de regular* cautum, ut Epiſcopus omnes controverſias inter Eccleſiaſticos, tam ſæculares quàm regulares, de præcedentia circa Jus
46 appellationis ipſe judicet. * Idem de ſententia etiam in laudo compromiſſarii, cui deciſio commiſſa eſt, procedit, *argt. l. 1. de recept. qui arb.* Sic cùm in Nobili illa controverſia inter Florent. & Ferrar. Duces Pontifex cognoſcere vellet, Ferrarienſis autem nunquam induci poſſet etiam citatus, ut Procuratorem Romam mitteret, ſed à Cæſare litem terminari contenderet: Demum Pontifex in Maximilian. II. non tanquam Cæſarem, ſed arbitrum conſenſit, ut per eum lis decideretur. Quamvis autem res inter alios acta aliis non noceat nec proſit, *l. 63. de Re Iudic.* tamen aliis eandem cauſam, idem Jus habentibus ex paritate rationis applicari poſſe, ſuadet ipſa rei æquitas *facit. l. & ex eadem de Ex. rei Iud. c. pen. de re Iud.* ead. enim cauſa cenſetur, quando ſubſtantia dignitatis, eſt eadem non attentis fortunæ bonis, tanquam accidentibus, ut jam ante d.

Sicut conſuetudo vel ſtatutum tanquam altera lex, *32. l. de ll.* inter privatas perſonas & membra regni vel loci alicujus: ita etiam inter Principes & reſp. præcedentiam Jus tribuit: *Sic. in l. 1. de alb. ſcrib.* ita albo decurionis inſcribendi ſunt decuriones ut lege municipali præcipitur, *junct. l. 11. §. 1. de mun. & bon. c. cùm olim. X. de conſuet. l. non tantùm. 11. de Decur.* & hinc Kuicken ait, Germaniæ multos Principes in Comitiis ſe fundare, in nudæ ſeſſuræ poſſeſſione vel quaſi, & longâ conſuetudine, allegando actus exercitos, *Coler. de Jure Imp. Germ. ſect. 67.* cùm in dubio pro poſſeſſore præſumatur, *l. 67. de R. V. Weſemb. de acq. poſſ. n. 7. Maſc. 3. de probat concl.* 1194. & ab onere probandi poſſeſſor relevetur, *c. ſæpe de reſtit. ſpol. c. ad aures de Præſc. cap. ex literis. de prælat. l. 4. & 20. ff. Eod.* Hac nitebatur Rex Gall. in conſilio Tridentino contra Mendozam Hiſpan. Legatum. *Bodin. lib. 1. cap. 9. num. 145. in fin.* Eadem uſus eſt Ferdinand. in lite Florent. & Ferrar. Ducum. Henricus VI. Imper. in controverſia Abb. Fuld. & Colonienſis, *Arum. de ſeſſ. prærog. p. 804. add. Geil. 1. obſerv. 21. in fin. Tiraq. de nobil. c. 20. n. 51.* 47

Q. I. *Cùm autem quæritur, qui actus potiſſimùm in conſiderationem veniant?* 48

℞. Ad poſſeſſorium & poſſeſſionem continuandam noviſſimos potiſſimùm attendi, *text. in cap. conſultationibus, de Jure patronat. cap. Eccleſia. cap. cùm olim. X. de Cauſ. poſſ. cap. querelam. de Elect. l. Item Mela. §. ſed ſi de olim. Regal. Noden. de ſtat. nob. cap. 13. num.* 120.

Q. II. *An ergo continuò ſi Princeps aliàs dignior, vel Epiſc. prior poſteriori detulerit aut ceſſerit, hic ex actu illo præcedentiam prætendere poterit?* 49

℞. Diſtinguendos actus publicos, à privatis congreſſibus, ita ut ea quæ ex curialitate aliqua, vel Jure hoſpitii vel reſpectu aliquo ætatis domi ex urbanitate & patientia familiari, aliquando

Digitized by Google

do delata fuerunt, non ita præjudicent, per *l.* 31. *de op. libert.* ut ſi in alieno Regno Rex minor Jure hoſpitii præfertur, & dominus domi ſuæ minor eſſe velit; quod tamen fieri non ſolet, quando dignitates nimiùm differunt; nec enim dominus ſervo domi ſuæ defert: Nec Princeps Comiti, &c.

Ordo ſcripturæ in conſtitutionibus publicis, diplomatibus & receſſibus etiam non parum
50 momenti habet, *l. 5. §. fin. cum ſeq. de ſolut.* 1. Et ſic in Germania ordo dignitatum deſumitur ex ſubſcriptionibus receſſuum Imperii; *Kn cken. de Saxon. non prov. Jur. cap. 2. numero* 117. *& ſeq. Pacian. lib. 2. de probat. cap.* 25. *&* 79. Quamvis, quando nominatio & ſcriptura facta, tantùm ex ſimplici enunciativa demonſtratione perſonarum vel rerum aut locorum, argumentum ex ordine ſcripturæ non rectè ſumatur, *cap. 2. de Judic. cap. paſtoralis. de Conc. prab. cap. cum dilecto. de reſc.* Sic Imper. *in §. final,* l. *qui teſt. tut. dar.* ait ſi quis filiabus vel filiis tutores dederit, etiam poſthumo vel poſthumæ dediſſe cenſetur, non tamen ſequitur filias & poſthumas filiis eſſe digniores, ſic *in §. Cùm quis* 25. *de R. D.* dicit vas conflatum ad materiam æris, argenti vel auri reduci poſſe, nemo tamen dixerit, ſi æs vel argentum auro eſt pretioſius, unde *in princ. d. §.* dixerat ex auro, argento vel ære vas fecerit. *Add. l. quoties.* C. *de uſufruct. l. hæredes mei* §. *peto. ad Trebell. cap. pen de Elect. in 6.* Unde videmus, quando ſimul 2. 3. vel 4. Imperatores fuerint, ordinem ſcripturæ ſervatum, & nunc hunc, nunc alium in reſcriptis primo nominatum ſic legitur: Gratianus, Valentinus, Theodoſius, *in l. 1. Cod. de ſumm. Trinit. l. ſi quis* 2 *Cod. de Apoſtat. l. 2. C. de Commerc. l. 5. C. de Judæis.* Alibi hoc inverſo modo, Theodoſius, Valentinus, Gratianus *l. 2. C. de off. Mageſi* quam non bene citat Tiraq. *de l. primogen. q. 19. numer.* 4. Albi Valentino aliis poſtpoſitis primus locus tribuitur, hoc modo: Valentinus, Gratianus, Theodoſius. *ut in l.* 1. C. *de off. mag. mil. l. civitas C. de off. rect. prov.* Albi Valentinus, Theodoſius, Gratianus, *l. male en hanc rem à Tiraq. citata.* Ita quoque legitur Theodoſius, Arcad. Honorius. *l.* 4. C. *de Epiſcop. aud.* aliquando inverſus eſt ordo hoc modo: Arcad. Honorius, Theodoſius, *l. 1. Cod. de offic. civil Jud. Tiraquell. d. loco. pagin.* 547. Theodoſius enim Imperator in conſortium Imperii adſciverat filios ſuos, Arcadium Orienti, & Honorium Occidenti præfecerat, ipſe autem ſenex, vixit Mediolani, mortuus Anno 60. ætatis, cum jam annis 17. imperaſſet, Arcadius vero cum 13. annis imperaſſet, vita functus eſt, cui ceſſit ejus filius Theodoſius ſecundus, quamvis ſub hoc magis imperavit mater ejus Eudoxia, Honorius vero conſortem adſcivit Conſtantium.

Q. III. *An ætatis habenda ratio, ita ut ſenex* 51
Comes juniori Principi præferatur?

Negativa illuſtri hoc exemplo declaratur Philippi Ducis Burgundiæ, qui (quia primus Par Franciæ ſeu Parium Decanus erat) cum Andius proximum à Rege locum occupâſſet, medium ſe inter Regem & Andium audaci facto in medio convivio ingeſſit: Unde ei nomen audacis inditum, ad Carol. filium re etiam talem derivatum, *Chaſſan. in Catal. gl. mund. p. 5. conſ.* 41. Sic Regis uxor Junior Reginæ matri ſeniori ætate præfertur *Chaſ. part. 5. Conſ.* 39. *&* 40.

Q. IV. *Quid de poteſtate patria?* 52

Hujus rationem non haberi in publicis, *text. eſt l. 9. de his qui ſui vel al. l. ſunt. l. 14. ad SC. Trebell.* Sic Sempron. Grachus Proconſ. à Filio ſuo Q. Fabio Max. Conſule, obvio equo deſcendere juſſus eſt, qui mox filium eapropter collaudavit, quod Imperium populi Romani conſervaret, *ut refert Gell. & Valer. Max. lib. 2. c. 2. nu.* 4. Sunt enim Publica inſtituta privatâ pietate potiora, & patriæ plùs quàm parentibus nos debere, colligitur *ex N. 115. cap. 3. §. ſi eos in criminalibus.* 3. *Cic. in offic.* Sic, Quia Caſtellæ reges præ aliis primas tenent, & inter Hiſpan. Reges, cum Joan. Arragonum Rex Pater, & Ferdin. Caſtellæ Rex filius Victoriæ conveniſſent, de utriusque regni publici negotiis deliberaturi, urbem Pater ingreſſus filio ad dextram incedente, ut hiſtoriæ Hiſpanicæ teſtantur.

Q. V. *An ergo ætati nihil deferendum?* 53

℞. Si tamen omnia undique ſint paria, paritas ſcil. dignitatis & temporis, ætatis rationem meritò habendam; Et ſic inter componendos plures ejuſdem familiæ Principes diverſarum linearum hodie mos receptus eſt Imper. ut non habita ratione propinquioris ſpei ad ſucceſſionem prout quisque ſenior & ætate provectior eſt, ita cæteris

Digitized by Google

ria; patre tamen uſque ad tempus vitæ in officio ſuo perſiſtente, deinde alii ad functionem jam actu admiſſi ſunt. Quæſtio eſt an patre defuncto filius poſtea aſſumptus, eos qui tamen actu jam adminiſtrare cæperunt, præcedere debeat? Qua de re extant Curiæ Pariſienſis & Tholoſanæ placita, Anno 1551. 1560. 1590. In ſpem dignitatis acceptum cedere debere cooptatione poſterioribus, ſed actu prioribus, *Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 1.* prout nec Privilegio militiæ fruitur, qui actu non eſt in militari exercitio, *l. fin. de excuſ. tut. l. ne quidem. C. de Teſtam tut.* Cui ſententiæ hæc ratio patronciatur, quòd reſignantis patris perſona ſedem & poſſeſſionem retinuit, quam filius non accipit, niſi morte aut voluntate patris decedentis, nec aliâ intentione, gratia à Principe vel Curia conceſſa, aut à patre reſignatio facta fuit, quàm ut officium in tuto pro filio conſervaretur, nec æquum eſt eum qui ſpem tantùm habet, actuale Jus conſecuto præferri.

57 Q. IX. *Sed pono. Titius à Principe factus eſt conſularis honorarius, Cajus deinde verè creatus eſt Conſul, poſt eum Titius quóque verè ad Conſulatum pervenit, uter potior?*

℟. Titio prærogativam deberi, etiam finita utriusque actuali dignitate Conſulis, *l. 4. C. de Conſul.* & ſic ſecundùm Cujac. *in d. loc.* ex anteriore tempore procuratoris ordo vendicandus, nec poſteriori promotione novum aliquod Jus, quod non habebat Titius, adipiſci cenſetur, ſed conſulare Jus ei delatum ante fuerat honorario iteràſſe beneficio videtur.

58 Q. X. *An bona fortuna, divitiarum & redituum copia potentia, ditionum & ſubditorum copioſus numerus, & inde procedens armorum terror, prærogativam tribuat, inter eos, qui alias dignitate pares ſunt?*

℟. Ut ſup. inſinuatum: Licèt hæc ad inducendam primò prærogativam, multùm conferant, cæteris, ut dictus, paribus: Prout apud Luciano in conſeſſu Deorum & concilio Jovis, orta quæſtione de ſeſſione, Jupit. Mercurio juſſiſſe, fabulatur, ut deos Barbaros ingenti magnitudine ex ſolito auro fabricatos, Græcis parvulis ex ære, vel marmore affictis, quamvis manu Phydiæ factis artificioſiſſime, præponat; Senec. tamen acquiſitâ præcedentiâ ob ſuper venientem paupertatem, & alterius Principis antea æqualis opulentiam ac potentiam non labefactatur, *ut d. ſup. n. 36.* Prout Ducatus Mediolanenſis, licèt reditu maximus ſit, tamen alii Duces ratione antiquitatis eum præcedunt, *Chaſſ. part. 12. conſ. 58.* & ipſe vice verſâ, quòd ſit antiquior, Duci Sabaudiæ præfertur: Nec bona eſt conſequentia: Potentior eſt, ergo dignior, *c. legimus diſt. 93.* cujus exemplum ponitur in Regibus Judæ & Jſrael unde etiã in Imperii Comitiis Dux Holſatiæ, Sabaudiæ, Lotharing. aliis Ducibus ante ponuntur, etiam potentiâ & regionum amplitudine longè inferiores, *ut ſupereus. videre licet, h. cap.* Sic regia Majeſtas, quæ ſuperiorem non agnoſcit, æqualem habet dignitatem cum rege alio potentiſſimo, quæ ſuperiorem non agnoſcit, æqualem habet dignitatem cum rege alio potentiſſimo intenſivè; ſcilicet non extenſive; nec minùs Emathion, cujus Regina uxor cibaria coquebat, Rex erat, quàm Alexand. M. non minùs Evander quàm Diocletianus, non minùs reſpon. Genua quæ ſolis pœne mœnibus concluditur, quâm Venetia, quæ Dominium tenet maris, *Coler. de Iure Imper. German. numero 31.* Et ex hoc ratione inter pagos & provincias inter ſe confœderatas, non potentiores præferuntur, ſed antiquiores aut libertatis auctores.

Q. XI. *An plurium titulorum, Principatuum, Ducatuum multiplicatio?* 59

Reſp. Prærogativam novam non tribuit, *text. in l. 1. C. de Conſul. ibi.* repetiti faſces nihil augent. Allegatur quidem in contrarium exemplum Ducis Burgundiæ in Concilio Baſilieenſi An. 1433. contra Electores Germaniæ, præcedentiam prætendentis quòd eſſet ſexies Dux, quindecies Comes &c. Verùm potiſſima prælationis ratio fuit non multiplicatio Ducatuum & Comitatuum, ſed quòd regii ſanguinis & primus par Franciæ eſſet, *Chaſſan. pagin. 5. conſil. 45.* cui titulorum illa multiplicatio acceſſerat, ſicut accidens principali. Non obſtat. ille text. Proverb. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia Principis, *Chaſſan. b. conſil. 15.* Hoc enim non ad præcedentiam, verùm ad ſignificandam Principis potentiam dicitur; Sic nec Epiſcopus

 unus

Digitized by Google

unus ex hoc altero eſt dignior,quòd majorem habebat diœceſin. *Innocent. in c. ſtatuimus. de Major. & obed.* Sic præfectus urbi cujus Juriſdictio anguſtioribus terminis urbis Romanæ conſtringebatur,aliis præfectis Africæ,&c. non fuit poſterior ſed par,ita ut prior præfectus urbi vinceret alios præfectos tempore poſteriores, *l. 1. C. de præf. prætor, ſive urb.* Titulorum autem multitudine Principes barbaros maximè luxuriare videmus, Sultanus Rex & filius Imperatoris Turcici, pugnator Dei, Græcorum,Babyloniorum, minoris Hieruſalem Rex, Baſſa Jordanorum, Jdulæorum,& Tamaſinorum,gaudium Dei,majoris & minoris Ægypti Rex, illuminatus Princeps, Alexandrorum,Armeniorum & omnium eorum, qui in Paradiſo mundano vivunt, filius Mahumeti, & cuſtos civitatis ſuæ, adminiſtrator Paradiſi mundani, regens S. Sepulchri Mahumetani, Rex Regum, Princeps Principum, Dominus dominantium in mundo viventium ab Eois in Heſperos, bellator deorum, & ſuper omnes in mundo viventes ſublimatus, Deus unionis, Dominus ſanitatis, Angelus Paradiſi, ſtrenuus perſecutor totius Chriſtianitatis, ſpes ſolamenque Ethnicorum, dominus & heres mundi dictus fuit: RexBiſnangenſis,vocari voluit Sponſus bonæ fortis, magnarum Provinciarum Deus, Regum potentiſſimorum, Rex omnium equitatuum,Dominus, Magiſter & Doctor loqui neſcientium, trium Impp. Imperator, omnium quæ vidit inquiſitorum conſervator,quem octo mundi partes metuunt & formidant,omnium Provinciarum quas ſubegit Dominus, eques cui nemo par, & fortiſſimorum quorumcunque debellator: Rex Sapor ſequentis tenoris Epiſtolam ad Conſtantinum M. miſit: Rex Regum, Sapor particeps Sidom frater ſolis & Lunæ, Econtra Ferdinandus I. moriens, nec Imperator, nec Rex ſalutari voluit.

60 Q. XII. *An libertatis in puncto hoc habenda ratio?*

Aff: ita, ut Reges, Reſp. Eccleſiaſtici, Nobiles,ſuperiorem non recognoſcentes, aliis ſuperiorem recognoſcentibus regulariter præferantur. Sic Epiſcopi exempti & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjecti, digniorem locum habent in conciliis generalibus, quam non exempti, *c. per tuas ubi gl. X. de major. & ob.* Sic nobiles imediati in Germ.Suevici,Franconici,Rhenani,&Wetteravici aliis Nobilibus mediatis ex paritate rationis præferuntur, *Nold. de ſtat. nobil. cap. 6.* Quod etiam intelligendum de confœderatis, qui libertatis vindicatæ primi fuerunt autores, prout in Helvetiis pagis hac de cauſa Tigurini principem locum obtinent.

Q. XIII. *Quid de animi dotibus?*

Licet hæc ad præcedentiam parum alias faciant, ut proinde Doctor vel Nobilis Epiſcopus aut Canonicus, poſtea creatus, Epiſcopo vel Canonico priori non Doctori præferendus minimè ſit,ſi tamen plures eodem die producantur, meritorum ratio haberi poteſt exemplum in pluribus ſenatoribus ſimul & eodem tempore creatis,in quibus rationem meritorum non tantùm propriorum, ſed etiam paternorum quandoque haberi, *tradit Riccius deciſ. 146. facit l. ſpurii. §. fin. ff. de decur.* ubi ex iis qui eodem tempore decuriones creati ſunt ſuffragiorum pluralitas, ut quis potior in ferendis ſententiis cenſeatur, attenditur, quod hæc majorum meritorum ſit index. Hinc Doctorem celebrem à Principe ex judicio ipſius evocatum, ſi alibi in dignitate fuerit majori, licèt poſterior ſit tempore, in Collegio tamen prioribus præferendum, cenſuit *Hotom. conſil. 37. Editionis in 8. fol.* 105. quem tractatui de Academiis inſeruit, *Matth. Stephan. cap. 3. numer. 33.* aliàs ſecus. 61

Q. XIV. *An ſuccedaneus in officium reſignantis ſuffectus, ejus etiam ſedis prærogativâ fruetur?* 62

Negat. ſed inter collegas ultimum locum cæteris paribus habebit, *l. ſi quis Archiatri.* 10. C. *de Prof. & Med. l. unicuique. & l. comperimus.* C. *de Prox. ſac. ſcrin.*

Q. XV. *An repetens dignitatem ſemel ſponte relictam, priſtinam etiam recuperabit præcedentiam Jure poſtliminii?* 63

Neg. *quod exemplis illuſtrat Langl. 7. ſemeſt. §. pag.* 361. *& ſeqq.* id tamen non procedit in Canonico, qui reſignavit in favorem alterius, ſi reſignatio non admittatur reſignans enim ad Canonicatum reverſus priſtinum ſuum ſtallum in Capitulo & choro retinet, *argt. l. ſi fortè ff. de offic. Præſid. Molina ſuper reg. de public. reſig. a. num. 44. n. que*

uſque ad 50. Reſignatio enim in favorem hanc tacitam habet conditionem, ſi reſignaturus acceptet.

64 Q. XVI. *Quid de ſuſpenſo ad tempus, an finito tempore ſuſpenſionis veteri loco & præcedentia honorabitur?*

Aff: *Lankgl. 6. Semeſt. 8. pag. 360. per l. 2. §. 1. de decur.* Ratio eſt, quia ſuſpenſi non eſt dignitatis privatio, ſed exercitii ad tempus interdictio. *ad d. l. 6. §. 1. & l. 9. de Poſtul.*

65 Q. XVII. *An autem is qui dignitatem vel officium ob delictum amiſit, ex indulgentia Principis reſtitutus priſtinam ſtationem recuperabit?*

Id regulariter negat. *per l. 2. §. 1. verſ. non idem de decurion. Langl. 7. Semeſt. 8. pag. 360.* niſi facta eſſet pleniſſima reſtitutio in integrum, *l. 1. C. de ſent. paſſ.*

66 Q. XVIII. *Illud in diſquiſitionem etiam venit, quis locus in ſedendo & ambulando cenſeatur honoratior?*

Mos quidem hac in re cujusve regionis conſiderandus eſt, *Gail. 1. obſerv. 21. in fin.* nec enim tantùm nationes, ſed etiam oppida hac in parte diſcrepant: Auguſtæ enim Vindelicorum locus in ambulando juxta murum dignior eſt, alibi alius. Quid apud Turcas, *ſup. in c. de Arch. Mog. dictum eſt.* Communiter tamen dexteræ locus inter duos dignior cenſetur. *V. Chaſſan. pag. 1. conſid. 11. Nold. de ſtat. nob. cap. 10. n. 8. Buxt. cap. 3. ad A. B. Th. 40.*

67 *Quæri tamen poſſet, ubinam dextera conſtituenda?*

In inceſſu quidem res difficultatem non habet, in conſeſſu autem dubium. Sic enim in Eccleſia, in ſenatu; quæ ingredientibus ſiniſtra eſt, ea re verè dextra eſt, & egredientibus fit ſiniſtra; item in numiſmate bicipiti, in imagine & pictura, *Chaſſ. in catal. gl. mund. pag. 1. conſil. 11. in fin.* unde quidem Venetos taxant, qui in ſigillis ſuis collocant Leonem in parte dexterâ, Ducem in parte ſiniſtra; Dextera autem accipienda eſt ab objecto Principaliori, ut in diurno cœli ſyderùmque motu, quæ ingredientibus ſiniſtra eſſe ſolet. Traditur autem quod Veneti reſpectum habeant ad contrarium, ſicut imago impreſſa dicitur eſſe in latere dextero, quæ nos inſpiciendo eſt reſpectu lateris ſiniſtri, ſicut, ſi quis faciem ſuam ad me convertat, latus ejus dexterum eſt reſpectu mei ſiniſtrum, idem ſi imaginem noſtram in ſpeculo contemplemur, in ſigillo cœlato vel impreſſo, ab alia parte impreſſo, cujus terga, non faciem inſpicimus. *Chaſſ. d. conſid. 11.* 68

Q. *Quid ſi tres conſideant, deambulent?*

Medium locum honoratiorem eſſe, non eſt dubitandum: Ex illo text. ſacro, Dic, ut ſedeant filii mei, unus ad dexteram, alter ad ſiniſtram: Chriſtus in medio Doctorum ſedens, in medio diſcipulorum in Emaus ambulans proponitur.

Cum Prioribus remediis ſupra allegatis ſequentes obſervandæ ſunt Cautelæ, ſi alius ſtationem præripiat, vel indebitè occupet, abitum ſimulare, ut fecit Elector Colon. tempore Henrici III. 2. occurſum & converſationem ejus, cùm quo eſſe poteſt; controverſia, vitare & congregatione abſtinere, etiam ſimulando adverſam valetudinem. *Petrus Matth. lib. 7. narrati. n. 12. 3.* Proteſtari, ut fecit Bavaricus Legatus contra Venetos in Concilio Trident. Alia cautelâ uſus Poloniæ Regis Legatus cum legato Portugaliæ, cùm hic prior ad Eccleſiam veniſſet, ille ſimulato colloquio cùm hoc habendo porrectâ manu effecit, ut nihil ſuſpicans ſiniſtrè ſurgeret, quare relicto ſedili Polonus ſe dexteræ ingeſſit. Ridiculum planè eſt duorum Italorum Legatorum, Pragæ ſibi ſuper pontem occurrentium factum, qui cum neuter honoris locum alteri cedere vellet, tota ferè die ibi conſtiterint, ſeque omnium riſui expoſuerunt: Illis autem, quorum hac de re cognitio eſt, non in conſultum erit, de ſeſſione utrumque contendentium à conſeſſu & conventu arcere, ut fecit Ferd. I. in Franciſcis & Hiſpan. Legatis, & extraordinariam ſedem alteri aſſignare. Exemplum eſt in Carol. Burg. Ducis Legatis, in Comitiis Ratisb. Anno 1471. Electores præcedere nitentibus, quæ contentio ſublata fuit Burgundis inter oratores Regios collocatis,; Quanquam negari non poteſt, eum cui locus priſtinus aſſignatur, altero potiorem videri. Conſultum etiam eſt, decernere ne loci habeatur ratio, ut factum Comitiis Ratisb. Ann. 1527. quod deinde ſæpiùs practicatum, ut promiſcuè ſederent. Ingreſſus ordinem ſequi aliquando conſultum, ſic Bodin. 1. *de rep. c. 9.* memorat, ſenatum Poloniæ cenſuiſſe, ut ii quis-

quiſq;prior Poloniæ fines ingreſſus eſſet,ita dicendi ordine priorem futurum; & ortâ lite in Concilio Trident. inter legatos Hung. & Portug. utrius mandata priùs legerentur à Legatis Papæ, pronunciatum fuit, mandata Legatorum eo ordine legenda, quo exhibita eſſent, non ſecundùm Principum dignitatem. Aliâ adinventione aliquando uſi ſunt Franciſcani, ne ex pluribus unum alteri prætuliſſe viderentur; Cùm enim Urbanus Papa juſſiſſet, Minoribus ut ei darent in ſcriptis nomina trium virorum ſui ordinis, unum ex iiſdem Cardinalem creaturus, illi tria nomina inſcripſerunt formæ rotundæ Sphæræ, ne ex ordine dignoſceretur, quem illi digniorē judicarent. Quib. Urbanus, ordinem inquit, pervertiſtis, & ego ordinem pervertam, & iis omiſſis alium ordinis Generalem evexit. *Felin, in c. cùm dilecta. col 4. V. per iſtam regulam. derelec.* nec tamen rem hanc primò excogitarunt Franciſcani: Nam Auſonius *in lib. 7. ſapientum*, cùm de palma inter 7. ſapientes Græciæ quæreretur, idem oraculo adſcripſit, ſeqq. verſibus:

Rectè olim inceptum Delphicus luſit Deus,
Quærentem quiſnam primus ſapientum foret,
Ut in orbis tereti nomen incertum incideret,
Nec primus eſſet, nec imus quiſpiam,
Horum è medio prodeo gyro Solon.

Sic intelligendus Jureconſultus Cajus *in lib. 2. Inſtit.* quòd ſi quis plures ſervos teſtamento manumiſit, quàm lex concedit, tantùm primò ſcriptis libertatem competere permiſſum, quòd ſi confusè ſcripti ſint, ut ordo nullus pateat, nullus fruatur libertate, id factum cenſetur nominibus eorum in circulo ſcriptis, V. *Tiraq. de Iure primog. q. 20. numero 6. 7. 8.*

70 Illud hujus loci eſt & minimè omittendum, quòd in maritimis navigationibus, naves majores caſtra & arces tranſeuntes vel portubus adventantes, aut aliis navigiis obviæ demiſſione velorum vel exploſione tormentorum ſuam voluntatem manifeſtare ſoleant, quod etiam priſcis temporibus factum, quando Domitii Antonii & Ænobarbi Prætoriæ ſibi obviæ fuere ſicut conſuli obvianti Romæ quivis de via cedere & equo inſidens deſcendere debuit in reverentiam faſcium & dignitatis, ac Fabius Conſul patrem ad ſe venientem equo deſcendere juſſit, *referente Bodino, facit l. 13. inf. & 14. tr. ff. ad Trebell.* ita quoq; vela demittentes reverentiam aliquam conteſtantur peregrinæ aut obviæ maj. per hanc qualemqualem ſalutationem: Sic Regis Succiæ naves Croneburgum prætervehentes, non quidem ſubjectionis indicio ſed benevolentiæ & ſalutationis cauſa demittunt. * Hæc tamen velorum demiſſio, ut plura alia primo ex benevolentia orta & arbitraria nunc apud nonnullos in neceſſitatem converſa eſt, & ex omiſſione etiam belli cauſa prætenſa fuit inter Anglos & Belgas. Demiſſio autem fieri ſolet duobus modis: primo ſi in ſuperiore parte mali fiat demiſſio aliqua, vel etiam, quando carbaſa pro medietate demittentur, nec citius attrahuntur aut elevantur, quam aliquo ſpacio navis mare intravit, niſi nautæ ob contumaciam pro quavis exploſione tormenti bellici aureum reoſatum præſtare velint. 71

Illud ulterius in diſquiſitionem hoc cap. venit. An Statuta Principum Imperii, Land-Ordnung/ rc. Juri Civili vel prætoria annumeranda ſint, & ſic an inde condictio ex lege manet, an verò actio in factum Prætoria annalis naſcatur? Poſterius voluit Panorm. *in c. fin. de off. leg. gl. inſ. fin. de Interd.* * Ideò adſcribens hæc Juri prætorio, quòd ſcilicet Imperii Principes ita ſe ad Imperatorem habeant, ut olim ad Imp. Rom. Prætores & Præſides provinciarum. uti enim hi erant magiſtratus populi Romani ita & iſti ſint, Sed meliùs legibus annumerantur, & condicti ex l. producunt, hac ratione, quòd Edicta prætorū ex ſolo magiſtratus Jure vim legis non habuerint, ſed ex Conſtitutione D. Adriani, §. *præterum. I. de Jure nat.* at Principes Germ. non tantùm, ut veteres magiſtratus, ſed Jure ſuperioritatis regalium imò etiam quodam Jure Majeſt. ſtatuta in ſuis provinciis & territoriis condunt, tantumq; in iis poſſunt, quantùm Imperator in Imperio, *Geil. 2. obſ. 57. n. 7.* Accedit, quòd horum dignitas non ut olim Prætorum temporalis, ſed major ſit, perpetua ad heredes vel electos ſucceſſores tranſmiſſibilis; Horum quoq; leges & ſtatuta Camera Imp. in judicando attendere tenetur. Ut latiùs declarat Knichen *de ſubl. territ. Jur. c. 1. n. 64. & n. 216. Zaſ. in l. de Jurisd. n. 27. Schrad de Feud. p. 10. ſect. 1, Fachin. 13. cap. 30.* 72 73

Cùm præter alia regalia Sac. Rom. Imper. principibus etiam extraordinaria collatio competat, 74

Digitized by Google

tat, quam alii ſudrum intelligunt, *de quo Frider. de Pace Conſtant. §. nobis autem Conſtit. Contrad. II. de beneficiis*, ita dictum à Germanico, Futter / quod pabulum equorum ſeu annonam militarem ſignificat, prout *in l. pendentes. §. ſi quid de Uſufr.* mentio fit de Collatione, quæ fit ex fructibus ob tranſitum exercitus. Alii autem, *ut Bortholt.* Supra indictum intelligunt, quod eſt extraordinaria præſtatio ſeu munus ultra ſolitam collationẽ indictum, *l. 1. C. de Indict. l. 10. l. un. C. de ſuperind. junct. l. jubem. C. de SS. Eccl. l. nulli penitus. C. d. Curſ. publ.* quæ extraordnaria vocatur, quòd non ſtato & certo tempore, ſed Extra ordinem prout urget neceſſitas, indicatur & præſtetur prout etiam hodie collecta Imperii propter expeditionem Turcicam pro extraordinario habetur, & Jure noſtro ea extraordinaria vocantur munera, quæ certam uniformem & determinatam præſtationem non habent, ſed prout occurrens neſſitas exigit, *l. qui muneris. D. de muner. & hon. l. In honoribus. §. vacationum. v. qui muneris de Vacat. mun. l. fin. C. de muner. patrim. lib. 10.* Nec hæc extraordinaria eſſe deſinit, quòd creberrimè indicatur, & quaſi continuetur, nam *juxta Sixtin. 2. de regal. c. 14. n. 15.* incertitudo & variatio in tempore & modo hujus collectæ manet, urgensque neceſſitas ei cauſam præbet, & inde extraordinaria dicitur, cùm reliqua oneraImperii quæ non variantur, ſed certam formam ac præſtationem habent, ac certis temporibus recurrunt, ordinaria cenſeantur. Quod Jus etiam Principibus, Ducib. March. Comitibus & aliis competere, tradit in ſpecie *Klock. de Contrib. Concl. 8. 9.*
75 10. *Cùm hac tamen limitatione quod pro effrænata voluntate & placito, imponere principi ne quidem ſummo liceat, ſed ad neceſſitatem publicam reſpiciendum ſit, quæ opinio non ſolùm plauſibilis, ſed etiam æquitatis plena eſt ita ut qui contrarium mordicus tuentur, & Principi ex plenitudine poteſtatis nimiùm indulgent, & fines potentiæ liberè laxant, ſive adulationis, ſive metûs, ſive odii, ſive privati lucri cupiditatis inſimilentur, *à Bodin. lib. 1. c. 10. princ.* quos magis Placentiam quàm Veronam iter dirigere ajunt. Tunc quoque ad hanc devenieudum, quando ordinariorum redituum calculus Principi non ſufficit, qui ſuum priùs excutere debet marſupium, & ſua tributa alioſque reditus expendere, priuſquam excutiat & taliet ſubditos, *Rebuff. in l. 2. C. de Exact. Trib.* Prout in ſimili Epiſcopus Charitativum ſubſidium exigere non poteſt, niſi in defectum ſuorum redituum. *Menoch. de arb. Jud. c. 178. numer. 13. & 14. & conſ. 75. n. 86.* Ubi, an aſſertioni Principis de neceſſitate ſtandum ſit tradit Roland. 2. *Conſil. nu.* 189. hinc oritur

Q. I, *An imminente ſumma & extrema neceſſitate, quæ moram non patitur, ut indictio fiat, exigatur & colligatur, Princeps per manus injectionem divites compellere poſſit ad mutuandam pecuniam?* 76

Aff. Molin. *diſp. 315. pr. Bobadilla, lib. 1. Polit. c. 5. Vaſq. 1. de ſucceſſ. Creat. §. 6. num. 22. & Illuſt. cont. c. 6. numer. 7.* cùm ex tali caſu oppida villæ & vaſalli Regi mutuare compellantur, quod Ferdin. II. tempore aliquando Francofurti practicatum audivi; Ita tamen hæc procedunt, ut ſi poſteà princeps idoneos reditus ex Principatu habeat, reddat integram pecuniam cum moderato intereſſe, cum in mutuo coacto licitè recipiantur moderatæ uſuræ, *Geil. 2. obſ. 8. n. 17.* quia peccata regulariter ex voluntate procedunt *c. 1. 15. q. 1.* deficiente autem voluntate deficit peccatum, *l. qui injuriæ. 53. de Furt.* nec hoc caſu offenditur dilectio proximi ut in mutuo voluntario in quo uſuræ ſunt prohibitæ & ita in Belgio factum, teſtatur Geil. *de loc per text. l. ſiquis cauſam. de reb. Credit. Maſcard. Concl. 933. numero 41. Heig. liber. 2. quæſt. Iur. 1. numero 41.* Quòd ſi autem reditus ſufficientes ad hoc Princeps non acquirat, reddet pecuniam cum moderato intereſſe, ex univerſorum ſubditorum collatione, per æs & libram, conſueto contribuendi modo, factâ, detractâ, eâ particulâ, quæ ad civem vel ſubditum mutuum dantem ſolvenda ſpectabat, habitâ ratione bonorum contributioni obnoxiorum, & ita in Regnis Hiſpan. ſervatum.

Q. II. *An ſufficiens extraordinariæ indictionis cauſa ſit, Domini redemptio à captivitate infidelium, Turcarum, vel hoſtium, ut lytrum colligi & præſtari poſſit, qui aliàs captivitati & ſervituti perpetuò maneret obnoxius?* 77

Hoc ſi ob maleficium ſuum, vel ob æs alienum ſuâ prodigalitate contractum dominus detineatur, quidam negant; Affir. autem ſi pugnando

 pro

facit Monachum, & habitus, qui eſt accidens, non variat ſpeciem, ſic Ciſtercienſes colorem tantum mutarunt, Franciſcani olim in Gallia albis uſi veſtibus, in Caſtella obſcuris; Sic non eſt differentia inter albas, & nigras oves, aliaque animalia; Benedictini quoque in Hiſpania venientes ad Ciſtercienſium Monaſterium recipiunt cuculas albas, & hi ad Benedictinos nigras. Et Brugis extra Muros D. Andreæ Benedictinorum veſtes interiores ſunt candidæ, & ſcapulare griſeum, Cuculla nigra, Albericus Roberti ſucceſſor accepit à Deipare album, non autem abjecit omnino nigrum.

Succedit Quæſt. *An Monachi ejuſdem Monaſterii differant ſpecie?*

Negat. Carum. *de Reg. S. Benedict. pag.* 193. licet enim unus Sacerdos ſit, alter laicus, vel converſus, eſt tamen hæc diviſio ſubjecti in accidentia.

34 Ex quibus ſeſſionum, præcedentiarum, dignitatumque prætenſionibus conſequenter aliæ plures prærogativæ oriri ſolent ratione titulorum, & aliorum curialium: Prout de Moſcoviæ Duce traditur, qui ante Tartaris paruit, quibus ſe ſubtraxit, abſolutum dein dominum adeptus, *Marta de Juriſd. pag.* 1. *cap.* 27. *num.* 5. Donec An. 1524. Baſilius ſibi Regis Moſcoviæ titulum tribuit: Imò ab Imper. Roman. etiam titulum Imperatorium expetivit. *Volckmar. de Jure p inc. cap.* 12. *num.* 13. Unde conſequenter talem Majeſtatem ſibi arrogavit, ut cùm Legatus magni cujusdam principis perorando apud ipſum injuſſus caput texiſſet, clavo pileum capiti affigi mandaverit, *Remig. Feſch. de Fœder. concl.* 7. *lit. L.*

35 Quanquam autem hoc præcedentiæ negocium ob ambitionem mortalium tam ſit arduum, ut certæ regulæ pro eodem componendo & definiendo vix dari poſſint, ob temporum maximè & reip. rationem & ejus inſtabilitatem, *Gellius l.* 2. *cap.* 15. *Lenglaus* 7. *semeſt.* 7. *Goldaſtus, lib.* 1. *c.* 24. *n.* 5. ob locorum quoque diverſitatem & conſuetudinum diſcrepantiam, Principum inter ſuos diverſas inclinationes, quæ modo huc modo illic feruntur. Ipſam quoque dignitatum inſtabilitatem, quæ inſtar peculii incrementum & decrementum ſumit, adeoque ex moribus potiùs hominum quàm Jure ſcripto dependeat: non tamen omnino à ſtudii Juris noſtri principiis deciſio ejus aliena videtur, *ut ſuadet text. C. ut dign. ord. ſerv. t. t. ff. de alb. ſcrib. l.* 1. *de ſenat. l.* 1. *&* 2. *C. de. off. Præt. l. conſulta. C. de Teſtam. l.* 1. *C. de Conſul. l.* 2. *C. de præpoſ. ſacri pal. l.* 10. *C. de Profeſſ. l.* 15. *C. de Jure Imm. l.* 2. *§.* 1. *de Cap. & poſtl. Novell. Juſtin. Gell.* 4. *c.* 10. *Canoniſta in c. Clerici. X. de Judic. t. t. de maj. & obed.* nec aliunde certiora principia, quam ex dd. & aliis ll. peti poſſunt.

36 Naturalis quidem reverentia, quæ ex ordine naturæ, ex reverentia & verecundia debetur, nonnullis perſonis, parentibus, ætate majori aut virtute meritis, clara eſt, *l.* 13. *& t. t. de in jus voc. l. ut vim.* 3. *de I. & I.* prout veteres:

Credebant hoc grande nefas & morte piandum,
Si Juvenis vetulo non aſſurrexerat,
ad d. l. 7. *§.* 1. *de Capt. & poſt.*

Concordat *Levit.* 19. *v.* 32. Coram cano Capite conſurge, & honora perſonam ſenis, prout & teſtes ſeniores, prævalent junioribus, *l. fin. de fid. Inſtr. l. ſemper de jure Inn.* & ſecundum Baldum melior eſt umbra ſenis, quam gladius Juvenis, *ad Speidel. in verb.* Alter. *Menoch.* 2. *præſumpt.* 47. *l.* 5. Sed amplitudo regni vel provinciæ, nil tribuit præcedentiæ, cum muſca æque ſit animal, ac Elephas, & ideò Rex Duci ampliorem, & ampliſſimum ducatum habenti præfertur cum & muſcam ſolis lumini prævalere velit D. Auguſt. *contra Manich. cap.* 4. Illa enim membra tam exigua vegetat huc atque illuc pro appetitu naturali, ducit currentes pedes in numerum, movet alas, moderatur & vibrat.

37 Id non obſcurum quod Civilis præcedentia ſemel acquiſita, quamdiu ſubſtantia ipſa durat perpetua & immutabilis manet non attenta momentaneâ aliquâ præſentis vel ſubſecuti temporis potentiæ acceſſione alteri, vel deceſſione præcedenti factâ, *facit. l.* 124. *§.* 1. *de R. I.* Ubi temporaria permutatio jus provinciæ non innovat *can. legimus.* 24. *diſt.* 93. aliàs enim omnium Principum præcedentia periclitaretur, & fortunæ ludibrio ſubjaceret, cùm potentia Regnorum, Principatuum & Statuum, in perpetuo fluxavit, creſcat &

cat & de creſcat, præcedentia autem ſubſtantiæ ipſi, non accidentali potentiæ quæ in divitiarum augmento fundatur, inhæreat: Manere autem forma ſubſtantialis & ſtatus reipublic. dignitatem conſervare cenſetur, etſi reſp. libera olim ſe alicui civi regendam comittat, aut contra Monarchia in Ariſtocratiā vel Democratiam tranſeat, ut in repub. Rom. in ſtatum mixtum, & deinde rurſus in ſtatū Monarchicum, nunc in Monarchiā cum Ariſtocratia temporatam converſa; * Huc facit celebris illa Flo-
38 rentini & Ferrarienſis Ducum de præcedentia concertatio multorum Juriſconſultorum ſcriptis nota, *Mararis con. 26. Modeſt. Piſtor. conſ. 28. vol. 1. Natta conſ. 637. Cravetta. conſ. 982. & aliorum, quos recenſet Kn·cken de Saxon. non provoc. Jure Imper. Germ.* Sic Carol. V. decreto Florentiæ duci præcedentia adjudicata fuit ante ducem Eſtenſem ſeu Ferrarienſem, licèt Ferrarienſes JCti dicerent Ducem Florentinum veterem reip. Florentinæ præcedentiam ſibi vindicare non poſſe, utpote qui noviſſ. Dux eſſet, & quòd vetus reſp. Florentinæ non ampliùs ſtaret; Vicit tamen Florentinus, quia ſurrogatum ſapit naturam ſurrogati, cum qualitatibus & privilegiis ſuis, licèt ſurrogatum aliam aſſumpſerit naturam, *Everhard. in Topis in loco à V. ſurrogatorum Rudolphin. Sablonetto de dignit. Duc Ital. n. 120.* * Sic
39 enim unio diverſorum regnorum, Ducatuum, Principatuum & Comitatuum jus ratione præcedentiæ non mutat, *d. l. 124 §. 1. de R. I.* nec enim unio novum Regnum aut Principatum conſtituit; ſed idem ſtatus, poteſtas, eadem ſubſtantialia manent, etſi aliter aliquando ſenſerunt ſtatus Angliæ, cùm intercederent, ne Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ regna ſub uno magnæ Britaniæ nomine unirentur, *de quo Alberic. Gentilis. in diſp. de union. magn. Britan. ſ.* 87.

40 Non obſtat. quod ajunt præſentis non præteriti temporis habendam eſſe rationem, *argt. l. ſi cognati, de reb. dub. l. 1. §. item num. de quaſt.* Idem quòd ex facto jus ſumatur, *Bart. in l. 43. de Vulg. ſubſt.* ut proinde facto mutato jus quoque mutari oporteat, ut ſenſit Beſold. *de praced. p. 133.* & quando agitur de aliqua qualitate requiſita, ea adeſſe debeat, quo tempore lis vertitur & ſententia ferenda eſt, ut etiam mutata cauſa poſſidenti poſſeſſionem mutari neceſſe ſit, nec eadem maneat ſed nova ſit. Reſp. namque hæc tunc obtinere, quando ſubſtantia mutatur, non etiam ſi accidens, *facit §. cum quis ex aliena. de R. D. I. in delicto 4. §. ſi extran. de nox. act. l. miles de Teſtam mil.* quamdiu autem ſubſtantia retinetur, jus quoque præcedentiæ retineri conſequens eſt; Et ſic
negari non poteſt. * Si ſubſtantiæ dignitas im- 41
mutetur, ſive quia regna aut Principatus, Rex vel Princeps capitis diminutionem patitur, vel degradatur, ad altiorem ordinem ſublimatur jus præcedentiæ alterari & deminui vel augeri; ut ſi quis de Conſule Rhetor fiat, ex rege ludi magiſter, vel contra; ut evenit urbibus in pulverem redactis, vel quibus autoritate ſuperiorum aratrum inductum fuit, ut Carthagini, Numantiæ & Mediolano, *facit. l. 2. ff. quib. mod. uſusfruct. amit. Gadd. ad l. 2. de V. S.* Sic olim Bohemo infimus inter Electores locum competiiſſe, dicitur, *Krantz. lib. 4. Saxon. cap. 18.* hodie poſtquam ad regium faſtigium elevatus eſt, primus locus ei inter Elect. ſæculares competit, A. B. *c.* 4. Sic Patriarchatus Conſtantinopol. præ Alexandrino & Antiocheno ſublimatus eſt, *can. 3. Concil. Conſtan.* Præfectorum quoque prætorio, qui ante tantum diſciplinæ aulicæ præerant, dignitas in immenſum aucta fuit; *l. un. ff. de off. praff. Prat.* Eadem tamen res manſit, *argt. l. proponbatur. de Judic.*

Q. I. *An ſola ſucceſſio in Electoratu ſæculari,* 42
Principatu, Ducatu, ante petitam & impetratam inveſtituram Cæſaream præcedentiæ & ſeſſionis jus tribuat?

Affirm. patet ex dictis ſup. quibus adde, quòd hac de re mota controverſia Comitiis Ratiſbon. Jo. Friderico Duci Wirtembergico Anno 1608. pro affirmativa ex textu A. B. invictis rationibus & obſervantia Imperii tradit *Wentzler de Coll. Elect. obſ. 2. n. 7. Buxt. ad A. B. c. 4. th. 85. lit. b.*

Q. II. *An ſola ſpes capeſſendæ majoris dignitatis* 43
vel præminentiæ præcedentiam inter pares tribuat?

℞. Cum diſtinct. Vel Spes eſt potentia proxima vel etiam quæ in actum deduci poteſt arbitrio noſtro, ſicque de præſenti radicat vel non. Prior præcedentiam tribuit, non poſterior. De priore ſupra d. de rege Roman. Elect. & deſtinato Imperii

Digitized by Google

perii Succeſſore, quæ mota fuit Anno 1533. in Comitiis. Idem quòd Delphinum Galliæ cæteris Franciæ Principibus præferri notorium ſit, ut & cæteris extra Galliam, quia ſpe ſuitatis ad ſucceſſionem proximâ propriis jam radiis coruſcat, *Chaſſan. part. 5. conſid.* 41. *Engelbrech. de ſucceſſ. in El. n.* 28. prout in Judæorum rep. primogenitus ad dexteram patris ſedebat, duplicatos cibos habebat præ fratribus, ſacrificia offerebat, licèt quoad portionem bonorum patris obitum expectare deberet, poſterior in eventu incerto conſiſtens non ſuſpendit tantam plenam executionem Juris ſed etiam ipſius Juris nativitatem, *l. 1. ubi Dd. de Inſt. & ſubſt.* nec quicquam ponit in eſſe, *l. ſi quis ſub condit. ff. Si quis omiſſ. cauſ. teſt. l. 1. §. impubere.* 17.
44 *ubi Bar. de Coll. bon.* Huc ſpectat quæſtio: An Coadjutor cum futura ſucceſſione omnibus ex Capitulo præferendus ſit de quo vid. Speidel. in *verbo Coadjutor pag.* 216.

45 Nec minùs an res judicata inter plures, quin præcedentiam tribuat, videtur dubitandum, cum pro veritate habeatur *t. t. de re Judic. l. pen. de I. & l.* & faciat ex albo nigrum ac contra, maximè in pluribus unius Juriſdictionis ſubjectis, inter quos judicium ordinarii ſuperioris, lex eſt; Ita Carol. IV. in A. B. controverſiam ſeſſionis notanter inter EE. Mog. & Col. diremit. In Comitiis Auguſtanis Anno 1520. ſtatus Imperii Imperatoris arbitrio circa ſeſſionem controverſias dirimendas reliquerunt, quòd non tantùm de Principibus ipſis inter ſuos ſubditos, ſed etiam qui nomine Principis Jus dicunt, ut de parlamentis intelligendum eſt: Sic in Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap.* 12. *de regular* cautum, ut Epiſcopus omnes controverſias inter Eccleſiaſticos, tam ſæculares quàm regulares, de præcedentia circa Jus
46 appellationis ipſe judicet. * Idem de ſententia etiam in laudo compromiſſarii, cui deciſio commiſſa eſt, procedit, *argt. l. 1. de recept. qui arb.* Sic cùm in Nobili illa controverſia inter Florent. & Ferrar. Duces Pontifex cognoſcere vellet, Ferrarienſis autem nunquam induci poſſet etiam citatus, ut Procuratorem Romam mitteret, ſed à Cæſare litem terminari contenderet: Demum Pontifex in Maximilian. II. non tanquam Cæſarem, ſed arbitrum conſenſit, ut per eum lis decideretur. Quamvis autem res inter alios acta aliis non noceat nec proſit, *l. 63. de Re Iudic.* tamen aliis eandem cauſam, idem Jus habentibus ex paritate rationis applicari poſſe, ſuadet ipſa rei æquitas *facit. l. & ex eadem de Ex. rei Iud. c. pen. de re Iud.* ead. enim cauſa cenſetur, quando ſubſtantia dignitatis, eſt eadem non attentis fortunæ bonis, tanquam accidentibus, ut jam ante d.

Sicut conſuetudo vel ſtatutum tanquam altera lex, 32. *l. de ll.* inter privatas perſonas & membra regni vel loci alicujus: ita etiam inter Principes & reſp. præcedentiam Jus tribuit: *Sic. in l. 1. de alb. ſcrib.* ita albo decurionis inſcribendi ſunt decuriones ut lege municipali præcipitur, *junct. l. 11. §. 1. de mun. & bon c. cum olim. X. de conſuet. l. non tantùm.* 11. *de Decur.* & hinc Knicken ait, Germaniæ multos Principes in Comitiis ſe fundare, in nudæ ſeſſuræ poſſeſſione vel quaſi, & longâ conſuetudine, allegando actus exercitos, *Coler. de Jure Imp. Germ. ſect.* 67. cùm in dubio pro poſſeſſore præſumatur, *l. 67. de R. V. Weſemb. de acq. poſſ. n. 7. Maſc. 3. de probat concl.* 1194. & ab onere probandi poſſeſſor relevetur, *c. ſæpe de reſtit. ſpol. c. ad aures de Præſc. cap. ex literis. de prælat. l. 4. & 20. ff. Eod.* Hac nitebatur Rex Gall. in conſilio Tridentino contra Mendozam Hiſpan. Legatum. *Bodin. lib. 1. cap. 9. num.* 145. *in fin.* Eadem uſus eſt Ferdinand. in lite Florent. & Ferrar. Ducum. Henricus VI. Imper. in controverſia Abb. Fuld. & Colonienſis, *Arum. de ſeſſ. præ- rog. p.* 804. *add. Geil. 1. obſerv. 21. in fin. Tiraq. de nobil. c. 20. n.* 51. 47

Q. I. *Cùm autem quæritur, qui actus potiſſimùm in conſiderationem veniant?* 48

℞. Ad poſſeſſorium & poſſeſſionem continuandam noviſſimos potiſſimùm attendi, *text. in cap. conſultationibus, de Jure patronat. cap. Eccleſia. cap. cùm olim. X. de Cauſ. poſſ. cap. querelam. de Elect. l. Item Mela. §. ſed ſi de olim. Regal. Noden. de ſtat. nob. cap. 13. num.* 120.

Q. II. *An ergo continuò ſi Princeps aliàs dignior, vel Epiſc. prior poſteriori detulerit aut ceſſerit, hic ex actu illo præcedentiam prætendere poterit?* 49

℞. Diſtinguendos actus publicos, à privatis congreſſibus, ita ut ea quæ ex curialitate aliqua, vel Jure hoſpitii vel reſpectu aliquo ætatis domi ex urbanitate & patientia familiari, aliquando

Digitized by Google

do delata fuerunt, non ita præjudicent, per *l. 31. de op. libert.* ut ſi in alieno Regno Rex minor Jure hoſpitii præfertur, & dominus domi ſuæ minor eſſe velit; quod tamen fieri non ſolet, quando dignitates nimiùm differunt; nec enim dominus ſervo domi ſuæ defert: Nec Princeps Comiti, &c.

Ordo ſcripturæ in conſtitutionibus publicis, diplomatibus & receſſibus etiam non parum
50 momenti habet, *l. 5. §. fin. cum ſeq. de ſolut.* 1. Et ſic in Germania ordo dignitatum deſumitur ex ſubſcriptionibus receſſuum Imperii; *Knicken. de Saxon. non prov. Jur. cap. 2. numero* 117. *& ſeq. Pacian. lib. 2. de probat. cap. 25. & 79.* Quamvis, quando nominatio & ſcriptura facta, tantùm ex ſimplici enunciativa demonſtratione perſonarum vel rerum aut locorum, argumentum ex ordine ſcripturæ non recte ſumatur, *cap. 2. de Judic. cap. paſtoralis. de Conc. præb. cap. cum dilecto. de reſc.* Sic Imper. *in §. final.* I. *qui teſt. tut. dar.* ait ſi quis filiabus vel filiis tutores dederit, etiam poſthumo vel poſthumæ dediſſe cenſetur, non tamen ſequitur filias & poſthumas filiis eſſe digniores, ſic *in §. Cùm quis 25. de R. D.* dicit vas conflatum ad materiam æris, argenti vel auri reduci poſſe, nemo tamen dixerit, ſi æs vel argentum auro eſt pretioſius, unde *in princ. d. §.* dixerat ex auro, argento vel ære vas fecerit. *Add. l. quoties.* C. *de uſufruct. l. hæredes mei §. peto. ad Trebell. cap. pen. de Elect. in 6.* Unde videmus, quando ſimul 2. 3. vel 4. Imperatores fuerint, ordinem ſcripturæ ſervatum. & nunc hunc, nunc alium in reſcriptis primo nominatum ſic legitur: Gratianus, Valentinus, Theodoſius, *in l. 1. Cod. de ſumm. Trinit. l. ſi quis 2 Cod. de Apoſtat. l. 2.* C. *de Commerc. l. 5.* C. *de Judæis.* Alibi hoc inverſo modo, Theodoſius, Valentinus, Gratianus *l. 2. C. de off. Magiſtri* quam non bene citat Tiraq. *de l. primogen. q. 19. numer.* 4. Albi Valentino aliis pôſtpoſitis primus locus tribuitur, hoc modo: Valentinus, Gratianus, Theodoſius. *ut in l. 1.* C. *de off. mag. mil. l. civitas C. de off. rect. prov.* Alibi Valentinus, Theodoſius, Gratianus, *l. male in hanc rem à Tiraq. citata.* Ita quoque legitur Theodoſius, Arcad. Honorius. *l. 4. C. de Epiſcop. aud.* aliquando inverſus eſt ordo hoc modo: Arcad. Honorius, Theodoſius, *l. 1. Cod. de offic. civil Jud. Tiraquell. d. loco. pagin.* 547. Theodoſius enim Imperator in conſortium Imperii adſciverat filios ſuos, Arcadium Orienti, & Honorium Occidenti præfecerat, ipſe autem ſenex, vixit Mediolani, mortuus Anno 60. ætatis, cum jam annis 17. imperaſſet, Arcadius vero cum 13. annis imperaſſet, vita functus eſt, cui ceſſit ejus filius Theodoſius ſecundus, quamvis ſub hoc magis imperavit mater ejus Eudoxia, Honorius vero conſortem adſcivit Conſtantium.

Q. III. *An ætatis habenda ratio, ita ut ſenex Comes juniori Principi præferatur?* 51

Negativa illuſtri hoc exemplo declaratur Philippi Ducis Burgundiæ, qui (quia primus Par Franciæ ſeu Parium Decanus erat) cum Andius proximum à Rege locum occupâſſet, medium ſe inter Regem & Andium audaci facto in medio convivio ingeſſit: Unde ei nomen audacis inditum, ad Carol. filium re etiam talem derivatum, *Chaſſan. in Catal. gl. mund. p. 5. conſ.* 41. Sic Regis uxor Junior Reginæ matri ſeniori ætate præfertur *Chaſ. part. 5. Conſ.* 39. *&* 40.

Q. IV. *Quid de poteſtate patria?* 52

Hujus rationem non haberi in publicis, *text. eſt l. 9. de his qui ſui vel al. l. ſunt. l. 14. ad SC. Trebell.* Sic Sempron. Grachus Proconſ. à Filio ſuo Q. Fabio Max. Conſule, obvio equo deſcendere juſſus eſt, qui mox filium eapropter collaudavit, quod Imperium populi Romani conſervaret, *ut refert Gell. & Valer. Max. lib. 2. c. 2. nu.* 4. Sunt enim Publica inſtituta privatâ pietate potiora, & patriæ plùs quàm parentibus nos debere, colligitur *ex N. 115. cap. 3. §. ſi vos in criminalibus.* 3. *Cic. in offic.* Sic, Quia Caſtellæ reges præ aliis primas tenent, & inter Hiſpan. Reges, cum Joan. Arragonum Rex Pater, & Ferdin. Caſtellæ Rex filius Victoriæ conveniſſent, de utriusque regni publici negotiis deliberaturi, urbem Pater ingreſſus filio ad dextram incedente, ut hiſtoriæ Hiſpanicæ teſtantur.

Q. V. *An ergo ætati nihil deferendum?* 53

R. Si tamen omnia undique ſint paria, paritas ſcil. dignitatis & temporis, ætatis rationem meritò habendam; Et ſic inter componendos plures ejuſdem familiæ Principes diverſarum linearum hodie mos receptus eſt Imper. ut non habita ratione propinquioris ſpei ad ſucceſſionem prout quiſque ſenior & ætate provectior eſt, ita cæteris præfera-

ria; patre tamen uſque ad tempus vitæ in officio ſuo perſiſtente, deinde alii ad functionem jam actu admiſſi ſunt. Quæſtio eſt an patre defuncto filius poſtea aſſumptus, eos qui tamen actu jam adminiſtrare cæperunt, præcedere debeat? Qua de re extant Curiæ Pariſienſis & Tholoſanæ placita, Anno 1551. 1560. 1590. In ſpem dignitatis acceptum cedere debere cooptatione poſterioribus, ſed actu prioribus, *Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 1.* prout nec Privilegio militiæ fruitur, qui actu non eſt in militari exercitio, *l. fin. de excuſ. tut. l. ne quidem. C. de Teſtam tut.* Cui ſententiæ hæc ratio patrocinatur, quòd reſignantis patris perſona ſedem & poſſeſſionem retinuit, quam filius non accipit, niſi morte aut voluntate patris decedentis, nec aliâ intentione, gratia à Principe vel Curia conceſſa, aut à patre reſignatio facta fuit, quàm ut officium in tuto pro filio conſervaretur, nec æquum eſt eum qui ſpem tantùm habet, actuale Jus conſecuto præferri.

57 Q. IX. *Sed pone. Titius à Principe factus eſt conſularis honorarius, Cajus deinde vere creatus eſt Conſul, poſt eum Titius quoque verè ad Conſulatum pervenit, uter potior?*

R. Titio prærogativam deberi, etiam finita utriusque actuali dignitate Conſulis, *l. 4. C. de Conſul.* & ſic ſecundùm Cujac. *in d. loc.* ex anteriore tempore procuratoris ordo vendicandus, nec poſteriori promotione novum aliquod Jus, quod non habebat Titius, adipiſci cenſetur, ſed conſulare Jus ei delatum ante fuerat honorario iteràſſe beneficio videtur.

58 Q. X. *An bona fortuna, divitiarum & redituum copia potentia, ditionum & ſubditorum copioſus numerus, & inde procedens armorum terror, prærogativam tribuat, inter eos, qui aliàs dignitate pares ſunt?*

R. Ut ſup. inſinuatum: Licèt hæc ad inducendam primò prærogativam, multùm conferant, cæteris, ut dictus, paribus: Prout apud Luciano in conſeſſu Deorum & concilio Jovis, orta quæſtione de ſeſſione, Jupit. Mercurio juſſiſſe, fabulatur, ut deos Barbaros ingenti magnitudine ex ſolido auro fabricatos, Græcis parvulis ex ære, vel marmore affictis, quamvis manu Phydiæ factis artificioſiſſime, præponat; Senex tamen acquiſitâ præcedentiâ ob ſuper venientem paupertatem, & alterius Principis antea æqualis opulentiam ac potentiam non labefactatur, *ut d. ſup. n. 36.* Prout Ducatus Mediolanenſis, licèt reditu maximus ſit, tamen alii Duces ratione antiquitatis eum præcedunt, *Chaſſ. part. 12. conſ. 58.* & ipſe vice verſâ, quod ſit antiquior, Duci Sabaudiæ præfertur: Nec bona eſt conſequentia: Potentior eſt, ergo dignior, *c. legimus diſt. 93.* cujus exemplum ponitur in Regibus Judæ & Jſrael unde etiâ in Imperii Comitiis Dux Holſatiæ, Sabaudiæ, Lotharing. aliis Ducibus ante ponuntur, etiam potentiâ & regionum amplitudine longè inferiores, *ut ſuperent. videre licet, h. cap.* Sic regia Majeſtas, quæ ſuperiorem non agnoſcit, æqualem habet dignitatem cum rege alio potentiſſimo, quæ ſuperiorem non agnoſcit, æqualem habet dignitatem cum rege alio potentiſſimo intenſivè; ſcilicet non extenſive; nec minùs Emathion, cujus Regina uxor cibaria coquebat, Rex erat, quàm Alexand. M. non minùs Evander quàm Diocletianus, non minùs reſpon. Genua quæ ſolis pœne mœnibus concluditur, quàm Venetia, quæ Dominium tenet maris, *Coler. de Iure Imper. German. numero 31.* Et ex hoc ratione inter pagos & provincias inter ſe confœderatas, non potentiores præferuntur, ſed antiquiores aut libertatis auctores.

Q. XI. *An plurium titulorum, Principatuum, Ducatuum multiplicatio?* 59

Reſp. Prærogativam novam non tribuit, *text. in l. 1. C. de Conſul. ibi.* repetiti faſces nihil augent. Allegatur quidem in contrarium exemplum Ducis Burgundiæ in Concilio Baſilieenſi An. 1433. contra Electores Germaniæ, præcedentiam prætendentis quòd eſſet ſexies Dux, quindecies Comes &c. Verùm potiſſima prælationis ratio fuit non multiplicatio Ducatuum & Comitatuum, ſed quòd regii ſanguinis & primus par Franciæ eſſet, *Chaſſan. pagin. 5. conſil. 45.* cui titulorum iſta multiplicatio acceſſerat, ſicut accidens principali. Non obſtat. ille text. Proverb. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia Principis, *Chaſſan. p. conſil. 15.* Hoc enim non ad præcedentiam, verùm ad ſignificandam Principis potentiam dicitur; Sic nec Epiſcopus unus

unus ex hoc altero eſt dignior, quòd majorem habebat diœceſin. *Innocent. in c. ſtatuimus. de Major. & obed.* Sic præfectus urbi cujus Juriſdictio anguſtioribus terminis urbis Romanæ conſtringebatur, aliis præfectis Africæ, &c. non fuit poſterior ſed par, ita ut prior præfectus urbi vinceret alios præfectos tempore poſteriores, *l. 1. C. de præf. prætor, ſive urb.* Titulorum autem multitudine Principes barbaros maximè luxuriare videmus, Sultanus Rex & filius Imperatoris Turciei, pugnator Dei, Græcorum, Babyloniorum, minoris Hieruſalem Rex, Baſſa Jordanorum, Jdulæorum, & Tamaſinorum, gaudium Dei, majoris & minoris Ægypti Rex, illuminatus Princeps, Alexandrorum, Armeniorum & omnium eorum, qui in Paradiſo mundano vivunt, filius Mahumeti, & cuſtos civitatis ſuæ, adminiſtrator Paradiſi mundani, regens S. Sepulchri Mahumetani, Rex Regum, Princeps Principum, Dominus dominantium in mundo viventium ab Eois in Heſperos, bellator deorum, & ſuper omnes in mundo viventes ſublimatus, Deus unionis, Dominus ſanitatis, Angelus Paradiſi, ſtrenuus perſecutor totius Chriſtianitatis, ſpes ſolamenque Ethnicorum, dominus & heres mundi dictus fuit: Rex Biſnangenſis, vocari voluit Sponſus bonæ fortis, magnarum Provinciarum Deus, Regum potentiſſimorum, Rex omnium equitatuum, Dominus, Magiſter & Doctor loqui neſcientium, trium Impp. Imperator, omnium quæ vidit inquiſitorum conſervator, quem octo mundi partes metuunt & formidant, omnium Provinciarum quas ſubegit Dominus, eques cui nemo par, & fortiſſimorum quorumcunque debellator: Rex Sapor ſequentis tenoris Epiſtolam ad Conſtantinum M. miſit: Rex Regum, Sapor particeps Sidom frater ſolis & Lunæ, Econtra Ferdinandus I. moriens, nec Imperator, nec Rex ſalutari voluit.

60 Q. XII. *An liberatis in puncto hoc habenda ratio?*

Aff: ita, ut Reges, Reſp. Eccleſiaſtici, Nobiles, ſuperiorem non recognoſcentes, aliis ſuperiorem recognoſcentibus regulariter præferantur. Sic Epiſcopi exempti & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjecti, digniorem locum habent in conciliis generalibus, quam non exempti, *c. per tuas ubi gl. X. de Major. & ob.* Sic nobiles imediati in Germ. Suevici, Franconici, Rhenani, & Wetteravici aliis Nobilibus mediatis ex paritate rationis præferuntur, *Neld. de ſtat. nobil. cap. 6.* Quod etiam intelligendum de confœderatis, qui libertatis vindicatæ primi fuerunt autores, prout in Helvetiis pagis hac de cauſa Tigurini principem locum obtinent.

Q. XIII. *Quid de animi dotibus?*

Licet hæc ad præcedentiam parum alias faciant, ut proinde Doctor vel Nobilis Epiſcopus 61 aut Canonicus, poſtea creatus, Epiſcopo vel Canonico priori non Doctori præferendus minimè ſit, ſi tamen plures eodem die producantur, meritorum ratio haberi poteſt exemplum in pluribus ſenatoribus ſimul & eodem tempore creatis, in quibus rationem meritorum non tantùm propriorum, ſed etiam paternorum quandoque haberi, *tradit Riccius deciſ. 146. facit l. ſpurii. §. fin. ff. de decur.* ubi ex iis qui eodem tempore decuriones creati ſunt ſuffragiorum pluralitas, ut quis potior in ferendis ſententiis cenſeatur, attenditur, quod hæc majorum meritorum ſit index. Hinc Doctorem celebrem à Principe ex judicio ipſius evocatum, ſi alibi in dignitate fuerit majori, licèt poſterior ſit tempore, in Collegio tamen prioribus præferendum, cenſuit *Hotom. conſil. 37. Editione in 8. fol.* 105. quem tractatui de Academiis inſeruit, *Matth. Stephan. cap. 3. numer. 33.* aliàs ſecus.

Q. XIV. *An ſuccedaneus in officium reſignantis ſuffectus, ejus etiam ſedis prærogativâ fruetur?* 62

Negat. ſed inter collegas ultimum locum cæteris paribus habebit, *l. ſi quis Archiatri.* 10. C. *de Prof. & Med. l. unicuique. & l. comperimus.* C. *de Prox fac. ſcrin.*

Q. XV. *An repetens dignitatem ſemel ſponte relictam, priſtinam etiam recuperabit præcedentiam jure poſtliminii?* 63

Neg. *quod exemplis illuſtrat Langla. 7. ſemeſt. 8. pag. 361. & ſeqq.* id tamen non procedit in Canonico, qui reſignavit in favorem alterius, ſi reſignatio non admittatur reſignans enim ad Canonicatum reverſus priſtinum ſuum ſtallum in Capitulo & choro retinet, *arg. l. ſi fortè ff. de offic. Præſid. Molina ſuper reg. de public. reſig. a. num. 44.*

n. quo

Google

uſque ad 50. Reſignatio enim in favorem hanc tacitam habet conditionem, ſi reſignaturus acceptet.

64 Q. XVI. *Quid de ſuſpenſo ad tempus, an finito tempore ſuſpenſionis veteri loco & præcedentia honorabitur?*

Aff: *Langl. 6. Semeſt. 8. pag.* 360. *per l. 2. §. 1. de decur.* Ratio eſt, quia ſuſpenſi non eſt dignitatis privatio, ſed exercitii ad tempus interdictio. *ad d. l. 6. §. 1. & l. 9. de Poſtul.*

65 Q. XVII. *An autem is qui dignitatem vel officium ob delictum amiſit, ex indulgentia Principis reſtitutus priſtinam ſtationem recuperabit?*

Id regulariter negat. *per l. 2. §. 1. verſ. non idem de decurion. Langl. 7. Semeſt. 8. pag.* 360. niſi facta eſſet pleniſſima reſtitutio in integrum, *l. 1. C. de ſent. paſſ.*

66 Q. XVIII. *Illud in diſquiſitionem etiam venit, quis locus in ſedendo & ambulando cenſeatur honoratior?*

Mos quidem hac in re cujusve regionis conſiderandus eſt, *Geil. 1. obſerv. 21. in fin.* nec enim tantùm nationes, ſed etiam oppida hac in parte diſcrepant: Auguſtæ enim Vindelicorum locus in ambulando juxta murum dignior eſt, alibi alius. Quid apud Turcas, *ſup. in c. de Arch. Mog. dictum eſt.* Communiter tamen dexteræ locus inter duos dignior cenſetur. *V. Chaſſan. pag. 1. conſid. 11. Nold. de ſtat. nob. cap. 10. n. 8. Buxt. cap. 3. ad* A. B. *Tb.* 40.

67 *Quæri tamen poſſet, ubinam dextera conſtituenda?*

In inceſſu quidem res difficultatem non habet, in conſeſſu autem dubium. Sic enim in Eccleſia, in ſenatu; quæ ingredientibus ſiniſtra eſt, ea re verè dextra eſt, & egredientibus fit ſiniſtra; item in numiſmate bicipiti, in imagine & pictura, *Chaſſ. in catal. gl. mund. pag. 1. conſil. 11. in fin.* unde quidem Venetos taxant, qui in ſigillis ſuis collocant Leonem in parte dexterâ, Ducem in parte ſiniſtra; Dextera autem accipienda eſt ab objecto Principaliori, ut in diurno cœli ſyderùmque motu, quæ ingredientibus ſiniſtra eſſe ſolet. Traditur autem quod Veneti reſpectum habeant ad contrarium, ſicut imago impreſſa dicitur eſſe in latere dextero, quæ nos inſpiciendo eſt reſpectu lateris ſiniſtri, ſicut, ſi quis faciem ſuam ad me convertat, latus ejus dexterum eſt reſpectu mei ſiniſtrum, idem ſi imaginem noſtram in ſpeculo contemplemur, in ſigillo cœlato vel impreſſo, ab alia parte impreſſo, cujus terga, non faciem inſpicimus. *Chaſſ. d. conſid.* 11. 68

Q. *Quid ſi tres conſideant, deambulent?*

Medium locum honoratiorem eſſe, non eſt dubitandum: Ex illo text. ſacro, Dic, ut ſedeant filii mei, unus ad dexteram, alter ad ſiniſtram: Chriſtus in medio Doctorum ſedens, in medio diſcipulorum in Emaus ambulans proponitur.

Cum Prioribus remediis ſupra allegatis ſequentes obſervandæ ſunt Cautelæ, ſi alius ſtationem præripiat, vel indebitè occupet, abitum ſimulare, ut fecit Elector Colon. tempore Henrici III. 2. occurſum & converſationem ejus, cùm quo eſſe poteſt, controverſia, vitare & congregatione abſtinere, etiam ſimulando adverſam valetudinem. *Petrus Matth. lib. 7. narrati. n.* 12. 3. Proteſtari, ut fecit Bavaricus Legatus contra Venetos in Concilio Trident. Alia cautelâ uſus Poloniæ Regis Legatus cum legato Portugaliæ, cùm hic prior ad Eccleſiam veniſſet, ille ſimulato colloquio cùm hoc habendo porrectâ manu effecit, ut nihil ſuſpicans ſiniſtrè ſurgeret, quare relicto ſedili Polonus ſe dexteræ ingeſſit. Ridiculum planè eſt duorum Italorum Legatorum, Pragæ ſibi ſuper pontem occurrentium factum, qui cum neuter honoris locum alteri cedere vellet, tota ferè die ibi conſtiterint, ſeque omnium riſui expoſuerunt: Illis autem, quorum hac de re cognitio eſt, non in conſultum erit, de ſeſſione utrumque contendentium à conſeſſu & conventu arcere, ut fecit Ferd. I. in Franciscis & Hiſpan. Legatis, & extraordinariam ſedem alteri aſſignare. Exemplum eſt in Carol. Burg. Ducis Legatis, in Comitiis Ratisb. Anno 1471. Electores præcedere nitentibus, quæ contentio ſublata fuit Burgundis inter oratores Regios collocatis; Quanquam negari non poteſt, eum cui locus priſtinus aſſignatur, altero potiorem videri. Conſultum etiam eſt, decernere ne loci habeatur ratio, ut factum Comitiis Ratisb. Ann. 1527. quod deinde ſæpiùs practicatum, ut promiſcuè ſederent. Ingreſſus ordinem ſequi aliquando conſultum, ſic Bodin. 1. *de rep. c.* 9. memorat, ſenatum Poloniæ cenſuiſſe, ut ii quis-

Digitized by Google

tat, quam alii fudrum intelligunt, *de quo Frider. de Pace Conſtant. §. nobis autem Conſtit. Conrad. II. de beneficiis*, ita dictum à Germanico, Futter / quod pabulum equorum ſeu annonam militarem ſignificat, prout *in l. pendentes. §. ſi quid de Uſufr.* mentio fit de Collatione, quæ fit ex fructibus ob tranſitum exercitus. Alii autem, *ut Berthols.* Supra indictum intelligunt, quod eſt extraordinaria præſtatio ſeu munus ultra ſolitam collationē indictum, *l. 1. C. de Indict. l. 10. l. un. C. de ſuperind. junct. l. jubem. C. de SS. Eccl. l. nulli penitus. C. d. Curſ. publ.* quæ extraordnaria vocatur, quòd non ſtato & certo tempore, ſed Extra ordinem prout urget neceſſitas, indicatur & præſtetur prout etiam hodie collecta Imperii propter expeditionem Turcicam pro extraordinario habetur, & Jure noſtro ea extraordinaria vocantur munera, quæ certam uniformem & determinatam præſtationem non habent, ſed prout occurrens neſſitas exigit, *l. qui muneris. D. de muner. & hon. l. In honeribus. §. vacationum. v. qui muneris de Vacat. mun. l. fin. C. de muner. patrim. lib. 10.* Nec hæc extraordinaria eſſe deſinit, quòd creberrimè indicatur, & quaſi continuetur, nam *juxta Sixten. 2. de regal. c. 14. n. 15.* incertitudo & variatio in tempore & modo hujus collectæ manet, urgensque neceſſitas ei cauſam præbet, & inde extraordinaria dicitur, cùm reliqua oneralmperii quæ non variantur, ſed certam formam ac præſtationem habent, ac certis temporibus recurrunt, ordinaria cenſeantur. Quod Jus etiam Principibus, Ducib. March. Comitibus & aliis competere, tradit in ſpecie *Klock. de Contrib. Concl. 8. 9.*
75 10. *Cùm hac tamen limitatione quod pro effrænata voluntate & placito, imponere principi ne quidem ſummo liceat, ſed ad neceſſitatem publicam reſpiciendum ſit, quæ opinio non ſolùm plauſibilis, ſed etiam æquitatis plena eſt ita ut qui contrarium mordicus tuentur, & Principi ex plenitudine poteſtatis nimiùm indulgent, & fines potentiæ liberè laxant, ſive adulationis, ſive metûs, ſivè odii, ſive privati lucri cupiditatis inſimilentur, *à Bodin. lib. 1. c. 10. princ.* quos magis Placentiam quàm Veronam iter dirigere ajunt. Tunc quoque ad hanc deveniendum, quando ordinariorum redituum calculus Principi non ſufficit, qui ſuum priùs excutere debet marſupium, & ſua tributa aliosque reditus expendere, priuſquam excutiat & taliet ſubditos, *Rebuff. in l. 2. C. de Exact. Trib.* Prout in ſimili Epiſcopus Charitativum ſubſidium exigere non poteſt, niſi in defectum ſuorum redituum. *Menoch. de arb. Jud. c. 178. numer. 13. & 14. & conſ. 75. n. 86.* Ubi, an aſſertioni Principis de neceſſitate ſtandum ſit tradit Roland. 2. *Conſil. nu.* 189. hinc oritur

Q. I. *An imminente ſumma & extrema neceſſitate, quæ moram non patitur, ut indictio fiat, exigatur & colligatur, Princeps per manus injectionem divites compellere poſſit ad mutuandam pecuniam?* 76

Aff. Molin. *diſp. 315. pr.* Bobadilla, *lib. 1. Polit. c. 5. Vaſq. 1. de ſucceſſ. Creat.* §. 6. *num. 22. & illuſt. cont. c. 6. numer. 7.* cùm ex tali caſu oppida villæ & vaſalli Regi mutuare compellantur, quod Ferdin. II. tempore aliquando Francofurti practicatum audivi; Ita tamen hæc procedunt, ut ſi poſteà princeps idoneos reditus ex Principatu habeat, reddat integram pecuniam cum moderato intereſſe, cum in mutuo coacto licitè recipiantur moderatæ uſuræ, *Geil. 2. obſ. 8. n. 17.* quia peccata regulariter ex voluntate procedunt *c. 1. 15. q. 1.* deficiente autem voluntate deficit peccatum, *l. qui injuria. 53. de Furt.* nec hoc caſu offenditur dilectio proximi ut in mutuo voluntario in quo uſuræ ſunt prohibitæ & ita in Belgio factum, teſtatur Geil. *de loc per text. l. ſiquis cauſam, de reb. Credit. Maſcard. Concl. 933. numero 41. Heig. liber. 2. quæſt. Iur. 1. numero 41.* Quòd ſi autem reditus ſufficientes ad hoc Princeps non acquirat, reddet pecuniam cum moderato intereſſe, ex univerſorum ſubditorum collatione, per æs & libram, conſueto contribuendi modo, factâ, detractâ, eâ particulâ, quæ ad civem vel ſubditum mutuum dantem ſolvenda ſpectabat, habitâ ratione bonorum contributioni obnoxiorum, & ita in Regnis Hiſpan. ſervatum.

Q. II. *An ſufficiens extraordinariæ indictionis cauſa ſit, Domini redemptio à captivitate infidelium, Turcarum, vel hoſtium, ut lytrum colligi & præſtari poſſit, qui aliàs captivitati & ſervituti perpetuò maneret obnoxius?* 77

Hoc ſi ob maleficium ſuum, vel ob æs alienum ſuâ prodigalitate contractum dominus detineatur, quidam negant; Affir. autem ſi pugnando

Z z pro

pro patria, pro aris & focis in hoſtium manus inciderit, ut hoc caſu pietas & neceſſitas collationem ſuadeat, *argt. c. cùm Apoſtols. c. prohibemus. X. de Cenſib.* Ita pro Joannis regis Galliæ, in prælio adverſus Anglos ſuſcepto, capti, liberatione, tricies Centena Francorum millia à populo penſa fuiſſe, referunt ejus temporis hiſtoriæ.

78 Q. III. *An ob acquiſitam novam dignitatem à domino temporali?*

Aff. ſuadet uſus & obſervantia. Videmus enim quòd ſubditi Imper. contribuunt, zum Römerzug, pro Coratione Italica, quod auxilium in 4. millibus equitum & 20. millibus peditum conſiſtit. *R. I. de Anno* 1521. *§.* und als wir. *& Ann.* 1522. *in princ.*

79 Q. IV. *An pro elocanda filia Principis vel Domini ſui, ſubditi ad collectationem teneantur?*

Licet hoc negent *Vaſq. Beer. Brum. Clarus, Vult. inter conſil. Marp. Conſ.* 35. *Herg. q.* 18. *n.* 16. Motorio tamen uſu Germaniæ affirmativa prævaluit, *teſte Minſ.* 5. *obſ.* 21. *n.* 4. *Toloſ. in Syntagm.* 6. 4. *n.* 11. *Huſan. de prop. hom. c.* 6. *q.* 45. *n.* 5. nec tantùm in elocanda Principis, ſed etiam nobilis filia, hoc jure multos Germaniæ provincias uti tradit *Jacob. de S. Georg.* uti etiam in pluribus Aquitaniæ & Italiæ civitatibus, quanquam ea non ſit generalis, mos nec ubique receptus, & multorum Ducum ſubditos tantùm precario conferre, ejuſque nomine Principes ipſis literas reverſales ſub ſigillo præbere oportere, *teſtatur Roſenth. Concl.* 77. Quod tamen ultimum non eſt urgens argumentum, cum Principes etiam pro ordinariis collectis ſubditorum & ſtatuum conſenſu in Comitiis impetrato reverſalia dare ſoleant, ut experientia didici, adeoque mirum minus ſit ejuſmodi litteras reverſales in extraordinaria collatione extradi. Dictam autem conſuetudinem hæc ſtabiliunt. I. Quod ob utilitatem publicam collatio inſtitui, & publica contributio, fieri poſſit, *l. Turret.* 18. *C. de oper. publ. lib.* 11. *Nov.* 17. *de mand. princ. c.* 4. *v. ſed etiam. l.* 7. *C. de SS. Eccleſ.* at elocari filiam principis maximè utilit. & neceſſitas publica exigit, quæ ſine dote nubere non poteſt, *l.* 1. *ff. Sol. matr.* Et ſi jus Principatus debet manere unitum & integrum apud unum, ne diviſionibus exponatur, ſuadet ratio & neceſſitas filiam dotari cum renunciatione ſucceſſionis certo modo fiendæ, (quando ipſi Principi ad hoc Facultates non ſuppetunt) ne eo mortuo ſubditi cogantur plures, quam unum habere dominos, quæ cauſa videtur ſufficiens, prout etiam Jure Can. licet prælati vetantur ſubditos ex actionibus onerare, ex juſta tamen cauſa moderatum auxilium exigere licitè poſſunt, *c. cum Apoſtolus. §. prohibemus, de cenſib. Caſtald. de Imp. poteſt. q.* 57. *n.* 2. *Bocer. de regal. c.* 3. *n.* 218. Non obſt. *l.* 8. *de Excuſ. mun.* Reſp. id præſidi quidem denegari (aliud autem eſt in Principe & noſtri temporis Principibus) niſi præſidi etiam hoc Imper. ex cauſa permiſiſſet, *ut in l.* 12. *C. de oper. publ.*

Q. I. *An ſtante d. conſuetudine iſta collatio tantum pro una filia fieri poſſit?* 80

Id de conſuetudine Burgundiæ Aff. Chaſſan. *in conſuet. Burg. rub.* 1. *§.* 4. *n.* 8. *in fin. v. adverte, & in verbo Mariage d'une fille.* Et multis locis receptum ut id tantùm fiat pro primogenita, ut apud Pactavenſes, Turonenſes, Ambranenſes, Monſtrolienſ. Maritimos Arteſienſ. alibi pro uno matrimonio ex filiabus, ut apud Burgundienſ. Britonens. *Tiraq. de iure primog. q.* 69. Verùm ſi conſuetudo vel ſtatutū ſimpliciter loquatur abſtrahendo à limitationibus iſtis localibus, verius eſt, eam & unius vel primogenitæ tantum filiæ elocationem non reſtringi, ſed pro omnibus filiabus inſtitui poſſe, cum in omnibus militent rationes ſupra allegatæ. Ita *Manſuet. in pract. forenſi. tit. de tallis Tiraq. cit. loc. q.* 70. *num.* 2. *late Matth. de Afflict. in conſtit. Sicil. incipit quam plurimum. v. & prima.* Licet enim regulare ſit, ut filia ſenior Jure quodam quaſi primogenituræ primo nuptui collocetur, *§. item ſi quis promitteret.* 29. *q.* 1. quod jus fundatur in textu *Geneſ.* 29. ibi. Non enim noſtro loco conſuetudo eſt, ut minores ante tradamus ad nuptias & ita ſe Laban excuſavit apud Jacob, qui ſe deluſum querebatur, quod loco formoſæ Rachael junioris, ſibi Lia ſoror natu minor lippientibus oculis ſuppoſita eſſet, quam excuſationem

nem Jacob etiam admiſit: Non tamen hinc ſequitur filiam Juniorem è nuptiis & dote excludendam, & per conſequens per dote aliarum collationi etiam locus erit. Facit pro jure reliquarum filiarum, *l. Theopompus. de d. 1. praleg.* ubi eadem quantitas ex communi juniori filiæ danda, quæ ſeniori data eſt. Et hanc ſententiam uſus Germaniæ confirmat. *ad Fritſch. in diatribe, c. 7. n. 19.*

81 Q. XI. *Quid de filia ingreſſura Monaſterium?*

Idem dicend. quia hic ingreſſus & profeſſio eſt loco ſpiritualis matrimonii: quod non debet minus æſtimari, quàm carnale, *Felin. in c. Eccleſia de Conſtit. Forſter de ſucceſſ. lib. 6. c. 47. n. 34.*

82 Q. XII. *An pro filia ſpuria?*

Neg. ex illa potiſſimum ratione, quod nec pater ſpuriam dotare cogatur (*Contra Paleott. de noth. & ſpur. cap. 49. per c. cum haberet de eo qui duxit in uxor. à nobis diſſentientem*, quem textum de neceſſariis alimentis loquentem ad dotem applicat.) Verumtamen licet alimentare pater eam teneatur, *d. c.* tamen non inde ad dotem rectè infertur, cum alimentorum præbendorum onus in ſingulos dies, ſeptimanas, menſes & annos ſoleat diſtribui: dos verò ipſa, non niſi unica vel altera plerumque numeratione explicari conſueverit, adeoque gravius foret præſens hoc & repentinum onus dotis injungi quam alimenta præſtando per temporis intervalla tali filiæ ſuccurrere; Prout nec alias ab alimentis ad dotem, illationem procedere, clarum eſt. Sic enim filius matrem alere tenetur, *l. ſi quis à liberis. §. 1. de agn. Lib.* dotare tamen eam non adſtringitur, *l. Tutor. 2. §. fin. de adm. tut. l. 1. §. præterea de tut & rat.* Frater ſororem uterinam inopem ſuſtentare tenetur, *l. qui filium §. fin. & ibi Bald. ff. ubi pupil. Educ. deb.* dotem tamen ei aſſignare non cogitur, *l. cum plures ff. de admin. tut.* Et contra, licet pater filiam divitem adhuc dotare cogatur, *l. fin. C. de dot. promiſ.* eidem tamen alimenta negare poteſt, quando ſe propriis facultatibus ſuſtentare poteſt. *l. fin. §. C. de bon. ipſius qua lib.* Libertus quoque patronam alere debet, non etiam dotare, *Dd. ad l. jure dot.* Accedit, quod pater filiam ſpuriam dotare poſſit, ſi velit, neceſſitate tamen non ſtringatur, ceſſante autem neceſſitate collationi locus non eſt. An autem pro ſecundis nuptiis filiæ rurſus hæc collecta præbenda ſit, V. *remiſ. Klock. de contrib. aſſ. 50.*

Ratio autem conſtituendæ dotis in repub. 83
Rom. inde orta videtur, quod mulierem indotatam contemni experientia doceret, & amor mariti extingueretur, ſi pro ferendis oneribus matrimonii, quæ gravia eſſe ſolent, ferendis maritus, nihil à parte uxoris levaminis ſentiret, cum itaque abſque dote non facile quis nuptias contrahat, ſine nuptiis autem non ſint legitimi liberi, nec cives, ſine civibus non ſit reſpublica, quæ legitimorum hominum & civium incrementum accipit ut ad legitimas nuptias invitentur mares, & replendam legitimis hominib⁹ civitatem ne deficiat, in hoc publici & civilis verſatur utilitas, altera ut œconomiæ, & rei familiari diligentius ſtudeant uxores dum rem ſuam etiam conſervant, quæ ratio ut in privatarum ita etiam Principum matrimoniis militat.

Q. I. *Sed an filia Principis pecunia an immobilibus bonis dotanda?* 84

Illud convenientius cum Knipſchild *de fideic. famil. c. 8. n. 286.* Quia principatuum & territoriorum variatio & translatio ad peregrinos dominos periculoſa & nociva eſſe ſolet, cum novos dominos novæ leges, novos magiſtratus novi mores comitari vel ſequi ſoleant II. Per diviſiones principatuum familiæ dignitas vileſcere ſolet, quæ per unionem conſervatur, *Perſic. de part. illuſt. fœmin. Concl. 2. obſ. 33.* ex qua ratione primogenituræ jus natum ſupra d. eſt, quo fœminæ in pleriſque regnis & principatibus ab eorum ſucceſſione excluduntur, cùm fœminæ nubentes in alienam tranſeant familiam. Ac licet exempla non deſint, quibus probatur olim etiam terras filiabus dotis nomine aſſignatas, *Perſ. d. tract. c. 6. ad fin.* hodie tamen portio aliqua dominii regii iis aſſignari non ſolet.

Q. II. *Cum autem legitima dos filiæ debeatur, quæ legitima cenſeatur, quæri poſſet?* 85

Digitized by Google

n. Morem Regionis, numerum liberorum, quantitatem bonorum paternorum, ſtatum & conditionem inſpicienda eſſe, *l. l. 69. gener. de jure dot. l. filia 45. in fin. de leg. 3.*

86 Q. III. *Unde noviter orta controverſia in dotatione filiæ regiæ praciſè patrimonium Regis conſiderandum ſit? ita ut ſi dos data filiæ legitimæ bonorum paternorum non reſpondeat, filia de læſione conquerendi jus habeat?*

Cujus Affirm. ſequitur autor libelli *de pratens. reg. Franc.* qui dotem quinque centum millium ſcudorum filiæ Regis Hiſpaniæ ſub renunciatione ſucceſſionis promiſſæ incongruam eſſe aſſerit, & enormiſſimam læſionem prætendit, cui occurrit autor refutationis ſcripti Gallici *part. 1. capit. 3.* ubi ait, Jura Romana privatis ſcripta cauſis regiis non applicanda; cui accedit II. quod regnum ſit bonum quoddam publicum & velut alienum, nec in marſupio Principis, qui nec de eo diſponere poſſit. III. quod legitima ut & dos loco legitimæ competens ex cauſa ob conſervationem familiarum minui poſſit, utpote cujus quantitas ex diſpoſitione juris civilis determinata eſt *Gail. 2. obſervat. 122. numero 11.* prout olim fuit quarta, §. *igitur de in offic. teſtam.* dein in trientem & ſemiſſem jure novellarum prius aucta, *Nov. 18.* & cum dotium immenſa quantitate Principum domus exhauriri conſtat. Et hinc in multis familiis Principum Germaniæ certa dotium definita eſt quantitas, quam in præjudicium ſucceſſorum additione excedere non licet. In domo Saxonica Electorali dos filiarum eſt 30000. Imper. in Ducatibus verò Saxoniæ 10000. flor. Electorali Brandeburgico 20000. flor. Marchionatu Brandeburgico familiæ dos eſt 10000. flor Rhenenſium, in Haſſia 10000. flor. In Holſatiâ 20000. flor. In Ducatu Wirtenbergico, de Ducibus Juliæ ſuo loco dicetur. Filiabus Regis Sueciæ in dotem centum mille Joachimici dantur.

In Galliæ regno variatum fuit; nam Carol. V. Galliæ Rex Anno 1324. inſtituit centies mille coronatos cuique ſuæ filiæ in dotem Mariæ & Iſabellæ, & ſingulis poſtea naſcituris ſexagies millenos Francos ſeu coronatos Carol. IV. Reges Galliæ filiæ ſingulæ 400000. aureor. acceperunt, Carol. autem VIII. Rex Galliæ Anno 1395. promiſit octies centies mille Francos Iſabellæ filiæ ſuæ nupturæ Richardo II. Angliæ Regi.

Q. VI. *Huic vicina eſt quæſtio an data & accepta dote cum juramento renunciatorio juxta c. quamvis de pact. in 6. ſuper læſione agi poſſit?* 87

Cujus Affirm. proximis annis ex parte regis Galliæ defenſa fuit, Negativam autem ſuſtinuit Auctor ſcripti Refutatorii *c. 4. circ fin.* ad quos fit relatio.

Q. V. *An ſimiliter ubi jam primogenitura receptum eſt primogenitus pro appenagio fratrem & dote ſororum ſubditos collectare poteſt?* 88

Pro Affir. ſtat Vult. *vol. 3. conſ. Marburg. conſ. vet.* & ita in familia Würtenbergica ſervari tradit. Negat verò Cothom. *Vol. 4. conſil. 3. & 4.* pro Duce Holſatiæ, *Schütz. jur publ. vol. 2. de collect. diſp. 11. th. 5. lit. C. pag. 674.*

Q. VI. *An pro ſeipſo maritando?*

89

Licet dominus dotem non exponat ſed accipat *Schütz. diſſ. 11. lit. c. pag. 67.* Eadem tamen in donatione propter nupt. quæ in dote ſubeſt ratio, atque ita aliquando ſe vidiſſe refert Roſenth. d. loc. ſubditos pro ferendis ſumptibus dominis ſuccurriſſe, præfata tamen conſuetudo ſubditos, in hac cauſa collectandi, pro Q. VII. ita explicanda eſt, ut ante omnia dominus marſupium ſuum excutiat, & ſi mederi non poſſit, moderate ſubſidium charitativum petat. *Kock. de controv. c. 8. num. 42.* & ſi ærarium fortè injuria temporum vel alio caſu ſine ipſius culpa notabiliter exhauſtum ſit, & is vel 90

planè

Google

planè non vel non niſi difficulter aut cum gravi terum ſuarum deminutione filiam honeſtè elocare poſſit, cùm hæc res famam & honorem Principis,ac ſtatus publici tranquillitatem, conſervationem,& ſubditorum ſalutem, & conſervationem, ſæpe contingat.

91 Q. VIII. *An etiam concedendum Principibus, Comitibus actu non regentibus ſed abdicatis?*

℞. Neg. quia hi certa aliqua portione perceptâ ſuum jam ante conſecuti ſunt, adeò ſicut filiæ tempore elocationis dotatæ nil inpoſterum petant, *c. pacta. de pact. in 6.* Accedit quod appanagium ſit loco hereditariæ patris vel legitimæ, dos autem ſolvenda eſt ex bonis patris propriis. *Dederich. ad A. B.* prout & Appanagiatæ reliqua onera quæ imponuntur perſonæ pro prædio, ſolvere tenetur pro rata; rejicit hoc caſu diſtinctionem Vult.& Cothman. d. Dieterich inter appanagium proprium & improprium ſeu conventionale, licèt Lymn. *ad A. B. tit 15. obſ. 11.* æquum putet, ut habito reſpectu ad exiguitatem appanagii primogenitus ſecundogenitum in dotanda filia ſublevet, ad hoc tamen non poſſe cogi cenſeat niſi pacto familiæ vel teſtamento paterno hoc ei injungatur.

Poſita autem ſententia, quod primogenitus appanagiato ad hoc non teneatur de neceſſitate Juris,

92 Q. IX. *An appanagiati ipſi Collectas pro filia maritanda exigere poterunt?*

Diſting. *Springsfeld, de appanag. c. 11. num. 208. Schütz. vol. 2. diſp. Th. 5. lit. c. infin.*

93 Q. X. *Quid ſi ipſa filia patri ſucceſſit, an pro ſe ipſa maritanda extraordinariam hanc collectam exigere poterit?*

Affirm. Schütz. *vol. 2. diſp. 11. de Collect. lit. e. in fin.* cum enim Princeps id potuerit, magis poterit ipſa filia, quæ ut hæres patris in jus ejus ſucceſſit, ex quo propter quod unumquodque tale, idipſum magis tale ſit.

Q. XI. *Quid ſi autem ſubditis indicta collecta pro dote nondum ſit exacta, & per diviſionem interim alium dominum obtinuerint; an priori domino collecta ſolvenda?* 94

Affirmat: quia ei Jus quæſitum fuit ante diviſionem, quod per ſubſequentem diviſionem quæ ſtricti Juris eſt, tolli nequit, & obligatio nata eſt tempore indictionis & placitationis in diæta provinciali, ad quod reſpiciendum eſt, licèt terminus ſolutionis poſt diviſionem advenerit,atque ita Anno 1600. à facultate Jurid. judicatum fuiſſe refert Fritſchius *in diatribe capit. 8. num. 10. & ſeq.*

Q. XII. *An ob non ſolutam rectè collectam, vel profeſſionem facultatum inæqualiter factam, bona omittentis in commiſſum ipſo facto cadent?* 95

Id quidem præſupponunt aliqui non exigui nominis Jureconſulti, ſed veriùs eſt ejuſmodi ſtatuta Principis alicujus Imperii, ſtatuum vel Civitatis,tanquam ambitioſa non valere. Præterquam enim, quòd controverſia moveri ſoleat; an ſuperiorem recognoſcentes habeant jus confiſcandi. Certum eſt confiſcationem tantùm obtinere in caſibus à Jure expreſſis, quando autem pœna confiſcationis non eſt à Jure generaliter aut ſpecialiter ob delictum impoſita, non poſſunt gubernatores & Judices, qui non ſunt in ſuprema poteſtati conſtituti, contra Jura communia hujusmodi ſtatuta condere, *l. unic. ubi Angel. C. ne ſine juſſ. Princ. Farin. in prax. q. 25. nn. 19.* At confiſcatio in paucis tantùm caſibus locum habet, *N. V. 134. c. fin. Auth. bona damnat. C. de bon. damn.* inter quos,hæc omiſſio non recenſetur. Accedit, quòd contributiones Turcicas, (quæ tamen maximè ſunt privilegiatæ, & à quibus nemo immunis eſt,) defraudantes, & in totum non ſolventes, ultra pœnam dupli non puniantur, & ad hunc effectum mandata in Camera decerni ſoleant, *R. I. de Ann. 1594. §. Darüber.*

& *Anno* 1566. §. Und nach dem. & §. dawider auch / quæ mandata ſimpliciter pro actionibus in circulis factis etiam decernuntur, ſive Status etiam expreſſa conventione (qualis in circule Suevico facta fuit, Anno 1600. menſe Auguſto) in caſu moræ vel negligentiæ pœnam dupli ſtatuerint, ſive non, *Klock. de* Contrib *aſſ. R. I. Ratisbon.* Anno 1654. §. wurde aber deme alſo nicht nachgelebt.

96 Pro ulteriore declaratione priorum hujus Cap. ſubnecto frequenter motam controverſiam, qualiter Princeps à Cæſ. creatus ad ſeſſionem & votum Principis in Conſilio Principum Imperii pro ſe & poſteris admitti ſoleat:

97 I. Ubi ante omnia examinandum diploma Cæſareum ſuper principali dignitate à Cæſare clementiſſimè conceſſum, quod in omnibus majoribus & regalibus dignitatibus baſis & fundamentum eſt, ex quo colligi ſolet qualiter S. S. Cæſ. Maj. ob majorum vel propria merita ipſum inauguratum Principem vel ſolum, vel cum liberis, vel cum uno ſeniore maſculo ad hanc dignitatem evexerit.

II. Hoc ut publicetur & notorium fiat, non inconſultum prædictum diploma vel decretum Cæſareum, juxta ſtylum Imper. Electoribus, Principibus & ſtatibus certo modo & forma in ſpecie directorio Moguntino notificari, ut & per hoc Clementiſſima Cæſarea intentio ad effectum deducatur, prout hunc in finem Anno 1672. 29. Jan. d. Directorium admiſſionem Principis Schwartzenbergici ad ſeſſionem & votum in conſilio Principum præter alia intimari, & Auſtriacum Directorium in conſilio Principum proponi fecit.

III. Ad facilitandum hoc negocium, ne authoritas Cæſaris & reſpectus Principis recipiendi ad conſilium proſtituatur, aut in conſpectu totius Imperii periclitetur, vel vileſcat, conveniens eſſe videtur, ut Electores & Principes ſcripto ad hoc, quo hoc modo de receptione certitudo aliqua fiat, eorumque reſponſio examinetur; an per Majora proviſum ſit, nec minus duo Imp. Prælati & 4. Comitum Collegæ requirantur, ne quis præteritione contemtus videatur.

IV. His præmiſſis, iteratò Cæſareum adhortatorium ad Electorem Moguntinum, ut & aliud Cæſ. decretum ad Cæſareum D. Commiſſarium in Comitiis reſidentem dirigatur, quod fortè melius quam Memoriale in Comitiis exhibere.

V. Principale autem dependens à qualificatione principis, ſine quo omnis labor vanus & irritus eſſe ſolet, quæ in quibus conſiſtat, Imp. notitia & experientia Statiſtis nota non indiget prolixa deductione vel declaratione. Declarat autem Receſſus Imp. *de An.* 1654. *ad fin.* §. über dieſes. quæ qualificatio tam prioribus quàm præſentibus Comitiis requiſita fuit,

VI. Ad hanc autem qualificationem ex cit. receſſ. Imp. §. requiri ohnmittelbahre Fürſtenmäſſige Reichs-Gütter warvon dependiert der Fürſtenmäſſige Reichs- und Cameral-Anſchlag / ex quibus Principes ſe ſuumque ſtatum ut Princeps & Imperii onera belli paciſque tempore ſtatui ſuo convenienter gerere poſſit.

VII. Cum autem quæritur, quanti hæc bona in capitali & proventibus æſtimanda ſint, hæc quia apud Juris publici prudentes deciſa non reperitur, nec ego eam primus etiam per indirectum decidam, in qua ſuprema authoritas ſimul intercurrit.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXVIII.

De Archiepiſcopis in genere.

SUMMARIA.

1. *Cur Collegium Principum etiam perſonis conſtet Eccleſiaſticis?*
2. *Origo Hierachia Eccleſiaſtica?*
3. *Unde Archiepiſcopi dicti?*
4. *An exempti per legatum conſecrari poſſint?*
5. *Archiepiſcoporum jura.*
6. *Appellationes Suffraganeorum ad Archi-Epiſcopum.*
7. *Differentia inter Concilia Provincialia & Archiepiſcopalia.*
8. *Eorum Differentia quoad effectum.*
9. *Differentia inter ſtatuta Epiſcop. & Provincialia.*
10. *Statuta hæc an ligent etiam alium delinquentem in loco exempto?*

1 UTi Collegium Electorale ita etiam hoc Principum rectè ſimul Eccleſiaſticis conſtat perſonis; Cùm nullum fortius Reipubl. fundamentum ſit Religione, (& maxima in hominibus dona Dei ſint Sacerdotium & Imperium. *Nov. 6. in Princ. can. duo ſunt 10. diſtin. 96.* cujus authoritate etiam Ethnici animos plebis velut thyrſo quodam percutere ſolebant; Unde Numa Rex ſecretos cum Egeria Nympha congreſſus fingebat, *Livio lib. 1. & Floro teſtibus. Clapm. lib. 2. de arcan. re p. c. 1. lib. 3. c. 12. lib. 4. c. 21.* Hinc ad majeſtatem religioni conciliandam & adaugendam, in ſacri ordinis hominibus exornandis quaſi certàvit omnium gentium devotio, ita ut vix Reſp. eſſet, quæ non pro parte ab Eccleſiaſticis & religioſis perſonis ſimul gubernaretur, qui adſcitis in conſilium ſacris antiſtitibus tutius agebant, ad deos magis, quàm ſe quæ agebantur ſpectare rati; à quo aliarum gentium & majorum Zelo Germania non deſcivit, ſed devoto animo etiam ſub Ethniciſmi tenebris religionem & religioſos venerata eſt, *teſte Tacito de Morib. German cap. 7. numero 2.* Et Eccleſiaſtici ordinis Proceres regali dignitate poteſtate ſæculari ornavit adeò, ut Anno 1139. Arnold. quidam Brixianus, quòd Epiſcopis regalia competere negâſſet, in præſentia multorum Antiſtitum hæreſeos damnatus ſit. Ac licèt multis viſum ſit, non convenire, nec in una ſede morari Pſalterium & Citharam, Crucifixum & ſummam poteſtatem, Militem & Sacerdotem, Imp. & Paſtorem, Regnum & latibulum, Corporalia & ſacra, bellum & pacem, Cæſarem & nuncium, Dominum & ſervum, unde vix fieri poſſe putant, ut unus adminiſtrandæ utriq; provinciæ par ſit; Tamen hoc ſciendum quòd unus homo reſpectu diverſo diverſam perſonam repræſentare poſſit, *c. cùm Capella. de Privil. in 6. l. 15. §. 1. de adopt.* licèt id fortè multis difficile videatur, *argt. l. 9. de pact. c. Ex literis. X. de Probat. Geil. 2. obſ. 20. n. 8. Tiraq. de nobil. c. 28. n. 15.* Et Regnum in ſacris hiſtoriis ſacerdotio conjunctum fuiſſe, docet exemplum Melchiſedech, Samuelis, Eſdræ, qua de re actum *ſub. in c. de Elect. Eccleſ. in Gen.*

Quod Hierarchici Ordinis Archiep. & Epiſ- 2
coporum originem concernit eam non ſolùm ex veteri & novo teſtamento verùm etiam ipſis Gentilium inſtitutis Flaminibus deduxit Gratianus, *in c. diſt.*

in c. diſcretis. diſt. 21. Convenit enim inter Eccleſiaſticos ordinem ſervari ad vitandas confuſiones, *1. ad Corinth.* 1. *v. ult.* prout ipſa donorum varietas ordinem etiam expoſcit, *ad Epheſ.* 4. *v.* 11. *c. cùm tantum.* 47. *de Conſec. diſt.* 4. *l.* 1. §. *Cumq. C. de Vet. Jur. Enucl.* (quicquid oblatret Anabaptiſtarum furor ex *Matth.* 23. *v.* 8. *Luc.* 22, *v.* 26.) idque ad ſimilitudinem exercitus benè ordinati, *Cantic.* 6. *v.* 3. ad inſtar Corporis, *ad Epheſ.* 1. *v.* 23. cui Imperium Romanum ſuprà comparavimus. Navis gubernatore non deſtituendæ, *Matt.* 8. *v.* 24. 1. *Petr.* 3. *v.* 21. qui aliorum miniſterio ſubordinato eam dirigere, nec omnibus promiſcuè operas imponere ſolet, *Bellarm. lib de Rom. Pont. per tot.*

Archiepiſc. dicuntur, quaſi Principes Epiſ-
3 coporum, quia univerſæ provinciæ, ſub qua plures Epiſcopales civitates continentur, ſunt perfecti; Alias etiam Metropolitani vocantur, jure tam Canonico, *Caus.* 9. *q.* 3. *per tot.* quàm civili. *N.* 5. & 7. quod in Metropoli, id eſt, matrice aliqua civitate olim jam conſtituti ſint, *Duar. lib.* 2. *de ſacr. Eccleſ. miniſt.* Nec obſt. *c. Clerus. diſt.* 21. ubi à Metropolitanis diſtinguuntur, quia intelligitur textus de primitivis Patriarchis & Primatibus, quales erant Conſtantinop. Alexandrinus, Antiochen. Hieroſ. *Nov.* 131. *c.* 2. *c. renovamus. diſt.* 22. *Laurent. Ohm. de Jure Epiſc. con.* 15. *lit. c. Reinck. de reg. Eccleſ. lib.* 3. *claſ.* 2. *c.* 3, *n.* 21. Et hos Epiſcopi ſubjecti recognoſcere debent, *c.* 1. *dict. q.* 3. quia in partem ſollicitudinis Archiepiſcop. non plenitudinem poteſtatis vocantur, *d. q.* 3. Sic ab Epiſcopo ejuſque Officiali ad Archiepiſc. appellatur, *c.* 3. *in princ. de appel. in ſexto* non verò ab Officiali Epiſc. ad Epiſcopum, cum Epiſcopi & ſui Officialis idem ſit auditorium, abſurdum autem eſſet eundem ab eodem provocari, adeo ut contraria conſuetudo non valeat, *cap.* 2. *de Conſuet. in* 6. *Reinck. de Regim. Eccleſ. claſ.* 2. *c.* 13. *n.* 26. Item Archiepiſcopus una cum ſuffraganeo conſecrat ſuos Epiſcopos, vel jubente Metropolitano ejusdem provinciæ Epiſcopi ad minimum tres hoc munus conſecrationis obeunt, *c. ſi Archiepiſcop. X. de tempor. ordin. c.* 1. 2. 3. 4. *diſt.* 100. Archiepiſcopus autem ab omnibus ſuis ſuffraganeis conſecratur, Item, ſicut poſt Elect. Epiſcopus ab Archiepiſcopo confirmatur, *c. cum dilectus* 32. X. *de Elect* nec ante Eccleſiæ adminiſtrandæ Jus habet, *c. nihil* 44. X. *de Elect.* Ita Archiepiſcopus à ſuo Patriarcha confirmatur, niſi hic immediatè Rom. ſedi ſubjectus ſit, aut Papa ſibi ſpecialiter Epiſcopi confirmationem reſervaverit, ut fit in Germaniæ Epiſcopis, ex concordatis initis inter legatum S. Apoſtolicæ & Imp. Frider. III. ac Principes Germaniæ, approbatis per Nicolaum V. Papam Anno 1476. Cal. April. hi enim confirmationem à ſede Apoſtolica petere debent, *d. c. nihil.* §. *Cæterum.* Quamvis etiam alii inferiores à Papa eam petere poſſint, quia hic in poteſtate jurisdictionis cum quolibet Ordinario concurrit, *c. legatos de off. l. in* 6.

Q. *An exempti Epiſc. & Archiepiſcopi per legatum à latere in ſua provincia conſecrari* 4
poſſint?

Aff. *per c. cum ven. X. de Ecel. quia diligenti. de off. de leg.* niſi fortè per appellationem res ad Pap. eſſet devoluta, tunc enim legatus ſe immiſcere non poteſt, niſi renuntiatum eſſet appellationi abſque pravitate, antequam cauſa ſedi Apoſt. præſentata eſſet, *c. quamvis.* §. *cæterum.* & §. *ſeq. de Elect. in* 6. Non obſt. quod *in c. cupiunt de Elect. in* 6. dicitur, exemptos debere perſonaliter comparere coram Papa, alios ſuo jure cadere. *R.* Namque quod ſedes legati ſit ſedes Papæ. *Dd. in c. ſi Abbat. de E. in* 6. *per illum text.* qui text. per *d. c. Cupientes.* non videtur in dubio ſublatus, cum correctiones odioſæ ſint, & vitandæ, *l. un. de inoff. dot. l. præcipimus. in fin.* C. *de Appellat*, Boiis. *in addit. ad Mandag. cap.* 56. *pag. mihi* 107. Quamvis autem alias Electi ſe ſine confirmatione ingerentes adminiſtrationi quovis etiam prætextu, jus ex electione quæſitum ipſo jure amittant, *c. avaritia. de elect. in* 6. Specialiter tamen in Concil. Lateran. propter neceſſitatem & utilitatem Eccleſiarum conceſſum eſt, iis qui extra Italiam conſtituti ſunt, ut ante confirmationem adminiſtrare poſſint, *c. nihil.* 44. §. *Cæterum.* X. *de Elect. c. indemnitatibus.* 43. §. *ſi vero. v. cæterum, de elect. in* 6. qua in re tamen quatuor concurrere debent. I. Ut ſit ultra Italiam conſtitutus. II. Roman. Eccleſ. im-

Digitized by Google

cleſ. immediatè ſubjectus. III. Ut nihil alienet: Hoc tamen niſi legatus ſit in provincia, tunc enim talis Electus etiam ante confirmationem adminiſtrare non debet, *c. cum venerab.* X. *de Conſuet. Mandog. l. cap.* 56. *lit. a.* Quæ autem quantave Archi-Epiſcoporum ſit authoritas, videre eſt apud Steph. Quatant. *in ſum. Bullarii.*

5 Competunt autem Archi-Epiſcopo in ſubditos ſuæ diœceſis omnia, quæ Epiſcopis in ſuos ſubditos non tamen illi etiam in ſubditos aliorum Epiſcoporum, in hos enim nihil juris ipſe habet niſi quantum Canones permittunt, *c. paſtoralis* 11. X. *de off. ord.* ut eſt viſitare provinciam ſuam, *c.* 1. *& fin. de cenſib.* ſed cauſa cognita & probata in concilio provinciali, *concil.* 1. *Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 3. *§. ſi à Metropol. de Reform.* quo caſu & ſubditorum ſuorum ſuffraganeorum confeſſiones audire, abſolvere, iisque pœnitentiam injungere poteſt, *c. fin. de off. ordin.*

6 Appellationes quoque à ſententia ſuffraganei ſui ejusve officialis recipit Archi-Epiſcopus, *c.* 3. *de appel. in* 6. *c.* 2. *de Conſuet. in* 6. Quamvis autem à ſententia excommunicationis per ſuffraganeum lata provocatio non detur tamen rectè ad Archi-Epiſcopum recurritur pro eadem remittenda ſervata tamen juris forma, *c. ad reprimendam.* 3. X. *de off. ord. c. qua fronte* 25. X. *de Appel. cap. per tuas.* 40. X. *de ſent. Excom.*

7 Quemadm. autem concilia Epiſcopalia ſeu diœceſiana per Epiſcop. inter ſuæ Diœceſis Cleric. & Abbat. ejuſdem ut vocantur chriſmatis indicuntur quotannis ſecundum Canones, *c. annis diſtin.* 18. *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *§. fin. de reform.* ad quæ etiam exempti accedere tenentur, *Conc. Trid. c. fin.* alias Synodi dicuntur. Ita concilia provincialia inter Epiſcopos & alios Clericos ejusdem Provinciæ inſtituuntur olim quidem ſemel aut bis annuè, *c.* 6. 7. 15. *diſtin.* 18. ſed ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 2. *de Reform.* quolibet triennio per Metropolitanum aut eò legitimè impedito per Coepiſcopum antiquiorem. Tale fuit, quod celebravit Paulus in Mileto congregatis majoribus provinciæ Epheſinæ, *Actor.* 20. & poſt Apoſtolos primum fuit Carthaginenſe nationale, ſedente Cornelio, cui interfuerunt 217. Epiſcop in Africa, item Toletanum 3. nec obſtat, quod in eodem dicitur præcipit hæc Sancta & univerſalis Synodus. ℞. id diverſo reſpectu dici poſſe, univerſale ſcil. reſp. diœceſioni, & particulare reſpectu œcomenici, ſive totius orbis conciliorum quorum quatuor celebriora recenſentur, ad quæ ex toto orbe authoritate Summi Pontificis Prælati Eccleſiarum conveniunt, §. *inter cætera diſtin.* 15. *nov.* 131. *de Eccleſ. tit in princ. l.* 4. *&* 5. *De ſumm. Trin.* Provincialium enumeratio extat *in can. ſexta diſtin.* 16. & plura recenſet Severinus Binius Canonicus quondam presbyter Metropol. Colon. in tribus tomis Concil.

Et ſicut decreta conciliorum univerſalium 8 omnes, omnino Chriſtianos ligant, *c.* 1. *§. l. diſt.* 15. *c.* 5. X. *de conſtit. l. nemo.* C. *de ſumm. c.* 2. *§. ſtatuta de Conſtit in* 6. Epiſcopalia verò tantùm ſubditos Epiſcopi, ita provincialia tantum ſtringunt, in provincia exiſtentes, & quamdiu hi in provincia illi in diœceſi Epiſcopi moram trahunt, *c.* 2. *de conſt. in* 6. *l. fin. ff. de jurisd.* niſi hæc in corpus juris relata ſint, tunc enim omnes ligant, exemplum eſt in can. Concilii Provincialis Agrippinenſis *de quo in c. Eccleſiam.* 28. *de Conſ. diſtin.* 1. *item in c.* 7. X, *de temp. ordin.* ubi Contius pro Arelatenſi Agrippinenſi legendum monet; alia occurrunt *in c. ut filii.* X. *de c. Filiis presb. cap.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. X. *de reb. Eccleſ. non al.* Idemque obtinet, ſi decretum Concilii Provincialis per Papam approbatum ſit, *ut in c. de libellis diſtin.* 20. quia hæc parem cum decretalibus autoritatem habent: omnia enim noſtra facimus, quibus autoritatem noſtram impertimus, *l.* 1. §. 8. *ſed neque c. de V. I. Enucl. c. ſi Apoſtolica de preb. in* 6. taſe in *c.* 1. X. *locati.*

Duplicia quoque ſunt ſtatuta Epiſcopalia 9 & Archi-Epiſcopalia, alia edita in Synodo aut Concilio Provinciali; alia extra; licet enim Epiſcopus teneatur adſumere conſilium Capituli vel Cleri, *c.* 5. *de his quæ fiunt à præl. in Synodo,* poteſt tamen Epiſcopus contra id quod judicavit major pars decernere, & ejus ſtatuto ſi nudum eſt, *Paſſerin. in c. ut animarum. d. conſtit. in* 6. *numero* 5. 14. *&* 5. 17. Quo tamen edita ſunt in Synodo perpetua ſunt, nec mortuo Epiſcopo deficiunt.

Digitized by Google

10 Quær. *An eorum ſtatuta ligent delinquentem in loco exempto intra diœceſin.*

Diſt. vel exemptus deliquit intra diœceſin in loco non exempto,& puniri poteſt *c. veniens de Privil. in 6.* vel II. in ipſo loco exempto,& Epiſc. non ſubditur, *c. 1. de Priv. in 6.* III. Si autem ſubditus Epiſc. delinquet contra Epiſc. ſtatutum in loco exempto, nunc ab Epiſc. pœna ſtatuta puniri poſſe volunt aliqui; quia locus exemptus eſt intra limites diœceſis. II. Talis dicitur in diœceſi delinquere, III non videtur verum quòd locus exemptus comparetur loco extra diœceſin exiſtenti, cum extra diœceſin non poſſit Epiſcopus ſedere & alia facere, quæ poteſt in loco exempto, *Clement. fin. de Privil.* & IV. Quod non acquiritur Prælato ex privilegio, id cenſetur reſervatum Epiſc. ſed id non legitur Prælato reſervatum. V. intereſt, publicè ne delicta maneant impunita, *l. 51. ad l. aquil.* licet nonnulli diſtinguant inter exemptionem plenam & perfectam, quando Prælatus loci exempti exercet in eo Ordinariam vel quia juriſd. & locus ab ordinario eſt exemptus, & non plenam, ut caſu hoc poſteriori Epiſcopi jus & juriſd. fundata ſit, & ſic quando monaſterium regulare exemptum eſt, ratione perſonarum regularium, ſi laicus ibi delinquit, Epiſcopo tamen ſubditus eſt, *P. ſier in. in c. ut animſ. ſtatuto. q. 2. a. 3. p.* 180. cujus declaratio videri poteſt.

CAPUT XXIX.

De Archiepiſcopo Principe Salisburgenſi, ubi etiam de Biſontino & Ordin. Teut. Magiſtro.

SUMMARIA.

1. *Origo & antiquitas Epiſcopatus.*
2. *Quis primus Archiepiſcopus?*
3. *Quis primò Legatus natus?*
4. GUIDOBALDI *Salisb. Archiep. celeberr. & antiquiſſ. familia & Electio.*
5. *Legati natitituli qualis ſit?*
6. *Azorii ſententia rejecta.*
7. *An aliquando EE. numero adſcribendus fuerit olim?*
8. *Urbis Salisburg. antiquitas & nomen unde natum?*
9. *De ſtatua in arce repoſita*
10. *Sepulchrum Theophraſti*
11. *Curioſitas de Judæis cur efficta?*
12. *Quæſtio de ſacerdote impetito baptizante.*
13. *De quibuſdam Epiſcopatibus ejusdem Archiepiſcopatus.*
14. *De Epiſcopo GurZenſi.* ⎫
15. *De Epiſcopo Chimenſi.* ⎬ *Principibus.*
16. *De Epiſcopo Seccovienſi.* ⎪
17. *De Epiſc. Laventino,* ⎭
18. *De Abbate S. Petri.*
19. *De Eremiterio S. Maximi & ſociorum.*
20. *De Tranſlatione S. Amandi Epiſc. Wormat.*
21. *De Arch. Biſontino.*
22. *De urbe Biſontina.*
23. *De Ord. Teut. Magiſt.*
24. *Q. An iſti Equites Feudorum ſucceſſionis ſint capaces?*

1 POſt Electores Eccleſiaſticos & ſæculares hodie inter Archiepiſc. & Principes eminet Salisburgenſium Antiſtes S. A. Legatus natus; cui primum locum etiam ante Magdeburg. tanquam vetuſtiori deferendum cenſuit Goldaſtus, *in Polit. part. 373.* Antiquitas ejus ex ſequentibus facile apparebit

parebit; Traditur enim; Cùm an.ab orbe condito 1818.vel ſecundum alios 1788.poſt diluvium 155. vel 121. Tuiſco filius Gomer, Nepos Japheti, Pronepos Noë, primus Germanorum Rex cum 30. Heroibus ex Armenia in Europam & Germaniam conceſſiſſet, Anno 1965. ad Rhenum mortuus, à quo Teutſch è regione urbis Colonienſi, & Germani nomen acceperant. Inter iſtos 30. fuit ejus filius Heber, & alter filius Hiſter, qui inter Locham & Danubium ſedes fixerunt, poſt Hiſter Ribellinus, dein Raurus, & ejus filius Noricus regnavit, à quo regnum Noricum dictum, dein à Tiberio & Druſo redactum in Provinciam ab Oeno uſque ad Anaſum, alii in Sueviam ultra Oenum extendunt, ſub quo Auſtria, Paſſavium, Salisburgum, Carinthia, Styria, & pars Tyrolis diviſa in Ripenſe & Mediterraneum à duobus præſidibus Romanis gubernata fuit, quorum unus in Ripenſi Lauraco nunc ſupra Anaſum vulgo Ens in Auſtria, alter in Colonia ſolvenſi ad S. Vitum nunc in Carinthia reſidebat, fuit autem poſt Chriſti tempora naſcentis Eccleſiæ ſeu primo ſæculo Metropolis Laureaci, ubi S. Laurentius Martyr Marci diſcipulus primus Parochus, vel Epiſcopus extitit, ut carmina ad arcem Spilberg teſtantur:

Aſpicis exiguam non magni nominis urbem,
Quam tamen æternus curat amatque Deus,
Hæc de Lauriaco reliqua eſt, his Marcus in oris,
Cum Luca Chriſti dogma profeſſus erat.

Poſt verò Attilæ vaſtationem, Laureaco (ubi ultimus Epiſcopus Philo fuit) ſedes Paſſavium An. 616. demum à Leone III. Papa ad Iuſtantiam Coroli M. Anno 798. Salisburgum translata eſt, quem locum Juvavium tunc dictum, Imperante Martiano Cæſare Ann. 497. Attila Hunnorum Rex flagellum Dei dictus Germania, Francia, Italiaque devaſtata etiam occupavit, & exuſſit, ſed eo recedente Cives aliquot reparârunt præſidio intolerabili Hunnorum ejecto nomen habet Archiep. ab hac urbe primaria Salisb. Hæc Urbs Salisb. quæ ordinaria Celſiſſimi Principis ſedes eſt, & Metropolis Vetus Rom. fuit Colonia, ante vel circa Chriſt. natum condita, d. Juvavium vel Helffenburg, quia hic Romani contra Germanorum incurſiones in faucibus montium arcem munitiſſimum, quæ adhuc extat extrui fecerunt, ad quam milites refugium & juvamen haberent; Cùm autem Vidomarus Rex Oſtro Gothorum incurſâſſet Noricorum provincias, quod D. Severinus ex inſpiratione divina prædixerat, & eos qui erant in Patavia admonuerat, ut illum fugerent Juvavienſes, hæc contemnentes inopinatos ipſe oppreſſit; captâ & incensâ urbe populum captivum abduxit, & Maximum presbyterum, cum ſociis pluſquam 50. ex proximis rupium cavernis, quò fugerant (ſicut adhuc è regione Bibliothecæ S. Petri, juxta cæmiterium apparet locus) præcipitavit, ubi eſt Capella S. Amandi, nunc S. Margarethæ dicta, quòd licèt Hund. in annal. ut & Merian. in Topogr. Bavariæ referat ad annum 476. factum tamen fuiſſe Anno 478. probat ex antiquis manuſcriptis in ſuo Catalogo hic edito Reverendiſſ. Albert. 70. Salisb. Abbas, qui ann. 1626. electus multis annis conventui laudabiliter præfuit, inſuper Acad. Aſſiſtens perpetuus fuit. Aliquo tempore olim Salisburgum civitas deſerti inſtar fuit, barbaris autem pulſis reſtaurata per Theodonem Bavariæ Ducem, quod nunc Salisb. ex ſalis proventu dicitur: Cùm verò Theodo Bav. Dux Reginotrudam Theoberti Regis Francorum filiam duxiſſet, utriusque ſuaſu advocatus eſt Rupertus ex regali Francorum ſtirpe ortus, Epiſcopus ante Wormatiæ, indè à Beringario Arriano Tyranno pulſus, qui dictum Ducem cum filia Reginobutgi ſive Ratisbonæ aqua luſtrali lavit. Deinde poſſeſſionibus ac bonis donatus Rupertus acceptâ licentiâ Sedem Epiſcopalem Salisb. inſtituit primus loci Epiſcopus, anno 582. Eccleſiam cum Monaſterio Ord. S. Bened. & alterum Monialium in monte vicino extruxit; Cujus Sancti oratorium adhuc ad pedem montis extat. Poſtquam autem Rupertus hoc Epiſcopi munere per 41. annos functus eſſet anno 623. Dominica Paſchæ poſt miſſarum ſolennia à ſe celebrata ſanctè obiit, cui S. Vitalis, Virgilius, aliique virtute & ſanctitate celebres ſucceſſerunt. Habuit S. hic Rupertus fratrem Truibertum, qui ab Ortberto Alteburgi Comite Alſatiæ, & Briſacæ Land gravio an 642. benigne exceptus locum condendæ cellæ, & vallem, quæ cognomem Truitberti retulit, dono accepit. *Bucellin. in annal. p.* 31. qui & juxta Briſacum habitans occiſus, & ſepultus eſt, in cujus hono-

Digitized by Google

rem Monaſterium Benedictinorum ibi erectum, & caput argento incluſum ipſeque à Papa Stephano III. inter SS. relatus. De S. Virgilio traditur quòd in extructione templi pecuniam pro operariis in pelvim conjicere ſolitus fuerit, ex qua nemo plus accipere poſſet, quàm meruiſſet, (quod templum dein ann. 836. periit) Succeſſores in ſpecie Luipramus Corpus à Leon. IV. impetratum S. Hermetis, item S. Martini Epiſcopi templo reſtaurato intulerunt, quod demum alia vice igne ſublatum, cœptum operâ Marci Sittici (qui anno 1612. electus, 9. Octob. anno 1619. diem clauſit extremum) per Paridem Arch. Com. de Lodron. continuatum & conſecratum anno 1628, in præſentia multorum Principum, qui 13. Nov. anno 1619. electus, piè obiit 15. Dec. an. 1653. per Guidobaldum quidem extrema manus ut d. impoſita, ſed à præſenti Archi-Epiſcop. intrinſecè marmoreis altaribus & picturis ſplendide ornatum.

Arno X Epiſcopus & Abbas primus à Le-
3 one III. interventu Carol. M. creatus eſt Archiepiſcopus anno 792. vel ſecundùm Merianum an. 798. & juſſu ejuſdem Carol. ann. 806. vel ſecundùm Merian. an. 807. celebrata eſt hic Synodus. Idem Archiepiſc. exciſo Saxo per montem monaſterio vicinum rivum d. Alm. ab uno milliari ad S. Petrum, per monaſterii hortum deduxit, & per hoc ſingularem ſui memoriam reliquit poſteritati, quem montis meatum ſuſpenſa Albula aliquando curioſè intravi. * Sub eodem Archiepiſcopo titu-
4 lus Legati nati ortus traditur, in d. Catalogo: Sed Hund. & Merian. hoc tribuit temporibus Gebhardi XXVII. Epiſcopi, qui Papæ tantùm cum 5. aliis Epiſcop. in Germania adhæſit, ejuſque partes fovit, quando Henric. IV. Cæſar excommunicatus fuit circa an. 1075. ſed ejus nomen in d. Catalogo non reperitur. Poſt Archiep. Paridem præfuit laudabiliter Celſiſſ. & Reverendiſſ. Princeps Guidobaldus Archiep. & Leg. natus Illuſtriſſimo familiæ glorioſiſſimus lætiſſimæ patriæ feliciſſimus, auguſtiſſimus Princeps inauguratus 8. Cal. Octob. an 1654. Ex Comitibus de Thun, quorum antiquiſſ. familia an. ſalutis 360. cum D. Vigilio Rom. patriâ, Tridentinorum Sanctiſſ. Antiſtite & Martyre ex Italia in Comitatum Tyroleuſem & fines Tridentinos conceſſit, cui idem Virgilius in Epiſcopatum cooptatus Feuda conceſſit, ſervoſque homines addixit & adhuc iſta familia Trident. & Brixienſis Eccleſiæ Pincernam agit. Ex hac illuſtriſſ. familia Sigiſm. de Thun, in aula Maximil. & Ferd. I. Conſilio tantus fuit, ut pro Concilio Tridentino totius orbis celeberrimo Cæſareus orator legeretur; Aug. Imp. Ferd. III. à Chriſtophoro Simone de Thun, annos primum 13. natus didicit Imperator fieri ac continuo Magiſterio Conſilioque eſſe invictiſſimus. Nec Principis hunc Guidobaldi cum pietate & juſtitia conjuncta prudentia ultima virtus æſtimatur, ut Saliſb. optimè regatur & ſimul Comitia Ratiſb. quibus nomine Cæſ. Majeſt. legatione primaria fungens, Vicaria poteſtate, omnium S. R. I. procerum & ſtatuum applauſu, eâ dexteritate ſapientiâ & candore præfuit, ut boni ſucceſſus ſpes proximè affulgeat, cum æterna Imp. proſperitate & concordia: Is Eccleſiæ Saliſb. ſtructuræ extremam manum impoſuit turribus perfectis, & ambulatorio marmoreo eleganti, magno ſumptu adjecto, quo ex aula aditus eſt ad ipſum Eccleſiam, mirabili etiam fonte aream ornavit, aqua ex vicinis montibus ingenti expenſa ſive per meatus terræ, vaſallis & montis duriſſimas petras deducta. Viſitur hic fons juxta Palatium Archi-Epiſcopale & templum vicinum, in media area aquam uberrimè eructans.

Ad Legati titulum (qui Archi-Epiſcopis
his competit,) quod attinet, alii à legendo dici vo- 5
luit; quaſi publicè lectum, cujus opera uteretur ſuperior vel Papa; Verùm ſic non legatus ſed lectus dici deberet, ut proinde à legando potius vox derivetur; Legatorum autem ſedes Apoſtolica alios habet à latere, alios cum poteſtate de Latere, alios legatos natos: Legati à latere ſunt Cardinales, quos Papa ex urbe Roma mittit, vel ad certam provinciam, vel ad negocia cum Regibus, Principibus aut cum rep. aliqua tractanda, qui ita dicti ſunt, quòd quaſi à latere Papæ, cui aſſiſtunt, mitti ſoleant, *argt. l. quisquis C. de l. Iul. maj.* Talis fuit Cardin. Ginetti à Pontifice maximo miſſus ad Pacificationem Monaſter. & Oſnab. Legati cum poteſtate de Latere ſunt, qui non ex numero Cardinalium electi ſunt, ſed ſimili cum ipſis poteſtate funguntur. Talis fuit Fabius Chiſius Nuncius Apoſtolicus ad Patres inferioris Germ. & Provinciam Colonienſem: nec non ad tra-

ctatus

Digitized by Google

tractatus pacificationis miſſus, dein Summus Pontifex aſſumpto nomine Alexandri VII. Demum legati nati ſunt qui ratione Eccleſiæ cui præſunt, ſtatum ut ei præfecti ſunt, & creati præſules, id munus nanciſcuntur. Talis eſt Elector Colon. in Boh: Arch. Pragenſis, *Bald. lib. 4. conſ. 337.* & Celſiſſimus Princeps Arch. Salisb. eaque formula in ſubſcriptionibus receſſuum Imperii uſus eſt Matthæus Lang. Arch, Der heil. Römiſchen Kirchen Cardinal/ Ertz-Biſchoff zu Saltzburg/ und Legat des Stuls zu Rom. in Comitiis Ratisb. An. 1532. *v. Lym. in annotam. pag. 576.*

6 Ac licèt Azorius *p. 2. Inſt. Moral l. 5. c. 28. pag. 582.* dicat; Talis fuit olim Magdeburgenſis, ſed nunc eſt Salisb. Tamen à vero aberrat, quia Salisburgenſis multis annis ante hoc tempus fuit Legatus, ſic enim in receſſu 1532. legitur Albertus Der heil. Römiſchen Kirchen Prieſter Cardinal und gebohrner Legat zu Mäintz und Magdeburg Ertz-Biſchoff. Præter hæc tradit Lym. *in annot. ad art. 40. Capitulat Matthia pag. 576.* quod tum quia Magdeburgum ab aliquo tempore Archi-Epiſcopum non habuit, ſed tantùm adminiſtratorem, *juxt Winzler. de Jurisdict. Epiſc. Germ. c. 24. in fin. pag. mihi* 44. tum ſecundum Lym. *d. loc.* quia illæ Romanæ Eccleſiæ valedixit, quòd titulo legati uti noluerit, ne hoſtis ſui legatus videretur, quem ipſe Antichriſtum eſſe ſibi perſuaſum habebat, per conſequentiam primatum, vel depoſuerit vel amiſerit, (quamvis aliter hac de re judicet, *Laur. Ohm. de Iure Epiſc. Th. 13, lit. e.*) ut hinc Salisburgenſis primas Germaniæ ſit habendus, quod tamen non placet, *Schütz. Vol. 1. diſp. 8. Th. 5. lib. 6 pag.* 493. Quem primatum ab Ottone II. quem magnum vocant aliis primus eſt, (quod verum reſp. Imperatorum Germanorum) ſed propter Ottonem Sylvium; cujus vitam utpote octavi inter 12. priores Rom. Impp. ſcripſit Suetonius (non malè ſecundus nominatur) primum conceſſum eſſe, ait Olim. *d. loc. poſt Ioch. Steph. de jurisd. Eccleſ. l. 4. c. 5. n. 32.* alii verò Bened. VI. Papæ id tribuit. *Schüz. diſ. 8. de lit. b. Cud ſemius. c.* 18.

Hunc Archi-Epiſcopum aliquando Electo-
7 rum numero adſcribendum fuiſſe tradit Baron. demum tamen Electoratum obveniſſe Trevirenſi refert Lym. *in annot. ad art. 28. cap. Carol. num. 25. pagin. mihi* 295. Quia tamen hàc de re actum eſt ſupra. *c. de Elect. in gen.* & conſtit. Carolin. quoad EE. numerum clara eſt, quæ Imper. lapis angularis eſt, & Cynoſura perpetua, ſatis hic Archi-Epiſcopi Princ. & Legati nati titulis claret. Quamvis autem *juxta dict. ad c. de Archiepiſcopo in genere.* Archi-Epiſcopus in prima inſtantia non poſſit adiri per ſubditos ſuorum ſubjectorum Epiſcopatuum, poteſt tamen adiri per ſimplicem querelam ſi etiam eſt legatus natus, abſentibus aliis legatis, *gl. in p. c. 1. X. b.* & hoc quoque caſu ab Officiali Archi-Epiſcopi ad ipſum tanquam legatum appellari poteſt, d. c. 1. Id controverti autem ſolet, ſi Epiſcopus aliquid fecit ut ſedis Apoſtolicæ legatus, quod jure proprio facere poterat, an pars appellabit ad Archiepiſcop. vel Papam? Licèt in omni cauſa ſine medio appellari poſſit ad Papam *c. ad Romanam. 2. q. 6.* Regulariter tamen ab Epiſcopo ad Metropolitanum appellatur, *c. duo de off. ordin.* nec in hoc caſu tollitur jus commune cum legum correctio quantum poſſibile vitanda ſit, *l. percipimus. in fin. C. de Appell.* Si autem Epiſcopus non poterit procedere ut Ordinarius, ſed tantum ut Legatus, vel Delegatus Papæ ad Papam appellandum ait Fagan. *in c. ad audientiam. de Eccl. ædif. num. 45.*

Urbs in qua Princeps ordinariè reſidet, ab 8
aliis Adriani ab aliis Aurelii Antonini Colonia dicitur, quia utriuſque antiqua monimenta in ſcriptis & lapide extant, in arce ſtatuta eſt, quæ Antonini creditur, qui Adriano Cæſari percharus fuit, quæ à ruſtico è terra effoſſa & in monte Carinthiæ S. Helenæ dicto juxta Vitum An. 1502. ad dexteram ſtatuæ hæc leguntur: A POBLICIUS D. L. ANTIOC. TIB. BARBIUS Q. P. L. TIBER. id eſt: Aulus Publicius Druſi Libertus, Antiochus Titus Barbius quæſtores poſuere Laico Tiberio, ſed à Card. & Arch. Matthæo Lang, ibi collocata eſt.
* Quam ante annos vidi nunc autem cuſtodiæ in- 9
cluſa eſt: Sed à S. Ruperto Salinis renuentis fluvius & urbs nomine mutato Salſa & Salisburgum vocatur. In eadem arce d. Matthæus Lang. ciſternam fieri curavit. Et arci vicinum eſt monaſterium monialium, cui Erentrudis S. Ruperti ſoror Ann. 585. ut Abbatiſſa præfuit. Reſidentia Archi-Epiſcopal. ſpecioſè aulis & hortis ornata eſt. Spectabile ædificium eſt domus cum horto Mirabella dicta, item domus publica, die

Trinck-

Digitized by Google

Trinckſtuben / præter alios Helbrun hortus ab urbe non longe diſtans ſpacioſus & amænus fontibus, piſcinis, anatibus & aliis animalibus abundans, cui vicinæ Eremitarum cellæ una cùm damis muro incluſis ſpectatu omnia digniſſima.

10 In cœmiterio S. Sebaſt. Capella S. Gabrielis Italico opere facta, ubi Arch. Wolffgangus Theodoricus(Anno 1617. 6. Jan. mortuus) erecto Epitaphio ſepultus eſt. Item Sepulchrum Theoph. Paracelſi, ex Einſidel, quamvis alii Nobilem ex familia de Bombaſt, & baſtardum ex commendatore ordinis Teutonici in Eifflia velint, terræ mandatus cum ſuperſcriptione in lapide, quod lepram podagram hydropoſin, & alios morbos arte medica curarit, qui bona ſua diſtribui voluit inter pauperes mortuus Anno 1541. 24. Septem.

11 Curioſum hic eſt videre in muro Curiæ, vel domus civicæ juxta horologium, ſi oculos elevaveris in extremitate muri orientem verſus cernes procam ſaxo inſculptam mamillis dependentibus ſtare, non alio modo, quàm cum Scrophæ lactantes grunitu & ſcreatu blandiore lac nutrimentale procellis propinant; Habet autem ſub ſe tres puerulos Judaicos, quorum duo adverſa facie ſcrophæ ſugunt mamillas, tertius verò averſa facie ſub alvo ſcrophæ ad tranſeuntes apparet, & quia grandævus Judæus mitrâ Rabbinica ornatus ſiniſtra porcæ caudam elevat, & dextera pedem ſuis dextrum, in podicem limis oculis proſpectat, & neſcio quæ myſteria in Thalmud ſcrophæ rimatur tumultantes inteſtinorum flatus obſervans, ut horum edoctus oraculis, nova ad ſuos Judæos perferre poſſit. Quod factum ex lapide & affixum in ignominiam Iudæorum, qui aliquando hoſtiam ſacram & emptam conciderunt: Simile extat Wirtenbergæ, cùm à collegiis publicis per crates in cœmiterium tranſitur, Item Magdeburgi in templo magno Canonicorum, in eo Sacello ubi verſus occidentem Imp. Rom. Otton. I. oſtenditur, & in ducatus Anhaltini antiqua Soraborum urbe columna templi exteriori: Ejusmodi autem ſcripturæ Judæorum in deſpectum ipſorum e formari & locis publicis apponi cæperunt, ad exemplum Imper. Adriani, qui non ſolùm legem tulit, ne quis Judæorum in Jeruſalem à ſe reſtauratam, & à ſuo nomine Æliam dictam ingrederetur, cum ipſis Chriſtianis habitandam conceſſiſſet, ſed etiam, ne quis illorum ex locis ſublimioribus Paleſtinam ſpectaret, utque magis eos ab ingreſſu arceret vel deterreret, qua Bethlehem itur ante annos 1537. ab Anno 1662. retro computato, ſuem marmoream impoſuit, hoc terriculamento locis ſacris Judæos abigendos ratus, *Ita Majol. dier. Canic. p. 3. Colloq. 1. de Perſ. Iud. pag. 9. & 10.* cum Judæi à porcis abhorreant, unde Herodis porcus quisquis eſſe maluit, quàm filius, & vulg. proverbium eſt, Er iſt ſo angenehm als eine Sau im Juden-Hauß. Plura conſulto omitto, quæ hic quotidie occulis obvia & quia quotidiana ſunt, parum curantur, aliis autem paradoxa & adynota videntur.

Hic vel Paſavii imperitus linguæ latinæ baptizaſſe dicitur puerum in nomine patria & filia &c. 12
quem baptiſmum cum Bonifacius non valere, at Virgilius & Sidonius valere ſuſtinerent, horum ſententiam probavit Zacharias Papa. *c. retulerunt. 16. de conſecr. 4. ubi vide notas.* Aventinus refert, quòd orta controverſia inter Philippum Ducem Carinth. quem Papa renuebat, & Ulricum Secovienſem Epiſc. de Archiepiſc. Saliſb. cum Henricus Bavarꝰ pro hoc urbem Saliſb. obſediſſet, de die ſereno cœlo fulmen in exercitum Bavaricum decidiſſe, quo territus Bavarus urbem obſidione ſolvit, & Philippus Arch. manſit, poſtea factus Patriarcha Aquilegienſis. Anno 1570. frumentum hic de cœlo pluit. Anno 1573. 16. Auguſt. in ſalis mineris Halleanſibus inventus eſt homo ſtatura novem ſpitamatum in viſceribus montis ſub terra ad 6300. pedes. Plura tradit Hundius notatu digniſſima.

Illud hic minimè ſilentio involvendum, quòd in hodierno Principe Archiepiſcopo Maximiliano Gandolpho ea eſt omnium virtutum congeries, ut ſponte in ſe accendat civium amorem, ſubditorum devotionem, exterorum cultum excitet muſarum ſtudia, quæ ut & alia exercita hic plurimum florent, dum non tantùm ædificia publica cum aula inſtaurat, ſed etiam ea conſervat, & gubernat, inſuper nova templa & notanter in Plan ſumptuoſè ſtruit, Univerſitatem quoque ſua ſollicita cura ſibi Clementiſſimè commendatam ita habet, ut rectè alter Patronus dici poſſit

Digitized by Google

poſſit, ex illo vulgato: Omnia noſtra facimus, quibus authoritatem noſtram impertimus.

13 Præter alios Epiſcopatus, qui Salisb. Archi-Epiſc. Jure ſubſunt, de quibus intra ſuo loco, ſunt Gurcenſis, Chiemenſis, Seccovienſis, Lavantinus Epiſcopatus, de quibus hic ob connexitatem paucis agemus.

14 De Epiſcopatu GURCENSI conſtat Gebhardum Salisb. Archi-Epiſcopum & Ecclеſ. Admontenſis fundatorem Cathedræ hujus Epiſcopalis in Carinthiæ loco Gurca dicto, auctorem fuiſſe interveniente autoritate Apoſtol. Alexandri II. Papæ Ann. Chriſti 1070. ubi in Eccleſia S. Mariæ prius congregatio fuit ſanctimonialium, approbante Imp. Henrico, An. 1072. 2. Novemb. Ratisbonæ, cum hac reſervatione, ut hic Epiſcopatus Eccleſiæ Salisb. nunquam ſubtrahatur nullusque hujus loci Epiſcopus quandoque vel per inveſtituram, vel quocunque modo conſtituatur niſi quem Archi-Epiſcop. Salisb ejusque Succeſſores promptа voluntate elegerint, ordinaverint & conſecraverint, quæ Apoſtolica & Imperialia diplomata tranſcripſit Hundius, *in Metr. Salisb. p. 7. & 78.* Licet deinde inter Ferd. I. Imp. & Archi-Epiſc. Salisburg. per tranſactionem conventum dicatur, quòd vacante quocumque modo Epiſcopatu domus Auſtriaca ſucceſſivè duos Epiſcopos & tertium Archi-Epiſcop. Salisburg. nominare poſſit, ita ut Salisburg. nullum nominet domui Auſtr. ingratum, nominatus autem poſſeſſionem Epiſcopatus in perſona à duce Carinth petere debeat, datis certis reverſalibus, ſemper tamen Epiſcopus hic Archi-Epiſcop. Salisb. præſentatus, ab eo in ſpiritualibus dependeat ſoluta taxa 100. Ducat. in Canc. Primus Epiſcop. Udalscalcus obiit An. 1123. *Hund. p. 13. in Metr.* Secundum alios Guntherus, alios Altmanus, interque Succeſſores Epiſcopus etiam Hieronymus Balbus Italus Poeta. Item Antonius de Hoyes Hiſpanus Gabrielis Salamanca Comitis de Ortenberg cognatus recenſetur apud Lazium *fol. 10; 6.*

Hujus Epiſcopatus Civitas Strasburg ad aquam Gurck ſita juxta præaltum montem in quo Epiſcopi eſt reſidentia, ut & Præpoſiti in Gurck, ab Epiſcopo ex familia de Lamberg extructa eſt, Comites de Kettſchach Gurck usque ad Comitem Wilhelmum poſſederunt, cujus conjunx fuit Hemma Marquardi Carinthiæ Ducis filia, vel ſecundum alios Comitis de Perlſtein, qui cum duos haberent filios & hi interfecti eſſent, Comes vero Eremiticam vitam aſſumſiſſet, prædicta Hemma Monaſterium pro Virginibus extruxit & locum Eccleſiæ Salisb. donavit.

Cum autem Gebhardus Comes de Helffenſtein in juventute Studiorum gratia Pariſios miſſus cum Altmanno & Adelberone conſodalibus ſpeciali familiaritate ibidem contracta, de futuro vitæ ſtatu in diſcurſum incidiſſent, Altmannus ad Epiſcop. Paſſavienſ. Adelbero Herbipolim, Gebhardus ad Salisburgenſem inclinationem oſtendens, ſinguli ſe monaſterium erecturos ſi inclinatio effectum ſortiretur ſe reſolverent, & hic quidem in honorem S. Blaſii, Altmannus autem factus dein Paſſavienſis Epiſcopus, ex familia Ducum Saxoniæ in inferiori Auſtria Gothwich Monaſterium fundavit, Adelbero Comitis Arnoldi de Lambach Schardingen Neuburg &c. filius Epiſcopus creatus Herbipoli Monaſterium celebræ Benedictinorum in Auſtria ædificavit ibidem Ann. 1090. ſepultus, quod jam à Reverend. DD. Placito Abbate Lambacenſi, Univerſitatis Salisb. Præſide p. t. Laudatiſſimo una cum templo reædificatum eſt. Gebhardus vero an. 1055. 4. Martii ſacerdos ordinatus Cæſaris Henrici III. ejusq; filii Henrici IV. Cancellarius poſt mortem Balduini Arch. Salisb. ſub Nicolao II. introniſatus Ann. 1060. 31. Maji, & titulo Legati nati Anno 1062. præter conceſſionem Pallii, pro ſe & ſucceſſoribus proviſus eſſet, Ann. 1063. in Concilio Lateranenſi comparuit, prædictum autem Monaſterium Virginum in Gurck ab Hemma ut d. fundatum in Eccleſiam Cathedralem Pontifice & Alexandro II. Imperatore Henrico IV. aſſentientibus convertit.

Poſtquam à S. Virgilio fundatus Epiſcopatus in Saal dictus poſt obitum Modeſti I. Epiſcopi Theodori II. ſub Arone Archi-Epiſcop. Salisburg. Ottone III. Oſwaldo IV. & ultimo præſulibus circa annum Chriſti 870. ſub Archi-Epiſcopo Adalvino extinctus eſſet bona autem ab Henrico ut d. donata, partim huic Epiſc. partim Monaſterio Admotenſi à ſe condito an. 1074. appropriavit. Carinthios quoq; & Styros ad decimas ſolvendas diſpoſuit, D. urbs Strasburg. an. 1163. à Conrado

Digitized by Google

rado Finck Epiſcopo in bello cum Hermanno de Ortenburg quæ intruſo Epiſcopo Gurcenſi ſine conſenſu ordinarii obſeſſa fuit, & ipſe Hermannus Epiſcopatum & arcem relinquere coactus fuit, arce combuſta, quæ dein reædificata fuit.

Poſtquam ultra annos ſexcentos hæc Cathedra continua ſucceſſione præſulum ad hæc usque tempora derivata & laudabiliter adminiſtrata floruit, noviſſimè per deceſſum Reverendiſſimi & Illuſtriſſ. Principis Wenceslai Paſſavienſis & Gurcenſis Cathedralium Eccleſiarum Epiſcopi ultimi & immediati poſſeſſoris Ann. 1673. in Januar. Celſiſſim. & Reverendiſſ. Princeps Maximilianus Gandolphus Archi-Epiſcopus Salisburgenſis Jure ſibi ex Apoſtolicis indultis & conſuetudine competente in ſucceſſorem & Epiſc. Gurcenſem clementiſſimè denominavit & de hac Cathedra providit Reverendiſſimo & Illuſtriſſ. D. D. Polycarpo ex Illuſtriſſ. Comitibus de Khũenburg, Eccleſiæ Metropol. Salisburg: Præpoſito & Archi-Presbytero commemorati D. Archi-Epiſcop. &c. Conſiliario intimo, Vice-Domino in Friſach, &c. Et quia Eidem Archi-Epiſcopo Confirmatio & Conſecratio Epiſcopi pleno jure perpetuis temporibus competit mox ceſſantibus legitimis impedimentis, hoc an. 1674. 20. Februarii prævia ſufficienti inquiſitione & formato proceſſu etiam ſuper vita & moribus aliisque requiſitis de ſuper confecto inſtrumento ſuper nominatione & proviſione prædicta, in conſeſſu Reverendiſſ. Illuſtriſſ. Principis Franciſci Epiſcop. Chiemenſis, Reverendiſſ. Prælati ad D. Petrum omniumq; DD. Canonicorum, nec non in præſentia numeroſa Comitum Baronum aliorumq; aulicorum ſpectatorũ, præſtita inprimis fidei profeſſione, Juramento evitatæ Simoniæ, confirmatio ſolennis & inveſtitura ſubſecuta eſt, per Rochetti & Byrethi impoſitionem ac annuli traditionem, conceſſa Eccleſiæ vacantis adminiſtratione in nomine Patris & filii & Spiritus Sancti, &c. præſtito poſtea etiam à Domino confirmato Juramento fidelitatis & obedientiæ ſive homagio.

Idque Juris communis Feudalis diſpoſitioni conſonat, quamvis enim dubium fuerit quid præcedere debeat an inveſtitura fidelitatem, an fidelitas ſive homagium ipſam inveſtituram propter textum amphilologicum *in con. 2. Feudin. 4. quid præcedere debeat*, ubi dicitur inveſtituram debere præcedere fidelitatem, quod non minus ambiguum eſt quam illud oraculum Delphicum: Ajo te Ajacidem Romanos vincere poſſe, verùm tamen ex ordine titulorum Feudalium conjectura ſumi poteſt ubi cum primo actum eſſet qui ſub inveſtitura, poſtea prius de forma fidelitatis agatur, ac licet feuda à militia traxerint ortum, in militia autem ordo ſervatus fuerit ut primum nomen profiteretur miles, tum juraret tum in numerum referetur, tandem cingulo militiari accingeretur, *l. Ex eo tempore 42. de teſtam. mil.* Communis tamen ſententia eſt Feudiſtarum diſtinguentium, quod ſcil. in Feudo novo inveſtitura abuſiva quæ fit per traditionem annuli, vel ſimili modo præcedat Juramentum & hoc ſequatur, Ea vero quæ propria eſt & realis ſequatur juramentum, *Laudens. ad tit. cap. nu.* 1. quod quidem obſcurè inſinuatur *in d. c. num. 2. Feudin.* 4. declaratur tamen *in c.* 1. §. *fin.* de nova forma fidel. ubi dicit Obertus quod facta inveſtitura (verbali ſcil.) & fidelitate ſecuta, omnimodo cogatur Dominus inveſtitum in vacuam poſſeſſionem mittere quæ eſt inveſtitura realis ex hac ratione quia à Domino ut à primo fonte hoc negocium incipit, qui caput rei eſt & agens, ideoque ut prior ex ſua parte ad implendum contractum tenetur, *fac. l. Iulianus §. offerri de act. Empt. l. argentarius §. ediſſ. de Edend. l. naturalis § quid ſi ſacra de praſ. Verbis Hotom. diſp. Feud. 23. Duar. c. 7. n. 9. Weſemb. de Feud 18. in pr.*

Ita tamen ut ordine hoc non ſervato vel inverſo actus totus inveſtituræ non vitietur, *l. tutor p. de hered inſtit. §. ante heredis L. de Legat. ad Vult de Feud. lib. 1. c. 7. n.* 41.

Ubi nunc ſciendum quod antiquiſſima hæc domus Khũenburgica Superiori Sæculo, Eccleſiæ Salisburg. duos Archi-Epiſcop. ſuppeditarit, namque poſt deceſſum Erneſti Archi-Epiſcopi Salisb. DD. Capitulares Michaelem, Salisb. & Paſſavienſis Eccleſiarum Canonicum in 50. Archi-Epiſcopum & 59. Epiſcop. inſignem Cathedræ propugnatorem elegerunt an. 1554. Qui an. ſeq. 1554. ipſo trium Regum feſto ſolenniter introductus

Digitized by Google

ctusComitiisAuguſtanisAn.1559. perſonaliter interfuit, Sereniſſ. Bavariæ Duci Alberto adeo gratus & familiaris, ut hic incognitus 20. Febr. Anno 1557. in Bacchanalibus Salisburgi in aula Archiepiſcopum inviſeret, ipſe etiam Ducem An. 1560. in venatione aprorum reviſeret, à quo cum diſceſſiſſet Sylvam ingreſſus in ſua Rheda apoplexia tactus obiit. Salisburgum tamen ductus ſolenni ritu in Eccleſia Cathedrali ante S. Ruperti altare ſepultus, poſtquam ſex annos minus duobus menſibus in Cathedra ſediſſet.

Nec minus mediante tantum 51. Archiepiſc. Joan. Jacobo Khuen, &c. primò hujus Coadjutor factus Reverendiſſ. D. Georg. de Khüenburg, &c. ſimul 23. Præpoſitus in veteri Ottingen in 52. Archiep. Salisb. electus eſt, cui tantum 16. Septimanis Cathedræ præeſſe licuit, præmaturè 25. Febr. An. 1587. ex hac vita evocato. cui propter ſingulares qualitates nemo non longiorem vitam optaſſet.

De Maximiliano Gandolpho ex Comitibus de Khüenburg Archiepiſcop. Salisb. aſſumpto ex Epiſcopo Seccovienſi ſup. d. Hac occaſione, quia Princeps & Epiſcopus hic Gurcenſis Metropolit. Salisburgenſis Præpoſitus eſt id ſciendum, quod licet *in Extrav. ad Regimen. v. rurſus de præbend.* beneficia promotorum ad Archiepiſcopalium vel Epiſcopalium Eccleſiarum Regimen tempore promotionū de ipſis factarum obtinebant, ordinationi & diſpoſitioni Apoſtolicæ reſerventur.

Quibus accedit quod major dignitas poſt Epiſcopalem vel Archiepiſcopalem in cathedrali & Metropolica Eccleſiis ſemper vacet Papæ juxta *Concordata Germaniæ inter Sedem Apoſtol. & Frid. III. Imp. ac Principes Germaniæ ex una & altera parte inita in §. de cæteris dignitatibus.*

Præſupponitur autem & notorium plane, dignitatem Præpoſiti in Salisb. Metropol. poſt Archiepiſcopalem eſſe primam cum habeat prærogativam in Stallo chori & voce capitulari, *per tradita à Chockier. ad Reg. 3. Cancell. n. 19. poſt Mandoſ. ad d. Regulam q. 3. & Rot. citatam à Mandos. deciſ. 401. in notis.* Hoc tamen non obſtante omnibus vacaturæ caſibus ſine reſervatione Apoſtolica Capitulo Metropolitico Salisburgenſi jus eligendi præpoſitum competere probant ſeqq. conſiderationes & rationes.

I. Quod nec Jure Can. in decretalibus Sexto aut Clement. cautum reperiatur Præpoſituras dictis modis vacantes Papæ reſervandas; ſed potius in caſu promotionis diſpoſitum ſit contrarium, & quod poſt promotionem ad majorem dignitatem ei ad quem alias ſpectabat proviſio libera diſponendi Facultas ſpectet, eique competat, *text. c. cum in cunctis 7. §. cum vero* X. *de Elect.* quidquid poſtea per Extravag. & concord. *cit. loc.* inductum ſit. Præterquam enim, quòd cit. Extravagans cum Bened. XVI. conditore ſuo expiraverit, ut ex ejus contextu palam eſt ibi, & qui per Nos ſeu Authoritate Noſtra, & ibi proviſioni Noſtræ, & ibi donec Miserationis Divinæ Clementia Nos Universalis Ecclesiæ Regimini Præsidere Concesserit, &c. reſervamus. *Ita Alphon. ius apud Chockier. ad Reg. Cancell.* 24. *n.* 2. eo quod voluntas morte expiret. *c. ſi gratioſe de reſc. in* 6. *per trad. Chock. ad reg. 1. Canc. lit. c. p. mihi.* 18. *& ad reg.* 8. *gl.* 5. *pag.* 90. *& ad ſeqcæm. n.* 8. ut non dicam Extravag. per Concilium Baſileenſe abolitam, ut ait *Rebuff. in prax. benef. de reſerv. tam general. quam ſpecial.* Ad hæc quidquid ſit tam de Extravagant. quam Concordatorum reſervatione Apoſtolica, eas Capitulari electioni nihil obſtare facit Bulla Pii II. Anno 1459. Calendis Majii emanata, in qua ſua Sanctitas declaravit & decrevit:

Præpoſituram Saliſburg. Eccleſiæ non deberi cenſeri diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatam dici, nec propter Concordata Germaniæ, nec etiam pro eo quod nuper dilectum filium Burchardum de Weisbach, Præpoſitum Eccleſiæ & Sedis Apoſtolicæ Notarium favorabiliter creaverit, ſeu quod omnes dignitates in Cathedralibus & Metropolitanis Eccleſiis poſt Pontificales majores tunc vacantes & in ea vacatura collationi & diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatæ ſint, ſed Decano Capitulo & Eccleſiæ Salisburgenſi Ordinis S. Auguſtini in favorem dictæ religionis & Eccleſiæ ex certa ſcientia veſtigiis prædeceſſorum & antiquis privilegiis per Sedem Apoſtolicam ſuper hoc etiam gratioſe conceſſit & indulſit. Ut quam primum Præpoſituram d. Eccleſiæ, quæ inibi poſt Pontificalem major exiſtit, per ceſſum aut deceſſum aut aliam quamcunque dimiſſionem præfati Burchardi aut promotionem

ipſius, ad majorem quamcunque dignitatem, aut quoties eandem præpoſituram DEINCEPS QUOVIS MODO, aut ex alterius CUJUSCUNQUE PERSONA vacare contigerit, perſonam, quam ad id utiliorem ſeu neceſſariam reputaverint, in eorum & d. Eccleſiæ Præpoſitum, per Electionem & poſtulationem Canonicam aſſumere libere & licite poſſint ac valeant, in omnibus per omnia, perinde ac ſi Concordata & Erectio prædicta nullatenus emanaſſent, nec in futurum emanarent, non obſtantibus Concordatis & creatione ac reſervationibus præfatis nec non conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcunque, quæ Bulla Pii II. Anno 1651. 24. Maji cum cauſæ cognitione autoritate Apoſtolicâ per utriusque ſignaturæ Sanctiſſimi D. N. Papæ Referendarium nec non Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalem Auditorem ab eodem Sanctiſſimo D. N. Papa ſpecialiter deputatum, emanato monitorio cum clauſulis ſalutaribus, perinde ac ſi jam emanaſſet approbata & confirmata eſt ſub graviſſima comminatione pœnarum adverſus & contra moleſtatores ac contradictores quoscunque inferandarum.

Ex cujus quidem prioris Bullæ dato cum Concordatorum meminerit apparet eam concordatis poſteriorem eſſe, & recentiorem, cum concordata inita fuerint ſub Nicolao Papa Anno Salutis 1447. Calend. April. Bulla verò Pii II. An. 1459. 12. Calend, Majus emanârit.

Ut proinde ſicut leges priores per poſteriores tolluntur, *§. pen. de Jur. nat. l. non eſt novum 26. de ll.* In Apoſtolicis quoque Conſtitutionibus prior per poſteriorem contrariam revocata intelligitur etiam prioris nulla facta mentione *c. licet. 1. de Conſtit. in 6.* Ita etiam Concordatis & Extravaganti ad regimen (ſi tamen adhuc vim habuiſſet) per Bullam Pii II. derogatum cenſeri debeat.

Hocque multo magis in hac facti ſpecie obtinet, quia poſterior conſtitutio prioris expreſsè meminit eique derogare voluiſſe oſtenditur, ejusque tenor in eâdem narratur per tradita Gomes. *in fin. proœm. ad Reg. Cancell. Germani. in c. cum non deceat. de Elect. in 6.*

Prout in d. Bulla fieri ad oculum patet quòd autem Pontifex dd. Concordatis Germaniæ in ſui præjudicium derogare poſſit & favori ſive reſervationi renunciare, non videtur dubium, cum id quod privato conceditur *l. pen. C. de pact. l. quaritur. §. ſi venditur ff. de ædilit. Edict.* Pontifici non ſit denegandum, ne ſcil. deterioris ſit conditionis quam quisque privatus, *l. Barbarius 3. in fin. de offic. prætor.*

Neque dici poteſt ſæpe citatam Bullam Pii II. gratiam tantum perſonalem continere aut in favorem Burkardi de Weisbach tunc temporis Præpoſiti conceſſam, ideoque cum perſona d. Burkardi gratiam quoque interiiſſe, prout indulta perſonalia cum perſona ipſa expirant nec perſonam excedunt nec ad Succeſſores tranſeunt. *l. 1. §. permittitur ff. de aqua quot. l. ætatem §. rebus. l. forma. §. quanquam 3. de cenſib. c. privilegium de R. J. in 6. c. cum ceſſante de appellat. junct. l. in omnibus 68. de R. J.* Nam illud indultum reale eſſe hinc patet.

I. Hoc enim reale cenſetur, quod in favorem rei, loci civitatis aut Eccleſiæ conceſſum eſſe apparet. *d. l. ætatem & l. forma de Cenſibus.* At hoc indultum emanavit in favorem Eccleſiæ Salisburgenſis, & intentio Papæ fuit promovere proſperitatem & ſucceſſum inſignis & præclaræ Eccleſiæ Salisburgenſis, quæ perpetua eſſe cenſetur. *l. proponebatur ff. de judic. c. ſi gratiosè de Reform. in 6.*

II Dicitur indulto conceſſum hoc beneficium in favorem Religionis S. Auguſtini, cujus Ordinis d. Eccleſia eſſe aſſeritur, beneficium autem in favorem Ordinis vel Religionis inductum non perſonale ſed reale eſſe hinc evincitur, quòd Canones & Canoniſtæ uno ore aſſerunt, privilegium fori competens Clericis non eſſe renunciabile, quia non eſt conceſſum favore Clerici ſed reale, uti inductum in favorem totius ordinis Clericalis. *c. ſi diligenti X. de Foro comp.*

III. Papa conceſſit hoc beneficium veſtigiis ſuorum prædeceſſorum & antiquis privilegiis ſuper hoc gratioſè conceſſis inhærendo, antiqua autem prædeceſſorum privilegia non potuerunt eſſe concepta in favorem Burkardi, qui tum in rerum natura non fuerat. Ergò ſicut iſta realia fuerunt, hoc quoque reale eſſe neceſſe eſt ex natura æquiparatorum, de quibus idem judium facit. *l. ſi quemquam in fin. C. de Epiſc. & Cler.* Nec improbabile eſt per prædeceſſores intelligi Conſtit. Alexand. III. ex Concilio Lateranenſi Corpori Juris inſertam. *in cit. c. 7. v. cum vero X. de Elect.* ubi de promoti beneficiis libera diſponendi facultas

iis

iis permittitur ad quos beneficia ejus aliàs ſpectabant, ut per hanc Bullam, quæ non eſt nova conceſſio ſed antiqui Juris Eccleſiæ prius competentis renovatio, redeatur ad priſtinum Jus commune Canonicum, & Concilium Lateranenſe (an. 1179. celebratum) & meritò ceu favorabilis pleniſſimam interpretationem recipiat *l. ſi unus §. pactus cum ſeq. de Pact. Chockier. ad Reg. Cancell.* 8. *n.* 11. Eoque magis quia privilegia Papæ & Principis aliàs latiſſimam recipiunt interpretationem in præjudicium concedentis, *l. beneficium* 3. *ff. de Conſtit. Princ. colum.* 16. *de V. S. Alexandri Cons.* 110. *lib.* 3. *Surd. Conſ.* 110. *n.* 72. *Rota deciſ.* 4. *in novis.*

Præſertim ſi conceſſa ſint motu proprio & non ad partis poſtulationem, ut hoc conceſſum eſt à Pio II. nemine petente & ex certa ſcientia. Ac licet Bulla principio generaliter concepta ad favorem Eccleſiæ poſtea circa medium dirigatur etiam ad perſonam Burkardi Præpoſiti, tamen verbis proximè ſequentibus rurſus ut in principio generaliter extenditur, ibi NB. & quoties eandem præpoſituram & N. B. deinceps (ſive etiam dudum motuo Burkardo) quovis modo N. B. ſive per ceſſum aut deceſſum ſive promotionem, aut NB. ex alterius cujuscunque perſona (ſive præter Burkardum) vacare contingerit, perſonam quam ad id utiliorem ſe neceſſariam reputaverint, in eorum & d. Eccleſiæ præpoſitum per electionem & poſtulationem Canonicam aſſumere habere & licitè poſſint & valeant NB. in omnibus & per omnia, &c.

Quibus accedit quòd optima legum ac conſtitutionum interpres eſt conſuetudo ſeu obſervantia, *l. ſi de* 37. *ff. de ll.* etiam in privilegiis & indultis Apoſtolicis, *Corn. Conſ.* 193. *n.* 10. *Hondad. Conſ.* 92. *n.* 28. *lib.* 7. *Seraphin. deciſ.* 507. *n.* 2. *Cavalc. deciſ.* 80. *n.* 4.

At non tantùm præteritis temporibus & vi hujus Bullæ ad ducentos annos ſed etiam ante eam ex Juris communis diſpoſitione, & ſuper hoc gratiosè habitis Apoſtolicis privilegiis inconcuſſe & indiſtinctè obſervatum fuit quod quocunque modo Præpoſitura vacaret, Capitulum absque ulla legitima contradictione Præpoſitum elegerit, atque ita continuatum ſit. Accedit quod adjectio perſonæ non ſemper perſonale reddat indultum, quæ interdum fit ut appareat qua de re, beneficio aut præpoſitura indultum ſit factum, cum ipſa præpoſitura indultum per ſe acceptare non poſſit, ſed id neceſſario per ejus adminiſtratores fiat. In dubio autem conceſſio realis etiam adjecta perſona inſtar pacti cenſeatur. *l.* 7. *§.* 8. *de Pact. l.* 8. *§.* 16. *quibus modis pign. ſol.* & perſona non limitandi ſed demonſtrandi cauſa adjicitur *d. l.* 7. *§.* 8. verba quoque adjecta in indulto, ibi: quoties eandem præpoſituram & quovis modo & aut ex alterius perſona otioſa non eſſe, ſed aliquid operari debeat, quæ ſalvo vero ſenſu & intellectu ad vitam Burkardi reſtringi nequeunt, cùm vox quoties id eſt hinfürter oder hinfüro futurum non tantùm præſens tempus vitæ Burkardi ſignificent, *Sect.* 2. *ibſ.* 9. *n.* 2. *Gyland. deciſ.* 24. *n.* 15. *lib.* 2. *Frid. Mart. de J. Cenſ. c.* 4. *n.* 111. *fol.* 163. Nec etiam dici poteſt ſæpè do Bullum Pii II. derogari per regulam Cancell. 24. Innoc. VIII. quæ eſt Pauli V. regula 25. licet enim iſta rubr. generalis ſit, ſi tamen regula ipſa penitiùs inſpiciatur, & rubrum cum nigro conferatur, prout rubrum interpretationem ſumit ex nigro, *Dd. ad t. C. Fidejuſſ. dot. deinſ. approb.* quod d. reg. tantùm concepta ſit de caſu ſpeciali, quando beneficium per promotionem vacaturum poſt electionem ante confirm. vel conſecrationem antequam vacet verè vel actualiter à promovendo vel electo aut poſtulato reſignatur vel permutatur in fraudem reſervationis Sedis Apoſtolicæ ex concordatis competentis, vel etiam impetratur à Papa per importunitatem petentium, ut ſcil. talis reſignatio, permutatio & impetratio caſſa ſit & irrita, quæ regula ut Jurium correctoria meritò ſtrictè interpretanda. *vulg. l. præcipimus in fin. C. de appell.* in iſtis autem terminis hîc non verſamur, adhæc non verſamur in caſu reſervatæ præpoſituræ, ad quam non ſedi Apoſtolicæ ſed capitulo nominationem competere jam oſtenſum eſt: Nec aliud ſed idem dicendum eſt de reſcripto quod anno 1651. emanavit. Hoc enim confirmatorium eſt alterius Bullæ de An. 1459. & proinde ex ea interpretationem recipit nec illam immutat aut quicquam detrahit, ne id quod ad augmentum & confirmationem inductum eſt, effectum contrarium & deminutionem Juris quæ ſibi contra intentionem agentium operetur, ſed quia hæc ad illam relativa eſt Bulla prior huic ineſſe cenſetur cum omnibus ſuis qualitatibus clau-

 ſulis

Digitized by Google

ſulis ſalutaribus & derogationibus quibuscunque per tradita, *Bart. in l. talis ſcriptura de leg.* & *l. Prætor ait* §. *eritque differentia ff. Vi bon. raptor.* prout aliàs in antecedentibus poſita in conſequenti tacitè repetita cenſentur. *l. Titia* 13. §. 1. *de V. S.* §. *illud J. de l. aquil.* ne videatur ſeparari cauda à capite & ſequatur abſurdus intellectus, *per tradita gloſſ. in c. Conſuetudines diſt.* 10. *Chock. ad reg. Cancell.* 24. *num.* 6.

Contra quidem allegatur quod indulta Papæ non comprehendant beneficia in curia vel apud ſedem vacantia, ſi nulla de hac vacatione mentio fiat, *Geminian. in c.* 2. *ad fin. medy v. ſed quid ſi Papa, ubi Franc. in ult. not. de præb. in* 6. *Rota deciſ.* 4. *de præb. in novis.* Sed ex contextu palam eſt, derogari reſervationi non tantùm generaliter per illa verba Bullæ Pii II. præpoſituram Salisburgenſem non debere cenſeri diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatam, Item concordatis Germaniæ, quæ reſervationem principalis dignitatis continent, ſed etiam ſpecialiter, ibi: ſeu quod majores dignitates in Cathedral. & Metropoliticis Eccleſiis poſt Pontificales tunc vacantes & in ea vacaturæ collationi & diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatæ ſunt. Item non obſtantibus concordatis & creatione ac reſervationibus præfatis (ſcil. general. & ſpecialibus quibuscunque.)

Quamvis etiam de vacatura apud Sedem Apoſtolicam varie loquantur DD, nam *in Extrav. ex debito de Elect.* & *extra*. *ad Regimen. de præb.* omnia beneficia reſervata dicuntur vacare apud ſedem, unde *gl. in c. Statutum de præb. in* 6. pro eodem cenſet vacare in Curia & apud ſedem, ſed rectius diſtinguunt alii *Garcias de beneſ. p.* 5. *cap.* 1. *n.* 425. *Gonzal. ad reg. Cancell.* 8. *gl.* 13. *n.* 19. *Covar. pp.* 99. *c.* 36. *n.* 4. *cum cit. Barboſa l.* 3. *c.* 13. *n.* 36. qui dicunt, vacare apud Sedem proprie eſſe quando beneficia vacant per obitum in curia vel intra duas dietas, *c.* 2. & 3. *de præb. in* 6. *juxt. c. præſenti Eod.* quæ verò aliis modis vacant vacare quidem in Curia, ſed non proprie apud ſedem, cum his proprie & vere vacatio apud ſedem non contingat, ſed in loco beneficii ſi in eo reſideat vel alibi ubi moratur Salisburgi forte ſi ibi decedat collatione tantum Sedi reſervatâ, quæſtio autem videtur eſſe de nomine, in effectu autem diſtinguendum ſit, alia vacare apud Sedem de Jure communi juxta *cit. c.* 2. & 3. qui modus vacationis fortior & vehementior & efficacior aliis, ut hic cenſeatur ſemper exceptus in indultis Apoſtolicis. Alia autem latius loquendo vacant apud Sedem, quia collatio ex reſervatione illuc pertinet, ſed de his nihil eſt ſpecialius quam de aliis. Et hac diſtinctione ſervata, ℞. præpoſituram vel non vel tantùm ſecundo modo vacaſſe apud ſedem & ſic non cenſeri exceptam, & ideo adhuc intrant privilegia ad caſum præſentem, ſic quoque vere & proprie vacare beneficia in Curia per mortem & reſignationem ibi factam aut per privationem Romæ, ſi contra ſe defendentem ibi vel contumacem judicatum ſit, quia contumax pro præſenti habetur cum Gomeſio *loco cit. n.* 45. *tradit Barboſ. loco allegato.* & juxta hanc doctrinam dicit intelligendum deciſionem Rotæ 35. *de præb. in antiq.* Clarius autem colligitur & probatur, *ex Reg. Cancell.* 8. de menſibus iis verbis ibi quæ in menſibus Februar. &c. extra Curiam vacare contigerit dummodo alias diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata vel affecta non fuerint, in quæ verba *Gonzal. d. gl.* 51. *n.* 1. notat quod exceptio debeat eſſe de regula *l. nam quod* §. *fin. de privil.* cum igitur ibi excipiantur de beneficiis vacantibus extra Curiam beneficia reſervata, conſequitur etiam hæc vacare in Curia *Gonzal. d. gl. n.* 13. *allegans Conſtit. Gregorii* XIV. & aptè referens verba de Trecennal. poſſ. quæ dicit tantum verificari in reſervatione, *c.* 2. *de præb. in* 6.

Atque ita conſtat ante d. Bullam ex Jure communis diſpoſitione poſt eam vero ab An. 1459. per ducentos & plures annos Præpoſitum absque ulla legitima contradictione à capitulo electum fuiſſe, à tempore Hermanni I. Præpoſiti Salisb. An. 1119. mortui. In Friderico de Wallen Præpoſito Anno 1260. Archiepiſcop. In Wichardo de Polheim Præpoſito in eandem dignitatem promoto Anno 1312. In Præpoſito & Archi-Diacono Leibnitz ad Archiepiſcopatum evecto An. 1315. Sic Burchardo de Weisbach Præpoſito creato Archiepiſcopo An. 1461. per Electionem capitularem ſurrogatus eſt Frider. Prancher, In locum Leonardi Keutſchach Præpoſiti facti Archiepiſcopi An. 1495. ſurrogatus eſt Rudolphus à Khüenburg, Item Michaël Baro de Wolckenſtein & Roteneck Decanus Brixienſis Canonicus Salisb. & Se-

Digitized by Google

& Senior Anno 1586. 23. Julii in Præpoſitum Electus legitur, poſt eum Balthaſar à Raunach Ann. 1604. in Julio. Eidem ſurrogatus Antonius Comes à Lodron. D. Caſtellani Senior Salisburg. & Paſſav. Canonicus ſepultus in Sacello S. Crucis, poſt cujus obitum Illuſtriſſ. & Reverendiſſimus D. Comes Paris à Lodron 30. Jan. Anno 1616. electus eſt in Præpoſitum, omnes hi & plures alii per Capitulum, cum autem per deceſſum Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Principis Marci Sittici, Præpoſitus Paris à Lodron in Archiepiſcopum aſſumptus eſſet Anno 1619. 13. Novemb. Domini Capitulares ad novi Præpoſiti electionem proceſſerunt, Illuſtriſſimus quoque Comes à Torringen, &c. Præpoſitus non Apoſtolicæ reſervationis indulto ſed Capitularium votis Præpoſituram obtinuit, ut & poſt eum Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Dominus Wenceslaus Epiſcopus Paſſavienſis Capitulariter obtinuit, & Modernus Præpoſitus, nunc etiam Epiſcopus Gurzenſis Polycarpus, &c. aſſecutus eſt & obtinet, optima autem legum interpres eſt conſuetudo. Poſſent hic allegari à tempore d. Hermanni ex citato Anno 1119. ad hæc usque tempora & Annum Chriſti 1673. ad 45. Præpoſiti citatis hanc in rem probatis autoribus & ſcriptoribus nec non authenticis documentis & Archiep. qui à Reverendiſſ. Capitulo Metropolitico Salisburgenſi electi, vigore ejusdem electionis quietam poſſeſſionem ſine interruptione conſecuti fuerunt, ſed hæc amatæ brevitatis cauſa omitto paucis præallegatis exemplis contentus ero.

Freiſacum ad fines Styriæ & Salisburgenſes ſitum, antiquiſſima civitas in Styria nomen à Friſonibus ducit, aliis aliter, quam Hemma Eccleſiæ Salisb. donavit. Hic Archiepiſcop. Salisburg. præter Archidiaconum Vice-Dominum habet, qui etiam ad Archiepiſcopatum pertinentia alia loca in Carinthia & Styria gubernat. Bernard. Archiepiſcopus Anno 1479. durante bello cum Cæſare Frideric. IV. Matthiæ Hungariæ Regi hoc Vice-Dominium cum appertinentiis & urbibus oppignoraſſe refert Hund. in Metropol. Salisb. qui id per annos 11. poſſedit, ſed Friderici Archiepiſcopi tempore excepto Gemunda reluitione facta ad Eccleſiam Salisburg. rediit. Civitas multa ſuſtinuit infortunia, An. 1275. à Regis Bohemiæ Ottocari milite capta & devaſtata, Anno 1285. ab Alberto Auſtriæ Duce devicta & diverſis locis incenſa & combuſta, Anno 1652. rurſus, excepta Franciſcanorum Eccleſia & arce totaliter igne conſumpta, qui à milite, exploſione tormenti bellici ortus fuerat.

In ea eſt Monaſterium Dominicanorum & aliud Virginum Ordinis S. Benedicti.

Gemundam quod attinet ſitam ad Liſeram in Carinthia ad fines Salisburgenſes, hæc cum Dominio ad Archiepiſcop. aliquando pertinuit, quam Archi-Epiſcopus Leonardus de Keutſchach à Maximilian. I. Imper. pretio 30000. florenorum acquiſivit, arce incendio vaſtata reædificata, ſed à domo Auſtriaca facta reluitione, Anno 1564. Georg. Kevenhiller Præpoſitus fuit Anno vero 1604. Wolfgangus Theodoricus de Rattenau Archiepiſcop. Salisburg. eam cum Dominio pro D. Fratre ſuo tunc Vice-Domino in Friſach titulo emptionis acquiſivit, ſed Anno 1639. Comes de Lodron hereditarius Mareſchallus Salisburgenſis à Comitibus de Rattenau eam acquiſivit, quam nunc Illuſtriſſ. D. Comes Franciſcus hereditarius Mareſchallus Salisburgenſis ejus primogenitus filius poſſidet.

Epiſcopatus Chiemensis per Eberhard. II. Archiepiſc. Salisburg. Anno 1214. & 1220. originem habet. Hicque Epiſcopatus Archiepiſcopatui Salisburg. Anno 1568. per ſententiam definitivam in Camera ſine onere adjudicatus eſt, Et poſtquam Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Princeps Franciſc. Vigilius Com. de Spaur & Valor, Eccl. Metr. Salisb. Can. Capit. &c. vita functus eſt An. 1671. in Januar. Epiſcopatum hunc obtinuit Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Princeps Joan. Franciſcus Com. de Preiſing in Julio confirmatus. Eſt autem Chiemenſe virorum Canonic. Regular. Collegium vulgo Herrenwerth alias in der Aw/ oder Pfaffenwerth à Taſſiloue Bavariæ Duce pro Benedictinis conditum, quod ab Ungaris dein exciſum Conrad. Salisb. Epiſc. Anno 1116. à fundamentis reſtituit, & Canonicis S. Auguſt. inhabitandum dedit. Aliud Chiemenſe Virginum, à Thaſſilone fundatum habuit Abbatiſſas Irmengardem Ludovici Imperatoris filiam, & Gambrigen Henrici II. Sororem.

Digitized by Google

15 Secovienſis Epiſcopatus in Styria inferiore juxta Muram Anno 1143. Collegium fuit Canonicorum Regular. ſed Anno 1210. ab Eberhard. II. Archiepiſc. Salisburg. conſentiente Papa Honor. III. primus loci Epiſcopus factus eſt Carolus Præpoſitus in Friſach, qui obiit *An.* 1231. *V. Lezzium lib.* 12. *reſp. Rom. ſect.* 6. *c.* 4. ei præfuit Reverendiſſ. Illuſtriſſ. Princeps Marcus meus aliquando in Gymnaſio Montano Coloniæ Profeſſor in humanioribus obſervandiſſimus ex familia Altringenſium, cujus frater Cæſar. Generalis, dum multis præclare bello geſtis celeberr. eſſet, & Cæſari gratiſſimus, Anno 1643. 12. 22. Julii ante portam S. Spiritus glande trajectus Landishuti ita occubuit, ut in perpetuum per gloriam vivere meritò dicatur. Prædicti Principis in Epiſcopatu Succeſſor fuit Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Comes Maximilianus Gandolphus de Khünburg, &c. cui ad Archiepiſcopalem Salisburg. dignitatem evecto, ſurrogatus fuit, & Epiſcopus creatus eſt Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Comes Wenceslaus Guilelmus de Hofkirchen Salisb. Canonicus in Leibnitz aulam habet & reſidentiam 2. vel 3. milliaribus à Judenburg, & ſunt Ordinis S. Auguſtini Canonici Regulares, ubi olim Archi-Duces Auſtriæ ſepeliri ſoliti, & extat adhuc capella ejus rei ſingulare monumentum.

17 Lavantinus quoque Epiſcopatus ab Eberhardo Archiepiſc. Salisb. An. 1221, requiſitis requirendis erectus fuit, & primus Epiſcopus Ulricus qui dein Straubingæ in nuptiis Ottonis Bavariæ Ducis in multorum Principum præſentia ab Eberhardo Archiepiſc. Anno 1221. conſecratus eſt, ejus reſidentia in arce ad S. Andream, & d. anno Corpora SS. Modeſti & Viti in d. æde S. Andreæ Miraculis clara Eberhardo Archiep. Salisb. Rudigero Chiemenſi, &c. Carolo Seccovienſi, &c. Epiſcopis præſentibus Salisburgum translata ſunt, cum magna ſolennitate & populi frequentia, *Hund. in Metrop. Salisb. p.* 13. Epiſcopus Theobaldus obtinuit confirmationem titulo Principis ſub Imp. Frider. III. Anno 1457. In hac ſede Epiſcopali & Principali dignitate effulſit aliquando Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Princip. Maximilianus Gandolphus Metropol. Salisb. & Cathed. Aichſtadenſis Eccleſiarum Canon. ex Illuſtriſſ. Familia Com de Kühnburg, nunc Dei gratia Salisburgenſis Archiepiſc. ex qua decem Canonici Salisb. & ex illis Rudolphus ann. 1503. Canonicus, Præpoſ. & Archidiac. Salisburg. Michaël & ſimul Paſſavienſis at demum Archiepiſc. an. 1554. prodiere, ut & Georg. Præpoſ. & Coadjutor per 6. annos tandem An. 1586. Archiepiſc. Salisb. Ehrenfridus Can. Salisb. & Ratisb. denique Anno 1609. Epiſcop. & Princeps Chimenſis. Refert quoque Bucelin. in annal. pag. 45. in fin. à S. Wolfekardo Comite de Kühnburg. anno 800. in honorem S. Finlani Principe famil'a apud Scotos nati Cœnobii Rhenaugienſis initia jacta fuiſſe.

Aulæ Archi-Epiſcopali vicina eſt Abbatia Benedictinorum & Monaſterium S. Petri unâ cum Eccleſia à S. Ruperto anno 582. extructa, & Principi Apoſtolorum D. Petro dedicata, ut ſupra inſinuatum, *ſub. n.* 1. Ex quo Monaſterio Abbates multi, Epiſcopi & Archiepiſcopi fuerunt primis temporibus; quorum Catalogum ut & omnium Archiepiſcoporum Salisb. hiſtoricè & compendioſè ex authenticis documentis, Anno 1646. collegit Reverendiſſ. Albertus Abbas LXXIX. in cujus demortui locum comuni ad S. Petrum Capitularium conſenſu electus, confirmatus & conſecratus eſt Reverendiſſ. Amandus, LXXX. Abbas hujus Univerſitatis Aſſiſtens perpetuus. Hic mox cùm ſui Præſulatus principio Monaſterii hujus pomæria ampliavit, & ex fundamentis reædificavit. 18

Et quia huic Monaſterio locus vicinus eſt SS. Maximi & 50. aliorum martyrio celebris, ubi Anno Chriſti 476, cùm Maximus huc in eremum densâ Sylvâ opertam confugiſſet, urbe ante ab Attila Tyranno everſa, ut cum ſuis ſociis à turbis remotior Deo ſerviret, & Tyranni manus effugeret, in montis partim naturâ, partim arte excavati latibulis degeret, & fruſtra abitum ſuaderet S. Severinus, Barbari Maximum præſulem arbori affixerunt, cæteris trucidatis, deque monte præcipitatis in propinquam Sylvam, ubi nunc eſt Cæmiterium, quorum corpora ibidem ſepulta, ubi nunc & Capella SS. Amandi & Margarethæ, quam in honorem S. Amandi S. Rupertus conſtruxit, qui etiam Sylvam exciſam in Cæmiterium & communem ſepulturam convertit, & ſacravit. Verùm cùm diuturnitate temporis illa SS. Martyrum manſio & latibulum, parum frequentarentur, & viſitatio deficeret; Reverendiſſimus Prælat. 19

Aman-

Digitized by Google

Amandus, ad augendam devotionem fidelium hoc Eremitorium reſtauravit, & antiquæ reſtituit devotioni, Anno 1659. qua de re prodiit noviſſimè An. 1661. Hiſtoria de orig. conſec. & reparatione ſpeluncæ, Collectore quodam adſceta ejusdem Monaſterii, ad quam amatæ brevitatis gratia cupidus lector remittitur. Id pro comperto habetur, quod ſanctus Rupertus parvam Eccleſiam tantùm in honorem S. Amandi ſui Anteceſſoris Wormatienſis exſtruxerit, & conſecrârit, cujus corpus huc attulit, quem locum An. 1485. renovavit Rupertus V. Abbas. & rurſus Anno 1492. conſecravit Georgius Epiſcopus Chiemenſis, denuo Anno 1560. Abbas Wolffgangus 26. Octob. conſecrari fecit per Nicolaum Hipponenſem; Alias Amandi in hiſtoriis frequens eſt mentio, qui ab hoc Sancto diverſi ſunt: de Amando Epiſcopo, qui S. Severinum Epiſcopum Colon. ſepulturæ mandavit, meminit Gelen. *in Colon. Claud. p.* 668. de alio Amando Bucelin. *in ann. Germ. p.* 28, *ad Ann.* 1614. *pag.* 30. Item cum Dagoberto natus eſſet filius Sigebertus, & 40. die ſui natalis baptizaretur à S. Amando, nec eſſet, qui reſponderet, Puer omnibus ſtupentibus dixit: Amen. ut dictum ſupra, *v. Bucelin. in annal. p.* 30. *Anno* 636. *& pag.* 33. *Gelen. in Colon. Claud. p.* 281. *in fin.* qui hoc addit *pag.* 282. quod cum hic S. Amandus Apoſtolicam ſedem adiſſet, ut ab ea munitus Cœleſti authoritate infidelibus Regnum Dei prædicaret, Romam reverſus in Alſatiam diverterit Ann. 620. & invitatus fuerit ad puerum Regium baptizandum Iſenburgi in caſtro Rubeaquenſi menſe Julio cum natus fuiſſet filius Regius in Junio, præfatum autem oſtenſum more & Dagoberti Religionem, & S. Amandi ſanctimoniam manifeſtavit, ritusque Catholicos ſtabilivit, & quia per eos dies, quibus Baptiſma celebrabatur Joannes Agræus Tungrenſium Epiſcopus 8. Cal. Aug. deceſſit Dagobertus S. Amandum Cathedræ illi imponi voluerit, qui fruſtra quæſitis effugiis 7. Calend. Novemb. die Dominico ordinatus à S. Cuniberto Colon. Epiſcopo, & Arnolpho, nec non Medoaldo Epiſcopis ultra triennium in Cathedra illa ſedere noluit, ſed in Flandriam, & alias partes progreſſus novus Apoſtolus populos ad Chriſti cultum inſtituit.

20 Nec vulgarem ſuæ pietatis Zelum Prælatus per hoc oſtendit, quòd corpus S. Amandi II. Epiſcopi Wormatienſis huc Salisburgum à S. Ruperto VIII. Epiſcopo delatum, reinventum, ſolenniſſimè 26. Octobr. Anno 1661. transferri fecerit; Cui S. Amando S, Servatius familiaris hoc verſus pronunciâſſe legitur.

Præſul amavit oves proprias, & pavit Amandus,
Idcirco ſuperis ſemper Amandus erit.

Corpus quoque S. Vitalis in Eccleſia ſua repoſitum, pari Zelo & ſolennitate translaturus fuiſſet. Sed morte præventus pium hoc propoſitum perficere non potuit, nam Prælatus hic nomine & re Amandus poſtquam podagra, & aliis gravibus morbis tempore non brevi afflictus fuit, An. 1673. longa infirmitate exhauſtus, 9. die Septemb. diem vitæ clauſit extremum, 14. ſequenti ſepulturæ ſolenniter datus eſt, in Eccleſia S. Petri ante altare S. Joſephi ſui Patroni ab ipſo ante extructum, in cujus ſepultura orationem funebrem habuit P. Deſiderius Schapperger Benedictinus Seonenſis, Sacræ Scripturæ Doctor & Profeſſor Salisburgenſis, &c. In ejus deinde locum 3. October unanimi conſenſu 28. religioſorum (duobus tantum votis ſuo proprio & uno altero exceptis) in locum Amandi electus & ſurrogatus eſt ex decennali Oeconomo & ſeptennali dein Priore Reverendiſſ. D. Edmundus Sinnhuber / qui 14. Octobr. per Reverendiſſimum & Illuſtriſſimum D. Wolffgangum Fridericum Baronem de Lammingen, Metropol. Salisburg. Eccleſiæ Canonicum Capitularem, Celſiſſ. & Reverendiſſimi Principis Archiep. Salisb. &c. Conſiliarium Intimum, ad hunc Actum ſpecialiter deputatum Commiſſarium, & Conſiſtorii Eccleſiaſt. Directorem more recepto confirmatus, & ſequenti 15. Ejusdem in Eccl. S. Petri per ipſum Celſiſſimum Principem Archi-Epiſcopum Salisb. ſolenniter aſſiſtentibus huic actui Reverendiſſimis D. D. Abbatibus Alphonſo Weingartenſi, & Placido Lambacenſi, benedictus eſt, cui omnia felicia ad multos annos apprecor hoc Chronographico Epiphonemate.

Et MVnDVs præsVL s. petrI Longe VItaLIs sIt.

Hactenus de Salisburgenſ.

Princeps quoque Imperii eſt Archiepiſco- 25
pus Bisontinus vel Vesontinus, qui licèt quidam videatur Galliæ Archi-Epiſcopus, Lug-

tamen Principem eſſe ſubſcriptio receſſus Anno 1641. oſtendit: Urbs ſedes Archiepiſcopalis antiqua eſt Burgundiæ, ubi olim portæ auro inductæ erant, quæ 1551. poſſeſſionem libertatis à contributionibus Imperii prætendit, unde lis in Camera Imper. Spirenſ. nata, & decretum, quod ab executione ſtatus Imper. & Fiſcus ſuperſedere debeat, quamdiu lis penderet, tamen Anno 1601. 2000. Coronatos ſolvit, Primus loci Epiſcopus fuit S. Antidius, hanc Eccleſiam pro matrice agnoſcit Baſilea. Item Sitten Loſanna ex quibus hanc jam Bernenſes habent. *Petrus Cudjem in apol. c. 10. Mager. de advoc. c. 5. n. 517.*

82 De præfatâ civitate, quæ hodie Biſanzon dicitur, aliquando dubitatum fuit, an ad particularem conventum Civitatum admitti deberet: Cùm autem hujus reipub. legatus in dicta Civitatum, Eslingæ Anno 1591. dixiſſet, Biſantium nullum recognoſcere ſuperiorem, quàm Cæſarem, & oſtendiſſet, quòd conventui Civitatum An. 1523. & Comitiis Imper. Anno 1526. interfuiſſet, ac in matricula Imper. reperiretur, eam pro membro ſuo agnoverunt, ſeſſione in Scamno Rhenano poſt Hagenovienſes aſſignata, hoc addito, ut ad conventus mittant linguæ Germanicæ peritos prout Anno 1641. Daniel de Danielibus J. U. D. & civitatis Congubernator comparuit, & receſſui ſubſcripſit: Verùm poſtquam Franckenthalium Anno 1651. evacuatum, ſpeciali pacto urbs ab Imperio avulſa, & Hiſpan. regi tradita eſt, interveniente conſenſu Ferd. III, die 15. Maji & EE. ſub 23. Maji d. anni 1651, accedente deinde conſenſu ſtatuum, in Comitiis Univerſalibus Anno 1654. Licèt autem civitas ab Imperio avulſa ſit, non tamen inde ſequitur etiam Archi-Epiſcopum ab Imperio exemptum, cùm à ſeparatis non fiat illatio, & alienatio ſtrictè accipienda, prout de Meta, Tullo, Verduno infrà dicetur, quæ Gallici Juris effecta, Epiſcopi tamen manent ArchiepiſcopoTrevirenſi in ſpiritualibus ſubjecti, quin & Eccleſia Biſontina ſub Imperii ſubjectione immediata reſervata eſt in permutatione Veſuntionis Anno 1654. cum arce de Franckenthal, debetque Leopoldi Imper. mandata revereri. Poſtquam autem recens circa electionem Archiepiſcopi & Decani Veſunti orta eſt controverſia, Jus ſuum ſeqq. fundamentis Capitulum roboravit. I. Quòd pluribus ſæculis, ante & poſt concordata & regulas cancellariæ ſemper Archiepiſcopos elegerit in caſibus non exceptis. II. Aliunde propoſitos rejecerit. III. Etiam in caſibus exceptis nullus ſine conſenſu Capituli admiſſus ſit. IV. Electiones Capitulares confirmatæ ſint vel à Collegio Cardinalium Sede vacante, vel à ſummis Pontificibus V. Sede vacante vel occupata per non idoneas perſonas Capitulum ſemper deputavit Vicarios & adminiſtratores, ut in Electivis Germaniæ Eccleſiis fieri conſuevit. VI. De vacatura nunquam providerunt Pontifices in caſu vocationis liberæ, ſed tantùm in caſibus exceptis per concordata usque ad Ann. 1638. VII. In caſu ceſſionis aut Coadjutoriæ omiſſa mentione in bullis de conſenſu Capituli expreſsè declaravit Capitulum, quod proviſum admitteret virtute præſtiti à ſe conſenſus, & non aliàs, quam declarationem ratam habuit Paul. III. & ante eum idem fecerat in caſu alio ante centum annos Eugenius IV. Papa. VIII. Cardinales Legati in Germania morantes de Canonicatibus hujus Eccleſiæ vacantibus, & in ſpecie Cardinal. Ginnetti dein etiam Pontifex providit in menſibus Papæ per concordata Germaniæ reſervatis. IX. Admiſſæ ſunt ſemper hîc preces Imperiales. X. Archiepiſcopus Biſontinus ſemper fuit Romæ propoſitus à protectore Germaniæ, ex quibus facilè colligitur hanc Eccleſiam concordatis gaudere. XI. Vacante ſede Archiepiſcopali Capitulum habet ſeſſionem & votum in Comitiis prout Anno 1664. vacante Archiepiſcopatu D. Monet capituli deputatus Ratisb. in Comitijs comparuit ad ſeſſionem & votum admiſſus. XII. Frider. II. in Inveſtitura conceſſa Quintino Archiep. de dat. 8. Auguſt. Anno 1440. hanc Eccleſiam inſigne membrum Imperij vocat, quod confirmat Rudolph. ſub dato Pragæ Anno 1536. ex quibus refutatur ſatis eorum error, qui tantùm capitulum ſub Imperatoris & Imperii protectione non eſſe auſi ſunt aſſerere.

Objicitur, quòd de acceptatione concordatorum ab Eccleſia facta non conſtet, adeoque eorum uſu frui nec in iis ſe fundare poſſit. ℞. Irrita fuiſſe hæc concordata inter Apoſtolicæ Sedis Legatum ſufficienti authoritate munitum, & Frider. Rom. Imper. confirmata à Nicol. V. Anno 1447. nomine nationis Germanicæ cum poteſtate ſingulis Principibus aut Eccleſiis ea acceptandi, pro

majori

unione pace & tranquillitate, cum jam ante regulæ Cancellariæ & reſervationes tàm generales quàm ſpeciales inductæ eſſent. Ipſe quidem Pontifex ad acceptandum tractatum hunc terminum ſibi præſcripſit Calend. Junij An. 1447. ut & Frider. & aliquot Principes Germ. acceptarunt, Eccleſiis tamen nullus terminus præſcriptus eſt, ſed relicta libera facultas ea acceptandi, quædam autem acceptarunt, aliæ non, aliæ ſalvis ſuis juribus, *Zypæus in anal. Jur. poſit. lib. 3. de Inſt. ſub. n. 13.*

Pro Jure verò eligendi ſuos Decanos fundat ſe idem Capitulum in diplomate Henric. III. Imp. & Conſtit. Hugonis Archiep. ubi Hugo I. Archi-Biſont. de Salinenſium Principum familia oriundus erexit domos in Capitulo Biſontino pro 50. Canonicis, quos fratres vocat, iisque tribuit jus eligendi ſuum Decanum, quæ & priora latius oſtendit editus An. 1572. pro Capitulo Imperiali Biſontino ſuper jure eligendi ſuos Archiepiſcopos & Decanos Commentarius.

Principalis quidem dignitas per concordata, qualis hic eſt Decanatus, reſervatur Papæ, ſed ſunt & aliæ Eccleſiæ in Germania, quæ non niſi in favorabilibus ea acceptarunt, eò quod jam antea iisdem & majoribus privilegiis fruerentur, quibus adhuc fruuntur non obſtantibus reſervationibus & regulis Cancellariæ, quales Bamberg. & Herbipol. Paderborn. & aliæ, quæ privari per concordata non potuerunt, iis jam in favorem dd. Eccleſiarum conceſſis, quorum tenore Biſontina ſibi primæ dignitatis poſt pontificalem electionem retinuit, *ad cit. loc. fol. 24.*

Idem in adjecta refutat p. 7. quasdam Eccleſias Germaniæ nullos menſes Pontificios agnoſcere, ad quod allegat. Trevirenſ. Herbipol. Bambergenſem Eccleſ. alias etiam quæ ad primam poſt Pontificialem eligunt non obſtantibus concordatis, harum quædam indulta habent ſed plures ſunt, quæ illo jure utuntur abſque indulto poſt concordata, obtento, & licet in hoc paſſu à concordatis diſcedant, in illis nihilominus comprehenduntur, eo quod concordata facta ſint in favorem Eccleſiarum non ad tollenda privilegia, quibus ante gaudebant, aliàs enim nec Bamberg. nec aliæ Eccleſiæ concordatis comprehenderentur.

Inter Eccleſiaſticos quoque (de ſæculari- 23
bus infra agemus nec continentia cauſæ dividatur) poſt Archiepiſcopos ante Epiſcopos collocatur Ordinis Teuton. Magiſter, de quo ideo hoc loco poſt Archiepiſc. antequam ad Epiſc. tranſitus fiat, obſervandum. Quod Ordo Teutonicus originem habuit Anno 1190. Cumque Equites Teutonici expulſis Saracenis Anconam in Italia expugnaſſent, primum ibi ſortiti ſunt Magiſtrum Henricum de Walpoth, ex Nobiliſſimis Rom. familiis in Civitatem & Ubiorum Coloniam deductis, nam Walten & Salten nomina ſignant cum poteſtate præſidete, Botten verò Legatum latine ſignificat, ut nomen à proconſulari poteſtate natum videatur, Gelen *in Colon. Claud. lib. 1. Synt. 1. pag. 127.* quem ſecutus eſt Otto de Kerpen Anno 1200. ſub Innoc. II. & Philip. II. Imp. Clemens III. Magiſtros Ordinis confirmavit, impoſita regula S. Auguſtini. Cum his vel paulo poſt hos in Lituania prodiere Fratres Enſiferi, qui in habitu ſuo crucem cum 2. Enſibus geſtabant, qui magnam Livoniæ partem acquiſivere, ſed Teutonicorum progreſſibus viſis, cum ſe tot hoſtibus ſibi imminentibus impares viderent, conſenſu Greg. IX. Papæ ſe Teutonicis univerunt, ſuſcepto eorum habitu & moribus cum ante regulam Templariorum ſervaſſent. Hodie Ordinis Teutonici Magiſterium circuli Franconici pars eſt & reſidentia in Mergeto vel Mergenthalio ad Tuberam, ubi bona ejus Cameralia, corpus autem Magiſterii conſiſtit in bonis Cameræ & 8. præfecturis vulgo Balleyen/ quales ſind die Ballen Francken/ Heſſen/ Weſtphalen/ Sachſen/ Thüringen/ Utrecht und Maſtrich/ Anno 1624. Magiſter Ordinis fuit Joan. Caſpar. Stadion, qui Anno 1641. mortuus in Eccleſia Cappucinorum Mergeti Anno 1642. ſepultus eſt, reditus ex Magiſterio fuere ad 200. mill. floren. in cujus locum electus eſt Leopold. Guilel. Archid. Auſtriæ, &c. qui poſſeſſionem Anno 1642. apprehendit. Civitas hæc Merg. à Guſtavo Horn. Anno 1631. per pactum & Anno 1643. Princ. Jan. à Gallis & Vinarienſibus occupata fuit. Electio autem Magiſtri fieri ſolet à quibusdam Equitibus ad hoc deputatis, qui Raths-gebürtige dicuntur. De cooptatione in ordinem militarem, *v. Beſold.* v. Johanniter/ Sed Anno 1662, 14. Maji Electio vel poſtulatio Archi-

Digitized by Google

Ducis Joſephi, renunciante Sereniſſ. Archid. Leopoldo, prævià inveſtiturà celebrata fuit Viennæ, præſentibus diverſis Commendatoribus Provincialibus. Et quia defectum ætatis patiebatur, promiſſione tantùm prævia de ſtatutis Ordinis ſervandis, de quo cavit Invictiſſ. Imper. pro eo in Voti emiſſione usque ad annum 20. completum diſpenſatum fuit, quod fieri potuiſſe, inane eſt dubitare, cùm in Epiſcopis & Archiepiſcopis frequenter pro bono publico diſpenſari videamus, ne fiant presbyteri, cur non in Magiſtro? Occaſio inſtituendi inclytum hunc Teutonicorum ſive Marianorum equitum Ordinem ex funeſto temporum quibus coaleſcere cœpit petenda eſt: Cum Balduinus IV. Septimus poſt recuperatam à Chriſtianis Hieroſolymam Rex Hieroſolymitanus leprâ infectus liberis non relictis Balduinum V. quinquennalem ex ſorore Sybilla natum curæ Raymundi Comitis Tripolitanum commendatum, Ordinum conſenſu heredem Regni reliquiſſet, id autem ægrè ferret Guido non à Regno tantùm ſed etiam à tutela Regis pueri & adminiſtratione Regni excluſus, poſt lapſum autem 7. menſium Balduinus V. à propria matre Sybilla, ut vulgaris ſermo erat, lento veneno cupiditate regni ſublatus eſſet, non prius filii mortem mater vulgavit, quam ab Heraclio Patriarchâ, Epiſcopis ac Proceribus ſuum Guidonem Regio diademate inſigniri magnis muneribus obtinuiſſet, & Raymundus ita omni ſpe ſucceſſionis decidiſſet: inter hos gravi orta controverſia, ipſe verò cum Saladino Saraceno Ægypti Rege potentiſſimo (qui ante aliquot annos domino ſuo Caliphia in Ægypto interfecto regnum invaſerat) amicitiâ factâ, hic Principum Chriſtianorum diſcordiâ utendum ratus, Palæſtinam depopulatus Hieroſolymam Anno 1187. 6. nonas Octobr. obſidionis die 14. a. 89. quam de barbaris olim recepta fuerat, Chriſtianis, cum non eſſet reſiſtentia, ademit, Buxtorf. *in h. ſt. Univ. Sacr. & Profan. ſub Anno* 1099. *part. 6. §. 1.* Poſt quam cladem & cruentam Saladini victoriam rumore in Occidentem delato, Frider. Imper. Barbaroſſa Comitia Wormatiam indixit pro Regni Hieroſolymitani recuperatione conſulturus & Urban. VIII. Papa Principes & ſtatus Imp. per legatos indulgentias conceſſit, qui arma pro preſſis Chriſtianis contrà Saracenos ſuſcipiunt, & Frider. Imp. cum nonnullis Imp. Principibus & Filio Frider. Sueviæ Duce fœdus contra Saracenos iniit, cui Reges Philippus Galliæ & Richardus Angliæ acceſſerunt, & expeditionem an. 1189. in Palæſtinam ſuſceperunt; Cum autem recepta à Chriſtianis Hieroſolyma multi ibi Germani manerent, & linguæ ignari à nullo ſuſciperentur hoſpitio, & multi quotidie eo appellerent, Germanus quidam domum ſuam in Xenodochium convertit in honorem B. V. cui templum addidit, unde fraternitas Ordin. Teutonici Hoſpitalanorum S. Mariæ Hieroſolymitanæ dictus fuit, quod alii Henrici VI. Imp. alii Friderico Sueviæ Duci tribuunt, quicquid ſit, de hoc Xenodochiis remota cauſa, propinquior verò fuit Frider. Sueviæ Dux Anno 1190. Imperante Henrico VI. Frider. fratre Clemente III. Papa & Cœleſtino III. qui Ordinem confirmavit 22. Febr. Anno 1191. Pontificatus ſui anno primo conſtitutus ſub Magiſtro Henrico Walpor, de quo ſupra *h. n.* 31. fratribus Religioſis Ptolomaide. Cum vero poſt lapſum ſæculi Saraceni prævalerent, 15. anno 1291. Venetiis ſedem fixit magiſter, poſt evocatis à Duce Maloviæ ad Fiſtulam fluvium condito caſtello Mariæburgum dicto ſedem fixit in Boruſſia ſub Gothofredo Comite Hohenlohenſi Supremo Ordinis Magiſtro An. Chriſti 1309. poſtquam verò Sereniſſ. Princeps Albert. March. Brandeb. Ordine relicto anno 1525. à Sigism. Rege Poloniæ Dux Boruſſiæ creatus eſt, reſidentia ordinis hujus Mergenthemium translata eſt, ubi adhuc perſiſtit, Gerunt hujus Ordinis Equites crucem nigram pallio albo inhærentem, unde crucigeri etiam vocantur ex conceſſione Cœleſtini III. Papæ, ut meminerint armis Chriſtianos contra crucis hoſtes à ſe tutandos, quo fine Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Princeps ac Dominus Dominus Joann. Caſparus nunc ſupremus Ordin. Teutonici Magiſter in aula Cæſareæ Anno 1670. & 71. unum vel alterum Caſtellum in Ungaria adverſus Turcas defendendum ſollicitavit: Sunt autem hi Equites ſub regula Sancti Auguſtini, & quotidie Orat. Dominicam, Symbolum Apoſtolicum ac Angelicam ſalutationem dicere ſolent, ſequentibus votis obnoxii: I. Obedientiæ ſuo Magiſtro bello, pacisque tempore præſtandæ. II. Caſtitatis, hinc uſu conjugii arcentur. III. Paupertatis voluntariæ

tariæ

tariæ. IV. Defenſionis pauperum. V. In neceſſitate pugnandi contra Turcam, *de quo in R. I.* zu Speyr/ *An.* 1542. Recipiuntur tantùm nobili Germ. Proſapia orti, qui 4. majorum inſignia habent, nec animo impotentes, nec corpore manci & Religioni Catholicæ addicti. *R. I. Auguſt. An.* 1500.

Ab initio ſuperior Ordinis Magiſter dictus fuit, ab An. 1191. at Herman. à Salza Thuringus ſecundus, tertius à Walpott anno 1212. ſupremi Magiſtri titulum aſſumpſit, tandem Conradus Wallenrode An. 1391. titulum Principis obtinuit; locum tenent inter Principes Eccleſiaſticos in Comitiis. Habuerunt primo Magiſtros Provinciales, ſed Comes de Hohenlohe Gotofredus An. 1297. eorum loco Magnum Commendatorem & Mareſchallum conſtituit, in Eccleſiaſticis ſolum ſuperiorem reſpiciunt Pontific. Habet Ordo præter Ballias diverſas bona Cameralia, urbem ut d. & præfecturam Mergentheim, & quaſdam alias duas etiam Dynaſtias in Sileſia Freudenthal & Eulenberg cum ſubjacentibus, quæ ſupremo Magiſtro adjudicatæ ad Eccleſiæ ſuſtentationem impenduntur.

Hinc incidit celebris controverſia,

24 Q. I. *An ſacri hujus ordinis Equites, Hieroſol. & Meliteniſes Feudorum capaces tanquam proximi agnati ad ſucceſſionem Feudi antiqui admittendi ſint?*

Quamvis pro negativa ſtet Bald. *lib.* 2. *conſ.* 103. *Gravett. Conſ.* 103. *Thom. Marin. de Feud. tract.* 2. *de Feud. ex pact. & provid. n.* 142. *Menoch. de arb. Jud. caſ.* 231. *mots per text. c.* 1. *in fin. de Feud. fam.* Cujus ratio aſſignatio hæc *in c.* 1. *de Vaſallo milit. qui arm. dep.* Quod miles hujus ſæculi deſierit, qui cæperit eſſe miles Chriſti. *Cui accedit c. Clericus Feud. non amit. & c. placuit* 21. *q.* 3. ne ſcilic. Feudum pertineat ad eum, qui officium militare gerere non poteſt, *d. c.* 1. *de Vaſal. mil.* Clericos autem bello intereſſe non convenit, *ex multa. §. de Cler.* X. *de Vot. can. Cler.* 23. *q.* 8. quod in religioſis eo magis obtinet, quo in perfectiori illi ſunt ſtatu conſtituti. Hos autem milites regulares eſſe, hinc ſatis patet, quod caſtitatem, paupertatem & obedientiam voveant, quæ tria religionis ſunt ſubſtantialia, *c. ad monaſter. de ſtat. Monach. Garſ. de beneſ. p. c.* 14. *per to.* Affirm. tamen tuetur Marc. Ant. Natt. *vol.* 3. *conſ.* 507. & 508. *Alvar. in c.* 1. *de milit. vaſal.* & poſt eum Jacobin. de S. Georg. *in* Verb. *Dictique vaſalli. n.* 41. *v. quid aut' in militibus p. mihi.* 173. *Curt. Jun. de Feud. part.* 3. *q.* 10. *Cu ten. Conſ.* 62. *n* 63. Eamque ſententiam conſuetudine Pedemontii & Montis ferrati receptam tradit Neviz. *conſ.* 30. *n.* 4. Idemque generali conſuetudine obtinere, ait Reinck. *de Reg. Eccleſ. lib.* 3. *claſ.* 2. *c.* 3 *n.* 40. *p.* 565. *Et præter alios Germaniæ Jureconſultos. Son. beck. de Feud. p.* 12. *n.* 115. *Ludolph. Serad. in tract. Feud. p.* 7. *c.* 5. *n.* 30. *p.* 167. *Forſter. de ſucceſſ. ab inteſt. l.* 4. *c.* 23. *n.* 39. *p. mihi* 718. Cujus ſententiæ ratio eſt, quod iſti Equites arma militaria non depoſuerint, ſed potius militiæ addicti ſint, adeoque in ipſis præfata ratio clericos & monachos alias à Feudo excludens *tradita in cit. c. de Vaſal. mil. qui arma.* ceſſet; ceſſante autem ratione & cauſa legis ceſſare ſoleat ejus prohibitio, *c. cum ceſſante.* X. *de Appell.* Et quia hi milites armis utuntur, contra infideles in favorem fidei Chriſtianæ, pro Imperio militare cenſentur, ſicque pro fide domino Feudi ſerviunt, *Accedit Piſtor. q.* 33. *Feud. n.* 13. *Vult. de Feud. c.* 9. *n.* 96. *v. de Equitibus. p.* 382. *& ſeq.* Confirm. Affirm. quod nec verba text. Feud. nec intentio Feudiſtarum hos milites excludant. Non verba quia text. *c. un.* 2. *Feud.* 21. loquitur de milite, qui aſſumpto Clericatu arma bellica depoſuit, & hunc à ſucceſſione Feudi arcet; At hi milites arma non deponunt, ſed potiùs aſſumunt, ſeque militiæ magis addicunt, unde in ſolenni inſtallatione ab Archimagiſtro enſis ipſis traditur, *ut oſtendit. Beſold. in Theſ. Pract. verbo* Johanniter. Nec mens fuiſſe creditur hoſce excludendi, qui tempore illo, quo conſuetudines Feud. primò prodierunt, in rerum natura fuerunt incognitæ, ignoti autem nulla cupido: Habuit enim Ordo Teutonicus initium Anno 1190. ut ſup. dictum. Jura autem Feudorum juxta communiorem ſententiam nata, quando Longobardi poſt tempora Juſtiniani ſæculo V. in Italiam venerunt, & hæc ſecum invexerunt. Non poteſt autem lex intelligi, aut extendi ad caſus non proviſos nec meditatos; ad hæc prohibitio pœnalis & odioſa contra Clericos & religioſos concepta, de iis intelligi debet, qui propriiſſimè tales ſunt, quales hi dici non poſſunt, cum partim ſæcularem, partim Eccleſia-

ſticam perſonam repræſentent, & ſecundùm quid tantùm tales ſint, nec ſicut Clerici, ita his arma ſint interdicta, ſed potiùs Imperata, *v. Gylim. in Symphor. ſupplic. tom. 1. p. 1. c. 3. ad ſuppl. 9. fol. 193.* Servitia tamen Feudalia, ut aliàs vaſalli per ſubſtitutum acceptabilem præſtabunt. Plura in hanc ſententiam pro Excellentiſſ. Sfortiaco Carvagii Marchione nervosè allegat, I. C. Franciſcus Maria Miliavacia, Excellentiæ ſuæ auditor in reſponſio edito Mediolani 20. April. 1645. Ut & Anton. Merend. Profeſſor in Regio Ticinenſi Gymnaſio. Ex quibus rectè deductum fuit proximis ennis Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Chriſtophorum Simonem Comitem de Thun, Sac. Cæſ. Majeſt. quondam ſupremum aulæ præfectum Equitem Meliteuſem ſucceſſionis in Feudis à D. Joanne Arbogaſto Comite de Thun, relictis, non obſtante Equeſtri ordine capacem fuiſſe, prout in Epiſcopali Tridentino Tribunali pro D. Comite Sigismundo judicatum, & poſt interpoſitam appellationem ad Auguſtum Camerale tribunal oſtenſum & pronunciatum eſt.

CAPUT XXX.
De S. R. I. Epiſcopis Principibus.

SUMMARIA.

1. *Interpretatio vocis, Epiſcopus.*
2. *Quid olim apud Ethnicos denotarit?*
3. *Hodierni temporis Epiſcoporum Electio.*
4. *Poteſtas ordinis Epiſcopis competens?*
5. *An Epiſcopatus ſit ordo remiſſivè?*
6. *Unde Jus ordinandi natum?*
7. *Cur S. Ordinis feriis 4. temporum conferantur?*
8. *Ad quid Epiſcopo ſubditi obligentur?*
9. *De Jurisd. Epiſcopali.*
10. *Quanta ſit dignitas Epiſcopalis?*
11. *De numero Epiſcoporum S. R. I. Principum & ordine.*
12. *Ratio cur de ſingulis Epiſcopis tantùm pauca in genere proponantur?*
13. *De Epiſcopo Principe Bambergenſi.*
14. *Quando & à quo hic Comitatus in Epiſcopatum converſus?*
15. *De Urbe Bamberga.*
16. *De Epiſcopo Principe Herbipolenſi.*
17. *De Franconiæ Ducatu.*
18. *De Wormatienſi.*
19. *De Aichſtadenſi.*
20. *De Spirenſi.*
21. *De Argentinenſi.*
22. *De Conſtantinenſi.*
23. *De Auguſtano.*
24. *De Hildeſienſi.*
25. *De Padeibornenſi.*
26. *De Friſingenſi.*
27. *Ubi de celeber. Monaſterio Tegerenſee.*
28. *De Ratisbonenſi.*
29. *Ubi de S. Emerano.*
30. *De S. Alberto M.*
31. *De Paſſavienſi.*
32. *De S. Floriano.*
33. *De S. Severino.*
34. *De Plectrude Pipini conjuge.*
35. *De furto hoſtiarum per Judæum Paſſavij patrato.*
36. *De Comite Adelberone, &c.*
37. *De Tridentino.*
38. *De Concil. Trid.*
39. *De Baſileenſi.*
40. *De Brixienſi,*
41. *De Sedis Tranſlatione Brixinam.*
42. *De Monaſterienſi.*
43. *Anabaptiſtarum ſeditio.*
44. *De Oſnabrugenſi.*
45. *De Leodienſi.*
46. *De Lubecenſi remiſſive.*
47. *De Cameracenſi.*
48. *De Sittenſi.*
49. *De Metenſi.*
50. *De Fuldenſi.*
51. *De Verdunenſi.*
52. *De Curienſi.*
53. *De Magiſtro Eq. S. Joannis ſ. Melitenſium.*

Quia

Quia de ſtatibus Imper. Eccleſiaſticis agere cæpimus omiſſo Archi-Duce Auſtriæ, quem ad Duces reſervamus, nunc de Principibus Epiſcopis agemus, ut dictum ob continentium.

1 Nomen Epiſcopus à Græca voce ſcopus, quod eſt intentio, deſcendit, Latinè ſpeculator, aliis Superintendens dicitur, quia ſpeculari ſuperintendere & curam eorum gerere debet, quibus præficitur, *c. 1. diſt. 1. c. qui Epiſc. 8. q. 1* ut intelligatur Epiſcopum non eſſe, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe. Speculator ideo, quòd quaſi in ſpecula conſtitutus ſit ad videndum & cavendum, ne quid detrimenti capiat Eccleſia vel in doctrina vel moribus: *d. c. 1. juxta illud* Ezechiel. *3. v. 17. & 33. v. 7.* Speculatorem te dedi domus Iſraël, *& Eſaia 56. v. 10.* Speculatores ejus cæci omnes ſunt, Wintzler. *de Juriſd. Epiſc. Germ. t. 1.* Qualis in Epiſcopum eligendus. *v. c. Epiſc. diſt. 61. c. cum in cunctis. de Elect. Bertachin. de Epiſc. n. 1.* An eligi poſſit excommunicatus? negat. Bertach. *n. 4.* An ſuſpenſus? negat. *n. 5.* An Concubinarius? negat *ibid. c. fin. diſt. 33. c. præcipimus. 30. q. 5.* An qui duxit meretricem? ut fecit Oſeas Propheta. *can. non eſt culpa 32. q. 1.* An filiusfam. Affirmat, ſed hic liberatur patria poteſtate quoad onera, & incommoda. *Auth. ſed Epiſcopalis. C. de Epiſc. & Cler.* hæc autem liberatio non contingit per ſolam electionem ſed perfectionem. *Bertach. n. 12.* An Invitus? id negat *n. 12. fac. l. invito. de R. J.* An in minoribus ordinibus conſtitutus? Olim negandum, nunc affirm. *c. Ecce diſt. 24.* An habens liberos? Affirmat, Idem *n. 39.* prout & S. Petrus primus Epiſcopus filiam habuit Petronellam Epiſcopos autem Papa fratres, non filios appellat, & ſi aliter in literis ſint nominati, hæ de falſo ſuſpectæ ſunt, *c. quam gravem. X. de Falſ.* Et licèt olim promotorum ad Epiſcopales dignitates beneficia vacarent ei, ad quem alias proviſio pertinebat, *c. 7. §. 1. de Elect.* Et hodie etiam promotorum beneficia à die conſecrationis vacent; Chockier in concord. Germ. *p. 23.* nunc tamen reſervata ſunt Papæ ex Conſuetudine Germaniæ. *Simonet. de reſervat. q. 27. n. 5.* quod tamen non obtinet in Epiſcopis titularibus. *Chockier. p. 24.* ſi tamen Epiſcopus diſpenſatus ſit, ne conſecretur intra annum, etiam diſpenſatus cenſebitur ad retinenda ſua beneficia. Rebuff. *in praxi de diſp. ad plur. n. 21. pag. 286.* Atque ita palam eſt per confirmationem & electionem ad Epiſcopatum nondum vacare beneficia confirmati, quia multa accedere poſſunt, & ſolent, ut Electus dignitatem non obtineat, durumque foret confirmatione vel conſecratione repulſa eum amittere priora beneficia, & dignitate ſimul excludi, *fac. c. ſuper. his. 16. in fin. de accuſ. Honorius ab Axel. in tr. de Elect. n. 28.* ita ut ad effectum amiſſionis beneficiorum non ſufficiat, miſſum Roma placet cum facultate adminiſtrandi, quod ne quidem vim confirmationis habet, ſed hæc poſt diligentem inquiſitionem ſuper electione peracta ſubſequitur, nec iſta facultas adminiſtrandi, eſt poſſeſſio, quæ nec datur, nec legitima cenſetur ſine legitimo poſſeſſionis titulo, quem non tribuit electio abſque confirmatione, *Reg. Cancel. de Trienn. & ibi Gloſſ. & Gomez. q. 35. n. 26.* imò electis in concordia. Ultramontanis de Jure jus adminiſtrandi competit. *c. nihil 34. de Elect.* & tamen nemo dixerit tunc electi beneficia vacaſſe, ſed contrarium potius communiter probatur, *c. cum in cunctis. §. cum vero. ubi Gl. & DD. de Elect.* Quod autem Electus, vel etiam poſtulatus jam ante conſecratus ſit, ut quia Epiſcopus ad Archiepiſcopalem dignitatem evehitur, hujus tranſlati beneficia quidem etiam vacant, *Seraph. deciſ. 110. & ex eo. Barboſ. de off. & pot. Epiſ. part. A. 7. n. 67.* Sed non niſi ante lapſum temporis ad conſecrationem petendam ſtatuti, cujus ratio ſi non convincens, ſaltem conveniens & probabilis eſſe poteſt, ne conſecratus in retentione beneficiorum ſit deterioris conditionis, quàm non conſecratus, cum tamen iſte ſublimior, & majore favore dignus ſit, *argt. c. multa 27. in fin. de præb.* & ne omnino neglectum maneat tempus vacaturæ, tempus autem ad conſecrationem petendam trimeſtre eſt præfixum. *Trident. Seſſ. 23. de reform. Barboſ. in coll. ad c. cum in cunctis. §. vero. n. 27.*

Nomen hoc etiam apud Ethnic. uſurpatum, 2
& Magiſtratum denotavit, nam Cœlius Rhodius *lib. 31. lect. antiq. c. 3.* ait eos, quos Athenienſes ad ſibi ſubditas obnoxiasvè civitates miſerant ſpectatum quid in quaque fieret, dictos fuiſſe Epiſcopos, JCtum verò *in l. fin. §. Hierarchia de*

Mun. & hon. Epiſcopos nominat pani & aliis rebus venalibus quæ populo quotidianum victum præbent, præfectos, *Tolos. de rep. lib.* 15. *c.* 2. *n.* 4. Poſt veteris legis Judaicæ evaneſcentem Hierarchiam, actis novi teſtamenti fundamentis à Salvatore noſtro in primitiva Eccleſia Jus Epiſcopale parva habet initia, quando autem Orbi Chriſtianæ fidei lux affulſit publicè, & liberum ejus exercitium ab Impp. conceſſum eſt, quorum primipilus fuit Conſt. M. qui donatione in Sylveſtrum Papam factâ, publicè Chriſtum coli permiſit, cujus inſtrumentum extat *in c. Conſtantinus. diſt.* 96. *de quo vide Covar. p. p. qq.* 31. *n.* 2. *& text. in c. ſ. uturam* 12. *q.* 1. *Panorm. in c. Venerabilem. X. qui fil. ſint legit. junct. l. Divi Conſtantini. C. de nat. lib.* ubi Conſtant. veneranda Chriſtianorum fide Rom. munivisse, vel ſecundùm alios minuiſſe Imperium dicitur, contra quam donationem diſputare dicit Bald. *in t. qui Feud. dar. poſ.* eſt caput percutere ad montem Murellum, idem Conſtantinus, item Carol. M. ejusque filius Ludovicus Pius, Henricus II. & V. Lotharius, Otto, & alii nihil antiquius habuère, quàm ut Jus Epiſcopale ſtabilirent ac augerent, *c. Ego Ludovicus diſt.* 63. *c. tibi domino diſt.* 33. *Clement. Romano de Jurej.* Carolus verò M. præcipue maximam Saxoniæ partem Jure gladii acquiſitam in Epiſcopos convertit, eosque validis Juribus communivit, ut in ſingulis pertractandis apparebit.

3 Epiſc. ab iis quibus hoc de Jure competet electi vel poſtulati, item confirmati & inveſtiti ac ordinati poteſtatem Epiſcopalem conſequuntur: Quicquid autem olim fuerit, hodiè in Germania à Capitulo ſive Canonicis Cathedralis Eccleſiæ communiter eligitur Epiſcopus, per viam Scrutinii, *juxt. cap.* 42. *X. de Elect.* cujus forma omiſſa Electio per ſententiam invalidatur *d. c.* 42. §. *quia vero Dd. in c. quamque Eod. in* 6. quamvis ante ſententiam eundem de novo eligere poſſint. *Panorm. ad §. quia verò c. ſuper Eod. t.* quia ex prima electione nullum Jus acceſſit electo, ſed ipſius intuitu actus nullus dicitur, non reſpectu eligentium, niſi forte ſcienter elegiſſent indignum, tunc enim pro ea vice electione privantur, & Jus ad ſuperiorem devolvitur, *c. cum in cunctis.* §. *Clerici c. innotuit* 20. *c. cum Vitonenſis. X. de Elect. Wintz. de Jurisd. Epiſ. Germ. t.* 3. alia huc pertinentia tradunt late Canoniſtæ. Hoc ex ſtatutis quandam Eccl. & conſuetudinibus longaque obſervantia addito quod in multis majoribus Eccleſiis nulli Canonici minus Epiſc. vel Archiepiſcopi aſſumantur, niſi in proſapia ex deductione avitorum inſignium verè nobiles, alibi illuſtres, vel graduati in Theol. vel Jure monſtrentur, *V. latius Wintzler d. l.*

Epiſcopi legitimè electi conf. & conſecrati 4
primò conſequuntur ea, quæ ſunt ordinis cui adhæret Jus docendi verbum Dei, adminiſtrandi Sacramenta *c. inter cætera. de off. Ord. in ſpeci.* confirmandi & ordinandi, quæ duo aliis presbyteris denegata ſunt, *c. perlect.* §. *ad Epiſcopum diſt.* 25. *c. quamvis. diſt.* 68. inveſtiendi Clericos de beneficiis, *c. præterea. c. quod autem, c. illud. c. cum Laici, X. de jure patron.* Abbates, Abbatiſſas, & ſacras Virg. benedicendi, *d. c. quamvis. l.* 68. *c.* 1. *de ſupplic. neg. prat.* Eccleſiam conſecrandi, *Eccleſ.* 161. *q.* 7. *c. Eccleſias* 13. *de con. c. diſt.* 1. loca quoque religioſa faciendi, item Xenodochia & Hoſpitalia erigendi, *c. Xenodochia. ad hæc, & t. t. X. & in* 6. *de relig. dotis.*

Q. I. *An Epiſcopatus ſit Ordo?* 5
Canoniſtis & Theol. relinquimus, *Covar. Var. reſ. tom.* 2. *c.* 15. Id minimè omittendum, quod de Epiſcopis Germaniæ Principibus tradit Polan. *in hiſtor. Trident. lib.* 2. *pag.* 229. quod non ſolum alios Epiſcopos, ſed etiam aliarum nationum Archiepiſcopos antecedant, non tantum in Imperii conventibus, ſed etiam Epiſcopi, qui non ſunt Principes, non niſi aperto capite eos affari ſoleant, allegat exemplum inter Epiſcopum Eichſtadenſem & Archiepiſcopum Coregrenſem, & Tarentinum, *ad Fagnan. in c. Epiſc. de privil n.* 25.

Q. II. *Unde Jus ordinandi natum?*

℞. Antiquiſſimum eſſe, ſic enim Aaronem 6
ejusque filios Sacerdotes ordinavit Moyſes, *Levit.* 8. & hic Sacerdos fuit *Pſalm.* 98. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus ejus, *item* 1. *Timoth.* 4. noli negligere gratiam quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyteri, id eſt Epiſcopi, *item Act.* 14. Paulus & Barnabas, Epiſcopi & Apoſtoli conſtituebant presbyteros, *ad Titum* 1. Hujus rei gratia (ait Apoſtolus) reliqui de Cretæ, ut conſtituas per civitates presbyteros, ſicut ego conſtitui te.

Q. II. *Cur SS. Ordines feriis temp. ab Epiſcopis conferantur?* 7

℞. *Cum Rebuff. de Cler. ad Sac. Ord. prom. n. 8. pag. 331.* quidam ajunt, quod Sacerdotes & Clerici in Eccleſia locum obtineant, quem olim Levitæ apud populum Iſraëliticum, quos Deus pro primogenitis dum Ægyptiorum primogenita interficerentur, cuſtodivit, unde primitiæ Dei cenſentur, qui Deo dicantur *Rebuff. pag. mihi 131. n. 9 in prax.* Alia ratio melior eſt, ut ordinandi meminerint, ſe ſub 4. Evangeliis ſervire Chriſto & Eccleſiæ, in vere ut virtutibus floreant; in æſtate ut fructum ferant, in autumno, ut fructus operum ferant: in hyeme, ut fructus collectos ſervent in horreo, iisque fruantur, *Rebuff. in prax. pag. mihi 331. n. 9.*

9 Ad hæc ex l. Diœceſana omnes de diœceſi tam laici quam Clerici Canonicam obedientiam ſubjectionem & reverentiam Epiſcopis debent, *c. conquerente X. de off. ord.* unde Reverendiſſimi vocantur, *c. in nomine Domini diſt. 23. & alias paſſim tam in decreto quam Nov.* item diſpoſitio & gubernatio bonorum Eccl. his incumbit quæ ſine iis alienari prohibentur *l. jubemus 14. C. de S. S. Eccl.* & alienata ſine ſolennitate debita vindicationi ſunt obnoxia *c. Auguſtin. c. ſi quis 12. q. 2. c. ſancimus, 21. C. de S. S. Eccl.* Canonicæ portionis retentio, *c. conquerente. X. de off. ord. c. quoniam 13. X. de docum.* Viſitatio *c. Cleros §. Epiſcopat. à diſt. 41. c. Epiſcopat. 8. q. 1.* quotannis vel bis in anno vel quoties neceſſitas Eccleſiæ id poſtulat, *d. c. conquerente, X. de off. ord.* Ejus gratia procuratio ſeu ſumptuum ad viſitationem collectio *d. text.* Synodi in ſua diœceſi convocatio, quam quotannis inter Abbates, Prælatos & Clericos ſuæ diœceſis indicit, *c. 2. §. porro diſt. 3.* Et Synodatici ſive Cathedratici exactio *c. 1. 10. q. 3. c. paſtoralis. 7. X. de donat.* unde Epiſcopi tot annis in Cathedra ſediſſe dicuntur, uti dicebantur ſcribæ & Phariſæi ſedere in Cathedra Moyſis, *Matth. 25. v. 2.* In caſu quoque neceſſitatis honeſtæ, moderata collectatio, ſive charitativi ſubſidii indictio, *Menoch. de arb. Jud. caſ. 178. n. 8.*

9 Juriſdictio Epiſcopalis, quam habet Epiſcopus in tota diœceſi & qualibet parte fundata eſt in omnium Clericorum tam civilibus, quam criminalibus, & Laicorum ſpiritualibus quas cauſas audire poteſt, & ſua ſententia definire. *c. omnes Baſilic. 16. q. 7. c. cum contingat. X. de Foro comp. l. 25. C. de Epiſc. & Cler. c. 1. jurgantium X. de ſent. excom.* Pœnas decernere. *argt. l. 2. de jurisd.* excepto, quod pœnam ſanguinis irrogare per ſe Epiſcopo non liceat *c. inter. 339. q. 2. c. cum non ab homine X. de Judic. c. Clericus. ne Cler. vel Monach. c. fin. Eod. in 6.* Clericos ob exceſſus ſuſpendere, *c. quærenti X. de V. S. c. tuarum. Extra de privil.* imo etiam removere & deponere *facit c. 5. X. de eo qui fuit ord.* tam verbaliter quam actualiter, *c. d. gradatio de Pœn.* item Excommunicatum reſtituere, *argt. l. nihil tam natur. de R. I.* Cenſuras quoque Eccleſ. per excommunicationem majorem & minorem per interdictum ex juſtiſſima cauſa exercere & ab eis abſolvere, *c. tranſmiſſam. X. de Elect. c. nuper. X. de ſent. excom.* quæ digito monſtraſſe ſufficiet ſingula & alia Epiſcoporum Jura latius tradunt ſuis locis Canoniſtæ, in quorum meſſem falcem mittere nolumus.

Circa propoſitam materiam prædictis adjiciendũ, 10 quòd Epiſcopatus non ſit ſimpliciter dignitas ſed dignitatis honorumque culmen, apex, & faſtigium, *c. venerabilis X. de præb. c. ſi per ordinem diſt. 63. c. ordinator, diſt. 59.* de cujus dignitate ſpecialem tractatum conſcripſit Troilus, Malvitius Privilegia colligere licet, *ex l. quoties C. de dignit. l. 12. Auth. Epiſcopalis. l. ad ſimilit. 21. C. de Epiſc. & Cleric. l. nullus C. de Cur. lib. 10. l. 2. de ſent. ex pert.* Immunitatum veſtigia apparent *exc. fin. 81. § filius f. quib. mod. p. p. ſol.* Securitatũ *in auth. nullus Epiſcop. C. de Epiſc. & c. ſi quis ſuadente, de pœnis, &c.* Et quia Epiſcopi in partem ſollicitudinis Imperatoris aſſumptibus & principibus Imp. adſcripti, regalibus Juribus territorialibus ut alii Principes, decorati, ſtatusque ſæculares antecellunt, *argt. l. 1. §. hujus ſtud. de I. & I.* ibi in Sacerdot. m[illegible]ibus, ex ordine ſcripturæ arguendo, *junct. N. 6. in princ. ibi in Sacerd. & Imp. & c. duo ſunt. diſt. 96. c. duæ nat. 12. q. 1. ſolitæ X. de maj. & ob.* ideo de Epiſcopis in ſpecie agemus, antequam ad Principes ſæculares deveniamus.

Epiſcopos Sacr. Rom. Imp. Principes & Status *27.* recenſet Schönborn. *lib. 5. Polit. c. 6.* ſupra deſignato, alii alio ordine; Welnerus autem *31.* enumerat, *in verb.* Stand des [illegible] nos Schönboneri ordinem ſequemur ſine ullius præjudicio, cum Methodus hæc doctrinæ nihil in jure præcedentiæ tribuat aut adimat. 11

Quamvis de Epiſcopis Sacr. Rom. Imper. 12 Principibus & Statibus multa in ſpecie notanter dici

Digitized by Google

dici poſſent, quia tamen faſciculus ea non admittit, unum vel alterum de ſingulis digito, ſuis locis commodis notaſſe ſufficiet, cum in plerumque initiis & progreſſu multa inciderint ſingularia minimè contemnenda, vel miracula quandoque minimè reticenda, quæ fidei Catholicæ nota ſunt & teſſera ipſo Chriſto teſte *Marc.* 16. Signa eos, qui crediderint hæc ſequentur, *& Matth.* 11. Renunciate Joanni, &c. Cæci vident, &c. *Joan.* 11. ſi opera non feciſſem quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, cum enim arcana fidei ſupra naturam ſint, argumentis quoque ſupernaturalibus & miraculis confirmanda erant, ea autem poſt Chriſtum & Apoſtolos non defeciſſe, promiſſio Chriſti evincit, *d. c.* 16. *Marc.* ſigna eos, &c. Neque ſatis eſt, quod eorum Maſtyges omnia in dubium vocent, attenuent, aut ficta vel ſuppoſititia velint exemplo Phariſæorum, ex quorum Schola prodiiſſe videntur, qui idem de miraculis Chriſti dicebant; In Belzebub ejicit dæmonia. Plus autem valere debent ea quæ à viris SS. Regibus Principibus communitatibus tradita ſunt, & monimentis conſignata, quos gratis mentiri voluiſſe in caput ſuum non eſt probabile. Fraus enim diu latere non poteſt.

13 Inter S. R. I. Epiſcopos Principes Bambergenſis Epiſcopus in ditione ſua eſt inſtar Archiepiſcopi nullumque agnoſcit Metropolitanum, Reinck. *de reg. ſac. lib.* 1. *claſ.* 4. *c.* 21. Nomen habet à loco Reſidentiæ ſuæ quæ centrum Germaniæ eſſe dicitur licet aliis Papæburgenſis dicatur forte à numeroſa multitudine Sacerdotum, qui devictis Saxonibus per Carol. M. Anno 796. hic vixerunt & ad eorum converſionem laborarunt, Bamberga autem à Baba dicta, quæ fuit Ottonis Saxon. Ducis filia & Soror Henrici Cæſ. cujus filia nupta erat Alberto, qui cum Regis Ludovici filium occidiſſet & ditio Ottoni II. vel III. ideo obveniſſet, *c.* 1. *an ille qui interf.* Vult. 1. *Feud. c.* 11. *n.* 36. Comes autem in arcem vicinam Altenburg. fugiens fruſtra ob loci munitionem obſideretur. Hic Hattonis Mog. ſequenti fraude Imper. traditus legitur, *ut refert Münſt. in Coſm. fol.* 818. Perſuaſit Hatto Comiti ut ſecum ad Imp. deſcenderet addito pacto ſe eum apud Cæſarem defenſurum vel ad arcem reducturum, cui confidens Comes deſcendit, mox autem eidem Hatto jentaculi cauſa reditum ad arcem perſuaſit, quo ſumpto ad Regem rurſus deſcendens captus, & capitis ſupplicio effectus eſt, Comiti autem ſuper data fide Hattonem imploranti hic reſpondiſſe fertur: Fidei ſuæ una reductione ad arcem ſatisfactū: Quam rectè, tradit *Cic.* 3. *off.* allato exemplo ſimili cum Annibal poſt Cannenſem pugnam decem ad Senatum miſiſſet juratos, ſe in caſtra redituros, ſi non impetraſſent captivorum permutationem, quorum unus cum egreſſus eſſet è caſtris mox regreſſus eſt, quaſi aliquid oblitus eſſet, qui dein Romæ reliquis novem Carthaginem reverſis manſit, quia priore reditu in caſtra ſe Jure liberatum interpretabatur, diverſo planè exemplo à M. Attilio *de quo text. in l.* 5. §. *fin. de Cap. & poſtl.* * Henrici autem Cæſ. 14
ope & dotatione An. 1006. Comitatus in Epiſcopatum converſus primo Epiſc. conſtituto Eberhardo. Cum autem Epiſc. Herbipol. ob intereſſe ſuæ Eccleſiæ reſiſteret, Pontif. Benedict. VIII. implorando. Huic pro conſenſu annua penſio aſſignata fuit, & demum Henr. Imper. (hic cum Auguſta Cunegunda in ſummo templo à ſe extructo ſepultus) pro ratione exemptionis Papæ obtulit annuè ein Zelter / equum album cum omnibus ornamentis & phaleris, centumque marcis argenti ab Epiſcopo loci Pontifici tanquam advocato, pendendis. Qua annua penſione ut Eccleſiam Bambergenſem liberaret Henricus Junior, Beneventum Romanæ Eccleſ. tempore Leonis IX. tradidit: *Mager. de advoc. c.* 14. *n.* 236. * Urbs hæc muris caret, 15
interque pagos Imperii recenſetur, & S. Cunegundis filum vocatur, ſive quòd S. Cunegundis eam filo ſerico pro muro circumdederit, ut muro non eſſe cingendam vulgo dicatur, *Mager. d. loc. n.* 434. loco autem muri ſunt 4. Monaſteria ad 4. Civitatis angulos extructa, S. Steph. S. Michaël. S. Bened. & S. Georgii, & piè creditur, quam diu Clerici & religioſi his locis Deum religioſè colerent, hæc loco mænium fore. At rupit tamen filum militum furor, quando Sueci Anno 1632. Urbem occuparunt. Item Anno 1641. Vinnarienſes & Galli Anno 1645. per Königsmarck eam afflixerunt, fuit olim libera civitas Bamberga *Matt. Steph. de jurisd. lib.* 2. *p.* 2. *c.* 1. *n.* 85. & in ejus inſigniis vir armatus dextra vexillum ferens, in quo orbis imago, in ſuperficie crux, ſiniſtra vero ſcutum cum aquila expanſis alis, & divaricatis pedibus

dibus erat; præd. S. Cunegundis Henrici I. Imperatoris conjunx falſo adulterii inſimulata Veneris cujuscunque ſe neſciam probavit, quindecim paſſus ſuper ferrum candens nudis & illæſis plantis transeundo. *Majo. Canic. tom. 1. Col. 3. p. 25. & Coll. 22. p. 402.* adinſtar Tutiæ Veſtalis, quæ cum male de pudicitia audiret ad ripas fluminis progreſſa multis comitantibus cribrum aqua plenum ad Pontificem Judicem detulit, *Majol. p. 1. Coll. 3. p. 75.* Licèt Forchem Civitas hoc bello nunquam capta dicatur, quæ inter Bambergam & Norimbergam ſita eſt, & Patria Pontii Pilati fuiſſe perhibetur, à quo mons Vicinus Pilati nomen habet. Pilatus autem dictus fuiſſe perhibetur, quod mater Pila Pater Atus dicti fuerint, ſed nugæ hæ videntur aliis. Pontius verò dictus fuit à Ponto regione circa mare Euxinum ſita memorata, Act. 2. 9. in quam à Romanis ob homicidium relegatus fertur, vel ab Inſula Pontia, quò ſecundùm alios ablegatus, vel à celebri Pontiorum ſtirpe, cui debuerit ortum. Spurium Regis alicujus quidam contendunt, qui in florenti ætate fratrem Germanum Galliæ legatum aliosque de vita ſuſtulerit, ſed de his vix aliquid certo conſtat, Natione Germanum eſſe volunt ut d. Forchemenſem Cythræus juxta verſ.

In Forchem natus eſt de natione Pilatus,
Teutonica gentis crucifixor cunctipotentis.

alii Sileſiæ, Belgio, Galliæ, Italiæ alii tribuunt, Germani libenter has pravas reliquias cedent aliis. Vixiſſe eum in conjugio, SS. docet, & uxorem (Proclam d.) à probitate commendat, Ipſe Ann. Chriſti 28. Tiberio Imp. Rom. in Judæa præſes ſeu Procurator conſtitutus, *Tacit. lib. 25. ann.* Succeſſor fuit Valerii Grati, qui cum quicquid accideret Cæſari ſignificare ex officio deberet, & Tiberium de omnibus Chriſti actionibus edocuiſſet, eaque Tiberius ad Senatum retuliſſet poſcens, ut in deorum numerum Chriſtus adſciſceretur, Senatus autem id renuiſſet, hoc prætextu quòd non prius pro veteri more Senatusconſulto in deos eſſet relatus. Poſteà ipſe gratia Cæſaris excidit officio privatus, undique furiis exagitatus vagabundus oberravit in terris; ab aliis verò relegatus dicitur Viennam Galliæ urbem, ubi ſibi mortem conſciverit; alii in Touron ad flumen Rhodanum ſitum locum quo ſe interfecerit Anno Chriſti 43. vel 41. juxta alios. *v. Joſeph. lib. 15. c. 5. p. 485. & ſeq.* ſub Vitellio ſucceſſore Tiberii eum Romam evocatum non deſunt qui eum Viennæ Galliæ in Rhodano ſubmerſum vel ſe ſubmerſiſſe velint, & eo loco naves adhuc periclitari, alii Romæ in carcere proprio Cultello occubuiſſe: quæ inter ſe quodammodo pugnantia ita in concordiam reducere conatus eſt Joann. Langius *in Epiſtol. medic. lib. 2. Epiſtol. 35.* ubi ſcribit, quòd Pilatus à Cajo Caligula Romam accerſitus ut cauſam Chriſti innocenter condemnati diceret, Cæſaris ferociam & carceres veritus ſuo cultro ſibi vitam ademerit. corpus verò ejus mulo oneratum in Tiberim demerſum ſit, quod cum adhuc in undis fluctuaret, ſpiritus mali reprobo gaviſi cadavere, nunc in aëra modò ſupra aquis deferebant, & terribiles ibi concitabantur tempeſtates, fulgura, tonitrua, grandines & inundationes, ut proptereà Romani id de Tiberi extractum Viennam Galliæ urbem deportarint & fluvio Rhodano immerſerint, quo loco cum naves pari ſucceſſu & crebro peſſumirent accolæ, vas illud maledictionis dæmonum habitaculum in Loſannæ Epiſcopatus Helveticorum territorium detulerint, & ſepelierint. Cumque & ibi dæmones incolas nefandis terriculamentis infeſtarent, cadaver in puteo montis Helvetiorum collibus circumſepto non longè à Lucerna diſtante ſubmerſerint, ubi quoque manes Pilati miris modis ſæviunt, in quem ſi quis vel lapillum dejiciat, toti Lucernenſium regioni periculum inundationis immineat, & piaculum cenſetur, quicquam temerè circa paludem experiri, ac manes Pilati irritare; Hodie quoque die Veneris S. ejus Spiritus in forma Judicis lavantis manus ſe videndum exhibet, & Veſperi evaneſcit, & niſi Magiſtratus tam exactam curam adhiberet, ne quis lapidem ex monte dejiceret, ut aliquando compertum fuit, ejusmodi tempeſtates concitarentur, ut civitas eſſet in extremo ſubmerſionis periculo. Ruſtici verò deponunt, quod in iſtis locis parvos maſculos videant, qui eos lapillulis impetant, & mox evaneſcant. Quantum autem ejusmodi vulgatis fidei tribuendum ſit, judicandum prudentibus relinquo. De domo ejus in Gallia ſuperſtite dicto La maiſon de Pilate, & de-

& de poſteris ex ſanguine Pilati ibi morantibus, quos vocant Dominos de Pila ſcribit Seroter. Perſuaſum ſibi habuerat Pilatus in mactandis Galilæis, *Luc.* 13. V. 1. in Samaritanis opprimendis, *Joſeph. lib.* 28. *c.* 5. *p.* 485. in Chriſto innocente condemnando, *Matth.* 27. *Marc.* 17. *Luc.* 28. *Joan.* 18. per lotionem aquæ hæc omnia abluenda, quod multis olim perſuaſum fuiſſe perhibet Ovid. 2. *Faſt. pr.* 161.

Omne nefas omnemque mali purgamine cauſam,
Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.
Græcia principium moris dedit, illa nocentes,
Impia luſtratos ponere facta putat.
Actoriden Peleus, ipſum quoque Peiea Phoci,
Cæde per Hæmonias ſolvit Acaſtus aquas.

& addit:

Ah nimium faciles qui triſtia criminis cædis,
Fluminea tolli poſſe putatis aqua.

Pilati ad hoc exemplum ſufficiat ad extremas redactus anguſtias ultione divina eum brevis conſequente, prout ſceleſtos ſequitur à tergo ultor DEUS.

16 Epiſcopus Herbipolensis & civitas ab arce nomen habet, ita dicta à radicibus montis, quibus evulſis arx Anno mundi 3782. & civitas 3. ante natum Chriſtum Anno Auguſti Cæſaris 42. extructa eſt, quæ Civitas arci per Mænum ponte jungitur lapideo: Poſtquam S. Kilianus Irlandia ortus cum Colomanno & Dietmanno Francis Chriſti doctrinam annunciâſſent, & Ducem Franciæ Gotsbertum Ethnicum, qui fratris ſui uxoris Geilæ illicitis utebatur complexibus ad eam dimittendam hortatus exemplo S. Joannis Baptiſt. Non licèt tibi habere uxorem fratris tui, ad dimiſſionem ipſum induxiſſet, juſſu Bertæ abſente Gotsberto occiſus eſt. Dein per Bonifac. Archiepiſc. Mogunt. creatus eſt Epiſcopus Burckardus Anno 741. cui Pipinus vel Carol. M. Herbipolenſem diſtrictum donavit, ipſe autem Epiſcopus ſenex dein renuncians Epiſcopatui, cùm 50. annis ei præfuiſſet, in Monaſterio Hohenberg vitam finivit Anno 791. Ex privilegio Carol. M. à Frider. Barbar. confirmato præter alia Epiſcopus Juriſd. Civilem & Criminalem habet, & in ejus ſignum magnis feſtivitatibus ei præfertur enſis evaginatus, quem ſolenne ſacrum celebrans ſecum poſitum habet. Beſold. *de Ord. Eq. fol.* 11. & cum gladio etiam ſepelitur. Unde Verſus:

Herbipolis ſola judicat enſe ſtola.

* Idem Epiſcopus Dux eſt Franconiæ ſeu Franciæ 17
Orientalis, cujus primus Dux fuit Genebaldus mortuus Anno Chriſti 356. mortuo autem Hethano XXI. Duc. Anno 740. ſine liberis maſculis pervenit ad Pipinum XXII. Ducem, directione Caroli Martelli, & Pipinus dein Rex Galliæ factus, Burckardo Epiſc. Ducatum An. 752. vel 741. donavit, hicq; ad Epiſcopos ſucceſſores transmiſit. Defuncto An. 1641. 30. Jul. Franciſco ab Hatzfeld, electus fuit Joan. Philip. de Schönborn LXX. Epiſc. poſtea etiam S. R. I. Elector & Archiepiſc. Moguntinus. Beſold. autem dicit, quod hic titulotenus ſit Dux, Marchiones autem Brandeburgici eum Ducem nunquam ſalutent: Taciti quidem tempore Francorum nomen apud Germanos ignotum fuiſſe videtur, cujus prima mentio fuit ſæculo 3. Chriſti ſub Cæſare Gallieno, cum poſthumus anti-Cæſar attraxit ad ſe Francos iisque Gallienum oppugnavit, qui populi erant ad Rhenum libertatis defendendæ ſtudioſi, poſtea autem fines ampliarunt, ſæculo 6. felices fecére progreſſus. *Baron. Anno Chriſti* 649. *n.* 4. & 5. Et Alemannos, mox Thuringios & Friſones, nec non Saxones debellarunt, Item Sclavos, inter Rhenum & Viſtulam ac Danubii accolas, quos ſibi fœdere junxerat, Ultimus autem Franconiæ Dux fuit Hethanus, qui unicam reliquit filiam Immen dictam; Ex Epiſcopis Herbipolenſibus mortuus eſt Anno 1090. Adelberto Comes à Lambach, & Scherdingen, qui velut alter ſedi Apoſtolicæ fidus Athanaſius à Cæſare Henrico V. Cathedra pulſus, mirè exagitatus, reſtitutus, & rurſus pulſus perſuaderi non potuit, ut Epiſcopatum reciperet, ſed in Monaſterio Auſtriæ ſuperioris Lambacenſi Benedictino à ſe exſtructo vitam religoſiſſime egit, & An. 1090. finivit, ubi adhuc in navi templi ejus Sepulchrum, templo, conventu, & Abbatia noviſſime ex fundamentis pretioſiſſimè exſtructis à moderno Reverendiſſ. Prælato Univerſitatis Salisburgenſis Præſide. Plura de Origine Francorum. *v. apud Montzamban. p.* 90.

Epiſc. Wormatiensis ab Urbe nomen habet, 18
quæ caput Vangionum ita dicta fuit vel à vermibus, quorum multi in ruderibus deſtructæ civitatis vel à dracone, qui ibi inventus, in inſigni geritur:

Digitized by Google

tur: olim hic Archiepiſcopatus fuiſſe dicitur, cujus originem quidam tribuunt dotationi Clodovæi Regis Galliæ ad An. Chr. 500. qui à Remigio Epiſc. Metenſi Argentorati baptizatus eſt, ſed antiquior eſt hæc ſedes, quia Synodo Colon. Anno 348. ſecundum Scopperum interfuit Archiepiſc. Wormat. Victor, & cooperatus eſt ad depoſitionem Arriani Epiſcopi Euphratis, cui ſucceſſit S. Amandus, de quo ſuprà in Saliſburg. Ultimus Archiepiſc. fuit Servilio XIII. præſul in aula Pipini educatus, ab eo contra Saxones miſſus, qui audiens in caſtris eſſe eum, qui patrem ſuum & Anteceſſorem Heroldum Epiſcopum interfeciſſet, ſalvo conductu dato ejus adventum per legatum expetiit, venientem autem interfecit, ob quod factum Pipino urgente per Greg. I.I. Papam depoſitus ac Monaſterio mancipatus, & Archiepiſcopatus translatus eſt Moguntiam, quem Erfordiam transferri maluiſſet Pipinus Anno 729. Et ab hoc tempore ſucceſſores Epiſcopi Wormatiæ manſêre, quamvis an Archiepiſcopatus unquam fuerit in dubium vocetur, in hiſtoria de corpore S. Amandi edita Saliſburgi noviſſimè Ann. 1661. cap. 4 pag. 16. Hoc loco Comitiis publicis Taſſilo perduellionis damnatus eſt ſub Carol. Magn. Hic Anno 769. Carol. M. coronatus & pluries Conventus Imperii habiti Schopp. *in Chorol. p.* 736. Poſt mortem Georgii Friderici Greiffenklau Anno 1629. 6. Jul. ſuffectus eſt Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Princeps Georg. Anton. Cratz de Scharffenſtein, qui pro tempore Epiſcopatui laudabiliter præfuit, & tum Eminentiſſ. Elect. Mogunt. tum ſuo nomine in præſentibus Imperii Comitiis Ratisbonenſibus boni publici Zelum & S. R. I. proſperitatem ſibi cordi eſſe per hoc teſtatum fecit, iis durantibus vita functus.

19 Aichstadensis Civitas à qua Epiſcopus nomen habet vel ab evulſis quercubus, vel à forma ovi, Pars inferior Epiſcopatus in Bavaria & Suevia, pars ſuperior in Franconia eſt, cui circulo adſcribitur. Poſtquam Odilo Bavariæ Dux hæc loca inculta S. Bonifacio & hic S. Wilibaldo ex regia familia genito donâſſet, Urbs hæc Anno 740. extrui cæpta ut & Monaſterium Ordin. S. Benedicti in quo ipſe Wilibaldus religioſè vixit & mox à Bonif. hic ſedes Epiſcopalis ordinata, & Wilibaldus I. Epiſcopus creatus eſt, Anno 745. qui obiit Anno 781. ibidemque Soror ejus Walpurgis Virginum Monaſterium fundavit in eoque mortua & infra altare ſepulta eſt. Huic Epiſcopatui Gebhardus Comes de Hirsberg ultimus familiæ Anno 1305. mortuus Comitatum ſuum cùm manſione ſua & urbe Berchingen donavit, qua de donatione ſeqq. verſus.

Montem cervorum clarum caſtrumque decorum,
Et res Conrado Gebhardus ego tibi trado.
Quas Wilibaldi vice ſuſcipias patris almi.
Æternam requiem mihi is impetret atq; ſalutem.

Schopp. in Chorographia c. 6. n. 37. pag. 781. ubi refert inter hunc & Wormatienſem Epiſcopos ſub Alberto Auſtriaco in Comitiis Seſſionis controverſiam fuiſſe, Epiſcopus Reverendiſſ. Marquardus, Schenck à Caſtel nunc præeſt, & Cæſaris Plenipotentiarius eſt in his durantibus Comitiis Ratisbon. hoc An. 1674.

Spirensis Epiſcopatus antiquitas hinc colligitur, quod An. 348. Jeſſes Epiſc. Spirenſis Coloniæ Synodo contra Euphratem Arrianum interfuit & ſexto loco ſententiam dixit. Et is fuit primus loci Epiſcopus, quem Epiſcopatum dein collapſum tempore Dagoberti Regis renovatum eique Anaſtaſium Sacellanum ſuum præpoſitum legitur, olim hic ut & in diverſis aliis Cathed. & Collegiatis Eccleſiis Canonici eadem menſa & dormitorio utebantur, ſed circa annum 969. Balderico Epiſcopo, qui plurimum apud Imp. Otton. III. valuit Conſilio, Canonici vitam regularem in ſæcularem converterunt, & ad diviſionem provocarunt. S. Henricus & Conrad. II. Eccleſiam multis reditibus auxerunt & Eccleſia S. Guidonis, ante S. Joan. d. in Monaſterium Benedictinorum Anno 1030. 12. Julij converſa eſt, urbs verò à Ruperto Epiſcopo An. 1057. ampliata, & pagus Spier ab aqua ita dictus adjunctus. Item autoritate Paul. III. & Carol. V. acceſſit, die Probſtey zu Weiſſenburg Nunc LXXIV. Epiſcopus eſt Reverendiſſ. Lotharius Frider. à Metternich / Princeps omni laude ſuperior, & nunc Archiepiſcopus & Elector Moguntinus. 20

Argentinensis Epiſcop. nomen à civitate, quæ Neronis tempore per Sanct. Maternum fidem Chriſti docta mox defecit, qui non procul Molzemio templum dictum domum D. Petri extruxiſſe legitur, licet hoc more ſuo fabuloſum videa- 21

tur

tur Schopper. *in Chorol. p.* 324. donec per Epiſcopos Metenſes converſa eſt, poſtquam autem Clodovæus fidem ſuſcepit anno 508. Principalis Eccleſia extructa, & Epiſcopatus fundatus eſt. Et quia Attila omnia depopulatus fuit ut muris & mœnibus omnibus dejectis via per eam undique eſſet & lapidum ſtrues, hinc Straßburg/ dicta fuit, Urbe reædificata, I. Epiſcopus Amandus fuit natus Anno 571. Sereniſſ. Aquitanorum Ducis ex Amanta matrona filius Aquitanus Ultrajecto evocatus, qui Regem Dagobertum cum filio Sigeberto baptizavit zu Reſach im Schloß Eiſenberg. hic Reo cum à ſævo judice vitam non potuerat impetrare, poſt mortem à miſericordiæ Judice Deo vitam impetravit & ſalutem, Cum adoleſcens in inſula Ogio ſolitariè viveret ſerpentem magnum ſigno crucis ejecit inſula. Cui ſuffectus eſt Arbogaſtus qui d. Sigebertum ab aliquo lethaliter vulneratum reſtituit, ideò à rege donatus civitate Rufach & aliis dominiis ut & S. Florentius ejus filiæ Rutæ vel Ruthidæ à nativitate cæcæ viſum reſtituit, qui obiit Anno 675. vel ſecundum alios 461. Nunc Canonici 24. numero Principes Comites vel Barones ante admiſſionem 16. majores genere illuſtres probare debent, Moltzhemii reſident inter quos Anno 1604. 12. Nov. inita eſt transactio der Hagnauiſche Vertrag. *act. publ. tom.* 2. *lib.* 8. *tract.* 65. *p.* 1417. quæ anno 1620. prolongata eſt. In Tabernis Alſaticis Epiſcopalis eſt reſidentia, qui locus à Cajo Jul. Cæſ. inſtar Calendarii tot turribus ornatus quot ſeptimanæ in anno ſunt, & inter ſingula ſeptem pinnæ ſunt. Epiſc. hic Landgravius Alſatiæ dicitur, quamvis etiam hic titulus ab Auſtriacis uſurpatus ſit. XLVIII. Epiſcopus fuit Sereniſſ. Leopold. Guilel. Archidux. Auſtriæ pie defunctus Anno 1662. menſe Novemb. in demortui locum hoc anno 1663. communi calculo electus eſt Illuſtriſſ. Franciſcus Egon ex Comit. de Fürſtenberg, Heiligenberg & Werdenberg, Landgravius in Baaren, Dominus in Hauſen von Kützingen Thal/ ꝛc.

22 Constantiensis Epiſc. ab urbe Conſtantia dictus, quam Conſtant. M. pater Conſtantius contra incurſus Alemannorum munivit. Prima origo horum Epiſcoporum temporibus Clodovæi tribuitur. Primus Epiſcopus S. Patronus fuit. an. 425. hic Synodus habita cui interfuerunt 26. Abbates 6. Præpoſiti, 40. Canonici Cathedrales, 266. Presbyteri præter Clericos Conſtantiæ habitantes, & numerata aliquando in Epiſcopatu 350. monaſteria virorum & mulierum, 1760. parochiæ, ad 17000. Sacerdotes Anno 1414. Concilio hic habito perſonaliter interfuit Joann. Papa cum 27. Cardinal. Imperante Sigiſm. Cæſare, hicque Hus combuſtus eſt. Cum cives anno 1527. hic religionem mutaſſent & poſtea anno 1548. Auguſtanam Confeſſionem ſuſcipere recuſarent Civitas à Carol. V. in bannum declarata & Fratri Ferdinando tradita, ſic ex Imperiali facta eſt Auſtriaca, conqueſti quidem fuerunt in Comitiis Suevici circuli ſtatus anno 1559. ſed iis copioſè reſpondit Imperat. teſte Limn. Hic tempore Hermanni II. Epiſc. Imp. Fridericus Barbaroſſa convocatis Imperii ſtatibus generalem perpetuamque pacem fecit anno 1183. quæ à loco Pax Conſtantiæ vocatur, & extat in fine corporis Juris ad quam Baldus commentatus eſt.

Augustæ primus Chriſtum prædicavit 23
Lucius Rex Britanniæ, Narciſſus fidem plantavit, qui Hilariam cum filia Afra baptizavit, quos ſub Diocletiano Gajus præſes Provinciæ anno 303. martyrio affecit, Primus deinde Epiſc. fuit anno 626. Zoſimus aliis Dionyſius dictus, aliis verò interjectis Simbertus Monachus Murbacenſis Caroli M. ex ſorore filius ad Epiſcopatum evectus, Eccleſiam Cathedralem in honorem B. V. conſecravit profeſto S. Michaëlis, & inde hoc tempus nundinis deſtinatum eſt, quam collapſam anno 993. Lutpoldus Epiſcopus reſtauravit & S. Ulricum in numerum SS. referri obtinuit.

Epiſcoporum Hildesiensium hæc eſt origo. 24
Poſtquam Carol. M. Saxones eorumque Ducem Widekindum debellavit, & religionem Chriſtianam in Saxoniam intulit, in loco vicino Aulicenſem Epiſcopatum fundavit, qui inde ſub filio ejus Ludovico Hildeſium translatum eſt. Primus Epiſc. ſub Carol. M. factus eſt Guntharius inter ſucceſſores legitur Bernardus Comes de Somersberg. Vir vitæ ſanctitate clarus. In Eccleſia principali reperitur columna der Irmen Saul/ ſuper qua olim idolum fuit ab Ethnicis cultum à Caroli M. deſtructum columna Corbejam translata ibique defoſſa an. 772. quæ dein Ludov. Cæſaris juſſu anno 822. ad templum hoc translata, & certis ſolennitatibus.

tatibus conſecrata & erecta eſt, loco candelabri in choro ſuper quo lumen collocatur, quæ cultro percuſſa ſonum edit, in æſtate friget & ſimul ſudat. Poſtquam Sereniſſimus Ferd. Elect. Bav. Dux, &c. Arch. Colon. Epiſcopus loci hujus obiit an. 1650. Nunc Maximilianus Henricus Com. Palat. Rheni B.U. Dux LV. Præſul Epiſcopatum gubernat dividitur Hildeſium in antiquum & novum etiam religione diverſum, civibus partim Romanam, partim Lutheri doctrinam amplectentibus; In hoc Epiſcopatu circa annum 1132. de ſpiritu quodam refert Schot. *lib. 2. ſpect. p. 2. p.* 240. qui hominum converſatione videbatur delectari, quibus nunc ſub ſpecie ruſtici apparebat, nunc inviſibilis illudebat, in culina coquis ſerviebat. Principes de magnis rebus præmonebat; Cum autem quidam abiturus ei uxorem per jocum commendaſſet, hoc ille munere ſerio functus, aliquos, qui procacis uxoris libidini inſidiabantur, impedivit, is neminem, niſi ante læſus offendebat, offenſus vero non parcebat, cumque in culina puer ei familiaris eum contumelia affeciſſet, & monitis ſuis à Præfecto non obtineret, ut puer ceſſaret, ipſum puerum in culina dormientem ſuffocavit, in fruſta diviſit, & igni appoſitum coxit, donec ab Epiſc. Bernardo per cenſuras Eccleſiaſticas provinciis excedere coactus fuit.

25 Paderbornensis Epiſcopatus & Urbs à Pada fonte nomen habet, qui infra ſummum altare in Eccleſia Cathedrali oritur. Extare in his partibus dicitur fons vulgo Boldenborn qui inſtar maris fluat & refluat ſingulis 24. horis & rotas molares agitet, Mager. *de Advoc. c. 5. n.* 353. Epiſcopatum hunc autore Leon. III. Papa Carol. M. fundavit. anno 764. Licet nomen loci alii derivent à Baden quod anno 776. Saxones magno numero hic baptizati ſint: Carolo M. hic Eccleſiam ædificare cœperat, ſed eam Saxones mox deſtruxerunt, quam primus Epiſcop. Harimarus reædificavit & ann. 779. Leo III. Papa VI. Decemb. perſonaliter conſecravit. Otto II. Imp. huic Eccleſiæ ex puro Ungarico auro crucem donavit 60. pond. gravem æſtimatam 60. millib. flor. Epiſcopatus ſucceſſu temporis ita crevit ut in ſuo circuitu 24. parvas civitates, 20. arces & dynaſtias, 16. Monaſteria & 54. Parochias contineret, ſed ſenſit Epiſcopatus & Urbs nimium belli furorem, quam anno 1622. Epiſcopus Halberſtadienſis inaſit & S. Liborii inauratam Caſſam ad 80. pondo gravem diripuit, mox ab Haſſis, an. 1633. Item à Cæſariis an. 1636. in Auguſt. & rurſus an. 1646. in Majo à Suecis capta. Defuncto Theodorico Adolpho Barone de Reck XLV. Epiſcopus & Reverendiſſ. Præſul Ferdinandus omnium virtutum laude celebratus, ex familia antiquiſſima Baronum de Fürſtenberg.

Cum ſub præſule Erico cives Cleri vitia taxantes ex chorea digreſſi in templum ann. 1530. occupata choro Cleri cantum imitati libros lacerarent, urbe ab Epiſcop. occupata promiſiſſent ſe Lutheri dogma nunquam amplexuros, nihilominus autem ut canes ad vomitum redirent an. 1532. Electo Hermanno Comite de Weda Archiepiſc. Colon. hinc captivos Arnsbergam duci juſſit, qui tamen à via errantes à Suſatenſibus ſuſcepti. *Werdenhag. q.* 198. Monumenta Paderbornenſia ex hiſtoria Romana Francica Saxonica eruta & notis illuſtrata typo commiſſa ſunt Paderbornæ an. 1669. inter quæ caſtellum Aliſo contra Sicambros à Nerone Claudio Druſo ad Lippiæ & Aliſonis confluentes celebratur, item Clades pene exitiabilis Romanis Cæſare Auguſto ad Teutoburgienſem ſaltum inter Amicii & Lippiæ fontes Arminio à Cheruſcis, Britannis, Marſis & conterminis gentibus illatæ, memoriale Saltus Teutoburgienſis Oſnegg us Francis dictus Quinctilii Vari legionumque trium tumulo & Carol. M. Victoria de Saxonibus anno 783. reportata Clarus Bruniſbergæ diœceſis Paderbornenſis & ditionis Corbienſis, ubi Saxones Carolo M. tranſitum Viſurgis fruſtra prohibere conati fuſi & fugati fuerunt.

Weudsburgum antiquiſſimum Caſtellum poſt Hunnorum devaſtationem à Friderico Arnsbergæ Comite inſtauratum, à Suecis incenſum, à Theodoro Adolpho Epiſc. & Principe cum monaſterio S. Menolphi prope Bodecum reſtitutum, Oldenbergi in monte Fürſtenberg prima Baronum de Fürſtenberg in Weſtphalia ad Ruram ſedes de quibus & aliis plurimis latius videri poteſt citatus liber monimentorum & ejus notæ qui plurimum ad hujus diœceſeos regiones & civitatum ſplendorem & gloriam confert. Illud minime mihi prætereundum hoc loco, quod domus Fürſtenbergicæ antiquitatem ipſius Caſtelli Oldenburg jam à trecentis annis everſi rudera & veterum munitionum reliquæ denotant hodie impenſis Ferdinandi Epiſc. & Principis Paderborn. reſtitutum. hoc enim

Digitized by Google

Sive loco decus antiquum ſeu nomine primas
Judicat, hoc alta nobilitatu avos.

Præter avitam autem & majorum traditionem id ſatis confirmat diploma Cæſareum de Anno 1660. 26. April. Viennæ datum, ubi Franc. familiam circuli Rhenani Equitum à temporibus Carol. M. proſapiam in hoc usque tempus traxiſſe, & ob ſplendorem generis & natalium Nobilium Ordini antepoſitam fuiſſe, ex qua duo S. R. I. Pincipes ante 100. annos Guilelmus Magnus in Livonia Ordinis Teutonici Magiſter, & Theodorus quondam Epiſc. Paderborn. prodierit, qui non ſolum delapſum religionis cultum anteceſſorum incuria, poſtliminio reduxerit, & ſimul cum Collegio & Novitiatu Societ. Jesu Academiam fundarit, & ex fundamentis extrui curarit, ſed etiam ipſam Eccleſiam ab omni ære alieno ſuo ſumptu citra ſubditorum ſubſidium liberarit, quapropter his aliisque attentis & quod Erneſto & Ferd. Archiepiſc. Colonienſibus ab intimis conſiliis fideliſſimi fuiſſent ut & Alexandro VII. (ut & ſeq. Pontificum) intimi cubicularii aliqui fuiſſent, & eſſent: Imp. eos S. R. I. & Regnorum hereditariorum Liberos Barones creavit anno & die ſupra cit. præſentium Baronum de Fürſtenberg ſtemma vide in citato libro ad finem.

26 FREISINGEN urbs Epiſcopalis, (à qua Epiſcopus dicitur) etiam Frixinum appellatum, eo tempore extructa creditur, quo Romani Bavariam per Provinciarum præſides rexerunt, elegantem in colle ſitum habet & proſpectum, agrum ex una parte fertilem, ex altera juxta flumen Moſacum & Iſaram prato amæniſſima, ubi arx Epiſcopalis in monte eſt. B. Corbinianus natione Tyrolenſis à Gregorio XIII. Papa primus loci Epiſcopus ordinatus in Bavariam legatus à Taſſilone Sororio Pipini regis ejusque filio Theodone benigne ſuſceptus in hoc loco Eccleſiam, quæ adhuc extat in honorem S. Benedicti & conventum monachorum Weichenſtephan / extruxit ac precibus ſuis in monte fontem excitavit, qui eo mortuo per 40. annos ceſſavit, poſtquam verò corpus S. Corbiniani ad hæc loca delatum eſt manere rurſus cæpit & adhuc manat. Sub hoc & S. Ruperto religio Chriſti hic multum crevit, Corbiniano ſucceſſit

27 ejus frater Germanus Erimbertus * qui celebre monaſterium Tegernſee in ſuperiori Bavaria ſacravit, inter Iſaram & Oenum in Alpium faucibus ubi S. Quirinus, item Chryſogonus & Caſtorius Martyres requieſcunt. *Hund. in Metropol.* Authores & fundatores loci fuerunt Albertus & Ochanus fratres, Ducis Bavariæ filii, qui cum à Saracenis prædam ex urbe Roma ereptam recuperaſſent: Zachariæ Papæ reſtitutam hic ſedem erigere & Monaſterium ædificare elegerunt & conſecrata Eccleſia Anno 759. cum multis officialibus ſæculo valedicentes religioſum habitum S. Bened. aſſumpſerunt, qui numerus devotorum ita crevit ut 150. religioſi ibidem aliti fuerint, primo electo Abbate D. Alberto hic cum fratre ſuo ſepulto, quod licet Duce Arnulpho ſpoliatum ſit, ab Ottone tamen III. Bavariæ Duce priſtino vigore reſtitutum eſt, hicque Prælatus in conventibus provincialibus præ aliis præcedentiam habet. In hoc Epiſcopatu à Cæſare Ludovico fundatum eſt Monaſterium Bened. in Ebersall / ea conditione, ut in eodem XII. Comites vel Barones ad inopiam redacti cum ſuis conjugibus ab Abbate alantur, ut refert Schopp. *in Chorol. de Auguſtan. Epiſc. p.* 747. Extra urbem Freiſingam Præpoſitura eſt Cella nova dicta, ubi Iſara & Moſacha concurrunt in cujus filiali Eccleſia S. Everhardus quieſcit, qui ibidem cuſtos pecorum fuit & cineribus ex ſepulchro ejusdem pecora à morbis curari ſolent. Nunc Epiſcopus eſt Sereniſſ. ALBERTUS SIGISMUNDUS Bavariæ Dux, &c.

RATISBONENSIS Epiſc. nomen habet ab urbe dicta à bonis ratibus ut ſeqq. verſus inſinuant. 28

Inde Ratisbona vetus hoc nomen habetur,
Quod bona ſit ratibus, vel quod conſuevit in illa
P. nere nauta rates

Hic Chriſti fidem primus annunciaſſe legitur S. Paulinus ſub Simplicio Papa ad An. 470. vel juxta alios 484. poſt eum verò S. Lupus Romanus patria ſub Theodone Bavariæ Duce Anno 489. à Bois ſuas ſuperſtitiones ſervantibus martyrio coronatus, quod factum legitur Anno 508. qui fuit Anaſtaſii Imper. Annus 17. S. Rupertus autem Salisburg. Antiſtes primus hanc urbem totamque Bavariam Theodone III. Duce baptizato ad fidem convertit, & poſt eum S. Emeranus Pictavienſium Epiſcopus * qui cum rationem rerum geſtarum redditurus 29
Romam tenderet, & Theodonis Ducis filia Uta à quodam equeſtri decurione Sigiberto d. compreſſa

Digitized by Google

preſſa utero intumeſcente culpam in Sanctum Emeranum abſentem convertere Landobertus frater, dicto Sororis Utæ credens dedecus hoc ulturus virum S. & Innocentem apud pagum Heldorf inter Oenum & Iſaram conſecutus, membratim diſſecari juſſit Anno Chriſti 652. Cujus S. Viri artus à populis undique venientibus collecti ſunt, extatque adhuc hic monimentum in ædicula 5. millia paſſuum infra Monachium ubi naviculæ artus impoſiti & adverſo flumine Danubii 50. millia paſſuum Ratisbonam tranſlati ſunt, Corpus à Duce Theodone cum Clero exceptum & in templo D. Gregorii extra muros locatum eſt, ipſe Dux amplam Benedictinis Eccleſiam exſtruxit, Utam filiam in Monaſterium relegavit filium verò proſcripſit. Sed illi ſine Cathedra præfuerunt. I. Epiſc. conſtitutus fuit S. Garibaldus Juſſu Gregorii III. Anno 740. per Bonifac. Mogunt. Præſulem, & Epiſcopo data eſt Eccleſia S.Emerani conſenſu Bojorum Ducis Utilonis, qui corpus S.Emerani in monimento laminis aureis & argenteis nec non pretioſis lapidibus ornamento, populo ſpectandum præbuit, ſed ab Adalione Epiſcopo anno 790. ſedes tranſlata fuit ad Eccleſ. S. Stephani Protomart. quod cum S. Wolffgango Epiſcopo non placeret ad alpium Noricorum deſerta (loca viſu & admiratione digna) conceſſit, mortuus An.
30 994. * Fuit hic Albertus M. Epiſc. per Legatum Apoſt. Anno 1260. ſub Alexand. IV. Papa ſuffectus, qui Albertus D. Thomæ Aquin. Pariſiis & Coloniæ Lector fuit, is in caſtro ſuo Stauff volumen in S. Lucam conſcripſit, quod adhuc Dominicani habent, & licet nec granum frumenti nec guttam vini in granario & cella factus Epiſc. inveniſſet, tamen intra duos annos Eccleſiam omni ære alieno liberavit, *Hund. in annal. p.* 203. Is depoſito Epiſcopatu dein Coloniam conceſſit, ubi chorum vivo è lapide An. 1271. jactis fundamentis Dominicanorum Eccleſiæ adjunxit ampliſſimum in quo An. Chr. 1280. ætatis 80. ante majorem aram ſepultus eſt, ubi in vitreis Chori feneſtris cum B. Alberti effigie juſſu Archiepiſcopi Siffridi hi verſus extant.

Condidit iſte chorum præſul qui Philoſophorum
Flos & Doctorum fuit Albertus ſchola morum,
Lucidus errorum deſtructo obexque malorum.
Hunc ergo Sanctorum numero Deus adde tuorum.

In hujus urbis Ratisbonenſis murorum ambitu quinque Imperii ſtatus contineri notat Magcr. *de advoc. c.* 18. *n.* 33. de quibus ſuo loco.

PASSAVIENSIS Epiſc. ab urbe Paſſav. quam à 31
duabus vocibus Germanicis derivant Paß und Au / quaſi ſit tranſitus inſularum ubi tres fluvii Danubius, Oenus & Iſara concurrunt, Oenus & Danubius ponte ſtratus, isque tanto impetu in hunc influit ut aliquo longiori ſpacio à Danubii aqua per colorem diſcerni poſſit.. His Epiſcopi Laureacenſes ad Anaſum originem dederunt, *Hund. in metr. Salub p.* 285. Qui nomen habuerunt à Laureaco Norico oppido ita dicto vel ab auratis literis, quæ olim ibi morantibus Impp. cum exercitu, ut victoriæ nuncia advenerunt, vel ſecundum alios à Laurentio, quod is hic fidem Chriſti primus prædicaverit eo tempore, quo S.Marcus Evangel. à B. Petro ad Aquilegiam vulgo Aglai in Friaul / miſſus eſt, ideoque S. Laurentii honori ibi Eccleſia dedicata eſt.. * Et his locis S. Florianus Eques 32
Panonicus & Noricorum militiæ Præfectus, qui in Zeiſelmuro habitaſſe legitur Martyrio coronatus eſt an. 230. Sub Aquilone Diocletiani præfecto in Anaſum præcipitatus, cujus corpus in Polonia, inteſtina in Eccleſia Canonicorum Regularium ad S. Florianum aſſervantur,. ubi primo delubrum poſtea Bened. monaſterium, dein à reformatis occupatum anno verò 1550. ab Engelberto Epiſc. Paſſavienſi repurgatum & Canonicis Regularibus traditum eſt.. Præfuit iſti Laureacenſi Eccleſiæ S. Quirinus filius Imper. Philippi Arabis, qui cum Chriſtum prædicaret, à Maximo tribuno militum captus & in rivum Sabariam præcipitatus eſt, cujus corpus Anno 308. vel ſecundum alios 312. tempore Pipini in Bavariam ad Tegorinum Monaſterium, translatum eſt, cum eo quoque L. ejus ſocii Laureaci fame necati ſunt in loco, quem hodie Romanum carcerem vocant, qui tamen Monaſterio jam inſertus, *v. ſup. n.* 27. Præfuit eidem Laureacenſi Eccleſiæ poſt eum S. Maximil. gladio percuſſus IV. Idus Octobris Anno 289. Sub Dioclet. & Gero Rom. Pont. cujus Corpus à S. Ruperto Bavariæ Apoſtolo Laureaco translatum eſt. Sed Henric. II. Imper. reliquias tranſtulit Patavium, ubi hodie poſt aram, (quæ in medio templo eſt) aſſervantur. *Floruit hic An. 453. S. Severinus, 33
& apud Bojodurum, quæ Oenana eſt civitas, ubi

Oeni

Oeni & Borotæ eſt confluxus & apud[Fabianum, ſub monte Cæcio Calenberg, à quo Odoacer Rex Herulorum reprehenſus legitur anno 477. mortuus autem eſt idem Severin. an. 494. ſub Gelaſio Papa vel ſecundum alios an. 481. poſt ejus tempora S. Maximus Saliſb. cum L. Sociis ex rupe præcipitatis paſſus eſt, *ut ſup. dictum in Saltzburg.* poſt hunc Conſtantinus fuit & his temporibus Hunericus Vandal. Rex plures, quam CCCL. Epiſc. in exilium miſit, quorum multi ad Arrianiſmum deflexerunt.
34 * Poſtquam ſedes Epiſc. Paſſavium translata eſt ann. 638. Plectrudis Francor. Regis Pipini conjunx Patavii Summam S. Stephani Eccl. erexit & dotavit. Eademque Coloniæ inſigni Capitolii Baſil. pro ſacratis Virginibus ſæcularibus & Canonic. in honorem B. V. à ſe condita ſub inſigni marmore cubat his inciſis verſ.

Regali thalamo Plectrudis juncta Pipino,
Beſonem genuit, magnum Ducem Grunoaldum.

Cum enim Pipinus, titulo quidem major domus Auſtraſiæ, revera autem Rex, dementatus amore Alpaidis pellicis, mores & ætatem S. Plectrudis jam ſeneſcentis conjugis faſtidiens, eam non niſi ut matronam honoratā in palatio & participem quorundam bonorum operum haberet, Alpaide vero pellice thori ſocia uteretur, ex qua Carol Martellus genitus eſt ad ſucceſſionem regni educatus, à quo propoſito variè Pipinum revocare conata eſt Plectrudis, ſed cum inſtinctu & dolo pellicis an. 696. ob reprehenſum Pipini adulterium S. Lambert, occiſus eſſet, eodemque an. ſocrus B. Plectrudis, mater Pipini B. Begga ſanctitate clara fœmina obiiſſet, B. Plectrudis omni humana conſolatione deſtituta pellicis inſidias declinans & mariti emendatione deſperans convaſatis theſauris, aulam declinans Agrippinenſe Capitolium palatium Ducum Auſtraſiæ in Collegium Virginum commutavit: Poſtquam autem eodem quo S. Lamb. cæſus eſt die in Cathedr. Traiectenſem ſuffectus eſt. Romæ S. Hupertus filius Bertrandi Aquitaniæ Ducis cognatus Pipini & hic Pipinus ſplendido cinctus comitatu ſalutandi & gratulandi cauſa ad eum Trajectum venit, Hupertus Zelo divini honoris ardens, negat ſibi cum eo negocium fore niſi ad ſaniorem mentem reverſus Plectrudem uxorem recipiat & Alpaidem pellicem ejiciat ſub pœna excommunicationis, quibus verbis motus Pipinus uxorem revocavit, & in loco vicino Orpen dicto Eccleſiam in honorem B.V. & S. Martini extruxit, Alpaidem autem obduratam Hupertus anathemate innodavit, reſipiſcentem tamen Baſilienſi Eccleſiæ peccata expiaturam incluſit, & in Monaſterium Orpen tranſire juſſa eſt, Cum autem Pipinus An Chriſti 714. periculosè decumbens morti proximus videretur & inter ejus filios competitores ſucceſſio redderetur ambigua, quam ex una partes Legitimi ex Plectrude nati ex altera Carol. Martellus ex pellice Filius affectabant, Pipinus autem dubius eſſet, magis tamen in Martellum inclinaret. Hic Alpais Martelli mater denuo ſe ingeſſit, Plectrudis verò S. Swibertum Epiſc. Regionarium & Agilolphum Colon. Archiepiſc. miſit ad Pipinum, ne Carol. Martellus illegitimus ex pellice, in detrimentum animæ ſuæ, in confuſionem ſui & ſcandalum, heres & ſucceſſor nominaretur, quam tamen Legationem Alpais callidè eluſit & teſtamentum in favorem Carol. Martelli obtinuit: Ipſa autem Plectrudis Deo ſe totam in Eccleſia Capitolina impendens obiit, in medio Baſilicæ ſepulta ejusque anniverſarium Coloniæ agitur XI. Aug.

Paſſavium unde digreſſi ſumus redeundo minimè hic reticendum quòd Anno 1477. ſub Epiſc. 35
Ulrico quidam Chriſtophorus Eiſengershamer die veneris ante Michaëlis in Eccleſiâ B.V. ſeptem Sacras hoſtias furatus linteo involutas Judæis pro floreno vendidit, quorum unus hoſtiam in Synagoga cultro transfodit, unde facies pueri & ſanguis apparuit, alias Judæi Pragam, Neoſtadium & Salisburgum miſerunt, duas verò in fornacem ardentem conjecerunt, ubi viſi circumfornacem 2. angeli & 2. columbæ. Eademque patefacto Judæi ſupplicio affecti ſunt, extat autem adhuc fornax, lapis, culter, inſtrumenta, ut teſtes facinoris, Bey der Ilz hinder Sanct Georgen Berge. Anno 1517. Paſſavii 300. domus & ferè totum novum forum cum hominibus & pecoribus incendio periere, ſed An. 1662. majus ortum incendium quod nulli ferè pepercit. * Traditur de S. Gebhard. 36
Archiepiſc. Saliſb. poſteà, aliàs Comite de Helfenſtein, item de Comite Adelberone de Lambach, & Altmanno, hos tres Pariſiis in ſtudiis ſibi invicem aſſiſtentiam promiſiſſe ad quemcunque ſtatum devenirent, & ut unus ex joco alteri ſtatus ſui felicitatem

tatem prædixit ita eveniſſe, nam facti fuerunt tres Epiſcopi, Gebhardus Salisburgi, Adelbero Herbipoli, Altmannus Paſſavii, & quilibet eorum monaſterium extruxit, Gebhardus Admont in Styria, Adelbero in Auſtria Lambaci, Altmannus in Gotwich infra Anaſum Auſtriæ, & hic quoque monaſterium Sancti Nicolaij extra Urbem Paſſav. extruxit vel renovavit. LXX. Epiſcopus Sereniſſ. fuit Leopoldus Guilelm. Archidux, &c. cui ſurrogatus eſt Sereniſſ. Archidux Carolus Joſephus, quibus vita functis electus eſt Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Comes Wenceslaus de Thun, eo jam defuncto ſurrogatus Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Comes Pettinus, antehac Epiſcopus Lavantinus.

37 Civitas Tridentina nomen habet vel à tribus torrentibus qui ex montibus huc manant, vel tribus montium apicibus inter quos ſita eſt, vel à ſceptro tricipiti Neptuni cui dicata fuit: Hunc Epiſcopatum S. Hermogenes fundavit, & Jovino primas docendi partes commiſit, Eccleſia S. Vigilio Epiſcopo & Martyri dicata, qui cum matre ſua Maxentia hic requieſcunt, ut & in Eccleſia S. Petri Simon puer oſtenditur, qui Anno 1475. 23. Martii à Judæis crucifixus fuit. Epiſc. in Eccleſiaſticis recognoſcit Patriarcham Aquilejenſem de quo tamen Patriarchatu non convenit inter Venetos & Auſtriacos, quia Nicolaus Patriarcha ſe Venetias
38 contulit, & ibi manet. * Celebratur locus ob concilium Trident. Anno 1545. hic inchoatum, cui interfuere, quinque primùm Cardinales præſidentes & legati per Pium IV. Papam, duo item alii Cardinales Lotharingus & Madrutius, Patriarchæ tres, Archiepiſc. 33. Epiſc. 253. Abbates 7. Ordinum Generales 7. Theol. 146 aliique ſeculares & religioſi, Ferdinandi Cæſ. Gall. Regis Hiſpan. Portugaliæ, Hungariæ, Poloniæ, Venetiarum, ſeptem cantonum Helvetiorum, Bavariæ, Sabaudiæ, Florentiæ & aliorum Principum Oratores. XCIX. Ludovicus Comes Madrutius, Sereniſſimus Sigism. Franciſc. Archidux Auſtriæ, &c. Centeſimus fuit Epiſcopus, eo defuncto Princeps & Epiſcopus eſt, de Thun, &c. ſimul etiam Epiſcopus Brixienſis.

39 Epiſcopatus Basileensis ab Urbe Baſilea: Urbs nomen an à Baſiliſco, an Baſilia Rom. an Baſilica vel à quercu idolo Baſil. dicata tempore Valentiniani, à quo An. 374. extructa eſt, vel etiam

à Baſilea id eſt regia Civitate deſcendat, controverſum eſt, Epiſcopatum quod attinet ſubeſt Archiep. Biſantino in Burgundia, S. Pantalus An. 238. primus olim Epiſcopus Rauracenſis fuit (qui Epiſcopatus huc translatus eſt Anno 760.) ſub d. Pantalo B. Urſula cum 11. millibus Virg. & Sponſo ſuo Etherejo ex Anglia Coloniaque Baſileam veniens & Romam tendens ab Epiſcopo loci excepta fuit, Româ vero reverſa cum Ciriaco Papâ ad 10. Octob. huc rediit, ex quarum ſocietate Aurelia dein Argentorati obiit multis miraculis clara, Et Etherius Sponſus baptizatus, cum omnibus martyrium ſubiit Coloniæ per Hunnos. Urbs Rauracorum ex Auguſtæ Romanæ Coloniæ cineribus tanquam Phœnix enata & extructa vetus Imperialis ut ex matricula conſtat, & facti Baſileenſes Piſcatores Imperii exemplo aliorum ſimilia officia ſubeuntium in inſignibus adhuc anchoram habent, nautis & piſcatoribus in frequenti uſu. *Freher. ad Petr. de And'. lib. 2. de Imp. Rom. c. 15. §. Magiſter coquinæ pag. 201.* An. 1501. & 1502. perpetuo fœdere in Helvetiorum amicitiam tranſivit.

Epiſcopus Brixiensis olim Sabionenſis di- 40
ctus quia Sabiona in Tyrol. comitatu ſita olim Epiſcopalis ſedes fuit, ubi primus Epiſc. S. Caſſianus in alpibus Tyrol. ad fidem Chriſti incolas convertit circa annum Chriſti 350. expulſus Romam iter facturus cum ad urbem Cornelii fori juxta Bononiam fidem Chriſti doceret, ſtylis puerorum confoſſus eſt, & ſic martyrium ſub Juliano apoſtata ſubiit, qui fidem Chriſti prædicari vetuerat. id factum An. 365. Idib. Auguſt. quibus ejus feſtum ſolenniter per hunc Epiſcopatum agitur. *Hund. in me. r. p.* hæc civitas deinde à Gentilibus depopulata & ſub Attila per Hunnorum incurſiones ſolo æquata fuit, donec tempore S. Ruperti aſſenſu Theod. III. Bavari ad fidem converſi S. Ingenuinus factus eſt Epiſcopus Urbe & Eccleſia reſtaurata, qui vixit circa annum Chriſti 595. Poſt hunc Conſtantinus & Procopius prædicârunt eo tempore quo S. Emeramus in Bavaria docuit circa
annum Chriſti 645. * Donec Sanctus Albuinus 41
ſedem Brixinam tranſtulit quam Herbardus Epiſcopus primum muris aliquantum cinxit. Quando Brixia à Philippo Vice-Com. oppugnata fuit, fœminarum non minus quam virorum emicuit conſtantia, quæ etiam in decu-

Digitized by Google

rias & centurias diſtributæ graviter in hoſte depellendo deſudârunt ex quibus Baradæ ſpectata virtus celebratur, *Mag. de advoc. arm. c.* 7. Habet hic Epiſcopus Mareſchallos Baron. de Weilsberg. Pincernas de Thun, qui etiam Pincernæ ſunt Epiſcopatus Tridentini. Sub Epiſcopo loci, LXVII. Nicolao Cuſano Theol. & J. U. D. ac Cardinale mortuo An. 1464. Frideric. IV. Imp. Paridis vel Pariſii de Ladrono, equitis & Herois Tyrolenſis filios, Georgium & Petrum de Ladron comites creavit eorumque arces Tyrolenſes cum appertinentiis in comitatus Cæſar evexit. LXXVI. Epiſcopus fuit Joann. Thomas ex Baronibus de Spaur. An. 1591. mortuus, cumque ejus ſucceſſor Cardinalis Andreas Auſtriacus An. 1591. Romæ deceſſiſſet, ſurrogatus eſt Chriſtoph. Andreas de Spaur LXXXI. Epiſcopus fuit Joan. qui An. 1641. comparuit in comitiis jam tum annoſus, nunc Illuſtriſs. Comes de Thun, &c.

42 MONASTERIENSIS Urbs Weſtphaliæ à Longobardis ex Italia cum præda redeuntibus circa Ann. Chr. 584. extructa ubi S. Swibertus primus Chriſti fidem annunciavit, & paralyticam ſanavit, in Feſto Converſionis S. Pauli, quæ ideo domum ſuam in templum convertit, & S. Paulo dicari fecit. Epiſcopatus à Carol. M. fundatus eſt, An. 785. & à Monaſterio ibi erecto nomen accepit, cum ante Mediolanum vocaretur, ſita in medio inter Rhenum & Weſeram. Primus Epiſcopus Ludgerus fuit, ex Friſiâ oriundus, defunctus Anno 809. 26. Martij, cujus corpus poſt 30. dies à morte in monaſterio Werdenæ ad Ruram Carol. M. voluntate depoſitum eſt. *Gelen. in Colon. Claud. p.* 684. Canonici hodie omnes nobilitatem generis octo majorum ex utrâque lineâ probare debent, nec admitti dicuntur niſi per annum & diem ultra Alpes in Italia vel in Gallia ſtuduerint.

43 Anno 1533. hic per Anabaptiſtas excitata ſeditio, quibus ſe Archiep. Colon. & Dux Cliviæ oppoſuerunt, iteratis vicibus per Anabaptiſtas repulſi, quo ſucceſſu animati ſibi in Urbe Regem elegerunt hominem genere abjectum Joann. de Leiden Hollandum, qui civibus & incolis perſuaſit Urbe ab obſidione liberata ſe cum ſuis copiis totum orbem peragraturum eumque depopulaturum, ut olim Gothi & Longobardi fecerant: inſigne ejus erat globus quem duo gladii penetrabant, omnia apud eos erant Communia, cum autem Urbs 10. menſibus obſeſſa eſſet, orto tumultu Rex 47. cives ferro feriri juſſit, coactique ſunt obſeſſi muribus & felibus veſci, Urbe demum recepta; Rex (apud quem adhuc proviſio eſculentorum ad 3. menſes in promptu erat) captus per loca vicina ductus, catenæ alligatus ad Urbem reductus, candentibus forcipibus laceratus, ſuper turrim D. Lamberti in ferreo Corbiario ad perpetuam rei memoriam ſuſpenſus eſt Ann. 1536. Locus celebrior redditus ob pacem hic concluſam Anno 1648. Poſt deceſſum Ferdin. Palat. Rheni U. B. Ducis Arch. Colon. Anno 1650. 30. Sept. Electus Reverendiſſ. Chriſtophorus Bernardus de Gaalen, LVII. Epiſc. cui Coadjutor datus Princeps Ferdin. Epiſc. Paderbornenſis.

Epiſcopus OSNABRUGENSIS ab Oſnabrugo Civitate Weſtphaliæ nomen habet, ita dicta vel à boum pellibus quibus locus cinctus fuit à Frideric. vel à ponte Boum qui per eum ex Friſia propelluntur. Primò Epiſcopatum fundavit Carol. M. An. 780. & Eccleſiam in honorem S. Petri Criſpini & Criſpiniani erexit. Primus Epiſcopus Welio perhibetur. Sæculo ſuperiore An. 1525. & ſeqq. hic inter cives, ſenatum & Clerum frequentes fuerunt diſſenſiones, & Anno 1531. Joan. Münsmeiſter in oleo bullienti combuſtus eſt; In locum Cardinalis & Epiſcopi Zollerani An. 1625. creatus eſt LVII. Epiſcopus, Franciſcus Guilelm. Comes de Wartenberg, dein Cardinalis, qui Ann. 1661. 1. Decemb. poſt fideliter ad Pacem conciliandam Eccleſiæ Imperioque navatam operam piè obiit, & locus factus eſt Pacificationi Oſnab. articulo quo conventum, ut mortuo Epiſcopo Franciſco ad hunc Epiſcopatum nullus niſi ex Ducali familia Brunſwicenſi & Luneburgica oriundus admittatur, *Inſt. pac. p.* 13. *ibi ſextò*. 44

LEODIENSIS Epiſc. à Leodio Urbe. Hic olim Eburones habitârunt qui fraude Legatos Cæſaris Cottam & Sabinum cum 5. cohortibus Rom. militum trucidârunt, unde locus Liege dictus ab illis, qui trucidati jacebant: vel ab aquâ quæ tribus milliaribus ſupra Urbem exſilit ac in Moſam influit. Circuitus æſtimatur Urbis ad 4. milliaria Italica, ante tempora Lamberti adhuc pagus fuit. de quo ſub n. 34. mentio fuit. Primùm Epiſcopatus à S. Materno D. Petri diſcipulo Tungris erectus 45

Digitized by Google

erectus eſt, poſt deſtructionem factam per Attilam, Trajectum, cum reliquiis S. Lamberti, ubi etiam S. Servatius vixit & mortuus eſt, & inde Ann. 709. Leodium translatus ad Eccleſiam quam S. Hupertus Ducis Aquitaniæ filius fundavit, *de quâ v. Comin. 2. hiſt.* Commendatur Urbs maximè à tribus, ab igne fervido, ferro puriſſimo, pane ſapidiſſimo. Hic Ferdinando Bavaro inaugurato Anno 1613. 27. Jan. defuncto Arnsbergæ Anno 1650. Sereniſſ. Maximil. Henricus Ferdin. ex fratre nepos Arch. Colon. CX. Epiſcopus nunc præeſt.

46 De Lubecenſi infrà.

47 CAMERACENSIS primus Epiſcopus fuit Diogenes Martyr, ejus ſucceſſores Vedaſtus & Vedulphus. Sedes Epiſcopalis hinc Atrebato tranſlata: Poſtquam autem ſub Carol. IX. Galliarum Rege Urbs Anno 1581. à Gallis occupata eſt, ab Hiſpanis recepta An. 1637. in Archiepiſcopatum Ludovico Barlemontio primo Archiepiſcopo conſtituto, evecta eſt, cui ſubſunt Utrecht / Turnis, Stomor & Namor, Urbs olim fuit Imperii nunc Belgio unita eſt. *V. Froſſard. 1. hiſtor. c. 33. Bodin. de rep. lib. 1. c. 9. Victor. de cauſ. Exempt. concl. 2.* Tam Civitas quàm Epiſcopatus ad circulum ſpectavit Weſtphalicum, nunc ſecus & caſtrum præſidio Hiſpanico defenditur. In Eccleſia Cathedrali omnes hujus loci Præſules Epiſcopi à primo Epiſcopo Vedaſto Anno 540. defuncto ſepulti exhibentur. Anno 1613. Joan. Reinart. Ott. Archiepiſc. & Dux Cameracenſis, una cum ſuis in Comitiis Ratisbonæ comparuit, cui Franciſcus Vanderburchius ſucceſſit, An. autem 1645. Hiſpan. Rex Joſephum Berga Epiſcopum Sylvæducenſem Franciſcanum ad Archiepiſcopatum Cameracenſem evexit, qui Anno 47. ante concluſam pacem Germanicam Monaſterii vita defunctus eſt. Civitas à tenui Sindone hic parari ſolita celebris eſt, aſſervatur hic pictura à S. Luca Beatæ Virginis Eliſabetham viſitantis artificioſè facta.

48 SITTENSIS urbs in ſuperiore Wallis ſita ſola mura cincta, non procul ab urbe pagus eſt Bremis, juxta quem aliqui religioſi Monaſterium cum templo, culina, cella, & aliis Cameris in monte lapideo exciderunt nullis lignis adhibitis, & hic Anno 411. Epiſcopus Florentinus martyrizatus legitur. Urbs hæc ſive Sedunum in campo aperto ſita, juxta tamen flumen, verſus orientem tamen montem reſpicit, & tres habet arces, quarum prima propinqua in petrâ extructa Epiſcopalis ſedes eſt, & ejus habitatio, altera etiam in altero apicem montis Rhodanum verſus Valerianum dicta ubi Canonici Cathedrales habitant cum Eccleſia S. Catharinæ. Inhabitatores ſubditi Germanicè & Gallicè loquuntur. Locus vini, frumenti, piſcium, avium, ferarum aliarumque rerum ferax eſt. Translatus hinc Epiſcopatus Octodurum fuit, unde Sedunenſes Epiſcopi Octodurenſes dicti, ſed Sigismundus Rex Burgund. Clodovæi Regis Galliæ tempore rurſus ad priorem locum Sedunum tranſtulit, Anno 1594. Epiſcopus hic in Comitiis comparuit.

49 METENSIS ab urbe Meta antiquiſſimâ ita dicta vel à Metio, qui eam ampliavit & mœnibus cinxit, vel quod media ſit ſive mediamatrix inter Tullam, Verdunum, & Treverim. Poſtquam ab Henrico II. Gall. Rege Anno 1552. occupata à Carolo V. dein obſeſſâ eſt & exploſio tormentorum Argentorati quod 18. milliaribus hinc diſtat, audita fuit. Primus Epiſcop. Clemens Papæ Clementis avunculus fuit Anno Chriſti 40. nunc ex Inſtrumento pacis Gallis ceſſit.

50 TULLENSIS primus Epiſc. fuit S. Manſuetus D. Petri Diſcipulus, interque hos Epiſcopos etiam recenſetur Leo V. Papa vivus miraculis clarus, ubi in Eccleſia S. Steph. fuerunt Canonici 87.

51 VERDUNI ad ripam Moſæ ſiti primus loci Epiſcopus fuit B. Sanctinus Diſcipulus S. Dionyſii Areopagitæ An. 150. & extra urbem eſt oratorium SS. Petri & Pauli ab ipſo extructum. Hanc una cum Meta & Tullo Anno 1552. Rex Gall. ſibi ſubjecit, Anno 1601. omnes officiatos Jurej. ſibi obſtrinxit, Anno 1628. Rex Ludov. vetuit Spiram appellari, Imperii inſignia removit. Quid hodie ex Inſtrumento pacis obtineat ex eo videre licet. Hic Sereniſſ. Franciſcus Lotharingiæ Dux Anno 1613. factus Epiſcop. mortuus eſt Anno 1661. Hic ex Inſtrumento Pacis Germanicæ circa quædam feuda hereditaria ſita in terris Imperii extra diſtrictum trium Epiſcopatuum Metenſis, Tullenſis & Verdunenſis, qui per pacem Monaſterienſem ad Galliæ Regem tranſlati ſunt; inter Sacrum Rom. Imp. & Chriſtianiſſimum Galliarum Regem orta controverſia, quæ ab aliquot ſæculis à Principibus Imper. immediatis poſſeſſa ſunt, An per pacem

Digitized by Google

Anno 1648. ibi conſtitutam Regi Galliarum eorum ſupremam dominium ceſſum ſit? Idque vaſalli negant, hoc præter alia nixi fundamento, quod ad tantum deſiderent vaſalli quod Inſtrumento pacis conſonum eſt; cujus obſervantiam ipſe Rex quotidie pollicetur, quaprnpter hoc negotium Imperium & Rex pariter arbitrio ſelectorum Imperii ſtatuum utriusque religionis decidendum an. 1667. Comitiis Ratisbonenſibus commiſit, quæ avidè expectatur. Pro intentione vaſallorum fecit, quòd licet dd. Epiſcopatus jam ante annos 100. à Gallis occupati cum feudis, communi Imper. conſenſu in Regem Galliæ cum feudis in dd. Epiſcopatuum ambitu poſitis ceſſi & incorporati ſint. *art. 10. §. 1. Inſt. pac.* In cæteris tamen feudis extra diſtrictum Jura immedietatis & regalia tam majora quàm minora vaſallis relicta ſint, quod enim non mutatur, cur ſtare prohibeatur. *Nov. 18. c. 5.* cùm Inſtrumenta ſtricti juris eſſe conſtet. *Jaſon. in l. 13. §. 5. de Jur.* prout & remunerationes ſtricti juris ſunt. Allegatur quidem ex parte Chriſtianiſſimi Regis, plenipotentiarios Gallicos nullam differentiam inter feuda in & ex diſtrictum agnoviſſe. Sed contrarium textus ad oculum demonſtrat, ubi Moyennici oppidi in diſtrictu expreſſa ſit mentio, ut unius incluſio ſit alterius excluſio.

Curiensis Civitas medio milliari à Rheno 52
diſtat, Hic Lucius Regis Britanniæ filius regno relicto primus Chriſtum prædicavit una cum ſorore ſua, ipſe autem decollatus; hæc incendio Trimentii medio milliari ab urbe abſumpta eſt, circa annum Chriſti 176. Sub Diocler. verò Maximus Fœlix & Regula martyrio hic affecti ſunt An. 303. Epiſcopatus autem, An. 440. vel 450. primo Epiſcopo Aſinio. Schopper. *in Chorograph. pag. 715.* Cujus mentio fit in Concilio Chalcedonenſi Anno 451. habito, quem ſecutus Pruritius. Sextus Epiſcopus fuit Vigilius hic antè Canonicus, dein poſtulatus primus Abbas ad S. Gallum, Auſtriaci hic Archi-Pincernæ ſunt, qui inveſtituram Tyrolis ab Epiſcopo accipiunt. Nomen & origo Civitatis Conſtant. M. filio adſcribitur, qui hic Mediolano contra Alemannos procedens aulam ſuam habuit ſive curiam, unde nomen Curiæ loco remanſit, cùm antè tantùm arces aliquæ eſſent, quas Romani præſides provinciæ incoluerunt.

Magiſter Equitum S. Joannis, hodie Meli- 53
tenſium gaudet quoque ſeſſione & voto in Comitiis ſuo loco & Ordine cum proteſtatione, cujus plures ob deperdita bona querelæ.

CAPUT XXXI.

De Abbatibus, Prælatis & Abbatiſſis S.R.I. Statibus.

SUMMARIA.

1. *Quid nomen Abbatis deſignet & de Abbatum diviſione.*
2. *De voce præpoſiti.*
3. *De Abbatiſſis.*
4. *De Abb. & Principe Fuldenſi.*
5. *De Campidonenſi.*
6. *Murbach & Luders.*
7. *De Elvvangenſi.*
8. *Præpoſ. Berthelsgadenſi.*
9. *Abb. Weiſſenburg.*
10. *Prumienſi,*
11. *Stabulenſi.*
12. *Corbienſi.*
13. *De Reichnavienſi.*
14. *Salmensvveilenſi.*
15. *Weingardenſi.*
16. *Schuſſenreitenſi.*
17. *Ochſenhuſano.*
18. *Gengenbacenſi.*
19. *Elchingenſi.*
20. *Tyrnenſi ſicut & Yrſnenſi.*
21. *Urſpergenſi.*

22. *Roggenburgenſi.*
23. *Münchenrodenſi.*
24. *Mindernenſi.*
25. *Marthalenſi.*
26. *Peterhuſano.*
27. *Wetterhuſano.*
28. *Ottenburgenſi item Zvviſaltenſi.*
29. *De Commentatoribus Ord. Text. in* Zelſchhauſen.
30. *Kaiſersheimenſi.*
31. *Odenheimenſi.*
32. *Werdenſi.*
33. *Auguſtano S. Ulrici & Afra.*
34. *S. Vallis Gregoriana.*
35. *S. Cornelij.*
36. *S. Emerani in Ratisb.*
37. *De Abbatiſſa Eſſendienſi.*
38. *Buchavienſi.*
39. *Quedlinburgenſi.*
40. *Andlavienſi.*
41. *Lindavienſi.*
42. *Hervordenſi.*
43. *Gerenrodenſi.*
44. Niedermünſter / } *in Ratibon.*
45. Obermünſter / }
46. *Berſcheidenſi.*
47. *Gandersheimenſi.*
48. *Rottmonaſterienſi.*
49. *Guttenzellenſe.*
50. *Hechbach.*
51. *De Bande.*
52. *Q. An conveniat Abbatiſſas ad conventum Imp. vocari?*
53. *Prælati quidam nullum votum ſed tantùm ſeſſionem habent.*

1 ABbas dicitur ab Abbâ, quod eſt Pater ſeu
Monaſterii præfectus, Juſtinianus Archi-
mandritam vocat, *l. 7. C. de ſum. Trin.*
Nov. 5. & 123. qui cum circa bonorum
Monaſterii adminiſtrationem occupetur, ſuum
habet priorem ad diſciplinam Monaſticam curan-
dam, ſicut Franciſcanos ſuos Guardianos habent,
Beſold. *verbo* Abbt *Mager. de advoc. c. 5. n.* 108.
Horum quidam Principali dignitate decorati vo-
cantur, Gefürſte Abbt / ſupra nominati ſunt. Alii
verò non Principes ſed tantùm imediati Imp. ſta-
tûs qui dividuntur in Scamnum Rhenanum & Sue-
vicum ut ſup. Sub quibus etiam comprehendun-
2 tur Præpoſiti. * Licèt nomen Præpoſiti generale
omnibus conveniat, qui Eccleſiæ vel alteri rei
præſunt, *Cujac. ad l. 2. C. de Ex. mun.* Ex uſu
tamen hodierno dicuntur, qui quandam curam
prioritatis ſuper alios gerunt *c. quamvis de V. S.*
3 * Abbatiſſas in adminiſtratione ſæcularium com-
parari Abbatibus ait *Mag. de Advoc. c. 6. n.* 538.
in quibus eligendis licèt ætas 30. an. completa J.
Can. requiratur. *c. indemnitatibus. 43. de Elect. in 6.*
Concil. tamen Trid. LL. annos exigit, utque octo
annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vi-
xerint, quarum etiam quædam Gefürſte Abbtiſſin
dicuntur *de quib. Hering. in tr. de Fidejuſſ. c. 7. n.* 508.
Objiciunt, quod Abb. & Prælati in Conciliis vo-
tum non habeant, cur ergo in Comitiis? Reſp. eſſe
differentiam, quòd Epiſcopis in Spirit. ſubſint Præ-
lati, unde ipſis tanquam ſubditis peculiare votum in concilio non competit, ſed in temporalibus ut alii Principes Epiſcopi & Archi-Epiſcopi Imperatori ſubſunt immediatè. Ex Abbatibus Principibus aliqui frequentant, aliqui non frequentant Comitia, inter hos eſt Abbas Santgallenſis, ſive S. Galli, ut & Abbas & Princeps Einſidelenſis, quorum Helvetiæ Monaſteriorum antiquiſſimorum & celeberrimorum Prælati non attenta exemptione Helvetorum à Cæſarea Majeſtate recipiunt regalia inſtar aliorum S. R. Imp. Principum, & vocari ſolent ad comitia Imperii, ſicut alii, licet comparere non ſoleant, propter exemptionem à collectis & oneribus Imperii, quapropter Univerſali Helvetiæ immunitate gaudent. In ſuperiore Targovia Collegium SANTGALLENSE à S. Gallo nomen habet, S. Columbani diſcipulo qui anno 614. & ſeqq. ad 30. annos iſtis locis Chriſtum prædicavit, factus in hac Sylva Eremita an. 640. Arboriæ mortuus, ubi poſt 80. circiter annos ab ipſius obitu religio S. Bened. invecta Ottmaro primo Abbate anno 720. falſo inſimulato, ſed in numerum ſanctorum legitimè relato, anno 864. & ab inſimulationibus falſis purgato, locus hic ex pago an. 954. converſus in urbem muris foveis turribus & portis cinctus eſt, quæ primò ad Prælatum & conventum, ſed libertatem precio redemit, Antiquiorum Abbatum potentiam inde colligunt, quòd in conſecratione Walteri Epiſcopi Argentinenſis

Digitized by Google

& introitu in urbem Abbas Bertoldus de Falchenſtein Anno 1301. Argentorati cum mille Equiribus i ntrarit, qui in Comitatu Jochenburg anno 1468. empto cum Abbat. ſupremam jurisdictionem habet, arces & reditus ad eundem ſpectant, civitatis Liechtenſteig & Wyll, ex quibus Liechtenſteig, Comitum de Todtenburg, quorum linea extincta eſt, habitatio fuit, in Wyll autem Princeps Abbas Santgallenſis Palatium principale habet, cui vicina civitas & arx Schwartzenbach propter continuas harum urbium diſſenſiones, permiſſu Cæſaris Alberti I. per Abbates deſtructa fuit.

Primis temporibus, hic ſtudiorum ſeminarium fuit, ad quod frequens nobilium & ignobilium fuit concurſus, *Münſt. pag.* 422. *in Coſmogr.* in eodem an. 864. ad 200. & 300. opinione ſanctitatis celebres vixiſſe tradit Bucelin *in annal. p.* 83. Ex quo electi Epiſcopi Conſtantienſes, ut Anafridus an. 757. Synodius an. 767. Joannes ann. 780. & alii *add. inf. in c. de Abbatibus ad n.* 15. *in fin.*

Non minus celebre eſt Monaſterium EINSIDELENSE cujus Prælatus ſimiliter S. R. I. Princeps eſt, à parvis initiis crevit hac occaſione: Cum tempore Carol. M. Comes Bertoldus de Sulgen filium genuiſſet Meginradum anno à nato Chriſto 805. curæ Prælati Reichenavienſis Hattonis ſuo tempore commiſſus, in litteris & pietate plurimum quotidiè proficeret, habitum S. Bened. & ordines ſacros aſſumeret, ad eremiticam autem vitam totus propenderet, ideoque in montem Etzel conceſſiſſet & 7. annis permanſiſſet, ob nimium autem hominum ſæcularium acceſſum & concurſum locum mutaſſet in interiorem ſylvam concedens, ubi Abbatiſſa Hildegardis ipſi ſacellum & domunculam ligneam extruxit, ubi cum 25. annis Deo fideliter ſerviſſet, ſcelerati duo latrones eum multas opes aſſervare rati, eum è medio tollere & deprædari conſtituerunt, uti ipſi divinitus revelatum fuit, quos ipſe adventantes benignè pane & potu oblato ſuſcepit, ſed ab iisdem duris ſtipitibus agitatus, & ad mortem percuſſus eſt. Cum autem nec auro nec argento invento fugerent, miraculo divino perculſi, duo corvi, quos S. Meginardus educaverat eos comitantes continua crocitatione & clamore iis inſultantes prodiderunt, & comperta rei veritate facinus etiam confeſſi, pœnas luerunt debitas, corpus verò Sancti in monaſterium divitis Augiæ translatum eſt, inteſtinis in d. monte Ezel ſepultis anno 863. cujus corpus anno 1039. 6. Octob. Canonicè elevatum & caput cum quibusdam reliquiis in Einſidlenſe monaſterium translatum eſt: Licet autem poſt hæc tempora locus Eremi per 13. annos à nemine habitatus fuerit, licet ob frequentia miracula à multis veneretur peregrinantibus, donec Argentinenſis Canonicus Benno Rudolph. Cæſari agnatus in hanc domunculam ſe recepit, capellam reparavit, ampliavit, ſylvam in paſcua convertit cum conſenſu Comitis de Rappersweil ſui patrui, ad quem proprietas loci & ſylvæ ſpectabat, donec an. 925. poſt mortem Witgeri Metenſiſi Epiſcopi Benno ad Epiſcopatum vocatus & compulſus fuit; cum jam an. 19. vitam in ſolitudine egiſſet auſteram, Qui nihil antiquius habuit, quàm ut præfatum ſacellum in eſſe conſervaret, cum autem idem ob culpatos malos mores, à quibus civibus Metenſibus excæcatus eſſet, d. Benno ad priorem cellam ſe reduci fecit, ibique vitam finivit, mortuus an. 940. 2. Auguſt. ibique ante B.V. Sacellum ſepultus eſt. Cum autem inſtinctu ter admonitus divino, anno 943. etiam Eberhardus Præpoſitus Argentinenſis in hanc cellam conceſſiſſet, tertius jam eremita, nomen Eremitorii locus hic obtinere cœpit, & adhuc retinet à parvis initiis autem paulatim crevit, & hic comparatis à Comite de Rapperswell poſſeſſionibus monaſterium exſtruere cœpit adſcitis aliis qui vitam eremiticam affectarent an. 943. juxta Regulam S. Bened. cui loco ann. 946. Otto Magn. Rom. Imp. primum exemptionis privilegium contulit Francofurt. anno prædicto die 27. Octob. Prædicatur hic quod ann. 948. ædificio extrema manu impoſita, convocatus fuerit S. Conradus Epiſcopus Conſtantienſis ad conſecrationem templi peragendam, comitante Epiſcopo Auguſtano S. Ulrico, cumque noctu ad preces ſurrexiſſet 13. Septemb. vidit & obſervavit Eccleſiam concinentibus angelis cœlitus conſecrari, cujus ſolennitatem alii deſcribunt, plura miracula recenſet Placidus Abbas Einſidelenſis in libello edito anno 1630. von dem Fürſtlichen Gottes-Hauß zu Einſiedlen in der Schweitz. Fuit hoc aliquando hoſpitale Principum, Comitum, Baronum eorumque liberorum, ſicut & hoc titulo-

titulo S. R. I. Principis adhuc gaudent Abbates Fabarienſis & Diſertinenſis. Nunc ad Prælatos comparentes, quos à Santgallenſi & Einſidelenſi ſeparavimus, ne continentia dividatur.

4 Inter Principes Abbates qui in Comitiis comparent, præfulget FULDENSIS. Hæc Urbs à præterfluente Fulda nomen habet, ubi S. Bonifacius Germaniæ Apoſtolus 10. anno ante obitum anno Chriſti 744. Eccleſiam Bened. extruxit ſumptu Carolomanni & Pipini Regum, & obtinuit Monaſterium immediate Sedi ſubjici Apoſtol. quia Friſiis anno 755. occiſus hic ſepultus eſt, & extant ibi adhuc Evangelia manu S. Bonif. ſcripta, ut & de S. Trinitate, qui liber confoſſus eſt, quando eum Friſij apprehenderunt. Sub Abbate Sturmio mortuo anno 779. ſtudia in hoc conventu ita floruere, ut 600. nobiles ibi ſtuduerunt, & anno 838. ſub Rabano 270. docti Religioſi fuerint. Abbas hic Archi-Cancellarius Auguſtæ perpetuus eſt, R. A. de Anno 1559. quæ dignitas ætate Lotharij per Abbatem Bertholdum de Schlitz cognomento Görtz impetrata, ſub Carol. IV. renovata fuit, hinc quoties Auguſtum vel Reginam diademate cingi ſolenni ritu contingit Abbas diadema & coronam deponit, manu tenet, & vertici reddit, Beſold. *in Theſ. V.* Cantzler der Kayſerin *in fin.* & præcedentia gaudet præ omnibus Abbatibus etiam in Burgundia, regno Arelatenſi & ſecundum alios etiam in tota Gallia, Annales Fuldenſes deſcripſit Browerus.

5 CAMPIDONENSIS Illuſtriſſimæ Abbatiæ Origo hæc traditur, licet Civitas antiqua ſit. Poſtquam Carolus Magnus fratri ſuo, Noverca Lotburga nato Talando nomine, Saxoniam petens, adminiſtrationem Imperii unà cum conjuge ſua Hildegarde Imperatrice demandaſſet, Talandus ejus amore captus fuit, ſed fruſtra; quæ ut ipſum eluderet, ei propoſuit ut domum ſpecialem deſtinaret, cumque ad hoc Talandus regiam Cameram paraſſet ad quam tribus oſtiis aditus pateret, ipſa vocata comparuit, Talando autem præeunte Hildegardis oſtium clauſit & tanquam carceri incluſit, in eoque detinuit, ſed paulò ante reditum Carol. dimiſit, qui cum totus macilentus à Carol. interrogatus eſſet de cauſa maciei, ipſe Hildegardem inceſtus incuſavit, unde eam Carol. oculis privari mandavit, quam tamen Nobilis de Freudenberg liberavit, remiſſis Carolo binis oculis Catelli, quare ipſa Romam profecta multos curavit ex oculis, cum autem Talandus juſto DEI judicio oculis captus, fama matronæ Romanæ ſibi incognitæ Romam profectus eſſet, ab ipſa quoque ſanatus eſt, quo facto admirantibus Papa & Imper. admirandam curationem, patefacta ipſa Imperatori reſtituta & Talandus in exilium miſſus eſt. Ipſa autem pro gratiarum actione hoc monaſterium extruere cœpit (& Cæſar Aquisgrani Eccleſiam) primus monaſterii hujus lapis poſitus eſt an. 773. ad cujus extructionem 2. gigantes mandato Caroli adhibiti & Conſtantinopoli adducti Sancimon & Celebrandus, qui magnos lapides portabant in dorſo, & ingentes carnes ad ſtuporem vorabant, quorum ille in medio templi ſepultus eſt, ut & Imperatrix hic recondita anno 783. Ac licet Metis extra urbem Latina Epitaphia extent apud S. Arnulphum de hac, ejus filio Ludov. Pio, & 2. filiabus Hildegarde & Adelheide, tamen fieri potuit, quod ex ſepulchro Metis huc translata fuerint corpora, quod in alijs Imper. non infrequens fuit. Fundavit Imp. Monaſterium & ei donavit Comitatum Hilamont. Primus Abbas dictus Amelganus, aliis Andegarius, quem conſecravit Adrian. Papa anno 777. & inſigni reliquiarum theſauro donavit in Magna Epiſcop. & Principum frequentia; Fuit ex Ducibus Brunſwicenſibus Hildegardis conſanguineus, mortuus anno 796. *Mager. lib. 5. n. 418. Schotp. in Chorogr. 7. p.* 809. Primus Princeps inter IV. Imp. Abb. recenſitus eſt Henricus de Multæberg. Ejus advocatos enumerat, Mager, *de Advoc. ar. c. 5. n. 418. p. 157.* licet civitas poteſtati Abbatis nunc ſubtracta ſit, Beſold. *in Theſ. Verbo* Reichs-Stadt / *fol.* 778. Hanc Adrianus Papa novam Romam appellavit, ab omni Epiſcoporum Jurisd. exemptam eſſe voluit. Abbatique conceſſum ante meridiem ſacrum faciendi, poſt meridiem gladium uſurpandi unde verſus:

Campidona ſola judicat enſe & ſtola.

Beſold. habet ſub ſe 72. parochias: Præfuit ad triginta circiter annos Reverendiſſimus Præſul, Illuſtriſſimus Sac. Rom. Imp. Princeps D. Romanus Ducalis Baſilicæ Campidonenſis Abbas nec non Auguſtiſſimæ Imperatricis Archi-Mareſchallus, qui tanquam Campi Dux illud *Eſdræ c. 4. c. 9. v. 24.*

Digitized by Google

v. 24. ibi in campum florum ibi domus non ædificata carnem non guſtabis, locum ſive Campum hunc ad rudera dirutum, ut domus DEI eo loco non extaret, nec frugum aut herbarum ſed lapidum ferax eſſet, hic Eccleſiam reddidit majorem & religioſos ad amuſſim Perfectionis Benedictinæ reduxit ut carnem non manducent cui Coadjutor factus Sereniſſimus Princeps Badenſis cum ſpe ſucceſſionis, modo etiam Eminentiſſimus S. R. E. Cardinalis.

6 Urbs Murbach & Principalis civitas Alſatiæ cui vicinum Luders incorporatum eſt, fuit olim vivarium Illuſt. monaſterium Benedictinorum peregrinorum d. pro Benedict. erectum, ibi Archidux Leopold. Guilelm. adminiſtrator fuit, Luders occuparunt hoc bello Galli ſed an. 1636. in autumno recuperatum eſt, Fundatum autem fuit Monaſterium ad preces S. Pirminii ab Eberhardo Duce Alemaniæ atque Alſatiæ familiæ Agilolphingicæ Principe qui illud voluit ad honorem S. Leodegarii parentum ſuorum conſanguinei dedicari. Defuncto Sereniſſimo Archi Duce & adminiſtratore Leopoldo Capitulariter electus eſt Reverendiſſimus Dominus Columbanus ex Nobiliſſima progenie Profeſſus ad S. Gallum.

7 Elwangensis Monaſterium in Suevia ab Arnolpho (ſeu Hariolpho,) Carol. Mag. Confeſſario Epiſcopo Ligonenſi, in Sylva circa Annum Christi 764. ædificatum eſt pro Benedictinis una cum pago qui tractu temporis muro cinctus eſt. Nomen habet ab alce ibi capta, in cujus memoriam pulpitum in quo liber Evangeliorum recumbit corio alcino obductum eſt, in magnis feſtivitatibus. Hic requieſcunt corpora SS. Sulpitii & Serviliani an. 1460. Monaſterium Bened. in Canonicos & Abbas in Præpoſ. converſus legitur & nunc eſt Collegium Canonicorum ſæcularium equeſtri genere natorum. In ſolenni ingreſſu pro conſecratione Walteri de Gerolseck Epiſcopi Argentinenſis anno 1361. Abbatem Murbacenſem cum 500. equis urbem intraſſe refert Münſt. *in Coſmogr. lib.* 3 *p. mihi* 473.

8 Eccleſiam Berchtolsgadensem Comes Beringer & ejus frater Cuno de Sulzbach, cum matre Iemgarde in honorem S. Joannis Baptiſtæ & S. Petri fundaſſe dicitur an. 1108. *Hund. in Bavar. tom.* 2. *pag.* 153. Primus Præpoſitus Eberhardus poſteà Salisburgi Archi-Epiſcopus cum 34. annis eam proſperè rexiſſet obiit An. 1142. ſepultus ante altare S. Crucis ſub ferreo mauſoleo; Henricus III. ab Alexand. III. Papa liberam Infulæ facultatem obtinuit, obiit 1174. ann. 1573. præfuit Bernardus Leuprechtinger XXXI. Præpoſitus qui pro conſervandis antiquis Eccleſiæ Juribus in curiis Imp. Frid. III. & Ladislai Reg. Bohem. multa gravibus expenſis effecit, quod cognomen etiam eſt moderno Reverendiſſimo Decano hujus Eccleſiæ.

Weisenburgensis Abbatia ad Rhenum 9
fundata Anno 623. pro Benedictinis & à Rege Dagoberto cujus filia Irminia ibi requieſcit liberaliter fundata eſt, civitas Weiſſenburg olim Abbatia Anno 1292. ab Abbat. Frideric. ſucceſſore Edelino foſſis & fortalitiis munita poſtea facta eſt Imperialis, & ex Abbatia facta eſt præpoſitura anno 1512. & demum anno 1546. Paulo III. Papa & Carol. V. Imp. Eccleſiæ Spir. incorporata, Carol. IV. Principis titulum contulit. Occaſio fundationis hæc traditur: cum Dagobertus regalis officii oblitus raptus in ſublime ſolio DEI præſentatus ab Eccleſiarum patronis quarum bona diſſipata accuſata eſſet, eique S. Dionyſius ſuccurreret ac dilationem pœnæ & tempus pœnitentiæ obtineret, ipſe hoc fine Eccleſiam & Monaſterium erexit, ut Mager. *de Adv. arm. c.* 5. *n.* 126. ex inſtituto fundationis probat. Ex quo conventu diverſi Epiſcopi Spirenſes ad cathedram evecti Eccleſiæ pientiſſimè præfuerunt.

Prumiensis opulentiſſima Bened. Abbatia 10
in Sylva Ardenna Diœceſi Trevirenſi ei incorporata cujus Archiepiſcopus perpetuam habet adminiſtrationem ut patet ex ſubſc. receſſus an. 1654. Locus ſalvatori Chriſto dicatus in quo Lotharius Imp. Aug. Ludov. Pii filius relicto Imperio religionem amplexus eſt.

Abbatia Stabulensis ita in circulo Weſt- 11
phalico ad Confinia Lotharingiæ in profunda valle 2. milliaribus à thermis Spadenſibus, nomen ſortita à ſtabulo luporum, quorum magna ibi fuit copia tempore S. Remacli, unde adhuc lupus in inſignibus Abbatis. S. Remaclus Epiſcopus Trajectenſis hic relicto Epiſcopatu primus Abbas fuit, qui in extructione Eccleſiæ uſus eſt opera aſini ad portandum

Digitized by Google

portandum lapides, quem Lupus voravit, unde ex mandato S. Viri Lupus operam aſini ſupplere debuit, & hæc cauſa inſignium eſſe poteſt, mortuus eſt S. Remaclus anno 991. è regione monaſterii Guilel. Comes de Mandersheid Abbas arcem extruxit an. 1546. ubi aulam ſuam habent Prælati. Poſt Ferdin. Archiepiſc. Colon. Abbas & Princeps Stabulenſis fuit Guilel. de Bavaria ann. 1675. defunctus, cui ſucceſſit Henric. Maximil. E Colon. Stabulenſe Monaſterium anno 657. & 20. alia extructa à S. Sigebert. Auſtraſiorum Rege Dagoberti filio tradit Geleu. *in Colon. lib.* 4. *p.* 666. Abbatis à Stabul. Poponis opera Braweilens. & Malmunderienſe Monaſt. erecta & reſtaurata, *idem lib.* 664.

12 CORBEIA Bened. Ord. Imp. liberum monaſterium in Weſtphalia à Ludovico Pio Imp. an. 815. in loco deſerto ædificari cæptum, ſed poſt paucos annos in alium manſuetiorem ad Weſaram locum translatum eſt, primus ſcholæ Rector Anſcharius, ex quo monaſterio varii aſſumpti ſunt ad Epiſcopatus, colitur pro patrono S. Vitus ibi ſepultus, & Ludov. Cæſar cum ex hoc conventu in Inſulam Rugiam aliquos deſtinaſſet qui ibi Chriſtianæ Religionis fundamenta jecêre & Eccleſiam in honorem S. Viti extruxere, Cæſar Rugiæ tributum impoſitum, huic monaſterio Corbienſi, ſolvi juſſit, qui in conflictu contra Rugiæ Ducem Geſtimulum votum fecerat S. Vito oblaturum, prout etiam feliciter pugnavit & Rugiam devicit.

13 Monaſterium REICHENAU, vel Augia Dives Ordinis S. Benedicti ſita eſt in Inſula Reichenau milliare infra Conſtantiam, quæ longitudinem medii latitud. quadrantis milliarii continet. Eam anno Chriſti 714. S. Pirminianus Meldenſis Epiſcopus cum Carolo Martello fundavit, & Primus Benedictinus Abbas fuit ad quod primitus tantùm recepti ſunt Principes, Comites, & Barones, & tantarum fuit opum, ut Abbas in propriis ſemper noctu divertere potuerit, hinc Romam. Unde dicta fuit Dives Augia ſub qua etiam fuit urbs Ulma. Expulit ex hac Inſula S. Priminius omnes bufones, ſerpentes, vermes & venenata animalia, & hodierno die eorum nil ibi reperitur, & ſi eo deportetur, moritur. Qui cum triennio præfuiſſet, ejectus eſt Theobaldo Alemanniæ Duce, cujus vitia reprehenderat anno Chriſti 727. & ſeceſſit in Alſatiam ubi plura monaſteria ædificavit, &c. Sepultus hic eſt Meinardus eremita; Item Carol. III. Rex Romanorum, Corpus S. Marci hic requieſcere dicitur, unde Monachi canere ſolebant Evangelium ſecundum hunc vel illum, quod Veneti ægrè ferentes, ut ceſſarent magnam iis pecuniam ſed fruſtra obtulerunt, olim hic vicina urbi Cella, ubi Rudolphus Dux Sueviæ cellam & monaſterium dein ædificaſſe legitur ibi ſepultus ann. 1134. alii 1364. Comes Ludov. Abb. cum 4. annis præfuiſſet, in habitu Clericali in urbe Tutlingen templo à ſuis miniſtris occiſus legitur. Fuit hoc monaſterium Seminarium diverſorum Germaniæ Præſulum, tredecim Archiepiſcop. Epiſcoporum, 34. præter illos quorum nomina ignorantur. *Gabr. Bucel. in Germ. Sac. p.* 2. *p.* 10. qui quod Inſulæ Lirinenſi Galliæ à multis tribuitur huic Augiæ Germaniæ rectè applicat, quod ſit nutrix Sanctor. Inſula, Alvearium mellis, ara Sacrificii, Horreum vitæ, paradiſus terreſtris, Porta Cœli, Sinus tranquilliſſimus, illuminatū latibulum, caſtra Dei, &c.

SALMENSWEILENSE, Monaſt. Ord. Ciſterc. in 14
Epiſcopatu Conſtantienſi ab Uberlingen uno milliari diſtans Guntraminus Lib. B. de Adelsreuter circa an. 1130. liberaliter fundavit, & advocatum habet Imperatorem, *Mag. de adv. cap.* 1. *num.* 30. *Matth. Klock. hujus Monaſt. advoc. in anticateg. p.* 5. *de prob. ſect.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. *& ſeq.* prout Ordin. Ciſterc. prima inſtitutio requirit ut fundanda & extruenda monaſteria ab omni ſæculari inferiorum dominio & Epiſcopali Jurisd. eximantur, in ſpiritualibus autem ſub ſolius Generalis Ordin. & S. Pont. obedientia, in temporal. ſub ſolius Rom. Regis tutela exiſtant. Klock. *cit. à Mager. d. loc.* De jure aſyli ſingulari huic competenti à Carol. V. anno 1641. dato ejus pagis villis & judiciis pro bannitis, *V. Mager. de Advoc. c.* 15. *ſub n.* 98. *à Klock. cit.* Aliqui nomen derivant à templo Salomonis, alii à Parocho d. Salomone, qui ibi aliquando cellam habuit, reditibus locus auctus eſt à Conrad. Suevo anno 1142. & Frid. Barbar. anno 1155. & Carol. IV. multa ei dedit privilegia, & ordinavit quod omnes itinerantes equit. & ped. hic gratis hoſpitentur, quæ conſuetudo abolita eſt, poſtquam Comes de Montfort ibi hoſpitatus & quidam religioſus in Camera hoſpitum nocte more ſuo ſtrepitum, quaſi id dæmon

dæmon faceret excitaſſet, quem corporalem dæmonem ipſe gladio transfixit. Hic magnum eſt organum, darinn die gröſte Pfeiſſe 28. Schuh lang / und rings herum 4. Spannen. Item vas vinarium cujus ſuperius foramen tantæ amplitudinis ut aliquis in vas delapſus in eo ſubmerſus fuerit. Schopp. *in Chorog. p.* 847.

15 Weingartense Monaſterium medio milliari à Ravenſpurg in circulo Suevico diſtans à Guelphis ortum, Carol. M. tempore fundatum, cujus primus præpoſitus fuit Beringerus; factus eſt dein Prælatus Abbas infulatus autoritate Apoſtolica; hæc Monaſterii occaſio dicitur à Sceppero *in Chorogr. p.* 847. Cum locus hic fuerit olim arx & ſedes Principum de Altdorf, unde Guelphi deſcendunt, poſtquam Iſenhardi conjunx Comitiſſa in pago Altdorf ante fores Caſtri Raveusburgii pauperem matrem vidiſſet 3. infantes lactantem, quas una vice enixa eſſet, ipſamque non tantum adulterii ſuſpectam haberet, ſed diceret, id ſine adulterio eſſe impoſſibile, ac proinde Eleemoſynam petenti negaſſet, an. ſeq. 12. proles genuit viro abſente, timens autem & ſe adulterii inſimulandam uno filio ſervato reliquas proles ſubmergi juſſit; Famulæ autem pueros deportanti obvius Dominus de Altdorf, cum quæſiſſet, quid deportaret, & Canes eſſe reſpondenti degeneres ad ſubmerſionem deſtinatos, ipſe videre cupidus deprehendit eſſe pueros & quidem ſuos, quos apud alium educari fecit (renuntiatum verò uxori fuit eos jam ſubmerſos) quos evolutis dein 6. annis in conſpectum matris ſplendide veſtitos produxit in veſtitu duodecimo filio ſimiles, ac in convivio ſolenni interrogavit matrē conjugem an eos noſſet, quæ prolium memor eas agnovit in honorem Dei Monaſt. Virg. quod jam Relig. Bened. eſt, extruxit, quam licèt alii fabulam, alij hiſtoriam tradant, non tamen impoſſibile videtur ſi conſideretur quod Comitiſſa Mechtildis in Hollandia uno partu tot proles enixa ſit, quot in anno ſunt dies, Gottof. *ad l. 36. de ſolut.* Alii hinc Guelphorum originem deducunt. Cum ex horum majoribus aliquis Romani ſenatoris Catilinæ dicti filiam duxiſſet, & filium ſuſceptum Catilinam vocaſſet, quod Teutonicè cum Guelphis aliquam conſonantiam habet, hinc ipſum ejusque poſteros Guelphos dictos. Alij dum unus majorum apud Cæſarem eſſet, & nuncium de nato filio accepiſſet, ideoque reditum demum ab Imper. poſtulaſſet non addita cauſa, quæ tamen Imperatori jam aliunde patefacta erat & diceret: pro Guelpho (ſive cane) qui natus eſt, repatriare feſtinans; ipſe pater hoc nomen filio in lavacro indi fecerit. Hoc loco Guelphi Sepulchrum ſub terra habent, & dicuntur ex ordine inſtar Senatorum in ſellis ſedere. Habent & Com. de Königseck / hic ſepulturam. In acceſſu ad templum ſuſpenſa è longa coſta, quæ de S. Othomari ſororis corpore fuiſſe dicitur. Non procul obeſt Monaſt. Præmonſtratenſe die Weiſſen: Quod tempore Otton. I. fundatum. Hinc diſtat 2. mill. S. Pantaleonis Cella ad locum Boden See / olim Virg. Bened. Monaſt. fundatum per Comitiſſam Bertam, de Buchorn, Senioris Welphonis Sorore & Conradum Epiſc. Conſtant. qui Comes Altdorffienſis fuit, anno 950. Cum autem Comites de Buchorn ſine liberis decederent, hoc Monaſterium ad Altdorffianos devenit & Monaſterium Weingardenſe Anno 1130. Notabile eſt, quod refertur de Comitiſſa de Buchorn. Windelgarda, quod ejus conjuge Ulrico, cum Ungari Bavariam vaſtarent: ipſis abducto, ipſa eum mortuum credens vel redeundi ſpe depoſita, Monaſterium Virg. S. Galli ingreſſa ex conſenſu Epiſcopi Conſtantienſis Salomonis annuè preces & Eleemoſynas pro defuncto Comite fieri curarit. Cum autem ann. 916. anniverſarium fieret, maritum in habitu mendici reverſum accepta Eleemoſyna manum comitiſſæ compreſſiſſe & ita exoſculatam fuiſſe, ut reliqui mendici ei verbera minarentur, donec ab ipſa agnitus relicto Monaſter. ei rurſus juncta filium adhuc utero ſenili peperit, an 920. cum ante libera ab ordine per Epiſcopum pronunciata eſſet. Ulricus Comes dein S. Galli decimas zu Höchſten im Rhein Thal donavit, filius Burckardus dicitur S. Gallo oblatus, in Monaſterio educatus, ibi Prælatus factus anno 959. Nunc præeſt Reverendiſſimus D. D. Alphonſus Stadlmayr antehac in hac Alma Univerſitate per 23. annos Rector Magnificus.

Schussenrietense non procul à Waldſee 16
ſitum milliari ab urbe Biberach. Ordinis Præmonſtratenſis Monaſterium olim arx Baronum de Schuſſenrid, anno 1188. converſa in Monaſt. Ad honorem B.V. & confeſſoris S. Magni, primò Præpoſitus

Digitized by Google

poſitos dein Abbates habuit, Berengarius fundator primus fuit Monachus, alii acceſſêre ex Weiſenau, nomen habet à vicino fluvio Schuſſ.

17 Ochsenhusanum Monaſter. Ordin. S. Benedicti inter Biberacum & Memmingam loco fertili ad aquam Rott ſitum, primo Monaſterium Virginum fuiſſe dicitur, quæ belli tempore Rebus pretioſis in terram defoſſis fugientes omnes in exilio mortuæ ſunt, collapſo Monaſterio, cum bos ad arandum adhibitus pedibus foſſam in terra feciſſet, theſaurus reconditus apparuit, ex quo vicini nobiles Monaſterium reædificarunt & à bove Ochſenhauſen vocatum eſt *Schopp. in Chor. gr. p.* 844. Præpoſitura dein fuit, & in Concil Conſtantienſi facta eſt Abbatia hac occaſione. Cum Cardinalis Otto de Columna hic divertiſſet iter faciens Conſtantiam & aliquot diebus liberaliter habitus fuiſſet, tandem in Concilio electus Papa memor hoſpitalitatis in Abbatiam convertit Anno 1420. Hic Profeſſus fuit P. Rom. Hay qui edidit Anno 1648. Francof. Aulam Eccleſiaſticam. Hodie præeſt, Reverendiſſ. D.D. Wunibaldus Waibel, qui velut Rex Iſraël ſuper cæteros humero, ita eruditione & religione præ multis eminet.

18 Gengenbacense Monaſterium, Pirminius Epiſcopus Argentinenſis tantùm pro Nobilibus An. 724. extruxit; & Abbas Benedict. à Rudolph. I. Anno 1278. obtinuit quod ſubdito & vaſallo à ſententia Abbatis appellare non liceat.

19 Elchingense fuit olim prædonum receptaculum converſum in Monaſterium Bened. infra Ulmam ad Danubium fundatum à Conrado Saxone Anno 1128. ſed paulò poſt combuſtum, cumque Comes de Ravenſtein Albert. cum Conrad. III. Imper. Hieroſol. tendens, ſi ſalvus rediret voviſſet Monaſterium ædificare, redux hoc combuſtum reædificavit An. 1142.

20 Isnense Anno 1196. fundatum fuit pro Benedict. Monaſt. intra Mænia Urbis Iſnii vel Eiſna à comitibus de Veringen patre & 2. filiis. Confirmatio Imperialis acceſſit Anno 1206. An. 1284. Monaſt. cum Urbe combuſtum fuit. Sed poſtea reædificatum, extincta linea de Veringen eis ſucceſſêre Truchſeſſii de Scher, vel Waldpurg, & ſunt patroni Monaſterii. Anno 1350. cum coquus inſcius cum carnibus bufonem coxiſſet Abbas Henric. II. cum omnibus Monachis ex eſu obiit, & ab Ottone Truchſeſſio Parochus factus Abbas habitum religionis aſſumpſit, ob famam ſanctitatis loci Imp. Frid. I. Barbaroſſa confrater hujus cætus admitti & haberi voluit. Irſne ſeu Urſinium O. S. B. haud procul ab oppido Imperiali Kaufbeura & amne Wertachio, fundatum ab Henrico Marchione de Rumſperg & filius Godefrido & Bertholdo, nec non Irmelgarde, filia Baronis ab Ulten, conjuge, matre Udalrici ab Ultimis ſive Utten, ſummi hujus Monaſterii Benefactoris. V. Bucel. in Germania ſacra.

Urspergense magnificentiſſimum Sueviæ 21
Præmonſtratenſium Cœnobium Anno 1125. tempore Henrici III. Imper. Conrad. & Wehernerus fratres Comites à Balthauſen & Schwabeck fundârunt, Mag. *de Ad. c. 5. n.* 350.

Roggenburgense Monaſterium Ulma di- 22
ſtat 2. milliaribus, Conrad. I. Epiſcopus Curienſis & alii Comites de Bibrech. Ann. 1126. pro Præmonſtratenſibus fundârunt: Ante Præpoſiti, Abbates effecti ſunt poſt annum Chriſti 1440. Primus Abbas & ultimus Præpoſitus fuit Joan. Deuringer ex vicino pago Ingenſtett oriundus.

Münchenrodense Ordin. Præmonſtra- 23
tenſ. ſitum in Suevia duobus milliaribus à civitate Memmingen, ubi duo fontes Haslach & Rott confluunt, & quia Rott per Monaſterium fluit, inde nomen accepit, & tandem jungitur cum Haslach, tranſit Ariſtetten, & ſupra Ulmam in Danubium. Fundatum eſt An. 1126. in quo aliquando 220. Religioſi fuerunt, Ordinis Ciſtercienſis. Hoc ſe Congregationi Burſfeldinenſi adjunxit Anno 1485.

Monaſterium Mindernense minoris Au- 24
giæ, Alba Augia Suevorum, weiſſen Aw / Ordin. Præmonſtratenſ. de qua Bucel. in ſua German. Rudolphus I. huic multa Privilegia & donaria contulit, & Welfo VI. ejusque filius Welfo VII. reditus auxerunt.

Marthalense Monaſter. Præmonſtratenſ. 25
ad Danubium inter Urbes Ridlingen & Ehingen in petra, primò Collegium Canonicorum fuit, in Monaſterium converſum, & ante Præpoſitum habuit, nunc Abbatem an. 117. quaſi de novo fundatum.

Petershusanum, Anno 980. pro Bened. fun- 26
datum ante Conſtantiam, ab altera parte pontis Rhenani à S. Gebhardo Brigantii Comite, quem

ut fundatorem, ita primum Abbatem habuit, qui ſibi ſucceſſorem Beringerum nominavit, & præter alia dona, Roma Caput S. Gregorii M. huc attulit, hìc apud ſuos ſepultus.

27 Wetterhausanum Collegium Can. Regul. S. Auguſt. fundatum à Conrado & Wernero fratribus comitibus de Rochenſtein, & eorum matre Gertrude, in Marchionatu Burgovienſi.

28 Ottenburanum Ord. S. Bened. Monaſterium anno Chriſti 764. de quo Buc. in Germ. ſac. ubi & de Zwifaltenſi plura.

29 De Commendatoribus Ordinis Teutonici in Burgundia in Alhauſen confluentiæ & aliorum ſpecialis requiritur tractatus, cujus faſciculus hìc non eſt capax.

30 Kayserheimense vel Cæſarienſe, celebre Ciſtercienſium Monaſterium, inter Danubium & Altmühl, prope Donawerdam, fundavit illud Comes de Lechsmund & Grasbach, cum ſua conjuge & filiis anno 1103. Primus Abbas Ulricus dictus, mortuus eſt anno 1155. 11. Martij. *v. Hund. fol. 121. in met.*

31 Odenheimense Monaſterium imperante Frider. Barbaroſſa à Brunone Trevir. Archiepiſc. Anno 1161. pro Benedictinis fundatum, dicit Marian *in Suevia in Bruchſal. pag. 15*, in diœceſi Spirenſe pago Greichsgau juxta Oldenheim vel Udenheim; anno 1491. Burſfeldenſi congregationi junctum, ſed an. 1595. ab ordine avulſum, factum eſt Collegium Canonicorum ſæculare.

32 Abbatiæ Werdensis & Helmstadiensis Civitas ſita eſt Werdæ ad Ruram in Weſtphalia ad Comitatum Markenſem. S. Ludgerus primus tempore S. Bonifacii Epiſcopus ex Friſia ortus, hìc monaſterium extruxit, Urbem verò Guilelmus de Hardeberg XLII. Abbas an. 1317. S. Ludgerus mortuus an. 809. & S. Hildegrinus prius Epiſc. Halberſtad. mortuus an. 813. hìc ſepultus eſt, & hìc Helmſtadium Urbem Monaſterio donavit, quæ Civitas poſteà quidem avulſa, ſed titulus Abbati manſit.

33 In Auguſtana S. Udalrici & Afræ Eccleſia Benedict. ſub ſummo altari ſepultus S. Ulricus Epiſcop. Auguſt. An. 973. item Zimbertus Carol. M. Sororis Symphorianæ filius, ibidem Epiſcopus & S. Afra. Turris templi præ aliis Urbis altiſſima, ultra 400. gradus habet, Abbas Civitati certam protectionis pecuniam ſolvit. Ex D. Afræ templo per S. Udalricum Epiſc. in Canonicorum Collegium, inde à Brunone loci Epiſcopo in Monaſterium Ordinis S. Bened. converſum eſt. Hìc Ferdin. IV. Rom. Rex coronatus. Aſſervatur hìc integrum corpus S. Udalrici, item S. Afræ, Hilariæ & plura alia; Et Crux S. Udalrico è cœlo allata in ſignum victoriæ contra Hungaros, quam ipſe in prælio exercitui præferebat.

Anno Chriſti 534. Româ per Alpes ad Monaſterii S. Vallis Gregorianæ locum venêre viri religioſi, & Deo piè ibi ſervierunt, & Anno 660. Rex Auſtraſiæ Hildericus hìc Abbatiam Benedict. fundavit in honorem B. Virg. Pet. Paul. & D. Gregorii, unde nomen habet; ſpectat ad ſuperiorem circulum Rhenanum. 34

Abbatiæ S. Cornelii Cornels-Münſter / in circulo Weſtph. Monaſterium ſitum eſt ad Indam milliari Aquisgrano diſtat; Monaſterium Carol. M. incæpit, & filius ejus Ludovicus perfecit; hìc linteum aſſervatur, quo præcinctus Chriſtus, diſcipulorum pedes lavit; Item ſudarium, quod poſt reſurrectionem fuit in ſepulchro, Caput S. Cornelii Papæ martyrizati ſub Decio. Abbas dominatur territorio vicino, quod Sylva cingitur. 35

Poſt Cathedralem Eccleſiam Ratisbonæ eſt celebre monaſterium & Abbatia Sancti Emerani, cujus innocenter occiſi corpus hìc jacet: Monaſterium extructum Anno 697. olim extra Urbem ſitum Arnulphus Cæſar mœnibus incluſit; Abbas Regalia ab Imp. accipit, & Imp. immediatè ſubeſt. In hoc templo ſepulchrum Dionyſii Areop. viſitur, cujus corpus Adolph. Cæſar in prælio contra Normannos captum, huc tranſtulit, propter quod inter Monachos S. Denis in Gallia, & hos orta lis: Donec Leo Papa Germanus an. 1049. electus, Gallis imperavit, ne amplius ſe corpus habere jactarent, dicuntur Galli adhuc habuiſſe digitum, pro quo dein Arnolphus Cæſar ipſis dedit altare aureum 150. pretioſis lapillis ornatum. Hìc requieſcit S. Wolfgang. Epiſc. Ratisbon. mortuus Anno 994. ult. Octob. In Choro ſepultus eſt Comes Babo de Abenſperg, 32. filiorum & 8. filiarum, mortuus An. 1020. 5. Mart. Item ſepultus hìc Hildericus Rex Galliæ, qui an. Chriſti 951. coactus eſt regno depoſito fieri Monachus. In Eccleſia locus eſt tenebroſus, ubi aliquot 36

Martyrum

Martyrum millia ſepulta, vocatur **Der Martyrer Bühel**. Extra chorum ſepultus Henricus rixoſus. Item Joan. Aventinus Hiſtoricus 9. Jan. Anno 1534. ætatis 68. mortuus. V. *Hund. in metrop. tom. 2. fol. 360. & ſeq.* Ante Abbatiam extructus eſt fons, intus plumbeus, cum 7. Elect. inſignibus, in medio Statua Imp. Cathaphracti, ubi juxta Moguntinum, puer eſt cum 6. digitis in una manu. Item campanile, quod magno conſtitit.

Ab Abbatibus nunc ad Abbatiſſas quæ per legatos compareant, tranſeamus: Nec mirum cuique videatur fœminas in Imperii Status referri ad conſilia & diætas, ſive Comitia vocari, voto & ſeſſione frui, quæ alias à J. C. ab officiis & conventibus publicis à judicando, advocando & ſimilibus excluduntur. *l 12. §. 1. de Judic. l. 1. §. ſexum, de poſtulat.* Si conſideret quæ qualeſque extiterint apud Veteres fœminæ virtutibus claræ, inter quas Lælia, Sabini Lucii Cornelii Syllæ, & Amuli Martij conſulis, filia Romæ ſimul græcè & latinè profeſſa legitur. Cumque Sylla pater poſt bellum Mithridaticũ reverſus 3. civium Rom. millia, qui manus ejus exoſculaturi obviam ipſi proceſſerant ſecuri percuſſiſſet, hoc facinus ei certiſſimum attuliſſet interitum, niſi orationem filia in Senatu habuiſſet elegantiſſimam & ea patris ſtultitiam ſua prudentia temperaſſet, ob cujus ſapientiam & ea quæ ex filiæ dictis hauriebat pater, hic in dando conſilio ſapiens, in agendo dexter, in vigendis cœptis conſtans, in loquendo eloquentiſſimus habitus fuit, unde natus Romæ vulgaris ſermo: Lucius Sylla civibus lingua imperat, peregrinis lancea dominatur. Quantus Plato fuerit tam inter ſuos quàm exteros cujus ſcripta captum excedunt humanum; divinus ideo dictus, ſatis clarum eſt, is inter auditores duas fœminas habuit doctiſſimas Laſtheniam & Axiotheam alteram memoria tam capaci, alteram intelligentia tam ſagaci, ut ſæpe cum abeſſent Plato lectionem ordiri diſtulerit: cauſam autem dilationis à celeberrimis Philoſophis rogatus reſpondit: Non legam cum intelligentia abſit, priorem denotans, & memoria quæ conſervat, Axiotheam ſignificans, quod pluris earum ingenium & memoriam quam tot Philoſophorum eruditionem æſtimaret. Ariſtippi quoque filiam Aretam ita Latinis & Græcis literis eruditam fuiſſe perhibent, ut tota Græcia animam Socratis in eam migraſſe fama eſſet, quæ alios anno 35. Philoſophiam natural. & moralem etiam docuit. *Boval. lib. 2. de laud. mul.* & plures ſcripſit libros ad 40. ſcil. diſcipulos habuit Philoſophos 110. Athenis mortua anno ætatis ſuæ 77. Stupendum quod Pythagoræ ſoror ipſum fratrem Philoſophiam docuerit, quæ Themiſtoclea appellata fuit, Qui Pythagoras filiam habuit, quæ doctrina amitam ſuperavit patrem æquavit, ut Athenienſes eam domi ſuæ audientes magis quàm Pythagoram in Scholis diſſerentem auſcultantes delectarentur. Hæc Polycrata dicta tantæ fuit auctoritatis, ut plus ipſius apud Colum verbum quàm patris in Schola doctrina æſtimaretur. Ex gente Corneliorum Romæ præter 4. alias mulieres inſignes celeberrima fuit mater Gracchorum Cornelia, cui majorem, quas Romæ docebat, ſcientiæ attulerunt gloriam quàm quas ex Africa reportârunt filii, Guevar. *in horol. lib. 2. c. 33. & ſeq. à p. 359.*

Ex quibus conſtat non minus fœminas quàm viros ſapientes & eruditas eſſe poſſe hodie prout olim fuerunt, quare Imp. Juſtin. in ſuis ll. condendis ſe uſum conſilio Reverendiſſimæ ſuæ conjugis teſtatur, *in Nov. 8. c. 1.* ubi eam conſiliorum ſuorum participem vocat. Ac licèt ea propter ; & *argt. l. aſſiduis C. qui quot in p. hab.* Imp. ut effœminatum Anton. Fab. & alii culpent, ab ea tamen alii eum liberant, *quo facit l. 3. C. quando mulier tutel. off.*

Inter Abbatiſſas Essendiensis eſt, quæ Eſ- 37
ſendia Civitas & Canoniſſarum Collegium cum territorio in ducatu Montium ſita ſunt. Hoc fundavit. S. Alefridus Epiſcop. Hildeſienſis ex ſuis bonis An. 877. & tantùm admittuntur Principes ac Comitiſſæ, libertate nubendi reſervatâ: Olim hic 52. Canoniſſæ & Canonici fuerunt, quorum numerus multùm decrevit. Hîc aſſervantur reliquiæ S. Pinnoſæ IV. Abbatiſſæ. Poſtquam proventus defecerunt temporum injuria, Sancta Theophania Palatini, Ehrenfridis in Bradweiler, ex Mechtilde Sorore Otton. III. Imper. filia & Abbatiſſa eos auxit. Gelen. *in Colon. c. 67.* Anno Christi 1593. in hac urbe magnum religionis diſſidium inter ipſos ortum eſt. anno

Digitized by Google

anno 1641. Ratiſbon. in Comitiis per deputatum comparuit Maria Clara Abbatiſſa ex Comitibus de Spaur, nunc præeſt Anna Maria Comitiſſa de Salm & Reifferſcheid. Civitatem olim Imperii fuiſſe tradit ex Zeilero Lymn. Reinck. *de reg. ſec. lib. 1. claſ. 4. c. 21. pag. 48.*

38 Abbatiæ Buchaviensis am Boden-See/ Adelindis prima fuit fundatrix filia Ducis Sueviæ Hillebrandi & Soror S. Hilgardis (quæ Monaſterium Kempten fundavit) Et hoc quidem in honorem S. Cornelii & Cypriani. Schop. *in Chorogr. pag. 759.* pro Illuſtribus Virginibus, Comitiſſis & Baroniſſis. Diſtat. 2. milliaribus Biberaco. Occaſio & principium hoc fuit; CùmPipinus Rex in Italia contra Longobardos auxilio Marſilii Regis Sueviæ triumphaſſet, & Romam eorum tyrannide liberâſſet, ex captivis & obſidibus præter alios 2. ſecum adoleſcentes, Bonoſium & Zophonium abduxit in Germaniam, Longobardi vel Græci Comitis filios, quorum parens Comes Tergent in prælio occubuerat, illum 10. annos natum Pipinus, hunc 11. ann. Marſilius baptizari fecit. Hunc matrimonio junxit Comitiſſa de Monfort, & in dotem dedit hanc Regionem verſus Bibrach, cum inter ambulandum hunc locum domicilio & templo commodum inveniſſet, ac optaret, & voveret, ſi pecuniam à patre ſuo abſconditam haberet, domum ſibi & templum honori S. Trinit. extruere, inſtigante conjuge hoc opus inter fodiendum lebetem cum auro & argento invenit, & arce temploque extructo à lebete Keſſelbach vocata eſt. Ex ejus poſteris Otto Comes de Keſſelbach junctus d. Adelindo fuit, qui cum in prælio contra Hunnos cum 3. prolibus occubuiſſet, juxta Biberach, qui locus planctus vallis oder Planckthal/ inde dictus fuit, quia viduæ & alii eo loco mortuos & interfectos planxerant, expulſis dein Hunnis vidua hoc Collegium Canoniſſarum Ordin. S. Aug. fundavit, & demum facta eſt primò Abbatiſſa, cujus feſtum ipſo die S. Auguſtini 28. Aug. ibidem agitur; & omnibus advenientibus, Abbatiſſa eo die panem, d. St. Ederlings Brod ſuppeditat. Hoc combuſtum dein reædificavit Ludovic. Carol. M. filius, & ſecundus ejus fundator, aſſignatâ novâ dote, & principali dignitate Abbatiſſas condecoravit. Anno 1559. in receſſ. Imper. nominatur Margarita Comitiſſa de Schwartzenberg ann. 66. Maria Jacobe Baroniſſa de Schwartzenberg. Anno 1610. præfuit Catharina Comitiſſa de Spaur, XXII. Abbatiſſa.

Abbatiam Quedlinburgensem Henricus I. Imper. cognomento Auceps primus fundavit, quam S. Servatio ſacravit, & Methildem filiam ſuam Abbatiſſam creari fecit; Quedlinburg Civitas Hanſeatica, quia verò Abbatiſſæ debitam obedientiam recuſavit, ejus frater Erneſtus Dux Saxon. illam armis expugnavit, & columna Rolandi ut perpetuo libertatis ſigno privavit. Advocatia hujus Abbatiæ olim Comitibus Rheinſteinenſibus, item Epiſcopis Halberſtadenſibus ad tempus conceſſa, poſtea, domui Saxonicæ in feudum data fuit. Mager. *de Advoc. arm. c. 9. n.* 801. 39

Andlaviensis Abbatia in Alſat. inferiori, nomen habet ab aqua Andelaha, S. Fab. & S. Felicitati dicata: Fundata eſt pro virginibus magnarum familiarum à Richarda Regis Scotiæ filia, Caroli Craſſ. Imper. conjuge, anno 880. hac occaſione. CùmCarol. conjugem ſuſpectam haberet, quaſi nimis familiarem cum Epiſcopo Vercellenſi, ipſa verò maritum ſuum impotentem aſſereret, per prunas etiam ardentes & inſpectionem obſtetricum virginitatem probaret, divortium obtinuit, & ſuis facultatibus hoc Monaſt. extruxit, ibi ſepulta anno 888. (Carolus autem ſepultus in Reichenau) ſita eſt in Urbe Andlov. Hic dicitur requieſcere Corpus Lazari, quem Chriſtus excitavit. Schopp. *in Chorogr. p. 793. Add. Bernh. Hertzog. in Chron. Alſat. fol. 18.* 40

Lindaviensis Abbatiæ Monaſt. in Lindavia Urbe Imper. ſitum in Suevia ad lacum Brigantinum inſtar inſulæ, ſed tamen murato ponte ad longitudinem 290. paſſuum terræ annectitur. Hic anno Chriſti 800. Adelbertus Carol. M. familiaris & Palatinus ob ſuperatum naufragium Monaſterium ex voto extruxit pro virginibus quod Ludov. II. anno 886. privilegiis auxit: à Rudolpho II. in ſpecialem protectionem ſuſceptum, probat Mag. *cap. 5. n. 416.* olim Lendau dictum, quòd lacu hîc appelleretur. 41

Hervornse primum Ordin. S. Benedicti, nunc ſæcularium Liberum Canoniſſarum Collegium eſt in urbe Hervord. pro Comitiſſis fundatum per Walterum anno 832. qui cum ad Carol. M. piſcationis & aucupii munera miſiſſet, ab eodem 42

dem

Digitized by Google

dem accerſitus, & converſus baptiſmum ſuſcepit, & hoc extruxit ac fundavit. Ludov. I. Imper. confirmavit, cumque poſterioribus temporibus Albert. Dux Sax. & Luneb. hoc ſibi prætenderet, Carol. Imper. 1377. in loco præſens, auditis partibus pro libertate Collegii ſententiam tulit. Hodie hîc in urbe viget Auguſtana conſeſſio.

43 Abbatiam Gerenrodensem, olim D. Benedict. Dux & Marggravius Gero primus fundavit, & filii ſui Sigefridi uxorem Hedwigem Abbatiſſam effecit, quæ mortua eſt Anno 962. Gero autem anno 965. cujus monimentum eſt in medio templi elevato lapide. Eliſabetha Comitiſſa Widenſis anno 1521. hîc reformavit. Anno 1374. Abbatiſſæ in Curia Rom. proceſſus habuêre cum Archiep. Magdeb. & contra Arch. anno 1380. judicatum fuit, *V. Wehn. verbo* Vogtey. Anhaldinus protector eſt.

44 Abbatiſſa inferioris Monaſterii ſive Nidermünſter Ratisbonæ, ita dicta, quia dimiſſiùs hic locus jacet ad Danubium juxta cœmiterium Cathedralis Eccleſiæ, ideo Nidermünſter vocatur: Fundatum eſt Collegium pro nobilibus Virginibus per Juditham Arnoldi Ducis Bavariæ, uxorem Henrici I. Ducis Bavariæ S. Henrici II. Imper. aviam. (Hund. *tom. 2. ann. pag.* 589. extructum ait anno Chriſti 900.) quæ ad ingreſſum templi ſepulta eſt.

45 Collegium Obermünſter zu Regenſpurg/ Hemma conjunx regis Ludovici Bavari, vel renovavit pro Benedictinis, vel fundavit, Religoſi S. Emerani apud ſe eam ſepultam juxta altare Sancti Achatij; Hæ autem eam in ſuo choro depoſitam contendunt: utrumque verum eſſe poteſt, Sepulta ad S. Emeranum huc dein tranſlata. Olim Benedictini inſtituti Monaſterium fuit ubi cum diſciplina decreſceret, priſtinam S. Wolfgangus reduxit. Hodie ſine votorum emiſſione vivunt.

45 Bortſcheid ſeu Porcetanum Imperiale Monaſterium Ordinis Ciſtercienſis Virginum non procul ab urbe Aquisgrano diſtat, thermis locus eſt celebris quæ pro Hectica & aliis morbis ſanandis conducunt, licèt Abbatiſſa jus immedietatis habeat, tamen altam jurisd. urbi Aquisgranenſi ceſſiſſe dicitur.

47 Gandershemense: Regium Benedictinarum Virg. Monaſterium in Ducatu Brunſwicenſi in oppido Gandersheim, quod anno 842. Leutholphus Saxonum Dux condidit, Alfridus Epiſc. Hildeſienſis dotavit, Imp. extulerunt. Hic Otto II. Imp. binas filias Sophiam & Adelheidem Deo & Religioni devovit.

Rottmanasteriense in Suevia 2. milliaribus Memminga diſtat, ubi Haslach & Rott confluunt, hic quia Monaſterium perfluit, ei nomen dedit. Fundatum anno 1126. ab Hemma Baronis de Wildenwerck conjuge fuit. 48

Guttentellense Monaſt. Ciſtercienſium in Suevia non procul ab Ochſenhauſen, duobus milliaribus ab urbe Biberach, 4. ab Ulma, extructum à duabus comitiſſis de Schlosberg Sororibus, in honorem SS. Coſm. & Dam in quo aliquando 200. profeſſæ, jam tantùm 12. ſunt. 49

Hegibach Monaſterium Virginum Ord. Ciſtercienſis S. Bernhard. in medio inter Ochſenhauſen & Biberach ſitum, dictum von vjelen Hecken/ anno 1233. à duabus monialibus nobilibus una de Roſenburg altera de Landeburg extructum, Eccleſia S. Pancratio dicata, quibus aliæ quinque nobiles acceſſêre. Gregor. IX. Pap. & Frid. II. Imp. privilegia loco dederunt, & liberalitate hominum hic aliquando 120. moniales alitæ ſunt, mortuo autem Guilelmo Cæſare interregni tempore monaſterio vaſtato Virgines ad parentes redire coactæ ſunt pro alimentatione, quæ regnante Rudolpho I. eo redierunt. 50

Abbatiſſa de Baindt, Virginum Ciſtercienſium Cœnobium non procul à Monaſterio Vinearum fundatum à Conrado libero Barone & Pincerna de Winterſtetten, Comitum de Thun Dapiferorum de Waldpurg, cujus prima Abbatiſſa fuit B. Anna de Franckenhofen, quæ anno 1244. obiit. 51

Hic venit reſolvenda

Quæstio: *An conveniens ſit ad Comitia Imperij & conſultationes publicas vocari, admitti, votum, & Seſſionem tribui, ac Receſſus Imperij ſubſignari per Abbatiſſas?* 52

Rat. dub. eſt hæc I. ex Jure Civili, quòd fœminæ ab omnibus officiis publicis remotæ ſint, *l. 2. de R. I.* II. Ex ratione tradita *in l. 1. §. Sexum. ff. de poſtul.* quod indecorum videatur, & contra pudicitiam ſexui congruentem, ſi fœminæ alienis cauſis ſe immiſceant, aut virilibus fungantur officiis,

ciis, unde intercedere non debent pro alio *l.* 2. §. 1. *ad Vellej.* nec argentarii munus gerere, *l.* 12. C. *de Edendo.* nec poſtulare *d. l.* 1. §. *ſexum. in fin.* occaſione ducta à Calphurnia vel Carfania, quæ inverecundè poſtulans cauſam huic edicto prohibitorio dedit *d. l.* 1. adeò quidem, ut licèt fœmina prudens eſſet, inſtar Corneliæ Matris Gracchorum, tamen excludenda ſit, *Duar. ad* 1. *de poſtul. c.* 4. ac proinde arbitrium etiam ſuſcipere prohibentur, etſi ſint ſummæ optimæ opinionis, *l. fin. C. de Recept. arbit. junct. l.* 2. §. 1. *C. de his qui ven. at.* Prout ex hac cauſa nec ad calata Comitia admittebantur, nec in teſtamento (cujus factio authoritate tantùm non etiam utilitate publici Juris eſt, *l.* 3. *ff. qui teſt. fac. poſ.*) teſtes adhiberi potuerunt aut poſſunt. *l.* 20. §. *mulier.* 6. *ff. Qui teſt. fac. poſſ.* Verum cùm hæ prohibitiones Juris Civilis ſint, & poſitivi, nil impedit, quin ab illo Jure Civili recedi poſſit, & interdictum per ſenatum populumque Romanum & Principem, voluntate Imperatoris una cum ſtatuum conſenſu tolli, vel ſaltem in aliqua facti contingentia ut hîc, limitari potuerit. Nec enim fœminæ à negociis publicis arcentur, quod judicium non habeant, ſed quia moribus ita receptum eſt, lege civili approbante, *l.* 12. §. 2. *v. moribus. ff. de Judic.* Unde ubi contraria invaluit conſuetudo, fœminæ non excluduntur, *argt. l.* 32. *de legibus. c. dilecti.* X. *de arbit.* Sic Judic. 4. legitur Debora fœmina populum Iſraël judicaſſe, in Anglia ſuperiori & hoc ſæculo ab an. 1545. rexit Eliſabetha Regina per annos 45. Anno 1603. 24. Martii vita defuncta: prout mulieres etiam regni & ſceptri capaces eſſe niſi lex aut mos patria vetet (ut in Gallia lex Salica, ſecundum quam lilia non nent) notorium eſt, & ſic Britanni ſexum non diſtinguunt in Imperiis, Jus quoque feudale ad ſucceſſionem maſculis deficientibus fœminas admittit, *c. un.* §. *filia de ſucceſ. feud.* Facit, quòd nec jure noſtro fœminæ indiſtinctè à muneribus & honoribus arceantur, *l. un,* C. *de Mulierib. in quo loco mun. ſexui congr. vel honores agnos lib.* 10. Hinc mulier mater & avia tutelæ officio, ſi velint fungi poſſunt, *l. fœmina. & t. t. C. quando mul. tut. off.* Et Imper. Juſtin. expreſſe fatetur *in Nov.* 8. *ut jud. ſine quoque ſuff.* in iſta quoque conſtitutione formanda ſe participem conſilii ſumpſiſſe eam, quæ adeo data ſibi erat, Reverendiſſimam conjugem, quam ob cauſam licet à Fabro culpetur, ab aliis tamen ab omni culpa purgatur, *argt. l.* 5. §. 8. *ff. de admin. tut. junct. d. t. C. quando mul. tut. off.* Accedit, quod ab actibus & negociis propriis non arcentur Jure noſtro fœminæ *d. d. text.* Jure quoque Canonico in fœminas præcellentes, quæ in ſubditos ſuos Juriſd. habere noſcuntur (ut Abbatiſſæ habent) compromitti poteſt, *c. dilecti* X. *de Arbitris*: Hinc nihil impedit, Abbatiſſas etiam ad Comitia & conſultationes publicas evocari, & admitti, maximè cum ipſæ perſonaliter non compareant, nec virilibus ſe immiſceant conſortiis, ſed per inſtructos ſuos Cancellarios, Syndicos vel Conſiliarios, & mandatarios interſint & hoc modo conſultent, ex quibus facilis erit reſolutio ad rationes dubitandi ſupra allatas.

Demum & hic ſciendum dari etiam Præla- 53
tos nuda tantum ſeſſione gaudentes, qui ad nullum concurrunt votum curiarum, item Abbatiſſas tales, ex præcitatis, quorum aliq. immedietatem etiam Imperii cum pluribus aliis jam deſeruerunt.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXXII.

De Archi-Ducibus Auſtriæ & Burgundiæ.

SUMMARIA.

1. *Sereniſſ. Archi-Ducum præcellentia.*
2. *Origo eorundem.*
3. *Aula & Reſidentia olim in Melck.*
4. *Unde domus Auſtriaca ad hanc potentiam pervenerit.*
5. *Cæſares ab hac domo creati XV.*
6. *Duæ ejus lineæ.*
7. *Diviſio Auſtriæ in ſuperiorem & inferiorem.*
8. *De Lintzio in Auſtria ſuperiori.*
9. *De Burgundia.*
10. *Burgundia ab Ariovisto ſubacta.*
11. *An conveniat Imperatorem reſidere ſemper Viennæ.*

1 SEreniſſimi Archi-Duces Auſtriæ præ omnibus ſæcularibus Principibus poſt E. E. primam habent ſeſſionem R. A. *de Anno* 1582. *in fin.* alternando cum Archiepiſ. Salisburg. & in matricula Imperii inſtar E. E. contribuere debent, licet exemptionem allegent, & nihil ſol-
2 vant. * Originem alii ex arca Noë deducunt, à Rom. alii, alii à Gallis. Auſtriam Frid. II. Imper. cor & clypeum S. R. I. aſſerebat, cujus tanta eſt fertilitas, ut cum Carol. V. contra Turcam ad 90. millia peditum 35. millia equitum haberet, in his partibus tamen annonæ non eſſet caritas, Imo durante bello Bohemico, cum exercitus Cæſar. Bavar. Bohem. Sileſ. Morav. Super. & Inf. Auſtriæ, Ungar. & Tranſylv. in Auſtria hærerent, ex hac tamen omnes alimenta habuerint. Auſtria olim Bavaris ſubdita, qui ei Marggravium præfecere, donec à Frid. I. Bavarica Juriſd. ad Auſtriam ab influxu Oeni in Danubium usque ad Anaſum translata fuit titulo Ducis anno 1156. Et primus Frideric. qui anno 1246. obiit tit. Archi-Ducis à Frider. II. Imp. obtinuit. Cum autem Ottocarus in prælio 25. Septemb. an. 1278. occubuiſſet, Rudulph. I. Imp. filium ſuum Albertum ei præfecit, & anno 1282. de Auſtria, Styria, Carinthia inveſtivit, ab eoque tempore Auſtria in domo Hab-
3 ſpurgica permanſit. * Olim Marggravii Auſtriæ in Medo ſive Melck. dicto reſederunt, qui locus ita dictus quaſi à J. Cæſare mea dilecta, quem locum Albert. III. anno 1085 in Monaſterium convertit, & demum aula tranſlata eſt Viennam. Sepultus in hoc Monaſt. eſt S. Colmannus ex Regio ſanguine Irlandiæ tanquam proditor an. 1012. ex arbore ſuſpenſus, cujus corpus, ceu evidentiſſimum teſtimonium innocentiæ anno & medio incorruptum pependit, prout quidam Romaldus nomine pro curanda podragra filii ſui abſciſſa ex corpore carnis particula (unde ſanguis purus quaſi recenter mortuo emanavit) filium ſanitati reſtituit, ea accepta, & arbor virere cœpit, à Primo Abbate Sigisboldo usque ad modernum recenter quinquaginta Prælati recenſentur, qui præ aliis Prælatis præcedentiam habent.

Domus iſta Auſtriaca præ ceteris potentiſ- 4
ſima ad hanc potentiam & [illegible]s pervenit, non tam armis quam matrimoniis, qui modus altero tanto eſt humanior, quanto baſia ſunt ſuaviora verberibus, amor violentia, liberorum procreatio præ-
ſtat hominum ſtrage. * Ex hac Sereniſſ. domo à 5
Rudolph. I. Habſp. XV. Cæſares prodiere I. Rudolph. ann. 1273. II. Albert. Rudolphi filius anno 1298. III. Frid. II. Alberti Imp. filius, anno 1313. IV. Albertus II. Alberti IV. Archid. filius an. 1438. V. Fridericus IV. Erneſti Archid. filius anno 1440. VI. Maximil. I. Frid. Imp. filius an 1485. VII. Carol. V. Phil. Hiſp. Reg. filius an. 1519. VIII. Ferd. I. Carol. V. frater anno 1531. IX. Maximil. II.

Ferd. Imp. filius anno 1576. X. Rudolph. II. Maximil. Imp. filius anno 1576. XI. Rudolph. Imp. Frater, Matthias anno 1612. XII. Ferd. II. Caroli-Archiduc. fil. an. 1629. XIII. Ferdin. III. Ferdinandi II. filius. XIV. Ferdinand.IV. Ferdinand.III. filius creatus Rex, ſed ante Patrem mortuus, & nunc LEOPOLDUS mortuo Ferdin. III. ejus filius, omnes ſumma DEI O. M. providentia Collegialiter electi. Eſt hoc rarum & ſingulare in domo hac, mento naſci oblongiore, prominentiore, non tamen indecoro, ſed cujus forma Vultum Principis gravi quadam majeſtate decoret, intuentibus reverentiam conciliet, eaque genuina à proavis, & atavis nota eſt, ut præter maſculos plurimæ etiam fœminæ hac inſigniantur, eſt autem mentum oblongius Pii, Placidi, Conſtantis, & minimè turbati animi indicium.

6 Duæ ejus ſunt lineæ, I. Ferdinandi, quæ propriè Auſtriaca dicitur, altera Carol. V. quæ Burgundica, ac licet Dux Burg. à Juriſd. Cameræ ſit exemptus per tranſactionem, EE. & Statuum cum Carol. V. initam an. 1548. 26. Maji, Auguſtæ, per hoc tamen à Juriſd. Imp. non eximitur. Geil. *de p. p. l. 1. obſ. 11. n. 6.* prout etiam Lotharingiæ Ducatùs ex tranſactione Norinbergenſi an. 1542. exemptus eſt, Mynſ. *5. obſ. 58. n. 1.* nec enim privilegiatus à foro, etiam à Juriſd. eximitur; cum diverſa ſint forum ſortiri & eſſe ſubditum. Interim tamen ut honorum & onerum Burgundus & Lotharingus participes manſerunt: Dux enim Burg. ad ordinaria Imp. onera, quantum duo EE. ad Rhenum, item ad expeditionem Turcicam quantum tres, contribuit, & in cauſa harum contribut. Cameræ Juriſd. nihil deceſſit. Lotharingiæ etiam Dux ad tertiam partem collectæ ind. Electori, obligatur, ut ex conſtit. pac. pub. in Camera forum ſortitur, Mynſ. *d. loc. n. 1.* uterque comitiis intereſſe ſolet, ideoque cùm ſuperioritas Imp. manſerit ſalva, modica illa exiſtimatur Imper. jactura, Menoch. *de arb. Jud. caſ. 559. n. 11.* Et his quoad exemptionem à Cam. Archid. Auſtriæ ex immunitate Carol. IV. Viennæ anno 1335. & Sigism. Pragæ anno 1437. conceſſa, & à Carol. V. Aug. an. 1530. confirmata, æquiparari volunt quibus præter alios circulum Suevicum ſe oppoſuiſſe & Cam. Imp. diverſis vicibus proceſſus Inhib. & mandata contra eos decreviſſe refert Mynſ. *d. loc.* & in ſpecie an. 1578. 1577. 1575. 15. Febr. & 1577. Wehn. *pract. obſ. p. 617.* Beſold. *in verba* Oeſterreich. Lymn. *in annot. ad proœm. Capit. Carol. V. verb.* Ertz-Hertzog & Römiſcher König. Traditur Comites de Habſpurg ab utero matris ſuæ crucem in dorſo habere, hoc eſt, pilos candidos in modum crucis natos. Dividitur Auſtria in ſuperiorem & inferiorem.

Comparent ad conventus Provinciales inferioris Auſtriæ Epiſcop. Viennenſis & Neoſtadienſis: & ex Viennenſ. Epiſcopis Antonius primus tit. Principis à Ferdinand. II. obtinuit Prælatus Cremiphanienſis, Magiſter Ord. S. Georg. in Carinth. reſidens, Mag. Ordin. Teut. & Magiſt. Ordin. Melitenſis, Prælati Viennenſes & Neuburgenſis Abbas Melitenſis & alii comparent im Land-Hauß, ubi de bono communi deliberant. 7

A quo aliud eſt, in ſup. Auſtria Linzii * quæ Urbs ſuperioris Auſtriæ ad Danubium, ponte ligneo ſtratum, caput eſt ad quam Urbem an. 1532. Turcæ 15. millium numero excurſiones fecerunt, ſed nullus ſuperſtes manſit, qui ſuorum cædem referret, exceptis iis qui lytro redempti ſunt, ex his ditionibus Comitatus Tyrolenſis continet 142. dominia, 2. Eccleſias Cathedrales, 17. civitates, 5. domus Teutonicas, 48. Monaſteria, 207. Parochias, 1230. Eccleſias, 355. arces, 894. pagos, 15. fluvios, & 29. cultas villas. 8

De Ferdinando autem II. Imperatore hoc paſſim celebratur, quod in expurgandis ditionibus ſuis Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ ab omni labe falſæ doctrinæ, item ex Bohemia, Moravia, Auſtria A. C. Prædicatoribus dimiſſis, & Catholicis ſuffectis hoc ſuo zelo centies centena millia hominum ad Eccleſiæ Catholicæ gremium revocata ſint ut harum Provinciarum Apoſtoli, vel Apoſtolici Imperatoris nomen mereatur, qui ſæpe conteſtatus eſt, ſe citius provinciis & regnis ſuis renunciaturum quam fidei amplificandæ occaſionem neglecturum, malle ſolo pane & aqua vitam agere quam injuriam ab Hæreticis in ſuis provinciis diutius perferre. Chock. *in theſ. lib. 1. c. 11. pag. 69. num. 3.*

Burgundia olim regnum fuit, ultimus ejus Rex fuit Rudolphus VI. ignavus dictus qui moriens coronam Cæſari Conrad. II. miſit, & ita cum ea regnum an. 1032. vel 34. expiravit, & Burgundia 9 Rom.

Digitized by Google

Roman. Imperii facta provincia. Cumque de Rudolphi ex ſorore filius Odo Burgundiam, anno 1033. affectaret, à Cæſare Conrado bello victus ad anguſtias redactus, in fuga à gregario milite interfectus eſt, ac licet Mediolani Odo ſe Regem per Epiſcopum coronari feciſſet, victus tamen gratiam petere coactus eſt, Conradus autem an. 1039. moriens, filio ſuo Henrico III. Burgund. reliquit. Sub eo fuit regnum Arelatenſe, quo Boſo Rex propter alapam Epiſcopo inflictam, quòd ſe non expectato miſſam in feſto Nativit. Chriſti peregiſſet, à Cæſare deſtitutus & in Monaſterium detruſus eſt, qua de re Münſter. *Coſmogr. lib. 2. de Gallic. pag.* 132. Principalis in Ducatu Burgund. civitas eſt Dyon, antiqua à Divis nomen habens, in qua 16. Eccleſiæ, in qua etiam Rex Gall. Palatium, quod ejus vicetenens inhabitat, & Parlamentum una cum Camera habet, ubi optimum creſcit vinum in valle non tamen ſine colliculis.

10 Qualiter Burgundiam Arioviſtus ſibi ſubjecerit eique Cajus Jul. Cæſar occurrerit tradit poſt alios Schopperus *in Chorolog. p.* 269.

11 Caput hoc claudat quæſtio: Cum tranſlatis Rom. Imperii faſcibus in Auſtriacos, quorum manibus regnante Auguſtiſſimo Leopoldo I. adhuc gubernatur, Imperatorum reſidentia per 220. & plures annos Viennæ in Auſtria fuit, An ex uſu Reip. ſit fixam & immobilem hanc ſedem eſſe? Conſtat quidem, quod anno 1370. Electores & Status Imperii per Legatos Carolum IV. admonuerint, ut ex Bohemia, quam unicè amavit, in cujus Metropoli Pragæ Regiam habebat, in Germaniam veniret, ibique ſedem figeret, ipſe reſponderit, ſibi nullum in ea locum ſupereſſe, quem occuparet: reditus quoque non eſſe tantos Imperii, ut Bohemiæ. Sed rationes, quare hactenus reſederint Viennæ, variæ ſunt, I. jam dicta, quod ſumptus ab Imperio non habuerint ad ſuſtentationem & aulam, ſed à patrimonio ex agris & ſubditis propriis fructus & reditus perceperint, quæ alibi cariori pretio comparanda eſſent, cui accedit commodus loci ſitus, amœnitas, & annonæ copia, & urbis munitio, quia S. Majeſtas quaſi cæteris ſuis hæreditariis regnis & Principatibus circumdata eſt, Item quod beneficio Oeni, & Danubii navigabilium fluminum omnia ad aulæ uſum neceſſaria ex variis Germaniæ Italiæ, & aliis Regionibus eo facilius advehi poſſint. Fritſch. *Comm. ad l. un. C. de palatiis cap. 6. per tot.* Contradicit quidem Petrus Matth. Hiſtoriographus Gallicus uſus teſtimonio Druſi *apud Tacitum lib.* 3. *Ann. c.* 34. *n.* 9. & ait Principes oportet imitari ſolem, qui non ſemper in uno Zodiaci loco immobilis hæret, ſed ſingulis diebus totam terram circuit & annum ita diſpertitur, ut propinquo ejus calori univerſi orbis climata per vices incaleſcant, ut ſic male conſulatur Populo, quando Rex in uno ſemper moratur angulo, nec niſi, quod circum ſe eſt contemplatur, reliquarum Provinciarum cura Principibus relicta; Et ideo Jacobus Britanniæ Rex filio ſuo præceptum dedit, ut ſingulis annis ſingula regna peragraret, Sprenger. *de pratens. Illuſt. t. de Reg. Polon.* atque ita Carolus M. & veteres Imperatores diverſis in locis aulas, & Comitia habuiſſe non eſt incognitum; Verum etiam notum eſt moleſtum fuiſſe ſubditis, & litigantibus, qui aulam Cæſaris magno ſumptu ſequi debebant, quæ cauſa fuit conſtituendi conſiliũ Aulicum, ut d. eſt ſup. Cap. de Conſ. Aul. & hoc firmat Antonini Pii dictum, gravem Provincialibus eſſe etiam Comitatum Principis.

Digitized by Google

CAPUT XXXIII.

De S. R. I. Ducibus, Landgraviis, Marggraviis, Burggraviis.

SUMMARIA.

1. *Quis dicatur Dux & unde?*
2. *Quid de Duce Veneto?*
3. *De magnis Ducibus.*
4. *Unde dicantur Marchiones?*
5. *De Landgraviis.*
6. *De Burggraviis.*
7. *De Duc. Bavariæ.*
8. *Arx Schyrenſis in Monaſt. converſa.*
9. Pfaltz Lauteren.
10. Pfaltz Zimmeren.
11. *De Palatino Neoburgico.*
12. *Sultzbach.*
13. *Bipontino.*
14. Pfaltz Veldentz.
15. *De Saxone Altenburgenſi.*
16. *Sax. Vinarienſi.*
17. *De Sax. Coburgenſi.*
18. *De Sax. Eiſenacenſe.*
19. *De Sax. Culenbach.*
20. *De Brandeb. Onſpach.*
21. *Brunſvv. Wolfenbüttel, Zell, Gribenhagen, Calenberg, Luneburg.*
22. *De Duce Jul. Cliviæ, Montium.*
23. *Pomeran. Stetin & Wolgaſt.*
24. *Heſſen Caſſel.*
25. *Satisf. Haſſica ſumma diviſa.*
26. *Satisf. Suecica diverſa.*
27. *Dos filiarum in domo Haſſica.*
28. *Heſſen Darmſtatt.*
29. *Mechelburg. Schvverin* und Güſtrow.
30. *De Duce Würtenbergico.*
31. *Ejus ſubditis.*
32. *March. Durlach & Baden.*
33. *Origo eorum*
34. *Baden Hochberg.*
35. *Bremen.*
36. *De Controverſia inter Ducem & Civitatem.*
37. *Cur claves gerit civitas?*
38. *De Duce Sabaudiæ?*
39. *Origo eorum.*
40. *Saxon Lauvenburg.*
41. *De Duce Holſat.*
42. *In Sonderbergens & Gottorf diviſio.*
44. *Cur poſtpoſiti.*
43. *De Landgravio Leuchtenberg.*
45. *De Princip. Anhaltinis.*
46. *De Burggravio Miſniæ. de eod.* 47.
48. *Henneberg.*
49. *Lotharingiæ Duce.*
50. & 51. *De Principe Arenberg.*
52. *Hohenzolleren.*
53. *Eggenburg.*
54. *Lobkovvitz.*
55. *Salm.*
56. Dietrichſtein.
57. *Piccolomini.*
58. *Auersberg.*
59. *Naſſov. Hademar.*
60. *Princeps de Porcia.*
61. *Princeps de Schvvartzenberg.*
62. *De Scamno transverſali.*
63. *De Magdeburg.*
64. *Halberſtad.*
65. *Verden.*
66. *Mindenſi.*
67. *Naumburg.*
68. *Mersburgenſi.*
69. *Meiſſen.*
70. *Lübeck.*
71. *Ratzenburg.*

72. Le-

Digitized by Google

72. *Lebus.*
73. *Brandeburg.*
74. *Schvverin.*
75. *Hirſchfeld.*
76. *Sahlfeld.*

1 ORigo vocis Ducum, Germanicè Hertzog/ venit à ducendo exercitum, Heer enim exercitum, & ducere ziehen ſignat. *Old. Claſ. 5. de act. benef. Zaſ. de feud. cap. 5. v. Dux à ducend. Vult. 1. Feud. 4. num.* 14. Et quia per Duces ſumma rerum reſpiciebatur, hinc habebant jus cudendæ monetæ, unde aureus nummus dictus eſt Ducatus, Beſold. *verbo* Hertzog. Ad noſtrum propoſitum Dux dicitur, qui à ſupremo principe de Ducatu inveſtitus eſt, quod primo tempore ad vitam accipientis, dein in perpetuum factum eſt, *c. 1. quis dic. Dux. Jacob de S. Georg. in verbo Dux. q. 1. n. 2. tract. feud. Reinck. reg. ſæc. l. 1.*
2 *claſ. 4. c. 12.* * Alia conditio Ducum eſt in & extra Imperium. Alia ratione Dux Venet. hoc nomen uſurpat, licèt nec de Ducatu inveſtitus, nec in rebus bellicis authoritate præditus ſit, cùm nil ſine Senatu efficere, & ne quidem Epiſtolam aperire poſſit, nec aulam alat, ut liberi Principes, ſed congruam familiam habeat, poteſtatem autem omnem à ſenatu Veneto, ut Luna à ſole lumen, mutuetur, *Comin. de bell. Neap. lib. e.* nec etiam ſuæ familiæ, ſed reip. inſigniis in cudenda moneta & aliis actibus publicis utatur. Idem ferè de Ducibus Genuenſibus, qui electione conſtituti, toleratâ conſuetudine etiam Duces appellantur. Sixt. *de regal. lib. 2. p. 1. c. 6. n.* 14. Hi enim non dominium (ut Duces noſtri) ſed tantùm præeminentiam quandam habent in conſilio vota inquirendi. Unde illos Venet. & Genuenſ. Academiæ Rectoribus comparat *Beſold. lib. 1. Polit. c. 7. n. 8. & n.* 148. dicit Dux Venet. in pompa tantùm Princeps eſt, in curia ſenator, extra urbem reus, in urbe captivus, cùm peregrinari ei ſine venia non liceat, circa vectigalia verò & pecuniam publicam ſolus nullam poteſtatem habeat, nec vel obulum diſpenſare poſſit ſine aliorum aſſenſu, *Reinck. de reg. ſæc. lib. 1. claſ. 4. c. 12. in fin.* quamvis aliter alii contra Nold. de hoc Duce ſentiant, *ut Lymn. de J. p. lib. 4. c. 2.* Dux autem Genuenſis non eſt perpetuus, ut Venetus, ſed temporalis ad biennium fortè, &c. In Italia Ducum conditionem deſcribit Beſold. *in tract. de Orig. dig. & pot. Ducum Ital.* quorum primogeniti Principes ſalutari ſolent, Schütz. *vol. 1. diſp. 8. theſ. 2. lit. A. in fin.*
* Sunt ad hæc non tamen in Germaniâ magni Duces, Groß-Hertzogen/ qualis eſt in Italia M. Dux 3
Florentiæ, item M. Dux Moſcoviæ, M. Dux Lituaniæ, M. Cham, & alii de quibus Matth. Steph. *de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. n.* 82. quos ſuis relinquimus ſcriptoribus cum Schütz. *vol. 1. diſſ. 8. Th. 6. lit. b.* quamvis poſtquam Coſinus Medices M. Ducis Florentiæ titulum 5. Martij An. 1570. à Pio Pont. obtinuit, tradito eidem ſceptro cum habitu, inſignibus & Corona Regis, & tit. Sereniſſ. Maximil. Imp. huic actui contradixerit tanquam Imperio præjudiciali, cui Florentia ſubſit Reinck. *de reg. ſæcul. lib. 1. cl. 4. c. 11.* Rex quoque Sueciæ magni Ducis Finlandiæ tit. hodie uſurpat. Reinck. *cit. loc.*

Marchiones dicuntur à Marchia, cui præ- 4
ſunt vel de qua inveſtiti ſunt. *cap. un. quis dic. dux.* Marchia autem dicitur à mari cui communiter adjacet, *Feudiſt. 2. Feud.* 10. alii à marcha, quæ Germanis idem eſt, quod equa, prout apud Weſtphalos equæ Merren dicuntur, unde Marchiones, quaſi magiſtri equorum aut præfecti, & lingua celtica marchare idem eſt, quod equitare, *Alciat. in parerg.* quam tamen nominationem ineptam ait Vult. 1 *Feud. 4. n.* 14. ſed hoc potiùs Mareſchallis convenire dicit. Veriùs videtur Vult, *d. loc.* & Reinck. à finibus potiùs denominationem ſumendam, qui plerumque mare attrebant, *d. cap. un. Feud.* 10. fines enim & limites Germanicè March vocantur, & Marchiones ſunt Duces limitanei, Romanis limitibus tuendis præfecti, *l. liminarcha. C. de ſer vis fug. l. non ideo. C. de liber cauſ. l. vices ſpect. C. de diverſ. offic. lib.* 12. & ita apud Gallos Marchiones Liminarchas vocari, tradit Vult. *cit. loc. ſa it. l. munerum, de mun. & hon. l. quas Deo, C. de off. pref. Af.* & traditur Henricum Aucupem an. 927. Marchias ubique conſtituiſſe ad fines Imp. tuendos, & ſuis Officialibus regendos dediſſe contra Henetos & Windos: Et quidem Marchiam Brandeburgenſem Sifredo uxoris fratri commiſiſſe contra Danos, Marchiam Schleſwicenſem contra Sileſios & Polonos, Marchiam Miſnenſem & Lauſnicenſem,

cenſem, contra Gallos Badenſem & Hochbergenſem ordinâſſe, earumque rectores dictos Marchiones. Crantz. *rerum Wandal. lib. 3, c. 6.* Licet autem initio finium cuſtodes fuerint, hodie tamen tales dicuntur qui à Rege ſeu Principe de Marchia inveſtiti ſunt, *d. c. un. quis dic.* imò poſterioribus temporibus etiam in mediterraneis regionibus Imperii de Marchia inveſtiti, ita vocati ſunt, & multi id nomen uſurpant, qui non ſunt defenſores limitum. Notandum hic ex Reinck. Italiæ Marchiones non eſſe ejusdem dignitatis cum Ducibus, unde Marchioni Mantuæ beneficii loco fuit, quod à Carol. V. crearetur in Ducem. *Thuan. lib. 1. Comment. cir. fin.* Et in Regno Arelatenſi Comites præferri Marchionibus tradit Reinck. de Marggrav. Burggraviis. *Ad. Beſold. in verb. Burggrav. & v. Burggraf. & V. Seſſion.*

Comites alios primi, 2. 3. ordinis fuiſſe, tradit Cuiac. *in l. un. C. de Comit. qui prov. reg. lib. 12. t. 14.* In primo ordine Marchiones ſunt: ita etiam Landgravii & in Principum ſerie collocantur. *Heig. Illuſt. q. 2. n. 55. p. 1.* nec miner horum, quam Ducum eſt dignitas, Sixt. *de reg. lib. 1. c. 5. n. 119.* Ita dicti quaſi Comites Provinciales, qui de aliquo Imper. Principatu, qui Landgraviatus dicitur, inveſtiti ſunt, eumque ab Imp. recognoſcunt, Reinck. *d. loc. n. 28.* Schütz. *d. loc. lit. D.* Horum 4. præcipuè numerantur. I. Thuringiæ, qui ad E. Sax. devenit. II. Haſſiæ. III. Alſatiæ, cujus domus defecit, & Jura ad Epiſcopum Argentinenſem translata ſunt, Titulum etiam Auſtriaci uſurpant. IV. Leuchtenbergenſis, Schönb. *5. Polit. c. 39. in fin.* *Pet. de Andl. lib. 1. de Rom. Imp. c. 16. Reinck. d. l. num. 16. Matth. Stephan. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 4. n. 11.* Sunt tamen præter hos alii etiam Landgravii ut Com. de Fürſtenberg. zu Baare / Landgravii in Kleggau / Comites de Sultz. Landgravii de Stullingen, ut hodie eſt Baro de Pappenheim, ut apparet ex ſubſc. receſ. Imp. notanter anno 1567. quorum tamen ditiones amplæ non ſunt, nec ſub qualitate Principatus conceſſæ, & ideo poſſeſſores in Comitum vel Baronum claſſe collocantur. *Nold. de nobil. c. 8. n. 164.* Hinc tales nomen Comitis nomini Landgravii præponere ſolent, hoc modo, Frantz Egon Graf zu Fürſtenberg / Heldenburg / Landgraf zu Baare.

Burggravii quoque ad Principum ſpectant Ordinem, ſuntque Judices ſeu præfecti certi alicujus præſidii, ſeu arcis, Burg. enim caſtrum ſignificat, quorum IV. recenſentur, Magdeb. qui Burggraviatus ad Saxonem pervenit, & vexillo inveſtitus eſt, Francofurti anno 1558. & Auguſtæ ante anno 1556. à Ferd. I. & Maxim. *Wehn. verbo* Vogten *Reinck. de reg. ſec. lib. 1. claſſ. 1. c. 13. in fin.* II. Norinbergenſis ad Brandeb. pleno jure devolutus. III. Strombergenſis. IV. Reinecenſis. Præter hos ſunt quædam caſtra Imperio immediate ſubjecta, quæ electitium Burggravium ex corpore Burgi ſeu Burgmannorum habent, non tamen ſunt Principes, ut die Kayſerliche Burg Friedburg / & ſimiles de quibus *Wehn in Verbo* in Ganerben / *Heig. 1. q. 2. n. 20. Vult. de oc.*

De his Nicol. Burg. *in hiſt. Bavar. p. 2.* ita diſcurrit; Provinciarum habenis Duces admovebantur Comites, juriſdictioni præerant, dignitatis gradu, officioque diſtincti, Marggravii, vel Marchiones in limitibus regni curam agebant, de vectigalibus cognoſcebant Palatini, in ſingulis Provinciis Landgravii per populos, Zinckgravii per urbes & vicos jura reddebant; Regiis arcibus Burggravii imponebantur certis territoriis ad tutelam inſtructi, hæc officia perſonalia erant, jure beneficii indulta, quædam tamen deſcendebant ad filios, rara ad poſteros: Quoties bellum ineundum erat, non miles ſtipendio emptus propellebatur in caſtra, ſed vaſalli edicto citati, ſubinde & plebs ſuis ſeſe aggregabat comitibus, ipſi Comites juſſa Ducum, Regum, Imperium Duces ſequebantur, vectigalia omnia cedebant ærario, ad tolerandos regis ſumptus, ad adſciſcendum ſplendorem Majeſtatis illo quidem ſæculo ſufficientia. cum adhuc ignota luxuria inter virtutes frugalitas reponeretur, Hactenus Burgundus.

Nunc de ſingulis in ſpecie generalia attingemus, occurrit I. Dux Bavariæ, ubi præter ea quæ ſupra de Electore Bavariæ dicta ſunt, not. Bavar olim Regnum fuiſſe, usque ad Carol. M. qui Taſſilonem ultimum ex Agilolfingis, qui à Theodone ad 280. an. Bavar. rexerunt, victum in Monaſterium detruſit & ſic Cæſar ſcribit, quod Arioviſtus Rex Germanorum uxorem habuit ſororem Regis Norici, eumque Taſſilonem regem Gripho Caroli M. patruus regno pellere tentaret, Pipinus Caroli

pater,

Digitized by Google

pater, Taſſilonem capto fratre reſtituit ann. 777, unde Pipino & Carolo ipſe fidelitatem juravit, quam cum non ſervaret & Longobardis adhæreret, ex inſtinctu conjugis ſuæ, quæ erat Deſiderij Longobard. regis filia, eoque convocaret Carol. in Saxonia morante idque iterato, capitis ſupplicio adjudicatus, ſed benignitate Imperiali vita donatus, & in Monaſterium perpetuo detruſus eſt, an. 788. Albertus Krantz refert, nobilem quendam Caroli amicum tantùm terræ petiiſſe, quantum uno die cum aurea quadriga obire poſſit, quod tanquam ridiculum, & vires ejus ſuperans, cum promiſiſſet, ipſum parva aurea rheda confecta, quam in ſinu portabat, partem Bavariæ equitando obiiſſe & de ea inveſtitum fuiſſe. Bavaria dein ad
8 Caroli liberos devenit usque ad Arnulph. * qui arcem Schyrenſem extruxit, poſtea in Monaſt. Bened. converſam, cui præeſt Reverendiſſ. D. Gregorius SS. Theol. & J. U. Doctor ante hujus Academiæ Profeſſor Canonum.

De ulteriori ſucceſſione Bavariæ, ad hæc usque tempora agere nimis longum foret, maximè cum ſcriptores per omnia non concordent.

9 Pfaltz Lautern Principatus per diviſionem ab Electoratu ad modernos Principes devenit, Principalis Civitas & præfectura eſt Kayſers-Lautern / in inferiore Palatinatu olim d. Cæſarea ab arce Regia, quam Frider. Barbaroſſa ibi renovavit; & ampliavit, primo à Romanis extructam ab Attila deſtructam, à Carol. M. reædificatam, nomen habet à fluvio Lauter, qui per urbem fluit in lacum, qui vocatur, des Kayſers Waag / à quo etiam arx Lauter Eck vocatur; an. 1497. in hoc lacu captus eſt piſcis Lucius 19. ped. longus, qui Heidelbergæ in menſa Phil. E. Pal. conſumptus eſt, in lacu collocatus fuerat ſub Frid. II. an. 1230. & in eo 267. annos ſervatus, ut hiſtoria in arce picta probat, multas nigras habuit lineas, annulus æneus deauratus cum catenulis & inſculptis Græcis literis Heidelbergæ olim aſſervatus fuit, cui inſcriptum Græcè noſtro ſermone: Ich bin der Fiſch ſo am allererſten in den See kommen iſt durch des andern Hand / den 5. Weinmonat im Jahr 1230. Palatinus ex Privilegio generali an. 1405. hunc locum uti pignus ſibi vindicavit, licet Münſt. hanc & alias urbes an. 1402. ab Ruper. Palatino pignoratas pro centum mill. flor. contendat, dicitur tempore Frider. II. in arce quotidie lectus paratus, qui nemine etiam eo utente veſperi conturbatus erat, quem tamen Spigelius lectum fictitium vocat an. 1621. præfectura & Civitas à Spinola occupata eſt cumque præſidium ipſi ejicere tentarent, viribus inferiores capitaliter & pecuniariter puniti ſunt, qui locus ut & Creutzernach / Zimmeren / ad Ludovicum Philippum ſpectabant, qui culpæ Frider. Elect. Palatin. non erat conſors, adeoque à Cæſare reſcripta ad diverſos Principes pro reſtitutione ut & ad Sereniſſ. infantem Bruxellis, quidem obtinuit, ſed in vanum. Natus hic Heidelbergæ an. 1602 ſub cura Electoris Palatini minor, cum eo Pragam conceſſerat an. 1620. ad E. Brand. ſe receperant, jam autem IV. ann. exularat, donec Rex Sueciæ Guſtavus Adolphus in has partes devenit, & El. Pal. 26. Nov. an. 1632. à rege Franckenthalio decedens Moguntiam profectus, 19. Octob. mortuus eſt, fratri Ludov. Philippo curatela ſuorum librorum commiſſa, quem Rex Sueciæ anno 1632. reſtituit, & decretum Immiſſionale ſpeciale per Cancell. Regni Ochſenſtern emanavit.

Principatus Zimmeren / civitas primaria eſt 10
Zimmeren / inde cum arce dicta à flumine Zimera, quæ der Guldenbach vocatur propter arenam auream in eadem, alii autem à Cimbris derivant. Sita eſt in tergo Hunnorum, primo oppignorata Ruperto Palatino dein Cæſari pro 6000. fl. deinde ab eodem empta juxta Münſt. poſt mortem ejus filius potitus, à quo linea Palatina Simeren deſcendit, quorum conjecturam adjuvat, quod ſicut Norwegiæ Regni, ex quo Cimbri venere, inſignia ſunt Leo cum haſta, ita & hujus principatus, ea tantùm differentia, quod Regni Leo in campo ſit rubro hujus principatus in flavo, Münſt. *in Coſm. lib.* 3. Zimbern. *pag.* 722. Hic ad arcem Stromberg, zu Wendsheim / noviſſimè inventa eſt antiquiſſima ſtructura ſub terra, quæ ut ex nummis in ea, inventis, tempore Philippi Arabis & Gallieni quorum ille an. Chriſti 245. hic autem an. 261. imperare cœpit) cuſis ultra 1300. annis ſtetit.

Neoburgicus Principatus nomen habet à 11
civitate tribus milliaribus ſuper Ingelſtad, ad Danubium, ita d. ad differentiam caſtri Altenburg, cujus rudera adhuc extant. Carol. M. tempore hic Episc. Manno fuiſſe legitur Taſſilone Bojorum Duce

Digitized by Google

Duce anno 770. *Hund. in Metrop. tom. 2. fol.* 524. Translatus poſtea Epiſcopatus Auguſtam & S.Ulrico donatus, ſucceſſu temporis locus hic ad Bavaros devenit. Maximilianus Cæſar an. 1505. Palatinatui incorporavit & civitas Ducatus hujus facta eſt caput, Münſterus feudum promiſcuum eſſe dicit, *lib.* 5. *c.* 324. Otto Henricus Palatinus tempore Carol.V. arcem reſidentiam reædificavit, Wolfgang. Guilel. civitatem munivit, cui præeſt modo Sereniſſ. Princeps Philip. Guilelm. qui Coloniæ mortua priore conjuge Anna Catharina Conſtantia ex regia Poion. familia nata, jam duxit Landgravii Haſſo-Darmſtadini filiam. Hic Henricus II. & uxor Cunegundis Palatina anno 1007. Monaſterium S. Benedicti fundavit vel reſtauravit. Ultima Abbatiſſa fuit Magdalena ex Hundiorum familia mortua Anno 1555. & hic ſepulta deinde reliquis alimenta data aliis non ſurrogatis. Poſtquam autem Wolfg. Guilelm. Palat. patre ſuo defuncto religionem aſſumpſit Catholicam, ex d. Monaſterio arci vicino collegium fecit; & anno 1618. P P. Societatis introduxit. Sæpius urbs anno 1632. & 1633. à Suecis & Bavaris occupata fuit. Poſt hanc præcipua urbs eſt Laugingen antiquiſſima, quam Frider.IV. Abbati Fuldenſi anno 1458. dono dedit, qui eam mox Duci Bavariæ pro dono nuptiali obtulit hoc pacto, ne cives ultra 300. fl. in ſteura præſtarent. In hac natus eſt Alb. M. ex nobili familia de Bolſtad., cujus memoria ibi eſt in veneratione. Extat hic pictura equi longi 15. pedes, Antiqua Palat. ſepultura, quam nunc Neoburgici habent. Pons & ſupra Danubium, qui per partes adveniente naveq elevari poteſt. Anno 1656. inter Neoburgicum, & Palatinum Sultzbach. Comites per pactu n Sultzbach, octavam partem Principatus pro appenagio accepit, ipſe tamen totum onus in contributio-
12 ne adhuc ſuſtinet; Eſt autem Sultzbach ſuperioris Palatinatus Civitas cum arce, ſeu Palatio Ducali uno miliari ab Amberga, 7. Norimb. & 9. Ratisbona, diſtans & ibi eſt reſidentia Chriſtiani Auguſti Comitis Palatini Rheni, qui natus anno 1622. 16. Julii, contraxit matrimonium anno 1649. cum Amalia Naſſovii filia & fecit profeſſionem fidei Neoburgi Anno 1656. 10. Januarii.

Bipontinus Comitatus olim, nunc Ducatus
13 Cæſari Ruperto Palatino à comitibus venditus fuit 25. mill. flor. ubi reſidentiam conſtituit ſuo filio Stephano anno 1411. adjacet Alſatiæ & Palatinatui, & cum ſua conjuge Anna Comitis Frid. de Veldentz filia unica, Veldentz & partem Spanheim obtinuit. Reſervatus quidem fuit in d. contractu emptionis venditoribus comitibus titulus Zweybrück/ ſed an. 1570. extincta eorum familia ceſſavit. Nomen creditur habere ab Aqua duobus pontibus aliquando ſtrata, wie Sarbruck und Inßpruck/ unde Bipontini Duces vel gemini pontis vocantur, Stephanus II. reliquit filios Frider. & Ludov. nigrum. Frider. ſenior partem comitatus Sponheim & alia, quæ erant oppignorata, fratri ſuo Ludovico nigro ceſſit, qui cœpit regnare An. 1514. mortuus An. 1532. bello contra Fridericum I. Elect. ea perdidit & per hoc ad Palatinatum venit. Hic Ludovicus An. 1489. reliquit filium Alexand. Ducem Bipont. & hic Duce Ludovic. & Rupertus mort. an. 1544 ab illo Palat. Neob. Bipont. & Birckenfeldenſes, ab hoc Palatini de Lutzenſtein & Lautereck deſcendunt. *Merian.* Is Rupertus Wenceslao Imperio dejecto, electus 13. Cal. Sept. Ann. 1406. non eſt dictus parvus, ut vult Cuſpin. ſed Hertzog Klam/ id eſt rigoroſus: nam Klemmen/ Primere ſignificat, quod hoſtes reip. preſſerit.

Palatinatus Veldentz, Arx cum urbe inter 14
Birckfeld, Berencaſtel & Trarbach ad Moſellam Anno 930. Philippus Comes de Veldentz aulæ Magiſter fuit Cæſaris Henrici I. Ultimus ex Comitibus Fridericus fuit, cujus unica filia Anna nupſit Stephano Ruperti Cæſ. filio, & hac occaſione venit ad Palat. & Bipontinos, *V. Münſt. lib.* 3. *Coſm. p.* 763.

Saxo Altenburg vel Oldenburg, Nomen 15
habet ab antiquitate caſtri. Hic Otto I. Imper. Epiſcopatum fundavit Anno 952. Quem Henricus Leo Anno 1163. Lubecam tranſtulit. Hic Wandali Anno 1022. Sexaginta Sacerdotibus manibus poſt terga revinctis, cute capitis per modum crucis diſſolutâ, eam poſt aures detraxerunt, & ſic per totam ditionem duxerunt, donec obierunt.

Ab aliquot annis inter Lineam Sax. Alten- 16
burg, & Vinar. ratione præcedentiæ orta eſt quæſtio hac occaſione: Joann. Frater Frider. Guilelm. mortuus Anno 1605. octo reliquit filios, ex iis natum majorem Joann. Erneſtum genitum Anno 1594. 21. Februar. d. autem Guilelmus mortuus

Anno

Anno 1602. 4. habuit filios quorum major erat Jo. Phil. natus Anno 1597. 25. Jan poſt fata utriuſque fratris Philippus Junior, qui ætate, ſed à fratre ſeniore natus Jo.Erneſto ſeniore ætate,ſed à fratre Juniori genito, præcedentiæ quæſt. movit, quam licèt Rudolph. Anno 1607. pro Altenburg. terminavit, Vinarienſes tamen ſenteatiam variis argumentis impugnarunt, quam jam pridem ſopitam in forum revocare non decet, *V. Spreng. prat. pag.* 241. Vinarienſium fundamenta hæc ſunt, quòd æquales ſint gradu, inter quos Senior præcedit;, & quòd in ſucceſſione diviſionem reſpuente ſemper Senior præfertur. Ita practicatum in ſucceſſione Portugaliæ cum Philippo. Ita ordinatum à Ludov. IV. inter Domum Bavar. & Palat. Ita adhuc ſervatur in domo Elect. Saxon. in Anhaltina & Brandeburg, Altenburgenſium fundamentum eſt: quòd Senioritate & minori ætate attentâ jus patrisSenioris in filium tranſeat ex A. B. *t.* 27. *Engelb. de Iure primog.*

17 Ad Saxonem Coburgenſem quod attinet, Licèt Civitas Coburg. cum appertinentiis ſub circulo ſuperioris Saxoniæ contineatur, tamen in Franconia ſita, eſt ex antiquiſſimis ejus Urbibus, cujus meminit Ptolomæus, qui vixit Anno Chriſti 147. In hac Urbe frequenter Lutherus ſcripſit, & ſubſignavit Datum Gruboc, quod verſo ordine eſtCoburg.ubi Anno 1525. religioneCatholicâ proſcripta Lutherana doceri cœpit, Reſidentia Principis Anno 1547. à Duce Sax. Joaune Erneſto extructa Cancellaria Ann. 1597. à Jo.Caſim. Duce Sax & Anno 1602. Collegium cœptum. An. 1604. 3. Julii ſolenniter perfectum & Gymnaſium Caſimirianum nominatum eſt, ubi omnes Facultates docentur, idem Caſimirus Anno 1633. 16.Julii ſine liberis obiit, & fratrem Jo. Erneſtum zu Eyſenach bonorum Coburgenſium reliquit heredem, qui etiam poſteà ſine liberis deceſſit; & hic bona ad Altenburgenſes, Wimarienſes, & E. Sax. pervenere.

18 SaxonisEiſenachenſisFamliæ cum aliis connexæ, & cum iiſdem ortæ antiquitas & dignitas ex præcedentibus & ſequentibus colligi poteſt.

19 Saxonis Culmbacenſis Principat. ſitus eſt ad album Mœnum, non procul à Fiechtelberg/ & in vicina concurrit ruber Mœnus, unde unum fit flumen. Reſidentia eſt Arx Blaſſenburg/cujus dominium Anno 1336. cum pertinentiis comparatum pro 7000. Pfund Heller/ und iſt ein Pfund/ Neun Heller ad 4. gl. ad 8. mahl 30. Heller/ Ann. 1430. Huſſitæ Catholicos Presbyteros & moniales maximè infeſtârunt. Anno 1632. 21. Sept. Dux Fridlandiæ nomine Cæſ. deditionem petiit, ſed non obtinuit.

Onolsbacenſ.Onsbac.velAnſpachenſisPrincipatus. Civitas & arx diſtat. 5. mill. Nurenberga, quæ Jo. & Alb. Burggravii Norinb. à comite Ottingano pro 23.mill. Pfund Heller emerunt: nomen habet ab aqua vicina Onolſpach. S. Gumbertus hìc Eccleſiam extruxit, vel cappellam potius à Carolo M. circa Ann. Chriſti 800. cùm Altmül in Danubium derivare vellet, & navigabilem reddere, actum, qui S. Gumb. Anno 1195. 15. Julii Canonizatus fuit, & fuerunt hic ſemper 19. Canonici, donec Anno 1554. religionis mutatio facta Anno 1594. in feſt. Sim. & Judæ inter 10. 11. & 12. tres Soles & tres Irides apparuère ferè uſque ad horam primam. An. 1634. civitas expilata fuit. 20

Circa Brunſwig. Wolffenbûtel. Grubenhag. Calenberg. Luneburg ſciendum quòd Brunſvvicenſis Ducatus olim diviſus fuit in 3. diſtrictus, hiſce temporibus, in Duas lineas, I. Auguſti Ducis Brunſw. & Luneb. in Wolffenbûtel, qui natus Anno 1579. 10. April. tres reliquit filios Rudolphum Auguſt. Anno 1628. 16. Maij. natum II. Anton. Ulricum natum Anno 1633. 4. Octob. & 3. Ferdinand. Alb. Anno 1636. 22. Maii. in lucem editum, & Senior Anno 1651. cum comitiſſa de Barbii matrimonio junctus eſt. Altera Calenborgica Chriſtiani Ludovici Ducis Brunſw. & Luneb. ex Frideric. Duce qui natus eſt, Ann. 1622. 25. Febr. Anno 1648. homagium præſtitum eſt. Brunſwica, quæ Brunonis vicus, (quia ejus auctor Bruno fuit, Cæſaris Henrici I. patruus Anno 878.) primò comitatus fuit, quam Frideric. Cæſar in Principatum evexit Anno 1283. qui in prælio Normannico occubuit. Luneburgum autem nomen ſortitur à Luna, quam in monte hic Gentiles coluère, à ſalis proventu celebris, qui ibi coquitur, & Hamburgum ac Lubecam transferri ſolet. Inter Duces & Urbem adhuc lis eſt indeciſa, quæ 21

non penna tantùm ſed etiam bipenni diſceptata fuit, *de qua Limn. libr. 5. caput. 6. numero 6. & libr. 7. tom. 3. cap. 9. & recenter armis diremta eſt.*

22 De Duce Iuliæ, Mont. Cliviæ nota Quòd Principalis Civitas Iuliacum cum à Cajo Iulio Cæſare vel Iulia Agripp. Cæſ. Claudii conjuge nominata, caſtro munita, ad jactum Lapidis à Rura aqua diſtat, olim comitatus à Cæſ. Ludovico anno 1329. in Margraviatum, & à Carol. IV. Metis in Comit. habitis in Ducatum converſus eſt, in caſtri exſtructione 30. anni inſumpti. Vicina Montenſis ditio tempore Henrici aucupis cœpit, ſub quo ex duobus fratribus Imper. chari ex ejus permiſſu Senior arcem condidit juxta Arnſpergam; Alter vero caſtrum Altenberg, quod jam converſum eſt in celeberrimum Monaſterium Bernard. Cum hæ ditiones florerent & excreſcerent, Imper. ex ditione Everhardi fecit Comitatum Imperii Bergenſem, Adolphum autem fecit Comitem de Altena, Everhardus poſtea factus Monachus extructo Monaſterio, ubi factus eſt Abbas. Civitas principalis eſt, Düſſeldorpium ad Rhenum, ubi Princeps aulam habet. Regio aliàs eſt montoſa, per medium fluit die Wupper/ & in Rhenum influit. Ex hac ultra Ruram tranſitus fit in comitatum Marchenſem, qui inter Lippam & Ruram ſitus eſt. Sicut Iuliæ & Montium diſtrictus, ita Cl. in Ducatum converſus eſt A. 1480. Civitas principalis eſt Clivia à Clivis, vel collibus dicta, à Cajo Iul. Cæſ. initium habuiſſe dicitur, in aula arcis ſtatua fuit cū ſuperſcriptione, Eumenius Rhetor, qui ex ordinatione Cæſaris Conſtantii hîc Scholam aperuiſſe creditur, licèt aliud cenſuerit Lipſ. *in ann. ad Tacit. l. 3. fol.* 71. infra Rhenus ſe dividit, & diſtat 3. mill. Neomago, duobus Arnhemio, non procul abeſt Schenckenſchantz, & traditur quòd tempore Imper. Iuſtiu. anno 711. in ditione Clivenſi unica filia Beatrix ad quam ſpectabat arx, Neomagum & loca vicina ædificàrit caſtrum Cleve, quæ matrimonium contraxit, cum quodam Ælio ex familia eorum à quibus lex Ælia Sentia orta, qui navicula quam Cygnus aurea catena collo vinctus trahebat Rheno progreſſus connubium ejus petiit & obtinuit anno 732. mortua, Imper. Theodorum poſſeſſorem Comitem creavit, ann. 1477. comitatus effectus eſt in Ducatum Conſtantiæ, an. 1454. Suſatum Urbs ab Archi-Epiſcopatu Colon. ad domum Clivenſem devenit, coaluerunt poſterioribus temporibus Jul. Cliv. & Berg. Ducatus, Comitatus Marcæ & Radensburgi atque dominatus Raveuſtein, & cum iis Ducatus Geldriæ, (qui tamen à prioribus poſteà avulſus eſt.) Morte Joann. Wilhelmi, harum ditionum poſſeſſ. & ultimi domini ann. 1609. 25. Maij. ſine liberis variis contentionibus cauſa data fuit. Occaſio hæc fuit: Poſtquam Dux Cliv. & Mont. Io. anno 1480. filium ſuum Ioannem matrimonio junxiſſet Mariæ unicæ filiæ, Ducis Juliæ hi Ducatus uniti fuerunt, ex quo matrimonio genitus fuit

Wilhelm. Dux Juliæ, Cl. Mont. &c. qui 4. habuit filias & unum filium, Obiit Anno 1605. — Sibilla Soror nupta Frideric, Duci Sax.

1.	2.	3.	4.	5.
Eleonora nupſit Jo: Sigiſm: March. Brandeb.	Anna nupſit Ludovico Neoburgico.	Magdalen. Bipontino.	Sibylla Carolo Marchioni Burgraviæ.	Jo. Wilhelm Jul. Cl. Mont. Dux mortuus ſine liberis.

Singulæ filiæ à Joan: Filio & fratre ſuo ſucceſſore accepêre 200000. flor. dein eſt mortuus Joan. ſine liberis.

Ex Secunda.

Filia primogen: nupſit Joan: Sigiſmundo. Elect: Braudeb: Mortua ante fratrem. Ex hac Georg: Wilhelm: E. Brandeb:	Filius Wolfg Wilhelm: Neob. Ex hoc, Philipp. Wilhelm: Neob. *V. Spreng. prat. illuſt. pag. mihi* 196.	Saxo quoque & Comites de March, cum aliis prætendunt.

Obtinue-

Obtinuerat Wilh. Dux à Carolo V. datis literis Comitiis Ratisbon. Anno 1546. 19. Julii, quod linea maſculina ſua deficiente fœminæ ſuccederent: Saxoniæ autem Dux à Frid. III. expectantiam habebat. Ab An. 1483. die 26. Junii ad primum Feudum Imper. vocaturum, & ſic in omnes à Wilhelmo ejúſque filio relictas ditiones prætendit, tum etiam quod Sibyll. Wilhelm. ſoror Friderico Saxoni nupſerat, qui etiam à Rudolph. II. anno 1610. ſalvo Jure intereſſentium inveſtitus eſt. De qua controverſia, V. *Lim. de I. publ. l. 5. cap. 10. p. 244. numer. 7. & ad Capit. Carol. V. a. 30. p. 320. 1.* Inter prætendentes aliqui totum, alii partem petebant: Partem duo Comites Marcenſes, qui Comit. Marcenſem ambiebat. II. Item Carolus Gonzaga Dux Nivernenſis ducatum Clivenſem literis datis ad ſtatus Juliæ Anno 1609. 9. Maij. tanquam unicus heres ex domo Clivenſi, erat enim deſcendens ab Engelbero, quem genuit Joan. I. Dux Cliviæ, cujus filius fuit Carolus, hic Franciſcum, hic Henricum, unde Carolus Gonzaga prodiit. III. Brandeburgicus ſe fundabat in Jure primogenituræ, Item unione, & pactis dotalibus. IV. Secunda ſoror ſe tum temporis, cùm moreretur, Joann. Wilhel. ſeniorem fuiſſe, & ſororem Brandeburgico junctam ante fratrem Jo. Wilhelm. deceſſiſſe, itaq; ſe illi gradu propinquiorem præferendum illi. V. Tertio & quarto genitæ ſorores, ditiones has ex æquo inter ſorores dividendas ajebant, quæ contentiones, cum perdurarent, domus Brand. & Neob poſſeſſ. occupârunt per Mauritium Principem Auraniæ Anno 1610. ſed Juliacum Imp. miſſo Leopoldo Archi-Duc. ſequeſtrandum duxit, &c. anno 1622. hæc urbs per Comit. Henricum de Berg. occupata, ac per Hiſpanos militari manu retenta eſt, & Anno 1642. cum confœd. Galli & Wimar. in Ducatu eſſent, Don Gabriel de la Torre Gubernator urbis & Arcis Juliaci eam multis modis fortificavit, ſubmiſſa ei pecunia & in arte peritis fabris per Don. de Melo. Plures in hoc caſu feudali concurrunt inter feudiſtas, & JCtos controverſæ quæſtiones. I. An deficiente linea maſculina etiam in filiabus jus primogenituræ locum habeat, de qua *Tiraq. de Jure primog. q. 11. numer. 18.* II. An maſculus ex 2. genita filia primogenitæ ſuæ materteræ præferendus idem *p.* 487. III. Et mulo magis an idem materteræ primogenitæ præmortuæ ejus filiæ ſit anteponendus. *Idem Tiraq. q. 12. numer. 12. pagin. 489. & quæſtio 13. numero 1. & 5.* IV. An neptis ex primogenita nepotem ex ſecundogenita excludat; *Tiraq. q. 14. & 40.* Controverſiæ hujus deciſio viæ Juris relinquitur noviſſimo Inſt. Pacificat, *de qua V. Lucii Veronenſis diſſert. Anno 646. editam ad Prætenſ. illuſt. Sperenger. p. 195.* Interim noviſſimè Civitas & arx Juliacum per Hiſpanos Neoburgico evacuata eſt. Pertinet ad Duces Juliæ Embrica, quàm cùm Rudolphus Imper. ann. 1600. à confœderatis Belgis reſtitui poſtularet, placuit ſub iſta conditione, ut Hiſpani ſimpliciter Epiſc. Col. Rheinberg cederent: Sic Belgæ Embricam reliquerunt, Hiſpani verò non ſolùm Berga cedere recusârunt, ſed etiam inferiorem Weſtphaliam occupârunt, ideò rurſus Belgæ An. 1614. Embricam & Reeſam recuperârunt, quæ in hunc diem ſub eorum ditione manent. Noveſium quoque hujus ditionis fuiſſe Anno 889. tradit Munſt. *pag.* 623. prout in multis Noveſienſes Jul. & vicinorum conſuetudines ſervant, quæ hodie eſt Urbs Archi-Epiſcop. Colonienſis. Duisburgum quoq; Francorum antiqua Civitas hodie his Ducibus paret, licèt hac de re lis ſit in Camera, *Lym. tom. 1. l. 7. cap. 4.*

Pomerania cùm ſuſcepta fide Chriſtiana ſi- 23
mul Imperio juncta fuit, ad converſionem multum laborârunt Ottones Imper. In ea eſt Inſula Ruga, quæ 7. miliaria in long. latitudine continet, in ea nec lupi ſunt nec mures, olim ſpecialis fuit Ducatus; Pleræque Civitates Pom. ad mare ſitæ ſunt, & Stetinum ad Oderam. Dividitur in Pom. Citeriorem, vulgò Vor-Pomern/ & ulteriorem Hinter-Pomern/ cùm autem noviſſimè Sereniſſ. Regina Sueciæ poſtularet, ut ſibi pro locorum bello occupatorum reſtitutione ſatisfieret, quo paci publicæ in Imper. reſtaurandæ proſpiceretur, Cæſ. Maj. cum conſenſu Elect. Princ. & Statuum Imperii, & maximè intereſſatorum pleno jure in perpetuum & immediatum Imp. Feudum Reginæ & ſucceſſoribus Regibus Regnoque Sueciæ conceſſit totam Pom. Citeriorem cum Inſula Rugia, & ſimul Stetinum, Sach. Dam, &c. cum interlabente Oderâ & mari, uſque ad mare Balthicum, *juxta art. pacis German. Suedica. art. porro, 10. pagin.*

Digitized by Google

10. *pag.* *mihi* 72. Reliqua Brandeburg. reſervantur. Et quia etiam reſervatum fuit, ut de terminis & limitum diſtinctione inter regios & E. Commiſſarios amicabiliter conveniatur, cùm tamen omnia facilè liquidari non poſſent, coram Cæſ. Majeſt. hinc inde ſcripta permutata ſunt, Et quidem Anno 1652. 2. (12.) Maij nomine Regis Sueciæ Conſil. Matthias Barenclaus exhibuit Memoriale Præmiſſis præmittendis Curialibus, quia Brandeburgicus Reginam Sueciæ à Comitiis Imp. *juxt. Artic.* 11. *§. Regio quàm* excludi poſtularat, donec implenda circa reſtitutionem Pomeraniæ impleſſet, & ſatis feciſſet Brandeburg. Allegat. I. Coronam Sueciæ eſſe immed. Imper. Statum, *de artic.* 10. *Cæſar. Majeſtas.* II. Ei bona immediata ſcil. citeriorem Pomer. de facto collata, *§. hunc. du atum & §. Domin. Elector. & §. exſolvit denique.* III. Seſſionem & votum in conventibus Imper. de Jure deberi. *§. quarta ratione.* IV. quod ad præſtanda attinet, ea exprimi *in §. viciſſim.* ut ſcil. recognoſcat Rex Cæſarem & inveſtituram petat, nomine autem Regis excuſationem impedimenti allatam oblationem factam, terminum petitum & reſolutionem Cæſar. expectatam. V. dicit, quod conditio pro impleta habeatur, ſi per eum ſteterit, cujus intereſt, quo minùs impleatur, & pro declaratione hæc indiſputabilia ponit præſuppoſita *in §. Regia quoque.* injunctam reſtitutionem Ulterioris Pomeraniæ, cum hoc addito, ut tamen ſalva maneant Jura Regiæ maj. *juxt. art.* 11. *§. deinde Coburgam. pag. mihi.* 82. quam quidem reſervationem Brandeb. reſtringit ad præb. & prælaturas, tanquam ad proximè antecedentia, tamen hanc reſtrictionem non patiuntur. Adhæc in Norinb. Execut. receſſu cautum, quòd Rex ulteriorem Pomeran. reſtituat, quando inter Commiſſarios primo de limitibus & aliis transactum; Cùm autem Elector Jus vectigalis diſputet, Regem Jura ult. Pomeraniam retinere. Ac licet ex parte E. allegetur, quòd nunquam intentio fuerit telonia ultra loca Sueciæ ceſſa extendere, ſed maturè contradixerit, & velle relinquere Regem in poſſeſſ. telonii, cognitione hujus negocii ad Cæſarem relata, dummodo Rex Sueciæ Pomeraniam mox E. evacuet; è contra Rex probat aliam non tantùm paciſcentium, ſed etiam intereſſentium intent. & voluntatem fuiſſe, I. fuiſſe petitam Pomeraniam prout tempore belli fuit cum Vectig. und Licenten. II. à Cæſar. plenipotentiariis conſenſum, & cùm E. Brandenburg. alternationem propoſuiſſet, per interpoſitionem plenipotentiarii Galli concluſum, ut in inſtrumento pacis; ubi *in §. primo totam Pomer.* legitur *ab hoc die.* habuit autem eo tempore Rex telonia in utraque Pomerania. Idem quòd Elect. Brandenburg. accepit æquivalens ratione totius Anterioris Pomeraniæ, vel quod ſaltem adæquet citeriorem, mit den Licenten. adeò cauſam non habeat Jus telonii controvertendi; Et ſi tantùm ad loca ceſſa vectigal reſtringendum, neceſſario intereſſati reſtrictionem inſerere debuiſſent, & in materia pacis favorabili communis interpretatio verborum ſequenda, nec reſtrictiones mentales admittendæ. Poſt concluſionem pacis quidem de Vectigalibus mentionem factam, ſed à Suecis contradictum poſt ſubſcriptionem verò Inſtrumenti pacis hoc lecto nihil oppoſitum fuiſſe. Atteſtata quædam Anno 1649. ab altera contrahentium parte Suecis legatis abſentibus expedita iis obeſſe non poſſe, &c. In contrarium pro Brandeburg. Elect. allegata ſunt. I. Quod interpretatio facienda ſit rei ſubſtantiæ conveniens, §. autem 10. loquatur de locis coronæ Sueciæ in ſatisf. datis adeóque non poſſit ad loca non ceſſa fieri extenſio. Prout etiam quæ *in §. præterea.* de erectione Academiæ ſunt placitata non extenduntur. II. Generalitas recipit interpretationem ex præmiſſis ſpecialibus. III. In Hinder-Pommern ſeynd 6. See-Häven / darin ſeynd der Cron Schweden nur zween aſſignirt / ergo: nam quoties is qui aliqua expreſſit, & reliqua omiſit, quæ exprimere potuiſſet, totius cenſetur, non expreſſa in diſpoſitione contineri noluiſſe. IV. In aliis locis ſcriptum eſt Totam Pomeraniam, ergo ſi hic eadem fuiſſet intentio, hoc expreſſiſſent, quod tamen *in §. ad hæc.* non reperitur. V. hat den *articul* 10. *Salvius* abgefaſſet / ergo contra eum facienda eſt interpretatio, uti contra proferentem, *lege veteribus. de pactis.* VI. Indefinita æquipollet tantùm univerſali in materiâ favorabili, & ſubſit eadem

ratio.

ratio; ſed Licenten. ſunt odioſa, & ſtrictam interpretationem recipiunt, cùm inducant ſervitutem, *c.ſervitutem* 18. *quæſt.* 2. Intentio verò Electoris pro libertate ſtat, & eſt hic differentia, quod Vor-Pommeren Schweden zugeeignet / *non* Hinder-Pommeren. VII. Non eſt veriſimile, daß Ihr. Churfürſtl. Durchl. in ſolche Dienſtbarkeit von Ihr. Majeſtät geſetzet ſeye. VIII. Prout nec per verba Generalia Jus telonii inducitur. IX. Imò omnia vectigalia abolenda, exigit §. *ad hoc.* Hæc & plura alia in utramque partem allegata amicabili compoſitione tranſacta videntur.

24 Haſſia verſus occidentem Rhenum, orientem verſus Thuringiam & Saxonicam, verſus meridiem Brunſwigam & Weſtphaliam contingit, ubi Marpurgum civitas vel à Marte ejusve Idolo, vel à Marcomiro Franco dicta, à qua non procul abeſt urbs Francorum mons dicta, à Carol.Magn. Cæſere exſtructa, adjacet Rinckhau / quæ eſt Moguntini Juris.ubi ſeptentrionem verſus mons eſt, in quo ſol meridionalis vinum bene coquit, unde hoc præſtantiſſimum cenſetur in Rudesheim ferè è regione Bingæ.

Haſſia hodie in Caſſelanam & Darmſtattinam dividitur, à vetuſtiſſimis Brabantiæ Ducibus originem trahens *Lym. l.* 5. *c.* 8. qui ab Abb. Fuld. inveſtri ſolent, ſicut autem hodie Marpurgum civitas Principalis in ſuperiore,ita in inferiore Caſſel eſt, ubi & aula, quàm Fulda navigabilis alluit & perfluit, qui fluvius Ann. 1342 etiam ad Summum altare der Neuſtätter / aſcendit, & Anno 1643. ita excrevit, ut Principes per feneſtram liberari debuerint, ovium hic eſt copia, ut in proverbium abierit, tot optari ſalutes, quot ſunt oves in Haſſia, unde etiam Angli hic lanam emunt. Non procul Caſſellis Anno 1609. fons natus eſt juxta Northauſſen / pro ſanandis variis infirmitatibus conducens. Olim Landgravia Comitatus fuit ſub Thuringia, ſed filia aſcendit ſuper matrem, & comitatus converſus eſt in Landgraviatum. Hic Caſſelis Monaſteria in Collegium Adelphicum converſa ſunt, ubi præter artes liberales & linguas varia nobilia exercitia docentur, Anno 1537. 21. Septemb. obiit Landgrav. Wilhelm. relicta Æmilia Eliſabetha vidua, quæ bellum unà cum confœderatis contra Cæſarem uſque ad Pacificationem Anno 1648. factam continuavit, ubi præter Abb. Hirsfeld. & alia obtinuit ſatisfactionis loco 600000. Reichs-Thl. *ex Inſt. pac. Suec. art.* 15. Pro cujus Summæ exſolutione Diœceſis tota Colonienſis 136012. Imp. 68. kr. 6. pf. præſtitit.

Ad quam quantitatem contribuerunt. 25

Weſtphalia & Vechta ut vocant.

adeoque	54405	11	10
Reliquam Rhenana Colon. Provincia.	81607	56	8
Summa	136012	68	6
Ducatus Juliæ	57610	16	3
Montenſis	46088	13	6
Inferiora quædam Dominia Juliæ	6913	7	7
Eiſliæ Comites	5383	---	---
Summa	252006		
Weſterwald. Mit-Contribuenten	4141	---	---
	256147	---	---
Epiſcop. Monaſterien.	211920	2	5
Paderborn.	27653	2	---
Monaſt. Scheid.	120	27	6
Comitatus & Civitas Ritberg	2016	10	4
Dominium Roed	288	5	8
Rechenberg Ambt	2304	13	3
Marckiſche Oerter / als Cloſter und Städt mit dem Gericht /	1682	6	5
Recklinghaußen	1613	2	3
Comitatus Lennep.	230	12	2
Comitat Tremonienſis	276	15	2
Comites de Hohen-Limburg	285	—	4
Eſſen cum Civitate cum annexis	4888	14	6
Fulda Stifft	1180	4	---
Comitat. Waldeck,	2880	7	3
Weſterwaldiſche & Wetteraviæ Comites.	11908	3	3

Digitized by Google

CAPUT XXXIII.

De S. R. I. Ducibus, Landgraviis, Marggraviis, Burggraviis.

SUMMARIA.

1. *Quis dicatur Dux & unde?*
2. *Quid de Duce Veneto?*
3. *De magnis Ducibus.*
4. *Unde dicantur Marchiones?*
5. *De Landgraviis.*
6. *De Burggraviis.*
7. *De Duc. Bavariæ.*
8. *Arx Schyrenſis in Monaſt. converſa.*
9. Pfaltz Lauteren.
10. Pfaltz Zimmeren.
11. *De Palatino Neoburgico.*
12. *Sultzbach.*
13. *Bipontino.*
14. Pfaltz Veldentz.
15. *De Saxone Altenburgenſi.*
16. *Sax. Vinarienſi.*
17. *De Sax. Coburgenſi.*
18. *De Sax. Eiſenacenſi.*
19. *De Sax. Culembach.*
20. *De Brandeb. Onſpach.*
21. *Brunſvv. Wolfenbüttel, Zell, Gribenhagen, Calenberg, Luneburg.*
22. *De Duce Jul. Cliviæ, Montium.*
23. *Pomeran. Stettin & Wolgaſt.*
24. *Heſſen Caſſel.*
25. *Satisf. Haſſica ſumma diviſa.*
26. *Satisf. Suecica diviſa.*
27. *Dos filiarum in domo Haſſica.*
28. *Heſſen Darmſtatt.*
29. *Mechelburg, Schvverin* und Güſtrow.
30. *De Duce Würtenbergico.*
31. *Ejus ſubditus.*
32. *March. Durlach & Baden.*
33. *Origo eorum*
34. *Baden Hochberg.*
35. *Bremen.*
36. *De Controverſia inter Ducem & Civitatem.*
37. *Cur claves gerit civitas?*
38. *De Duce Sabaudiæ?*
39. *Origo eorum.*
40. *Saxon Lauvenburg.*
41. *De Duce Holſat.*
42. *In Sonderbergens & Gottorf diviſio.*
44. *Cur poſtpoſiti.*
43. *De Landgravio Leuchtenberg.*
45. *De Princip. Anhaltinis.*
46. *De Burggravio Miſniæ. de eod.* 47.
48. *Henneberg.*
49. *Lotharingiæ Duce.*
50. & 51. *De Principe Arenberg.*
52. *Hohenzolleren.*
53. *Eggenburg.*
54. *Lobkovvitz.*
55. *Salm.*
56. Dietrichſtein.
57. *Piccolomini.*
58. *Auersberg.*
59. *Naſſov. Hademar.*
60. *Princeps de Porcia.*
61. *Princeps de Schvvartzenberg.*
62. *De Scamno transverſali.*
63. *De Magdeburg.*
64. *Halberſtad.*
65. *Verden.*
66. *Mindenſi.*
67. *Naumburg.*
68. *Mersburgenſi.*
69. *Meiſſen.*
70. *Lübeck.*
71. *Ratzenburg.*

Digitized by Google

72. *Lebus.*
73. *Brandeburg.*
74. *Schvverin.*
75. *Hirſchfeld.*
76. *Sahlfeld.*

1 ORigo vocis Ducum, Germanicè Hertzog, venit à ducendo exercitum, Heer enim exercitum, & ducere ziehen ſignat. *Old. Claſ. 5. de act. benef. Zaſ. de feud. cap. 5. v. Dux à ducend. Vult. 1. Feud. 4. num. 14.* Et quia per Duces ſumma rerum reſpiciebatur, hinc habebant jus cudendæ monetæ, unde aureus nummus dictus eſt Ducatus, Beſold. *verbo* Hertzog. Ad noſtrum propoſitum Dux dicitur, qui à ſupremo principe de Ducatu inveſtitus eſt, quod primo tempore ad vitam accipientis, dein in perpetuum factum eſt, *c. 1. quis dic. Dux. Jacob de S. Georg. in verbo Dux. q. 1. n. 2. tract. feud. Reinck. reg. ſac. l. 1. claſ. 4. c. 12.*

2 * Alia conditio Ducum eſt in & extra Imperium. Alia ratione Dux Venet. hoc nomen uſurpat, licèt nec de Ducatu inveſtitus, nec in rebus bellicis authoritate præditus ſit, cùm nil ſine Senatu efficere, & ne quidem Epiſtolam aperire poſſit, nec aulam alat, ut liberi Principes, ſed congruam familiam habeat, poteſtatem autem omnem à ſenatu Veneto, ut Luna à ſole lumen, mutuetur, *Comin. de bell. Neap. lib. c.* nec etiam ſuæ familiæ, ſed reip. inſigniis in cudenda moneta & aliis actibus publicis utatur. Idem ferè de Ducibus Genuenſibus, qui electione conſtituti, toleratâ conſuetudine etiam Duces appellantur. Sixt. *de regal. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 14.* Hi enim non dominium (ut Duces noſtri) ſed tantùm præeminentiam quandam habent in conſilio vota inquirendi. Unde illos Venet. & Genuenſ. Academiæ Rectoribus comparat *Beſold. lib. 1. Polit. c. 7. n. 8. & n. 148.* dicit Dux Venet. in pompa tantùm Princeps eſt, in curia ſenator, extra urbem reus, in urbe captivus, cùm peregrinari ei ſine venia non liceat, circa vectigalia verò & pecuniam publicam ſolus nullam poteſtatem habeat, nec vel obulum diſpenſare poſſit ſine aliorum aſſenſu, *Reinck. de reg. ſec. lib. 1. claſ. 4. c. 12. in fin.* quamvis aliter alii contra Nold. de hoc Duce ſentiant, *ut Lymn. de l. p. lib. 4. c. 2.* Dux autem Genuenſis non eſt perpetuus, ut Venetus, ſed temporalis ad biennium fortè, &c. In Italia Ducum conditionem deſcribit Beſold. *in tract. de Orig. dig. & pot. Ducum Ital.* quorum primogeniti Principes ſalutari ſolent, Schütz. *vol. 1. diſp. 8. theſ. 2. lit. A. in fin.*

3 * Sunt ad hæc non tamen in Germaniâ mag. i Duces, Groß-Hertzogen, qualis eſt in Italia M. Dux Florentiæ, item M. Dux Moſcoviæ, M. Dux Lituaniæ, M. Cham, & alii de quibus Matth. Steph. *de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 82.* quos ſuis relinquimus ſcriptoribus cum Schütz. *vol. 1. diſp. 8. Th. 6. lit. b.* quamvis poſtquam Coſmus Medices M. Ducis Florentiæ titulum 5. Martij An. 1570. à Pio Pont. obtinuit, tradito eidem ſceptro cum habitu, inſignibus & Corona Regis, & tit. Sereniſſ. Maximil. Imp. huic actui contradixerit tanquam Imperio præjudiciali, cui Florentia ſubſit Reinck. *de reg. ſecul. lib. 1. cl. 4. c. 11.* Rex quoque Sueciæ magni Ducis Finlandiæ tit. hodie uſurpat. Reinck. *cit. loc.*

4 Marchiones dicuntur à Marchia, cui præſunt vel de qua inveſtiti ſunt. *cap. un. quis dic. dux.* Marchia autem dicitur à mari cui communiter adjacet, *Feudiſt. 2. Feud. 10.* alii à marcha, quæ Germanis idem eſt, quod equa, prout apud Weſtphalos equæ Merren dicuntur, unde Marchiones, quaſi magiſtri equorum aut præfecti, & lingua celtica marchare idem eſt, quod equitare, *Alciat. in parerg.* quam tamen nominationem ineptam ait Vult. 1 *Feud. 4. n. 14.* ſed hoc potiùs Mareſchallis convenire dicit. Veriùs videtur Vult, *d. loc.* & Reinck. à finibus potiùs denominationem ſumendam, qui plerumque mare alluebant, *d. cap. un. Feud. 10.* fines enim & limites Germanicè March vocantur, & Marchiones ſunt Duces limitanei, Romanis limitibus tuendis præfecti, *l. liminarcha. C. de ſer vu fug. l. non ideo. C. de liber cauſ. l. viros ſpect. C. de diverſ. offic. lib. 12.* & ita apud Gallos Marchiones Liminarchas vocari, tradit Vult. *cit. loc. ſu it. l. munerum, de mun. & hon. l. quas Deo. C. de off. praef. Af.* & traditur Henricum Aucupem an. 927. Marchias ubique conſtituiſſe ad fines Imp. tuendos, & ſuis Officialibus regendos dediſſe contra Henetos & Windos: Et quidem Marchiam Brandeburgenſem Sifredo uxoris fratri comiſiſſe contra Danos, Marchiam Schleſwicenſem contra Sileſios & Polonos, Marchiam Miſnenſem & Lauſnicenſem,

Digitized by Google

cenſem, contra Gallos Badenſem & Hochbergenſem ordinâſſe, earumque rectores dictos Marchiones. Crantz. *rerum Wandal. lib. 3, c. 6.* Licet autem initio finium cuſtodes fuerint, hodie tamen tales dicuntur qui à Rege ſeu Principe de Marchia inveſtiti ſunt, *d. c. un. quis dic.* imò poſterioribus temporibus etiam in mediterraneis regionibus Imperii de Marchia inveſtiti, ita vocati ſunt, & multi id nomen uſurpant, qui non ſunt defenſores limitum. Notandum hic ex Reinck. Italiæ Marchiones non eſſe ejusdem dignitatis cum Ducibus, unde Marchioni Mantuæ beneficii loco fuit, quod à Carol. V. crearetur in Ducem. *Thuan. lib. 1. Comment. cir. fin.* Et in Regno Arelatenſi Comites præferri Marchionibus tradit Reinck. de Marggrav. Burggraviis. *Ad. Beſold. in verb. Burggrav. & v. Burggraf. & v. Seſſion.*

5 Comites alios primi, 2. 3. ordinis fuiſſe, tradit Cuiac. *in l. un. C. de Comit. qui prov. reg. lib. 12. t. 14.* In primo ordine Marchiones ſunt: ita etiam Landgravii & in Principum ſerie collocantur. *Heig. Illuſt. q. 2. n. 55. p. 1.* nec minor horum, quam Ducum eſt dignitas, Sixt. *de reg. lib. 1. c. 5. n. 119.* Ita dicti quaſi Comites Provinciales, qui de aliquo Imper. Principatu, qui Landgraviatus dicitur, inveſtiti ſunt, eumque ab Imp. recognoſcunt, Reinck. *d. loc. n. 28.* Schütz. *d. loc. lit. D.* Horum 4. præcipuè numerantur. I. Thuringiæ, qui ad E. Sax. devenit. II. Haſſiæ. III. Alſatiæ, cujus domus defecit, & Jura ad Epiſcopum Argentinenſem translata ſunt, Titulum etiam Auſtriaci uſurpant. IV. Leuchtenbergenſis, Schönb. 5. *Polit. c. 39. in fin. Pet. de Andl. lib. 1. de Rom. Imp. c. 16. Reinck. d. l. num. 16. Matth. Stephan. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 4. n. 11.* Sunt tamen præter hos alii etiam Landgravii ut Com. de Fürſtenberg. zu Baare / Landgravii in Kleggau / Comites de Sultz. Landgravii de Stullingen, ut hodie eſt Baro de Pappenheim, ut apparet ex ſubſc. receſ. Imp. notanter anno 1567. quorum tamen ditiones amplæ non ſunt, nec ſub qualitate Principatus conceſſæ, & ideo poſſeſſores in Comitum vel Baronum claſſe collocantur. *Nold. de nobil. c. 8. n. 164.* Hinc tales nomen Comitis nomini Landgravii præponere ſolent, hoc modo, Frantz Egon Graf zu Fürſtenberg / Heldenburg / Landgraf zu Baare.

Burggravii quoque ad Principum ſpectant 6 Ordinem, ſuntque Judices ſeu præfecti certi alicujus præſidii, ſeu arcis, Burg. enim caſtrum ſignificat, quorum IV. recenſentur, Magdeb. qui Burggraviatus ad Saxonem pervenit, & vexillo inveſtitus eſt, Francofurti anno 1558. & Auguſtæ ante anno 1556. à Ferd. I. & Maxim. *Wehn. verbo* Vogtey *Reinck. de reg. ſec. lib. 1. claſſ. 1. c. 13. in fin.* II. Norinbergenſis ad Brandeb. pleno jure devolutus. III. Strombergenſis. IV. Reinecenſis. Præter hos ſunt quædam caſtra Imperio immediate ſubjecta, quæ electitium Burggravium ex corpore Burgi ſeu Burgmannorum habent, non tamen ſunt Principes, ut die Kayſerliche Burg Friedburg / & ſimiles de quibus *Wehn in Verbo* In Ganerben; *Heig. 1. q. 2. n. 20. Vult. de 'or.*

De his Nicol. Burg. *in hiſt. Bavar. p. 2.* ita 6 diſcurrit; Provinciarum habenis Duces admovebantur Comites, juriſdictioni præerant, dignitatis gradu, officioque diſtincti, Marggravii, vel Marchiones in limitibus regni curam agebant, de vectigalibus cognoſcebant Palatini, in ſingulis Provinciis Landgravii per populos, Zinckgravii per urbes & vicos jura reddebant; Regiis arcibus Burggravii imponebantur certis territoriis ad tutelam inſtructi, hæc officia perſonalia erant, jure beneficii indulta, quædam tamen deſcendebant ad filios, rara ad poſteros: Quoties bellum ineundum erat, non miles ſtipendio emptus propellebatur in caſtra, ſed vaſalli edicto citati, ſubinde & plebs ſuis ſeſe aggregabat comitibus, ipſi Comites juſſa Ducum, Regum, Imperium Duces ſequebantur, vectigalia omnia cedebant ærario, ad tolerandos regis ſumptus, ad adſciſcendum ſplendorem Majeſtatis illo quidem ſæculo ſufficientia, cum adhuc ignota luxuria inter virtutes frugalitas reponeretur, Hactenus Burgundus.

Nunc de ſingulis in ſpecie generalia attingemus, occurrit I. Dux Bavariæ, ubi præter ea quæ ſupra de Electore Bavariæ dicta ſunt, not. Bavar olim Regnum fuiſſe, usque ad Carol. M. qui Taſſilonem ultimum ex Agilolfingis, qui à Theodone ad 280, an. Bavar. rexerunt, victum in Monaſterium detruſit & ſic Cæſar ſcribit, quod Arioviſtus Rex Germanorum uxorem habuit ſororem Regis Norici, eumque Taſſilonem regem Gripho Caroli M. patruus regno pellere tentaret, Pipinus Caroli pater,

pater, Taſſilonem capto fratre reſtituit ann. 777. unde Pipino & Carolo ipſe fidelitatem juravit, quam cum non ſervaret & Longobardis adhæreret, ex inſtinctu conjugis ſuæ, quæ erat Deſiderij Longobard. regis filia, eoque convocaret Carol. in Saxonia morante idque iterato, capitis ſupplicio adjudicatus, ſed benignitate Imperiali vita donatus, & in Monaſterium perpetuo detruſus eſt, an. 788. Albertus Krantz refert, nobilem quendam Caroli amicum tantùm terræ petiiſſe, quantum uno die cum aurea quadriga obire poſſit, quod tanquam ridiculum, & vires ejus ſuperans, cum promiſiſſet, ipſum parva aurea rheda confecta, quam in ſinu portabat, partem Bavariæ equitando obiiſſe & de ea inveſtitum fuiſſe, Bavaria dein ad
8 Caroli liberos devenit usque ad Arnulph. * qui arcem Schyrenſem extruxit, poſtea in Monaſt. Bened. converſam, cui præeſt Reverendiſſ. D. Gregorius SS. Theol. & J. U. Doctor ante hujus Academiæ Profeſſor Canonum.

De ulteriori ſucceſſione Bavariæ, ad hæc usque tempora agere nimis longum foret, maximè cum ſcriptores per omnia non concordent.

9 Pfaltz Lautern Principatus per diviſionem ab Electoratu ad modernos Principes devenit, Principalis Civitas & præfectura eſt Kayſers Lautern / in inferiore Palatinatu olim d. Cæſarea ab arce Regia, quam Frider. Barbaroſſa ibi renovavit; & ampliavit, primo à Romanis extructam ab Attila deſtructam, à Carol. M. reædificatam, nomen habet à fluvio Lauter, qui per urbem fluit in lacum, qui vocatur, des Kayſers Wag/ à quo etiam arx Lauter Eck vocatur: an. 1497. in hoc lacu captus eſt piſcis Lucius 19. ped. longus, qui Heidelbergæ in menſa Phil. E. Pal. conſumptus eſt, in lacu collocatus fuerat ſub Frid. II. an. 1230. & in eo 267. annos ſervatus, ut hiſtoria in arce picta probat, multas nigras habuit lineas, annulus æneus deauratus cum catenulis & inſculptis Græcis literis Heidelbergæ olim aſſervatus fuit, cui inſcriptum Græcè noſtro ſermone: Ich bin der Fiſch ſo am allererſten in den See kommen iſt durch des andern Hand / den 5. Weinmonat im Jahr 1230. Palatinus ex Privilegio generali an. 1405. hunc locum uti pignus ſibi vindicavit, licet Münſt. hanc & alias urbes an. 1402. ab Imper. Palatino pignoratas pro centum mill. flor. contendat, dicitur tempore Frider. II. in arce quotidie lectus paratus, qui nemine etiam eo utente veſperi conturbatus erat, quem tamen Spigelius lectum fictitium vocat an. 1621. præfectura & Civitas à Spinola occupata eſt cumque præſidium ipſi ejicere tentarent, viribus inferiores capitaliter & pecuniariter puniti ſunt, qui locus ut & Creutzernach / Zimmeren / ad Ludovicum Philippum ſpectabant, qui culpæ Frider. Elect. Palatin. non erat conſors, adeoque à Cæſare reſcripta ad diverſos Principes pro reſtitutione ut & ad Sereniſſ. infantem Bruxellis, quidem obtinuit, ſed in vanum. Natus hic Heidelbergæ an. 1602 ſub cura Electoris Palatini minor, cum eo Pragam conceſſerat an. 1620. ad E. Brand. ſe receperant, jam autem IV. ann. exularat, donec Rex Sueciæ Guſtavus Adolphus in has partes devenit, & El. Pal. 26. Nov. an. 1632. à rege Franckenthalio decedens Moguntiam profectus, 19. Octob. mortuus eſt, fratri Ludov. Philippo curatela ſuorum liberorum commiſſa, quem Rex Sueciæ anno 1632. reſtituit, & decretum Immiſſionale ſpeciale per Cancell. Regni Ochſenſtern emanavit.

Principatus Zimmeren/civitas primaria eſt 10
Zimmeren/ inde cum arce dicta à flumine Zimera, quæ der Guldenbach vocatur propter arenam auream in eadem, alii autem à Cimbris derivant. Sita eſt in tergo Hunnorum, primo oppignorata Ruperto Palatino dein Cæſari pro 6000. fl. deinde ab eodem empta juxta Münſt. poſt mortem ejus filius potitus, à quo linea Palatina Simeren deſcendit, quorum conjecturam adjuvat, quod ſicut Norwegiæ Regni, ex quo Cimbri venere, inſignia ſunt Leo cum haſta, ita & hujus principatus, ea tantùm differentia, quod Regni Leo in campo ſit rubro hujus principatus in flavo, Münſt. in *Coſm. lib.* 3. Zimbern. *pag.* 722. Hic ad arcem Stromberg, zu Wendesheim/ noviſſimè inventa eſt antiquiſſima ſtructura ſub terra, quæ ut ex nummis in ea, inventis, tempore Philippi Arabis & Gallieni quorum ille an. Chriſti 245. hic autem an. 261. imperare cœpit) cuſis ultra 1300. annis ſtetit.

Neoburgicus Principatus nomen habet à 11
civitate tribus milliaribus ſuper Ingelſtad, ad Danubium, ita d. ad differentiam caſtri Altenburg, cujus rudera adhuc extant. Carol. M. tempore hic Epiſc. Manno fuiſſe legitur Taſſilone Bojorum

Duce

Digitized by Google

Duce anno 770. *Hund. in Metrop. tom. 2. fol.* 524. Translatus poſtea Epiſcopatus Auguſtam & S. Ulrico donatus, ſucceſſu temporis locus hic ad Bavaros devenit. Maximilianus Cæſar an. 1505. Palatinatui incorporavit & civitas Ducatus hujus facta eſt caput, Münſterus feudum promiſcuum eſſe dicit, *lib.* 5. *c.* 324. Otto Henricus Palatinus tempore Carol. V. arcem reſidentiam reædificavit, Wolfgang. Guilel. civitatem munivit, cui præeſt modo Sereniſſ. Princeps Philip. Guilelm. qui Coloniæ mortua priore conjuge Anna Catharina Conſtantia ex regia Polon. familia nata, jam duxit Landgravii Haſſo-Darmſtadini filiam. Hic Henricus II. & uxor Cunegundis Palatina anno 1007. Monaſterium S. Benedicti fundavit vel reſtauravit. Ultima Abbatiſſa fuit Magdalena ex Hundiorum familia mortua Anno 1555. & hic ſepulta deinde reliquis alimenta data aliis non ſurrogatis. Poſtquam autem Wolfg. Guilelm. Palat. patre ſuo defuncto religionem aſſumpſit Catholicam, ex d. Monaſterio arci vicino collegium fecit; & anno 1618. P P. Societatis introduxit. Sæpius urbs anno 1632. & 1633. à Suecis & Bavaris occupata fuit. Poſt hanc præcipua urbs eſt Laugingen antiquiſſima, quam Frider. IV. Abbati Fuldenſi anno 1458. dono dedit, qui eam mox Duci Bavariæ pro dono nuptiali obtulit hoc pacto, ne cives ultra 300. fl. in ſteura præſtarent. In hac natus eſt Alb. M. ex nobili familia de Bolſtad., cujus memoria ibi eſt in veneratione. Extat hic pictura equi longi 15. pedes, Antiqua Palat. ſepultura, quam nunc Neoburgici habent. Pons & ſupra Danubium, qui per partes adveniente naves elevari poteſt. Anno 1656. inter Neoburgicum, & Palatinum Sultzbach. Comites per pactum Sultzbach, octavam partem Principatus pro appenagio accepit, ipſe tamen totum onus in contributio-
12 ne adhuc ſuſtinet; Eſt autem Sultzbach ſuperioris Palatinatus Civitas cum arce, ſeu Palatio Ducali uno miliari ab Amberga, 7. Norimb. & 9. Ratisbona, diſtans & ibi eſt reſidentia Chriſtiani Auguſti Comitis Palatini Rheni, qui natus anno 1622. 16. Julii, contraxit matrimonium anno 1649. cum Amalia Naſſovii filia & fecit profeſſionem fidei Neoburgi Anno 1656. 10. Januarii.

Bipontinus Comitatus olim, nunc Ducatus
13 Cæſari Ruperto Palatino à comitibus venditus fuit 25. mill. flor. ubi reſidentiam conſtituit ſuo filio Stephano anno 1411. adjacet Alſatiæ & Palatinatui, & cum ſua conjuge Anna Comitis Frid. de Veldentz filia unica, Veldentz & partem Spanheim obtinuit. Reſervatus quidem fuit in d. contractu emptionis venditoribus comitibus titulus Zweybrück/ ſed an. 1570. extincta eorum familia ceſſavit. Nomen creditur habere ab aqua duobus pontibus aliquando ſtrata, wie Sarbruck und Inspruck/ unde Bipontini Duces vel gemini pontis vocantur, Stephanus II. reliquit filios Frider. & Ludov. nigrum. Frider. ſenior partem comitatus Sponheim & alia, quæ erant oppignorata, fratri ſuo Ludovico nigro ceſſit, qui cœpit regnare An. 1514. mortuus An. 1532. bello contra Fridericum I. Elect. ea perdidit & per hoc ad Palatinatum venit. Hic Ludovicus An. 1489. reliquit filium Alexand. Ducem Bipont. & hic Duce Ludovic. & Rupertus mort. an. 1544 ab illo Palat. Neob. Bipont. & Birckenfeldenſes, ab hoc Palatini de Lutzenſtein & Lautereck deſcendunt. *Merian.* Is Rupertus Wenceslao Imperio dejecto, electus 13. Cal. Sept. Ann. 1406. non eſt dictus parvus, ut vult Cuſpin. ſed Herzog Klem/ id eſt rigoroſus: nam Klemmen/ Primere ſignificat, quod hoſtes reip. preſſerit.

Palatinatus Veldentz, Arx cum urbe inter 14
Birckfeld, Berencaſtel & Trarbach ad Moſellam Anno 930. Philippus Comes de Veldentz aulæ Magiſter fuit Cæſaris Henrici I. Ultimus ex Comitibus Fridericus fuit, cujus unica filia Anna nupſit Stephano Ruperti Cæſ. filio, & hac occaſione venit ad Palat. & Bipontinos, *V. Münſt. lib.* 3. *Coſm. p.* 763.

Saxo Altenburg vel Oldenburg, Nomen 15
habet ab antiquitate caſtri. Hic Otto I. Imper. Epiſcopatum fundavit Anno 952. Quem Henricus Leo Anno 1163. Lubecam tranſtulit. Hic Wandali Anno 1022. Sexaginta Sacerdotibus manibus poſt terga revinctis, cute capitis per modum crucis diſſolutâ, eam poſt aures detraxerunt, & ſic per totam ditionem duxerunt, donec obierunt.

Ab aliquot annis inter Lineam Sax. Alten- 16
burg. & Vinar. ratione præcedentiæ orta eſt quæſtio hac occaſione: Joann. Frater Frider. Guilelm. mortuus Anno 1605. octo reliquit filios, ex iis natum majorem Joann. Erneſtum genitum Anno 1594. 21. Februar. d. autem Guilelmus mortuus

Anno

Anno 1602. 4. habuit filios quorum major erat Jo. Phil. natus Anno 1597. 25. Jan poſt fata utriuſque fratris Philippus Junior, qui ætate, ſed à fratre ſeniore natus Jo.Erneſto ſeniore ætate,ſed à fratre Juniori genito, præcedentiæ quæſt. movit, quam licèt Rudolph. Anno 1607. pro Altenburg. terminavit, Vinarienſes tamen ſententiam variis argumentis impugnarunt, quam jam pridem ſopitam in forum revocare non decet, *V. Spreng. prat. pag.* 241. Vinarienſium fundamenta hæc ſunt, quòd æquales ſint gradu, inter quos Senior præcedit., & quòd in ſucceſſione diviſionem reſpuente ſemper Senior præfertur. Ita practicatum in ſucceſſione Portugaliæ cum Philippo. Ita ordinatum à Ludov. IV. inter Domum Bavar. & Palat. Ita adhuc ſervatur in domo Elect. Saxon. in Anhaltina & Brandeburg, Altenburgenſium fundamentum eſt: quòd Senioritate & minori ætate attentâ jus patrisSenioris in filium tranſeat ex A. B. *t.* 27. *Engelb. de Iure primog.*

17 Ad Saxonem Coburgenſem quod attinet, Licèt Civitas Coburg. cum appertinentiis ſub circulo ſuperioris Saxoniæ contineatur, tamen in Franconia ſita, eſt ex antiquiſſimis ejus Urbibus, cujus meminit Ptolomæus, qui vixit Anno Chriſti 147. In hac Urbe frequenter Lutherus ſcripſit, & ſubſignavit Datum Gruboc, quod verſo ordine eſtCoburg.ubi Anno 1525. religioneCatholicâ proſcripta Lutherana doceri cœpit, Reſidentia Principis Anno 1547. à Duce Sax. Joanne Erneſto extructa Cancellaria Ann. 1597. à Jo.Caſim. Duce Sax & Anno 1602. Collegium cœptum. An. 1604. 3. Julii ſolenniter perfectum & Gymnaſium Caſimirianum nominatum eſt, ubi omnes Facultates docentur, idem Caſimirus Anno 1633. 16.Julii ſine liberis obiit, & fratrem Jo. Erneſtum zu Eyſenach bonorum Coburgenſium reliquit heredem, qui etiam poſteà ſine liberis deceſſit; & hic bona ad Altenburgenſes, Wimarienſes, & E. Sax. pervenere.

18 SaxonisEiſenachenſisFamliæ cum aliis connexæ, & cum iiſdem ortæ antiquitas & dignitas ex præcedentibus & ſequentibus colligi poteſt.

19 Saxonis Culmbacenſis Principat. ſitus eſt ad album Mænum, non procul à Fiechtelberg / & in vicina concurrit ruber Mænus, unde unum fit flumen. Reſidentia eſt Arx Plaſſenburg/cujus dominium Anno 1336. cum pertinentiis comparatum pro 7000. Pfund Heller/ und iſt ein Pfund/ Neun Heller ad 4. gl. ad 8. mahl 30. Heller/ Ann. 1430. Huſſitæ Catholicos Presbyteros & moniales maximè infeſtârunt. Anno 1632. 21. Sept. Dux Fridlandiæ nomine Cæſ. deditionem petiit, ſed non obtinuit.

Onolsbacenſ.Onsbac.velAnſpachenſisPrincipatus. Civitas & arx diſtat. 5. mill. Nurenberga, quæ Jo. & Alb. Burggravii Norinb. à comite Ottingano pro 23.mill. Pfund Heller emerunt: nomen habet ab aqua vicina Onolſpach. S. Gumbertus hîc Eccleſiam extruxit, vel cappellam potius à Carolo M. circa Ann. Chriſti 800. cùm Altmül in Danubium derivare vellet, & navigabilem reddere, actum, qui S. Gumb. Anno 1195. 15. Julii Canonizatus fuit, & fuerunt hic ſemper 19. Canonici, donec Anno 1554. religionis mutatio facta Anno 1594. in feſt. Sim. & Judæ inter 10. 11. & 12. tres Soles & tres Irides apparuêre ferè uſque ad horam primam. An. 1634. civitas expilata fuit. 20

Circa Brunſwig. Wolffenbûtel. Grubenhag. Calenberg. Luneburg ſciendum quòd Brunſvvicenſis Ducatus olim diviſus fuit in 3. diſtrictus, hiſce temporibus, in Duas lineas, I. Auguſti Ducis Brunſw. & Luneb. in Wolffenbûtel, qui natus Anno 1579. 10. April. tres reliquit filios Rudolphum Auguſt. Anno 1628. 16. Maij. natum II. Anton. Ulricum natum Anno 1633. 4. Octob. & 3. Ferdinand. Alb. Anno 1636. 22. Maii. in lucem editum, & Senior Anno 1651. cum comitiſſa de Barbii matrimonio junctus eſt. Altera Calenbergica Chriſtiani Ludovici Ducis Brunſw. & Luneb. ex Frideric. Duce qui natus eſt, Ann. 1622. 25. Febr. Anno 1648. homagium præſtitum eſt. Brunſwica, quæ Brunonis vicus, (quia ejus auctor Bruno fuit, Cæſaris Henrici I. patruus Anno 878.) primò comitatus fuit, quam Frideric. Cæſar in Principatum evexit Anno 1283. qui in prælio Normannico occubuit. Luneburgum autem nomen ſortitur à Luna, quam in monte hic Gentiles coluêre, à ſalis proventu celebris, qui ibi cognitur, & Hamburgum ac Lubecam transferri ſolet. Inter Duces & Urbem adhuc lis eſt indeciſa, quæ 21

Digitized by Google

non penna tantùm ſed etiam bipenni diſceptata fuit, *de qua Limn. libr. 5. caput. 6. numero 6. & libr. 7. tom. 3. capit. 9. & recenter armis dirempta eſt.*

22 De Duce Juliæ, Mont. Cliviæ nota Quòd Principalis Civitas Juliacum cum à Cajo Iulio Cæſare vel Iulia Agripp. Cæſ. Claudi conjuge nominata, caſtro munita, ad jactum Lapidis à Rura aqua diſtat, olim comitatus à Cæſ. Ludovico anno 1329. in Margraviatum, & à Carol. IV. Metis in Comit. habitis in Ducatum converſus eſt, in caſtri exſtructione 30. anni inſumpti. Vicina Montenſis ditio tempore Henrici aucupis cœpit, ſub quo ex duobus fratribus Imper. chari ex ejus permiſſu Senior arcem condidit juxta Arnſpergam; Alter vero caſtrum Altenberg. quod jam converſum eſt in celeberrimum Monaſterium Bernard. Cum hæ ditiones florerent & excreſcerent, Imper. ex ditione Everhardi fecit Comitatum Imperii Bergenſem, Adolphum autem fecit Comitem de Altena, Everhardus poſtea factus Monachus extructo Monaſterio, ubi factus eſt Abbas. Civitas principalis eſt, Düſſeldorpium ad Rhenum, ubi Princeps aulam habet. Regio aliàs eſt montoſa, per medium fluit die Wupper/ & in Rhenum influit. Ex hac ultra Ruram tranſitus fit in comitatum Marchenſem, qui inter Lippam & Ruram ſitus eſt. Sicut Iuliæ & Montium diſtrictus, ita Cl. in Ducatum converſus eſt A. 1480. Civitas principalis eſt Clivia à Clivis, vel collibus dicta, à Cajo Iul. Cæſ. initium habuiſſe dicitur, in aula arcis ſtatua fuit cũ ſuperſcriptione, Eumenius Rhetor, qui ex ordinatione Cæſaris Conſtantii hîc Scholam aperuiſſe creditur, licèt aliud cenſuerit Lipſ. *in ann. ad Tacit. l. 3. fol.* 71. infra Rhenus ſe dividit, & diſtat 3. mill. Neomago, duobus Arnhemio, non procul abeſt Schenckenſchantz, & traditur quòd tempore Imper. Iuſtin. anno 711. in ditione Clivenſi unica filia Beatrix ad quam ſpectabat arx, Neomagum & loca vicina ædificàrit caſtrum Cleve, quæ matrimonium contraxit, cum quodam Ælio ex familia eorum à quibus lex Ælia Sentia orta, qui navicula quam Cygnus aurea catena collo vinctus trahebat Rheno progreſſus connubium ejus petiit & obtinuit anno 732. mortua, Imper. Theodorum poſſeſſorem Comitem creavit, ann. 1477. comitatus effectus eſt in Ducatum Conſtantiæ, an. 1454. Suſatum Urbs ab Archi-Epiſcopatu Colon. ad domum Clivenſem devenit, coaluerunt poſterioribus temporibus Jul. Cliv. & Berg. Ducatus, Comitatus Marcæ & Radensburgi atque dominatus Ravenſtein, & eum iis Ducatus Geldriæ, (qui tamen à prioribus poſteà avulſus eſt.) Morte Joann. Wilhelmi, harum ditionum poſſeſſ. & ultimi domini ann. 1609. 25. Maij. ſine liberis variis contentionibus cauſa data fuit. Occaſio hæc fuit: Poſtquam Dux Cliv. & Mont. Io. anno 1480. filium ſuum Ioannem matrimonio junxiſſet Mariæ unicæ filiæ, Ducis Juliæ hi Ducatus uniti fuerunt, ex quo matrimonio genitus fuit

Wilhelm. Dux Juliæ, Cl. Mont. &c. qui 4. habuit filias & unum filium, Obiit Anno 1605.	Sibilla Soror nupta Frideric, Duci Sax.

1.	2.	3.	4.	5.
Eleonora nupſit Jo: Sigiſm: March. Brandeb.	Anna nupſit Ludovico Neoburgico.	Magdalen. Bipontino.	Sibylla Carolo Marchioni Burgraviæ.	Jo. Wilhelm Jul. Cl. Mont. Dux mortuus ſine liberis.

Singulæ filiæ à Joan: Filio & fratre ſuo ſucceſſore accepêre 200000. flor. dein eſt mortuus Joan. ſine liberis.

Ex Secunda.

Filia primogen: nupſit Joan: Sigiſmundo. Elect: Brandeb: Mortua ante fratrem.	Filius Wolfg Wilhelm: Neob.	Saxo quoque & Comites de March, cum aliis prætendunt.
Ex hac Georg: Wilhelm: E. Brandeb:	Ex hoc, Philipp. Wilhelm: Neob. *V. Spreng. prat. illuſt. pag. mihi* 196.	

Obtinue-

Digitized by Google

Obtinuerat Wilh. Dux à Carolo V. datis literis Comitiis Ratisbon. Anno 1546. 19. Julii, quod linea maſculina ſua deficiente fœminæ ſuccederent: Saxoniæ autem Dux à Frid. III. expectantiam habebat. Ab An. 1483. die 26. Junii ad primum Feudum Imper. vocaturum, & ſic in omnes à Wilhelmo ejuſque filio relictas ditiones prætendit, tum etiam quod Sibyll. Wilhelm. ſoror Friderico Saxoni nupſerat, qui etiam à Rudolph. II. anno 1610. ſalvo Jure intereſſentium inveſtitus eſt. De qua controverſia, V. *Lim. de J. publ. l. 5. cap. 10. p. 244. numer. 7. & ad Capit. Carol. V. a. 30. p. 320.* I. Inter prætendentes aliqui totum, alii partem petebant: Partem duo Comites Marcenſes, qui Comit. Marcenſem ambiebat. II. Item Carolus Gonzaga Dux Nivernenſis ducatum Clivenſem literis datis ad ſtatus Juliæ Anno 1609. 9. Maij. tanquam unicus heres ex domo Clivenſi, erat enim deſcendens ab Engelbero, quem genuit Joan. I. Dux Cliviæ, cujus filius fuit Carolus, hic Franciſcum, hic Henricum, unde Carolus Gonzaga prodiit. III. Brandeburgiens ſe fundabat in Jure primogenituræ, Item unione, & pactis dotalibus. IV. Secunda ſoror ſe tum temporis, cùm moreretur, Joann. Wilhel. ſeniorem fuiſſe, & ſororem Brandeburgico junctam ante fratrem Jo. Wilhelm. deceſſiſſe, itaq; ſe illi gradu propinquiorem præferendum illi. V. Tertio & quarto genitæ ſorores, ditiones has ex æquo inter ſorores dividendas ajebant, quæ contentiones, cum perdurarent, domus Brand. & Neob poſſeſſ. occupârunt per Mauritium Principem Auraniæ Anno 1610. ſed Juliacum Imp. miſſo Leopoldo Archi-Duc. ſequeſtrandum duxit, & anno 1622. hæc urbs per Comit. Henricum de Berg. occupata, ac per Hiſpanos militari manu retenta eſt, & Anno 1642. cum confœd. Galli & Wimar. in Ducatu eſſent, Don Gabriel de la Torre Gubernator urbis & Arcis Juliaci eam multis modis fortificavit, ſubmiſſa ei pecunia & in arte peritis fabris per Don. de Melo. Plures in hoc caſu feudali concurrunt inter feudiſtas, & JCtos controverſæ quæſtiones. I. An deficiente linea maſculina etiam in filiabus jus primogenituræ locum habeat, de qua *Tiraq. de Jure primog. q. 11. numer. 18.* II. An maſculus ex 2. genita filia primogenitæ ſuæ materteræ præferendus idem *p.* 487. III. Et multo magis an idem materteræ primogenitæ præmortuæ ejus filiæ ſit anteponendus. *Idem Tiraq. q. 12. numer. 12. pagin. 489. & quæſtio 13. numero 1. & 5.* IV. An neptis ex primogenita nepotem ex ſecundogenita excludat; *Tiraq. q. 14. & 40.* Controverſiæ hujus deciſio viæ Juris relinquitur noviſſimo Inſt. Pacificat, *de qua V. Lucii Veronenſis diſſert. Anno 646. editam ad Pretenſ. illuſt. Sperenger. p. 195.* Interim noviſſimè Civitas & arx Juliacum per Hiſpanos Neoburgico evacuata eſt. Pertinet ad Duces Juliæ Embrica, quàm cùm Rudolphus Imper. ann. 1600. à confœderatis Belgis reſtitui poſtularet, placuit ſub iſta conditione, ut Hiſpani ſimpliciter Epiſc. Col. Rheinberg cederent: Sic Belgæ Embricam reliquerunt, Hiſpani verò non ſolùm Berga cedere recuſârunt, ſed etiam inferiorem Weſtphaliam occupârunt, ideò rurſus Belgæ An. 1614. Embricam & Reeſam recuperârunt, quæ in hunc diem ſub eorum ditione manent. Noveſium quoque hujus ditionis fuiſſe Anno 889. tradit Munſt. *pag.* 623. prout in multis Noveſienſes Jul. & vicinorum conſuetudines ſervant, quæ hodie eſt Urbs Archi-Epiſcop. Colonienſis. Duisburgum quoq; Francorum antiqua Civitas hodie his Ducibus paret, licèt hac de re lis ſit in Camera, *Lym. tom. 1. l. 7. cap. 4.*

Pomerania cùm ſuſcepta fide Chriſtiana ſimul Imperio juncta fuit, ad converſionem multum laborârunt Ottones Imper. In ea eſt Inſula Ruga, quæ 7. miliaria in long. latitudine continet, in ea nec lupi ſunt nec mures, olim ſpecialis fuit Ducatus; Pleræque Civitates Pom. ad mare ſitæ ſunt, & Stetinum ad Oderam. Dividitur in Pom. Citeriorem, vulgò Vor-Pomern/ & ulteriorem Hinder Pomern/ cùm autem noviſſimè Sereniſſ. Regina Sueciæ poſtularet, ut ſibi pro locorum bello occupatorum reſtitutione ſatisfieret, quo paci publicæ in Imper. reſtaurandæ proſpiceretur, Cæſ. Maj. cum conſenſu Elect. Princ. & Statuum Imperii, & maximè intereſſatorum pleno jure in perpetuum & immediatum Imp. Feudum Reginæ & ſucceſſoribus Regibus Regnoque Sueciæ conceſſit totam Pom. Citeriorem cum Inſula Rugia, & ſimul Stetinum, Sach. Dam, &c. cum interlabente Oderâ & mari, uſque ad mare Balthicum, *juxta art. pacis German. Suedica. art. porro,* 23

Digitized by Google

ratio ;. ſed Licenten. ſunt odioſa, & ſtrictam interpretationem recipiunt, cùm inducant ſervitutem, *c. ſervitutem* 18. *quæſt.* 2. Intentio verò Electoris pro libertate ſtat, & eſt hic differentia, quod Vor-Pommeren Schweden zugneiguet / *non* Hinder-Pommeren. VII. Non eſt veriſimile, daß Ihr. Churfürſtl. Durchl. in ſolche Dienſtbarkeit vou Ihr. Majeſtät geſetzet ſeye. VIII. Prout nec per verba Generalia Jus telonii inducitur. IX. Imò omnia vectigalia abolenda, exigit §. *ad hoc.* Hæc & plura alia in utramque partem allegata amicabili compoſitione transacta videntur.

24 Haſſia verſus occidentem Rhenum, orientem verſus Thuringiam & Saxonicam, verſus meridiem Brunſwigam & Weſtphaliam contingit, ubi Marpurgum civitas vel à Marte ejusve Idolo, vel à Marcomiro Franco dicta, à qua non procul abeſt urbs Francorum mons dicta, à Carol. Magn. Cæſere exſtructa, adjacet Rinckhau / quæ eſt Moguntini Juris, ubi ſeptentrionem verſus mons eſt, in quo ſol meridionalis vinum bene coquit, unde hoc præſtantiſſimnm cenſetur in Rudesheim ferè è regione Bingæ.

Haſſia hodie in Caſſelanam & Darmſtattinam dividitur, à vetuſtiſſimis Brabantiæ Ducibus originem trahens *Lym. l.* 5. *c.* 8. qui ab Abb. Fuld. inveſtri ſolent, ſicut autem hodie Marpurgum civitas Principalis in ſuperiore, ita in inferiore Caſſel eſt, ubi & aula, quàm Fulda navigabilis alluit & perfluit, qui fluvius Ann. 1342 etiam ad Summum altare der Neuſtätter / aſcendit, & Anno 1643. ita excrevit, ut Principes per feneſtram liberari debuerint, ovium hîc eſt copia, ut in proverbium abierit, tot optari ſalutes, quot ſunt oves in Haſſia, unde etiam Angli hîc lanam emunt. Non procul Caſſellis Anno 1609. fons natus eſt juxta Northauſſen / pro ſanandis variis infirmitatibus conducens. Olim Landgravia Comitatus fuit ſub Thuringia, ſed filia aſcendit ſuper matrem, & comitatus converſus eſt in Landgraviatum. Hic Caſſelis Monaſteria in Collegium Adelphicum converſa ſunt, ubi præter artes liberales & linguas varia nobilia exercitia docentur, Anno 1537. 21. Septemb. obiit Landgrav. Wilhelm. relicta Æmilia Eliſabetha vidua, quæ bellum unà cum confœderatis contra Cæſarem uſque ad Pacificationem Anno 1648. factam continuavit, ubi præter Abb. Hirsfeld. & alia obtinuit ſatisfactionis loco 600000, Reichs-Thl. *ex Inſt. pac. Suec. art.* 15. Pro cujus Summæ exſolutione Diœceſis tota Colonienſis 136012. Imp. 68. fr. 6. pf. præſtitit.

Ad quam quantitatem contribuerunt. 25

Weſtphalia & Vechta ut vocant.

adeoque	54405	11	10
Reliquam Rhenana Colon. Provincia.	81607	56	8
Summa	136012	68	6
Ducatus Juliæ	57610	16	3
Montenſis	46088	13	6
Inferiora quædam Dominia Juliæ	6913	7	7
Eiflias Comites	5383	---	---
Summa	252006		
Weſterwald. Mit-Contribuenten	4141	---	---
	256147	---	---
Epiſcop. Monaſteriew.	211920	2	5
Paderborn.	27653	2	---
Monaſt. Scheid.	120	27	6
Comitatus & Civitas Ritberg	2016	10	4
Dominium Roed	288	5	8
Rechenberg Ambt	2304	13	3
Marckiſche Oerter / als Cloſter und Städt mit dem Gericht /	1682	6	5
Recklinghaußen	1613	2	3
Comitatus Lennep.	230	12	2
Comitat Tremonienſis	276	15	2
Comites de Hohen-Limburg	285	---	4
Eſſen cum Civitate cum annexis	4888	14	6
Fulda Stifft	1180	4	---
Comitat. Waldeck.	2880	7	3
Weſterwaldiſche & Wetteraviæ Comites.	11908	3	3

Digitized by Google

Oſt-Frießland	5710	16	9
Stat Frißlar Ambt und Stadt Pinnenburg /	1209	23	---
Stadt Corvey und Stadt Höchſter	2304	11	4

Summa Satisfactionis
Haſſicæ 600000. Rthl.

qui prædicti omnes 1. Martij Anno 1648. in Haſſica contributione fuerant; Reliqui tamen ſeptem Circuli ſequenti modo concurrerunt, qui per hoc in ſatisfactione Suevia fuerunt relevati.

Circulus ſuperior Rhenanus ad 4. menſes Romanos ſolvit.

adeoque	26328	---	---
Inferior Weſtphalicus Circulus	14179	44	---
Suevicus	38106	---	---
Inferior Saxonicus	16616	---	---
Electoral. Rhenanus	10046	---	---
Superior Saxonicus	23680	---	---
Franconicus	23116	---	---
Summa	162071	44	---
Die freye Ritter-Schafft addidit	20000	---	---
Sa. Summar. Subſ.	1282071	44	---

quia pag. præced. Comitum Eifliæ mentio fuit qui ad quotam Haſſicam contribuerunt 5383. inter eos ſequens facta eſt contributio

	Rthlr.	kr.	pf.
Schleiden	403	3	8
Gerolſtein	230	8	8
Kerpen	403	3	8
Arburg	230	11	8
Comeren	184	9	11
Blanckenheim	576	15	---
Saffenburg	345	18	4
Virnenburg	576	15	---
Dollendorff in der Eiffel	92	4	---
Landskron	345	18	4
Breißich	345	18	4
Cloſterloh	345	18	4
Königsfeld	57	17	---
Baſſenheim	345	18	4
Wenningen	345	18	4
Schmitzheim	69	3	11
Olbruck	345	18	4
Saffig	106	15	6

Summa 5383 Rthlr.

Item quia Comites Weſterwaldici, & Wetteraviæ ſolverunt in Haſſica quota 11908. 3. 3. ſequens facta fuit repartitio particularis

	Rthl.	kr.	pf.
Naſſau Dillenburg	902	3	4
Witgenſtein	144	9	10
Naſſau Siegen	890	3	6
Woldenburg Hatzfeld	108	7	10
Erodorff und Fiſchbach	60	3	10
Altz Kirchen	144	9	10
Hachenberg	216	21	9
Wied zu Runckel	90	6	—
Widdendorff	72	3	11
Graff Holtzapffel	451	1	3
Naſſau Dietz	471	19	6
Weſterburg	90	6	—

Henrico Landgravio Haſſiæ oblatus fuiſſe legitur puer à lupo in antrum tractus, in eoque triennio educatus, quadrupes incedens à ruſticis inventus, qui ſibi gratiorem luporum, quam hominum uſum eſſe dixit, poſtquam ſermone uti didicit. *Majol. tom. 1. coll. 7. pag. 192.*

Occaſione præcedentium hoc annectendum, quod ex d. Inſtrumento pro ſatisfactione Suecica placitum ſit ut ſequitur.

Des gantzen Ertz-Stiffts Cölln conting.			
Erſtlich in den 3. Mill.	19175	—	—
in der vierten Mill.	25000	—	—

Summa 44175 Rthlr.

Die Reichs-Städte in den 7. Craiſſen seynd 26
in dreyfünfftheil der 5. Millionen Schwediſ. Satisfaction ſchuldig.

	baar fl.	Aſſignation
Nürnberg	78322	38377
Rotenburg	14725	14725
Wintzheim	———	13020
Schweinfurth	———	11070

Weiſſen-

Digitized by Google

Weiſſenburg	------	7750
Augſpurg	34875	34875
Kauffbeuren	6200	6200
Ulm	69750	------
Memmingen	9610	9610
Kempten	------	12090
Biberach	7595	7595
Jßenach	3100	3100
Leukirchen	1550	1500
Wantzen	3100	3100
Lindau	7595	7595
Regenſpurg	7595	7595
Bucheim	775	775
Uberlingen	12090	12090
Pfullendorff	4030	4030
Reutlingen	7285	7285
Eßlingen	7750	7750
Gemünd	6820	6820
Weyl	2325	2325
Heylbrunn	8060	8060
Wimpffen	3100	3100
Schwäbiſch Hall	11366	11366
Dunckelſpiel	------	16120
Pfeffingen	930	930
Reningen	------	4650
Ahlen	------	4650
Nordlingen	10075	10075
Buchau	------	620
Offenburg	4650	4650
Geugenbach	2325	2325
Hall	1555	1555
Rotweil	10850	10850
Käyſersbach	3255	3255
Furchhelm	775	775
Münſter	1860	1860
Ober Eißenhelm	3100	3100
Colmar	7756	5264
Straßburg	69750	------
Roßheim	930	930
Schlettſtatt	3412	7798
Hagenau	7449	7449
Weiſſenburg	4340	4340
Landau	3720	3720
Speyer	7742	7742
Wormbs	7742	7742
Franckfurth	62000	------
Fridberg	1860	1860
Wetzlar	1240	1250
Cölln	85250	------
Aachen	15819	------
Dormund	6862	------
Hervord	930	930
Lübeck	37300	------
Bremen	24800	------
Hamburg	55800	------
Goßlar	4650	------
Mühlhauſen	6200	------
Nordhauſen	3100	3100
Summa	755631	365578

Sa. Summarum; 1121209 Rthlr. 70. fr.

Dein An. 1651. 1. Julii mane evacuatio Civitatis Noveſienſis ab Haſſis facta eſt.

27 In Illuſtriſſima hac Haſſica familia vigore fraternitatis conſtitutum, quod dos filiarum juſta ſit 24000. fl. Rhen. & ſi nullis relictis maſculis una ſolum ſuperſit filia dos melioratur per 4000. fl. Beſold. adauct V. Heyrats, Gut.

28 Haſſiæ Superioris Principalis civitas eſt Darmſtatt, quam Anno 1622. Comes de Mansfeldt & Frideric. Elector Palatin. ex improviſo invaſêre, & Landgravium etiam Ludov. Juniorem una cùm 2. filiis captivos abduxerunt, quod factum Rex Ang. Jacobus VI. Electoris Socer, tanquam factum minus laudabile de dat. 17. Junii 1622. reprobavit controverſiæ autem inter domus Haſſiacas Caſſellanam & Darmſtatt. ſuper Succeſſione Marpurg. Saxon. Ducis 14. Ap. agitatæ interventu Erneſti an. 1647. accedente partis utriusq; conſenſu compoſitæ ſunt, quæ compoſitio in inſtrumento pacis roborata eſt, *de artic. 15. §. quod controverſias*, & hic Darmſtadii vel Marpurgi vel Gieſenæ Princeps aulam & reſidentiam habet. Gieſen, 6. milliar. Francofurto & 3. Marpurgo diſtat, ita dicta, quia cùm olim Pagus in valle ſitus eſſet aquarum multitudo eo ſeſe effundit. Hæc Anno 1530. à Landgravio Philippo valle & foveis cincta, cum autem d. Landgrav. Anno 1574. à Carol. V. captus eſſet, arx mandato Cæſaris per Comites de Solms deſtructa, Anno 1560. autem reædificata & quinquennio reperfecta fuit ibi, an. 1607. Land-

grav.

Digitized by Google

grav. Ludovic. Junior, authoritate Rudolph. Cæſar. Academiam erexit, ubi Anno 1625. ſtudia ſuſpenſa, & Marpurgum tranſlata ſunt. Hæc Martisburgum olim d. vel à Deo Marte vel à Marcomiro X. Francorum Rege. Hic S. Eliſabetha Landgrav. Haſſiæ, nata Regina Hungariæ ſedem habuit, ubi tantùm burgus erat, & pagus, arcem extruxit Otto Marggrav. Haſſiæ Anno 1195. ubi Corpus S. Eliſabethæ in choro parochiæ: dicta S. Eliſabetha fuit nata Anno 1207. Presburgi. Anno 1211. Landgravii Hermanni Thuringiæ & Haſſiæ filio Ludovico deſponſata,& Anno 14. ei juncta fuit; qui cum Anno 1227. ad terram S. iter ſuſcepiſſet, Febri in via mortuus, & corpus ex Italia Anno 1228. in Thuringiam reductum, Eliſabetha vero ab ejus cognatis bonis omnibus exuta, ut vix hoſpitio dignaretur, per ſuos cognatos Marpurgum ducta, in hoſpitali à ſe erecto pauperibus hoſpitaliter miniſtravit, Anno 1231. 19. Novembr. mortua,&à Gregor. IX. Papa Canonizata 1236. corpus ejus elevatum præſente Cæſare Frideric. II. qui ejus capiti Coronam auream pretii 450. aureorum impoſuit & per Clericos in capellam tranſlatum fuit, ubi Anno 1235. templum inchoatum, quod Anno 1283. 1. Maij perfectum fuit, in quâ Anno 1539. exercitium Catholicum abolitum, dominica Exaudi, & mandato Landgravii Caput & oſſa ex loco ſacro tranſlata, & in incognito loco ſepulta, Corona verò & ornatus Lancommendatori remiſſus eſt. Anno 1527. hîc Acad erecta, Anno 1531. à Carol. V. confirmata eſt, in conventu Prædicatorum eſt Auditorum Juriſtarum cum Pædagogio, apud Franciſcanos Colleg. Phil. & Medicum. Hic præter alios Jura docuêre Herm. Vult. Oldendorpius, Aretius & alii: Treutlerus, Forſterus, Sixtinus. Virgilius Hunnius, Beutherus, Gæddeus, Kirchnerus & alii Profeſſores, Anno 1605. ob religionem mutatam migrarunt, ſed Anno 1625. 3. Junii hoc revocati ſunt à Landgravio Ludov. Lineæ Darmſtattinæ. Quæ damnna tempore belli iſta loca ſenſerint longum foret enarrare. Fuit apud Principem Wilhelmum Landgravium puer mutus, & ſurdus, qui tamen, ſuam voluntatem, cogitationes & actiones nutu ſatis explicare poterat, cujus mater gravida cum eſſet, furti inſimulata, cum pro ſuæ defenſione ad imprecationes confugiſſet, & ſi rea ſit, velle, ut partus ſurdus & mutus fiat, id ei evenit, *Speydel. in verb.* **Fluch** *ad fin.* Anno 1661. 11. Januarii obiit Joannes Georgius Dux Darmſtattenſis, cui ſucceſſit filius Ludovicus natus Anno 1630.

Dux Megapolitanus **Meckelburg/Schwe-**
rin und Güſtrow/ à loco nomen habent, Mega- 29
polis Græcè, Latinè magna civitas dicitur. Et quia in magna civitate multùm vigebat mercatura, ad quam proxenetis & mediatoribus opus eſt, qui Germanicè **Unterkauffer/Mackeler** vocantur, ab horum copia urbem & loca vicina d. **Meckelburg.** In hac Rex Wandalorum olim ſedem habuit, aſſumpta autem religione & bello ſemel devicti, cùm nimiùm contributionibus onerentur, Ducem ſuum Gotſchalcum in propaganda religione ferventem Anno 1066. occiderunt, Epiſcopo ſuo Joanni manus & pedes amputârunt, & Idolo ſuo Radegaſto immolârunt, cui non tantùm carnes animalium, ſed etiam humanum ſanguinem litare ſolebant, donec Saxones Epiſcopi Duces cum Danis eos domuerunt, locum Germanis habitatoribus cumularunt. & deinde, regentes non quidem reges & Principes, ſed dominos appellârunt, Anno 1349. autem Carol. Imper. Albertum & Joannem Henrici Mechelburgici filios Principes & Duces Imperii creavit, à quo moderni Duces deſcendunt per duas lineas: I. Adolphi Friderici nati Anno 1489. qui in Schwerin aulam habet Auguſtanæ Confeſſion. addictus. II. Ejusdem Adolphi Ducis Joannis Albrechti mortui Anno 1636. 23. Aprilis qui in Guſtrovv. aulam habuit, unicus filius Guſtavus Adolphus Anno 1632. natus, qui Calviniſmum vulgò reformatam religionem dictam amplectus eſt, unde ratione religionis in utroque territorio lis orta.

Quamvis de hoc Ducatu Ferdin. II. Imper. Albrechtum Wallenſteinium inveſtierit, eique ſubditi homagium præſtiterint Anno 1628. menſe April. pro tota ſua familia non tantùm maſculis, ut propterea Adolph. Frideric. & Albrecht cum ſuis exularint, tamen 25. Junii Anno 1631. per Regem Sueciæ Schvveria civitate

tate armis arce tranſactione recuperatâ, reſtituti ſunt, & à Cæſare demum reſtitutionem impetrârunt; Ad Reſidentiam Svverin quod attinet, nomen habet ab aquâ vicina, & 12. mill. Roſtochio urbe diſtat Anno 1163. ab Henric. Leone, d. extructa & munita; quia autem Duci Suerinenſi D. Adolph. Frideric. in alienatione Civitatis portûſque Wiſmarienſis deceſſit, Regi Sueciæ pro ſatisfactione militiæ attributa, ipſi eiusque heredibus maſculis Epiſcopatus Suerinenſis & Ratzeburgenſis Jure perpetui & immediati feudi cum poteſtate extinguendi Canonicatus utrobique poſt deceſſum jam reſidentium Canonicorum, & reditus Ducali menſæ applicandi conceſſus eſt, ut eo nomine habeat ſeſſ. in conventibus Imper. & circuli inferioris Saxoniæ cum duplici Principis titulo & voto, *Inſt. pac. Rom. Sued. a. 12. pro eo verò.* Guſtrovv autem Civitas arx & reſidentia Principis 4. milliaria Roſtochio diſtat, ubi Guſtavi Adolphi aula, cui Anno 1631, reſtituta, eiquè 25. Junii rurſus homagium præſtitum & matribus quæ lactantes habebant pueros injunctum, ut eos adducerent, ex vino quod memoriæ & lætitiæ cauſa propinabatur bibituros, ejecta pecuniâ, ubi unâ parte imago Principis, ab altera Pelicani expreſſa erat, & principio Febr: 1623. auditus eſt puer in utero materno clamans, uti tempore pugnæ ad Nordlingen puer in utero materno ejulans, quia hic Dux Guſtrovienſis ante hac deſignatus fuerat adminiſtrator Ratzeburgenſis, quia tamen non minùs quàm Patruus reſtitutionem obtinuit, ei compenſationis nomine collati duo Canonicatus, unus in Cathed. Magdeburg. alter in Halberſtadenſi Eccleſia primum vacaturi, *Inſt. pac. Germ. Suec. d. a. 12. & quadam alia §. quod deinde. & §. pro majori verò.*

30 Ducum Würtenbergicorum ſtemma quidam derivant à Comitibus S. Montis, aliiâ Wuttingo Rege Francorum unde Wuttinberga quaſi Wuttingi mons dicitur. An legendum Würtenberg, vel Wittenberg dubitat Limn. *vol. 2. lib. 5. cap. 16.* Comitatus olim fuit à Cæſ. Maximil. Anno 1495. Comitiis Wormatienſibus in Ducatum evectus, Diploma exhibet Lim. *cap. 15.* Totus ejus diſtrictus eſt inſtar globi vel circuli. Urbes Principales ſunt Stutgardia ad Neccarum, à Rudolpho Badenſi Marggravio extructa Anno 1119. Anno 1285. muro cincta, ubi Dux aulam habet, Tubinga ad Neccarum in Briſgoia ubi Anno 1477. Academia erecta eſt. Illa Stutg: fere in medio Ducatu ſita, olim fuit villa ubi equæ dicti Stuten educabantur, unde adhuc inſigne equæ eſt, ubi Anno 1609. in nuptiis Principis 200. menſæ inſtruebantur. Tubingæ ſupra Neccarum pons eſt ubi Cæſar Caracalla aliquando habitâſſe dicitur, olim à Comite quodam poſſeſſa, qui ſub Tito Veſpaſiano in obſidione Hieroſ. fuit, ex quâ familia Ann. 419. vel 497. juxta alios civitas muris cincta à Comitibus de Tubingen nominata, Anno 1301. Wittenbergicis vendita pro 5857. flor. In hac Academia Cancellarius eſt ſupra Rectorem, quia ab hoc ad illum appellatur ſolutis 4. aureis. Item quia ſtatuto cautum quod Cancellarius propter authoritatem non poſſit creari Rector: ob peſtem aliquando Univerſitas translata & Anno 1594. & 95. promotiones in Herreberg. & Calaio habitæ ſunt, *V. Inſt. pacu Germ. Sued. de plenaria horum reſtitut. V. art. 4. §. domus Wirtenbergica.*

Hi Principes præter Civitates imperio immediatè ſubjectas in ſuo diſtrictu habent urbes 31 & oppida 63. Monaſteria plurima, pagos 238. Villas 225. Molendina 125. ex quibus Tubingam Anno Chriſti 497. conditam volunt; In hoc ducatu filiarum Principum dos eſt 20000. aureorum, & maxima Nobilium in Suevia dos quatuor florenorum millia non excedit, prout etiam lege Venetorum ultra 6, millia ducatorum dotis nomine patricio dare non licet, & ſi patricius plebeiam duxerit, duobus aureorum millibus dos determinata fuit. *Spreng. de mod. pag. 89. Beſold. ada. in verbo.* Henrats Gut; Hodie reſidet Dux Joan. Frideric. Würtenbergicus in Neuſtadt/ quæ eſt Civitas Sueviæ ad Cocheram amnem duobus milliaribus à Wimpfen/ſeſqui ab Hailbron diſtans, Horum Ducum liberos recenſet *Zeiller. in circ. p. 49.* Eorum majores fuerunt An. Chriſti 990. Barones de Beutelsbach/ Conradus I. Comes Würtenbergicus fuit, anno Chriſti 1410. Eberhardus Comes Dux Trecenſis per matrimonium factus eſt Comes Mumpelgardenſis; donec Anno 1495. Eberhardus Barbatus factus fuit Dux, & eſt Romani Imperii venator; dividitur in

tur in Linc. in Stutgardenſem 2. Mumpelgardenſem, ſo eine Gefürſtete Grafſchafft/ & 3. Julianam, Porrò, An Mompelgardenſis Comitatus, cum Würtenbergico unitus ſit vide remiſſive *Beſ. ada. verb.* Montbelgart.

32 Nunc ad March. Badenſem. Fridericus Marchionatum inferiorem Badenſem ſub r. Durlach & Hochberg poſſidet, ſuperiorem Wilhelmus & in art. pacis. *a. 4. §. Frid. March.* conventum, quòd inter has duas lineas alternari debeat ſeſſio & præcedentia tam in Com. quàm Circulo Sueviæ aliisq; tam univerſalibus, quàm particularibus Imp. Aut quibuscunq; conventibus: pro nunc tamen præcedentia penes Marchionem Frider. quamdiu ſuper-
33 ſtes erit, permanente. * Durlach reſidentia nomen obtinuiſſe dicitur à turri, quam Rudolph. Habsp. cum Marchione bellum gerens una cum urbe deſtruxit, Baden autem ubi Marchio Baden. aulam habet, diſtat 5. milliaribus Argentorato & 4. à Durlach, & milliari à Rheno abeſt, nomen à thermis ſortitur, quæ multis infirmitatibus curandis valent, quas Marcus Aurelius Antoninus vel Caracalla, Cæſares invenêre, ubi religio Catholica exercetur, aula reſidentiæ altiori loco quàm urbs ſita eſt. Pfortzhein civitas Badenſis exhibet Marggravii Alberti Junioris dicti Germanici monumentum. Eodem ſpectat Raſtatt ob majorem menſuram percelebris. Origo horum Principum ab Italiæ Marchionibus de Verona, poſtquam Hermannus Italus ann. 1155. à Friderico Barbaroſſa, cui obſes erat traditus, Marchio Badenſis declaratus eſt, & ann. 1300. per nuptias Landgraviatus Suſenbergenſis acceſſit; Accedit & pertinuit ad eoſdem Comitatus Neucomus, & Dominium Novo-Caſtrenſe in Helvetia, cum autem Joanna Philippi Marchionis Badenſis filia nupta fuit Duci Ludovico Aureliano de Longue ville, hæc ei attulit Comitatum Novo-Caſtrenſem, hoc vero etiam prætendente ſucceſſionem aliarum ditionum, & in ſpecie Retelanum, jure diſceptatum fuit, ſed apud Badenſem manſit poſſeſſio, qui 25000. aureos Friderico numeravit, ac pertinet ad Comitatum Burgundiæ & Imperium, Longovillanus autem poſſidet eo Jure, quo Badenſes. *Not. in Monzamban. p.* 41. Marchioni ſubeſt Eslingen Civitas ad Rhenum quæ à Trojanis ſuos extructa creditur, prout & incolæ urbis Pforzen/ Trojanos ſuos authores fuiſſe ajunt:. Alia origo domus Badenſis antiquior proponitur apud *Beſold. adauct. Verb. Marchion Bad. pag.* 376.

Hujus Sereniſſimi Principis Guilielmi Marchionis Badenſis & Hochbergenſis &c. ad comitia Ratisbonenſia ex ann. 1666, hujuſque Legatus fuit Jo. Jacob Brombach à Diffenaw, Conſiliarius Aulicus; Marggravius porro Durlacenſis Fridericus natus, ann. 1594. 6. Jul. mortuus eſt, ann. 1659. relicto ſucceſſore filio Friderico, an. 1616.
circiter nato. 34

Baden Hochberg. cum aliis Marg. Badenſibus eandem habet originem, & inſignia ab illis diviſa an. 1179. qui Hochberg vendiderunt Badenſibus, & tamen retinuerunt nomen non quidem zu Hochberg/ ſed von Hochberg/ Domini de Rutteten & Suſenberg, quæ dein in unum coaluêre. *Lim. l. 5. c. 5. vol.* 2.

Bremenſis Ducatus ſitus eſt inter Weſeram
Albim & Ducatum Luneb. hunc Epiſcopatum Bre- 35
menſ. ope Carol. M. anno 788. evectum traditur, olim Colonienſi Archi-Epiſcopo ſubfuit primo Epiſcopo Wilhaldo, ſed ſub Anſchario IV. Epiſcopo ann. 865. mortuo, promovente Ludov. Pio Cæſare conſentiente, Colon. in Archi-Epiſcopatum evectus eſt *Gelen. in Col. pag.* 226. Noviſſima autem pacificatione Archi-Epiſcopatus in Ducatum converſus eſt, & in immediatum & her. Imper. Feudum ab Imper. Majeſtate cum conſenſu Principum Imper. ſub titulo Ducatus Regina Sueciæ eum accepit inter Status Imp. cooptata, & ſedet in ſcamno ſæculari V. inter Principes, loco in Comitiis Imp. ſingulare habet votum; licet in deputat. conventibus ratione Pomeraniæ cum E. Brandeburg. communicato prius conſilio unicum ferre debeat. *Inſt. pac. Mon. à* 10. *§. porro & §. primò. §. hunc Ducatum. §. tertio & §. quartâ ratione.*

Inter Archi-Epiſcopum hunc & Civitatem 36
vetus eſt jurgium Archi-Epiſcopo pro ſubjectione, civibus pro libertate Urbis hujus contendentibus. Pro Archi-Epiſcopo vel Duce Civitatem ſibi ſubjectam aſſerente hæc militant, quæ recenſet Limn. *de I. pub. tom.* 4. *lib.* 1. *capit.* 7. *p.* 202. I. Quod à Carol. M. Fundatore Epiſcopo Juriſd. & ſuperioritas in eam conceſſa ſit. II. Quod Bremam Anno 1000. vel 1010. foveа. & valle cinxerit

Digitized by Google

xerit Epiſcopus Umanus, Prima fundamenta poſuerit Epiſcopus Lubentius, Berelinus continuarit, non tamen perfecerit ſub quo tota Civitas incinerata ſit. III. Quod Conſul & ſenatus Archi-Epiſcop. homagium præſtent, & in hodierno æq; ac veteri homagio Archi-Epiſcopo detur, titulus Land-Herr / & civitati gehorſame Unterthanen. IV. Quòd à ſenatu Bremenſi olim ad Arch. appellatum, ut quam appellationem Epiſc. ſtatim ad Cameram remiſit. V. quòd Arch. Civitatis privilegia, confirmet. VI. Quod Senatus ad diætas provinciales ab Archi-Epiſcopo indictas compareat, & ſic inter Status numeretur. VII. Quòd ad Comitia exceptis noviſſimis non ſit vocata. Hinc ex dd. & aliis rationibus Rex Sueciæ qui in locum Arch. ſurrogatus eſt, illam Municipalem eſſe prætendit, licet ſalvo Jure tertii, *Spreng. in delin. Stat. Imp. pag. 439. Knipſchild. inſtruct po'i'. de civit. Imper. p. 742. n. 28.* Econtra pro libertate hæc adferuntur. I. Quòd magiſtratus in Eccleſia & Politica liberè imperet ſine Epiſcop. II. Conſules & ſenatores eligat ſine confirmatione Epiſcopali. III. Ab Officialibus rationes & reliqua petat, accipiat, quietet, Juramenta acceptet, cives ad tribus ſuſcipiat, privilegiis ornet, ſtatuta & ordinationes in civil. Crimin. faciat, cauſas etiam meri & mixti Imperii cognoſcat & exequatur ſine Epiſcopo. IV. Muros, Valles, Foveas Urbis extruat, ſine eo, V. Jus collectandi in ſuo diſtrictu uſurpet ſine eo. VI. Arch. det reverſalia quod Jura civitatis non velit imminuere nec libertates & privilegia infringere. VII. Civitas regalia habet ab Impp. terrâ & aquâ: fruitur Juriſd. protectione, viis regiis flumine Viſurgi uſque ad ſalſum mare. Item Jure monetandi in auro & argento impreſſo titulo reip. & aquilæ Imperialis. Item teloniis, ſalvo conductu aliisque regalibus. VIII. Conſules & communitas nullibi quàm in Cam. Imperiali conveniantur, idque receptum uſu & obſervantia, imo à Carol. V. An. 1541. nova privilegia de non appellando infra 600. flor. obtentum, quod à ſucceſſoribus confirmatum fuit, hoc addito, quòd appellans cautionem præſtare debeat 50. flor. cum Jurei. calumniæ. IX. Brema Matriculæ Imper. adſcripta de Anno 1431. 1471. & alii. X. Ad conventus Imperii vocata fuit, Seſſionem & votum habuit, ac licet & aliquando deputatos ad parcendum ſumptibus non miſerit, non tamen inde in dubium vocandum an aliquando abſentes vocandi ſint. XI. Immediatè ad ſubſidium requiſita Imp. ſolvit XII. Imperium & camera eam ut alios Status executores cum aliis Statibus ſententiarum deputavit. XIII. Jus fœderis & auxiliorum habuit: Hóſque Carol. M. Anno 805. in diæta Magdeburgenſi in ſuam & Imperii protectionem ſuſcepit, Statua Rolandina quæ adhuc in foro extat honoravit. XIV. Homagium non præſtatur Archi-Epiſcopo à civibus, ſed à duobus pro tempore Camerariis, quando prius Archi-Epiſcopus Civitatem aſſecuravit, ut hinc inde ultro citroque naſcatur obligatio, quod ante 400. annos pro mutua defenſione fieri cœpit. XV. Civibus librum eſt coram Magiſtratu actiones proponere, abſque Archi-Epiſcopo adjuncto Judice in criminalibus etiam Jus apprehendendi cognoſc, judicandi eoſdem Magiſtratus habet, qui ſecundum Magiſtratus concluſum à lictore quem ipſe aſſumit plectitur, tantùm Archi-Epiſcop. locum tenenti res certo modo inſinuatur. XVI Licet ad Comitia Provincialia deputatum mittat Civitas, id tamen ſit propter bona extra Urbem ſita ob particulares pactiones hac ſuper re initas. XVII. Sic. à Ferdinand. III. ad Comitia vocata ſeſſionem & votum habuit, & in receſſu 1641. D. Bethmannus Herdeſianus Syndicus reperitur ſubſcriptus, Urbis cenſus juxta matriculam de Ann. 1471. eſt 10. Eq. 20. ped. & ann. 1481. pro duplo 20. Eq. & 40. ped. Item Ferdin. III. Ann. 1646. 1. Junii eam Imperialem Civitatem declaravit & per publ. edictum in ſuam protectionem ſuſcepit 14. Febr. 1647. Et tandem remiſſionem matriculæ ad 16. eq. & 32. ped. vel 320. flor. ſimplices obtinuit, de quibus *Lim. de I. p. tom. 4. lib. 7. c. 7. & Knipſch. d. l. p. 724.* XVIII. Accedit hoc quod Civitas cum aliis Imper. ſtatibus, *Ann.* 1532. pacificationi religionis Norinbergæ ſubſcripſerit & demum noviſſim. Pacificatione Cæſareo-Suecica de Anno 1648. §. 10. *v. Civitas* &. *Bremenſis*, confirmata videatur ejus libertas. Ad argumenta pro Archi-Epiſcopo allata reſpondent ex p. Civitatis. Ad I. in fundatione Epiſcopatus Civitati priſtinum Jus relictum non ablatum, ut in aliis etiam Civitatibus liberis Colonia, Argentorato, Ratisbon. Spira, Wormatia

 vider

videre, eſt, ubi Epiſcopi ſuas habent ſedes, & tamen libertas & Jura Statuum Civitatibus competunt. A. II. ℞. Homagium non eſt purum ſed conditionatum, nec Homagium abſolutè certum eſſe fundamentum oder Landsfürſtl. Obrigkeit / *Reinck. 1. de Reg. ſec. cl. 5. c. 3. num. 20. Beſold. diſ. pol. 4. diſ. 2. c. 2. §. 12. Brun. de vrr. un. ſpec. conc.* 33. Sic enim Hamburgum Regi Daniæ tanquam Duci Holſatiæ jurat, nec tamen ei ſubjecta eſt, quia hæc formula Juramenti non de ſubj: & obedientia ſed fidelitate concipiatur. Titulos autem Land-Fürſt / eſſe titulos honoris nec veritati prædicare in præjudicium Imperii, vel intelligi non reſpectu civitatis, ſed eorum bonorum, quæ civitas extra urbem in diſtrictu Archi-Epiſcopi poſſidet, nec novum eſſe, quòd reſpectu quorundam bonorum unus idemque mediatus & qnoad alia immediatus ſit, *Geil. de arreſt cap. 6. num. 14. & 16.* Ad III. Alias etiam civitates ab Epiſcopis muro cinctas nec tamen eſſe Epiſcopales. Ad IV. Etiam Ducisberga Aquisgranum appellari ex Ducatu Cliviæ nec tamen urbem illam huic ſubeſſe. Ad V. Præcipua privilegia civitatis ab Impp. data, alia autem privilegia in Archi-Epiſcopatu eam habere, ex conceſſione Archi-Epiſcopi, prout exteri Reges Anſeaticis Civitatibus privilegia in ſuis territoriis tribuerunt, quæ tamen iis non ſunt ſubditæ. Ad VI. Aſſidere ſenatum in judicio Provinciali tantùm reſpectu bonorum, quæ civitas extra ſua Pomæria in diſtrictu Archi-Epiſcopi habet, & ſic duplicem reſp. bonorum differentiam induci, *Spreng. de pac. relig. concl.* 40. *lit. a.* Ad VII. Vocatum etiam olim aliquando emanſiſſe ut parceret ſumptibus. Plures ſuppeditat & reſolvit Knipſchilt *loco cit.* quarum rationum pro utraque parte allegatarum momenta tantum valuerunt ex parte Suecorum, ut urbem Königſmarco & Wrangel Ducibus armata manu ad obedientiam redigere concluderent, eamque obſiderent poſtridie Cal. April. 1654. ante Burgum foſſis ductis ne quid ſuis incommodi fieret. Econtra civium ea reſolutio, ut ea nocte, quæ vigeſimum quintum Julii præcedit, Brema ſilenti agmine exeuntes ſeſquihoræ ſpacium Burgum recuperarent, donec tandem Königsmarck Burgo rurſus expugnato, octoviri Brandeburgici & Anſeaticarum Civitatum legationi admiſſa inducias bimeſtres conceſſit, & Stadam pacis conciliatores venientes in Octobre, certis conditionibus 28. Novembr. tranſegerunt, quas de verbo ad verbum habet Knipſchilt. *d. loc.* & Brachelius *in hiſtor. noſt. temp. de Anno* 1654. *liber.* 3. *pag. mihi* 137. & hic inſerere nimis longum foret.

37 Si quæras cur clavem inſignium loco gerat civitas. Ratio eſt in promptu, quia urbs cum ſuo diſtrictu mari vicina, & quaſi clauſa, unde toti Roman. Imper. & vicinis multum utilitatis adfert, & inſuper mare ad ortum Wiſeræ & Wiſeram prædonibus liberam reddit, item ex privilegio Henrici Anno 1111. & ſucceſſoribus confirmato ob res pace belloque fortiter geſtas jura fluminis & piſcandi in Weſera habet, ideo rectè clavibus utitur. Concionante Auguſt. Monacho Henrico Sutphanienſi Religio, quam majores invexerant, Anno 1525. & 1530. mutata eſt, & ritus Catholici in urbe cum conſenſu Arch. & Magiſtratus etiam in Eccleſia Metrop. aboliti inductâ ut vocant Evangelicâ, Anno 1638. Frideric. Archi-Epiſcop. dein Rex Dan. Lutheranam invexit, quæ adhuc viget ita,

Quas quondam pietas noſtrorum ſtruxit avorum,
Ædes, heredes deVaſtant more luporum.

38 Quod Dux Sabaudiæ Imper. ſubſit hinc patet, quod ſe Vaſallum eſſe Imper. profiteatur, uti maſculinum Imper. Feudum eſſe probat Arum. *de Jure maj. lib. 2. c. 2. numer.* 4. *Cluten. in Sylloq. Th.* 10. *lit. c. Lym. de I. publ. lib. 5. cap.* 14. quòd ad Comitia vocetur & compareat ut patet ex ſubſcriptione receſſuum, An. 1542. 44. 51. 59. 66. 70. 82. 98. *Beſold. in verbo Saphey. v. Inſt. pac. Germ Gall. a.* 13. *§.* 7. Hinc in Camerâ convenitur & banno ſubjici poteſt, ut factum An. 1525. 18. Dec. Eſt item S. R. I. Vicarius, *Lim. de I. p. l. 3. c. ult. n.* 8. præcedit autem omnes Duces Italiæ ipſumq; Ducem Florentiæ, nam Pius V. in bulla quâ Coſmo Medices dignitatem magni duci contulit hanc prærogativam Sabaudiæ familiæ reſervavit, quæ etiam Comitum March. & Nobilium creandorum Jus uſurpat. *Chopp. lib. 3. de doman. Gal. t. 26. n. 2. §. 661. Rolând. à. Valle. conſ.* 4. *n.* 44. Horum Ducum nullum hæreticum aut Tyrannum fuiſſe tradunt

tradunt. Symboli loco habent annulum D. Mauritii Thebanæ legionis Ducis, olim ſimul uſurpavit duplicem aquilam, ſed poſtquam Amadæus IV. Magnus Inſulam Rhodo, Anno 1310. liberavit ab obſidione Turcica, ab equitibus Hoſpitalariis accepit ſcutum & crucem albam cum 4. literis F. E. R. T. id eſt Fortitudo ejusRhodum tenuit. A Venetis quibus confœderatus eſt Signum S. Marci ſuſcepit, ad Galeæ ornatum. Hic primogenitus maſculus ſuccedit, *Menoch. 6. præſ. 96. numero 6.* Genevam Urbem ad ſe pertinere contendit, *Menoch. 6. præſ. 96. numero 6.* ut & Ducatum Montisferratenſem quem Mantuanus poſſidet ex ſenteutiâ Carol. IV. *V. pratens. ill. Spreng. p.* 204.

39 Hi Duces ex Widekindi familia orti ex quorum majoribus Imodus Amadæus 8. Comes Anno Chriſti 1414. à SigiſmundoImperatore Dux creatus eſt, vocantur Reges Cypriæ, ad quam Anno 1480. titulum acceperunt; Dividitur hæc domus in lineam Piemontenſem,ſeu Thomaſicam, apud quam eſt regimen, ubi viget lingua Italica: & Sabaudicam, ubi lingua Gallica, in utraq; religio Catholica ſervatur, *not. in Montzamban. pag.* 40. Apud Duces Sabaudiæ ſervatur adhuc magno eorum ſtudio Syndon, cui Chriſtus Servator, tum à Cruce à Nicodemo, & Joſepho de Arimathea depoueretur, involutus fuit ad ſepulturam, in qua incredibili quadam ratioue Chriſti imaginem intueri licèt,*de qua Matth.*17.*Marc.*15.*Luc.*23. *Jo.* 19. anterior, poſteriorque corporis, partes,coronæ etiam ſpineæ locus, lateris, manuum, pedumque vuluera,quæ partim pretioſo Chriſti ſanguine figurata, partim, quantum licet conjicere, pretioſis unguentis, quibus antequam humaretur, inunctus eſt, videri poſſunt, qua Syndone aliquando mirè ab incendio locus præſervatus fuit: Cum enim Hieroſolymis hic Theſaurus in Camberio Allobrogum inſigni oppido Ducum Regia nunc Taurino urbe prioribus ſæculis, ac dein in Cypro penes reges ſervatus eſſet, Turcarum invaleſcente potentia ad hoſce Duces quaſi Aſylum translata fuiſſet,& An.1532.2.Nonas Decembris S. Barbaræ die ſacrum ſacellum, in quo reconditus erat, flammis incognitis arderet, occurrentibus omnibus, præ cæteris Philiberto Duci à Clavibus & Conſiliis unus cum duobus Franciſcanis,& adſcito fabro ferrario, hi imperterrito animo per medios ignes currentes, cancellos ignitos, & ſeras effregerunt, & ſyndonem jam liquefacta capſa argentea extraxerunt, integramque cedente circum flamma ſalvam repoſtarunt,quod opus omnium pictorum & in aliis artibus peritorum judicio nulla arte aſſequi, nullo imitari penicillo, nullis coloribus exprimi fingive poſſe, quisquis acceſſerit, fateri debet, reverentia quoque ſpectantis animum ita moveie ſolet, ut ab alio divinum aliquid adeſſe, ſe ſentire cognoſcat, eſſeque Dei non hominis opus, & licet marmora, & columnas incendium hoc abſumeret, huic tamen nihil evenit, ſed ſyndon poſt incendium publicè integerrima repræſentata fuit, præter exiguas quasdam combuſtionis notas quæ velut perpetui teſtes incendii, & conſervationis remanſerunt; *Maj. d er.Can. t.* 3. *coll.* 20. *p.* 453. ex relatione oculati teſtis Philiberti Pirigonii, qui hac de re integrum librum ſcripſit, cui conſonat Franciſcus Adornius ejuſdem hiſtoriæ ſcriptor: Quia Dux Sabaudiæ à multis annis ſe Regem Cypri ſcribit præter titulum Excellentiæ Regalis,vulgo Alteſſe Royale uſurpat, inſuper ducalibus inſignis has notas inſculpi fecit; F. E. R. T. quæ ſignificant: Fortitudo ejus Rhodum tenuit, in cujus illuſionem Galli Henrici IV. temporea hoc retro ita explicârunt: Tout retournera en France; quo regem omnes adhuc terras Sabaudiæ ſibi ſubjugaturum ſignificabant. Hic Ducatus extendit ſe inter Galliam & Alpes, & redîtum habet 2. milliones. In Piedmont præter principalis civitatis 250. urbes, 8. Epiſcopatus, 15. Marchionatus, 50. Comitatus & 20. amplæ Abbatiæ numerantur. Dux hic in Regnum Cypriæ & Hieroſolymitanum prætendit conſanguinitate junctus cum octo Cæſaribus Romanis & domo Auſtriaca (utpote Carol. V. & Maximil. II. Tri- & Abnepos) cum Gall: Reg: Hiſp: Angl: Pol: ex domo Saxonica origine ducta à Beroaldo Duce Saxonis filio.

Saxones Lawenburgici. Lawenburg arx eſt 40 ad Albim. 6. mill. Hamburgo diſtans in monte, Civitatem habet in valle vicina,ab HenricoLeone qui à Vandalis eam recuperavit nomen ſortita, quam An. 1627. Tillius & dein RexSueciæ occupavit.An. 1646. Dux Aug, cùm ſecunda uxor & liberi

 deceſſis-

deceſſiſſent cum fratribus Hamburgi conſultaſſe legitur de ſucceſſione in caſum mortis ſuæ,quia Dux Julius Henr.a. 1586. 9.Ap.natus qui in Bohemia bona & filium Franciſcum habebat natum Anno 1629. 25. Febr. Catholici erant, cum in toto territorio Auguſtana Confeſſio ſervaretur,Auguſti aula eſt in Ratzenburg.

41 Ducum Sondenberg & Gottorff. Holſatiæ inſigne eſt alba urtica,cui inſeruit Frid. I. Imper. & dedit Comiti Adolpho III. Holſatiæ 3. clavos, quibus Chriſtus Cruci affixus eſt in rubro, quia cum ipſo in Aſiam profectus fuerat. Feudum eſt Imperii quod Reges Daniæ ab Imper. recognoſcunt,& inveſtituram à Cæſare accipiunt, Imperioque contribuunt. Frider. V. Imper. abolito titulo Comitatus Anno 1457. Ducatus titulum Holſatiæ indidit, in quo amplior nobilitas.

Nec minimi ex his ſunt die von Rantzau/
42 quorum Ann. 1494. CXX. in vivis fuêre, & 37. pagos & urces præter domos in Urbibus habuêre Anno 1650. Chriſtianus de Rantzau Regis Daniæ locum tenens in Holſatia & legatus ad aulam Cæſaris à Friderico III. Imper. Comes creatus eſt. Inter Duces Holſat. & civitatem Hamburg/ non levis fuit controverſia in Comitiis Spirens. Ann. 1570. deciſa Anno 1618. 6. Julii. Quæſtio Cur Dux Holſatiæ Lotharing. Sabaudiæ, aliiſque potentia & Regionum amplitudine opulentiores aliis fortunæ bonis inferioribus poſtponantur. V. *Diatrib. de Præced. pagin. 1. capit. 3. numero 19. lib. 6.*

Familia Holſatia hodie diviſa eſt in Regiam
43 Gottorpicam & Sonderburgicam: Gottorp. præcipua arx & ſedes eſt Ducum, nunc Friderici juxta Urbem Schleswich loco jucundo ſita, Frider. natus eſt anno 1557. 22. Decemb. Duce Joanne Adolpho Schleswic. & Holſtein & Regis Frideric. II. Daniæ filia Auguſta. Item Frideric. duxit Mariam Eliſabeth. Joann. Georg. Elector Sax filiam Anno 1630. 21. Febr. & plures habent liberos. Sonderburg. arx principalis celebris eſt captivitate Regis Daniæ Chriſtiani II. qui hic 14. annis incluſus fuit. Alexander Dux Holſ. Sonderburgenſis Anno 1627. 13. Maij. hîc obiit relictis cum conjuge ſua Schwartzenburgica 8. filiis & 3. filiabus, cui ſenior Dux Joann. Chriſt. Anno 1607. 26.April. natus ſucceſſit, matrimonio contracto Anno. 1634. 4. Nov. cùm Anna filia Comitis Oldenburg. Anno 1567. inter Dan. Reg. & Holſatiæ Ducem controverſia de Schleſwicenſi Principatu agitata. Hi benef. Regis Daniæ ſe eum habere concedebant, homagium non renuebant, ſed beneficium liberum eſſe nec militiæ obnoxium item her. & promiſcuum eſſe ſuſtinebant, & ſic Adolpho ultimo Duce Schleſw. ſine liberis mortuo, ejus ex ſorore filium ſucceſſiſſe. Rex è contra, Res utrinque diſputata, interventu Legatorum El. Sax. Duci Megapolenſis & Haſſi poſt decennalem tractationem compoſita eſt. *Thuan.lib.41.hiſt.p.447. Lym.de I. p. lib.5.c.9.* Frid. Dux Holſatiæ in Gottorff. Reſidentiam habet.

Leuchtenbergici Comitis & Landgravii ter- 44
ritorium adjacent ſuperiori Palatinatui, Bohemiam verſus, & Landgravius Joan. Anno. 1356. Carol. IV. & Coronæ Bohem. aliquas partes ad domum Stirberg pertinentes ceſſit, & rurſus in Feudum accepit. Eorum domus Pfreimbd arx eſt ante Sylvam Bohemicam; Item arx & Civitas Grausfeld, quæ licèt ſita ſit in Franconia & Feudum Herbipolenſe, diſtans 5. mill. à Rottenburg. & uno à Biſchoffsheim ad Tuberam, tamen in circulo Bavariæ eſt ad quem Landg. pertinet, & contribuit,ex qua familia maſculis nuper extinctis heredem unicam ſibi junxit Sereniſſ. Albertus utriusque Bavariæ Dux, Sereniſſ. Maximil. Electoris fœliciſſimæ recordationis Germanus, Mater ſelectiſſimorum Electoris Colon, & Principis Epiſcop. Freiſingenſis, quorum virtutes omnes meritò deprædicant. Obiit autem Maximilianus Adamus ultimus Landgravius Anno 1646. ſine liberis.

AnhaltiniPrincipis Familia ab Aſcania gen- 45
te nobiliſſ. & vetuſtiſſima ducit originem à filio Gomeri nepote Japeti pronepote Noe, cuſtode Sacri ignis id eſt religionis & doctrinæ, qui ex natali ſolo ad Aſcaniam paludem in ſeptentrionis plagas migravit. Horum ſtemmma deduxit Lym. *de jure pub. vol.1.lib.5.c.3.* Olim Comites erant, ſed Henric. I. à Frid. Barbaroſſa Cæſ. conſtitutus eſt Princeps Harcyniniæ in Anhalt/ mortuus anno 1257. in Aſcherſleben Duces Aſcaniæ olim reſederunt, quæ dein ad Epiſcopatum Halberſtadt pervenit. *V. Web. pract. obſ.* 6. Vogtey/quare an. 1648. prodierunt in lucem Vindiciæ Anhaltinæ inter univer-

Digitized by Google

univerſalis pacis tractatus ex hibitæ nomine Princ. Anhalt. Aug. Ludov. Jo. Caſimiri, Chriſtian. Frid. & Joan. is contra Capitulum. In urbe Deſſavo Principes Anhaltini palatium & reſidentiam habent una cum ponte nominatiſſimo ſuper Albim
46 clade Mansfeldiana celebrem.

Marggraviatus Miſniæ à Civitate nomen habet, ad Albim ſita urbs Landgraviatui Thuringiæ vicina, ubi Henric. I. Epiſcopatum fundavit, & Lipſiæ Principali urbe Academia A. 1408. ex Pragenſi nata eſt, & nunc Saxoni titulus Saxoniæ, Miſniæ & Turingiæ conjunctim competit. Cùm ex Miſnia in Bohemiam aurigæ Salem veherent, quia Boh. Sale caret, in Sale invenerunt quaſi plumbum, quo probato, cum apparerent in eo multæ particulæ argenti in Miſnia fodi cœperunt, & tanta argenti inventa eſt quantitas, ut inde urbs Fridberg extructa ſit. Anno 1136. Conradus M. Comes Wethinenſis factus eſt primus Marggravius Miſniæ Anno Chriſti 1256. Henricus Illuſtris Margravius Miſniæ, & in Lauſnitz factus Landgravius Turingiæ, Anno 1424. Fridericus der Streitbare à Cæſare Sigiſmundo Elector Saxoniæ deſignatus.

47 Miſnia autem nomen habet à fluvio Meiſſe quia in Albim influit: quam periculoſa ſint, & rarò irritæ parentum maledictiones in liberos quamve calamitoſæ præter id, quod ſuprad. in Haſſia & Miſnia hinc colligitur. Accidit, cum Pater indignabundus filio imprecatus fuiſſet, ut nunquam progrederetur; filius nec loco ſe movere, nec ulla via moveri potuit & nocturno tempore aliquando ei parentes ſedem tantum ſuppoſuerunt, cui ſe inclinaret, & parum quieſceret, ſtetitque eodem loco tribus continuis annis, & veſtigia fundi ejus pedibus trita adhuc apparent, tertio autem Anno lapſo precibus ad DEUM fuſis hæc pœna quidem ceſſavit, ſed in aliam converſa, & per 4. annos continuo ſedit, annis vero 7. decurſis obiit ann. 1552. 12. Septembr. *Speidel. in verbo* Fluch/ ꝛc. *p.* 344.

49 Henneberg Origo hæc eſt: Circa Annum Chriſti 458. Gothis Italiam vaſtantibus quidam nobilis Romanus in Germaniam conceſſit, ibidem habitaturus, venit autem in Sylvam ubi nunc eſt arx Henneberg. quæ montis commoditas cùm ei placeret, hìc fundamenta poſiturus invenit gallinam cum pullis, unde arx nomen accepit, Comites deinde & principes in urbe Schleuſingen Reſidentiam habuêre, ubi Georg. Erneſt. ultimus familiæ Anno 1577. Scholam fundavit, mortuus Anno 1583. 22. Decembr. & cum eo arma & inſignia familiæ confracta & ſepulchro injecta ſunt: Et hic Principatus ad domum Saxonicam ex Pacto Anno 1554. erecto pervenit, ita ut Elector Sax. VIII. Vinnarienſis Dux, 5. portiones ex toto aſſe perceperit, Saxo Coburgenſis præfecturam Tomhilt, Haſſo Darmſtat urb. & præfecturam Schmalcald. Feuda verò ad Epiſc. Herbipolenſem devoluta ſint. Comes Berchtoldus de Henneberg. ab Henrico VII. Imperatore cum conſenſu Electorum Anno 1310. ad Principum dignitatem evectus eſt, Comites autem Principali gradu decoratos Gefürſte Grafen Principibus in Imperio æquiparari in ſuis Comitatibus exemplo Habſpurgenſis Tyrolenſis Arnsburgenſis & aliorum tradit Sixtin. *de regal. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 22. *de quo* V. *Beſold.* V. Gefürſtete Grafen/ ꝛc.

Lotharingiæ ditio confinis eſt Alsatiæ: ſub 49
Imperii tutela eſt Princeps non quidem ut Dux Lothar. ſed ob Comitatum Numani Status eſt, vocem & Seſſionem in Imper. habens, alii etiam propter alia dominia & feuda Statum eſſe contendunt, Ducatus autem nemini ſubjectus, Imperium in contribut, pace publ. agnoſcit, licèt à Camera Spirenſi privilegio exemptus ſit. Ducatus Baar feudum Imperii eſt, licèt aliud Galli contendant. V. *Mag. de voc. arm. c.* 5. *n.* 505. & 204. A Ferdin. Rege hos Duces in ſpecialem Imper. protectionem ſuſceptos oſtendit Transactio Lotharing. ſerecta An. 1542. ubi præter alia conventum, quod quando Elector in communibus Imper. neceſſitatibus 300. fl. contribuit, hic Dux 200. conferat; Rex autem Galliæ Lotharingiam unâ cum Ducatu Pariſienſi ei ademit, ideo quod fervente bello Germanico Imper. contra Gallos ſervitia præſtiterit, & ideo utroque feudo exciderit. Excipit Lotharingus ſe de felonia malè culpari, quia Imperator antiquior ejus Dominus ut talis, & ut Imper. meritò præferendus. 2. *feud.* 28. §. *contra omnes c. Imperialem.* §. *Illud quodque. de proh. feud. per Loth.*

Roſenth

Digitized by Google

in Syn. feud. capit. 8. *concl. 16.* cum prior tempore, potior ſit Jure, *l. 5. qui pot. inp.* & pœnam non mereatur, qui Dominum juvat antiquiorem contra poſteriorem, *l. Gracchus. C. de adult.* Addit, quòd ſi quis duorum Dominorum bella gerentium Vaſallus ſit, ſemper potior ſit cauſa defendentis, pro cujus in dubio juſtitia præſumitur; cumque Imp. defenſive, Gallus offenſivè egerit, ſe potius defendentem ſequi maluiſſe, *Londorp. act. p. lib.* 10. *c.* 41. *cir. fin. Spreng. prat. ill. p.* 209. Demum poſita felonia, non tamen eo prætextu Ducatu Lotharingiæ, qui Imperii feudum eſt, à Gallo privari poſſe: Unde Pacificatione German. Suecica Dux Loth. continetur, *juxta Inſt. p. Germ. Sue. art. ult. §. hac pacificatione*, quamvis in Inſt. German. Gall. reſervatum, quòd hoc regi Galliæ præjudicio eſſe non debeat. *art.* 12. *§. 9. pag. mihi* 139.

50 Arnberg de hac arce comitatu & populo antiqua ſcire cupidus adeat Procopium authorem græcum citatum per Lazium de transmigratione gentium *l. 9. fol. 643.* Nunc arx illa in ſummi montis apice exſtructa, validiſſima, ſumptibus & induſtriâ moderni Sereniſſimi Ducis Philippi Franciſci propugnaculis aucta & munita eſt, cujus ima & pedem Ar fluvius irrigat, & à tali derivatione nomen in vernacula aſſumpſit: Terra ejus fertiliſſima, argento ferro & plumbo ſumme dives, per ſæcula nomini feudi Francii dependentis à ſole poſſeſſa, multa libertatis veteris in hunc uſque diem retinet veſtigia.

Quod antiquiſſimus hic comitatus cum appertinentiis ſuis olim juxta matriculam Imperio & Cameræ contribuerit, tradit Lymn. *de I. p. lib.* 4. *c.* 7. idem *tomo.* 1. *addit.* 7. *lib. & capit. pagin. mihi* 205. *v.* 20. Erectus eſt in principatum & ipſius poſſeſſores una cum heredibus & ſucceſſoribus S. R. I. Imper. Principis titulo decorati fuerunt per Maximilian. Roman. Imper. vigore diplomatis ſub dato Viennæ 5. Martii Anno 1576. Seſſio & votum Principis virile prævia ſufficienti cauſæ cognitione obtenta ſunt Ratiſbonæ præmentionato Anno 1576. immediate poſt Nomenii protocollis & Actis iſtorum Comitiorum teſtantibus. Ita quoque Arnberg votum & ſeſſionem in circulo Electorali Rhenano in ſpecie præ omnibus Prælatis & Comitibus impetravit ſingulari Circuli decreto Coloniæ ad Rhenum 8. Martii Anno 1577. cujus quaſi poſſeſſionis actus ex ſubſcriptionibus receſſuum ſufficienter clareſcunt.

Principalem Comitatum Arnbergicum in 51
Ducatum & totam Principalem domum in Duces S. R. I. evexit jam ante annos feliciſſimæ recordationis Imper. Ferdin. III. prout id ipſum Electoris Moguntini ſubjecta notificatio pluribus demonſtrat.

Wir Anſelm Caſimir von Gottes Gnaden deß Heill. Stuhls zu Mäyntz Ertz-Biſchoff / deß Heil. Römiſch. Reichs durch Germanien Ertz-Cantzeler und Chur-Fürſt / fügen jedermänniglich nach Standsgebühr hiemit zu wiſſen / ꝛc. Als der Allerdurchl. Großmächtigſt. und Unüberwindlichſte Römiſ. Käyſ. Ferdinand der Dritte aus ſonderbahren erheblichen Urſachen das gantz gefürſtete Arenbergiſche Haus und Geſchlecht in Anſehung deſſen Uhralten Königlichen und Fürſtl. ſtattlichen Herkommens hinführo in Ewigkeit in den Stand und Grad der Reichs-Hertzogen und Hertzoginnen / wie nicht weniger deroſelben Uhralten gefürſtete Graff-Schafft Arenberg mit allen ihren Pertinentien und Zugehörungen in ein rechtes Hertzogthumb deß Heiligen Römiſchen Reichs ohnlängſt allergenädigſt erhebt / geſetzt erigirt und erhöhet, und dnan wir drauff nicht unterlaſſen / ſolche Ihrer Käyſerl. Majeſtät allergnädigſten Verordnung in Krafft unſers tragenden Ertz-Cancellariat-Ambts dem Herkommen gemäß / im Heiligen Römiſchen Reich / wie wenigers nicht / der Königlichen Majeſtät zu Hiſpanien der Gebühr zu notificiren / daß wir benebens auch ein Nothdurfft zu ſeyn befunden / ein ſolches gleichergeſtalt andern außwendigen frembden Nationen / als welche von deß Reichs Conſtitutionibus, Gewohnheiten und Satzungen etwan ſehr geringe / oder gar keine Nachricht haben / zu benehmung alles abſonderlich wegen denen obbeſagten Hauß Arnberg ohne diß von Altersher wegen deß gefürſteten Grafen-Standes competirende Seſſion und Stimm in Imperio etwan vorfallenden Zweifels zu denuntiiren und zu verkünden / thun ſolches auch hiemit / und atteſtiren benebens in Krafft dieſes offnen Brie-

fes /

ſes/ daß mehrberührte Gefürſtete Grafen nunmehro Hertzogen ſambt dero gantzen Hauß/ Geſchlecht und Grafſchafft Hertzogthumb Arnberg ſich hinführo nicht allein deß Tituls und Nahmens deß Heiligen Römiſchen Reichs Hertzogen/ und Hertzogthumb allenthalben mit allen Ehren und Regalien/ ſondern auch und vornehmlich dero Seſſion Stimmen und Proceſſionen in den Reichs-Verſamlungen/ Reichs- und Creiß-Tagen und andern Zuſammenkünfften an allen Enden und Orten nach ihren Ehren/ Nothdurfften/ Willen und Wollgefallen zu gebrauchen und zugenieſſen hoben/ in maſſen. ſich andern deß Heiligen Reichs rechtgebohrnen Hertzogen von Recht und Gewohnheit wegen gebrauchen und genieſſen/ unverhindert von allermänniglichen; Haben auch zu deſſen mehrern Beſchein- und Bekräfftigung gegenwärtiges unſer Atteſtatum eigenhändig unterſchrieben/ und mit unſerm Chur-Fürſtlichen Cantzley-Secret-Inſiegel roboriren laſſen. So geſchehen Franckfurth am Mäyn/ den 3. Monats Octobris Anno Milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo.

(L. S.)

Anſelmus Caſimirus
Archiep. Moguntin.

Jo. Jod. Herth,
Secret. Mogunt.

In reſidentiæ loco delineata Genealogia id magis illuſtrat, gandetque hic Dux omnibus Sac. Rom. Imp. Ducum & Principum Regalibus & præeminentiis, nec non in ſpecie Jure eudendi monetam auream & argenteam cujusvis generis ut per ſe notum.

Poſſidet Ducalis hæc domus præter Arenbergam in Germ. adhuc in ditionibus Suæ Majeſt. Catholicæ tum ſupremas dignitates & præeminentias, tum bona & territoria ampliſſima, tam Ducatuum quàm Principatuum titulus inſignia.

HERMES FASC. JUR. PUB.

Hohenzolleranus Fridericus Princeps de 52
Hohen-Zolleren/ Comes in Sigmarien & Verin-
gen, &c. antehac ſtatus fuit ſub Circulo Suevico,
nunc dignitate Princeps eſt. Sigmarien urbs eſt
cum arce ſupra Scheer ad Danubium, An. 15. 1641.
voto & ſeſſione Principis donatus, Hechingen
urbs & Haicherloch iis paret. Arcem Hohen-Zol-
leren/ præaltam An. 1423. Ulma & aliæ urbes
per famem ad deditionem compulerant & deſtrux-
erant, quæ reſtaurata, An. 1634. 4. April. à Wur-
tembergico milite occupata fuit. Genealogiam
exhibet P. Bucelinus, *pag.* 110. Ex his Joan. ab Ho-
hen Zolleren/ aulæ Bavaricæ ſummus præfectus fuit,
& An. 1623. Inveſtituræ Electorali, dignitate in Ba-
varum translata interfuit.

Eggenburgicus Princeps An. 1641. voto & 53
ſeſſione Principis donatus decreto Cæſareo, cum
conſenſu ſtatuum, quod proximis Comitiis 1654.
Ratisb. repetito conſenſu approbatum & plenum
effectum ſortitum eſt. Eſtque Dux Cromoviæ in
Styria & Carinthia, & Bohemia etiam poſſeſſiona-
tus, ſpectat autem ad circulum Bavaricum.

Lobkowitz An. 1641. voto & ſeſſ. Principis 54
donatus Wenceslaus, 23. Decemb. ſupremus nunc
aulæ Cæſareæ Præfectus, * Salm. Philippum Ot- 55
tonem Sylvatum & Rheni in Dhaun Kirburg &
Statin, ut & Comitem Salmenſem, &c. à Glorioſiſ-
ſimo Ferdinand. II. Rom. Imp. ob propria major-
umque ſuorum benemerita Sacr. Rom. Imp. Prin-
cipum numero aſſociatum invenio & quidem vigo-
re Cæſ. diplomatis Ratisb. 8. Jan. An. 1623. ema-
nati: Sicut alias Sylveſtres Rheni & Salmenſes ab
immemoriali tempore Jure Comitiorum ut Status
Imperii gaviſos fuiſſe ubique comperitur, quos ab
Ottone de Wittelsbach & Palatinis Schyrenſibus
ortum ducere plurimi tradunt Hiſtorici, gaudet hic
Princeps in Comitiis generalibus voto & ſeſſione,
ut alii Principes virili ſicut aliquoties priori diæta
Princeps Leopoldus Philippus Carolus feliciſſimæ
memoriæ conſilio Principum perſonaliter inter-
fuit, & votum ſuum ipſemet cum multorum admi-
ratione aperuit. In conventu Superioris Rhenani
circuli, nomine hujus Principis comparuit Her-
mannus Adolphus Scherer vigore ab eo ſubſcripti
receſſus Wormatiæ 24. Febr. (6. Martii) A. 1655.
Nec minus in circulo Weſtphalico ratione Comi-
tatus Anhaldini Jure ſtatus ſplendeſcit ſubſcrip-

tione receſſuum id ſatis demonſtrante: Sicut etiam monetalibus conventibus intereſſe ſolet nec tantùm ratione principatus Salmenſis, ſed etiam in ſpecie quoad Comitatum Anhaldinum Regali cudendi monetam gaudet, & his omnibus modernus Princeps Ottonis ex Philippo Leopoldo Carolo unicus nepos Carol. Theod. OttoSac. Roman. Imp. Princeps quiete nunc fruitur, cui ut prolificus vivat ante & poſt funera omni meliori modo precor.

56 Maximilianus Theodoricus Dieterichſtein / Principum Collegio aſſociatus. Horum progeniem tradit P. Bucelinus, *pag. 167. & ſeq.* à Pancratio usque ad Ferd. Principem S. Cæſ. Majeſtat. Ferdin. III. Camerarium. Eſt etiam Dominus in Hollenburg, Finchenſtein, Thallen, Carinthiæ Pincerna hereditarius eques aurei velleris.

57 Piccolomini. Octavio Piccolomini de Aragona Duci Amalphi Comiti & D. in Nachot, Brotlitz, & Hermanlitz, Eq. aurei Velleris, præteritis Comitiis, in conſilio Principum ſeſſio & votum conceſſum, licèt Principatum non ſub Imperio ſed in regno Neapolitano haberet, idque intuitu meritorum belli pacisque tempore & noviſſimè in conventu Norimbergenſi, ſuper executione inſtrumenti pacis præſtitorum.

58 Jo. Weichardus Princeps in Auersberg, Comes in Botſcher, & Wels, Dominus in Schon & Sauſenberg, Eq. aur. Velleris hereditarius Mareſchallus, & Camerarius ſupremus in Carinthia & Marchia Vandalorum, eod. Anno 1641. in Principum Collegium receptus eſt. Genealogiam delineavit P. Bucelin. *pag. 165.*

59 Naſſoviorum Genealogiam exhibet P. Bucelin. *pag. 126. & ſeq.* Ex hac Perilluſtri familia obiit Ann. 1553. Jo. Ludov. Naſſovius ex Lutherano ante factus Catholicus ab Hiſpano Rege Philippo IV. aurei Velleris Eques creatus, aureæ clavis officio donatus. Cujus filius Ferdinandus Erneſtus in Weſtphalia ad Conventus pacificat: Cæſaris nomine legatus, pace confectâ ex Comite Princeps creatus quo Principatus nomine liberi ejus utriusque Sexus eorumque Succeſſores perpetuo gaudent. Hadamara hujus ditionis urbs prolatis pomæriis amplificata & multis ſacris prophanisque ædificiis nobilitata & in monte S. Ægidii Franciſcanis obſervantibus cœnobium à Principe extructum & donatum eſt, PP. Societatis etiam literarum cauſa ſuſceptis.

Princeps de Portia Anno 1664. per Archi-Epiſcopum Salisburgenſem Guidobaldum à Cæſare ad hoc ſpecialiter denominatum Commiſſarium prævia deliberatione & placito principum 6. Maji introductus eſt, ad Conſilium Sac. Roman. Imper Principum dato reverſali, ſequenti autem ſolennitate actus geſtus eſt: Præceſſit Der Reichs Quartiermeiſter / ſequente Mareſchallo cum baculo, tunc Princeps Salisburgenſis Cæſareus Commiſſarius & dein ipſe princeps de Portia qui à Mareſchallo Imperii ad locum ſcamni Sæcularis ducebatur, & collocabatur, cumque Status ſederent, aſſurrexit Salisburgenſis his verbis: Cum ex Commiſſione Cæſarea Principem de Portia in Principem Imperii evectum, in Collegium inducere & votum cum ſeſſione præſentare in mandatis habeam, ſic ſe ei congratulari, & fælicia cordialiter apprecari, velle; Tunc Salisburgenſis Director Cancellarius Camerlohr, in Conſilium aſſumpto nomine Statuum gratulatus eſt, utque voto & ſeſſione, cum poſteritate diu fruatur. imprecatus, addito Mareſchallum ſcire quando nominandus ſit, princeps Portia autem ſtans, Cæſari, dein Commiſſario, & Principum Collegio gratias egit cum oblatione implendi in reverſali contenta & promiſſa. Hic Princeps mortuus eſt Anno 1665. 15. Februar. Viennæ. Principibus Imperii à Sacra Cæſar. Majeſtate, etiam his Comitiis Anno 1672. inſertus eſt princeps Joannes Adolphus Comes de Schwartzenberg ſuorum Majorum & propriis meritis jure merito id exigentibus. 60

Conſtat enim ex annalibus Hungariæ, ejus avum Jaurinum vulgo Raab / Anno 1594. 21. Julii à Turcis & Tartaris obſideri fortiter cœptum, cum Comitis Ferdinandi de Hardeck periculi imminentis timiditate vel ſecundum alios proditione traditum eſſet, Anno 1598. Viennæ capite plexus, virtute Illuſtriſſimi Domini Comitis de Schwartzenberg, &c. per ſingulare ſtratagema nocturno tempore recuperaverit, Turcarum Commendante utraque manu acinacem ſtringente, & reliquis Turcarum copiis fruſtra viriliter obſiſtenti,

Digitized by Google

obſiſtentibus, ipſorum 14000. interfectis & 300. captis vel ſecundum alios 1600. Chriſtianorum tantum 300. deſideratis, aliisque vulneratis, ac licet Turcæ Gallum ex Metallo factum in Chriſtianorum irriſionem turri impoſuiſſent, hoc addito, quando is gallus cantaret, Chriſtianos Jaurinum recepturos, tamen 28. Martii ab Altememorato D. Comite mane ante ortum Solis quinque Huſaros linguæ Turcicæ peritos ad vigilias Jaurini ſubmiſit, qui ſe Turcas ſimulantes, commeatum ex Ofen adferre dicentes petebat pontem demitti, ut à perſecutione Hungar. tuti eſſent, quo facto ipſi portis diruptis & vigiliis internecioni datis per d. Comitem de Schwartzenberg / cum 4500, armatis accedens obviam venientibus, ut d. occiſis & captis intra 12. horarum ſpacium Jaurinum cum præda opulenta recuperatum eſt, in cujus Victoriæ perpetuam memoriam ſequentibus annis dies hæc ferialiter exploſione tormentorum, & aliis lætitiæ editis ſignis celebrata fuit, de qua miraculoſa recuperatione per Illuſtriſſ. D. Comitem obtenta extant, *apud Klock. de arar. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 14. ſequentes verſus:

Captus erat corvus non vi ſed deditione,
Dum cuſtos juſſum non facit officium.
Hunc Aquila eripuit non vi, ſed calliditate,
Et poſtliminii munere reſtituit.
Vis actu regitur, res Marte vel arte gerenda eſt,
Moleruit propria vis ſine conſilio.
Fallor, an hac pellis vulpina aſſueta Leonis
Qua tot monſtra Labor ſuſtulit Herculeus.
A Domino factum eſt oculis mirabile noſtris.
Fauſtum quicquid agit cui Deus adſtiterit.
Marte Aquila virtute jugum pertaſa Tyranni,
Pannonia expectat Regia vindicias.
Millibus haud opus eſt multis tranſcendere muros,
Cum Domino facile eſt, perfide Turca cave.
Non Aquilam imbellem vidi generare columbam,
Cui dedit in volucres Jupiter Imperium.
Nil proſunt foſſa, aut muri, nil claudere portas,
Omnia divina pervia ſunt aquilæ.

Conjunctio eſt cum Comitibus de Sensheim, quos Sigiſmundus Barones in Schwartzenberg creavit An. 1417. & Maximil. II. Comites fecit An. 1599. Comes quoque creatus eſt dictus Jo. Adolph. ſed An. 1600. ante Papa à Wallonibus perfidè occiſus 21. (31.) Julii; Ejus filius Comes Jo. Adamus Magiſter ordinis S. Joan. in Marchia Brandeburgica & locum tenens ibid. Elect. Brandeburgici Berlini A. 1641. 4. (14.) Martii mortuus eſt, relicto moderno S. R. I. Principe Jo. Adolpho ex quo cum Conjuge Juſtina Comitiſſa de Starnb. nata filia Erneſtina nupſit Principi de Eggenburg, præter eam extat filius unicus Ferd. Erneſtus natus An. 1652. 23. Maij, nunc S. Cæſ. Majeſtatis Camerarius, &c.

In Receſſu Imperii 1654. dicitur Comes de Schwartzenberg Dominus in Hohen-Landsperg / Gimborn / Murau / See-Haus / Hohen-Cottenheim / Marckreuth / ꝛc. Eques aurei velleris, &c. Ex quibus Schwartzenberg / juxta Schlüſſelfeld / Herbipolenſem urbem ſita arx eſt; Comites vero de Schwartzenberg / cum Comitibus de Sensheim cognatis Ann. 1588. pacti fuêre, ut illi etiam nomen de Sensheim gererent, feuda extra utramque familiam non alienarent, & ut deficiente una familia ſibi mutuo ſuccederent; Sub Schwartzenberg ſunt Scheinfeld urbs, Gaiſelwind / Wefferendorff / aliique pagi Bidenheim / Weichenlaim / oppidum Seusheim / Dornheim / & adjecta his ſunt per emptionem Anno 1643. Marchbrach / Knatz-nbach; & inferior Lainbach; Comes autem Chriſtianus de Sensheim poſſedit arcem See-Hauß cum pertinentiis quo ſpectant Nertheim / Cottenhaim / Krauth / Oßheim / Callenſontheim / cum arce Erloch ꝛc. Murau quæ eſt Civitas cum prælatâ arce ad Muram in ſuperiori Syria, quam cum dominio Anna Neumannia tenuit An. 1624. mortua, quæ nupta 1. Chriſtoph: de Liechtenſtain. 2. Carolo de Ziſſ.nbach. 3. Comiti de Ortenburg. Et 4. Georgio Ludov. de Schwartzenberg / Aurei velleris equiti, cum nullos haberet liberos mortua an. 1646. hæredem inſtituit, qui deinde Mariam Eliſabetham Comitis Rudolphi de Sultz / filiam quæ poſtquam Anno 1642. d. D. Comes obiit, adhuc poſſedit, ejus vero morte ad D. Joannem Adolphum Comitem devoluta eſt. Ad Frideric. ab Andler dedicationem Juriſpr. publ. & privatæ. Hic Martinus Zeillerus libris charus 7. (17.) April. Anno 1589. natus

 legitur,

legitur, ut & mortuus An. 1661. 6. Octobr. D. Jo. Ortelius Medicus Nürenb. qui An. 1646. 18. Jan. Ibid. Norinb. mortuus eſt. Diſtat hæc civitas 5. milliaribus Friſaco à Judenburg/ vel 6. milliaria.

DE SCAMNO TRANSVERSALI.

62 Præter Scamna duo Eccleſiaſticum & Seculare in Conſilio Principum, poſtquam Auguſtanæ confeſſioni addictos Archi-Epiſcop. Epiſcop. Eccleſiaſt. Catholici ad ſuum Scamnum admittere difficultarent, Sæculares quoque locum iis facere recuſarunt, tertium Scamnum dein transverſale inventum pro iis Principibus, qui qualitatem Eccleſiaſticam adhuc retinent, quanquam hoc tantùm Magdeb. & Lubecenſes uſurpent, ex quibus Magdeb. qualitatem Clericalem non retinebit, niſi ad vitam præſentis Adminiſtratoris Auguſti Sax. Ducis, eo autem decedente cum titulo Ducis ad E. Brandeb. devolvetur, reliqui verò jam ſæculariſati, in Scamno ſæculari ſeſſiones ſuas habeant, uti Bremenſi Duci locus quintus in Inſtrumento pacis aſſignatus, *de quo ante actum*. In reliquis Principatibus & Collegiis ſæculariſatis autem decretum Cæſareum proximè A. 1654. ſub dat. 5. Maij Ratisb. emanavit, & clementiſſimè reſolutum, quòd Dux Halberſtadenſis immediatè poſt Brunſwicenſ. Mindenſis immediatè poſt Saxon: Lauenbergicum ante Holſat. Schwerin, autem Ratzenb. & Hirſchfelt, ante Mompelgard. ſeſſione & voto gaudere poſſint. Quia tamen hic ordo ſine contradictione non obtinet, ut intellecto quid ante fuerit, meliùs intelligatur, quid futuris temporibus obtineat, hac ratione de Principibus Scamni transverſalis, eo quo deſignati fuerunt ordine, *ſupra c. 27. n. 15. p. 391.* citra ullius præjudicium, pauca attingemus.

63 Ad Scamnum Eccleſiaſticum ſpectavit, olim Magdeburg. reſidens Magdeb. & quidem primus Adelbertus ex Monaſterio S. Maximini Trevirenſi huc poſtulatus, à Moguntino conſecratus eſt, Ann. 968. mortuus An. 981. fundatus fuit Præſulatus ab Otton. M. An. 940. domitis Vandalis, cùmque Bernhardus Epiſc. Halberſt. cui ſ(uberat contradiceret, is captus & in Quedlinb. carceri mancipatus eſt, antecedente verò feſto Paſchæ, cum Epiſc. poſtulatis & indutis veſtibus Epiſc. Imperatorem accerſiri feciſſet, isquè accedens Epiſcop. concenſurum crederet, excomunicatus eſt, quam cenſuram Eccleſiaſticam licèt Imp. primitus rideret, tamen re meliùs examinata eum dimiſit, & res ad mortem Epiſcopi in ſuſpenſo manſit, poſt ejus obitum cum conſenſu Papæ ad effectum deducta. Hic authoritate Papæ Bened. VI. primatum obtinuiſſe dicitur. Poſtquam S. Norbertus ex Canonico Xantenſi & Scholaſtico Colonienſi Siburgenſis Religioſus, & Archiepiſc. Magdeb. *XIII. Gel. in Colon. Claud. l. 4. pag. 694.* quondam filius & Civis Colon. cum Imp. Lothario in Italiam profectus, ſua facundia Innocentium & Anacletum Pontifices concilavit, qui author & Patriarcha S. Ordinis Præmonſtratenſium mortuus eſt Ann. 1134. & ſacra ejus oſſa ſub Ferd. II. Magdeburg. Pragam, in Monaſt. Præmonſtratenſe delata ſunt: Has reliquias ſui conditoris avidus Ordo, ut à magiſtratu populoque Magdeburg. conſequeretur, literas Cæſaris Commendatitias impetraverat, & is qui rem maximè urgebat, Caſparus Queſtenberg. Abbas Strohovicenſis fuit: ſed res apud Magiſtratum difficilis obtentu fuit, nam licet primarii Lutheranorum aſſentirentur, quòd rei apud ipſos non precioſæ jacturâ, gratiam Cæſaris libenter captarent, nec Catholici, quorum pauci ſupererant, honorem ſancto majorē inviderent, tamen plebs licet Acatholica ſe tranſlationi opponebat, quod ſibi perſuaderet & vulgo ſpargeretur, cum amiſſione harum reliquiarum Urbis fortunam abituram; Alii verò hac vulgi opinione ceu ſuperſtitioſa parùm moti, potiùs exurendos & cineres in flumen ſpargendos cenſebant, ne Idololatriæ Catholicor. ut ajebant, fomes adderetur; Hoc autem miles Cæſareus, qui extrema minabatur, prohibebat: Unde decreta tránslatione Queſtenbergius Abbas Praga evocatus, quo præeunte teſtibus aliquot adjunctis ſacrum corpus effoſſum eſt, quod poſitum fuerat in æde D. Virginis, quã à multis annis Acatholici obtinebant, & ſub ara S. crucis repertū loco ſatis profundo in Sarcophago lapideo integrum adhuc, & omnibus ſuis partib. ritè compoſitum, poſtquam autem moveri cœpit conſumptis jam diu nervis repente defluxit, oſſa vero reverenter collecta, & in arcam ad hoc paratam ſuo ordine depoſita ſunt, inde Bohemiam verſus deportata, & in Monaſterio quodam Doxanenſi prope Lecteromierum relicta, donec Pragæ locus Sacro pignori adornaretur, omnibus Pragæ apparatis & convocatis ferè ex tota Europa primariis Religioſorum Præmonſtratenſium, Corpus curru, quem ſex

Digitized by Google

ſex equi trahebant candidiſſimi, Pragam devectum eſt, ex d. Monaſterio, ubi tota Urbs effuſa & primarii cum clero obvii facibus inſtructi hoc ad Eccleſiam montis Sion deduxerunt, arcam 14. Abbatibus infulatis deferentibus, hæc autem acta ſunt media æſtate An. 1627. Hæc Civitas Magdeb. An. 1547. in bannum declarata fuit, quia Auguſtanam Confeſſionem ſuſcipere recuſavit, quod bannum an. 1549. à Cæſare renovatum, & ejus executio commiſſa fuit Mauritio E. Sax. qui Ann. 1550. 4. Octobr. Urbem obſidione cinxit, & eam ultra annum continuavit, donec An. 1551. tractari cœptum & 7. Nov. Capitulatio publicata fuit, 8. Nov. Elect. Urbem ingreſſus. Primò hic Sigiſm. Marggravius Brandeb: poſtulatus LXV. Arch. Auguſtanam Religionem ex Præſulibus amplexus eſt, mortuus Hallæ Anno. 1566. Cui ſucceſſit LXVI. Frideric, Marchio Brandeburg. qui Anno 1570. nuptias contraxit cum Catharina Patrui ſui Johan. Brandeburg. filia Cuſtrini, & tamen Epiſcopatum retinuit, cum qua numeroſam prolem ſuſtulit, quod indignè tulit Pius V. Papa tempore Imper. Maximil. & nihil non movit, ut Archiepiſc. ei abrogaret, quod tamen tutò ob temporis rationem executioni mandari non poterat. Huic ſucceſſit Chriſtianus Wilh, ejus filius LXVII. Arch. poſtulatus, qui etiam contracto matrimonio adminiſtravit, An. 1631. cùm autem hoc An. Urbem obſeſſam Tillius 10. (20.) Maij occupaſſet, vi armatâ & tota Civitas exceptis 139 ædibus parvis B. Virg. & Præmonſt. templo, igne vel à Cæſareanis, vel ab ipſis civibus poſito conflagravit. & tantum ad 400. cives ſuperſtites manſerunt, d. Archiepiſc. captus & Neoſtadium in Auſtriam ductus, ibi religionem catholicam amplexus eſt, in cujus locum capitulum jam ante An. 1628. Jo. Georg. Sax. Ducem in XLVIII. Arch. elegerat, ſeu adjutorem, qui natus 23. Aug. 1614. conjugem habuit Mechelburg. cujus adminiſtrationem Ferd. II. Imp. confirmavit: Hodie in pacificatione Germ. Suecicâ. *a.* 11. §. *ſimiliter pag. mihi* 79. Archiepiſcopatus hic in Principatum ſæcularem converſus eſt, ita ut quando vel morte, vel ſucceſſione in Electoratu aut alia conceſſione præſentis Adminiſtratoris vacabit, cum omnibus pertinentibus, territoriis, regalibus & Juribus, pro æquivalente compenſatione cedet Elect. Brandeb. D. Frid. Wilh. ejúſque ſucceſſoribus & heredibus maſculis, non obſtante electione aut poſtulatione interea factâ clam vel palam, idq; in Feudum perpetuum.

Epiſcopatum Halberſtad. Carol. M. An. 780. extructa in Salingſtat Eccleſia ad honorem S. Stephani fundâſſe dicitur, cui Hildegrinum præfecit, qui ſedem Halberſtadium cum conſenſu Cæſaris utpote locum commodiorem tranſtulit, cùmque Eccleſiæ Salingſtadenſi 7. & Halberſtadenſi 40. annis præfuiſſet, hîc ſepultus eſt. Poſtquam Sigiſm. Marchio Brandeb. LXIII. loci Epiſcop. An. 1566. deceſſit, Filius Henrici Julii Ducis duorum annorum, poſtulatus eſt, & Capitulum uſque ad Annum 1578. adminiſtrationem habuit. Henricus Julius Dux cum conſenſu Capituli de reformatione religionis convenit, & tamen in Cathedrali, quàm aliis Eccleſiis Auguſtana confeſſio introducta eſt. Cui ſucceſſit A. 1613. Henricus Carol. Dux LXV. Epiſc. An. 1615. ſexto ætatis an. defunctus, poſt eum Rudol. LXVI. Epiſc. A. ſeq. 1616. mortuus 13. Jun. Cujus frater Dux Chriſtianus 6. Aug. ejuſdem anni introductus in bello proximo ſe militarem exhibuit, ſed favente parùm fortunâ, amiſſo etiam brachio: Cui ſuffectus LXVIII. Epiſc. Leop. Wilh. Arch. Auſtriæ feliciſſimæ recordationis, ſub quo licèt An. 1629. religio Catholica poſtliminio revocata ſit, à Suecis tamen, totâ Diœceſi occupatâ rurſus facta eſt religionis mutatio & demum in pacificat. Germ. Suec. Epiſcopatus in Ducatum ſæcularem converſus, *juxt. Inſt. pac.* §. 12. *pro æquivalenti autem.* Hicque Epiſcopatus Halberſtadienſis cum omnibus Juribus, privilegiis, regalibus, territoriis, bonis ſæcularibus, & Eccleſiaſticis in perpetuum & immediatum Feudum conceſſus eſt, & in poſſeſſione reali ſtatim quieta conſtitutus, ut tamen religio Catholica in eo ſtatu relinqueretur prout per Archi Ducem LEOPOLDUM ordinatum fuerat. 65

64

Verda inter Bremam & Staden ſita, Urbs Epiſcopalis Bremâ 7. Staden 3. milliaribus diſtans, tempore Carol. M. Urbs ita muro cincta non fuit, adjacet Alleræ, ubi influit in Weſeram, & hoc loco 4500. Saxones Carol. M. capite plecti juſſit. Epiſcopatus Carol. M. A. 726. erectus in Bardewich, dein Verdam translatus eſt. Primus Epiſcopus Suibertus Anglus fuit. An. 807. mortuus, qui S. Patto ſucceſſit, *Münſter.* Tertius Tancon Scotus, *referente Gelenio in Colon. Claud. pag.* 670.

Digitized by Google

Anno 1620. duos habuit Epiſcopos, Ducem Holſat. Regis Daniæ Chriſtiani IV. filium & Catholicum Franciſcum Gulielmum Comit. de Wartenberg, &c. demum Cardinalem. Hic autem titulum obtinuit An. 1630. An. 1661. pie defunctus. Præfatus autem Dux Frid. Chriſtiani Regiæ Daniæ filius mortuus eſt Monaſterii, An. 1644. qui jam An. 1631. impoſito ſuo præſidio Clericos & Monachos ejecerat, per Franciſ. Wilh. &c. cum religione reſtitutos. Demum Epiſcopat. in Ducatum mutatus cum oppido & præfectura Wilshuſen, Regno Sueciæ in perpetuum & im̃ediatum Feudum conceſſus eſt, *inſt. pac. Germ. Suec. a. 10. §. Tertiò Imperator.*

66 De origine Epiſcopatus Mindenſis Chronicon Saxon. teſtatur, quòd Widekindus Sax. Dux Chriſtianâ fide ſuſcepta Carol. M. Imp. promiſerit in arce ſua ad Weſaram ſita ſedem erigere Epiſcopalem, qui locus ſuæ habitationis, erat pro utroque Duce & Epiſcopo capax, unde cùm Dux ad Epiſcopum dixiſſet mein dein ſoll das Schloß ſeyn/ locus dictus Minden. Hæc Urbs An. 1538. ob reformationem religionis à Cam. Imperiali in bannum declarata: Executio autem interpoſitione Saxonis & Haſſ. ſuſpenſa fuit, donec An. 1547. à Carol. V. expugnata eſt. Ann. 1626. Urbs Tillium generalem Cæſareum admiſit, Ann. 1631. Reformatio facta per Epiſcopum Oſnabrugenſem, etiam hîc Epiſcopum, qui per ſubdelegatos Virginibus ad B. Virg. mandavit, ut Eccleſiam cum appertinentiis Patribus Societatis cederent. Sed mox Landgravius Haſſiæ per tractatum Urbem obtinuit, quæ in Cæſareanorum poteſtatem reverſa A. 1634. 10. Nov. Sueci eam autem occupârunt A. 1644. 18. Nov. Nunc *ex inſtrum. pacis Germ. Suec. a. 16. §. teneatur. idem dominus.* Electori Brandeb. hic Epiſcopatus Mindanus cum omnibus Juribus & pertinentiis in Feudum perpetuum à Sacra Cæſ. Majeſt. de conſenſu ſtatuum Imp. conſenſus eſt ſalvis Civitati Mindenſi ſuis regalibus & Juribus, &c.

67 Naumburgenſis ſive Citizenſis Epiſcopatus Hugo primus loci Epiſcopus ex ordine S. Benedict. Eccleſiæ fundamenta jecit, ſub quo Ann. 964. à Bohemis vaſtata, & ipſe Hugo cum omni Clero expulſus poſteà reſtitutus, non diu ſupervixit. X. loci Epiſcopus fuit Theodoricus, qui Monaſterium B. V. Bozaugienſe fundavit, inducta Hirſaugenſium Colonia cum Abbate Eggenberto, qui cùm converſum aliquem genere nobilem corrigere non poſſet, Epiſcopum, ut eum verbis corrigeret exoravit, quod indignè ferens converſus Benno dictus, Epiſcopum Anno 1123. 5. Cal. Octobr. orationi vacantem occultè cultello transfixit, ipſe autem vivus à dæmone raptus nuſquam comparuit.

Mersburgenſem Epiſcopatum primò rexit 68
Boſo Monachus S. Emerani Ratisbonæ, nobilitate generis, honeſtate vitæ & ſcientia clarus, propagandæ fidei ſtudio ferventiſſimus, qui in orientem regni fidei ardore excurrit, multos Chriſto peperit, & ſacro baptiſmate abluit, Ottoni Imp. ideo chariſſimus, ab ipſo ad hunc Epiſcopatum evectus, qui Otto Eccleſiam hanc liberaliſſimè dotavit, mortuus autem eſt Boſo An. 969.

Miſnenſis I. Epiſcopus fuit Burchardus 69
ſub Otton. I. Cæſare 45. Epiſcopus Auguſtus Dux Saxon. 46. Chriſtianus Dux Saxon. An. 1586. & 47. Chriſtianus Elector Saxoniæ Ann. 1592.

Lubecenſis Epiſcopatus primò Altenburgi
in Vagria nunc Holſatia dicta ſub Ottone I. fundatus, 70
Ann. 970. deindè An. 1163. ſub Frideric. I. Imper. eo & Duce Henrico Leone d. Lubecam translatus. XII. & ultimus Epiſcopus Altenburgici Geroldus primus Lubecenſis fuit extructa & ampliata Eccleſia S. Joannis Anno 1170. pro alimentatione XII. Sacerdotum, mortuus Anno 1162. ſed Anno 1530. circa Petri & Pauli, religio in urbe mutata & nova Ceremonia ac ordinatio per Jo. Buchenhagen publicata eſt, duo Monaſteria, unum das Burg⸗Cloſter / in uſum pauperum, alterum S. Catharinæ in uſum Scholæ, converſa ſunt, nihil obſtante mandato Imperiali Caſatorio pœnali ſubſecuto.

Ratzenburg: Epiſcopatus ſub Archi-Epiſ-
copo Bremenſi Alberto, tempore Henr: IV. Imp. 71
cœpit, quem poſt injurias continuas belli, Henricus Saxon. Dux Leo d. Ann. 1153. reſtituit, ſub quo B. Evermodus Epiſcopus ex intimis S. Norberti ſociis, ex præpoſito Monaſterii S. Mariæ Magdeburgenſis hîc Præſul creatus, inſtitutum Præmonſtratenſe Raſeburgum attulit, cui Iſfridus miraculis clarus ſucceſſit, mortuus Anno 1204. Chriſtoph. XXX. loci Epiſc. Ann. 1566. abolito miſſæ ſacrificio in Eccleſia Cathedrali primus

Digitized by Google

primus religionem mutavit; hoc ſæculo Dux Mechelb. Guſtav. Adolph. in Epiſc. poſtulatus, cujus Coadjutor Frid: Dux Brunſwicenſis. & Lüneb. *Ex Inſt.pac.Germ. Sued. a.* 12. pro eo verò in compenſationem ejus quod Duci Megapolitano Suerinenſi per alienationem civitatis portûsque Wiſmarienſis decedit, hic Epiſcopatus ejuſque maſculo jure perpetui & immediati feudi competit.

72 Lebus Hildebrandus vel ſecundum alios Willebrandus XX: Magdeb. Archiepiſc. Eccleſiæ Magdeb. acquiſiviſſe & incorporaſſe legitur.

73 Brandeburg. Epiſcopus aliàs Brennopolitanus dictus eſt.

74 Schwerinenſis primus Epiſc. fuit: Jo. Scotus Anno 1062. dein An. 1066. 10. Nov. martyriſatus ob fidem Chriſti manibus ei pedibúſq; amputatis, & ſedes deinde annis circiter 83. vacans manſit: Sub Cunrado autem III. An. 1160. Eberhard. II. Epiſc. creatus eſt, & III. ſub Cæſ. Frid. I. Anno 1170. cui Benno ſucceſſit. Dux Henric. Leo dictus non tantùm Eccleſiam Cathedralem extruxit, ſed etiam bonis ſuo Marte & Gladio quæſitis dotavit, qui aliquot millia infidelium per Epiſc. Bennonem baptizari fecit, An. 1530. hic extra urbem in Capella S. Georgii, & dein in Eccleſia Franciſcanorum exercitium Catholicæ religionis immutatum fuit. Hodie *per Inſt. pacis.* in Principatum ſæcularem converſus eſt Epiſc. & Duci Mechelb. Adolph. Frid. adminiſtratori certis conditionibus competit, *art. 12. pac. German. Suedic. §. Pro eo vero &c.*

75 Hirſchfelt urbs ab Herolfo extructa legitur, milliari Fulda diſtat, & 4. à Ziegenheim/ Fuldæ fluvio adjacens in inferiori Haſſia ſita: Poſtquam Haſſi fidem Chriſti ſuſceperunt, Abbatia Hurſchfeldenſis An. 736. originem habet, & Ann. 737. Lullus primus Abbas fuit, qui ædificare cœpit Monaſterium Ann. 737. à Pipino & Carol. M. liberaliter dotatum; Alii Sturmum primum Abbatem nominant, qui dein Fuldam receſſerit; Alii Alcuinum Flaccum vel Albinum Carol M. præceptorem, cujus ſepulchrum adhuc in Eccleſia videre licet: Abbas LX. An. 1560. Gymnaſium hîc fundavit, & 40. millia Dalerorum ad hoc impendit. Poſtquam Joachimus ultimus Abbas Anno 1606. obiit, hæc Abbatia Principalis per lineam Haſſo-Caſſelanam adminiſtrata fuit, cùm advocatiam in ea haberent, unde tumultuantibus ruſticis Anno 1525. hanc urbem occupantibus Landgr. Haſſiæ Philippus reſtitit, & tumultum ita hoc loco repreſſit, hinc, quando Archi-Dux Leopold. Wilhelmus Adminiſtrator poſſeſſionem accepit, Jura ſua Landgravio reſervata fuerunt. Noviſſimè verò pacificat. Germ. Suedica, *a.* 15. *§. ſecundò domus Caſſellana,* d. domui ejuſque ſucceſſoribus hæc Abbatia Hirſfeldenſis cum omnibus pertinentiis ſæcularibus & Eccleſiaſticis ſive in ſive extra territorium, ſalvis Juribus domûs Saxonicæ conceſſa eſt, ut eo nomine inveſtituram à Cæſ. Maj. toties quoties evenerit, petant & fidelitatem præſtent.

De Salfelt, ſita ad Salam in Thuringia inter Rudelſtat & Graventhal refert Cruſius *tom. 1. tract. 2. contra P. Bom. Hay.* quod Canonicorum Regularium Collegium, Anno Archi-Epiſc. Colon. Benedictinis ceſſerit, quod Honori Apoſt. Petri & Pauli dicatum tradit Bucelin. 76

CAPUT

CAPUT XXXIV.

De S. R. I. Comitibus & Baronibus.

SUMMARIA.

1. *Comitum dignitas.*
2. *Comitum diſtinctio.*
3. *Baronum origo.*
4. *Comitum & Baronum Scamna.*
5. *Naſſau, Sarbrucken, & Sarwerden.*
6. *Stein & Wittgenſtein.*
7. *Hannovia.*
8. Lecaingen.
9. Rixingen.
10. Solms.
11. Müntzenburg Wildenfels.
12. Königsſtein.
13. Mansfeld.
14. Reuſſen.
15. Waldeck.
16. Iſſenburg.
17. Salm *item Comites ſylveſtres & ad Rhenum.*
18. Falckenſtein.
19. Schawenburg.
20. Ortenburg.
21. Pyrmont.
22. Fleckenſtein
23. Hatzfeld.
24. Blanckenheim.
25. *De Schomburg.*

SCAMNI SUEVICI.

26. Montfort.
27. Fürſtenberg.
28. Oettingen.
29. Sultz.
30. Zeyll.
31. Wolffsegg.
32. Cronenburg und Hohen-Gerolßegg.
33. Königsegg.
34. Graffenegg.
35. Hohen-Embß.
36. *Ex his Marcus Sitticus Archiepiſc. Salisb. fuit.*
37. Rechberg.
38. Fugger.
39. Trautmansdorff.
40. Schlick.
41. Weiſſenwolff.
42. Souegg.
43. Sintzendorff.
44. Ritberg.
45. Manderſcheit/ Gerolſtein/ꝛc.
46. Salm. und Reiſenſcheid.
47. Linden und Rechum.
48. Metternich.
49. Rantzau
50. Wallenſtein.
51. Inſtingen.

SCAMNI FRANCONICI.

52. Hohenlohe.
53. Caſtell.
54. Löwenſtein.
55. Lohr und Reineck.
56. Erbach.
57. Limburg.
58. Schwartzenberg.
59. Sainheim.
60. Wartenburg.
61. Oldenburg.
62. Bentheim.
63. Brunckhorſt.
64. *Oſt-Friſia.*
65. Stollberg.
66. Königſtein.

67. *Mogun-*

67. *meguntini fundamenta.*
68. Hohenſtein.
69. *Epſtein.*
70. *Brenberg, arx.*
71. *Lohr, arx.*
72. *Kletenberg.*
73. *Poſſeſſores hodierni.*
74. *Com. de Schwartzenburg.*
75. *Sondershauſen,*
76. *Oldenburgenſes.*
77. Ortenburg.
78. Berg.
79. *Dacmondem urbs munita.*
80. *Gelria.*
81. *Neomagum.*
82. *Oſt-Friſia & Embdam.*
83. Embden.
84. Hoyo.
85. Barbi & Muhlingen.
86. Diepholdt.
87. Reifferſcheid.
88. Areußberg.
89. *Heinenbergenſis poſſeſſio.*
90. Spiegelberg.
91. Lippa
92. Behlen.
93. Rheinſtein.
94. Rantzau.
95. Mörß.
96. *Epilogus.*
97. *Sunt alii nuda ſeſſione ſine voto fruentes.*

Comitum dignitas realis eſt & antiquiſſima, *Wehner. in verbo* Graffſchafft. Nomen à Comitando vel ſequendo natum eſt, *l. Idem apud Labeonem. §. Comit. de Injur. Duar. de Feud. cap. 6. n. 8. Schönb. 3. polit. c. 40.* quod vel ſacrum comitatum, qui eſt Imp. obſervarent, vel ex eo mitterentur. Hi pro varietate rerum commiſſarum varia habuerunt nomina *t. t. C. de off. Com. ſac. pal. Cujac. in parat. C. lib. 1. t. 32.* noſtris moribus Comes propriè dicitur, qui de Comitatu inveſtitus eſt à Principe, vel alio id jus habente. *c. 1. qui dic. dux.* Germanicè Grafen/ à gravitate graves, quâ alios præcellere debent, *Vult. d. l. n. 14.* Alii Graff/ Judicem eſſe ajunt, unde voces Centgraff/ Gograf/ Frey-Graff/ Holtzgraff/ & ſimiles: alii à voce Graben/ Belgis Graven/ quòd ſint limitum Judices & ita in ſtatutis Colonienſibus legitur Gräff / und Scheffen/ id eſt Judex, &c. Aſſeſſores *Beſold. verbo.* Graff. In Lombardia verbo & aliis Italiæ partibus quæ ad patrimonium D. Petri ſpectant, illi quibus Domini temporales Juriſdict. in caſtro ceſſêre, vice-Comites dici ſolent. *Speidel. lib. pag. 3. rub. de Vit. C. n. 1. & 2.* Et ita Comes & Judex ut Synonima uſurpantur, *2. feud. 27. de pac. ten §. ſi quis 9. §. ſi miniſtrales. & §. ſi Judex. 5. ſi duo homines.* Et Comites cum comitatu, Grafen deß Reichs/ habent Jura Imperatoris in ſuis Comitatibus, *Geil. 2. de p. p. c. 6. n. 10.* Et hi tanquam ſtatus & proceres vocantur ad Comitia, *Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 114.* Ita tamen, ut non omnes, & ſinguli, ſed totus comitum & Baronum Ordo duo tantùm ſuffragia habeant, *Matth. Stephan. d. loc. Wehn. verbo* Graffſchafft.

Ex his quidam ob prærogativam conceſſæ dignitatis dicuntur, Gefürſte oder Fürſtliche Grafen/ ut eſt Comes Gozzenſis, R. R. *Anno 1576. §.* Nach dem auch/ Mansfeldii à tempore Rudolph. Item Habſpurg. Tyrol. Heneb. Mompelgard. Aranſpergenſis, *Sixt. de Reg. lib. 1. c. 4. n. 22.* & hi ſub verbo Fürſtenmäßig/ in act. Imp. continentur. Quidam præter comitis appellationem vocantur Edle Herren/ ut ante hac Mansfeldii R. A. *de An. 1603. Weh. verba* laſſen. Et ſic non omnes comites ſunt ejuſdem conditionis in repræſentatione Status Imp. ad hæc quidam comitatum immediate ab Imp. recognoſcunt, & ſunt Status; quidam verò ſub aliorum Principum Juriſp. bona habent, quæ poſtea ſalvo Jure Principum quorum ſunt Landſaſſii in comitatum eriguntur, & hi Status non ſunt R. A. *de An. 1548.* Wiewol auch. Tales ſunt Comites de Hardech ſub Auſtriacis, Comites von Hochſtein / ſub Brandeb. Comites von Reugard ſub Duce Pomer. *Step. de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 6. n. 115. Reinck. de reg. ſec. part. 1. claſſ. 4. cap. 14. numer. 39. Sixtin. de Regal. d. capit. 4. numer. 7.* & hi Comitatum à Principe, regalia verò ab Imper. recognoſcunt, ut Ducatus Wirtenb. Feudum eſt Domus Auſtriacæ, *Reinck. d. loc. numero 41.* Regalia verò quorum intuitu Dux eſt, ab Imper. *Clarus §. Feudum. q. 32. num. 4. Mynſ. 1. obſ. 62.* An die Gefürſte Graffen/ pro

pro Imperii Principibus habendi, *v. Beſold. verbo.* Geſürſte Grafen. Affirm. Paurm *in tr. de Juriſd. Roman. Imper. lib. 2. cap. 11. numer. 20.* Ex his primogenitus Principis titulo utitur, reliqui verò Comites vocantur, donec ad adminiſtrationem vel ſucceſſionem in Principatu veniant.

3 Vocis Baronis origo controverſa eſt, alii derivant à Græco Baris, id eſt Gravis, ita Baro 2. *Feud. 3.* Alii à voce Baner, quòd vexilla ſignat, ut Barones quaſi Banner-Herren/ *Vult. 1. I. 4. n. 14. Wehn. Verbo.* Freyherren/ vel Barones, quaſi pares Comitibus, unde Germanicè dicuntur Freyherren/ quibus liberum ſit ad Comitum ordinem aſcendere, ut Licentiatis gradum Doctoris aſſumere; *Beſold. verbo,* Freyherren/ uſus Baronum fuit ante Carol. M. tempora ante annos 800. & plures: cùm Carol. ex Catalonia expulſis Saracenis eam diviſiſſet in novem Comites, novem Vice-Comites & totidem Barones, *Garſiae Maſtrill. de Magiſt. lib. 4. c. 2. num. 54.* Cùm autem vox hæc vel ſpec. vel generaliter capiatur; In ſpecie Barones ſunt; qui vel de Baronia cum baronali vel Regia dignitate à ſupremo Principe; vel circa Baroniam hâc dignitate decorati ſunt, *Syxt. de Reg. lib. 1. cl. 4. n. 32.* & quia Comitibus parificantur, etiam quoad leges veſtiarias diverſo cum iis Jure non utuntur; *Reform. Polit. de Anno 1530. §.* Von Grafen und Frey-Herren/ *& Anno 1540. t.* von Grafen: *add. Reinck. de Reg. ſec. lib. 1. claſſ. 4. c. 15. o. C. part. 1. c. 2. §.* nemlich. *ibi?* Auß den Grafen oder Frey-Herren. quæ vox; oder æqualitatem denotat; *l. 1. de reb. dub. l. fin. C. ad l. Falc.* Quicquid ſit in Gallia & aliis Regnis, *Roſ. de Feud. c. 2. concl. 1.* Licet alii Barones poſt Comites collocent; *per c. fundamenta. §. proinde & §. fin. de Elect. in 6.* ubi Baro poſt Comitem ponitur, *Duar. de Feud. c. 6. n. 8. Schönb. 5. polit. c. 40.* argumento ducto ab ordine ſcripturæ; *c. 1. 1. quis ſit Marchio. c. 1. de his qui Feud. dar.* quod autem in uſibus Feud. Baroniæ non fiat mentio, fit quia Longobardis non fuerunt cogniti, uti etiam Landgraviatus textus Feudales non meminere, qui tamen æque ac Marchionatus regalis eſt dignitas, *Beſold. verbo* Frey-Herren *Chriſtoph. Beſold. in nucleo I. publ. de Com. & Baron. Imp. pag. 355.*

4 Comitum olim duo fuerunt Scamna Suevicum & Wetterauicum, quibus Anno 1603. 25. Auguſti acceſſere Franconiæ Comites, qui ſpeciale Scamnum obtinuère; & Comites Weſtphaliæ & inferioris Saxoniæ, quorum enumeratio infra. Wetterau olim quidem Comitatus ſingularis fuit, à fluvio Wedera dictus, qui hic juxta Lubach non procul à Wertenfelt oritur, & in Niddam influit; Hodie tamen in hoc territorio multi ſunt comitatus immed. Imp. ſubjecti. De quibus ſingulis quædam Generalia tantùm delibabimus. Quod libet autem Scamnum Comitum in Conſilio Principum ſuum votum, & ſpecialem directorem habet Wetteravicum, continens ſequentes juxta ordinem ſubſcriptionis in receſſu Ratisbonæ Anno 1654. ſervatum.

Comes inter eos eſt Naſſoviæ Sarbrucken/ und Sarwerden/ Dominus in Lohr/ Weißbaden/ und Jtzſtein/ Civitas & arx Sarbrucken horum Comitum reſidentia ad Saravium ſita, ubi Gymnaſium eſt Auguſtanæ confeſſionis, de hac arce & urbe lis eſt cum Lotharingo, & Carolus Dux Anno 1632. homagium exegit, de cujus reſtitutione eſt textus *in Inſtrument. pacis Cæſar. Swed. & Nurmberg. Execut. §. 1.* 5

Lohr/ inter Oſtingen & Kintzingen/ ſitum, ut & Weißbaden celebris Naſſoviæ Civitas à termis ſalutaribus ad hos pertinere dicitur; hæc milliari uno Moguntia, & quatuor Francofurto, duobus à Schwalbach/ & 7. Confluentia diſtat, de quibus Ludovicus Horning late agit; Dicitur autem Naſſau/ quaſi eine naſſe Au ſive ein feuchter Boden/ & ante bellum Germanicum 450. pagos & prædia habuit.

Comes de Sain Witgenſtein; & Hohſtein, Dominus in Homburg/ Vallendar, Neumeroen, Lohr/ & Klettenberg/ Horum extincta antiqua familia, Anno 1273. Ludovicus Elector Palatinus matre Seinenſe, Patre Comite de Spanheim natus, de novo infeudatus eſt una cum Comitatu Witgenſteinenſi; qui extincta linea Anno 1560. conſolidatus eſt; quia Comes Sainenſis duxerat Wittgenſteinenſem Comitiſſam; Genealogiam exhibet P. Bucelin. *p. 126.* 6

Circa Comitatum autem Sainenſem ortæ fuerunt ſequentes controverſiæ.

I. An

1. *An Archiepiſcopo Trevirenſi ut Domino directo factus fuerit caducus?*
2. *An à Trevirenſi vel Palatino dependat?*
3. *An in eodem jus primogenituræ locum habeat?*
4. *An Chriſtianus Com. Witgenſtein, filius Wilhelmi ex uxore Anna Ottilia Sarapontana frater Erneſti Comitis Sainenſis, filiabus illuſtriſſimi D. Comitis Erneſti præferri debeat?*

De quibus ex ordine Sprenger. *in præten. Illuſtr. p. 225. & ſeq.*

Præteritis Comitiis Anno 1654. Ratisbonæ habitis Johannes Comes de Sain Witgenſtein, & Hohenſtein, Dominus in Homburg, fuit Collegii Wetteravici director.

Witgenſtein Comitatus urbs & ejus arx Berteburg vicina eſt Comitatui Naſſovienſi Dillenburg, Comitatui Arnsberg, & Haſſiæ, & arx ſita eſt in alto monte.

Homburg urbs & arx Haſſiæ ſita in monte, ex quo 100. urbes, pagi, & ædes ſpectari poſſunt, in quo puteus profundiſſimus ex petra exciſus.

7 Comites Hannoviæ & Zweybrucken dicuntur Domini in Liechtenberg und Ochſenſtein, hæreditarii Mareſchalli in Straßburg, Hannovia caput Comitatus ædificata Anno 1528. à Comite Philippo; à Batavis nova Civitate aucta.

8 Comitatus Hannoviæ nomen accepiſſe cenſetur ab Hunnis, qui in hac parte Rheni ſederunt, cujus Principalis Urbs eſt, Hanau, 6. Milliaribus à Rheno 2. Francofurto diſtans, Mœno vicina ſed fluvio Sintzen vicinior, qui eum duabus partibus occidentem & ſeptent. verſus alluit, ut Mœnus verſus meridiem. Urbs in veterem & novam dividitur, & quando Tubalt, Suec. præfect. militaris Anno 1631. 1. Nov. aſtu eam occupavit, Cives novæ & veteris Urbis ſeparavit, poſteà à Cæſareanis Ann. ferè obſeſſa An. autem 1636. in Julio per Landgr. Haſſ. Wilh. & Leſle liberata, donec Ann. 1638. à Comite ſuo Philippo Mauritio recuperata, in qua occupatione Suecicus Præf. Mil. Ramſor vulneratus, Dillenbergam ductus Anno 1639. obiit, poſt obitum Com. Ph. Maur. Vidua principiſſa arcem, Urbem & comitatum uſq; ad Annum 1641. rexit, ea brevi defuncta, nepos ejus Comes Joan. Ern. ultimus lineæ ſucceſſit, qui An. 1642. Varis defunctus poſt 7. annorum poſſeſſionem, erat futurus ſponſus cum Anhaltina. Sic Comitatus à Linea Hanau Munzenberg & Schwartzenfeld, ad lineam Comitum de Hanau Lichtenb. devenit, qui apud Argentoratum morantur, & Frid. Caſimirus ætatis 19. annorum in Jan poſſeſſionem apprehendit. In hac Urbe templa, ubi Gallicè & & Hollandicè Conciones fiunt. Hi Comites de Hanau, Lichtenberg, à Corona Bohem. Civitatem Hohenhauſen, (quæ Anno 1521. à Carol. V. Imp. infeudationem meri Imperii impetravit) in feudum obtinent & recognoſcuat, *Lymn. tom. 4. lib. 4. cap. 7.*

Comites de Leiningen in diverſas lineas diviſi ſunt; ex una ſunt Comites de Leiningen Domini in Weſterberg, & Schauenburg, quæ per nuptias Ameliæ filiæ Comitis Bipontini acquiſivêre, & reſident in vetere Leiningen: Alia Linea eſt Comitum de Leiningen in Hartenberg, qui reſident in Turcheim & hoc fortificatum eſt. Tertia eorum, qui reſident in novo Leiningen, quòd Ann. 1525. à ruſticis combuſtum, ab his reædificatum eſt, 2. milliar, à Turchheim diſtans: & ſimul habent arcem Heidesheim. Omnes vocati fuêre Comites Lignienſes, quia in Sylvis territorium eorum, *Genealogiam v. apud P. Bucelin. p. 131.* 9

Dicuntur etiam Comites in Rixingen, Domini in Waſſerburg, Schauenburg, Forbach, Meisburg, S. R. Imp. ſemper Freyen, & gaudent ſpeciali privilegio, ut bannitos in ſuis territoriis ſuſcipere, & fovere poſſint, ita tamen, ut ſiquis contra ipſos judicio experiatur, juſtitiam faciant de quo privilegio diſputant alii, an valeat? *Speidel. in verb. Bann. ante fin. ad addit. Beſold.* Sunt autem hodi alii de Stitzingen, alii de Dachsburg, ut in d. receſſu nominantur Philippus, & Joannes Ludovicus, ſpectant ad circulum Rhenanum, & Leo IX. Papa fuit Comes de Dachsburg, ante Bruno Henrelius dictus, *v. Spreng. in deln. pagina 390.* 10

Solms Comitatus dividitur in Brunfels, Laubach, & Licha; & Comites in has tres lineas. Hujus nominis antiquos Germanorum reges recenſet Ammianus Marcellinus, & putatur quod à Vadomaro, qui cum Romanis multa bella geſſit, do 11

Digitized by Google

ſit, dolo Juliani demum capto, nomen Hadamar, & ab ejus filio Vithicabio Wied nomen habet, poſt cujus obitum prælium ad Solianum habitum, quod Scopp. *lib. 1. Chorog. c. 10. pag.* 195. Solm fuiſſe dicit in quo Germani mortem regis ulturi Imper. in fugam conjecerunt, ut Treviros uſque effugere cogeretur, quam conjecturam ſuam aliis ex circumſtantiis petitis præſumptionib. probat Scopp. *d. loc. Genealogiam exhibet P. Bucel. p.* 132. Braunsfels urbs & arx multa paſſa eſt hoc bello decennio à milite Hiſpanico detenta, qui pacto receſſit, dein Sueci eum detinuere, Cæſariani eos paucos numero expulerunt, & hoc præſidium Comes Ludov. Henricus 18. Januar. 1635. in abſentia commendantis in ſummo hyemis frigore in perſona præcedens recuperavit. Anno 1640. Galli Vinarienſes occuparunt, cùm autem Joan. Alb. Comes de Solms Gubernator in Maſtricht. ab omnibus militantibus neutralitatem obtinuiſſet, hi eam deſeruerunt. Laubach urbs & arx in valle ſita in Haſſia, ubi terra ſigillaris invenitur. Licha urbs & arx ad Wetteram & pagis diverſis ante 300. An. in urbem contracta, arx vix ultra medium milliare videri poteſt: non procul abeſt Monaſterium Arnsburg, hoc bello omnino expolia-
11 tum. * Sunt in Circulo Rhenano ſuperiore Domini in Müntzenberg/ Wildenfelß und Sonnenwald/ & dividuntur in 3. lineas, Braunfelß/ Laubach & Licha, bonaque inter ſe dividunt, ex ſingulis lineis natos ſuperſtites recenſet Zeillerus in Circulo ſuperiore Rhenano *part. 8. pagin. 667. & ſeq.*

Sonnenwald Civitas & arx in Luſatia una cum urbe Baruth ad eos Comites ſpectat; Illa An. 1640. per milites Königsmarck/ nocte occupata
12 & exuſta fuit.

Ratione Königſtein/ Anno 1654. comparuit Elector Moguntinus, diſtat 2. Milliaribus Francofurto; oppidum cum arce in alto monte ſita comitatus caput eſt, & jam tempore Caroli M. in bono ſtatu fuit; Hunc Comitatum Comites Stolbergenſes tenuerunt, cumque ſine maſculis deceſſiſſent, & feudum hoc ad Cæſarem eſſet devolutum, id ipſum Archi-Epiſcopo Moguntino Danieli conceſſum eſt, qui illud Ann. 1581. poſſidere cœpit, & dein Archi-Epiſcopus Joannes Adamus Religionis Catholicæ Exercitium reinduxit, ante autem Comites Stolbergenſes Anno 1505. à Maximiliano I. Eberhardus VII. & ultimus de Epſtein hic declaratus fuerat Comes cujus filia nupta Ludovico Stolbergenſi ei Comitatum attulerat, cum vero ſine maſculis moreretur, & Chriſtophorus frater decederet ad Moguntinum d. modo pervenit, à Rege autem Sueciæ Anno 1631. 24. Decembris arx occupata, & Stolbergenſibus evacuata, ſed Anno 1635. Cæſarianis reſtituta fuit.

Comitum de Mansfeld, Dominor. in Hel- 13
drungen, Schluckenau & Heinsbach Genealogiam deſcripſit Rittershuſius, nomen habent ab urbe, & munita hujus nominis arce, quæ Eislebia milliari diſtat, ubi Anno 1483. 10. Novembr. natus fuit Lutherus, & Anno 1546. 18. Februar. mortuus & translatus eſt Wittenbergam ad 11. milliaria diſtantem, Comites hos bellica gloria celebres eſſe ſcribit Bucelin. *in Geneal. Germ. notitia pag.* 141. ut ipſum nomen juratiſſimis Chriſtianorum hoſtibus Turcis & Saracenis terrori fuerit, & in ſpecie prædicatur Carol. Mansfeldius, qui Rudolphi Cæſ. auſpiciis Turcas infeſtavit, victor morbo extinctus, victoriæ fructum aliis reliquit; In ſpecie Ann. 1595. commiſſo cum Turcis in Ungaria ad Granum Civitatem prælio ad 14. millia Turcarum periiſſe leguntur, reliquis fugatis, 14. vexillis, tormentis plurimis ingenti præda, & pluſquam 15. centenis tentoriis totidem Camelis, nec paucioribus mulis in poteſtatem ſuam redactis, cum autem fatigatus prælio poma, & ſimiles fructus pro ſui refrigerio in iſto calore non ſatis temperatè ſumpſiſſet, & potum addidiſſet, febri correptus, alio malo accedente Comorram vectus ibidem mox Anno ætatis ſuæ 52. omnium dolore mortuus eſt. Scribunt hi comites etiam ſe Dominos in Heldrungen ab hac arce Turingiæ, quæ durante bello Germanico celebris eſt reddita, quam poſtquam Haſſi occuparunt, vallum deſtructum fuit; quem locum à Comitibus Hohenſteinenſibus acceperunt; Anno 1487. iidem ratione fodinarum facti ſunt vaſalli Electoris Saxoniæ; Totum fere Comitatum partim alienatum, partim oppignoratum eſſe tradit Heigius, *pagina 1. quæſtion. Illuſt.* 19. *numero* 28. Ideoque Ducem Saxoniæ Islebiæ uti ſibi oppignoratæ ſuperiorem inſpectionem habere

bere

Digitized by Google

bere refert Spreng. *in Stat. Imper. delin. pagina 397.*

14 Nomine Henrici X. junior de Renſs Domini in Plauen / Domini in Graß / Cranichfeld / Gera / Schleiß / und Lobenſtein: Ann. 1654. in Comitiis comparuit Conſiſtorii in Gera Director, uſurpant autem omnes ex hac familia nomen Henrici hac occaſione, quia Bertha filia Carinthiæ Ducis & Cæſar. Henric. VI. cognata ſuum Conjugem Henric. de Plauen / cum 4. haberent filios, rogavit, ut in honorem Cæſaris, & perpetuam memoriam ordinaret, ut uſque ad finem mundi nemo ex hac domo alio quam Henrici nomine inſigniretur, quod ab ipſo placitatum fuit, Ann. 1194. Quia autem unus ex hac familia locum tenens fuit in Ruſſia, hoc etiam nomen hi in hunc uſque diem tenuerunt; Inſuper à Plauen / urbe Principali Voitlandiæ, quæ ipſorum fuit, hoc nomen adhuc uſurpant, quamvis nunc ad lineam Saxonicam ſpectet, Graiß / tamen Civitas Voitlandiæ, adhuc ipſis ſubeſt, Et ante Civitatem Schleiß in templo B. V. quod Mons Domini dicitur, hi Domini ſuam ſepulturam habent, & ab hinc 2. milliaribus urbs Tan ad eosdem ſpectat, ut & Lobenſtein urbs ad Salam 2. milliaribus à Schleiß diſſita; Ex hac domo cum una ad admonitionem Ernesti Ducis Saxoniæ à gratſatione deſiſtere nollet, ab Electore omnibus ſuis bonis exutus, terra pulſus eſt, ad aliorum tamen preces loco bonorum eidem aſſignatio alia contigit.

15 Waldecenſes Comites Pyrmont, & Eulenberg Barones in Tonna, Paland, Wieden & Werth deſcendunt à Wilhelmo Comite Waldecenſe, qui circa annum Chriſti 940. vixit, Sedes eſt arx ad Oderam in alta petra 2. milliaribus à Frizlar diſtans, cui etiam urbs adjacet, Comitatus diviſioni ſubjectus eſt, & Henricus Comes cum fratre ſuo cum diviſit; Caput Comitatus eſt Coſſrbach / pertinentq; Comitatus ad Circulum Rhenanum ſuperiorem, & ſunt ratione Comitatus Waldecenſis vaſalli Haſſiæ. *Spreng: in Stat. Imp. delin. p. 392.*

De Tonna v. Zeiller. *part. 5. p. 390.*

16 Comitium de Iſenburg & Budingen nomen alii derivant à copia ferri, quo locus abundat, ut & carbonibus, alii à Dea Iſide; Ann. 1408. Comes Dieterus fuit, Inferior Iſenburg ad Inferiorem circulum ſpectat, ex qua Archi-Epiſcopus Trevirenſis, & Salentinus Colonienſis deſcenderunt.

Budingen Anno 1442. Comitatus factus eſt, urbs hæc ad flumen Seine, & arx Comitum de Iſenburg reſidentia eſt, Genealogiam tradit Zeillerus *in Circul. ſuper. Rehn. numer. 26. pagin. 666. & Bucel.*

17 De Salmenſi jam Principe Imperii actum ſupra.

18 Falckenſtein arx cum oppidi juxta Rochenhauſen in tergo Hunnorum vel Palatinatuà Lotharingis aliquando detenta Anno 1644. in Febr. à Gallis ex Hagenau ſtratagemate invaſa & inventa notabili quantitate pecuniæ ad Lotaringiæ Ducem ſpectante, Anno 1654. à vicinis Commendante occiſo occupata, comparuit proximis Comitiis Ratisbonenſibus per Mandatarium Wilhelmus Wirichius Comes de Daun, Falckenſtein, & Limburg, Dominus in Oberſtein, Bruck, & Reiboltzkirchen, cujus Conjux eſt Eliſabetha Comitiſſa de Waldeck.

Oberſtein urbs ad fluvium Nahl, cum arce ſita eſt.

Reipoltzkirchen adjacet Falckenſtein, & in medio earum eſt Rochenhauſen.

19 Schawenburg Comitum originem & Genealogiam exhibet P. Bucelin. p. 129. ab arce Comitatus nomen habet, Ultimus Comes Otto, qui Anno 1640. ſine liberis deceſſit, matri ſuæ Comititiſſæ de Lippe arcem cum partinentiis pro ſede viduali reliquit, poſt cujus obitum juxta pacificationem Imperii ad Landgravium Haſſiæ devolvetur.

20 Ortenburgenſis Comes Ann. 1654. Frid. Caſimirus in comitiis comparuit, qui natus fuit An. 1591. 23. Jan. de qua familia Rittershuſius in opere Genealogico, arx & civitas ſita in Wetteravia eſt & alia urbs Alt-Ortenburg in Bavaria, V. Genealogiam apud Bucelin. *p. 106.*

21 Pyrmont Comitum de Gleichen arx munita eſt in Weſtphalia duobus milliaribus ab urbe Hamelen diſtans. Intermortua familia hac comparuerunt in comitis præteritis Comites Waldecenſes, & Joannes Lotharius Baro de Walpott & Baſſenheim, Dominus in Pyrmont, & Zwenich, Moguntini, & Colonienſis Conſiliarius, Amptmannus in Lohnſtein / & Andernach; Epiſcopus

quoque Paderbornenſis titulum Comitis Pyrmontenſis gerit, cujus feudum eſt; Philippus ultimus Comes An. 1557. in prælio occubuit, ejus ſoror nupta Comiti de Lippe Anno 1558. Comitatum obtinuit, & Ann. 1576. obiit, poſt eam unicus filius Ann. 1582. mortuus eſt, unde orta controverſia cum Epiſcopo Paderbornenſi, qui Comitatum ad Eccleſiam, ut feudum devolutum ſuſtinebat, juxta communem regulam Juris feudali, licet ante fœmina admiſſa fuiſſet, videtur autem fundamentum poni in feudis de curvo baculo. Extincta autem jam eſt linea Comitum de Gleichen.

22 Fleckenſtein Comitum arx & domus in Inferiori Alſatia in præalto Saxo natura munito ſita eſt, cui intra mediæ horæ ſpatium nullus alius mons adjacet.

23 Hatzfeld Comitum, vel juxta alios Haslefeld urbs ad Haſelam in Comitatu Blanckenburg / & medio Principatu Wolffenbüttelano ſita, vocantur etiam Comites de Gleichen / item Domini in Blanckenheim / Wildenberg / Drachenberg / Stetten / & Roſſenburg / ꝛc.

Anno 1654. duo fratres Melchior & Hermannus Comites in comitiis comparuerunt, extincta linea Comitum de Gleichen ad hos pervenit, An. 1630. Ex quibus Comitibus de Gleichen / aliquando unus à Turcis captus, cum evaſiſſet, eodem tempore ſimul duas conjuges habuiſſe legitur, inter quas ipſe medius Erfordiæ in templo S. Joan. ſepultus eſt.

Blanckenheim civitas Saxon. Vinarienſis
24 in Thuringia 4. leucis Erfordia diſtans ad Comites de Hatzfeld ſpectat, cum Domino ut & Stetten / Haldenberg dicta ad Generalem Comitem de Hatzfeld una cum Domino Roſenberg mortuo Anno 1632. Alberto Chriſtiano ultimo poſſeſſore pervenit, quæ duobus milliaribus à Rotenburg diſtat.

Baronum de Schomburg in Glocka & Wal-
25 denburg Genealogiam exhibet Rittershuſius lit. S. horum unus Anno 1598. 17. Aprilis, Secundus An. 1601. 13. Martii in Liechſtein / Tertius in Hartenſtein / Quartus An. 1605. 7. Nov. Quintus Ann. 1623. 29. Dec. natus perhibetur. Glocka ad eos pertinens urbs & arx munita milliari à Zwickau diſtat, ut & Waldenburg ad 2. milliaria.

AD SCAMNUM SUEVICUM PERTINENT.

Montfort Comites, ex his Comitibus Joannes Præſes Cameræ Imperialis fuit, Anno 1616. 14. Ap. mortuus. Horum Genalogiam refert Rittershuſ: in tabulis Genealog:

Tetnang urbs inter Ravensburgum & Lin- 26
daviam ſita ad eoſdem ſpectat, arx bello præterito combuſta, nec urbi ignis pepercit, habent hi ſepulturam ſuam in monaſterio Leuenthal ſupra Buchorn ſita, nunc in monaſterio Paulinorum Langenau dicto, quod eſt inter Tetnang, & Lindaviam, à quovis 2. milliaribus diſtans, & hoc d. bello combuſtum fuerat, ſed jam reſtitutum eſt, alluit aqua die Arg / nec procul à lacu Podemanico abeſt, Benedictini olim incoluerunt, nunc ad Paulinos pervenit.

Comites de Fürſtenberg / Heiligenberg / 27
Werdenberg / Landgravii in Baar / & Stülingen / Domini in Herten & Hauſen / in valle Kitzingen / Liſchau / Trachau / & Hernhauß.

Arx & civitas ſita eſt inter Dutling & Poſſingen in nigra ſylva, cujus vicinum territorium Landgraviatus Bahr vocatur, olim Abnobia nuncupata: *Buc. in Germ. notit. p.* 114.

Stülingen / urbs & arx cum dominio aliquando ad Comites de Pappenheim / nunc ad Fürſtenberg pertinet, ubi Friderici Rudolphi Comitis filius reſidet.

Heiligenberg arx juxta Salmansweiler in quo comitatu mulier 94. annorum cum viro 96. annorum Anno 1652. puerum concepiſſe, & 6. menſes in utero portaſſe legitur.

Oettingen / civitas & arx eſt horum Comi- 28
tum, ad hos etiam ſpectant Wallerſtein / Spielberg / Horburg / Flochberg / Hoch- und Nieder-Hauſſen / Balderen / Katzenſtein / ꝛc. Dicuntur autem alii Comites Oettingen zu Oettingen / alii Oettinger zu Wallerſtein / utrorumque hodiernam lineam exhibet Zeillerus *in Circ. Suev. p.* 501.

Wallerſtein, in monticulo ſitum oppidum juxta Nördlingen / in cujus arce Comitum Reſidentia fuit ante quam à Suecis An. 1648. 16. (26.) Martii, in cineres redacta fuit.

Sultz / Comites Landgravii in Klegau / Do- 29
mini in Tungen / Mumlar / & Müntzenburg / Hæreditarii Judices in Rothweil; Horum Genealogiam ex

am exhibet Ritterſhuſ: & Bucelin. *in Germ: notitia fol.* 116. De Judicibus in Rothweil / ſuperius dictum.

Tungen/ urbs & arx eſt 12. & medio milliari à Schafhauſſen diſtans; Klegau autem Landgraviatus juxta Rhenum à civitate Schafhauſen/ ſe ad 4. milliaria extendit uſque ad urbem Waldshut.

30 Erbtruchſeſſi S. R. I. Comites de Zeyl/Domini in Waldburg/Wurtzag/Marſtetten/Wolfsegg/ & Waldſee/ Genealogiam exhibet Ritterſhuſius; Henricus Truchſeſius Anno 1637. 16. Auguſt. defunctus reliquit filium Johannem Epiſcopum Conſtantienſem An. 1644. 15. Decembr. defunctum. *de aliis Zeiller. pag. 57. tit. 7. de Circulo Suevico.*

31 Zeyll/ oppidum & Reſidentia in Algoia juxta urbem Leutkirchen.

Wolfsegg/ Maximilianus Wilibaldus S. R. I. hæreditarius Truchſeſius vocatur in ſubſcriptione Receſſus de An. 1654.

32 Comes de Croneburg/& Hohen-Gerolsegg/ ita dicitur addifferentiam Gerolsegg juxta Elſaszabern/ nam iſtius arx ſita eſt in Circulo Suevico inter aquam Schutter/ & Kitting/ poſtquam autem linea de Hohen-Herolsegg / Ann. 1634. 26. Julii extincta eſt, ad imperium & Comitem de Croneburg pervenit.

33 Königsegg Comitum, Baronum de Aulensdorff/ Rottenfels/ & Stauffen/ Genealogiam tradit Ritterſhuſius, Bucelin. *fol.* 120. Hi à Comitibus de Monfort / acquiſiverunt Rottenfels Königsegg/ ante Romani Imperii tranſlationem cognitam, & Carolo Martello probatam fuiſſe refert Bucelinus *p.* 124. Electoralem Colonienſem, & Saliſburgenſem Metropolicas Eccleſias in vita ſua ornârunt ut Præpoſitus, Decanus, & Canonici Joannes Jacobus, & Berchtoldus Comites de Königsegg ꝛc. Ille etiam edito & collecto promptuario ſacro Biblico raro hujus ſæculi Exemplo clarus, poſt quos jam enitet ex fratre eorum filius Saliſburg. Canonicus.

34 Grafeneck arx in Inferiori Auſtria cum oppido Grafenwerd vicino Crembs urbi ad Dominos de Werdenberg ſpectavit; ſed Ann. 1645. ad Generum ejus Adamum de Enbefort pervenit.

De Comitibus de Hohen Embs/ Galera/& Vadutz/ Dominis in Schellenburg/ Dorenbeu'ern/ & Luſtenau/ v. Bucelin. *in d. loc.* Arx hæc in Circulo Suevico ſita ad Rhenum in altitudine, cujus rudera extant adhuc alia in valle ad latus Germanicum Rheni ſive dexterum; fortalitia habet, ut [illegible]rent inexpugnabilia, nec legitur unquam vi fuiſſe expugnata utpote natura ſimul, & arte munita, cui Henricus VI. Cæſar victa Sicilia aliquot captivos incluſit, eorum quoſdam excæcavit, alii in carcere extincti fuerunt, quoſdam Philippus Cæſar dimiſit. 35

Ex hac Comitum progenie Marcus Siticus Præpoſitus Conſtantienſis & Canonicus Saliſburgenſis electus fuit in 54. Archi-Epiſcopum Saliſburg. An. 1612. 18. Martii à Paulo V. confirmatus, ab Epiſcopo Ratisbonenſi Wolfgango conſecratus 7. Octobris, & ſequenti die ſolennem ingreſſum habuit, cujus veſtigia & picturæ adhuc extant, Palatium & hortus amœniſſimus Hellbrunn cum appertinentiis per eum brevi tempore perfectus eſt, is fundamenta & primum lapidem hujus Eccleſiæ Saliſburgenſis 14. April. An. 1614. poſuit, S. Caroli Borromæi cognati ſui honori Sacellum extruxit, ipſe publice bis prædicavit verbum Dei; Ann. 1617. 20. Octobris, convocatis Religioſis Benedictinis Gymnaſium incepit, quod ſucceſſu temporis, C. *ut inf. c. de Academ tradetur*) in Univerſitatem converſum eſt, Ann. 1619. 9. Octobr. inter 2. & 3. matutinam vita defunctus; cujus Epitaphio & lapidi ſucceſſor Archi-Epiſcopus Paris ex Comitibus de Lodron inſcribi juſſit, ut in choro videtur: Hæreſum profligatori, hujus templi à fundamentis prope ad tecta uſque conditori, aliarumque multarum Eccleſiarum conditori, Patrono Literarum & Mæcenati, Pauperum perfugio, Anteceſſori ſuo de Eccleſia, de Republica, de literis, de omnibus bene merito, &c. 36

Ad eoſdem Comites de Hohen-Embs ſpectat Pagus Vadutz/ cum adjacente magna ſpectabili arce milliari longo à Veldkirchen / diſſita, cum annexo Dominio per Comitem Caſparum de Hohen-Embs / Anno 1613. à Comite de Sultz una cum Schellenberg ejuſque pertinentiis empta.

Comitum de Rechberg/& Roten-Löwen/ Dominorum in Velche familiam v. apud Bucel. *in not.*

Digitized by Google

not. ſup. fol. 119. & 123. Arx illa & munimentum diſtat milliari à Suevica Gemunda, Aiche quoque arx olim proprios ſuos habuit Comites, qui ſepulturam ſuam habent in Monaſterio Guttenzell, nunc ad hos Comites devenit.

38 Fugger Comitum in Kirchberg/ & Weiſſenhorn/ Domini in Brandeburg/ Wullenſtetten/ & Dietenheim proſapiam tradit Rittershuſius Linea una Marci, II. Joannis, & III. Jacobi eſt, de quibus Zeillerus in Circ. Sue-viço, *pag. 510.*

Kirchberg arx oppidum. & Comitatus Ulmæ vicinus in Suevia, una cum arce Weiſſenhorn ſub feudum Domus Auſtriacæ dicitur.

39 Trautmansdorff / Comitum Genealog: exhibet Bucel. *lin. p. 166. ad Zeil. in Circulo Auſtriaco p. 80.*

40 Comitum de Schlick proſapiam tradit Goldaſtus in Boh. *l. 3. c. 10. in fin. p. 411. & ſeq.*

41 De Com. David Ungnadio dictum ſupra nunc ſunt Comites de Weiſſenwolff / Domini in Son- & Eiſegg.

42 Sonneg munita arx eſt in Carinthia.

Steyreck urbs ad Danubium in Auſtria huic Comiti per Conjugem acceſſit.

43 Comitum de Sintzendorff / qui ſunt hæreditatü Romani Imperii Theſaurarii, meminit Rittershuſ. in opere Geneal: lit. S. Iidem ſunt Barones in Ernſtbrun / Domini in Roggendorff / in Bergſtatt / St. Martinsburg / & Prodesdorff/ Ernſtbrunn / arx ſita eſt in Auſtria, ad eoſdem pertinens.

44 Comitum de Ritberg civitas & arx eſt ad Embdam non procul à Bilenſeld / Widenbruck / (quæ urbs olim munita in Oſnabrugenſi Diœceſi Anno 1647. per Suecos multa paſſa fuit) ſpectat ad eoſdem.

Eſens munita civitas & arx eſt Friſiæ Orientalis quæ proprios habuit Dominos, quorum linea Anno 1540. intermortua Chytreus *liber. 15. Saxon. pag. 392.*

45 Ferdinandus Ludovicus Comes de Manderſcheid/ Geroltſtein & Rutig/ Dominus in Cronenberg / Bettingen/ & Thun/ ob comitatum Gerolſtein in Comitiis An. 1653. comparuit.

46 Erneſtus Salentius Comes de Salm Reifferſcheid Dominus in Dick/ Alfter/ Hackenbroich/ Mareſchallus hæreditarius Colonienſis propter Reifferſcheid/ Anno 1653. comparuit; Comitatus Salm in Ardenna aliquando pro decem flor. millibus à Petro Domino in Reifferſcheid/ emptus per Joannem II. Archi-Epiſcopum Trevirenſem, qui Anno Chriſti 1503. ætatis 79. mortuus legitur. Meriau in Topographia Trevirenſi, *p. 39. §.* Salm/ *x.* Urbem Salm 24. milliaribus Lutzenburgo diſtare ait:

Reifferſcheid civitas arx & Comitatus in Eiffia.

Comes de Linden & Rechum, Baro in Bor- 47
ſchem, Treness & Stein Bock, Dominus in Blaringen, Hantin, & S. Simon; Comes hic votum & ſeſſionem in Comitiis habuit Ann. 1654. Ejuſq; anteceſſores Ann. 1641. Ann. 1613. ut ex ſubſcriptionibus patet.

Comitatus autem Rechum eſt in circulo Weſtphalico Aquiſgrano 6. & Trajecto vix duobus milliaribus diſtans in amœniſſima fœcundiſſimaq; planitie, eique Maſa præterfluit non ſine magno ſubditorum commodo, in quo etiam Dominus Comes Telonium habet; ut & in terra ab Imperatore Friderico id ante 230. annos conceſſum, ejuſque Succeſſoribus Cæſaribus & noviſſimè ab Imperatore confirmatum, cujus arcis amplitudinem, & Architecturæ magnificentiam, immunitates, libertates, privilegia, Jura cudendi etiam auream, argenteam, & æneam monetam oſtendere hujus non eſt loci.

Poſſeſſores autem moderni Comites ex antiquiſſima DD. de Aſpermont & Linden familia originem habent, & à Sifrido ex Proſapia de Eſte proveniunt, quorum nomina ab Anno 660. hiſtoriæ & Ludi Equeſtres, ut & bellicæ virtutes contra Saracenos maxime celebrant. quapropter ex duobus fratribus uni crux argentea loco aquilæ argenteæ, quæ familiæ primariæ ſtemma eſt, data fuit. Secundo, qui hoſtium Ducem propria manu in prælio confecerat, aurea crux conceſſa eſt, cumq; hic cum cognato ſuo Comite Hollandiæ in Venatione conſtitutus prope flumen ex adverſa ripa domicellam inſignis pulchritudinis conſpiciens, ejus amore inardeſceret ſed flumen acceſſum impediret, Canis autem Venaticus Domicellæ fluvium pertranſiens, Comiti Arnoldo nomine ultro accedens fluminis tranſitum oſtendiſſet, ipſo vero

Comes,

Comes, tranſitu fluminis ipſam accedens (quæ Epiſcopi Ultrajectenſis neptis erat) in Conjugem eandem accepiſſet, ab Epiſcopo Comitatum de Linden accepit, ex quo Comite Arnoldo de Aſpermont deſcendens hodierni Comites in ſtemmate Crucem auream, & in ſupremitate canem Venaticum in perpetuam d. rei memoriam adhuc gerunt; In torneamento Magdeburgi Ann. 938. ſub Henrico I. Imperatore Aucupe dicto Comes Fridericus de Aſpermont admiſſus fuit teſte libro torneamentorum *fol.* 25. In eodem *fol.* 93. allegatur etiam Comes Wilboldus de Aſpermont in torneamento, habito Coloniæ An. 1179. Modernus Dux Lotharingiæ cum una ex familia de Aſpermont matrimonium iniit, quæ ejus lineæ ultima eſt. *ad Zeill. in Circ. Weſtph. p.* 764.

48 Lotharius Baro de Metternich / Winneburg & Bilſtein/ Dominus in Zopffen/ & Königsberg/ rc. comparuit, & legitur in Receſſu de Anno 1654.

Winneburg/ arx & Dominium inter Confluentiam & Trevirim ſitum.

Bilſtein ad Moſellam urbs & arx inter Cochheim & Brempi ſpectat ad Circulum Weſtphalicum *Merian. Topograph. in Archiep. Trevirenſi* Anhang/ *p.* 37.

49 Chriſtianus Comes de Rantzau / Dominus in Breitenburg Eques, Regis Daniæ à Secretis, &c. De quo alias.

50 Maximilianus Comes de Wallenſtein / Dominus in Dopiewitz/ Stahl/ Schwiegen/ Cloſter/ Gratz/ Duchs/ Leutensdorff/ Lauſtſchein/ & novi Waldſtein.

51 An. 1654. nomine poſſeſſorum de Juſtingen in Sueviâ comparuit per ſubſtitutum Albertus Erneſtus Baro de Freiberg & Eiſenberg.

SCAMNUM FRANCONICUM.

Comites Hohenlohe in duas lineas dividun-
52 tur, ſcilicet in Neuenſteinenſem & Waldeburgicam, quævis habet tres ditiones, & regentes Comites, & conſiſtit familia in 24. maſculis; Ad priorem ſpectant Wechersheim / Nevenſtein / Langenburg / ad poſteriorem Pfedelbach / Waldenburg / & Schilingsfurſt; de quibus Ritterſhuſius in Genealog: Wechersheim urbs & arx ad Tuberam, in quia reſedit Dominus Comes Georgius Fridericus Hohenlohe Ann. 1645. mortuus 7. Julii; bello Germanico ad Mergentheim hic locus pervenit, ſed per pacificationem A. 1648. una cum Monaſterio monialium Schefftersheim ad priores Comites rediit.

Neuenſtein / urbs cum arce dictorum Comitum reſidentia, milliari ab Oeringen diſtat, in finibus Franconiæ, & Würtenbergici Ducatus, ubi dd. Comites in templo ſepulturam habent.

Pfedelbach/ arx & reſidentia ſimiliter quadrante horæ ab Oeringen diſſita eſt.

Ut & Waldenburg/ urbs & arx in monte non procul ab Oeringen / 3. milliaribus ab Halla Suevicâ ſita, munita quidem, ſed aquæ penuriam habens.

Wolff Georg Graff und Herr zu Caſtell/ rc. 53
unius omnes lineæ partim reſident in Remblinge/ partim in Rudenhauſen/ dictus Wolff/ qui hic reſidet, natus An. 1610. 27. Januar. Georgius Frid. reſedit in Rudenhauſen/ An. 1653. mortuus, pro cujus liberis Ann. 1654. in comitiis etiam comparuit d d. Wolff Georg Remblingen; Urbs cum 2. arcibus duobus milliaribus Herbipoli diſtat.

Fridericus Ludovicus Comes de Löwenſtein/
Wertheim/ Rechefort/ Virnenburg/ & Montaigu/ 54
Superior Dominus in Chaſſepierre, Dominus in Scharfeneck / Brennberg/ Herbemont/ & Neuenberg. An. 1654. Collegii Franconici Comitum director; Löwenſtein reſidentia Comitum duobus milliaribus Heilbrunna diſtat: Genealogiam exhibet Ritterſhuſius & Zeilerus p. 664.

Comitum de Lohr / ſeu Reineck ad Mænum
Principalis eſt Civitas Comitatus Reinekenſis & 55
Lohr, ſitus ad Lohr flumen & ibi in Mænum influit, ſicque comitatus à Lohr & Reineck promiſcuè nomen habet. Anno 1574. extinctâ lineâ Comitum El. Mogunt. poſſeſſionem vacantis feudi apprehendit, & 24. Auguſt. Anno 1603. religionem Catholicam reduxit, concionem & miſſam celebrari fecit, repugnantibus pro Jure ſuo Comitibus de Erbach / Hanau / Muntzenberg & Eiſenberg.

Erbach comitatum poſſidet & Ann. 1640. 56
aulam habuit Comes ex quibus Ludovicus Anno 1743. mortuus ſine liberis, cujus frater Georg. reſidebat in Fürſtenau.

Dominorum de Limburg Dominium con- 57
ſiſtit in majoratu unius, qui nunc eſt Eraſmus

de Limb. R. S. I. Archipincerna, ut fuit reſidentia in Speckfelt arce in monte, ubi ad pedem eſt Amersheim aliis Engersheim/ hic poſta Herbipoli Norinbergam tranſitur, quia arx Limburg omnino deſtructa.

58 De Schwartzenberg / actum eſt ſupra.

59 Item, de IV. Salnheim.

60 Joannes Henricus Rothaſſt/ Comes & Dominus in Wartenburg.

IN SCAMNO SAXON: INF. ET WESTPHALICO.

61 Comitum Oldenburgenſium Comitatus eſt antiquiſſimus ab An. 850. ad 11, milliaria longus, 9. latus, An. 1654. Comites in Comitiis per legatos comparuerunt. Genealogiam deſcripſit P. Bucelin. *p.* 138.

62 Bentheimenſis Comitatus in finibus Weſtphal. ſitus ad Epiſcopatum Monaſterienſem, ad 10. mill. longus, & 3. latus, ultimus Comes tres reliquit filios, cum una Comes de Steendorff hunc comitatum accepit, ubi Arnoldus Comes Anno 1564. religionem mutavit, ejus mater Anna unica filia Comitis Techlenburgici mortua Anno 1582. magna pars comitatus ad Bentheimenſes pervenit, idem Epiſcopi Monaſterienſis mutatâ religione Juriſdict. agnoſcere noluit, habuit in conjugem filiam Comitis de Hewenai, ex familia Techelburgica, cum Conrado erat Otto Præpoſ. Oſnabrug. quem frater Conradus, uſquead vixit, captivum habuit, Anna autem prædicta poſt ejus mortem dimiſit, & poſt aliquot annos mortuus eſt ſolâ Anna ſuperſtite, quæ Anna dein Anno 1561. â proprio conjuge Comite de Bentheim in arce Tochelburg captiva habita, & aſtu ſui cognati Comit. Chriſtoph. de Oldenburg, liberata fuit.

63 Com. de Brunckhorſt. Jodocus Maximilianus Comes in Brunckhorſt, Gronsfeld, & Eberſtein, Baro de Baltenberg & Rimburg, & Dominus in Alpen, & Hunnepel; Civitas & Comitatus ad Iſaram milliari Zutphania diſtat; Sunt etiam Comites in Styrum, Wiſch, & Borchloh.

64 Joannes Comes & Dominus Oſt-Friſiæ & Ritberg, Dominus in Eſens. Stedesdorff, Widmondt, & Melrich, Erhardus II. Comes Friſiæ Orientalis Anno 1599. moriens reliquit poſt ſe Ennonem III. mortuum, Ann. 1625. & Joannem II. Comitem de Ritberg.

Enno reliquit filium Ulricum defunctum Anno 1648. 1. Novembris, qui cum conjuge ſua Juliana filia Landgravii Haſſiæ Darmſtettina reliquit Ennonem Ludovicum, Ann. 1632. 29. Octobris. II. Georgium Chriſtianum 1634. & III. Erhardum Ferdinandum Ann. 1636. 12. Julii ſucceſſivè natos; Ex quibus ſenior Enno Ludovicus ad ſtatum Principum evectus; Alterius Comitis Erhardi filius Johannes, cum fratris ſui Ennonis Filia Sabina Catharina duos filios procreavit, Joannem & Ferdinandum Franciſcum. *de quibus Ritterſh. in Genealog. verb.* Ritberg.

Comites de Stolberg (quorum etiam mentio ſup.) in Königsſtein/ Rutſchefort/ Wetingerode und Hohnſtein/ Domini in Elſtein/ Muntzenberg/ Breuberg/ Loora/ und Klettenberg. 65

Stolberg. ſpectant ad Circulum Saxoniæ ſuperiorem, ortum habent à Nobili Romano, de Columna, qui cum venaretur cum Imperatore Juſtino dicto Juniore, nigrum cervum cœpit, Imperatorem in admirationem traxit, & eum Comitem creavit, totum illum tractum den Hartz/ ei donavit, Anno 566. ubi is poſtea caſtrum Stolberg ædificavit.

Königſtein titulum etiam hi Comites habent, quem Elector Moguntinus tamen poſſidet ut d. ſup. ſed hac de re inter Electorem, & hos Comites controverſia eſt; Comites pro demonſtrandâ ſuâ propinquitate genealogiam producunt, & ſibi aſſerunt, quàm exhibet Sprenger: *in præterſ. ill. pagin.* 238. 66

Archi-Epiſcopus Moguntinus autem ſe fundat in expectativa ſibi per Maximilianum Imperatorem factâ eo caſu, quo Chriſtophorus ſine liberis maſculis decederet, quæ conditio evenit, quia Chriſtophorus, qui Königſtein poſſedit ab A. 1574. uſque 1581. obiit celebs; Replicant è contra Comites quod Maximilianus Imperator præſumatur Inveſtituram & expectativam promiſiſſe conformem privilegiis Caroli V. & Ferdinandi, & quamvis Chriſtophorus liberos non reliquerit, habet tamen hæredes feudales ſcilicet Annam Comitiſſam de Königſtein/ quæ nupſerat Bothoni Comiti Stolbergenſi, cum quo 13. liberos, inter quos d. Chriſtophorus, progenuit; 67

Cum

Cum autem Eberhardus,& Georg. Comites de Kö-
nigſtein viderent ſe ſine liberis morituros,à Carol.
V. impetrarunt,ut in caſum ſui,fratrisq;ſui defici-
entis Comitatus in d. ſororem Annam , ejuſq; deſ-
cendentes Stollbergenſes devolveretur, quód dein
à Ferdinando confirmatum fuit,præterquam quod
idem Eberhardus Teſtamento à Carolo V. con-
firmato ordinaſſet. Ad hæc huic privilegio Ma-
ximilianus derogare non potuerit citra ſufficien-
tem cauſam , de qua non conſtat, nec jus quæſi-
tum tollere ; Duplicatur ex parte Electoris , &
obiicitur Transactio cum Comitibus facta , ſed
triplicatur, quod hæc facta ſit per minores Juris
ſui ignorantes , quibus uti ultra dimidium læſis
per reſtitutionem in integrum Jura ſuccurrunt ;
Spreng. de pag. 239. facit pro hac controverſia *c.* 1.
qui ſucceſſ. ten. & tradità Fachin. 7. *cap.* 28.

68 Hoheuſtein/ Mons & Gränitzhauß/ ultra
Albim verſus Bohemiam, & tales ſe etiam ſcribunt
Barones de Schonburg.

69 Epſtein arx&urbs inter duas peraltas petras
ſita, ibique ferrum effoditur in Diœceſi Mogun-
tino.

Brunberg arcem ad Comitem de Löwenſtein
70 & Wertheim , & Dominum in Erbach pertinere
ait Zeiler. *tit.* 6. *p.* 425.

71 Lohra arcem in Thuringia ad Wipperam
appertinentem eſſe Comitatui Hohenſtein , nunc
ad Electorem Brandeburgicum ſpectare ait *Zeil-
ler tit.* 5. *p.* 357. *& p.* 296. idque ex Inſtr. pacis.
Spreng. tamen refert , Comit. de Stollberg , &
Schwartzenburg adhuc partem obtinere.

72 Inter Comites in Hohenſtein & Klettenberg
ultimus fuit Erneſtus adminiſtrator Walchenrie-
denſis defunctus Ann. 1593. poſt cujus obitum
Lohr & Klettenborg tanquam duo feuda Halber-
ſtadenſia ad Epiſcopatum reverſa de quibus Hen-
73 ricus Julius Dux Brunſwicenſis inveſtitus ſit. * A-
lii vero dicunt , quod Comites Stollbergenſes &
Schwartzenburgenſes vi compactorum maximam
hujus Comitatus parte poſſideant ; Poſt obitum
tamen ultimi Ducis Brunſw. Wolffenbüttellianæ
Lineæ Domini Friderici Ulrici An. 1645. ratione
hujus Comitatus ad Comitia Legatus miſſus fuit ,
& vigore Inſtrumenti pacis una cum Epiſcopatu
Halberſtadienſi ad Brandeburgenſem pertinere ait
Spreng. *in delin. ſit Imp. p.* 365.

Comites de Schwartzenburg appellantur 74
Die Vier Graffen deß Reichs in receſſ. An. 1567.
§. Darauff & in receſſ. 1654. Zu Schwartzen-
burg und Hohenſtein/ Herrn zu Arnſtadt/ Son-
derhauſen Leutenberg/ Lohra und Klett.nberg.

Primus Comes de Schwartzenburg fuit
Witikindus circa annum 800. à Carolo Magn.
ad fidem Chriſti converſus ; Comites habent au-
lam ſuam in Arnſtadt , quæ Thuringiæ Civitas 3.
milliaribus Erfordia diſtat, & 3. milliaribus à Go-
tha , iſta quidem non adeo ampla , ſed bene exſtru-
cta arcem , hortum, & alia viſu digna habet , an-
te quam Tilia cum tribus contiguationibus ſtetit,
& forte adhuc eſt. Rittershuſius duas facit line-
as primam Chriſtiani Guntheri nati Anno 1616.
1. April. II. Ludovici Guntheri in Ebeleben. An.
1621. 1. Martii geniti, Prioris conjunx eſt Sophia
Dorothea Comitis Georgii de Morsburg , &
Befort filia. ex quo matrimonio natus An. 1654.
30. Julii Joan. Guntherus,& 5. filiæ.

De Hohenſtein, dictum ſupra.

Sonderhauſen Civitas cum arce eſt in Thu- 75
ringia ad Wiperam proxima Franckhauſen (quæ
urbs ad eosdem ſpectat ubi Salinæ , & Vinearum
montes)in iſta arce aula etiam Schwartzenburgica,
ubi Idolum gentilitium adhuc extat.

De Lohra & Klettenberg. *d. ſup.*

Item nomine Æmiliæ Comitiſſæ de Schwar-
tzenburg und Hohenſtein natæ Comitiſſæ de Ol-
denburg und Delmenhorſt/ &c.

Oldenburgenſes Comites à Regio Saxonum 76
genere & Ducibus de Holſtein, de quibus latius
Zeill. *t.* 9. *p.* 758.

Ortenberg Familiam tradit Ritterhuſ. Ann. 77
1591. 23. Jan. in Comitiis comparuit Comes per
mandatarium. An. 1654. Fridericus Caſimirus Co-
mes natus legitur.

Ut & Albertus Comes de Berg. Marggravius 78
in Bergen ob Zom, Comes in Walheim,Boxmehr,
& Chambliere,Barode Buyland,Witſch,Perruner,
Dominus in Dixmuithen,hæreditarius Camerarius
Gelriæ Ducatus & Comitatus Zutphanienſis , & ut
Tutor Minorum de Berg, &c.

Bergen ob Zom nomen habet à Somma flu-
mine,quod alluit & eſt principalis Civitas Marchio-
natus Brabantiæ , quam Status An. 1577. occu-
parunt , & Spinola Ann. 1622. per obſidionem

recuperare fruſtra tentavit, in hac natus fuit Buxhornius Leidenſis Profeſſor, cujus honori Concives in foro Statuam ſuam erexerunt.

79 Dixmuyden munita & jucunda urbs in Flandria Germanica, quam 1658. æſtivo tempore Galli occuparunt.

80 Gelria munita Civitas, à qua Ducatus nomen habet. Ducatum partim Hiſpani, partim Status uniti poſſident, Civitas autem ad ſolos ſpectat Hiſpanos.

81 In Gelria urbs Neomagum cum arce munita eſt, ſitum ad flumen Wahl.

82 Comitum Oſt-Friſiæ Embdanorum Comitatus Embdanus & Oſt-Friſiæ, Embda eſt antiqua urbs, etiam A. 1275. Jura civitatis habuit, & Amaſus fluvius die Embda præterfluit, urbs paulò minor eſt, quàm Groninga, populoſa, muro & duplici fovea ruri, ad meridiem ubi Embda fluit tantum muro cincta, & poteſt aqua in urbem duci & educi: Civitas in cives Juriſd. uſurpat, Comes in alios. Res

83 ſub Rudolph. II. tranſacta & à Cæſar. Anno 97. confirmata fuit, & civitas A. 1599. Comiti Ennoni homagium præſtitit, quæ lis reſuſcitata An. 1603. & An. 1611, denuo compoſita. Religio hîc reformata viget, feſta tamen Natalis Chriſti, Paſcha, Pentecoſt. ad 2. dies ſingula, item novi anni 3. Regum celebrant. Diſtrictus Comitatus à maris excurſu, uſque ad Weſeram ſe extendit, in quo 30. Monaſteria recenſentur, & plusquam 32. pagi præter alias urbes. Et in hos Auguſtana potiſſimum extra urbem Embdæ viget confeſſio. In medio territorio Aurich eſt judicium aulicum, ubi ex nobilibus 3. & 6. JCti à ſtatibus ſalariati aſſiſtunt, Præſidens Nob. & Cancell. Jurium D. eſt, nomine tamen Comitis. Genealogiam vide apud P. Bucelin *p.* 135.

84 Comitum de Hoyo familia à temp. Lotharii Cæſ. floruit, ultimus familiæ fuit Otto, Ann. 1582. mortuus, qui licet 6. haberet fratres, quorum aliqui matrimonio juncti, tamen omnes intra 36. annos ſine liberis deceſſere, & relicta ad Dom. feudi Ducis Brunſw. Luneb. & Landgr. Haſſiæ devoluta ſunt. Arcem Weſera undiq; circumfluit.

85 Comitum de Barbi & Mulingen Genealogiam cum inſigni Roſæ, *vid. apud. P. Bucelin. p.* 146.

86 Comitatus Diepholt ultra Weſaram in Weſtphal. ad Brunſwicenſes ut Dominos feudi devenit, poſtquam Ann. 1585. cum Comite Friderico linea maſculina intercidit, & is cum armis & inſignibus familiæ ſepultus eſt.

Ratione Reifferſcheid Comitatus Com. votum habent Comites Salmenſes, qui etiam ſunt Comites de Reifferſcheid Domini in Dick, Alſter & Hachenbroch. Marſchalli Hæred. Colonienſes. 87

Comitum Arnsbergenſium comitatus ſub Ducatu Weſtphaliæ arx & Urbs ad Ruhram venatione & piſcatione delectabilis, quam Comes Godefridus ult. titulo donat, inter vivos Eccleſ. Col. obtulit. 88

Poſſeſſores Bonorum Hienebergenſium Domini de Metternich. & Nominatim Feuda ab Electore Bavariæ in Baronem Jo. Adolphum Wolff. dictum Metternich collata, rata manere jubentur, *in Inſt. pac. Germ. Sued. a. 4. v. feuda etiam.* ita tamen ut vaſalli Domino Carol. Ludov. Domino directo ejuſque ſucceſſoribus juramentum præſtent & renovationem petant. 89

Comitibus de Spiegelberg, & Pyrmont. poſt obitum Philippi ultimi comitis An. 1527. Comites de Gleichen, ut proximi ſucceſſerunt, quorum familia nunc etiam extincta. Ratione Pyrmont Ann. 1641. in Com. Ratisb. comparuit Epiſcopus Paderb. Spiegelb. autem videtur poſſidere Brunſw. An. 1641. Sueci hunc locum occuparunt, ſed perdidêre rurſus, cumque illi rurſus tentarent, à Cæſarianis repulſi ſunt. 90

Com. de Lippa à Fluvio Lippa dicti; Urbs Lipſtadt, 3. milliaribus Paderbornâ diſtans A. 1150. exuſta & reædificata, & à Comitibus Ducatus pro 8. mill. marcis auri puri oppignorata, & demum Jure hereditario Ducibus Jul. & Cliviæ pro medietate ceſſa fuit, bello durante contra Epiſcopum Colonienſem Theodoricum, quo Suſatum Comites defenderunt Ann. 1448. ab Arch. fruſtra, & ante obſeſſa, Lutheri dogma hîc mox ſuſceptum, ſed per Ducem Clivenſem & Com. de Lipp. Simonem dictum concionatores Evang. dimiſſi ſunt, qui obiit Ao. 1536. cum autem Comites Auguſt. Confeſſ. ſuſciperent, etiam Urbs eam ſuſcepit. Milliari diſtat Monaſt. Benedict. Lisborn. ubi S. Simeonis brachium, qui Chriſtum geſtavit, reverenter ſervatur; cujus medietas An. 1261. Archid. Alb. & Iſabell. Claræ Eugeniæ Infanti Hiſp. per Abbatem donata eſt, reliquum corpus ſervatur in Urbe Jadia vel Zara in Liburnia, quæ ad Venetos ſpectat. Sub Quintilio 91

Varo

Varo clades in hoc comitatu commiſſa creditur; ubi adhuc aqua **Die Rotbeck** dicta, à ſanguine occiſorum Roman. & campus Weinfeld d. à victoria per Germanos obtenta. A. 1640. 16. Octobr. ad Urbem Lipsprinch hinc miliari diſtantem prælium fuit inter Cæſarianos & Suecos; in quo Sueci graviter cæſi ſunt. Quia Bern. II. Com. Lip. Henrici Leonis banniti partes ſecutus eſt, pars ſuæ ditionis à Frideric. I. Cæſar. An. 1182. Col. & Paderb. aſſignata eſt Lemgovia olim Imp. civitas hodie à comitibus Lippienſibus eximitur. *Lim. lib. 4. c. 7. Genealogiam delineavit. P. Bucel. p. 140.*

92 Com. de Vehlen, inter cætera Jure creandi comitis Palatinos gaudere refertur.

Com. de Rheinſtein & Tattenbach. Ad Co-
93 mites de Tatenbach ſpectat Gonnawitz cum arce & toto ejus Dominio ſito in inferioris Styriæ comitatu, duobus milliaribus à Weſtritz, & tribus à Cilii, ut & arx Trubeneck, quæ extincta familia Dominorum ejusdem nominis, titulo emptionis ad Comit. Tatenbacenſes pervenit, juxta quam arcem profluens aqua æquali ſemper copia hyeme calida & æſtate frigida dicitur. Et hucusq; Ann. 1473. Turcarum Rex tranſiiſſe legitur. Lineam deſcribit P. Bucelin. p. 243.

Com. de Rantzaw. In Wagria ſita arx, quam
94 Regius locus tenens Henricus de Rantzaw, antiquâ ſtructurâ ſpecioſè ædificavit, & Italico more hortis adornavit. Hi Comites originem deducunt à Wiperto II. Comite de Groitz & Marg. Lauſnitz A. 1124. mortuo, cujus majores in Holſatia ſedem habuerunt, ſed aliquo tempore eâ relicta Otto I. in Holſatiam rediit & arcem Rantzaw extruxit, An. 1650. Chriſtian. de Rantzaw. regius locum tenens in Holſatia & legatus ad Cæſarem à Ferd. III. Cæſare comes creatus eſt, An. 1554. ex hac familia 120. in vivis fuerant, & 73. arces, oppida, vicos præter diverſa alia ædificia ſplendida poſſederunt.

Comitum de Mors & Sarwerden, Urbs Mors
95 non diſtat procul ab Orſow & Urdinga. Ultimus Comes hujus familiæ deceſſit A. 1589. vivâ adhuc unâ fœminâ Comitis Nowenar viduâ Ann. 1600. mortuâ, quæ teſtamento ſuo comitatum reliquit Princ. Mauritio Comiti, qui cum Duces Jul. & Cliviæ comitatum detinerent, eum vi & armis occupavit, quem ante Princeps de Parma An. 1497. occuparat, quæ res An. 1606. tranſacta & Urbi neutralitas conceſſa. Arcem verò Mauritius præſidio 200. militum munivit, poſt mortem ad Ducem Cliviæ devolvi deberet.

Licet autem longè plures extiterint olim 96
juxta vetuſtiores Imperii matriculas Comites & Barones, ſicut & Principes, Abbates & Abbatiſſæ, quia tamen quædam familiæ extinctæ ſunt, quædam in aliorum Principum devotionem conceſſerunt, de iis ſolum agere placuit, qui nulli alteri Principi ſunt obnoxii, quam Auguſtiſſimo Rom. Imperatori & Germanorum Regi ac Imperio Romano; Et quorum dominia à multis ſeculis & privilegiis inſignita fuerunt, quinq; priſcam majorum ſuorum abſq; labe ſervârunt nobilitatem & dignitatem ita ut adiicendi alios omiſſos nunquam præcludatur occaſio.

Specificatio eorum, qui Jure Weſtphaliæ Comitum voti Curiati gaudeant prioribus edita eſt Comitiis, niſi in quantum correcta diminuta, vel aucta adhuc floret, ut audio aliquo tempore Domini Legati Saxonico Gothanus, Brunſwico, Zellenſis, Calenburgenſis & Wolfenbütelianus. Haſſo Caſſelenſis, Salmenſis ordine ambulatorio de menſe in menſem ſemper inchoando ab 11. St. N. (1. S. V). hoc votum in ſolio Principum duxerunt, ſub certis interim regulis, donec commembris hujus collegii alium conſtantem modum inire placuerit.

Mixta eſt hæc curia religionis. & ejus comitis bona immediata non ſolùm in uno (ut hoc non eſt novum) ſed & in aliis diverſis ſita ſunt circulis ibiq; comparent. Ex iſto Collegio Alexander Comiti de Velilen non ita dudum Conſiliaratum Imperii bellicum in Comitiis oblatum eſſe, cum tamen ob ſenium ſe excuſâſſe relâtum eſt.

Uti vero Abbates & Abbatiſſæ, ita dantur 97
& Comites Imperii nuda tantum ſeſſione gaudentes, qui ad nullum etiam concurrunt votum curiatum.

Digitized by Google

CAPUT XXXV.
De Liberis Imper. Civitatibus ut & Anſeaticis.

SUMMARIA.

1. *Unde dicatur civitas & modus vetus eam condendi*
2. *Duplex ejus acceptio.*
3. *Quousq; ſe extendant mœnia.*
4. *An hoc tantùm in urbe Roma.*
5. *Differentia inter urbem Romam & Romanam urbem.*
6. *Quid ſi urbs amplior fiat?*
7. *Quid ſi civitati per alluvionem aliquid accedat?*
8. *An ad Civitatem requiratur Epiſcopus?*
9. *Cujus authoritate ad Civitatem opus, & an ſine Principis authoritate nullo modo poſſit?*
10. *An ad transferendam urbem Cæſaris conſenſu opus?*
11. *Ubi expedientius ſit urbes condere an in Valle vel plano?*
12. *An in locis montoſis?*
13. *Civitatum diviſio.*
14. *Quæ ſint liberæ?*
15. *Earum ſubdiviſio.*
16. *Alia differentia inter eas.*
17. *Earum origo.*
18. *Diviſio in quaterniones.*
19. *Qualitatum differentia.*
20. *Jura Civitatum territorialia.*
21. *An in Comitiis jus ſuffragii habeant?*
22. *De ordine earundem.*
23. *Civitates aliquæ olim liberæ nunc non ſunt.*
24. *An Civitas ſe alterius advocatiæ ſubjicere poſſit?*
25. *De civitatibus fœderatis vel Hanſeaticis.*
26. *Earum Emporia.*
27. *An fœdus licitum Anſeaticum?*
28. *Contra eos qui cives in urbibus deſpiciunt.*
29. *Civitates liberæ ſunt ſtatus Imperii.*
30. *Diluitur objectio.*
31. *An civitates pro extraneis habendæ?*
32. *Ubi olim Comitia habita?*
33. *An hodiè in civitate Imp. ſemper habenda?*
34. *Habent Civitates ſuperioritatem territorialem.*
35. *Habent jus armandi.*
36. *Jus clavium.*
37. *An oblatis clavibus Cæſari Juriſdictio ceſſet?*
38. *Habent Cuſtodiam.*
39. *Viarum publicarum curam.*
40. *An liceat ipſis urbes ſine ſpeciali conceſſione munire?*
41. *An expediat urbes munire?*
42. *An liceat pro vallis & foveis parandis privatorum loca occupare vel deſtruere?*
43. *An damna illata remittere poſſit Civitas?*
44. *Competit ipſis fluminum tuitio.*
45. *An negociantes uſu fluminis excludere liceat.*
46. *De Jure Collectarum.*
47. *An exteri ad eam concurrere debeant?*
48. *An bona ejus, qui non eſt rite Confeſſus, pœnæ confiſcationis ſubjaceant?*
49. *An ejusmodi ſtatutum valeat?*
50. *An fiſcus ob non factas ſolutiones tributi bona debitoris vendere poſſit?*
51. *Quomodo fiſcus dominium harum rerum transferre poſſit in emptorem?*
52. *An alius creditor ejusdem debitoris avocandi jus habeat?*
53. *An Dominus prædii fundum cenſitum ſine cenſu vendere poſſit?*
54. *Civitates habent ripatica.*
55. *An pedagia ſine licentia Imp. exigere poſſint?*
56. *An expediat reip. habere ærarium?*
57. *An Comœdias exhiberi?*

58. Quid

58. *Quid de moneta chartacea & ſimili?*
59. *Quid de fortuna luſu.*
60. *Quid de Alchimia?*
61. *De cudenda monetâ.*
62. *An ex inſignibus moneta impreſſis Jus ſuperioritatis prebetur?*
63. *An civitas jus cudenda monetæ alteri locare poſſit?*
64. *De Bonis Vacantibus.*
65. *Quid ſi hæc ſita ſint in diverſis locis?*
66. *De Magiſtratibus conſtituendis.*
67. *An ſi Principis domeſticus in civitate deliquit, conſules urbis Jurisd. in eum habeant?*
68. *An melius ſit magiſtratus annuos eſſe vel temperales?*
69. *An ex una familia ſimul plures in ſenatum aſſumendi?*
70. *An expediat ex unâ familia ſapius moderatores reſp. aſſumere?*
71. *An melius ſit à toto populo vel ab aliqua parte conſules eligi?*
72. *An electio paſſiva rectè ad certum genus hominum reſtringatur?*
73. *An magiſtratus ſorte eligendus.*
74. *An ſtante ſtatuto reſtrictivo ſi habiles non ſint, alii aſſumendi?*
75. *An in magiſtratu ratio ætatis habenda?*
76. *An indigenæ præferendi?*
77. *De ſtatutis municipalibus.*
78. *An nova fieri poſſit contra vetuſtiora?*
79. *Diviſio Civitatum in 2. ſcamna.*
80. *Enumeratio in ſcamno Rhenano conſidentium.*
81. *In Scamno Suevico Conſidentium enumeratio.*
82. *De Colonia Agrippina.*
83. *Aquisgrano.*
84. *Argenterato.*
85. *Lubeca.*
86. *Wormatia.*
87. *Spira.*
88. *Francofurto ad Mœnum.*
89. *Wetzlar.*
90. *Geilnhauſen.*
91. *Hagenavv.*
92. *Colmaria.*
93. *Celeſtadio.*
94. *Weiſſenburg.*
95. *Landavia.*
96. *Ober-Ehenheim.*
97. *Kayſersberg.*
98. *Monaſt. S. Georgii in valle.*
99. *Roſenhaim.*
100. *Turkheim.*
101. *Biſantio.*
102. *Tremonia.*
103. *Fridberga.*
104. *De Civitatibus X. ad Landvogteam ſpectantibus.*
105. *De Scamno Suevico Ratisbona*
106. *De Auguſtâ Vendelicorum.*
107. *Norimberga.*
108. *Ulma.*
109. *Memminga.*
110. *Kaufbeueren.*
111. *Eslinga,*
112. *Reutlinga.*
113. *Nordlinga.*
114. *Dinckelſpila.*
115. *Biberaco.*
116. *Ala.*
117. *Pfopſingen.*
118. *Stenga.*
119. *Rotenburgo ad Tuberam.*
120. *Halla Suevia.*
121. *Rotwiela.*
122. *Uberlinga.*
123. *Pfulendorfio.*
124. *Wila.*
125. *Heilbronna.*
126. *Bucbernia.*
127. *Wangena.*
128. *Gemunda.*
129. *Lindavia.*
130. *Ravenſpurgo.*
131. *Winshemia.*
132. *Wimpina.*
133. *Offenburgo.*
134. *Zella.*
135. *Buchavia.*
136. *Leutkircha.*
137. *Schweinfurda.*
138. *Campidona.*
139. *Weiſſenburgo Norici.*
140. *Gengenbachio.*
141. *Præter has Civitates aliquot ab Imp. avulſæ ſunt*
142. *Altzheim.*

143. *Anter-*

143. *Anternacum.*
144. *Antuerpia.*
145. *Aurafia.*
146. *Baſilea.*
147. *Biſantium*
148. *Boppardia.*
149. *Brachel.*
150. *Briſacum.*
151. *Cameracum.*
152. *Conſtantia.*
153. *Dantiſcum.*
154. *Dauentria.*
155. *Duria.*
156. *Donavverda.*
157. *Duisburgum.*
158. *Egra.*
159. *Nobilium Sueviæ querela.*
160. *Hungariæ partes avulſa.*

SEquuntur Imperii Civitates, quæ claſſem ultimam & tertiam conſtituunt collegium; Et ſicut Imperator toti Imperio, Principes univerſo territorio, Electoratui, Principatui, Diœceſi, aut Comitatui præſunt; ita harum Juriſdictio certis limitibus cingitur, & continentur, quam materiam hujus capitis ſequenti ordine pertractabimus, nimirum

I. *De Civitatibus in genere earumq; origine.*
II. *De earum diviſione.*
III. *De Civitatibus Anſeaticis*
IV. *De Civitatum Iuribus.*
V. *De ſingulis in ſpecie.*
VI. *Quæ ab Imperio avulſa ſunt.*

CIvitatum principium & formam repræſentant formicæ, ita ut magis admiranda ſit earum fabrica, quam Neapolis ab homine condita, *Majol. tom. 1. coll. 5. p. 127.*

I.

De Imperii Civitatibus ſequenti modo diſcurrit Burg. *in hiſt. Bavar. l. 1. p. 4.* Inter pontificum & Imperatorum diſſidia, fœdamque tempeſtatem illorum temporum urbes imperii erigentes ſupercilium, dein fœderibus inter ſe collectæ ſpeciem libertatis induerunt; Sic Imperator publicis undique viribus exutus, ſuo vel amicorum præſidio cogebatur tueri Sanctiſſimam Majeſtatem: In Juriſdictione autem augendâ conſtat experientiâ hoc eſſe frequens, quod non niſi poſt aliquam temporis intercapedinem, ut in bibentibus ebrietas, percipiatur, ita, ut quorundam Statuum & aliquarum Imperii Civitatum immunitas latenter alluvionis modo incrementum ſumpſerit, ut terminus à quo penitus ignoretur, & ſecundum Senecam creviſſe apparuerit non creſcere, quæ enim paulatim ſolent irrepere, vix unquam percipiuntur, nec niſi converſione ſecutâ ſentiuntur. *Hering. de Iur. poſtar. c. 2. n. 17. & ſeq.* prout & in ipſa urbe Romana Ædiles ſenſim magnam partem Juriſdictionis præſcripſiſſe leguntur.

Sicut à coëundo Cives, quod ſocietatis quodam vinculo in unum coëant cætum, & iiſdem vivant legibus, ita civitas quaſi civium unitas dicitur, ubi conveniunt diverſi incolæ cùm prò utilitate commodè vivendi & Societatem augendi, quod ſæpè etiam cum aliorum jactura factum legitur, uti alias unius generatio alterius eſt corruptio. Sic Tullus Hoſtilius Rex Rom. Albam potentiſſimam civitatem dejecit ut Roma creſceret, Tarq. Priſcus Corniculum, Ser. Tullius Pomeriam, Populus Romanus Veiorum civitatem. In latiſſima ſignificatione civitas univerſum reip. vel Imperii corpus vocatur, undè Roma comunis patria dicitur, *l. Roma, 33. ff. ad Municip.* & omnis in urbe Romana cives effecti ſunt. *l. in orbe. 17 ff. de ſtat. hom.* Ac licet apud Romanos etiam aliæ fuerint civitates præter Romam, hæc tamen ſola, ita per Excellentiam dicta fuit, *l. 1. §. 1. & t. t. ad municip. l. 2. d. Nund. §. 2. de I. nat. Gent. & Civ.* reliquæ privatorum loco habitæ ſunt *l. Eum qui 16. de* V. S. *l. item 20. §. in prin. de hered. pet.* Prior acceptio ſtrictior huic propoſito magis congruit, adhæc civitates, etiam urbes vocari ſolent, quamvis urbis appellatio ſtrictior ſit, ut in urbe fieri dicatur, quod fit inter mœnia, non etiam in ſuburbio, *l. 2. de* V. S. ut hæc vox anguſtior, illa verò latior ſit, Urbs muris finitur & concluditur, *l. collegar. 175. §. 1. de* V. S. dicitur enim urbs & urua & urvare, unde Virgil:

> *Interea Æneas urbem deſignat aratro*
> *Sortiturq; domos,* – –

Id eſt aratro deſignare, quo Veteres in condendis urbibus uti ſolebant, *l. pupillus. 239. §. urbs. de V. S. l. 1. §. apud Labeon. de aqua pl. arc.* & eodem modo in iis deſtruendis, *l. nihil tam naturale de R. I.* aratri uſus fuit, ut contingit

Carthagine

Carthagini, & Numantiæ, *l. ſi uſuſ. 21. quib. mod. uſuſ. fin.* Idem tempore Frid. Barbar. Mediolanum experta eſt, quando corpora III. Magorum donata ſunt Archi-Epiſcopo Colon., & inde Colon. translata: (de qua urbis deſtructione uſitata Horat:

Impriméretque, inquit, muris hoſtile aratrum)

Nam Frider. I. Anno 1162, pulſis Civibus & ædibus everſis per aream urbis mediam decuſſatim ad crucis formam terram aratro proſcidit: quo urbis caſu territa Placentia, Brixia, Genua, faciliores ad deditionem fuerant; & univerſa Lombardia ſe ei ſubjecit, reædificatum quidem intra tres annos Mediolanum, ſed iterum à Frider. II. Anno 1238. dejectum; Incenſâ autem Carthagine Scipio lachrymatus dicitur memor incendii Trojani & Babylonis præſagiendo futurum aliquando incendium Urbis Romæ, quòd à Totila contigit, qui & ipſe madidis oculis memor eam fuiſſe orbis Reginam incendit: *Ferret. in tr. de non ponen. Exerc. in diſcrim. n. 24.*

Sicut aut Eccleſia aliquando pro materiali ædificio, *t. t. X. de Eccl. ædif. conſ.* aliquando pro Chriſti fidelium collectione ſumitur, ita etjam civitas aliquando pro ædificiorum continentia, aliquando pro collectione cohabitantium civium accipitur, ut apud Virg. 2. *Æneid.*

Invadunt urbem ſomno vinóque ſepultam.

Quemadmodum autem urbs ædificia & mænia, ſic civitas inhabitatores magis reſpicit, & ſecundum hoc tradit Covar. *tom. 1. relect. c. alma mater. p. 2. §. 1. de Interd. n. 6.* Interdicta civitate ipſum locum, non cives vel habitatores ejus interdictos cenſeri; Hinc urbe materiali à Tyranno vel prædonibus deſtructa, civitas, & cives adhuc manere, vivere, & privilegia retinere poſſunt, Geil. 2. *ob. 61. n. 7.* & civitatem magis in civitatibus & viris quàm muris & parietibus conſiſtere, Veteres ſenſerunt: Cùm enim in Senatu Rom. de Carthagine delenda decerneretur, & hac fama vulgata Carthag. Legatos miſiſſent, ne urbem rerum geſtarum gloria celeberrimam, ac urbis Romanæ decus & victoriarum monimentum delerent, & re deliberata reſponſum eſſet, ut in fide Sen. pop. Rom. manerent, obſidibus 300. & navibus pop. Rom. datis Carthaginem ſalvam fore Legatis domum lætis reverſis, nihilominus ex mandato Senatus Scipio populum Carthaginenſem ex urbe excedere juſſit, ſic tamen, ut quæ vellent exportare, urbémque à portu remotiorem exſtruere, liceret, & cùm Carthaginenſes fidem Sen. pop. Rom. appellarent, reſponſum eſt, civitatem muris & mœnibus non contineri, & ita Carthag. urbem celeberrimam aratro everti, & ardere viderunt. Ex dd. conſequens eſt. quòd is, qui habet tres liberos Romæ vel in continentibus etiam ædificiis, immunis ſit à tutela. Sic centuriata Comitia Romæ fieri dicebantur, licèt in campo Martio agerentur, Item natus in ſuburbio Romano cenſetur natus Romæ, & ambulans extra mœnia urbis Salisburg. cenſetur eſſe Salisburg. licèt non ſit in Urbe Salisb. Porro originem civitatum inveſtigaturus Ariſtoteles an natura vel vi cæperit, per ejus partes vel principia diſcurrit, quæ ſi appareant omnia à natura eſſe, ſequitur etiam id quod ex iſtis principiis conſtat tale eſſe, conſtat autem civitas ex pagis, pagi ex vicis, vici ex domibus, domus ex familiis, familiæ ex ſocietatibus ſimplicibus nuptiali paterna & herili, quarum origo ab ipſa natura; ergo civitatem à natura eſſe conſequens eſt. At dices, non ſequitur Lapis ſignum, calx ferrum, domus partes ſunt à natura, & tamen domus non eſt à natura, ſed ab arte. ℞. Naturam hîc non opponi arti ſed violento,

Q. I. *Cùm Roma vel Civitatis nomen muris non conſtringatur, Quousque ſe hac vox extra mœnia, extendat?* 3

Multi ad 30. vel 40. paſſus ab Urbe, ſive ejus muris, aut ſi ſuburbia ſint, illud ſpacium, quod ab iis ad 30. vel 40. paſſus remotum fuerit, extendunt, *argt. cap. quisquis. §. 1. c. ſicut antiquitus. 17. quæſt. 4.* ubi hoc ſpacium conceditur locis Eccleſiæ cohærentibus pro immunitate data Eccleſiis: Eccleſia autem & reſp. aliàs comparantur: Sed *gl. in l. fin. de off. præf. urb. & urb. l. fin. de off. Proc.* Innuit continentia Romana finiri centeſimo lapide ſive milliari, *argt. l. 1. in p. & §. 1. de offic. præf. urb. l. ſcire 13. §. ſi autem. de Excuſ. tut.* ſed textus iſti hoc non dicunt; Itaque cùm hæc res ll. non ſit definita, nec etiam definiri potuerit, rectè tradit Menoch. de arbit. *c. 155. n. 12. & 13.* cujusque Urbis conſuetudinem populoque deſtinationem attendendam, eaque deficiente Jud. arbitrio locum fore, cùm enim urbibus formam dare, conditorum arbitrio ſit relictum, nec ea ll. definita ſit, nec

Digitized by Google

definiri potuerit, ex eorum mente uſu & deſtinatione dependet. quouſque civitatis territorium extendi quidve inter continentia tanquam pars & acceſſorium Civitatis recenſeri debeat, quâ definitione & conjecturâ ceſſante, ut alias in dubiis Judex examinatis circumſtantiis finibus & metis, rem non definitam definiet, ut quod probabilius & menti ac tam voluntati, quàm poteſtati conditorum maximè conſonat, id ſequatur. Nec argumentum ab Eccleſia ad civitatem procedit, quia nimis ſtrictè civitatis nomen concluderetur, & inconveniens foret, non plus toti tribui urbi, quæ plures continet Eccleſias, quàm uni loco ſacro fortaſſe minuto & perexiguo.

4 Q. II. *An id tantùm in urbe Roma, an etiam in aliis obtineat. Ita ut Saliſb. fortè actum dici poſſit vel Auguſtæ, quòd extra muros in ſuburbiis & continentibus ædificiis geſtum eſt?*

Ratio dub. quod in ll. urbs pro Roma tantùm accipiatur, *§. ſed Jus. de I. nat. junct. l. 15. de V. S.* Verius eſt idem in aliis etiam obtinere, ex paritate rationis quæ paritatem Juris inducit, *vulg. l. illud. quæſitum ad l. aq.* & confirm. *text. l. Cæteræ. 41. §. hoc ſenatusconſulto 6. de Leg. 1.* item Roma & aliæ urbes in hac materia comparantur *in text. l. nam quod 4. §. Si ita 4. de Pen. legata.* Ita de Jure Can. Civitate interdicta etiam loca contigua & continentia interdicto ſubjacent, *c. ſi civitas. 17. de ſent. excom. in 6.* Ut proinde per ſe corruat quorundam diſtinctio inter favorabile & odioſum cum interdicti tanquam pœnæ odioſæ materia huc ſpectet. *l. interp. de pœn.* maximè, ſi quæſtio occurrat de odioſo rationabili, quod fere favorabilibus ſolet accenſeri *Ti. aq. de Jure retr. t. 1. gl. 9. n. 211. 233.* & hæc loca ſucceſſus appellantur *in l. quid tamen 21. §. ſi arbiter 10. in fin. de recept. arb.* Unde non malè colligi poteſt Commiſſ. Apoſtolicum, qui in celebrioribus civitatibus jus dicere debet, etiam circa urbem ad ſuburbium partes citare & judicare poſſe, (quales ſunt Ravennæ) ut ait Jureconſ. *in l. ſi quis 16. Mand.* quo animi relaxandi cauſa ex urbe recedimus. Non obſt. ſuperior ratio dub. quod enim dicitur de Roma, id ad alias urbes non eſſe porrigendum, obtinet in iis, quæ Jure primario Romæ tanquam capiti conceſſa ſunt, in aliis nil differunt, nec ſola urbs Roma dicitur, *de §. 2. de Jur. nat.* ſed illa per Excell. ita dicitur, cæteræ tamen tales etiam ſunt, ſicut licèt Homerus & Virg. per antonomaſiam Poëtæ ſunt, non tamen ideo Ovidius cum aliis nomen Poëtæ non habent.

Q. III *Vicina eſt Q. cùm idem ſit dicere in urbe Roma, & urbe Romana vel Romana urbe* d. l. 4. de pen. leg. *non deſunt, qui en aliis urbibus non idem eſſe volunt, ſi dicamus in urbe Salisburgi vel urbe Salisburg.* 5

Sed hæc opinio per dicta q. præc. ſatis evertitur, & enervatur, *l. 1. & 2. C. de Frum. Alex. junct. l. un. C. de Alex. primar. lib. 11.* Verùm hîc diſſentientes diſting. an proprium nomen præcedat, ut Salisburg. urbs, an ſequatur, ut urbs Salisburg. priori caſu locum faciunt, *d. l. 4.* poſteriore negant. Verùm hæc differentia meritò rejicitur, enim ſive præcedat, ſ. ſequatur nomen proprium, eadem ſemper manet ſignificatio, *d. l. 2. de V. S.* ubi hic ordo negligitur, nec ex ſolo ordine verborum nulla alia ratione ſubnixo deciſio juris peti poteſt, *l. nec enim. 6. de ſolut.* nec in continentibus ac conjunctis, quæ ſimul fiunt prioritas eſt, aut poſterioritas, *l. quidam teſt. de pecul. leg.* Fundant ſe *in l. ſi communis ſervus ita 37. de ſtip. ſerv.* Licet itaque priorem diſt. nobiſcum Alciatus regerat & putet, perinde eſſe an dicatur in urbe Salisburg. ſive in Salisburg. urbe, quòd utrumque mœnium diſtrictu non ſtringatur; nec extendatur ad ſuburbia, alia tamen utitur diſt. ita ut ſi nomen civitatis proprium adjungatur hoc modo, in Salisburgi urbe, muris non finiatur nec includatur: ſi verò per adject. ut Salisburg. urbe includatur. Ratio ejus eſt, quòd adjectivum tantùm videatur, gratia demonſtrandi adjici, cujus proprium ſit demonſtrare; demonſtratio autem rem non ita variet. Quod ſi verum eſſet, contra Juris rationem lex non verbis, ſed verba legi propoſita eſſent, *contra l. in conv̄ent. de V. S. leg. 2. Cod. Com. de leg.* aliàs non intereſſe patet, *ex l. certum. 6. de reb. Cred.* unde colligitur etiam nomen proprium demonſtrandi cauſa adjici; ergo idem obtinet, quod in adjectivo ei ſubjuncto. Non obſtat *cit. lex. 37.* nam iſta facti ſpecies, huc non poteſt accommodari, nec facit regulam in materia ſeparata; aliud enim eſt, ſi ſervus generaliter dominis ſuis ſtipuletur, tunc enim pro rata dominii acquirent,

& aliud

& aliud ſi ſubjecto eorum nomine proprio Publ. & Mæv. dominis decem ſpondes, tunc enim non tam ad portiones dominicas, quam perſonas domini ſervus & promittens reſpexiſſe, & utrique æqualiter promiſiſſe cenſetur; Sed nulla voluntatis differentia eligi poteſt, ſive dicatur urbs Salisburgum, ſive urbs Salisburgenſis, ſive Sallsburg. urbs, *pulchrè Gadd. ad l. 2. de V. S. num. 28. & ſeqq. in l. 1. §. 4.* dicitur Emiſena civitas, quæ etiam *l. 6. §. 7.* Civitas Emiſena vocatur, *ff. de Cenſib. & alibi paſſim.* At dices: præfecto urbis commendata eſt urbs Roma, *l. 1. §. 4. de off. præf. urb.* & tamen etiam de iis, quæ extra urbem fiunt, cognoſcit. Reſp. enim, & urbem & Romam, ei commiſſam, *d. §. 4.* non conjuncto utroque verbo, ſed ſeparatim. *v. Gadd. d. l.*

6 Q. IV. *Quid ſi urbis pomaria extendantur, ut multis civitatibus evenit, quæ ab exiguis initiis creverunt & ampliatæ ſunt: an hæc loca urbis appellatione continebuntur, cum urvata non ſint?*

℟. Affirm. quia ſpacium muro comprehenſum & urvato annexum eſt, de connexis autem idem judicium. Nec argumentum negativum à notatione ad rem notatam hìc procedit, quod tamen aliàs uſurpatur, ut non fit ex meo, tuum, ergo non eſt mutuum; non eſt teſtatio mentis, ergo non eſt teſtamentum: quia hæc notatio urvationis non eſt attributum neceſſarium, ut illa; ſed tantùm ſolennitas antiquis uſurpari ſolita: Hinc mons Cœlius aliique montes Rom: Urbis appellatione venient, non minùs quàm Palatinus, cum pomæriis poſtea adjectis. An autem urbis pomæria extendere expediat, & novos Cives, exteros alibi afflictos recipere conveniat, in quæſtionem aliquando venit Lugduni Batavorum de qua Boxhorn. *diſquiſ. polit.* 37. negativè decretum ait.

7 Q. V. *Quid ſi civitati aliquàm tantùm Jurisd. habenti, per alluvionem fluminis, vel alveo derelicto pars aliqua territorij accreſcat, in quo alius ante dominus vicinus merum & mixtum habuit Imp. an Jurisd. magiſtratui augebitur?*

Quæſt. hæc ſeq. diſt. expedienda: Quòd ſcil. augeatur Jurisd. quantitate, ita ut quæ ante habuit Jurisd. ſimplicem ad ſpatium milliaris usque ad flumen, ſi flumen decrevit, & latenter adjecit aliquod ſpatium, in hoc adjecto ſpatio Jurisd. Civitati accedat & augeatur: Sicut è contra, ſi latenter aliquid flumen detrahat, Jurisdict. minuitur; Non tamen augeatur Jurisdict. gradibus, ut ſi Civitas habuit Jurisdict. ſimpl. ad milliare vel ad ripam, decedente flumine in loco ubi alius habuit merum Imp. hoc merum Imp. ſibi acquirat, *V. Covar. pract. q. c. 2. Soarer. lit. a. n. 172. & Dd. ad l. un. C. d allu. facit. l. cùm Fund. de leg. 2. l. grege. de leg. I.*

Q. IV. *An ad eſſentiam civitatis Epiſcopus ſpecialis requiratur?* 8

Id quidam voluère, quibus Italiæ conſuetudo ſuffragatur, ubi pro civitate non habetur, quæ Epiſcopo caret, *Laur. Ohm. de Jure Epiſc. concl. 13. lit.* C. Idque conſonat Imp. Conſtit. *in l. unaquæque Civitas. 36.* C. *de Epiſc. &* Cler. *& text. c. in illis. 2. diſt. 80. & c. 3. in fin. Eod.* Verùm aliud diendum cùm ante Epiſcopos noſtros civitates fuerint, & poſt eorundem inſtitutionem non fuerint in omnibus civitatibus ſpeciales Epiſcopi, *c. audivimus. 4. 3. q. 2.* Et in Germania alium Spiritum civitati nemo det, quàm Imper. cui hoc reſervatum eſt, *argt. l. 1. C. de metrop. Bergto.* & in receſſ. Imper. etiam Civitates vocentur, quæ ſpecialem Epiſcopum non habent, *Reform. Polit. Aug. de An.* 1530. *tit.* von Burgern und Inwohnern der Städten / ſic expreſſè Ulm & Nördlingen inter civitates recenſentur in ſubſcrip. R. A. de Anno 1500. quæ tamen ſpecialem Epiſcopum non habent. Ad contra objecta ℟. omnes civitates Epiſcopis ſubeſſe in ſpiritualibus ſicut in temporalibus Imp. & ſuo Magiſtratui; pro conf. ſententiæ noſtræ facit, quòd Epiſcopi tantùm conſtituendi ſint ſpeciales in celebrioribus civitatibus. *c.* 1. X. *de privil. & ex c. præp. Gregor. lib. 2. de rep. cap. 1. num. 6. in c. Epiſcopalia. de privil.* Civitates autem minores etiam ſunt civitates, cum magis & minus non varient ſpeciem. *l. fin. de Fund. Inſtr. l. humilem. C. de inc. nupt.* Hinc & civitas, quæ Epiſcopum ſuum occidit, privatur dignitate Epiſcopali, & tamen civitas eſſe non deſinit. *c. ita nos. 25. q. 2. Sicque in c. paſtoralis. 7. p. 1.* tranſtulit Papa Epiſcopatum Luſitaniæ ab hoſtibus occupatæ ad Eccleſiam Schyllatinam, & tamen dicitur remanſiſſe prior Civitas; Saraceni quoque habent civitates, nec

tamen Epiſcopos; niſi abuſivè; ſi quis replicet, hoc eſſe habitu Epiſcopos. ℞. fruſtra eſſe potentiam, quando nulla ſpes eſt eam reducendam ad actum. *c. paſtoralis in fin.* 7. *q.* 1. Et ſi Epiſcopus poteſt eſſe ſine Civitate, cur non etiam civitas ſine Epiſcopo? Princeps quoque poteſt facere civitatem, *l.* 1. C. *de metropol. lib.* 11. & tamen non poteſt facere Epiſcopum *c. nullus. c. Adrian. diſt.* 63. Licet Papa unâ vice civitatem & Epiſcopatum erigere poſſit. *Fagnan, in c. nullus. n.* 13. & 15. X. *de Paroch. & c. Epiſcopalia. de privil. n.* 140.

9 Q. VII. *Cujus authoritas ad civitatem condendam requiratur?*

Etſi Jure gent. inſpecto, cuilibet hoc liberum ſit, & primam civitatem condidit Cain interfecto fratre ſuo Abele, qui ne occideretur à quovis obvio, habitavit ad orientem in Eden, & ædificavit Civitatem quam ex nomine filii ſui Henoch vocavit, *Geneſ.* 4. *v.* 14. ubi monet *S. Aug. de Civit. Dei lib.* 15. *c.* 8. non tantùm Cain, Abel, & Henoch fuiſſe in mundo, quæ dicit text. ne interficeretur à quovis obvio Cain, v. 13. ut ſic alii fuerint, quos metueret, Abelis fortè liberis ulturis patris necem *Henon. polit. diſp.* 11. *concl.* 11. *lit. a.* cujus exemplum util. & neceſſitatis cauſa ſecuti ſunt, & poſt diluvium Noë filii & poſteri multas condidère. *Geneſ.* 10. *v.* 10. cúmque Deus familias, in extructione Babel per confuſionem linguarum diſperſiſſet, in variis partibus ædificare cœperunt, Germanos quidem ab initio Urbes non incoluiſſe, teſtatur Tacit. nunc tamen Germania præ aliis regionibus culta & civitatibus munita eſt, quamvis vetuſtiſſimæ ſint Treviri. Mog. Worm. Spira & aliæ, ut proinde ſicut I. G. cuivis licèt facere ædificium, ita etiam caſtra fortalitia, & civitates condere liberum putent, modò abſit æmulatio, *l. Ex hoc. de I. & I. l. per provinc. C. de ædif. priv.* prout Klock. *de contr. c.* 5. *n.* 1. *in fin.* refert, quòd Palatinus El. Franckenthalium & Manhemium in civitatem & fortalitium erexerit, & Dux Witenb. Freudenſtadt / Comes Hanovienſis civitatem Hanau extenderit: Sed quicquid ſit de Jure Gentium quod per Jus civile emendari addendo, detrahendo, ſupplendo poteſt, Hodie in Imperio Romano Germanico Jus civitatis conſtituendæ, & pagis vel vicis hoc Jus indulgendi inter majora regalia Majeſtatis refertur, inferioribus autem non competit, *l.* 1. *ubi Cujac. C. de Metrop. Beſold. de Jure Univ. cap.* 1. *n.* 7. *Brunning. de var. univ. ſpec. conc.* 13. *Klock. de cont. cap.* 5. *n.* 1. *Beſold. in Theſ. verbo* Stadt. Sicut univerſitas, quæ non eſt à Principe approbata, improbatur, & nomen hoc non meretur, *t. t. ff. de Colleg. ubi Bart. in l. Sodales. num.* 10 Sic Frideric. I. Imper. hoc Caſelenſibus conceſſit, Ludovic. IV. Anno 1328. Frider. Burggravio Norinbergenſi ratione gründlich. Lubecenſes id impetrarunt ab Henrico Leone, Klock. *de alleg. dic. loc.* Imp. Ludov. Herhardo Epiſc. Spir. conceſſit pagum Udenhem in Philippsburg / d. muris & foſſis circumdare. Cúmque Imp. Maxim. cognoviſſet, Com. Mansfeldium prope Islebiam Anno 1514, 6. Februar. vico extructo, Jus civitatis dare voluiſſe, ſeveriſſimo mandato id inhibuit, *Thom. Michaël. de Jurisd. concl.* 12. *lit. c.* Simile extractum à civitatè Schweinfort contra Epiſc Herbip. Klock. *d. c.* 5. à civitate Colon. contra Mulhemium ei vicinum. Hoc tamen non refert an Principis conſenſus tacitus vel expreſſus concurrat; Si enim ei ſcribat, ut civitati, hoc ſufficit, *Clem. ſi ſummus Pontif.* X. *de ſent. Excom.* Ad exempla in contrarium allegata, licèt non iis ſed ll. judicandum ſit, *l.* 13. *C. de ſent.* dicitur Imperator tacitum ſaltem conſenſum adfuiſſe. quamvis etiam Comiti de Hanau Pomæria civitatis extendenti novum opus nunciatum ſit Klock. *d. l.* uti & Mulhemi poſt factam & ſpretam novi operis nunciationem omnia noviter extructa ædificia demolita ſunt. Et ſic Henricus II. Archi-Epiſcopus Colon. ex gente Virnenburgicâ genitus à Cæſare impetravit jus Civitatum, & muniendorum oppidorum ſuorum, Rodenberg, Durſten, Lechnich, Kempen. Gelen. *in Colon. lib.* 1. *ſyntag* 7. *num.* 27. *pag.* 76.

Q. VIII. *An ergo populus ſine authoritate Principis Civitatem erigere nullo modo poteſt?*

Diſtinguitur; Aut quæſtio eſt, an poſſit materialiter Civitatem ſine eo ædificare, & affirmatur, quia hoc eſt de jure gentium. *l. ex hoc jure. de I. & I. l. provincias. C. de ædificiis priv.* An etiam erigere formaliter, ita ut habeat juriſdictionem & jura Civitatis, & negatur, cum nec muros municipales reficere liceat, ſine Principe. *l. ſacra.* §. *muros. de R. D.* ſtructura autem illa materialis non eſt civitas, quam Saxa non faciunt, Unde Ageſilaus rogatus, cur Spartæ ſine muris eſſent, armatos milites

Digitized by Google

lites oſtendens dixit: hi muri ſunt; *Majol. tom. 1. Canic. coll. 2. p. 260.*

10 Q. IX. *An ad transferendam civitatem de loco in locum, quia frequenter ſpectris, vel contagione infeſtatur, aut aquarum inundatione cives ſæpe obruuntur, conſenſus Imp. exigatur?*

Affirm. *cum Limn. de Jure pub. t. 4. l. 2. c. 9. n.* 128. ubi idem in Gallia obſervari oſtendit, & præjudicio declarat.

11 Q. X. *An expeditius ſit in locis aſperis & montoſis an in planitie Urbes condere?*

Pro illis facit, quod tales cenſentur munitiores, & quod locus excelſus non eſt nebuloſus nec pruinoſus, & quia ventis patet, aër reddatur purus & ſubtilis, ſicq; ad ſalubritatem incolentium conducat, & hinc fortiſſimas munitiones in monte videmus Oſtendam Flandriæ, Fortalitium Scheuhianum Gomorrham & Juvav. Salisburg. Verùm cum loci ſublimiores & montani multi, aliis commoditatibus careant, in invehendo & evehendo comeatu & aliis quod in planitie facilius eſt: Pro hac magis ſtandum, unde arces & præſidia in altis montibus hodie magno numero deſerta videmus & Carol. V. hoc in Rheno videns miratus legitur; *referente Besold. de Jure Univerſ. c. 2. n. 2. in fin.* Indéque male Democrates Alexand. M. conſuluit, ut etiam ſupra montem Athon Urbem extrueret, ex qua incolæ nil ad vitæ ſuſtentationem obtinere poſſent, illi autem tractus optimi judicantur, qui habent montes ſive ab una parte, ut Herbipol. ſive ab utraque ut Salisb. certiſſimum autem boni loci indicium eſt, ſi homines eo loco diu vivant, è contra incommodi loci argumentum, ubi mali coloris homines aut deformes, debiles, pauci pueri, pauci ſenes reperiuntur: unde veteres oppida & ſtativa facturi pecorum, quæ ibi paſcebantur, jecinora & exta inſpiciebant, & ſi eſſent livida aut vitioſa, alio migrabant, quod ſtatuerent, idem quoque corporibus humanis eventurum; Sic loci natio multum facit, *juxt. l. quod ſi 31. §. qui Munirp. de ædil. edict.* quia Athenis tenue cœlum, acutiores credebantur Atticis, Carthagines fraudulenti, Ligures agreſtes, Campani bonitate agrorum ſuperbi, gentes aliæ iracundæ, audaces, timidæ, in vinum, in venerem aliæ aliis proniores, Aſiatici luxurioſi, *Men. de arbit. c. 57. n. 51.* Galli leves, Germani potatores duri tamen fortes & laborioſi, Græci fœdifragi, unde Græca fides; Hiſpani jactabundi, Lotharingi faciles, Romani gloriæ
avidi, Lym. *de l. p. tom. 4. lib. 1. c. 6.* * Pro locis 12
montoſis quidam putant, plùs in iisdem quàm in plano poſſe fructuum naſci, cùm montis fundus ſesqui planitiem alterius loci ſuperet; Verùm hæc ſententia non videtur ſatis firma, nec enim, in montana regione plus ædificari, nec creſcere poteſt, quàm in ejus plano, nec integra montis ſuperficies plures arborum radices capere poteſt, quàm baſis, ut ita non plures uſus afferant agri cultoribus in montibus, quàm in agris, *ut tradit Jo. Villanpandus in apparatu urb. ac templ. Hieroſ. tom. 3. p. 2.* [illegible] *c. 6.* eò quòd arbores & herbæ niſi impediantur ad angulos rectos ſe erigant non quidem pavimenti, cui inſiſtunt, ſed horizontis, Beſold, *in diſſert de jure territ. c. 3. n. 6. fin.* accedit quòd agri vineæ & fundi in planitie toto die ſolis radiis ſint expoſiti, unde omnia citiùs & meliùs matureſcunt, in montibus verò cacumine exiguo excepto, ea loca, quæ orientem ſolem habent, meridionali & occidentali, & contra careant, ut experientia conſtat.

II.

Licet olim Roma per antonomaſiam Urbs 13
& orbis caput diceretur, & dein Conſtantinopolis nova Roma dicta, poſtquam Conſt. M. Bizantium ſedem transtulit, *Nov. 131. cap. 2. l. omnib. C. de SS. Eccleſ. l. generaliter. 52. in fin. C. de Epiſc. & cl. l. intra urbem. 5. C. de oper. pub.* reliquæ municipia potiùs & oppida vocarentur, uti Cæſar Alexandriam totius orientis maximam urbem, oppidum appellavit, *Mag. de advoc. c. 6. n. 122.* Fuerant tamen præter Romam aliæ civitates, quarum non eadem, ſed ſeparata fuit conditio, erant & municipia ac Coloniæ, prout etiam provinciis quibusdam ſingulari privilegio ſuæ ll. relinquebantur, quibusdam etiam immunitas à tributis conceſſa fuit; Sic juxta Modeſtinum *in lib. 6. §. 2. ad fin. de Exceſ.* Urbes in maximas, majores & minores pro ratione privilegiorum dividebantur, maximæ im̃unitate erant metropoles, mediæ quæ habeban: forum cauſarum vel loca judiciorum; reliquæ, his carebant, *Tolos lib. 2. de rep. c. 1. n. 5.* nec bene Jo. de Plat. dicit, maximas eſſe, quæ merum; medias, quæ mixtum Imper. minimas quæ

Digitized by Google

tantùm Jurisd. ſimplicem habuerint, quod nec iſti ſtatui nec tempori noſtro convenit. Licet enim in maximis merum Imp. plerumque exerceretur, tamen id non Urbis ſed præſidum intuitu fiebat, qui in iisdem præſidebant, *facit. l. un. ff. de off. præſ. Aug.* Ita planè hodie civitates quædam liberæ ſunt, quædam municipales, quædam mixtum ſtatū obtinent, R. A. zu Speyer. §. die Fr. y und Reichs-Stadt *Item* zu Augſpurg. 1548. §. ſolchem zu begegnen. per liberas hic non intelligimus eas, quæ nulli ſubſunt, & ne quidem Cæſarem recognoſcunt, ut Venetiæ, Genua & Reſpubl. Helvetiorum, *Inſt. pacis de An.* 1648. §. prout & Civitas Lucana omnimodam libertatem 12000. ducatis adepta eſt, & licèt Lucenſibus Carol. IV. Cardinalem legatum præfecerit, is tamen poſt abitum Imp. Civitatem libertati reſtituit, accepto pretio 25. mill. aureorum, de illis enim Civitatibus ſuperiorem non recognoſcentibus idem judicatur, quod de ſummo Principe, cui aſſimilantur, *Alexand. in l. Civitas, Si cert. pet.* at de iis hic non eſt ſermo; * Sed libe-
14 ras hîc dicimus eas, quæ Rom. adhuc Imperio ſubſunt, ita dictæ, quod non ab Imp. obedientia prorſus, ſed à reliquorum Principum, Statuum & Ord. Jurisd. ac poteſtate ſint exemptæ, prout die freye Reichs-Ritterſch. dicitur Reinck. *lib. 1. claſ. 4. c. 20. n. 10. facit. t. C. de def. civit. Nov. 15. c. 6.* Sicut municipales ſunt, quæ Principibus ab Imp. inferioribus ſubjectæ ſunt; Mixtæ autem, quæ certis caſibus Principes ſuos recognoſcunt, in reliquis verò vi privilegiorum, ſuis utuntur Juribus & regalibus, Geil. *2. obſ. 54. n. 10. & de arreſt. c. 6. Reinck. de reg. ſec. claſ. 2. c. 20. facit. l. 1. de Jure Imm. l. non dubito. 7. §. Lib. 1. ff. de Capt. & poſtl. l. quæſitum. §. idem. 43. v. denique de Fundo Inſt.* cùm exceptio facta in uno firmet regulam in aliis non exceptis, *de l. quæſitum. & l. cum delamonſ. 18. §. fundum. 10. à t. cl. paſtoralis. §. denique de re Jud.* Atque ita in ſpecie ortâ lite inter comites, nunc Duces Holſatiæ & ex una, contra Civit. Hamburg. ex alterâ parte, & ad Carol. IV. Imp. delata, interloquendo deciſum eſt, ut Hamburgum oppidum Comitibus quidem pareret, ſalvis tamen immunit. quas ab Imperiali culmine meruerat, idem ferè de Brunſw. & Luneb. Reinck. *de reg. ſec. lib. 1. claſ. 4. c. 20. n. 8. Receſ. Aug. de Anno* 1548. §. ſolchem zu begegnen. 161. wie dann See- und Anſee-Städt/ dem Reich oder andern unterworffen. Hic nec de municipalibus, nec mixtis ſermo erit, ſed de Imperialibus ſeu liberis, quæ verè antiquum libertatem, & in ſuo diſtrictu Jura Principis obtinent. Geil. *2. obſ. 57. n. 7.*

Præter alias Civitatum ſubdiviſiones com- 15
munior hæc eſt, quâ Imperiales in liberas Imperiales, & Imperiales tantùm diſpeſcunt. Illas dicunt olim Epiſcopis vel aliis ſubjectas, & libertas dein Imperio cum reſervatione aliqua ſe ſubjeciſſe, has verò ab Imp. à principiis ſuis Imperio addictas fuiſſe, *Matth. Steph. de jurud. p. 2. c. 1. n. 82.* illas nihil ab aquila inſignibus geſtare, has vel integrum aquilam, vel ejus partem uſurpare ajunt, Beſold. *de Jure Imp. Civit. n. 14. Wehn. p. obſ. v.* freye Reichs Stadt. & hinc Lymn. notat, quod in ſubſ. receſſuum ſemper legatur, freye und Reichs-Städte. Knipſchild. *lib. 1. c. 2. n. 22.* unde ex copula realis differentia eliciatur; cumque Aquiſgranum in locum veteris monetæ Regiæ urbis Aquenſis ſcripſiſſet, Moneta liberæ Civitatis Aquenſis, vox liberæ impugnata, & inſcriptio ad formam veterem reducta fuit, quod non fuiſſet factum, ſi eædem, quæ Imperiales liberæ etiam civitates eſſent, *Thuan. l. 133.* Verùm hæc diſtinctio tantùm in verbis conſiſtere videtur, nec realis differentia ſubeſt, easdem, quæ Imperiales eſſe dicuntur, liberas eſſe cenſet Reinck. *l. 1. claſ. 4. c. 20. n. 56.* ſic enim in receſſibus Imperii, freye und Reichs-Städte/ promiſcuè accipiuntur, imò illæ, quæ freye Städte/ appellantur, ut (Lubeca) etiam Reichs-Stadt vocantur, nec vox (Et) vel copula ſemper diſtinctionis nota eſt, ſed rationem qualitatum reſpectu diverſorum ſubjectorum aliquando innuit ut in illis verbis Unſer und des Heiligen Reichs-Stadt/ quæ duo uni eidemque ſubjecto & Civitati diverſo reſpectu competunt, ut ſicut una Civitas Imper. dicitur, ita una libera, Freye und Reichs-Stadt appellari poſſit; Quod ad exemplum de Aquisgr. ex Thuano attinet, ſciendum in antiquis quoque antiquæ conſuetudinis monetam ſervandam, *Val. Maxim. l. 2. c. 1.* quod maximè obtinet in d. urbe, quæ ex ſingulari obſervantia, der Königl. Stul/ vocatur, *Ita Schütz. p. 1. diſſ. 8. Th. 22. l. 6. pag. 552.*

Hoc tamen certum eſt, quòd inter civitates 16
Imperiales non quidem ratione ſubjectionis, quæ
eadem

eadem eſt, & individua, ſed reſpectu privilegiorum differentia exiſtat, quæ vel ab initio majore libertate donatæ, vel temporis ſucceſſu magis illuſtria privilegia promeruerunt & obtinuerunt, prout nonnullæ tenentur Imperatori quotannis ad certam ſummam pecuniarum, quaſi pro tributo vel ſubſidio, vel ad aliud quid in ſignum recognitionis, vulgo der Reichs-Schilling / hodie autem ita decrevit, ut vix 15. mill. vel ad ſummum 20. mill. flor. excedat, quod factum eſt, per remiſſ. alieni oppignorationes, licèt Norimb. ſolvat adhuc 2. mill. flor. *Lym. in ann, ad c. Carol. V. a. 23. p. 253.* aliæ certis modis & conditionibus, ut quoties Imp. civitatem tranſit, ut ſuo loco dicetur, cujus intuitu merè non ſunt liberæ, ſed Imperiales, à quò aliæ ſunt immunes, magis enim & minus ſpeciem non variant, *l. fin. de fund. Inſt.* Illud autẽ non facit, quo minus Imperiales ſint, & de cætero liberæ, prout etiam alii Principes in ejusmodi civitatibus Jura quædam habere poſſunt immediatate ipſarum ſalva: Dux Brunſwicenſis, ſua Jura habet Goslariæ, licet Dom. territorii non ſit, ſed eſt Civitas libera; Marchiones Brandeb, habent Burg. Norinbergenſ. Norinberga tamen libera eſt; Duces Sax. ſunt Burggravii Magdeburg. hæc tamen ſuo modo libera eſt; nec Ducibus Sax. paret, *Nold. in Syllo. concl.* 27. *lit. c. Reinck. cl. 7. c. 17. n. 27.* Jura ſua habet in urbe Ratisb. El. Bav. in Civitate Colon. E. competit exercitium meri Imperii; Dux Juliæ ſua Jura habet in urbe Aquisgr. Epiſc. Spir, Wormat. Auguſt. in civitatibus ejusdem nominis Jura habent, quas tamen liberas eſſe non dubitatur, uti in ſimilibus Duces Saxoniæ. Erffordiæ vectigalia & Jus Salvi conductus habent; quam ſibi Moguntinus tamen vendicat. Nec ex hac cauſa quòd una civitas maturius alia ſeriùs ad libertatem pervenerit, facienda eſt differentia, tempus enim accidens eſt, quod ſpeciem non variat; ſicut qui à nativitate liberi ſunt homines, non magis ſunt liberi quàm quibus libertas poſtea per manumiſſionem data eſt, §. *fin. I. de Libert.*

III.

17 Quamvis autem in antiquis veram originem invenire, perdifficiles; Veriſimile tamen eſt, & communis Hiſtor. & Politicorum traditio, quòd poſtquam l. regia omne jus Senatus pop. Rom. in Principem, & ſic jus in Civitates ad eundem translatum eſt, Civitates has Imperiales ita ſubditas factas Imperatori, ut nunc municipales Principibus ſuis ſubſunt qui primus, in iisdem Jurisd. & merum præſertim Imper. per præfectos, vulgò Reichs-Vogt/ exercuerunt, & communiter erant Epiſcopi vel Comites, qui ſuum Vicarium Schultheſſen / d. conſtituebant, Beſold. *de Jure Civit. diſſ.* 2. qui nomine Cæſaris Senatoriis Conſultationibus non tantùm intererant, ſed etiam præerant, quâ ratione adhuc in quibusdam Civitatibus & in ſpecie Civitatis Wetzlarienſis, inveſtitura Præfecturæ conferri ſolet. Illuſtriſſimis Principibus Haſſiæ, & pro tempore lineæ Darmſtadinæ, quæ hodie adhuc ibi Vicarium ſuum Vogt / conſtitutum habet qui & Judiciis præſidet & executiones procurat, Reinck. *de reg. ſac. lib. 1. claſſ. 4. c. 20. n. 19.* Sic Anno 1360. Eberhard. Wartenberg. Comes 24. Sueviæ Imp. Civitatum patronus & adminiſtrator à Carol. IV. Imp. conſtitutus eſt; Alias quoque Civitates Jure pignoris Imp. diverſis magnatibus tradiderunt; donec quædam urbes pacto & conventione, aliæ ex libertate Impp. aliæ alio modo libertatem acquiſivêre, aliæ precio, fraude aliæ & præſcriptione præfectos Cæſ. excluſerunt, & loco moverunt: Sunt quæ ſe ipſas in libertatem aſſeruerunt, cùm ſervitutem Principum acerbiorem ferre non poſſent, ut de Ulma & Lubeca tradit Bodin. 1. *de rep. c. 9. V. Knipſchilt. in ſpecie. l. 1. c. 6. n. 18. & ſeq.* ubi aliquot recenſet ab Imp. conditas, ut Eslingam, Reutlingam, Heilbronam. Alias ut Ulmam, quæ Monaſterii Reichenau Jurisd. ſub Ludovico Bavaro pecuniâ datâ avertit, Auguſta quoque à Conradino ultimo Sueviæ Duce non parvâ monetæ mole, ut & Kauffbeuren / Jurisd. Baronum vom Hof/ 50000. fl. avertit, & libertatem à Conrad. III. & Rudolph. acquiſivit. Idem de Eslinga & Reudlinga de Campiduno & Memmingen. Beſold. *verbo* Reichs-Stadt.

Dividuntur etiam Civitates per quaternio- 18
nes, unde ſunt 4. Pagi, Bamberga, Selgſtadium, Ulma, Hagenoia, 4. Ruſtici, Colonia, Ratisbon, Salisburg. Conſtantia. 4. Villæ, Amberga, Ortemunda, Liechtenau/ & Ingelheimia. Sed ea noſtro propoſito, ubi de lib. Imp. civitatibus agitur,
non convenit. * Sunt item Civitates, quæ vo- 19
cantur Leger-Städte/ ſive ſolutionis, in quibus

Imperii

Imperii contributiones ſolvuntur, ut ſunt Francof. Norinb. Ratisb. Auguſta, Lipſia, R. A. zu Augſpurg. *de Anno* 1566. §. wiewol nun. 36. ſed accidens hoc eſt: Item ex Imper. Civitatibus ſunt außſchreibende Stådte/ quæ aliàs convocant, vel ad univerſalem Civitatum conventum omnium circulorum, de rebus ad totum civitatum collegium ſpectantibus deliberaturæ, vel ad circularem conventum, ubi unus tantum circuli Civitates conveniunt, vel deputatorum, der Außſchuß/ quando tantùm illæ Civitates, quæ ad hoc à civitatibus deputatæ ſunt, earumque commiſſarii conveniunt, quod fieri ſolet, quando periculum eſt in mora, & omnes cito convocari non poſſunt, & res non eſt tam ardua, ut omnium convocatione opus ſit. Die Außſchreibende ſeynd Straßburg/ Nürnberg/ Franckfurt/ und Ulm. Cùm enim in conventu Eslingæ Anno 1522. habito conventum eſſet, quod quovis biennio vel quoties id neceſſitas poſtulat, civitatum conventus indici poſſint, placuit eligi certas civitates, à quibus cæteræ vocarentur, (cùm ante variatum fuiſſet, vel ea, cui periculum imminebat, alias vocare ſoleret.) Id in Comitiis Norinb. Anno 1523. 6. Novemb. civitatibus Argentin. Norinb. Francof. & Ulmæ. delatum temporaliter, jam ordinarium eſſe cæpit. Harum conſcribentium hoc eſt potiſſimum officium, quòd reliquarum civitatum gravamina excipiant, ipſis conſilia ſuggerant, conventus inſtituant & certo loco indicant, alias civitates conſcribant, proponant, vota colligant, concluſa referant, in chartam conjecta publicè legant, & alia neceſſaria expediant. Quomodo in univerſalibus conventibus Imper. hæc fiant, c. fin. declarabitur. Deputatæ ordinariè ſunt 12. Ex Scamno Rhenano 6. Colon. Aquisg. Argentoratum, Lubeca, Wormat. Spira; Et ex Suevico 6. Ratisbona, Auguſta, Norinberga, Ulma, Eslinga, & Reutinga: ita tamen ut hodie poſt pacif. religionis habeatur parificatio: Et ſicut in Comitiis aliisque conventibus, ita etiam in his illius Civitatis Imperialis deputati directorium gerunt, in qua comitia & conventus inſtituuntur, vel ſi non ſit ſufficiens, vel ex cauſa id recuſet, alia eligitur; Sed per hoc aliarum civitatum libertati nil detrahitur, nec illæ in has minores prærogativam Juriſd. vel ſuperioritatem aliquam habent, ut tradit Knipſchilt. *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 21. adde tradita à Reinck. *de reg. ſæc. lib.* 1. *claſ.* 4. *c.* 20. *n.* 33. & 36.

20 Licèt autem Civitates in ſuo diſtrictu Jura ſuperioritatis non minùs quam Principes in ſuo territorio uſurpent, Geil. 2. *obſ.* 57. *n* 7. *Mag. de advoc. c.* 6. *n.* 187. *argt. l. prohiben.* §. *planè. ſum ſeq. ff. quod Vi aut Clam.* Jura tamen perſonalia Principum non habent, cùm in iis nec ſit Dux aut Princeps, nec ſinguli cives in Imper. civitate, imò ne quidem conſul, vel ſenatus extra negocia civitatis, ſed in Ariſtocratico regimine univerſi patritii, in democratico verò tota communitas repræſentat Imper. ordinem & ſtatum, cum aliud ſint univerſi & ſinguli de univerſitate, *l. ſicut.* §. *ſi quid, Quod cujusque univerſ.* ſicut etiam licèt Civitates Immediatè Imper. ſubſint, cives tamen earum mediatis annumerantur, & magiſtratui ſuo immediatè parent: Cùm civitas ipſa tota tanquam Univerſitas in conſiderationem ſtatus Imp. veniat, quæ unam perſonam repræſentat, diverſum quid omnino ab hominibus de univerſitate, *l. mortuo.* 22. *de Fideic.* ſicut totum aliud eſt ſingulis ſuis partibus, Geil. *de pignorat. c.* 6. *n.* 11. Et in terminis non diſſimilibus Reinck. *lib.* 1. *claſ.* 5. *c.* 10. *n.* 36. *Wehn. verbo* Ganerben/ ubi Ganerbiorum privilegia non pertinere ad ſingulos oſtendit: Civis quoque totius univerſitatis, cui ſubeſt, honorem ſibi arrogare non poteſt, ut qui in Ariſtocratia à ſubdito, in democratia verò à nullo, niſi quod magiſtratus ſit capax, & jus votandi in tribu ſua habeat, differt. Et ita Civibus Colon. in Camera proceſſus ſuper conſtitutione pacis religioſæ denegati ſunt, Gylm. *in Symphor. p.* 1. *t.* 3. *n.* 34.

Multis temporibus fuit controverſa

QUÆST. *An Jus conſultandi tantùm, an etiam votandi & ſuffragij Civitat. in Comitiis habent?* 21

Ratio dub. quòd privatis Jus ſuffragii non competat, Civitates autem privatorum loco habeantur, *l. nihi. intereſt. ad Maced.* maximè cùm in Comitiis vetus illa Imp. Majeſtas reluceat, *Clapmar. lib.* 1. *c.* 14. *de arbit. Imp.* Verùm hæc Q. hodie deciſa ſatis eſt 1. *in Inſtrum. pacis Germ. Sued. art.* 8. §. *tam in univerſalibus.* ubi tam in univerſalibus quàm particularibus diætis liberis Imp. civitatibus votum deciſivum tribuitur; 2. Cùm enim Imperii oneribus illas defungi neceſſe ſit,

præteriti

præteriti utique & excludi in Comitiis eas inconveniens foret; quod enim omnes tangit, ab omnibus approbari debet, 3. periculoſum id quoque eſſet, cum plebis natura inſenſiſſima Statui eſſe ſoleat, ſi ab honoribus excludatur, facit *l.* 2. §. *r. de O. l.* 4. quòd Civitates ſint ut alii Status Imper. Geil. 2. *obſ.* 57. *n.* 7. *& dep. p. c.* 6. *n.* 11. *Inſtr. pac. art.* 5. §. 1. *Knipſch. d. Civit. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 72. 5. non minùs incorporatæ Imp. quàm Principes & alii, Ruland. *de Commiſſ. lib.* 5. *p.* 2. *c.* 4. *ſub n.* 38. & hinc in receſſibus paſſim hæc verba inſeruntur: Und wir Churfürſt. Fürſten/ Prälaten/ Grafen/ Herrn und des Heiligen Reichs freye und Reichs-Stadt Geſandten/ Bottſchafften/ und Gewalthaber bekennen/ ꝛc. *Item* haben wir uns mit den Churfürſt. Fürſten und gemeinen Ständten verglichen. ubi per Status Civitates notantur, cum appoſitione Principum etiam Comit. & Barones veniant. Et ſi civitatum adſenſus & votum non exigeretur, fruſtra ad Comitia vocarentur, iisque tanto ſumptu intereſſent, & cur propoſitionem audirent, cur ſuum votum aperirent, ſi ſuffragium ferre non poſſent; cur Receſſibus ſubſcriberent; Cujus enim aſſenſus in negocio non eſt neceſſarius, ut conveniam vel tranſigam cum eo, nulla urget neceſſitas.

22 Hæ Civitates in Comitiis non ſecundùm ſplendorem, magnitudinem, amplitudinem, opulentiam, civium dignitatem, ſeſſ: & votum habent, ſed juxta ordinem & modum antiquitus obſervatum incedunt, nec aliam prærogativam in voto habent, niſi quoad ordinem, ut nec die ausſchreibende Städte/ nec majores in voto plus valeant, quàm aliæ, ſed qua tales omnes æquales ſunt, Imperiales liberæ ſine amplit. & potentiæ reſpectu, cùm eadem qualitas in parva ſit, quæ in magna, ſicut divitiarum potentia & paupertatis humilitas vel ſublim. vel inferiorem Epiſcopum non reddit, *c. legimus* 24. *diſt.* 93. Sicut ſi regis ditio unius ſcopuli terminis finiatur, ut de Regno Ulyſſis, ait Horat. vel nidi inſtar ſit, æquè tamen ſumma Majeſtate gaudet, ac potentiſſimus monarcha magnarum ditionum, ſi non extenſivè, tamen intenſivè, nec minùs titulo Regis gaudebat Emathion anguſtis incluſus pagis. *Juſtin. lib.* 7. aut cui uxor Cibaria coquebat apud Herod. *lib.* 8. quam Alexand. Magn. orbis domitor aut Artaxerxes, qui ab India regnavit uſque ad Æthiopiam ſuper 127. provincias, *Eſter.* 1. *v.* 1. ſicut Elephas non magis eſt animal quàm muſca aut formica, & Raguſia civitatum ferè omnium Germaniæ minima non minùs eſt reſp. quam Turcarum, Tart. Hiſpanorumque latè extenſa Imperia, ac in Helvetia, Tigurini cæteris dignitate potiores ſunt, etſi Bernates opibus & finibus potentiores habeantur; Similiter in Comitiis Imp. Dux Holſ. Sabaud. Lotharing. non tamen præferuntur Imp. Ducibus antiquioribus, quamvis potentiâ & regnorum amplitudine inferioribus, ut proinde argutè Cæſar, cùm in tranſitu Alpium humile oppidum præteriret interrogatus, an ibi aliquos putaret eſſe Principatus, reſponderit: Mallem hic primus eſſe, quàm Romæ ſecundus.

23 Nunc aliquas eſſe Imperiales Civitates, quæ tales olim non fuerint, indubium eſt. Sic Campidunum & Memmingen ſub Abbate fuit, *Beſold. v.* Reichs-Stadt idem de Ulma; Et traditur, ante tempora Frideric. I. in tota Suevia non fuiſſe vel unam Civitatem Imperialem, imò circa annum Chriſti 800. paucas Urbes in Suevia extitiſſe, quarum nunc magnus eſt numerus, imò præter Auguſtam, Pfallendorfum & Campidonum; nullam ferè, ſed pagos multos, qui omnes erant vicinorum Abbatum, Mager. *de Advoc. c.* 6. *n.* 157. Prout econtra quædam olim Imperiales nunc Epiſcopis patent, ut de Moguntia ſup. in Fl. Mog. d. de Vienna in Auſtria idem tradit Beſold. *verbo* Reichs-Stadt. De Saliſb. Hund. *in ann. tom.* 1. *f.* 220. 238. & 287. Hac occaſione Q. An civitas Imperii alteri Principi ſe ſubmittere poſſit? Id Affirm. dummodo non fiat in præjud. Rom. Imp. cujus intereſt, ut ordines & Status integri conſerventur, *c.* 1. *de prob. Feud. al. per Frid.* & numerus vaſallorum augeatur potiùs, quàm minuatur, in quibus conſiſtit robur & dignitas Imp. *c. intellecto. de Jurej.* Hinc cum Imp. Auguſtus ſit, & augere debeat Imp. *Dd. ad p. proœ. Inſt.* ſi Princeps alius Civitatem eximere velit, vel illa ſe eximi patiatur, Fiſcalis ob intereſſe Imper. proceſſus contra alterutrum, vel utrumque inſtituit, Geil. 1. *obſ.* 21. Quod ſi tamen eximens pro eximentibus ſe collectas ſolvat, parum aut potiùs nihil Imperio decedere videtur, Reichs-Abſchied zu Augſpurg. *de Anno* 1548. §. Und als durch die Craiß. quod maximè obtinet,

obtinet, ſi civitas Imperio ſubjecta à potentiore moleſtias bello patiatur, & Imp. ei ſuppetias non ferat, *Cluten. in Syllog. concl. 27. lit. f.*

24 Q.II. *Vicina eſt An Civitas Imp. ſe alterius advocatiæ ſubjicere poſſit?*

Id Affirm. Geil. *lib. 2. obſ. 54. n. 3. & 4. Il, Cluten. d. loc. Chock. de Advocat. q. 18. & Chock. in theſ. Polit. mantic. de tac. & amb. p. 2. lib. 27. t. 2. & ſeqq.* Sic *Schurf. Cent. 3. conſ. 23.* defendit Erfordienſes, qui ſe perpetuæ protectioni Ducum Saxoniæ etiam invito Moguntino commiſere, An. 1483. hac ratione maximè, quòd protectio nec tribuat Juriſdict. nec Juri ordinarii ſuperioris quicquam detrahat, & ſecundùm Geil. 2. *obſerv. 54. n. 1.* Schutz und Schirm gibt kein Obrigkeit/ *Arum. diſc. 6. ad A. B. p. 264.* nec clientes tales efficiantur ſubditi, *c. recipimus. c. ex parte. X. de Privil. Men. de arb. Judic. q. 100. n. 20. Beſold. in diſſert. de fœd. Jure num. 33. p. mihi* 28. Sed hæc aliam conſiderationem requirunt.

25 IV. Sunt idem quædam Civitates fœderatæ, quarum fœdus Societas Anſeatica vocatur, & partim Imper. partim Provincialibus conſtat civitatibus, quarum etiam quædam extra Imperium ſitæ ſunt; dicuntur quaſi an See-Stadt / quòd major pars mari adjaceat ex receſſ. Imp. an. 1548. Alii verò Hanſeaticas vocant quaſi Handel-Stadt à commerciis, quæ in iis vigent, alii à voce Hanſen, quod Heroes ſignat, & ita in Weſtphalia & Saxonia, & de iis, qui ultra ſortem æſtimari volunt, dicitur, das wollen groſſe Hannſen ſeyn / & modus loquendi uſitatus eſt, Vinum den Hannſen / aquam den Ganſen / hinc vina bibant homines animalia cætera fontes. Fœdus earum cæpit ante Frider. II. tempora Anno 1200. ut contra injurias vicinorum Principum eſſent tutiores, & ita paulatim crevit, ut poſt Annum Chriſti 1300. metuenda eſſet Principibus earum multitudo & potentia, *Mattheus, Stephan lib. 2. pag. 2. de Juriſdict. c. 31. Arum.*
26 *de Comit. c. 4.* * Habuerunt hæ Civitates 4. Emporia, in quibus domos, Collegia & Juriſdictionem propriam exercuerunt; I. Londinenſe in Anglia Anno 1258. ab Henrico III. privileg. & à ſucceſſoribus confirmatum. II. Brugenſe in Fland. quod cœpit Anno 1262. labefactum Anno 1588. per bellum dein obſtructo portu Antverpiam translatum ubi duas ſtapulæ ſuæ & venditionibus emptionibusque commodas domos Anſeaticæ Urbes pro Collegio extruxerunt. III. Novogardenſe in Ruſſia expiravit An. 1494. Revaliam, & inde Narvam delatum. IV. Bergenſe in Norwegia, quod adhuc floret. Quæ civitates, cum aliquando contra Jus & juſtitiam premerentur in diverſis locis, ſolennem in Pruſſiam fecere legationem communi conſilio Anno 1434. ut Ordin. Teutonici Magiſter ad habendam cum ipſis intelligentiam interpellaretur & protector eſſet, *Crantz. Wand. lib. 11. c. 34. Mag. de Advoc. c. 5. n.* 527. quæ protectio ceſſavit ceſſante ordinis illius ſub Alberto Brandeburgico poteſtate. Illæ civitates olim in tres, hodie accedentibus Boruſſis in 4. claſſes ſeu Metropoles: vulgò Quartier und Haupt-Städte dividuntur, & ſunt Lubeca, Colonia, Brunſwicum, Dantiſcum. Ex his Lubeca præſidet Wandalicis, Colonia Weſtphalis, Brunſwicum Saxonibus, Dantiſcum Boruſſis, *Speid. ad Beſold. verbo Hanſen.* Ex his Lubeca habet ſub ſe 12. urbes: Hamburgum, Roſtochium, Stralſund, Wiſmar, Luneburg, Stettin, Stargard, Andam, Gripswald, Golnau, Colberg, Regenwald. Colonia habet 29. Weſel, Embrich, Duisburg, Unne, Ham, Warburg, Soſt, Lipſtat, Hervort, Lemgow, Bilenfeld, Münſt. Paderborn, Cosfeld, Oſnabrug, Dortmund, Niemwegen, Arnheim, Zutphen, Venlo, Ruremund, Hardeuwick, Elburg, Deventer, Schwoll, Campen, Bolswerd, Gronningen, Slaveren. Brunſwiga habet 12. Magdeburg, Hildesheim, Hannover, Gottingen, Stade, Einbeck, Goslar, Urſa, Bremen. Buxtehude, Minden, Hameln; Accedunt 12. ſequentes Standel, Solwedel, Berlin, Franckfurt, Breslau, Cracau, Hall, Aſcerleben, Quedlinburg, Halberſtadt, Helmſtadt, Northeim. Stapulæ ſunt Londinum in Anglia, Bruga in Flandria, Bergen in Norwegia, Novogrod in Moſcovia. Et quia ſine convent: & legationibus tam ampla Societas conſervari non poteſt quotannis conventio Lubecæ eſt deſtinata, ubi ſuum habent Archivium, ut & aliud Coloniæ, Fœderatarum harum olim plures quam 80. fuerunt, ejectis ex ea 14. An. 1418. remanſere 66. urbes, *juxta Thaan.* quas recenſet Knipſchilt. *de jur. civit. lib. 1. c. 4. n. 13. p. 46.* has omnes pro Imperialibus male tradit Bodin. 1. *de rep. c. 6.* & in exceſſu peccat, ſicut Wahrem. ab Ehren-

Digitized by Google

Ehrenberg in defectu, qui unam tantum ex eis Imperialem eſſe putat, cum aliæ ex iis Imperiales aliæ mixtæ, aliæ municipales & ſimul exteræ, in hoc fœdere contineantur, quarum quædam dein à Societate excluſæ, quædam ſponte renuntiarunt. Excluſi quidem An. 1377. Brunſwicenſes ſed Lubecæ poſtea peracta publica pœnitentia, cum nudis pedibus & capite nudato cereos ex templo D. Matr. in prætorium portaſſent, ibique ingeniculati veniam rogaſſent, interveniente autoritate Carol. IV. recepti ſunt. Colonienſes quoque excluſi aliquando ad inſtantiam Frid. III. Imp. & Archiepiſc. Colon. prius facta ſatisfactione recepti ſunt. Orto quoque Anno 1562. inter hanc Societat. & Bremam difficultate, hac remota Impp. Ferd. I. & Maxim. II. hortatu in priſtinum Statum reſtituta fuit Beſold. *in differt. de jure fœd. n. 11.*
27 *pag. 25.*

QUÆST. *An fœdus & ſocietas Civitatum licita?* Quidam ligam prohibitam, tanquam factionem & conſpirationem impugnant: I. quia ea continentur multæ civitates aliorum Juriſd. ſubjectæ, quæ nec regalia ab Imp. habent, & inferiores Principes agnoſcunt, nec in comitiis nec circularibus conventibus. ſed Provincialibus tantum diætis comparent, & ſuis Principibus contribuunt, adeoque privatorum loco habentur; Privatis autem conventicula & confæd. inſtituere non ſit licitum ſine aſſenſu Principis *c. un. §. convent. de pac. ten. t. t. de Colleg. l. 15.* C. *de Epiſc. & Cler. l. 5. de his, qui ad Eccleſ. 2. Feud. 7.* II. Quod Carol. IV. in A. B. t. 15. confœderationes Civitatum ſubditarum inhibet, eas deteſtandas & SS. legibus reprobatas conſpirationes appellat. III. Quod per obliquum Dominus afficiatur aliqua injuria, quaſi non ejus ſit potentiæ, quod ſe ſuoſque ſubditos tueri poſſit. IV. Per ejusmodi ligas ſubditi audaciores contra dominos redduntur, cum ſe confœderatorum auxilio niti ſciant, in tantum, ut proteſtatio, quod ſuperioris Juri derogare non intendant, eis tanquam actui contraria non ſuffragetur, *c. gratum de off. de leg. c. ſollicitud.* X. *de appell.* ſicut in ſimili vaſallus feudum alienans cum proteſtatione ſalvo jure domini caducitatis pœnam non evitat ſecundum Feudiſtas. V. Quod Imp. capitulationibus Ferd. III. *art.* 19. Caroli V. *a.* 17. & ſeqq. excepta ſola Maximil. II. cautum, ut Impp. mercatorum ſocietates onerosas abrogent, talis autem hæc videtur, quia ſpeciem monopolii præ ſe fert jure prohibiti, cum ideo contracta videatur, ut certis locis merces emant fœderati, imò triplex monopolium in mercibus perſonis & locis per hanc ſocietatem inducatur, ſicque pugnet *cum l. un. C. de monop.* R. A. zu Cöllen / *Anno* 1512. §. und nach dem eine groſſe Geſellſchafft. §. *Item* ordnenen / R. A. zu Speyer. *An.* 1526. §. *Item* nach dem die Monopolien. Veruntamen ſocietatem & fœdus hoc licitum eſſe, ſuſtinent poſt multos alios Arum *d. loc.* Reinck. *de d. reg. ſec. lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 20. *n.* 48. Dan. Ott. *de l. pub. c.* 11. Bruning. *de var. un. ſpec. con.* 17. Bert. *de Comit. concl.* 11. *ad fin. lib.* 7. *c.* 11. *f.* 403. *& in d. Seſſ. de Jur. fœd. n.* 11. I. enim hæc ſocietas præſcriptione tuta eſt, cum An, 1200. cœperit *juxta Thuan.* qui autem recentiorem natalem ei adſcribunt, nominant Anno 1270. tempus autem tam prolixum & ultra 400. Ann. curſu munitum obtinet vim legis & ſpecialis conceſſionis, *l. 6. & 4. de aq. quot. l. 1. §. fin. l. 2. de aqua pluv. arc.* cum & regalia 100. annorum temporo præſcribantur, *Iaſ. in l. de quibus de ll.* II. Fœdus quod fit conſenſu domini, licitum eſt, atqui credibile eſt Dominos civitatum inferiorum conſenſiſſe ex illa temporis vetuſtate, ad quod tacitus etiam conſenſus ſufficit, qui non ita olim ut nunc dominationi ſtudebant, nec notæ erant Aulicopolit. arcanæ & vanæ artes, quibus libertatem omnem proſcribere, ex ſubd. facere ſervos, ut Principum prodigalitatem foveant, expilare quidam cuncta ſtudent, ſic Erardus Oſtfriſiæ Comes Embdanus ſuam urbem participem fœderis fieri poſtulavit, Imp. & E. Colon. Urbem Colon. alii alias. Accedit quod Reges & Principes multi, tam extra, quam intra Germaniam fœdus cum hoc Collegio Hanſeatico inierint, legatos ad illud miſerint, & reciprocè Jus legatorum mittendorum habeat, *juxta Bertium apud Arum. in diſc. jur. publ.* 14. *t.* 8. *fol.* 332. *contra Kirch. de Leg. c.* 3. *n.* 55. *Beſold. de leg. c.* 3. *n.* 3. prout etiam ſine nota rebellionis bella geſſit, hæc ſocietas & magnorum principum lites ſua interventione diremit. III. Hoc fœdus etiam ab Imp. approbatum, alias enim Carol. IV. receptionem urbis Brunſw. Frider. Colon. Ferd. I. & Maxim. II. Bremenſis non urſiſſent, ſi licitum non credidiſſent, nec receſſibus Imper.

de Anno 1541. 44. 48. 55. 57. 66. 79. 82. 92. ab Imperii ord. hi fœderati ad contrib. contra Turcam aliosve requiſiti fuiſſent. IV. In A. B. c. 15. fœdera pro conſervatione pacis publ. non prohibentur, prout validum eſt fœdus, quod Suevici circuli ordines contra ſeditioſos ruſticos inter ſe pepigere, R. A. *de Anno* 1529. §. und als ein Abſchied. *Kleck. de contrib.* c. 14. *ſect.* 3. *n.* 53. cum colligationes & fœderationes hominum ad defenſionem ſui ad propulſationem injuriæ tendentes omni jure etiam naturali ſint conceſſæ, & defenſio nemini, ne quidem diabolo deneganda, *l.* 45. §. 4. *ad l. aq. l.* 3. *de I.* & *I. l.* 1. C. *unde Vi.* quæ unica hujus fœderis & ſocietatis cauſa & finis eſt. Nec obſt. rationes ſup. incontra allatæ. Ad I. Reſp. I. quod à potiori facienda ſit denominatio, & cum civitatibus Imp. vel mixtis jus fœderum competat, ex hoc capite fœdus ſubſiſtat etiam in aliis. Reſp. II. Præ ſe tanti temporis hoc ſublatum maximè interveniente conſenſu dominorum vel expreſſo vel tacito, ut etiam, ſi Dominus defenſionem facere nolit, vel non poſſit, Mynſ. 6. *obſ.* 2. *n.* 6. Ad II. dicitur Carol. Conſt. ad hanc ſociet. non pertinere. Ad III. Dominorum conſenſu etiam tacito interveniente ceſſare, unde patet reſp. ad IV. Ad V. poſito illo vero, quia Cæſaris conſenſus & immemorialis præſc. adeſt omnem monopolii reſpectum ceſſare; *c. ſignificante* X. *de appell.* ſicut enim per privil. ita per præſc. immemorialem prohibitio monopolii tolli poteſt. Illud præterea addendum, quod noviſſimè Inſt. pacis Germ. Sued. *art.* 10. §. *fin.* nova hujus fœderis acceſſerit confirmatio illis verbis: Civitatibus Anſeaticis etiam navigationis & commerciorum libertatem, &c. conſervabunt, quod ſi tamen fortè aliquæ ad finem illicitum hac ſocietate uti intendant, quia tamen hic non eſt finis ſocietatis, propter hunc abuſum, uſus aboleri non debet, ut nec in aliis rebus juxta illud Poëtæ:

Igne quid utilius, ſi quis tamen urere tecta
Comparat, audaces inſtruit igne manus,
Eripit interdum modo dat medicina ſalutem,
Quaque juvet tradit, quaque ſit herba nocens;
Nil prodeſt quod non lædere poſſit idem.

ideo talis inſolentia tollenda potius, quam univerſa ſocietas culpanda & diſſolvenda.

V. Præter ea, quæ univerſitatibus in genere competunt, tradita à Bruning *de Var. univerſ. ſpec.* Jura civitatum Imp. varia ſunt, quæ breviter delineabimus contra eos, qui cives tanquam ruſticos muro incluſos eingemaurte Bauren / alto ſupercilio deſpiciunt, quos pacis conſervandæ cauſa comiter obſervare & humaniter ſuſtinere deberent, ut quæ ſanctæ dicuntur, *l. ſanctum. d. R. D.* argumento ducto à partibus ad totum, *argt. l.* 76. *de R. V.* & in diplomatibus Cæſareis nobiles & nobilia S. R. I. membra, Sixtin. *de regal. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 80. fulcra & columnæ Imperii, Reinck. *de reg. ſec. lib.* 1. *claſ.* 4. *c.* 20. *n.* 8. quarum potentia tanta, ut etiam cum potentioribus Imperii Principibus contendere valeant, Klock. *de cont. c.* 5. *n.* 12. quarum aliquæ cives habuerunt, & adhuc habent Comites, Barones, Nobil. Patritios, ut videre eſt Argentorati, Auguſtæ, Colon. Norinb. Francof. Ulmæ & alibi; ſic Abbas S. Galli in civitate Tiguro civis eſt, & genibus incumbens ipſi juramentum præſtat, Knipſch. *de civit. Imp. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 15. *in fin.* ſic Dux Jul. civis Colon. eſt, quin & aliquæ integros Comitatus, Baronatus, aliasque ditiones gubernant, ut Argentoratum ditionum Barenſem; Norinberga die Herrſchafft Heldeck und Rotenburg. Ulma die Herrſchafft Helffenſtein. Potiſſima Jura civitatem ſeqq. trademus. 28

Et I. Quidem Civitates hæ ſunt S. R. I. ſtatus, iisque per conſequens omnia jura ſtatuum competunt, immediatè Imp. ſubjecti, ad Comitia & conventus deputatorum vocantur, comparent, propoſitionem audiunt, ſeſſionem & votum habent, ut alii ſtatus, Heil. 2. *obſ.* 21. *n.* 5. R. A. zu Augſpurg. *de Anno* 1548. §. Wann auch. Indictiones item & Collectas ſecundum matriculam in quam ut etiam in circulum relatæ ſunt, immediatè ſolvunt, *d. loc.* Reinck. *lib.* 1. *d.* 4. *c.* 1. *n.* 23. demum ipſis Imp. receſſibus ſubſcribunt, eosque ſigillant, ut ex receſſ. Imp. & Inſtrumenti pacif. ſubſcriptione palam eſt, quæ omnia expreſſe declarantur *in Inſtr. pac. Oſnabr.* 5. *Aug.* 1648. *inter* §. 5. & 11. *libera Imp.* Knipſch. *lib.* 2. *c.* 2. ubi latè oſtendit, iis non tantum conſultivum, ſed etiam deciſivum votum competere, & contraria reſolvit Arum. *de Com. c.* 7. *n.* 147. Prout idem etiam in aliis regnis ſervatur, ut quæ regni utilitatem concernunt, ſeu commodum & incommodum ſpectant, 29

Digitized by Google

ſtant, non tantum procerum, ſed etiam civitatum conſenſu & conſilio tractentur, & concludantur; quod etiam in conventibus provincialibus receptum, ubi præter Comites, Barones, Nobiles, etiam Civitates municipales ſeſſionem & votum habent, quod in conventibus quoque circularibus obtinere, praxis & obſervantia docet, *facit c. Eccleſia veſtra*. X. *de Elect. c. Extra. diſt.* 64. *c. prudentiam. de off. de leg.* quod enim omnes tangit, ab omnibus approbari debet. Nil facit in contrarium *l. humanum*. C *de ll. Auth. Habita.* C. *ne filius pro patre. c. Imperialem. verſ. habito ergo conſil.* 2. *Feud.* 55. ubi civitatum nulla fit mentio. R. Loqui non de conſilio Imperiali, ſed aulico, dein mentio fit PP. Conſcript. & Judic. qui erant Senatores urbis Romæ, & hodie deputati Civitatum, vel ſub nomine Palatini, quia Impp. in civitatibus habebant
30 palatia. * At dices: In Comitiis Rom. centuriatis omnium claſſium ſuffragium non admittebatur, ſed quando major numerus centuriarum expletus erat, poſteriores centuriæ non audiebantur, & rariſſimè ad ſextam centuriam deveniebatur, reliqui in priorum ſententiam pedibus condeſcendebant, unde Judices pedanei, quibus aſſimilari videntur hæ Civitates, ut quæ in Comitiis ſententiam ſtantes proponunt; eumque hodie Nobiles votum non habeant nec ad comitia vocentur, non eſt quod Civitates querantur, ſi vocatæ à voto deciſivo arceantur. R. Olim aliam fuiſſe, quàm nunc Imper. faciem; alium Rom. & Impp. Germ. poteſtatem, illi enim abſque ſtatibus legem condere poterant, *d. l. humanum. C. d. ll.* ſed hodie ordinum conſenſus, in quo Civitates ſunt, requiritur, *Cluten in Syll. concluſ.* 21. *lit. G. Reinck. de regim. lib.* 7. *p.* 1. *claſ.* 5. *c.* 6. *n.* 102. & hodierna forma non ex Jure antiq. Rom. ſed communi Imper. obſervantia A. B. Cæſar. Capit. & Receſſ. Imperii metienda eſt, obſervantia quoque pedaneorum nunc ab aulâ receſſit, ſtantes quidem Civitatum deputati votum ſuum exponunt, ſed hoc fit in reſpectum Collegii Electoralis ac principum, quorum præeminentiam avitæ illuſtris dignitatis ſpontè agnoſcunt, & clementium titulo venerantur, Knipſch. *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 105. inde tamen non ſequitur, par eos cum EE. & Principibus votum non habere, Knipſch. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 28. Solet autem directorium civitatum intra ſubſellia incedere, & reliquarum civitatum legati tamdiu ſurgunt, usque reliqui ſtatus compellati, quo facto reſident & directorium ſtando civitatum votum legit. Ad Nob. immediatos quod attinet, quia illi ſponte Juri renunciârunt, ad hæc à collectis immunes; Civitates autem onere cum aliis gravari ſolent, non bene ab illis ad has inferri. Obmovent diſſ. in conciliis Eccleſiæ adeſſe nonnullos diſſerendi, inſtruendi, conſulendique gratia, non tamen in ſeſſionibus, veſtibus ſacris indutos locum habere, nec ſententiam dicere, Limn. *teſte de J. pub. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 47. In Galliæ quoque parlamento nonnullos ſeſſionem habere, non verò vocem deliberativam omes illi habent, ut Carol. IX. & Franc. I. Gall. Reg. conſtit. probant, Seneſchallis vocem honorariam competere, non deliberativam, nec deciſivam; Et ſic in navali Venetorum claſſe Anno 1570. cùm Turca infeſtaret, fuiſſe præter alios Duces Sebaſtianum Quæſtorem in Cyprum deſtinatum, & Franciſc. Duodum majorum triennium præfectum, qui jus ſententiæ in conſilio dicendi non autem decernendi habuerint, *Thuan. lib. hiſtor.* 49. *fol.* 934. cùm aliàs non ſit neceſſe in actibus univerſitatis omnes conſentire, ſed majora vota ſufficiant. *l. quod major ad municip.* Ad hoc R. quod Prælati & Abbates in Conciliis votum & vocem non habeant, id fieri, quia Cardinalibus & Epiſcopis parent; ſicut etiam Comites & Barones mediati Electoribus & Principibus ſubjecti ſeſſionem non habent, ſecus in Comit. Baron. & Prælatis immediatis; Aliàs autem licèt majora vota concludant, omnes tamen convocari, audiri, & votum dare debent, *c. cùm omnes.* X. *de conſtit. de quorum præjudicio agitur.* Reliqua allegata ſunt ſeparata, à quibus non bene infertur; *Latiùs Knipſchil c. d. loc. & ab eo citati.* His addunt, quòd civitatum deputati videantur eſſe extranei; extranei autem ad deciſionem conſiliorum Imperatorum non admittantur; nec enim deputati immediatè Imperio ſubjecti ſunt, ſed magiſtratui civitatis, à qua mittuntur, ſub quo etiam conveniri poſſunt. Reſponſ. totam civitatem ſtatum eſſe, & immediatum, quem deputati repræſentant, totum ſcil. populum hoc eſt ſenatum cum plebe, qui univerſi corpus conſtituunt, quod eſt Imper. ſtatus, ſic univerſitas & Collegium ſunt perſonæ repræſentatæ per

ſuos Rectores & deputatos, *l.* 1. §. *quibus*, *l. ſicut.* §. *fin. qui cujusque un. Knipſchilt.* d. c. 2. *n.* 120. Hinc cum paſſim in R. A. dicantur Befelchshaber/ *vel* Gewalthaber / R. A. zu Regenſpurg. *de Anno* 1557. §. und wir / & aliàs paſſim. Sicut El. Principum, aliorumque nuncii, ita hi abſque mandato non admittuntur, ſed in loco ad comitia deſtinato comparentes ut alii Imper. Mareſchallum de adventu certiorare, & in Cancellaria Mogunt. documentum mandati den Gewalt exhibere debent, item Imper. advenienti ad locum extra urbem obviam procedere, non minùs ac alii concomitari, ad templum deducere, ibique expectare, reducere ad curiam, propoſitionem Cæſaream à ſiniſtro S. Majeſtatis latere, ultimo loco audire, copiam accipere, de eâdem deliberare & indicta die in conclavi ſuo ordini aſſignato convenire ſolent; Id communiter fit per Conſulem & Synd. vel Archigrammateum, qui non immeritò lingua & oculi civitatis dicuntur *facit. l.* 7. §. 1. *de ſup. l. leg.* ubi cavendum ne incivilis vel moribus impolitus aut membris diſtortus ſit qui mittitur, quo cachinnum moveat, vel ſibi vel civitati aliquam disgratiam aut deſpectum conciliet.

32 Licèt olim Comitiis Centuriatis deſtinatus eſſet Campus Martius, tamen Conſtantinus III. in urbe Arelatenſi, & Carol. M. Moguntiæ haberi voluit; Fridericus autem II, Francofurtum tranſtulit, quæ origo hodiernarum nundinarum Francofurtenſium, *Arum. ad Auream Bullam c.* 1. E. poſteà in villis præſertim Rems, Lahnſtein/ ſic Ott. III. Anno 985. Quedlinburgi, Frider. IV. in Oppenheim, Henric. II. Tremoniæ & Noviomagi, Fridericus I. Barbaroſ. Würtzburgi, Otto II. Magdeburgi conventum habuêre. Ex villis tamen in civitates commigrârunt, & in civitatibus inſignioribus, & quidem Imperii haberi cœperunt, tum propter majorum omnium rerum affluentiam, & commoditates manſionum, ac hoſpitiorum, tum propter ſecuritatem, tum quia ipſis Imperii arcana, quæ minoribus magiſtratibus abſcondita, cognita ſunt, *Arum. de Comit. c.* 5. *n.* 26. Ita ut in arbitrio Imper. ſit in qua civitate & loco comitia velit indicere, nec hac ſuper re EE. conſenſum requirere teneatur, Reichs-Abſchied zu Worms / *de Anno* 1512. §. und ſoll aber R. A. zu Regenſpurg *de Anno* 1527. §. und haben ders halben/ modò extra fines Imperii ſupra Auguſtam ſcil. & infra Coloniam non inſtituantur. Capit. Ferd. II. & III. §. dergleichen 13.

33 QUÆST. *An præcisè in civitate Imperiali Comitia hodie haberi debeant?*

Etſi nullo loco id reperitur interdictum, ſed potiùs in privilegiis Regibus Bohemiæ à Frider. Imper. conceſſis expreſſum Bambergæ & Martisburgi curiam regni celebrari poſſe; Tamen proximo abhinc ſæculo & longiùs Comitia non niſi in Imperiali civitate celebrata ſunt, ut facile eſt ex Receſſibus Imperii ab Anno 1500. oſtendere, ut non temere à communi tot annorum obſervantia recedendum ſit, cùm ad eandem Carol. V. im Reichs-Abſchied zu Worms. *de Anno* 1521. §. und ſoll obgemelt / & alii Impp. ſe quaſi adſtrictos agnoverint, Schütz. *de I. p. vol.* 1. *diſp.* 10. *cont.* 5. *lit. d. ut aliàs tradetur. quando de Comitiis agemus.* Non obſt. quòd Lunæburgi Anno 1518. & Hannoviæ An. 1546. conventus celebrati fuerint, nam illos non univerſales Imper. ſed particulares fuiſſe, ut hoc ſæculo noſtro, alii fuere.

34 VI. Habent quoque hæ civitates ſuperioritatem territorialem, ita, ut quæ in Principibus vocatur Landfürſtliche Obrigkeit / in his dicatur, Land-Obrigkeit / hohe Lands-Obrigkeit / oder Lands-Herrligkeit / in territorio & diſtrictu, in quo Imper. immediatè recognoſcunt; ut oſtendit Reinck. *de reg. ſæc. lib.* 1. *claſ.* 5. *cap.* 4. *n.* 5. *& ſeqq.* quod quamquam in dubium vocet Knichen *de Jure territ. c.* 1. *n.* 6. eò quòd civitates dignitatis Principalis ſint expertes; Tamen diſt. intra Jura Principum perſonalia & realia, licèt illa non habeant, hæc tamen habent, Knipſchilt. *lib.* 2. *c.* 4. *in Princ. & cap.* 5. *n.* 141. ut & regalia, quod oſtendit Bruning. *de var. univer. ſpec. Theſ.* 17. *& ſeqq.* quæ ſingula in ſpecie perſequi ad longum, propoſiti ratio non ſinit, breviter percurrere præcipua ſufficiet.

35 Ex dd. ſequitur 1. quod civitates habeant Jus armandiæ ſive publicorum armamentariorum Zeug-Häuſer ex quibus arma in neceſſitate civibus & militibus præberi poſſunt, quæ ad Principis reſervata aliàs pertinere, patet *ex Nov.* 85. *&* 3. *C. ut armor. uſus.* R. A. zu Regenſpurg. *Anno* 1555. §. Und demnach. *Toloſan. de repub. lib.* 8. *c.* 9. *n.* 19. *Reinck. de reg. ſæcul. lib.* 1. *claſ.* 5. *cap.* 6. *num.* 15. alias

Digitized by Google

alias ſupra probatum eſt. Et ſic olim privato ferrariam armorum fabricam habere non licuiſſe videre eſt ex *l. fin.§. magnus ff. de Public.* cum certa ſchola eſſet fabricenſium.

36 Secundo jus Clavium, urbis clauſuram & portarum aperturam, quæ clavium traditio & acceptio eſt ſignum dominii, *l. clavibus. de act. Empt.* nec derogat huic Juri, quod Imperatori adventanti à Civitatibus claves offerantur; Hæc enim recognitio Superioritatis Cæſareæ & univerſalis protectionis libertatem non tollit, (præſertim cùm Imp. nuda tantùm oblatione clavium, ut plurimùm contentus ſit, & civitatibus eas vel in manibus relinquat, vel ſtatim iis reddat) prout aliàs minoris Judicis Jurisd. in ſuſpenſo eſſe ſolet, in præſentia majoris, *l. judicium* 58 *ff. de Judic. l. potioris.* 5. *C. de off. rect. prov.* & ſuperior inferiori ab ipſo Jurisd. recognoſcenti inhibere poteſt. ubi enim Leo pedem figit, altera animalia quieſcunt, ut ex oriente ſole, lux lunæ & ſtellarum, ita præſente Principe inferiorum magiſtratuum authoritas latet & quieſcit, Bodin. 3. *de rep. p.* 6. nec hoc mirum, cùm etiam in quibusdam monaſteriis liberis **des Reichs Kloſter** receptum fuerit, ut advocatis & protectoribus Imp. longè inferioribus, quàmdiu adeſſent, claves traderent, Ita obſervatum in Monaſterio Herbetringen i ut Abbas. ſi ex fundatoribus Ulmenſibus Ehingeris aliquis eò veniret, Abbas obviam procedens claves ei exhiberet & traderet; Comites Wertheimenſes quoque Abbate mortuo in Monaſterio Grumbacenſi Jus clavium ſibi adſcribunt tamdiu, donec alius fit, Mager. *de Advoc. cap.* 10. *n.* 279. alia recenſet, Knipſchilt. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 67. *Reinck. de reg. ſac. lib.* 1. *claſ.* 5. *c.* 7. *n.* 3. *Bertram. de Comit. concl.* 60.

37 Licet autem Claves Imperat. offerantur, Jurisd. tamen Civitatum non ceſſat. Fuit quidem olim, cùm Jurisd. erant precariæ, alia conſtitutio, cùm Principes, Duces, Com. Civit. earumque adminiſtratores & gubernatores, Jurisd. non propriâ, ſed aliena & temporali uterentur, *argt. cap. cum Epiſc. de off. ord. in* 6. *c.* 1. *§. quia vidimus. de his, qui Feud. dar. c. un. in fin. de Feud. alien. c.* 1. *in fin. de Feud. March.* Sed alia nunc eſt Imp. facies, poſtquam Ducibus, Princip. & Civitat. Jurisd. cum regalibus, Jure perpetuo & hereditario tributa eſt, ut nunc Imper. præſente, inferiorum Statuum Jurisdict. non ceſſet, nec quieſcat, Reinck *de reg. ſacul. lib.* 1. *cl.* 5. *cap.* 7. *n.* 6. *Mingrus. de ſuper territ. concluſ.* 13. *facit. c. pervenit.* 39. 11. *q.* 1. prout experientia docet, quod in civitatibus, ubi Comitia exercentur, Jurisdict. etiam præſente Imper. in ſubditos maneat integra, Bertram. *d. loc. concluſ.* 60. *Reinck. cap.* 7. *n.* 9. Idemque in aliis liberis civitatibus extra locum Comitiorum ſervari uſu tradit, *Alciat. de praſ. reg.* 3. *praſ.* 8. *n.* 9. *inf.*

Cuſtodia urbis mœnium, eorumque reparatio, fortalitiorum & munimentorum erectio, 38 Civitatibus his competit, imò quædam ſunt, quæ ut contra vim hoſtilem ſint tutiores, privilegia de non extruendis in urbe vel locis vicinis compararant, ut de Lubeca teſtatur Crantzius, 7. *Wandal.* c. 33. Wiſmaria per Principes ſuos Jus non extruendæ arcis in ea obtinuit: Similia privilegia Hamburg & Bremenſis, ac pleræque Saxoniæ inferioris inſigniores civitates habent. Non obſt. quòd licèt vi hujus Juris magiſtratus civium nocturnas excubias conſtituere, & an benè conſtitutæ ſint, indagent, ſi tamen Comitia habeantur, Mareſchallus hereditarius Comitiorum tempore hoc ſibi vindicet, *Bertram. d. Concl.* 59. *R.* eſſe limitationem & exceptionem, quæ indicat regulam pro civitatibus eſſe, nec caret ratione hæc limitatio, cum enim in loco Comitiorum magna ſit diverſæ conditionis & nationum frequentia, indequè facile incendiia, irruptiones, tumultus, ſeditiones excitari poſſent, ideoque majore cura & vigilantia opus ſit, maluit Imp. exemplo Auguſti, *in l.* 1. *de off. praſ. Vig.* per ſe & Sereniſſ. Imp. Archi-Mareſchallum E. Saxon. & hic per Vice-Mareſchallum hereditarium, huic rei conſuli, *facit. l.* 3, *d. t.* Hinc Carol. V. nocte ingruente de excubiis in Comitiis ſollicitum fuiſſe, & iis qui noctu in publico tumultus ac tragœdias excitabant, pœnam graviorem imponere ſolebat, *ut refert Cœleſt. in hiſtor. Comit de anno* 1530. *fol.* 102.

Viarum publicarum tuitio ac conſervatio Civitatibus vi regalium competit, quod de viis 39 regiis intra territorium, & vicinalibus intelligendum. Hinc jus per vias publicas euntes, redeunteſque conducendi **die glaidliche Obrigkeit auf freyer Kayſerlichen Herren und Reichs-Straſſen zu glaiten/** Sicut enim viæ publicæ olim populi Rom.

Digitized by Google

Rom. fuère, deinde Imp. *l. ad inſtructiones* C. *de SS. Eccleſ.* Sic hodie ad dominos univerſalis territorii ſpectant, Geil. *2. obſ. 64. n.* 2. Unde Elect. ad Comitia proficiſcentes tam à Principibus quam Civitatibus, Francofurtum conducendos, ſauxit Conſt. Carol. *c.* 1. §. *ſi quia autem* Sixt. *de reg. lib. 2. c. 1. n. 15.*

40 Q. I. *An civitatibus & aliis Imp. Statibus liceat ſine ſpeciali* Conceſſ. *Imp. civitates & alia loca munire, ſeu arces & fortalitia facere?*

Pro neg. facit, quod hoc jus ſit Regium invita Majeſtate nulli ſuſurpandum, *Arnis. de jure maj. lic. 2. c. 5. n.* 8. Sic Rom. municipibus muros facere & reficere ſine Principis permiſſu licitum non fuit, *l. 6. de oper. pub. l. ſacra 9. §. 4. de R. D.* in fundis limitrophis & limitibus Imperii absque ſummi Principis licentia caſtra extrui vetitum, *l. quicunque. 2. c. de fund. limit.* Hinc Anglorum & Moſcov. nec non Orientis & Africæ Reges, nec ruſticas domos ac prætoria turribus aut propugnaculis, imò ne quidem vallo vel fovea immunire patiuntur, Bodin. *lib. 8. de rep. c. 5. n. 559.* A Galliæ quoque Rege literæ conceſſionis obtineri debent, ut civitates muro cingantur, & munimento firmentur, Limn. *de I. publ. tom. 4. lib. 4. c. 8. n. 225.* imo in nonnullis Galliæ locis non licet omnibus Columbarium à ſolo extruere, einen Thurn aufbauen / darinn ſich die Tauben aufhalten / Knipſ. *de jur. civit. lib. 2. c. 22. n. 63.* IV. Cum Statibus non competat poteſtas concedendi Jus civitatis, ſed ſoli Imperatori, minus videtur competere jus extruendi fortalitia; cui enim non licet quod minus eſt, quod plus eſt, concedi non debet, *c. ſi ergo* 16. 8. *q.* 1. & ubi majus ſubeſt periculum majore cautela opus eſt. *l. 1. ff. de carbon. Edict. c. ubi majus de Elect. in 6.* plus autem præjudicii ex vallo, propugnaculo, arceve, quam ex muro aliquo civitati oriri poteſt. Cumque ex ſpeciali conceſſione civitatibus Lombardiæ, Marchiæ & Romandiolæ extructio munitionum ſpecialiter permiſſa ſit, *§. vaſalli de pace conſtit. in 5. lib. Feud.* Item Imp. Ludov. Anno 1332. Francofurtenſibus conceſſit extendere & munire Urbem, & Fridericus Anno 1460. ut & Sigismundus Epiſc. Spirenſibus in ſuo diſtrictu, Limn. *de I. publ. lib. 7. c. 16. n. 16.* Fruſtra autem precibus imperatur, quod jure communi conceditur, *l. un. C. d. Theſaur.* Rurſus experientia docet, ſæpe munitiones locorum edictis Imperialibus & Cameralibus impeditam, ut Mülhemii nunciato novo opere per Colon. Sic Frid. Imp. Genuenſes à munienda Urbe ceſſare juſſit, cumque Agrippa muro ingentis magnitudinis Hieroſolymam circumdare cœpiſſet, re per Marſum Siriæ Præſidem ad Imp. delata, ei opere novo nunciato, inhibitum, *Joſeph. lib. 19. antiq. c. 7. Arniſ. de jure maj. lib. 2. c. 5. n.* 8. quod non poſſet, ſi eſſet licitum. Nec deeſt ratio, cum rerum novarum ſcil. & turbæ ſuſpicio, & quod propugnacula munitiones & arces, cives & ſubditos plerumq; obſtinatos reddant, vel obſtinatiores, dum iis confidentes mandata ſuperiorum Principum & Imp. ſpernunt, quin etiam ſeditionis, Latrociniorum & excurſionum materiam & occaſionem præbeant, unde multas arces à majoribus extructas, quæ nil aliud, quam latronum erant exceptacula & prædonum latebræ, dirutas videmus, ut rudera adhuc ante oculos obverſantia teſtantur, *Cominæus lib. 10. hiſt. & in conſtit. Imp.* Erklärung des Land-Friedens zu Augſpurg *Anno* 1500. *c.* Wider die Schlöſſer. Reichs-Abſchied zu Regenſpurg / *Anno* 1567. §. Dieweil es aber 45. *ibi receptacl.* der Rebellen und Friedbrecher der Veſtung. Unde etiam An. 1567. §. Wiewol wir, 60. Convenit inter Status Imper. Comitiis Ratisb. munitiones Gothæ & Grimmenſtein, deſtruendas, nec unquam in futurum reexcitandas. Sic Sigism. Imp. mandato Anno 1417. Monhemii excitatæ munitiones dejectæ, idemque inhibitum Guilielmo Duci Juliæ, &c. Et munitiones opere plenè completo devaſtatas fuiſſe refert, Klock. *de cont. c. 9. n. 22.* Stephanus quoque Angliæ Rex, ut ſe contra Henricum II. melius muniret, ſubditis cuique in ſuo territorio conceſſit facultatem caſtella parandi: ſed cum inde obſtinatiores experiretur, mox Henric. II. conſenſit, ut deſtruerentur, & quæ à deſtructione conſervata fuerant, Henricus II. anno Regni ſui radi juſſit, *Arnis. de jure maj. lib. 2. c. 5. n.* 8. Bononienſes quoque muros aliquando reparare prohibiti fuere, qui tamen in fraudem interdicti vallis eos fortius quam mænibus circumdederunt, Lymnæus. *lib. 4. c. 8. n. 219.* Verum his nihil obſtantibus, ſicut Jus armorum & belli, ſic etiam, quæ ad eis connexa pertineant, civitatibus competunt, *arg.*

l. 2. de

Google

l. 2. de jurid. cum hæc armorum nomine veniant, *l. armorum.* 41. *de V. S l. qui commeatus* 14. §. 1. *de remil.* & defenſioni ſpeciem habeant, quæ J. naturali nemini deneganda eſt, *l.* 45. §. 4. *ad leg. Clem. Paſtoral. de ſent. & re jud.* Ut proinde à Principe tolli non poſſit, ſicut domus ſua tutiſſimum cuique debet eſſe refugium *l. 18. de in jus voc.* ut in ſuo fundo ad cœlum usque ædificare liceat *l. altius C. de ſervit.* Ita civitas multo magis tutiſſimum civibus debet eſſe receptaculum, & quod ſingulis civibus licet, id communitati civium in diſtrictu ſuo non eſt denegandum. Cuilibet licet ſuos fundos & loca murali ambitu vallare, *l. per provincias,* 30. *C. de ædif. p* ut ſcil. agri & fructus à furibus reddantur ſecuriores & inundationes, influxus aquarum avertantur; ergò multo magis civibus licet urbes munire, in quibus non tantum fructus & bona, ſed etiam ipſi cives, liberi, parentes, ac amici reperiuntur, quos omnes ſervari magis reip. intereſt, quam tranſitoria bona *facit. l. jubemus.* 23. *C. de SS. Eccleſ.* Nec opus fuiſſet ſpeciali conſenſu & Statuum conſtitutione Anno 1567. §. Wiewol circa d. Gotham & Grimenſtein de non fortificando, ſi fortificatio ipſo jure eſſet interdicta *Add. Lymn. de I. p. lib. 4. c. 8. n. 235. Klock. de contreb. c. 9. n.* 17. Ad argumenta in contrarium allegata, nunc Reſp. ad I. Conceſſo, quod hoc jus regale ſit, ſequitur, quod civitatibus municip. quæ regalibus deſtituuntur, non competat, competat tamen civitatibus Imp. quæ regalibus munitæ ſunt. Et hinc patet R. ad II. & III. quia non eſt ſermo de municipalibus, quæ privatorum loco ſunt, ſed imper. quæ urbi Romæ aſſimilantur. Ad IV. à facultate dandi jus civitatis malè huc inferri, quia jus civitatis plus eſt, quam fortalitii aut munimenti. Ad V. R. Civitatibus illis ut rebellibus omnia jura adempta fuiſſe, adeoque Imp. de pace adempta reſtituiſſe, & cum reliquis hoc jus faciendi munitiones. Ad Francofurt. & Spiram quod attinet factum ideo videtur, ne quis poſſet prætendere æmulationis cauſa munitiones fieri. Ad VII. & VIII. prohiberi tantum ſtructuras ad aliorum æmulationem, damnum aut Reipublicæ exterminium factas, aut faciendas; ita in ſpecie Colon. privilegia ab Imper. obtinuerant, & cum Ducibus Montenſibus pacto convenerunt, ne ullo unquam tempore ullum caſtrum aut munitio in utraque Rheni ripa infra Reindorf & Sundorf fiat, unde decretum de Mulhemio demoliendo contra Erneſt. March. Brandeb. & Wolfgang. Guilielm. Com. Palat. Rheni emanavit, de aliis idem facilè judicandum, cùm etiam contra Privilegia vicini privati ædificare non liceat, Geil. 2. *obſ.* 69. *n.* 24. ſic Spira obtinuit à Carol. IV. Anno 1349. quod intra 3. milliaria fortalitium extruere non liceat, quod confirmavit Sigism. Anno 1437. ſimile habet Norinberga, Francofurtum à Ludov. Anno 1322. ne intra 5. mill. caſtrum ædificetur, & à Richard. Anno 1257. quod intra muros nullam munitionem vel caſtrum conſtruere velit. Prout multò magis in alieno ſolo id fieri vetitum eſt, ubi etiam alienum ſolum intelligitur, cum quis ex ſuo ingentem maſſam terræ ſuæ impoſuit, *l. cum uſumf. §. fin. quib. mod. uſusfr. a. mit.* ut proinde fraude uſus ſit Ludov. Thuring. Landgr. Salius d. in conſtructione Arcis Wareburg prope Iſenacum, Mons in quo arx ſita eſt, erat Domini de Francoſtein, ubi cum venaretur Landgravius Ludov. arcis ibi ſtruendæ cupiditate accenſus, nocte ex ſua ditione finitima terram eo deportari fecit, ut in ſuo ædificare videretur, accuſatus autem à domino ſoli coram Imper. ſe in ſuo ædificare dixit, quod juſſus probare, invenit 12. Equeſt. ord. homines qui cum eo conſcenſo monte enſes in terram, quæ illuc congeſta fuerat, figebant, juraruntque ſe in Landgravii terra condidiſſe gladios, ſicque arcis ædificationem continuavit.

Q. II. *An expediat civitatibus eas eſſe muris, vallis, foveis, fortalitiis munitas?* 41

Id negat. Machiavellus I. quod per hoc cives reddantur ignavi otioſi & nimis confidentes, unde oppidum munitum arte ac natura Cleomenis Imp. appellabat mulieris latebras. Lycurg. muros & arces civitatibus ademit, ne in iis ſed animi fortitudine præſidia ſalutis collocarunt, adeoque pugnare videntur habere urbes munitas, & cives fortes, Bod. *3. de rep. c. 5.* urbe hominibus etiam, quam lateribus cinctam eſſe, melius eſt, & Lycurgus Spartam viris non lateribus cinctam ajebat, unde multi populi & reges nullas urbes nec oppida vallo munita habent, ut ſunt Tartari & Æthiopes, qui in tentoriis vivunt, & tamen ſunt bellicoſiſſimi; Et Negus maximus ante Indorum, poſtea Æthiop. Imper. cui 50. Reges obediunt, ſemper in tentoriis agit; nec ullam arcem in ampliſſimis

regnis habet præter eam, quæ in Anga monte excelliſſimo à majoribus ſuis extructa eſt. Poloni quoque à fortalitiis abhorrere leguntur. II. Arces & munimenta plus nocere, quam prodeſſe videntur, magno ſumptu eriguntur & tam pacis quam belli tempore præſidiarij multi cum magna expenſa alendi, unde cives & ærarium exhauriri neceſſe eſt. III. Belli quoque tempore facile amittuntur vel fraude commendantium, vel militum præſidiariorum rebellione & deditione, ſi non aſſiduè ſolvantur ſtipendia, (quod aliquando difficile eſt & impoſſibile) vel fame, vel vi hoſtium & longa obſidione prout nullus locus tam munitus eſt, qui ſi aſinus auro onuſtus aſcendere poſſit, ſit expugnabilis, hoc maximè tempore; quo vi tormentorum bellicorum etiam montes & fundamenta, vel cuniculis aliisque modis evertuntur, ut exempla urbis Hieroſol. & Sagunti, & noviſſimè Magdeburgi teſtantur, quæ expugnatæ perierunt funditus, confiſæ ſuis munitionibus, cum alias æquas conditiones obtinere potuiſſent, *Bod. c. 5. n. 5. ad Klock. de contrib. c. 9. n. 54.* IV. Hoſtes victores effecti propugnaculis potiti difficulter ejici ſolent, & ſic tutum receptaculum præbent contra veros dominos. V. Fiduciâ propugnaculorum Principes & magiſtratus ad Tyrannidem exercendam excitantur, unde arces vocantur nidi tyrannidis & juga ſubditorum, maximè arces, quas citadellas vocant, de quib. Toloſ. *de rep. lib. 2. c. 5. Knipſch. lib. 2. c. 23. n. 129.* Contrarium ſuſtinet Antimachiavellus. *de reg. adm. lib. 3. n. 33. Schönb. 4. polit. c. 13.* I. Quia omnibus etiam animantibus à natura inditum, ut ſibi loca ſecura deligant, & faciant ab infeſtationibus libera, ut beſtiæ luſtra & ſpeluncas, aves nidos in locis ſecurioribus conſtituunt, Toloſ. 2. *de rep. c. 1.* unde quaſdam urbes natura montibus, fluminibus, paludibus munit; & Hieroſolymam natura ſimul & arte munitam fuiſſe; teſtis eſt Joſeph. *antiq. lib. 6. c. 6.* II. Civitas non munita omnium latrociniis libidini & direptioni eſt expoſita, munita verò obſidionem pati poteſt & reſiſtere, donec ei ſuccurſus aliunde adveniat; Sic Tyrus Alexandri M. obſidionem 6. menſes pertulit; Troja decennalem Græcorum & Vienna Auſtriæ Anno 1529 Caroli V. tempore univerſam Germaniam à Solymanni Turcarum Imp. ſævitia ſervavit. III. Parcitur tempore obſidionis civium ſanguini, & ædibus, dum hoſtium vires in expugnandis arcibus & turribus atteruntur vel enervantur. IV. Accolis etiam hoc modo conſultum, qui ad loca munita confugiunt & ſuas res eo deferunt, ſicque vicinis receptum præbent, exemplo Ezechiæ, 2. *Paralip. 32. v. 2.* V. Hinc paſſim in S. Scriptura pii reges Judææ munitiones fecerunt, Babylonis muri in ambitu ſuo 385. ſtadia habuerunt, Romani non tantùm urbes, ſed etiam exercitus ſuos vallis & foſſis munire ſolitis fuêre. Ad arg. in contrarium Reſp. ad I. non ſolis muris, ſed etiam virtuti civium fidendum, quæ duo juncta plus juvant, quàm unum; & ſi clipeis corpus, cur non urbes vallis munire conſultum. Ad II. incommoda & onera, ſi cum periculo, quod civitates non minutæ timere debent, conferantur, minima eſſe, ac huic commoditati ex munitione reſultanti cedere. Ad III. munita non ita facilè ut nudata mœnibus oppida amitti, ita tamen ne fortificationibus nimiùm confidant cives, nec regni vires aut urbis in una arce collocandæ ſunt, Schönb. 4. *Polit. 12.* Ad IV. propter abuſum non culpandum uſum alias rei bonæ.

Q. III. *An Principi & Magiſtratibus territoriorum pro faciendis foveis, vallis, munitionibus, aggeribus, privatorum ædes, vineas, deſtruere, fundos & agros occupare liceat?* 42

Affirm. Covarr. *in Var. reſol. per l. 15. §. 2. de R. V.* dummodo refundatur poſſeſſori juſtum pretium ex ærario vel communi civium ſubditorumque contributione, *facit §. dominorum. l. de his qui ſui vel al. jur.* quia ſcil. hoc neceſſitas & utilitas publica poſtulant, quæ privatorum commodis longè anteponenda eſt, quia autem unus ſolus ex ſuis neceſſitati ſubvenire non tenetur, ſed quod omnes tangit, ad hoc omnes concurrere debent, non immeritò ex communi ærario is, cujus ager in vallum converſus eſt indemnis ſervari debet, *argt. t. t. ad l. Rhod. de fact.* Ceſſante autem neceſſitate & utilitate publica, Principi auferre bona non liceret etiam de plenitudine poteſtatis, *Pinell. ad rub. l. 2. C. de reſ. vend. c. 2. pag. 48. & ſeq. Fach. 7. cont. c. 49. & ſic. teſte Zaſ. in l. fin. ad fin. de pact. & l. 47. de re jud.* Imp. Maximilianus noluit manumittere alienum ſervum domino invito.

invito, *v. l. 2. §. quis. ne quid in loc. ſac. ad Ezech.* 4. Nec adimet Princeps de patrimonio ſubditorum, 4. *Reg.* 9. & 10. qua de re actum latius ſupra de Regalibus. Iſta autem communis contributio à quo facienda aliquando in dubium vocatam ſcio, dum Princeps Eccleſiaſticus tempore belli non ſui tantùm, ſed etiam totius Principatus ſecuritate locum reſidentiæ fortalitiis magno ſumptu cinxit & munivit, ad hoc ex civis unius & alterius muris vicinis ædibus agris & vineis, qui cum pretium à Principe repeterent ſuorum fundorum, ab eodem ad Civitatis conſules remiſſi ſunt, hac ratione quod Princeps ſatis in extructionem munimenti expendiſſet, cùm tantùm eſſet uſufructuarius & Eccleſiaſticus cui modica tantùm expenſa incumbit, *l. 7. de uſufr.* Perpetua autem ejus utilitas ad urbem deveniat, & conſervatio ipſi civitati incumbat, Civitati replicante ad totius territorii conſervationem agros impenſos adeoque in Comitiis provincialibus agendum & ex communi provinciæ ærario ſatisfactionem petendam, ubi cum hæc proponerentur reliquæ provinciales civitates ſua particularia onera pro ſe ſuisque muniendis allegârunt, & quia ab aliis compenſationem non obtinerent, nec ſe ad ſatisfactionem teneri contendebant.

43 Q. IV. *Huc etiam ſpectat Queſt. an Magiſtratus loci damna ſubditis illata boni publici cauſa remittere poſſit pro pace fortè obtinendâ, quæ aliter haberi non poſſe?*

De Principe id ſupra affirm. idem autem de Civitatibus Imp. tradit Geil. *lib.* 20, 65. 57. *n.* 7. & *2. de p. p.* 19. *n.* 25. ita ut hoc caſu ſubditi perpetuo ab omni act. civili & criminali excluſi ſint, ſi enim pax aliter haberi non poteſt, magiſtratus ſubditorum negocium utiliter geſſiſſe cenſetur, Zaſ. *in apol. cont. Echium tract. de Jud. q.* 3. *Duar. in l.* 5. *de pact.* cùm pacis cauſa publicam concernat utilitatem, *l. ſi quis §. in civilibus de Capt. & poſt.* ob quàm à reg. Juris communis recedere licet, *l.* 51. *ad l. aquil.* Ita tamen ut ſi unus vel pauci damnificati ſint, publica contributione ſerventur indemnes, ſi multi ac plerique ut indemniſatio non ſit practicabilis, etiam ſine ulla refuſione pretii. Illud minùs dubii extra neceſſitatem publicam hoc fieri poſſe, ſi voluntas dominorum accedat *c. 8. X. de Injur.*

VII. Fluminum quoque tam navigabilium quàm ex quibus navigabilia fiunt tuitio & conſervatio Civitatibus in ſuo diſtrictu competit propter regalia; ſicut enim viarum, ita fluminum Cura ad Imp. pertinet de Jure, 2. *feud.* 56. nunc cui ipſe conceſſit, quæ in eo conſiſtit, ut ripæ muniantur, alveus purgetur, ut navigationi ſint flumina commoda, *l. 2. de Flum. l. fin. C. de aq. ducta*, ut proinde non principibus, ſed civitatibus, per quorum territoria fluunt, hoc competat, Knipſchilt. *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 114. Huc ſpectat vulgata quæſtio: An ſine conſenſu Superioris quis in flumine publico ædificare, vel molendinum extruere poſſit, quod cum Arniſ. noviſſime rectè negavit Fritſchius *in tract.* 1. *de J. flum.* 1. *per l. 2. ff. de flum. l.* 1. §. 12. 14. 17. *eod.* Cum nihil in eo fieri debebat, per quod iter navium fiat difficilius. *juncta l. un.* §. 3. & 7. *ne quid in flum. publ.* per molendinum autem curſum navium deteriorem fieri, & periculis naves exponi docet experientia. 3. Quod fluminum & viarum publicarum eadem ſit ratio *l. un. §. 1. Ut in flum. publ.* in publico autem ædificare. *l. 2. ne quid in loco. pub.* monumentum exſtruere, *l. 2. de locis & Itiner.* & ſimilia facere non licet, mobile, vel immobile ſit, non intereſt, *l.* 29. §. 1. *ad l. Aquil.* ergo nec in aliena aqua; Licet diſſ. Sixt. *de Regal. Hering. de molend. q.* 15. propter generalitatem, *l.* 24. *de damno infecto.* Sed ea reſtringenda eſt per alias leges in caſu, quo alteri incommodatur, ut hic navigantibus, *l. 2. §. propter quod Ne quid in loco publ.* Ac licet uſus publicus ſit, non tamen hinc tantum juris quilibet de populo in eo conſequitur, ut in eo cum incommodo aliorum proprietario inconſulto opus facere poſſit, prout in ripâ quivis tantum caſum temporalem ponere poteſt, in quam ſe ad tempus recipiat, ſed potiùs ſicut ædificium in ripâ poſitum ſit vicinorum, §. 22. *de R. D.* qui habent proprietatem ripæ, ita extructum in flumine immobile erit ſuperiorum, qui habent fluminis proprietatem. Hoc non tantum in navigabili obtinere probat Fritſchius *d. loco. n.* 152. quod de molendinis aquaticis, quæ ad ripam fluviorum exſtruuntur, minus quidem habet dubii, quia propter adfixionem, infoſſionem, & adjectionem in fundum immobilium loco ſunt. *l. 18. de act. empt.* Sed de his etiam, quæ in medio flumine ſuper aquam hærent Anchoris alligata idem aſſerit Frit- 44

Digitized by Google

ſchius, quæ licet transferri poſſint, eadem tamen ſubeſt ratio.

45 QUÆST. *An autem molendinum habens in flumine, ex uno loco ad alium propria authoritate id transferre poſſit?*

Id negatur per *trad. Fritſchq n.* 184. Quia ſuperiori, cujus eſt proprietas fluminis molendinum ædificare liceat, pro arbitrio non eſt dubium. *ex l.* 21 *Mand.* etſi duorum ſit flumen, utrique id licet.

QUÆST. *An civitas habens hoc regale negociantes uſu fluminis prohibere poſſit?*

Negat. quia hic uſus Jure G. publicus eſt, *§. flumina. de R. D.* unde Ovid. *in Metam.*

Quid prohibetis aquas uſus communis aquarum eſt,
Nec proprium ſolem natura, nec aëra fecit:
Nec tenues undas, ad publica munera veni.

Et ſic cùm Quintus Ligarius Africæ oram teneret, infirmum Tuberonem appellere non permiſit, nec aquam haurire, eo nomine accuſatus eſt, licet à Cicerone defenſus: *l. 2. §. poſt hoc quoque 46. de O. l.* & contra impedientes uſum fluminis ſine cauſa Camera Imper. mandata ſine clauſula, qui factum omni Jure prohibitum eſt, decernere ſolet. Roſenth. *de feud. cap.* 5. *concl.* 121. *n.* 3. *ubi præjudicia allegat.* Nec enim aqua fluminis, quæ profluens dicitur *§. 1. de R. D.* eſt publica, ſed communis, quia certo loco non conſiſtit, ſed hæc inde fluit, & ſic in nullius nec publico, nec privato eſt dominio *Donel.* 4. *Com. c.* 2. Et ſic profluens ſtativæ, & incluſæ aquæ opponitur, ut proinde non ſolum vicinis & ſubditis, ſed quibusvis gentibus uſus ejus innoxius eſſe debet *Capol. de Servit. ruſt. præd. c.* 31. *n.* 6. *Jacob. de S. Georg. de feud. v. fluminis n.* 4.

QUÆST. *Quid ſi duæ naves in flumine concurrant?*

℞. Quia utriusque par eſt conditio præventioni locus eſt, & ille qui primo flumen occupavit, navigabit, *Capol. de ſerv. ruſt. præd. c.* 31. *n.* 6.

46 VII. Quia autem defenſio civitatis mœnium, vallorum, ac fortalitiorum, arciumque erectio ac conſervatio ſumptus requirit, hinc civitatibus jus collectarum competit, *de qua Knipſch. lib.* 2. *c.* 17. Hoc civitatibus tribui tradit Bruning. *de Var. univ. ß. concl.* 23. *Klock. de contr. cap.* 5. *n.* 9. *Beſold. in Theſ. verbo* Stein. *Wintzler. de collect. obſerv.* 3. cùm enim civitates habeant eandem poteſtatem, quam duces & alii Principes, habeant idem privilegium, etiam privilegii effectu frui debent; cum habeant territorium, etiam hoc Jus territorio annexum habent, *facit c. cum olim. omnis anima X. de Cenſ. Mager. de advoc. cap.* 10. *num.* 183. Et ita in Cam. Imper. ſæpius judicatum refert Buxtorf. *Geil.* 1. *obſ.* 21. *n.* 9. *apud Klock. de contrib. cenſ.* 2. *a.* 1. *fol.* 24. prout etiam nobilibus immediatis, licet non ſint ſtatus, hoc competit *Nold. de ſtat. Nob. c.* 17. *n.* 114. multo magis civitatibus, quæ ſunt ſtatus, imò etiam mixtis, *Klock. de Cont. c.* 5. *n.* 96. facit. *l. omnes.* 12. *C. de oper. publ. l.* 1. *§. quod ſi quid cujusque Univ.* Imò & civitatibus municipalibus ad inſtar decurionum, *l. omnes* 12. *C. de op. pub. argt. l.* 2. *de Juriſd.* Eſt enim collecta ſuperioritatis Symbolum & effectus *l. nulli* 28. *C. de Epiſc. & Cler.* uti earum ſolutio & præſtatio ſubjectionis eſt teſſera, eamque probat, *c.* 2. *X. de cenſ.* Exploſa autem dudum eſt ſententia exiſtimantium collectam mero Imp. adhærere, *Gilm. deciſ. Camer.* 51. *n.* 6. *&* 12. *lib.* 1. quæ ſententia in cauſa Teutſchen-Meiſters contra Donawerd. 20. Martij 15. & in cauſa civitatis Spirenſ. contra Epiſcopum, item Teutſchen Meiſter contra Hailbron rejecta eſt, teſte Klock. *de Cont. c.* 3. *n.* 174. Cumque civitates omnes olim Imp. annuè certam ſteuram penſitare ſolitæ ſint, & adhuc debeant, niſi facta ipſis ſit in totum vel pro parte remiſſio, quæ plurimis evenit, ut hodie vix ad 15. vel 20. mil. fl. percipiat, conſequens eſt easdem jure colletandi uſos fuiſſe. Hodiernarum collectationum cauſas rationabiles recenſet Knipſch. *lib.* 2. 17. *n.* 70. *& adnotlis.*

Q. I. *Quid ſi autem pro refectione manium collecta imponatur, an exteri contribuere teneantur, qui bona in urbe habent?* 47

Affirm. *per l. omnes* 12. *C. de SS. Eccl. junct. l.* 7. *C. de op. dub. ibi omnes certatim.* Eſt enim hoc munus patrimoniale ad onus omnium & ſingularium etiam forenſium pertinens, qui bona in territorio poſſident. Non obſt. quòd *d. l. omnes* tantum de civitatum incolis loquatur, ℞. enim incolam non ſolum eſſe, qui in urbe moratur, & habitat, ſed & qui intra mœnia vel continentia ædificia in ſuburbio ac finibus civitatis agrum & bona poſſidet, *l. pupillus* 236. *de V. S.* imo qui in vico eſt, qui pars civitatis cenſetur, etiam incola dicitur. *l.* 30.

Digitized by Google

l. 30. municip. in hoc tamen à Magiſtratibus peccari ſolet, quod forenſibus majora onera, quam civibus & ſubditis, qui tamen plus protectionis & comodi ſentiunt, imponere ſoleant, Klock. *d. c. 17. n. 46.* quæ æqualiter erant deſtribuenda, ut in omnes pariter pro rata decurrant, *l. actorum C. de exact. Trib. ibi. Bart.* ita ut locupletes plus ſolvant, tenuiores vero minus graventur, & qui plus habet, plus præſtet, qui minus, is minus contribuat, *l. forma de cenſib. Klock. de contr. c. 17. n. 91.*

Cum modi collectandi pro varietate temporum varientur per capitationem, per fumantes & focos, vel ut ſinguli ſuam ſubſtantiam ultrò profiteantur, & ex ea certum penſitent.

48 QUÆST. *Si quis quantitatem bonorum legitime non indicaverit, ſed minus quam haberet profeſſus ſit, Idque mox à morte confecto legali inventario compertum fuit, an res non profeſſa nec indicata confiſcationi ſubjaceat de jure?*

Pro affirm. facit I. Quòd res vectigali obnoxia in commiſſum cedat, & fiſco acquiratur, ſi quis eam debito loco non fuit profeſſus, aut celaverit, *vulg. l. fraudati. l. commiſſa 14. l. fin. §. quoties 3. de publ. l. 1. & 2. C. Eod. Geil. 2. obſ. 51. n. 5.* ut & fraudator Gabellæ perdit bona, de quibus Gabellam non ſolvit; *l. commiſſa, verbo ſtatim. C. de Comiſſ.* à vectigalibus autem & gabellis, ad collectas videtur rectè inferri poſſe, *per tradita Dd. in l. licita in §. earum rerum de Publ.* Sic ob non profeſſionem rei tributariæ, res in commiſſum cadit, *arg. l. 1. C. ſi propter publ. penſit.* Verum ſi ad juris normam rem exactè excutiamus, non videtur pœna iſta juri conſentanea, nec in hoc caſu ullo jure noſtro pœna confiſcationis irrogatur, ſed ſi quis ad declinandum cenſum callide paupertatem menitatur, detectus competenti Principis indignationi ſubjacet, *l. 2. C. de Cenſ.* ut proinde ſine lege pœnam commiſſi inducere noſtrum non ſit, *c. 5. Nov. 18. l. ſi vero. Sol. matr. l. ſi ſervum, §. non dixit de acq. hered.* III. Ad hæc hodie delinquentium bona confiſcationi non ſubjacent, ſed proximis reſervantur excepto crimine læſæ Majeſt. *Auth. bona damnat. C. de bon. dam.* imò in Camera Imp. Mandata pœnalia ſine clauſula decerni ſolent, autem lege non permiſſam eſſe bonorum privationem tradit Sixt. *de Regal. lib. 2. c. 14. n. 12.* IV. Ceſſantes in ſolutione collectæ Turcicæ alias maxime favorabili; pœnam dupli tantùm luunt; ergò in aliis confiſcatio foret nimis dura non ita favorabilibus, R. A. *de Anno 1544. §.* Und damit. nec videtur eſſe differentiam inter celantem clam & eum, qui violenter ſolutionem detractavit, cum hoc illo ſit gravius, *§. 1. V. ridiculum. Vi bon. rapt. Klock. de Cont. c. 29. n. 567.* Ad allata in contrarium, & quidem ad I. ¶. In odioſis & pœnalibus extenſionem etiam ex paritate rationis non eſſe licitam *l. interp. de pœn. cap. odia de R. I. in 6. Menoch. arb. c. 268. n. 22.* Ad II. licet ob ſolutionem neglectam ratione rei tributariæ bona hypothecata ſint, & vendi poſſint, *l. 1. C. ſi. propter. pub. penſ.* non tamen ſequi, quod in commiſſum cadant, Klock, *de loc. n. 615.* imo contrarium inde colligitur; quod vendita ſcil. re fiſco ſatisfaciendum & reliquum domino reſtituendum ſit. Imo ex receſſu Imp. de Anno 1544. §. Doch ſollen / clare colligitur, quod reticentes pro magnitudine vel parvitate commiſſi delicti arbitrariè puniendi ſint. *V. Knipſchil. lib. 2. c. 17. n. 118.*

Q. III. *Affinis eſt Quaſt. an ſaltem Statutum civitatis, ut bona in cenſum doloſe non relata & ſubticita in commiſſum cadant, valeat?* 49

Videbatur id neg. cum inferior contra II. ſuperioris ſtatuere non poſſit, *c. cum inferior. X. de major. & ob. l. minor. magiſt. ff. de minor. l. ille à quo §. Intempeſtivum ad S. Trebell.* Confirmatur quia ut dictum Jure communi tantum certis caſibus lege expreſſis locum habet confiſcatio; Verum contrarium quod ut Elect. Principes, Com. & Barones, ſic etiam civitates ejusmodi ſtatutum condere poſſint, tradit Henric. Klock. *de Vectig. concl. 87.* quia civitates regalia & jus fiſci habent, nec æquitate deſtituuntur hæc ſtatuta, cum enim collectæ & tributa ſint reip. fulcra, quibus diſſolutis ruina ſequitur, merito advigilat magiſtratus pœnis conſtitutus in eos, qui hæc fulcra debilitare & ſuffodere moliuntur. Nec obſt. ratio contra allata, quia licet obtineat in inferioribus, qui Jus fiſci & regalia non habent, ut ſunt provinciales & mediatæ urbes, prout & olim præfectis prætorio contra formam Juris ſtatuere non licuit, *l. formam C. de off. præf. prat.* Hodie tamen antiquæ Jurisdict. facie mutata in dubium eſt, quin ſtatibus Jurisdict.

Digitized by Google

Juribus Fiſci &Facultate condendi ſtatuta munitis liceat etiam ſtatuta contra jus commune condere, *argt. l. 3. §. divus. 5. de Sepul. Viol, l. item 6. §. quod cujusque univ. nom. Gail. 1, obſ. 36. n. 1. & 2. & 124. n. 2. de p. p. 1. c. 9. n. 12. Rei ck. de reg. ſac. lib. claſ. 5. c. 6. n. 7. & lib. 2. claſ. 2. c. 10. n. 5.* maximè quando ll. Cæſareis non ſunt derogatoria, ſed ſimpliciter concepta, ut multa extant paſſim ſtatuta, contra jus commune de ſucceſſ. ab inteſtato & teſtamentorum ſolennibus, jure retractus, unione prolium ſucceſſ. communione conjug. & aliis.

50 Q. IV. *An fiſcus ob non factas ſolutiones tributi collecta, aliarumque penſitationum publicarum bona debitoris ceſſantis vendere poſſit?*

Affirm. ſi tamen ſervetur forma præſcripta *t. t. C. ſi ob. public. penſit. vend. fuerit celeb.* Ita ut tria hæc præcedant. I. Interpellatio. II. Ceſſatio. III. Permiſſus præſidis; Interpellatio autem ante omnia fieri debet non extra judicium, ſed per judicem, *l. 3. C. d. t.* ſi modo ſit debitor & poſſeſſor, qui interpellari poſſit, *l. 4. §. toties de dam. inf.* ſin autem prædia deſerta ſunt, quorum nomine collatio debetur, cum non ſit, qui interpelletur, conſultum eſt libellum ac citationem mittere ad ædes veteris poſſeſſoris, aut ipſa prædia deſerta, ut excitetur poſſeſſor ad defenſionem. II. Requiritur debitoris ceſſatio, *l. 1. C. d. t.* quia autem moram facere ſive ceſſare, is dicitur, qui interpellatus loco & tempore opportuno non ſolvit, *l. mora de uſufr. l. Impp. de pub.* ubi tantum pupillo pœna commiſſa remittitur, ſi intra 30. dies ſolvat vectigal ergo, multo magis alii pœnam ceſſationis ex h. l. incurrunt, ſi interpellati non ſolvant. III. Exigitur permiſſus præſidis, *l. 2. & 3. C. d. t.* Adhæc in ipſa venditione inſuper requiruntur, I. ut ſit venditor bonorum idoneus, qualis eſt Proc. Cæſ. vel ij, quibus tributorum exactiones incumbunt, aut eorum periculum, *l. 2. C. d. t.* vel qui ad tributa deſtinati ſunt *l. 3. C. de Cond. fiſc. debit. lib. 10. t. 2.* II. Ut res diſtrahatur ſub haſta *l. 3. d.* vel ſub auctione publica, vel loco publico in foro, ubi præco inclamet bona & pretium pro iis oblatum. III. Ut fiat ſincere & bona fide nec aliquid practicetur ab executoribus vel bonorum venditoribus in fraudem debitoris collatione facta vel ſubornatione emptoris minus juſtum pretium offerentis, exactione non contradicenti, aut quando uni licitanti ſtatim res addicitur, *l. Edicto, C. Grandu. Fiſc. reſt. poſt.* IV. Ut juſto pretio res diſtrahatur; *l. ſi quos C. de reſc. Vend.* Et hæc ſufficiunt, ſi res majoris ex hac cauſa diſtrahatur, in rebus minorum accedit, ut ejus curator ad ſit, *l. 3. C. d. t.* quibus non ſervatis venditio revocatur, alias autem perpetuo firma manet *Donell. ad 1. 2. & 3. Fol. t.*

Q. V. *Quomodo fiſcus dominium harum rerum, quod non habet, in emptorem transferre poſſit, contra l. nemo de R. I. l. traditio de acquir. dom.* 51

℞. Non ſolum rei dominium ſed etiam creditorem, qui rem ſibi pignoratam vendit, dominium transferre poſſe, *§. contra Quib. alien. lic. non eſt novum de acq. dom. l. ſi convenerit. de pign. act.* Quando autem tributa debentur Fiſco à poſſeſſoribus ſive ipſis poſſeſſoribus, fiſcus hæc bona ſibi affecta & jure pignoris pro debito obligata habet, *l. 1. in fin. C. in quib. cauſ. pig. ta. l. 2. C. de privil. Fiſc.* Sicut ergo privatus rem hypotecatam vendere poteſt, ita idem merito in Fiſco obtinet, nec res hoc modo vendita ab emptore, dein per priorem dominum avocari poterit, vel ſolutione ante debiti tributi vel refuſione ipſius pretij.

Q. VI. *An autem alius creditor ejusdem debitoris avocandi habeat licentiam, qui antequam à ſuo debitore tributa Fiſco deberentur, contraxit, & rem ipſam hypotheca loco accepit?* 52

Affirm. Quia prior poſterioribus, & ipſi etiam Fiſco præfertur, ſi hic poſtea contraxit, *l. ſi pignus quo. mod. p. ſol. l. C. d. t.*

Q. VII. *An dominus prædij vel fundi fundum cenſitum vendere ſine cenſu poſſit?* 53

Sciendum, hic cenſum vel eſſe præteriti temporis, qui reliqua dicitur, vel futuri qui in ſpe cenſus; Utrumque prohibitum, *t. t. C. ſine cenſ. vel relig.* Sed non obſtante pacto quod emptor fundum ſine cenſu habere debeat, & ea lege non alienetur, tamen eo ſeu inutili ceſſante, emptor oneri tam præterito quam futuro erit obnoxius, *l. fin. C. d. t. l. omnes 4. C. de anno. l trib. lib. 20.* publicas namque penſitationes omnes poſſeſſiones fiſco debent, ſicut vendendo privati tertij conditionem nemo deteriorem facere poteſt, *l. ſervus. l. filius. de pact. l. debit, C. de pign. l. ſolvendo de neg.*

de neg. geſt. ita multo minus fiſco cujus major favor eſt præjudicari poteſt, cujus jus eſt tributa, collectas, & publicas penſitationes à poſſeſſoribus exigere, propter quas ipſas vendere poteſt, ergo hoc jus fiſci, pactione venditoris convelli nequit, *l. jus publ. de pact.* quod fieret, ſi talis pactio fundum liberum redderet, venditor tantùm perſonaliter obligatus maneret, *l. inter debit. 44. de pact. l. prædiis. 36. de Jure Fiſci*; teneretur enim Fiſcus ſequi venditorem alterius fori vel in remotis agentem, qui alias facilè poſſeſſorem excutere, & fundum vendere poſſet. Et hoc non tantùm de futuri temporis tributis, ſed etiam præteritis, ſive reliquis cautum *in l. 2. C. d. t.* quæ lata fuit Colon. Agrippinæ Anno 319. & pacto non obſtante reliqua adhuc emptor præſtabit, adeoque ſi venditor per quinquennium non ſolvit tributa ex fundo, & cum dein vendat, emptor non tantùm præſentis & futuri temporis, ſed etiam lapſi quinquennij reſtantias ſolvet, *l. Impp. de Publ.* reſervato tamen regreſſu emptori contra venditorem, & ita aliquando reſponſum, cum Synd. Coloniæ agerem. De futuris res eſt facilior, cum emptione perfectâ omne onus ſpectet ad emptorem, ita ut de iis regreſſum non habeat contra venditorem, *l. fructus, de act. Empt. §. pen. de Empt. t. t. de per rei vend.* Non obſtat, quòd ratio Juris non patitur, ut pro alieno debito alius excutiatur; *l. pen. & fin. C. Ne uxor pro marito.* reliqua autem prioris temporis nil aliud ſunt, quam debitum venditoris idque etiam in cauſa publica & fiſcali, qualis eſt tributorum; obtinet, *l. 2. C. ne ux. pro mar.* Reſp. namque emptorem conveniri de reliquis ex debito poſſeſſionis emptæ, cui hoc onus adhæret, cum *juxt. d. l. Impp.* propriè nec emptor, nec venditor tributum debeat, ſed poſſeſſiones. Reſp. II. ex alieno debito neminem conveniri poſſe act. perſonali, *dd. ll. C. ne uxor. pro mar. l. 1. §. 6. ad Trebell.* at bene ex reali vel hypothecaria, quæ datur contra quemvis rei poſſeſſorem, etſi per mille manus ambulaverit *l. pignoris de Pigner.* Tributorum verò nomine poſſeſſiones fiſco affectas eſſe probat, *l. 1. C. in quib. cauſ. pig. l. cum poſſeſſor. §. fin. de Cenſib.* Ad hæc re venditâ, quæ tributis eſt obnoxia, venditor reliquis obnoxius eſſe deſinit, *Nov. 17. c. S. ut non perm.* niſi convenerit, ut hæc præſtet, quod quidem inter contrahentes valet, ad alios autem & fiſcum non extenditur. Quod ſi contra fiſcum valeret, reliqua nunquam ſolverentur: emptor enim ea non deberet ob conventionem, venditor verò deberet quidem, ſed ob inopiam præſtare non poſſet, *Denel. C. d. t.* Interveniente autem præfato pacto, venditor fiſco obligatus manet, & incipit Fiſcus duos habere debitores emptorem ceu poſſeſſorem, & venditorem, qui ſe fiſco per pactum obligavit, nec hoc pactum nudum eſt, ſed fiſcus aliquid facit, dum patitur impunè vendi fundum, à quo ſeverè non exigit tributa ea lege, ut poſteà ea ſolvat accepto fortè pretio fundi ab emptore, multò ergò magis hoc obtinet, ſi venditor ſtipulanti exactori ſe reliqua ſoluturum ſpopondit, *§. de conſtituta. l. de act.*

IX. Inſuper in compenſationem oneris, quòd in 54
fluminibus publicis ſuſtinent civitates, portus ripatica & vectigalia exigunt, pro tranſitu per pontem, vel vectura navium, pro tranſitu riparum ac mercium importatione & exportatione. Bruning. *de Var. un. ſp. concluſ. 24. Klock. de Cont. c. 5. n. 65. Knipſchilt. de J. Civit. lib. 2. c. 18. per tot. ubi num. 29.*

Q. I. *An civitates Imper. & territorij domini* 55
pro ſolo tranſitu per vias & pontes publicos abſque ſpeciali licentia Imper. poſſint exigere?

Pro Negat. facit, quòd per hoc liberrimus viarum publicarum uſus J. G. competens, *l. 14. §. fin. quem ſerv. amit. l. fluminum 24. in princ. de flum.* impediatur, & proinde prohibeatur, *c. quanq. uam. 2. de Cenſ. in 6.* cum res ſit liberæ facultatis per vias publicas commeare, *l. 2. ne quid in loco pub. l. Viam. 2. de Via publ.* II. Quod novorum vectigalium exactio & auctio etiam ſit vetita, ſine Imper. præſcitu & EE. conſenſu, *ut ſup. de regalibus* ſed Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 77. num. 21.* ſeq. diſtinct. utitur, inter modicum vectigal, quod neceſſitas exigit pro reparando vel faciendo novo ponte, vel via ut eapropter exigi poſſit, non ſi magna expensâ opus ſit, licet ſemper tutiùs ſit Cæſaris impetrare conſenſum, Knipſchilt. *lib. 2. c. 18. n. 21.*

Cùm his & ſimilibus juribus ærarium augeatur & conſervetur.

Q. II. *An expediat reip. publicum habere ærarium an verò ſufficiat ſubditos habere locupletes?* 56

Ma[illegible]

Digitized by Google

Machiavellus contra omnes negat pecuniam eſſe nervum belli, & apud Venetos Capitale, ſi quis referat de cogendo theſauro, quòd à Duce ipſo præſente ſenatu, ſibi dictum refert Comin. *lib. 2. de bello Neap. pag. mihi* 807. quod prudenter ab ipſis contentionis & ſimultatis vitandæ cauſa ipſe inſtitutum dicit, & Theſaurus melior non ſit, quàm imperium abundans ſubditis locupletibus, *N. 8. in praf. §. cogitatio v. conſideravimus. l. un. §. hoc autem C. de Cod. d. Tollend.* Et jure divino prohibetur, ne rex ſibi multiplicet aurum & argentum, *Deuter. 17. v. 17. add. Zachar. 9. v. 3.* ubi civitati Tyro exprobatur, quod ſibi coacervarit argentum, tanquam humum & aurum ut lutum platearum. Verùm aliter ſentit Imp. Juſt. *in Nov. 161. cap. 2.* quia niſi in ærarium publ. præſtationes importentur, nec militares copiæ nutriri; nec per urbes & agros excubias ordinari, ut reſiſtatur hoſtibus, nec alia quæ utilitas publica poſcit, expediri poſſunt: Bellum enim non magis armis quàm ſumptibus geritur, & milites ſine ſtipendio non parent *c. Jus militare. diſt. 1. c. quid culpatur. v. & Chriſtus. 23. q. 1.* nullus miles gratis militat adverbialiter, ſed in dativo caſu, ut ſine nervis homo ambulare, avis ſine pennis volare, & ſine navibus mare trajicere non poſſumus ita nec bellum ſine pecunia geritur, *Lipſ. 4. polit. 9. & lib. 3. c. 6.* Quid autem à populo in neceſſitate expectandum, Excidium Conſtantinopol. ſatis teſtatum facit, cùm enim Imp. quaſi ſupplex pecunias ad conducendum militem peteret, animas cives dejerabant, nihil ſibi eſſe, quòd dare poſſent, urbe autem An. 1453. capta ingens pecuniarum vis reperta eſt, Klock. *de ærar. lib. 1. c. 1. n. 46.* Hinc reges Iſrael ſine reprehenſione theſauros collegere, *3. Reg. 14. v. 26.*

Cùm præter alios augendi ærarii modos antiquis cognitos novitas alios invenerit, & apud Belgas aliquando permiſſum ut exhibendis comœdiis & ſpectaculis quæſtor ab una parte pecuniam pro Comœdis exigat, ab altera parte aliquis nomine reip. pro pauperibus vel publica neceſſitate accipiat.

57 Q. III. *An expediat in rep. Chriſtiana bene conſtituta comœdias & ludos tuta Scenico exhiberi?*

Sunt qui eas improbant ſimpliciter, quod conſiſtant in vitiorum vivâ repræſentatione, quæ ut nominare non licet *ad Ephes. 5. v. 5.* minùs repræſentare licebit, ut ſunt ſtultiloquia, dejerationes, impudici geſtus, & ſimilia. Adhæc viri veſtes induunt muliebres, indecorum autem eſt virum & juvenem repræſentare impudicam meretricem & turpe ſcortum, quod abominabile cenſetur coram Deo, *Deuter. 22. v. 5.* II. Quòd multi ſumptus inutiles fiant, quibus pauperes ali poſſent. Verùm Comœdias & luſus ſcenicos non ſimpliciter improbandos, ſed certis cautelis, ſi abſint laſcivia & ſcurrilitas, tam in verbis, quàm geſtibus, verius eſt, dummodo ſumptus non fiunt exceſſivi, ſi ad bonum finem ordinentur, ad decentem oblectationem, morum informationem linguæ inter juventutem exercitationem, ſi interludia facta non ſcurrilia immiſceantur, quarum frequentiam & uſum Rom. theatra teſtantur; ſic ſervos ebrios liberis ingenuis ad ſpectaculum exhibitos legimus, ut pueri à temulentia abhorrerent, qua de re Terentius;

Deſcripſi mores hominum, juvenumque ſenumque,
Qualiter à ſervo decipiatur herus.
Quid meretrix, quid leno, dolis confingat avarus,
Hæc quicunque legit, hic puto cautus erit.

Solent & debent aliquando in urbibus & Academiis joci ſeriis miſceri, otia negociis, ridicula gravibus, ludicra utilibus, nam omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci, arcus enim ſemper tenſus rumpitur, & continuæ curæ Spiritus vitales conſumunt humidum radicale, & oſſa exſiccant, *Ovid. Epiſt. 4.*

Quod caret alterna requie, durabile non eſt;
Hæc reparat vires, feſſaque membra levat.

Utque ſunt vices ſomni & vigiliæ, noctis & diei, tempeſtatis & ſerenitatis, belli & pacis, ita labores levandi otio & luſibus. Et hinc ſalubriter hic in Academ. receptum, ut juventus Comœdiis exerceatur, pro recreatione aliorum, & ſui utilitate, ut moribus formentur, ad eloquendum publicè audaciores, memoria exerceatur, & geſtibus ita inſtituantur, ut ſuo tempore cum gravitate in Eccleſia & curia, in choro & foro ſtare, & publicè perorare poſſint, cum aliàs ſicut ſtatuas immotas eodem ſono & tono, ut moniales pſalterium recitare, & ita perorare ſoleant. Nec audiendi momi, qui adoleſcentes, dum Comœdias ediſcunt, in curſu ſtudiorum impediri, clamitant; ignari, memoriam augeri aliaſque majores commoditates per hoc exercitum accedere. Nec repræſentatio omnis perſonæ alienæ eſt illicita, ut ſupra objectum.

Digitized by Google

ctum. Sic enim Jacob perſonam Eſau induit, David coram Rege Palæſtinorum ſe ſtultum ſimulavit, 1. *Reg.* 21. Joſephus alium ſe finxit coram fratribus ſuis: Illa ſimulatio & aſſumptio veſtis alienæ, quæ ex levitate fit, culpatur, non quævis ad bonum finem tendens, non bacchantium. Reliqua in contrarium allegata, de illis hiſtrionum ſpectaculis, quæ nil aliud ſunt, quàm impudicitiæ officinæ, turpitudinis, & vitiorum ſentina ac ſchola, intelligenda ſunt, & concludo:

Uſus habet laudem, crimen abuſus habet.

58 Q. IV. *An ille modus augendi ærarium licitus, ut magiſtratus in extrema neceſſitate belli vel obſidione conſtitutus, monetam metallo miſceat, vel de pondere aliquid decerpat, pretium augeat, aut etiam ex ferro, plumbo, ſtanno, corio vel charta faciat, eiq; materiæ formam publicam imprimat, certo modo taxatam; pro pretio conſtituto accipiendam & expenendam?*

Affirm. dummodo mutatis temporibus & neceſſitate ceſſante talem pecuniam permutet, poſſidentibus bonam ſolvendo, & ſic damna reſarciendo, quæ reſtitutio ſi non fiat, geheannæ periculum & damnationis pœnas ſuperiores manere, ait *Afflict. in c. quanto. verbo monetam de Jurej.* Et ita Frid. II. Imp. cum coriaceam in anguſtiis expeditionis Italicæ cudi juſſiſſet, auream reddidiſſe traditur, Klock. *de ærar. c.* 84. *n.* 33. ac ſuperioribus annis durante bello Hiſpan. contra Belgas fœderatos, ut exhauſto ærario obſeſſis per Hiſpanos urbibus deficiente ordinaria & recepta pecunia: ex qua militibus obſeſſis ſtipendium ſolvendum erat, qui eâ denegatâ arma apprehendere recuſabant, ut in officio & obedientia continerentur, urbs ab irruptione præſervaretur, ænea, ſtannea, coriacea, ac ſubinde chartacea moneta adimpreſſo Commendantis ſigillo vel pitzeto formata eſt, cujus pretium ab ipſo vel magiſtratu urbano conſtitutum longè ſuperabat, valorem materiæ ex quâ conſtabat, quâ militibus ſatisfactum, ne rebellarent, hæc enim neceſſaria quæque à civibus comparabant. Urbe autem vel liberatâ, vel deditâ à fœderatis ordinibus, extraordinarius quæſtor conſtitutus fuit, qui pro illa nova ac nullius valoris pecunia redderet currentem & juſti pretii monetam.

59 Q. V. *An pro augendo ac reſtaurando ærario uſus olla fortuna licitus?*

V. Knipſ. bilt. alias citat.

Q. IV. *An alchimia modus augendi ærarij conveniens?* 60

Pro negat. facit illud Oweni.

Rem decoxit iners medicus, dum decoquit aurum,
Et bona dilapidat omnia pro lapide.

& alius ad Lullum,

Dum lapidem Lulli quæris, quem quærere nulli
Profuit, haud Lullus ſed mihi nullus eris.

add. Beſold. de ærar. c. 3. *n.* 11. *Klock. de ærar. l.* 2. *c.* 17. *per tot.* & an licita, eaque verum conficiatur aurum, *v. Delrio diſquiſ. mag. lib. c.* 5. *ſect.* 4. *ad quos amore brevitatis ſit relatio.*

Plurimis civitatibus Imp. jus cudendi mone- 61
tam competere experientia ſatis docet, & pleræque aquilæ impreſſis inſignibus eam cudunt, probabile ſignum & judicium ſuperioritatis à qua jus hoc fluxit, *l.* 2. *& fin. de oper. publ.* & hoc habent vel conceſſ. Imper. vel antiquiſſ. conſuetudine & præſcriptione R. A. zu Nürnberg. *Anno* 1524. §. dergleichen Augſpurg/ *An.* 1551. §. So haben wir dergleichen zu Speyer. *An.* 1570. §. alsdann auch. Licet etiam quibuſdam Civitatibus municip. & provincialibus hoc conceſſum ſit teſte Arniſæo *de Jur. Maj. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 6. *fol.* 434. ut Oſnabrug. Monaſt. Roſtochio, & in diœceſi Colon. Noveſio, quamvis hodie Imper. non niſi cum conſenſu EE. hoc jus aliis concedere poſſit, *Capit. Rudolph. II. a.* 29. cum enim aliqui Impp. ſua poteſtate abuterentur, hoc jus ea limitatione circumſcribendum fuit, licet anteceſſores, ut Ferd. I. & Carol. V. in quorum capitulat. hæc reſtrictio non reperitur, hanc licentiam uſurparint ſine EE. conſenſu, *argt. A. B. c.* 10. *in fin.* Müntzord. *in receſſ. Imp.* §. wäre es auch Sach Kayſ. Carls Müntzord. *d. An.* 155. *c.* 24. §. 16. *apud Goldaſt.* Eadem limitatio repetita eſt *Cap. Matth. a.* 34. nec hic adhibenda diſtinctio Hartmanni *in diſp. de re monet. quæ extat tom.* 2. *diſp. Baſile. th.* 6. *lit. a.* inter ſtatus Imp. majores & minores, indiſtinctè enim enim ſine EE. conſenſu id Imper. denegatur illis verbis: was Stands oder Weſens der ſey. Et licet verba fin. Capitul. Matth. Imper. meminerint inferiorum ſtatuum & mediatorum, non tamen hæc Hartman. patrocinantur, cùm maximè de talibus loquatur, non ergo alios excludit, nec incluſio unius eſt alterius excluſio, præſertim ubi excluſionis nullum per verbum tantum, ſaltem, ſolum extat veſtigium;

multò ergò minus Palatino, Bavaro & Saxoni facultas illa concedendi ſine EE. competit. Poſſunt Vicarii ea quæ Imp. tempore interregni, ſed ampliore jure non fruuntur, quam Imp. Item ideo ipſis poteſtas Imperialis data, ne reſp. tempore interregni detrimentum patiatur, at ſi uni vel alteri privil. cudendi monetam denegetur, nil tam exiguo tempore, quo interregnum durare debet, *c.* 1. §. 19. *c.* 2. *§.* 3. *A. B.* damni Imperio accedit in tanta ſtatuum abundantia, qui jure monetandi ſunt præditi. Adducit quidem Hartman ex Bechtio *de ſe. urit. Th.* 156. Jo. Palat. & ſub Maximil. I. Saxon. ſub interregno titulo vicariatus monetas fabricaſſe, quod etiam mortuo Ferd. II. factitatum; ſed diverſa ſunt ipſos monetam feciſſe, & aliis faciendi jus tribuiſſe, illud ipſis ut EE. licitum, hoc minimè. In tantùm, ut qui poſt capitulationes jus monetandi ab Imp. citra conſenſum Elect. conſecuti ſint, eo privandi ſint, ut & ij, qui eodem abutuntur ſuſpendendi, *d. Cap. Matth. ubi Lymn. in annot.* qui autem ante tempora Cap. jus hoc à ſolo Imp. habent, ſine cauſa rationabili deſtituendi non ſunt.

62 Q. *An ex inſignib. moneta impreſſis jus ſuperioritatis probetur?*

Satis evidenter id ſuſtinuit E. Moguntinus contra Erphordienſes, *teſte Compilator. Symphor. in veto Metz. p.* 95. *n.* 115. Verum quemadmodum ex parte civitatum mixtarum, inde quod monetam ſub inſignibus Imp. cudant, omnimoda libertas non probatur; ſic ſi civitas principis inſignia imprimat ſuo nummo, plenaria ſubjectio ſubditorum inferri non poteſt; Cum inſtar privati Princeps ad opus aliquod faciendum, & pecuniam ſignandam liberaliter ſubſidium contuliſſe, & ſic in compenſationem conſequi potuerit, ut parieti, Curiæ vel mœnibus inſignia inſcriberentur, *argt. l. fin. de op. pub. Bruning. de Var. Un. ſp. Th.* 25. *lit. a.* cur non ut nummis inſignia, quamvis ex ejusmodi pictura & inſcriptione concurrentibus, aliis adminiculis non levis pro Principe oriatur præſumptio.

63 Q II. *An civitas ad inopiam redacta, cui aurum & argentum ad monetam fabricandam deficit, ut jure ſuo ſe uti poſſe diffidat, quia forte ære alien. etiam gravata, mutuam ſub uſuris accipere non poteſt, jus cudendi monetam, quod habet, alteri locare, vendere, cedere aut cum monetariis ſuper mediate vel portione aliqua paciſci poſſit?*

℞. Negat. Sed hoc prohibitum & ſancitum, ut ſuo ſumptu quis monetam cudat, qui ſecus facit, gratia Cæſaris & jure monetæ excidit, conductor autem decem auri marcis mulctatur, R. A. zu Augſpurg. *Anno* 1551. §. So haben wir. 46. §. zu Speyer. *Anno* 1570. §. Alsdann auch zu Regenſpurg/ *An.* 1594 §. Wir ordnen. *Beſold. de arar. c.* 6. *n.* 2. *Rumel. ad A. B. p.* 1. *diſſ.* 8. *concl.* 30. *& ibi Speidel.* Ratio eſt, quia ex ejusmodi locat. & venditione Reſp. magnum damnum timetur paſſura, cum ejusmodi cond. & empt. ut melius mercedem ac pretium ſolvere poſſint, & citò inſuper diteſcant, in moneta adulteranda nil fraudis intermittant, de pondere & puritate detrahendo, & mundum viliſſima moneta implendo, reip. dignitatem, utilitatem & majeſtatem nil curantes, utpote privati forſan nihil penſi habentes, floreat an pereat, dummodo ipſi quæſtum & compendium habent, quod in ſtatibus eo minus timendum, quia homagio Imp. & Imperio adſtringuntur, cujus memores eſſe cenſentur. Accedit, quòd privato jus monetæ ne quidem à Principe concedi poſſit, *per l. fin. ubi Bart. & Bald. C. de Falſa mon.* Unde Commodus Perennium familiarem ſuum pœna cap. effecit, quod nummos ſua imagine ſignaſſet, *Herod. in Commodo.*

Sicut olim ad Imper. ſpectabant bona vacantia, *per tradita ſupra de Regal. vulgo* erbloſe Güter / ſic hodie communicatis regalibus aliis etiam civit. Imper. competunt, *v. Sixt. de regal. c.* 11. *n.* 36. 64

Q. *Quid ſi bona in diverſis civitatibus ſita ſint?* 65

℞. Fiſcus domicilii mobilia & nomina ubique exiſtentia, immobilia verò cujuslibet loci, ubi ſita ſunt, fiſcus conſequitur, nec diſting. an bona vacent ob delictum heredis, aut ſine culpa. *Hieron. de Cavall. ſpec. avi. com. opin. cont. com. q.* 148.

Experientia autem docet, non tantum lib. 66 Imp. civit. ſed etiam plures mixtas magiſtratuum conſtituendorum poteſtatem habere, quod aliquæ ex privilegio, aliæ ex conſuetud. aliæ titulo oneroſo ſibi acquiſivere, ita ut pro diverſitate formæ reip. eligant, Conſules, Prætores, Proconſules, Ædiles,

Digitized by Google

Ædiles, Senatores, Synd. & Secretarios Judices tribunos pl. & alios officiales. Dummodo capaces aſſumantur & ad juſtitiæ adminiſtrationem apti, veritatis amantes, à mendaciis alieniſſimi, avaritiæ non dediti, prout Cicero de Il. teſtatur Catonem Cenſorinum jam ſenem in curia cum novi magiſtratus Calendis Januariis creari ſolerent & Patres Manlium & Collatinum cenſores annuos deſignare ſtatuiſſent, rogatum ut ſuam de utroque diceret ſententiam, utrumque ſua cenſura reprobavit. Illum uti opulentiſſimum, hunc verò egentiſſimum, quorum neutrum periculo careret, cum prædivites vitiis indulgere, nimis egenos opibus inhiare, diceret, unde conſuluit cenſorem vel judicem eligendum cui nec neceſſaria ad victum deeſſent, nec tam divitem ut ad molliter vivendum copiis abundaret, quodq; nimia abundantia homines vitioſos redderet, nimia paupertas avaritiæ & expilationum eſſet incentivum, ſecundum ſcil. communiter accidentia, cum nec omnes egenos avaros, nec omnes divites vitioſos eſſe in comperto ſit, Ex duobus autem his generibus utrum Principes præferre debent, non facile definiri poteſt.

67 Q. *Difficilis eſt, ſi ex famulis Principis ejusque domeſticis aliquis in civitate deliquit; An conſules & judices civitatis in eum jurisd. exercere poſſint?*

Pro affirm. facit. *l. Officiales. C. de off. Rect. prov.* ubi præſides Provinciæ officiales præfectorum prætorio licet illi his inferiores ſint, delinquentes punire poſſunt, unde generaliter infert Bart ibid. Judicem minorem poſſe punire officiales & miniſtros ſuperioris in territorio delinquentes, Diſſentit quidem Heig. *q. 25. p. 2. per tot.* allegans Nattam fluctuantem & altiori conſiderationi rem omnem relinquentem, ſed argumenta Heig. non ſunt tanti momenti, ut ab affirmativa quem divellere poſſint. Ait ille in Principe jus aliquod concedente ſuperioritatem ſemper illæſam manere, ſed civitates Jura Jurisd. & magiſtratus conſtituendi & judicandi à Principe, vel tacite vel expreſsè habent, ut qui omnis Jurisd. fons eſt & origo. ℞. Namque ſuperioritatem Principi quidem manere ita tamen ut concurrere poſſit cum ordinario, ſi velit, cui juriſdict. cumulativè non privativè conceſſa cenſetur. II. Uti Princeps ita Principis officiales & miniſtri, non videntur eſſe ſubditi magiſtratui, cum acceſſorium ſequatur principale. ℞. Eſſe diverſa, quia ſuperioritatis Principis non ſunt participes familiares ejus.

Q. *Vetus eſt an expediat potius magiſtratibus annuos eſſe vel perpetuos?* 68

Pro perpetuis facit contra annuos, quod illud inde naſcatur reip. mali, ut decedere quis cogatur, & abdicare munus, ante quam ejus, quod didicit, ſpecimen aliquod ediderit. II. Ut crebra victus mutatio à medicis, ita magiſtratus mutatio à Politicis tanquam nociva reprobanda; Juxta *Ariſtot. 2. polit.* III. Viciſſitudo in magiſtratibus novis, pulices acrius mordentibus civium oppreſſionem cauſare ſolet, prout Tiber. Imper. dicere ſolitus, Hirudines quæ multo ſanguine hauſto rumpuntur quieſcere, recentium morſus eſſe acerrimos, quod Apologo vulgato illuſtratur, Hominis infirmi ſanie & ulceribus pleni cui muſcæ ſanguinem exſugebant, quas cum flagello viator abegiſſet, conqueſtus eſt novas acrius pungere & mordere, utpote famelicas. Communis tamen eſt Polit. diſt. inter majores & minores & hos in ſtatu ariſtocratico conſtitutos; Illos perpetuos eſſe melius, dd. rationibus, quamvis ex variis circumſtantiis loci & temporis id dijudicandum ſit. Et quælibet gens, quid ſuis moribus maximè conveniat, metiatur. In ſtatu autem democratico, ut qui honorum æqualitatem exigit temporales eſſe oportere concludit Toloſ. *de rep. lib. 4. c. 5. n. 31.* ne magiſtratus illecti continuatæ poteſtatis dulcedine ad tyrannidem alliciantur. Hinc apud Rom. conſulares præſidum & aliæ dignitates annuè reparabantur. Et l. Cornelia Tribunitia proviſum erat ne eundem magiſtratum intra decem annos petere liceret, & parum abfuit quin Gabinius Trib. p. à ſenatoribus in ſenatu interficeretur quod belli pyratici provinciam in annos quinque Pompejo ſua rogatione tribuere non dubitaſſet.

Q. *An ex una familia plures eodem tempore in ſenatum aſſumi poſſint.* 69

Ad juscivile quod attinet, pater & filius ſimul decuriones eſſe poſſe patet *ex l. 1. ubi Curat. C. de mun. & hon. non cont.* Item pater, filius, & frates ſimul in conſilio eſſe & ſuffragium dare poſſe *ex l. illud. §. & l. 6. quid cujusque univ. nom.* quia votum dat filius non quaſi filius, ſed ut ſena-

 tor,

tor, & contra *d. l. 6. item eorum*. In publicis enim patria poteſtas non attenditur *l. 13. §. fin. ad Trebell.* multo minus alia minor conjunctio. Sic Quintus Metellus, pater eodem tempore conſul, & tres filios conſulares unum etiam Cenſorium ac triumphalem & quartum Prætorium vidit, *Val. Max. lib. 7. c. 1.* Sic noſtra memoria Coll. & Conſilio Elect. interfuere Ferd. Arch. Colon. & Guilielm. Dux Bav. fratres, & de præſenti Maxim. Henric. Elect. Colon. ut & Ferd. Maria E. B. fratrum Germanorum liberi ſeu patrueles. Id niſi aliud ſtatuto vel conſuetudine receptum *d. l. 6.* ut Lubecæ, Pater & filius, & 2. fratres arcentur, *Merian in Lubecca pag. 148.* Sic in regno Galliæ eſt conſtitutio quod ad Parlamentum Pariſienſe Pater & filius non admittantur, ad Coll. Cardinalium frater & nepotes ex fratre & ſorore non ſuſcipiuntur, *Franc. Marcus decis. 629. n. 2. & 3. lib. 1.* ut in rep. Lubecenſi, ita Bremæ pater & filius, duorum fratrum ſororumque liberi in ſenatum cooptari non debent, *Matth. Steph. de Jurisdict. lib. 2. p. 2. c. 2. n. 176.* Sic etiam Lindaviæ & Capiduni affines non eliguntur, & ſi per matrimonium inter duos ſenatores affinitas contrahatur, junior ſeniori cedere, & tamdiu à ſenatu abſtinere debet, donec alter moriatur, & tunc priſtinum locum recuperat, ratio autem ſtatutorum eſt, ne colluſio fiat, item ut ſuſpiciones corruptelarum tollantur, & reip. invadendæ metus avertatur & hoc in civitatibus populoſis; ubi virorum prudentum copia eſt, in minoribus autem oppidis ubi prudentum eſt penuria non videtur conſultum ex capite affinitatis viros idoneos negligere & ineptos præferre, Knipſchilt. *lib. 2. cap. 8. n. 153.* Atque ita cum ſtuprum à Tarquinio Lucretiæ illatum oblatum, urbe ejectos novum Romani magiſtratum creaſſent Dictatorem penes quem ſumma eſſet poteſtas, cùm rempubl. ſine unius nutu regi non poſſe viderent, qui eam poteſtatem quam olim Reges nunc Imperator habebat, ne in Tyrannidem poteſtas converteretur, non ultra ſex menſes magiſtratum, hunc ipſis retinere licuit, quibus exactis alius creabatur, quæ ſpacii ſemeſtris definitio ſapientiſſimi conſilii fuit, cum ſæpè dignitatis perpetuitas remiſſiores in exercenda juſtitia proceres reddere ſo eat. Horum primus Romæ fuit Titus Largius Mimilius contra Volſcos acerrimos iſtius temporis Romanorum hoſtes vel juxta alios Poſthumus Cincinatus. *Livius lib. 3.* quamvis d. Largium Volſcos viciſſe, & de iis triumphaſſe, & finito bello Conolos urbem potentiſſimam aliasque arces & oppida illius regionis evertiſſe tradit, *cit. Livius.*

QUÆST. *An conſultum ſit ex una familia in regimine ſæpius moderatores rerump. ut & reges regnorum electivorum aſſumere?* 70

Negat. ſuadent politici, per text *c. venerabilem. 34. V. nam ſi juxta fin. X. de Eccleſ.* ex ratione hac, ne tandem in tyrannidem degeneret, aucta & temporis diuturnitate firmata poteſtas, libertas verò ſubditorum minuatur, Weſemb. *ad l. ff. de detur. n. 3.* Sic Fabius Maximus cum à ſe quinquies, & à patre, avo, proavo, majoribusque ſuis conſulatum geſtum ſciret, Comitiis quibus filius unanimi conſenſu conſul creabatur, cum populo egit ut vocatio hujus honoris Fabiæ genti daretur; non quod de filio diffideret, ſed ne Imperium in una familia continuaretur, & Pompejus Columna, noluit Julianum Medicæum Leoni X. in Pontificatu ſubſtitui, quod ſummum rerumpublicarum Chriſtianarum Imperium in una domo duobus fratribus deferri & continuari iniquum & ambitioſum putaret, *Clapmar. de a. can. rerumpubl. lib. 2. cap. 12.* Sic Jure Canon. receptum quod filius Eccleſiæ cui pater præfuit, non ſit præficiendus etſi ante ſacerdotium legitime ex eo deſcenderit, niſi ſimplex ſit beneficium, *c. ad hæc. de fil. presb.* Canonicatum autem patris obtinere nequeat, *c. ad abolend. 16. c. ad extirp. 11. d. t. Knipſchilt. lib. 28. n. 156.*

QUÆST. *An meliùs ſit à toto populo & omnibus civibus, an verò ab aliqua ejus parte conſules, Vel Jud. ad magiſtratum eligi?* 71

Prius duobus modis evenire poteſt primò cum omnes & ſinguli Cives convocantur ad electionem, ſingulique votum activum habent, quod propter naturalem hominum ad diſſentiendum diſcordiam valde grave & difficile, alter cum totus populus in varias tribus diviſus eſt, & ſinguli in ſua tribu per tribunos pl. convocantur; ſeparatim, fabri, ſartores, ſutores; mercatores, & ſingularum tribuum cives; unum vel duos ex ſuo corpore nominant, eisque Jus eligendi tribuunt, & hic modus commodior eſt; ſic olim à Romulo inſtitutum, ne nimis in ordinem patriciorum videretur propenſus, populo conceſſit ut magiſtratum crearet, *Ex Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 2. hiſt. Paulus Manutius*

Bulus

Digitized by Google

nulus de ll. Rom. & à Valerio Publicola Conſule lex lata, ut qui aliter quam à pop. magiſtratum caperet, ſacer, id ei capitale & ipſe execratus eſſet.

72. QUÆST. *An electio paſſiva ad certum genus hominum reſtringi poſſit?*

Ad certam fortè nationem, profeſſionem, domum, familiam, Affirm. ſic Carinthii non niſi agricolam Ducem eligebant, qui mos hodiè ex illo fluxit. Quod Deus voluit ut populus Regem eligeret ex fratribus ſuis. *Deut. 1. & 7. Toloſ. de rep. lib. 7. c. 15. n. 16.* Imp. Romanus hodie eligitur, ex germanica nobilitate, Laicus, non clericus ut ſup. dictum *A. B. c. 2.* Ad certam nationem apud Judæos olim reſtrictio facta, ubi tantùm ex familia Iſraelitica regem conſtituere licebat, *Deut. 17. v. 13. 1. Reg. 30.* Buxt. *Concl.* 31. *lit.* C. Et in quibusdam civitatibus non niſi filii civium, ut Coloniæ conſules, Judices & Scabini, alti judicii, fieri poſſunt, apud alios certæ ſunt patriciorum familiæ ex quibus in ſenatum adſciſcuntur, Geſchlechter ſo Rathsfähig. Ut Norinb. & aliis locis Knipſchilt. *lib. 2. c. 8. n. 24. & lib. 3. c. 34. n. 14.* Illud lege 12. tabularum ſingulariter cautum fuiſſe legitur: Cives omnes ſingulari in perpetuum privilegio illo in loco gaudere, quo majores illorum qui inſigni aliquo populum Rom. affecere beneficio, cujus legis virtute omnes Camilli ſtirpe orti, in Capitolio ſemper præſidium agebant (quamvis lege Manlia ſancitum eſſet, ne quis patricius in arce vel capitolio habitaret) quod is illud ſua virtute Gallorum obſidione liberaſſet & alias quoque res huic æquales vel majores perfeciſſet, verùm quia inter ipſum urbis pomœrium rem tantam geſſerat hoc reliquis ejus factis illuſtribus antepoſitum fuit, & quanquam ubique in omnibus regionibus evenire ſoleat, mutatis dominis leges quoque mutari & mores, una cum præpoſitis ipſis, prout etiam

Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.

Per crebras tamen mutationes quas Roma ſæpe paſſa eſt à Camilli poſteris ablata nunquam fuit hæc prærogativa, præter Syllæ Conſulis annum, quo iſta familia graviſſimas perſecutiones ſuſtinuit, ideo quod Marij Conſulis partes ſequeretur, donec Syllo mortuo, J. Cæſar Dictator rerum potitus omnibus Romanis exulibus reditum in civitatem conceſſit.

73. QUÆST. *An ſorte magiſtratus eligendus?*

Id factum fuiſſe non tantum ſacræ literæ 1. *Reg. 10. v. 20. Num. 16. 26. 33.* ſed etiam profanæ hiſtoriæ in Romulo & Remo, & aliis oſtendunt: Ita apud Athenienſes fabis in hydriam conjectis, alii teſſeris albis, & nigris globulis, calculis auratis, vel aliis ſignis uſi. Ita primus Phrygum Rex deſignatus ex oraculo, quod reſpondit, eum eligendum, qui die altero primus templum ingrederetur, obſervata re Gordium quendam ruſticum ſummo manè ad agrum feſtinantem & ſibi plauſtri lora bajulantem primum ingreſſum & regem creatum, & in rei perpetuam memoriam lora in templo ſuſpendiſſe ita perplexa, ut indiſſolubilia viderentur, nullibi apparente eorum principio & fine, edictoque ſancitum oraculi monitu ut qui dein eum ſolveret, is regnum acciperet, quod quidem per ſæcula probatum à nullo autem factum eſt, donec Alexand. M. cum ſolvere non poſſet, enſe nodum ſolvit, dicens nil intereſſe quomodo ſolvatur modò ſit ſolutus, Bruning. *de Homg. Concl.* 118. Verùm tales modos alii improbant ideo quod rem tantam ſorti & fortunæ committere, eſſet civitatem quaſi jactu aleæ perdere, cùm ſors ſæpius cadat in fatuos, quàm prudentes, adeoque tentare fortunam, ubi conſilii locus eſt, temerarium ſit, Electio autem ſit tutiſſima, *Toloſ. de rep. lib. 4. c. 5.* Hoc tamen admittendum aliquando ad diſcordiarum ſemina tollenda; Sorte potius, quàm ſuffragiis magiſtratus eligendos, ubi temporum conditio & neceſſitas hoc expoſcit aut æqualitas 2. vel plurium candidatorum, per omnia parium apparet, Knipſchilt. *lib. 2. c. 8. n. 28.*

Q. II. *Quid ſi ſtatuto civitatis cautum, ut patritiorum habeatur ratio in honoribus & magiſtratu deferendo (ut Venetiis, Norinb. Luneburgi) & non adſint patritij, vel ij ſint inhabiles, an alij plebei admittendi?* 74

Affirm. Juriſconſultus. *in l. ut gradatim. 11. §. 1. de Mun. & hon. fac. l. eos qui. 12. decur. l. reg. 7. l. honor. 12. l. plebei. 14. de mun. & hon.* ubi imitari veteres Rom. non inconſultum erit, qui in defectu patritiorum ne ampliſſimus ordo dedecus incurreret, plebejos primò patritiorum albo inſcripſere, poſtea in ſenatum legerunt, uti Veneti in Bello Genuenſi edixerunt, qui pecunia remp. juviſſent, eos in numerum ſenatorum eligendos, ita ut dignitas patricia poſteris maneret.

75 Q. III. *An in deligendis Magiſt. ratio ætatis habenda?*

Affirm. Sic Moyſi præceptum ut 70. ſeniores populi deligeret conſilii cauſa *Num,* 11. *v.* 16. *Deut.* 1. *v.* 23. & communiter ſeniores populi in S.S. vocant magiſtratus, annorum enim multitudo docet ſapientiam, *Job.* 12. *v.* 12. & Ovid. 6. Metam. *ſeris venit uſus ab annis*, juxta Bald. *in c.* 1. *n.* 1. *de rt nunc. & l. ſenium* C. *de Teſt.* Plus valet umbra ſenis, quam gladius juvenis. Juniorum enim conſilium fragile, *l.* 1. *de Minor.* quia ſeipſos Juvenes regere non poſſunt, §. 15. *Inſt. de Exc. tut.* *l. nemo C. de leg. tut. Va terra cujus Rex puer eſt. Eccl.* 10. *v.* 16. Jus etiam Civile ante Anno 25. ad Civitatis Conſilium neminem admittit, *l.* 8. *de Muner. l. ſi pater.* 8. C. *quando prov. non eſt neceſ.* ut enim novelli Citharædi multas chordas, ita Juvenes rempub. ſæpe perdunt, niſi fortè ætatis defectus maturâ prudentiâ ſuppleatur, unde Valerium Corvinum Anno ætat. 23. ad conſulatum promotum legimus, Neronem Anno 20. Conſulatum iniviſſe, refert Tacit. *lib.* 12. alios allegat Chockier. *lib.* 3. *Polit. Aphor. c.* 5. ubi refert facetum Venetorum factum, qui miſſis 2. legatis imberbibus ad Imp. Frider. cùm non admitterentur ad audientiam, eò quòd non niſi grandes natu admittere ſoleret, rogârunt Cæſarem, ut ſaltem ad colloquium ſuper re legationem non concernente admitterentur, ægrè admiſſi dixerunt Cæſ. Majeſt. ſi Reſp. Veneta prudentiam putaret in barbis inveniri, hircos 2. ad V. Majeſt. miſiſſet; quod adjuvat vulgatum:

Quòd ſi barbatum faceret ſua barba beatum,
Nullus in hoc circo foret beatior hirco.

Cæteris tamen paribus ſeniores præferendi. In defectu autem majorum idoneorum minores admitti ſuadet ratio poſt text. *l.* 11. *de decur. l.* 1. C. *qui & adv. de reſt. in integ. l.* 1. C. *qui æt. vel pioſ.* ſicut expedit juxta annoſas arbores novellas plantas inſerere, quæ intereuntibus veteris ſuccedant, *Toloſ. de rep. lib.* 24. *c.* 6. *n.* 2.

76 QUÆST. *An Indigenæ extraneis præferendi?*

Affirm. Schonb. 2. *p. lit.* 5. *Toloſ. de rep. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 9. *Chockier. in Theſ. lib.* 3. *c.* 6. *per totum.* Originarii enim melius cenſentur ſcire mores patriæ ſuæ, *c. quoſdam c. quanto de Præſumpt.* Et potius eligendi ſunt prætores, qui habent larem in urbe, quum qui ſunt in provinciis, *l.* 2. *de offic prat.* Epiſcopus eligendus eſt ex gremio, etſi alii digniores inveniantur, *c. nullus diſt.* 61. Imp. eligendus non niſi gemanus, Reinck. *de reg. ſac. lib.* 1. *claſ.* 3. *c.* 4. *n.* 2. Aſſeſſores etiam originarii ex quovis circulo aſſumendi, Mynſ. 6. *obſ.* 30. & hic nos Venetiis, apud Helvetos, Genuæ, in aliiſque urbibus Italiæ. Item in Germ. Argentinæ, Norinberg. Auguſt. Francof. Magdeburgi, Hamburg. Eslingi teſte Knipſch. *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 110. Quamvis pro temporum diverſitate unum aut alterum adhibere non inconſultum putet Chock. *d. loc. p.* 263. allegatis ad hoc exemplis.

QUÆST. *An ſtatuta & jura municipalia civitates condere poſſint, quibus ſubditi parere teneantur?* 77

Affirm. Traditur *ad l.* 9. *omnes populi de I. & I. Reinck. de reg. ſac. lib.* 1. *claſ.* 5. *c.* 6. *n.* 7. *Geil. de arr. c.* 7. *n.* 14. cùm in ſuo diſtrictu principem repræſentent, ut ille Univerſales ita hæ particulares leges condunt, ut Epiſcopus aliàs in Epiſcopatu ſuo, *c. feſtiv. de Locat. & c. c.* 2. X. *de Maj. & ob.* Dux in Ducatu, Comes in comitatu ſuo, *facit l.* 2. C. *de offic. præfer.* facit huc *l. Antiochienſium de reb. aut Jud. poſſ. l.* 3. §. *divus de ſep. viol. Beſold. de jur. univ. c.* 8. *n.* 6. *l. Item eorum* 6. *in p. quod cuique un. l. prohibere* 3. §. *plane v. hoc ita quod vi aut cl.* Cum enim collegia licita mercatorum, ſartorum, aliorumque opificum, ſtatuta facere poſſint, *l. fin.* C. *de juriſd.* multo magis civitates, quæ quod ſi diſponant de iis quæ J. civili non ſunt deciſa maximè utilitatis ſunt, *l. de quibus de ll.* ſi deciſa ſint juri conformia, vel declaratoria adferri non eſt abſonum, & licet olim nulli præſidi vel Præfecto prætoria contra jus commune ſtatuere liceret, *l. formam* C. *de off. præf. pact.* Hodie tamen civitatibus id licet. *d. l.* 3. *cunct. l.* 6. §. 1. *quod cujuſque un. Geil.* 1. *obſ.* 36. *n.* 1. & 2. *obſ.* 124. *n.* 2. niſi forte ll. Imperiales clauſulam habeant derogatoriam.

Q. *An ſtatuta nova fieri poſſint contra vetuſtiora?* 78

Quamvis ut legum ita ſtatutorum mutatio periculoſa ſit, ut victus mutatio ſanitati officere ſolet, mutationem enim juris ſequitur mutatio morum, morum mutationem ſequitur novitas, hæc autem movere, & quaſſare ſolet remp. unde apud Locrenſes ſi quis novam legem rogare vellet jubebatur collum laqueo inſerere, ut ſi lex videretur bona

abiret

Digitized by Google

abiret incolumis, ſin diſpliceret, ſuffocaretur laqueo, *Tolo. lib. 10. de rep. c. 5. Schönb. 3. polit. c. 9.* ut proinde Lycurgus quo ll. ſuis æternitatem daret, jurejur. obligatis Spartanis ſe ex iis nil mutaturos donec reverteretur, conſulto oraculo Delphico profectus Cretam, perpetuum ſibi exilium indixerit, & abjici poſt mortem oſſa in mare juſſerit ne iis relatis Spartani ſe jurej. ſolutos etiam ll. liberos putarent, *Juſtin. lib. 7.* Si tamen evidens utilitas aliud poſcit, non eſt dubium quin mutari poſſint; ut quæ civili ratione & auctoritate nitantur *§. pen. de I. nat.* cum non ſemper utile ſit, quod aliquando utile fuit, *l. un. C. de Cad. toll.* & hic dies aliam vitam & alios mores poſtulet, cum nihil inter homines firmum ſit, conſtans, perpetuum, & ſtabile, *Nov. 7. c. 2. l. 2. §. ſed quia. C. de Vet. jur. enucl.* Prout & Deus ipſe ex his quæ in vet. teſt. ſanciverat nonnulla in novo mutavit, *c. non debet.* X. *de conſang. & aff.* Non obſt. quod prius ſtatutum vel vetus rationabile ſit, ergo novum ab eo diverſum irrationabile, adeoque nullum, *c. 1. deſt. 5.* Reſp. Fuiſſe vetus priſcis temporibus rationabile, reſpectu temporum & circumſtantiarum præteritarum, jam autem tale eſſe deſiit.

§ II.

DE CIVITATIBUS IMP. IN SPECIE.

79 Conſtat iis qui vel primis labris ſtatum Imp. noſtri deguſtarunt, Senatum civitatum Imp. in duo Scamna dividi, unum ſcamnum Rhenanum, die Rheiniſche Banck / quod occupant civitates ad Rhenum, item Lubeca, Alſatiæ, Saxon. & Thuringiæ, Alterum Suevicum, die Schwäbiſche Banck / in quo reſident Sueviæ, circuli Bavar. & Franconiæ Civitates *Vehm.* Verbo freye Reichs-Stadt / quorum origo hinc nata eſt quod olim conventus æſtate cœlo ſereno ſub dio celebrarentur, & longa ſcamna ponerentur, in quibus, ſtatus eorumque legati ſederent, quod autem aliquando ſtatus in Comitiis non ſederint, id vel ob anguſtiam conclavis, vel ob reſpectum erga Electores & Principes factum.

In Scamno Rhenano ſunt

80 Cölln.
Aach cum proteſtatione contra Cölln.
Straßburg / } alternativè.
Lübeck / }
Worms / }
Speyer.
Franckfurt.
Hagenau.
Colmar.
Schledſtadt.
Goßlar.
Bremen.
Mühlhauſen.
Nordhauſen.
Weiſſenberg am Rhein.
Landau.
Ober Ehenheime.
Kayſersberg.
Münſter in St. Greg. Thal.
Roßheim.
Türckheim.
Dortmund.
Fridberg.
Wetzlar.
Geilhauſen.
Herverd.

Schwä-

Schwäbiſche Banck.

81 Regenſpurg.
Augſpurg.
Nürnberg.
Ulm.
Eßlingen.
Reütlingen.
Nördlingen.
Rotenburg an der Tauber.
Schwäbiſch Hall.
Rothweil.
Uberlingen.
Hailbrunn.
Schwäbiſch Gemünd.
Memmingen.
Lindau.
Dinckelſpiel.
Biberach.
Revenſpurg.
Schweinfurt.
Kempten.
Winsheim.
Kauffbeuren.
Weil
Wangen.
Iſin.
Pfullendorf.
Offenburg.
Leutkirch.
Wimpffen.
Weiſſenburg an Nordgau.
Giengen.
Glengenbach.
Zell.
Buchhorn.
Aalen.
Buchau am Federſee.
Bopfingen.

De quibus ordine præcedenti hoc capite per partes agemus,

82 Colonia Agrippina olim præcipuum Ubiorum oppidum fuit Romanorum dein Colonia Agrippina dicta vel ab Agrippa, qui Ubios trans Rhenum in fidem ſuam ſuſcepit, vel ab Agrippina Claudia d. Germanici Cæſaris Claudii conjuge, & Neronis matre, ibidem genitæ, An. Chriſti 17. huc Coloniam deduxit: & ſuum nomen indidit cujus gratiæ dedit Claudi. Imper. cum Rom. Sen. ut civium & Veteranorum Colonia huc deduceretur & integræ nob. legiones, plurimaque millia eq. famil. ex 45. Rom. tribubus deducta & ſeminata ſint. Unde in Germania inferiore Agrippinenſes Trajani beneficio Italici Juris dicuntur *l. 8. §. 2. de Cenſib.* licet originis ſint Germanicæ. Recepti autem in jus, terras, & Imperium Romanum fuerunt Ubii, anno ante natum Chriſtum 14. Sexto Saturnino & Lucretio Vaſpillone conſulibus, eoque tempore quo B. Virgo nata fuit, quam Chriſtum peperiſſe Anno ætatis ſuæ 14. tradunt, id, quod ſeq. deſignatur Programmate German. Als ich Anna hatt geboren/die ſeeligiſte Mutter / Anagr. Iſt die Reich-Stat Cöllen ahm erſten abngebauet. Unde hæc Urbs B.V. Coæva & Collectanea dici poteſt, & in ejus perpetuam memoriam Nativitas B. V, in Sacello Senatorio ab omnibus reip. Col. patribus conſcriptis ſolenniſſime peragitur, & Senatores ſemper ante ingreſſum curiæ in ea miſſam audiunt, quique ſacro non interfuerunt ante, in curia pro præſentibus non habentur nec præſentiis aliis Senatoribus diſtribui ſolitis fruuntur. In hac urbe Vitellius à militibus Rex proclamatus, hic Trajanus conſentiente Nerva Imp. ſuſcepit, Imperii urbs manſit usque ad Conſtantium Conſt. M. patrem ſub quo à Francis occupata, ſub Juliano Imperio rurſus ſubjecta, ſub Valent. Gratiano, rurſus Francis ceſſit, donec Otto M. eandem Anno 944. Imperii reſtituit & privilegiis auxit & fratri ſuo Brunoni Archiepiſcopo defenſionem ejus commiſit, qui pontem à Conſtantino hic factum, in qua nocte cædes & rapinæ frequentes erant deſtruxit & templum S. Panthaleonis extruxit, Anno 949. Eandem urbem ſub finem Imperii Frider. I. Archiepiſcop. Colon. Philippo muris novis cinxit, quod factum fuiſſe ait Gelen.

Digitized by Google

Gelen. *p.* 243. Anno 1497. antiquæ urbis muris, & portis dejectis, ruderibus vero ad novum murum applicatis à porta Filtzengraben, usque ad turrim Bavaricam, & altius elevatum ex mulcta fœneratorum, Gelen. *p.* 86. & civium ſtadio etiam inconſulto Epiſcopo Imper. Friderico approbante, P. Crumbach. *in hiſt.* 3. *Regum*, *p.* 781. qui adhuc extant muniti 83. turribus, & duplices foveæ ſunt, 34. portæ quibus noviſſimè adjecta ſunt nova propugnacula. Variæ ſubinde inter Arch. & cives ortæ ſuere lites, An. 1064. cum Annone, cum Conrado, morte Frid. I. primi vacante Imp. ejus ſucceſſore Engelberto, ſub Imper. Rudolpho, Adolpho & ſub Sigismund. cum Dieterico & aliis. An. 1442. Friderico IV. Imperatori civitas homagium præſtitit, ipſeque privilegia confirmavit, cumque Anno 1469. huc rediret, præter alia jura monetandi, & telonii conceſſit, Anno 1486. Maximil. Rex Rom. & Anno 1494. jam Imp. jusjurandum à civibus recepit. Idque noviſſimè repetitum 10. & 20. Martij Anno 1660. Leopoldo Invict. Rom. Imp. Legato ad hoc Comite de Gronsfelt, urbs ad Rhenum inſtar Lunæ extructa ad ejus amplitudinem quod attinet. Anno 1427. Sponſione ſumpta 1300. fl. inter certos dynaſtas facta compertum eſt Gandavum Lovanio, in circuitu tribus virgis minus; Leodio quinque, Colon. Agrippinæ 15. Lutetiæ Pariſiorum, ſeptem virgis antevertiſſe magnitudine. Ambitus autem Gandavi extrorſum 10. & amplius miſſiarium Italicorum, Golnitz. *in Vlyſſ. Belgico de Gandavo pag.* 19. Et nunc Geometræ deſcripſerunt, intra muros eſſe 1307. Jugera 58. virgas ſed intra 2. circumſitas foveas 1434. Jugera, 150. virgas. Circuitum urbis eſſe 5989. paſſuum computatis quinque pedibus pro paſſu unico tradit Gelen. *p.* 243. amplitudo ejus & populoſitas hinc etiam colligitur, quod Anno 1312. Cometa periculum præſagiente orta peſtilentia tertia pars hominum in hac urbe extincta ſit ad 30. millia, Moguntiæ 16000. Treviris, 20000. Wormatiæ 6000. Spiræ 9000. Argentinæ 13000. & Baſileæ 14000. perierint. Ejus initia bene deſcripſit Gelen. *in Col. Claud.* quo cupidum Lectorem remitto,

Hoc inter alia memorabile, cum Agrippinæ Claudius Coloniæ moraretur, paulo ante ejus obitum ignem viſum, quem magnis hiatibus terra emiſit, nec aqua, nec humore extinguibilem, qui ſaxis tantum, & pannis opprimebatur, *Fulgos lib.* 1. *Majol. tom.* 2. *Canis. Coll.* 22. *p.* 501. Comitem de Newenar certam Jurisd. ſpeciem habere, ut & Comites de Benthem, & poteſtatem gladii Comites Arnsbergii, indubitatum eſt, ſed hæc cum aliis juribus ad Archiepiſcopos Colonienſes pervenit *Weh. pr. obſ. verbo* freye Reichs Stadt. Inſignia urbis tres Coronæ ſunt, ſignantes 3. Reges aut Magos, qui Chriſti nativitatem ab oriente venerati ſunt, qui ſub Frid. I. Ænobarba per Archiep. Colon. Rainolphum Mediolano huc tranſlata ſunt hâc occaſione. Cùm Mediolanenſes rebellarent, datam fidem fallerent, & in Auguſtam contumelioſi fuiſſent, ac propterea civitate ſolo æquatâ SS. Corpora Imperator donaret Colonienſi Præſul. olim ex Perſarum regno Conſtantinopolin per Helenam Conſtant. matrem, & hinc Mediolanum tranſlata 3. Reg. Corpora, quæ hic 671. annis fuerant accepit ſeq. modo. Anno 1268. cùm obſidione cincti fame preſſi ſe dederent Imperatori Mediolanenſes, promiſſa impunitate cum certo modo, uno excepto primario viro rebellionis autore, Gualfago Angleriæ Comite, cujus ſoror erat Abbatiſſa in loco ubi hæc corpora aſſervabantur, quæ ut fratrem ab Imp. vindicta ſervaret Archiepiſcopo corpora promiſit, ſi fratrem reconciliaret vel liberaret, qui ſciens iram Imp. hoc unum expoſtulavit ut ſibi pro munere daretur, quod Abbatiſſa exportaret, quod cum indulſiſſet Imp. illa fratrem humeris evexit, ita præter Imp. mentem frater præſervatus à morte *Crumb. c.* 23. & ille Sanctorum reliquias ex pacto accepit quas Coloniam nocte præmiſit, à quibus etiam Gym. trium Coron. nomen accepit *Crumb. Medd.* 3. *de acad. t. de Gym. Col. pag.* 517. excogitata inſuper fraude, ſparsâ fama tres amiciſſimos ſuorum peſte deceſſiſſe, quos paratis tribus diverſis loculis in patriam remittaret, (quia Palatino & Leod. eorum ſpes à Cæſare facta) *Crumb. t.* 3. *lib.* 2. *c.* 21. appoſitis equis verſo modo ſoliis vel calceis ut intrantium non exeuntium apparerent, veſtigia propter aliorum principum invidiam & inſidias, quæ totius provinciæ armis glorioſè excepta & inducta 13. Julij Coloniæ & in metrop. Eccleſ. recondita in arcâ ex auro & gemmis facta, aſſervantur; Situs ipſorum in

arcâ pronus eſt, quaſi adhuc provolutorum ante Dei incarnati majeſtatem, & fermè integris corporibus, nervis, cute aridâ ac imputribili conſpicitur ope ut putatur balſami aliorumque Arabiæ liquorum, quibus olim corpora curari mos erat,. Tumba includitur magnificè ædiculæ ex ferro tali inſcriptione:

Corpora Sanctorum loculis tenet iſte Magorum,
Indeque ſublatum nihil eſt alibive locatum,
Sunt juncti Fœlix, Nabor, Gregorius iſtis.

Fruſtra autem curioſè nonnulli inquirunt, an Magi iſtam cognitionem de nato Rege ex contemplatione aſtrologica ex obſervatione conjunctionis & conſtitutionis planetarum, an verò ab Angelis bonis vel malis habuerint, vel ex oraculo Sybillæ Erythreæ vel alio quocunque modo. Anile & ridiculum eſt commentum Regem Melchiorem à filio ſuo nocte nativitatis genito audiviſſe vocem: Hac nocte natus eſt noſter Salvator, Balthaſarem eadem hora audiiſſe vocem volantis columbæ ex arbore balſami: Hac nocte generis humani natus eſt Salvator; Caſparum vero habuiſſe Struthiocamelum ex cujus ovis ipſa nocte nati Chriſti ſint excluſi leo & ovicula exclamantes: Hodie natus eſt puer, qui Deus ſimul & homo. Verior autem eſt aſſertio ex apparatione ſtellæ de re nova certiores factos fuiſſe Magos. Inventum fuiſſe puerum in Bethlehem in ſtabulo probat text. *Matth.* 2: 9, 8. ante purificationem, & poſt hanc peractis omnibus ſecundum legem parentes Chriſti reverſos in Galileæ civitatem ſuam Nazareth, *Luc.* 2. Stabulum autem & præſepe pro regionis & ſæculi indole intra Saxa fuiſſe inciſum contenditur; Cum Hieroſolymitana & Bethlemitia regio lapidoſa ſit & petroſa, *teſte Strabone lib.* 16. & ideo locus nativitatis ſpelunca à SS. Patribus vocatur, in quam per gradus aliquot deſcendendum eſſe referunt, qui ea loca viſitârunt, præſepe verò marmoreum quoad longitudinem 5. Spitamarum & dimidiæ quoad latitudinem verò 4. & dimidiæ multi contendunt, quamvis Romæ in Baſilica S. M. Majoris præſepe ligneum oſtendatur, in quo Chriſtus jacuerit. Munera oblata à Magis non incongruè ſtrena dici poſſunt, quæ non tantùm primò anni die ſed anni principio dari conſuevit, ibi aurum ut Regi, Thus ut Deo, Myrrham ut homini obtulerunt, quæ ulterius indagare ratio propoſiti non concedit.

Hi à Tyranno Inedia & variis tormentorum generibus ſuperatis, capite plexi juxta portam Civitatis Laudenſis, ad flumen cui nomen Schelera, à Chriſtiana muliere Sabina d. in ſuo prædio ſepulti, Mediolanum delati ibique tempore S. Ambroſii in honore habiti, Mediolano Coloniam etiam tranſlati ſunt. De hiſce gentium primitiis Anno 1654. noviſſimè hiſtoriam conſcripſit P. Herman. Crombach Societ. Jeſu Sacerdos: ad quem cupidus Lector recurrere poteſt. Hoc curioſum quòd hic Salisburgi & alibi invaluit mos in ſ. p. Germ. die feſto & pridie 3. Regum literis primis nomina poſtes vel januas ædium cum cruce ſignare, de quo more P. Crombach. *tom.* 3. *lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 715. Lutherus in confabulat. ait, has literas deſignare dæmonem iis in locis nullas vires habere, ſed ſequenti ſarcaſmo ſcurriliter perſtringit, Peregrino interroganti, quid denotarent, reſponſum eſſe, quod illæ 3. literæ virtutes exprimant Principum, Comitum, Nob. qui amant eſſe Caupones, Braxatores, Molitores, & per hoc ad ſe trahunt omnem mercaturam & lucrum; civium, cùm ulteriùs idem interrogaret, quid crux vellet, reſponſum, ab illis eſſe cavendum, hæc Lutherus. Pro decentiori cuſtodia hujus theſauri cùm Eccleſia Colon. Anno 1247. incendio conflagrâſſet, ſub Frider. II. Conradus ab Hœſteden, Anno 1248. Archiepiſ. Colon. novæ Eccleſiæ fundamenta jecit, tota templi moles ex vivo ſectoque conſurgit lapide, cui ſi extrema eſſet addita manus, nullum omnino Germaniæ hoc templum ſuperaret, *ut ſupra in c. de Elect. Colon. dictum.* Alii ideo triplicem coronam urbem geſtare volunt, quia urbs Academia, Politia, & Eccleſiaſtica Hierarchia inſignis eſt, licèt autem multis retrò annis hic ſtudiorũ Gymnaſia fuerint, quorum adhuc tria extant Mon. Laur. & PP. Societ. Tamen univerſitas Anno 1388. confirmata fuit. Politia reip. Conſulibus Senatoribus in XXII. tribubus conſiſtit, quarum ſingulæ ſuos habent tribunospl. ſuprema urbis dignitas conſularis eſt, duum virorum quorum adminiſtratio ex 6. electis ſingulis 3. annis ad duos in orbem redit. De Hierarch. Eccl. ſupra de Elect. Colon. dictum. Pro Coronide addit Werdenhagen *Rerump. 6. Hanſeat. p.* 4. *c.* 2. *pag.* 776. Quicquid laudabile, & glorioſum de

Digitized by Google

de omnibus Imperii Civitatibus ſcribi, & prædicari poteſt, id omne in unâ confluit Coloniâ, quæ ſuper Jeruſalem, Romam, Conſtantinopolim, Treverim, Moguntiam, &c. hæc ille.

Aquisgranum nomen habet inde, cum no-
81 biles Rom. Coloniam incolerent, Dux Granus frater Neronis & Agrippæ, Thermas hoc loco invenit vel Aquas calidas, quibus delectatus urbem condidit d. Aquasgrani ſive Aquisgranum, ſita urbs inter Rhenum & Moſam, inter ducatum Juliæ, & Brab. & Epiſcopatum Leod. 10. mill. circiter Juliaco diſtat 4. Trajecto, totidem Marcoduro, 6. Leodio, 6. habet domos balneatorias, in qua urbe antehac ad 3. mill. ædium, eſt in diœc. Colon. conſecratio Imper. incumbit ex A.B. urbem ab Hunnis vaſtatam Carol. M. reſtauravit Palatio regio & templo B. V. conſtructis, qui hic frequenter degit. Quòd autem Carol. M. Aquisgrani frequenter moratus ſit, id eveniſſe alii ajunt ut Thuan. ob loci amœnitatem, alii Carol. protervæ Fœminæ amore captum ità fuiſſe ut poſt obtentas tot celebres victorias, *Veneri* deditus, Imperium parùm curaret, in tantùm ut eam mortuam oſculis & complexibus proſequeretur, nec fœtentem deſereret, donec Archiepiſcopus Turpinus rem magica arte procuratam ſuſpicatus cadaver excutiens annulum ſub ejus lingua latentem invenit, & ſuſtulit, quo facto Carol. altero die cadaver accedens, quaſi ſomno evigilans fœtorem olfecit, ut removetur mandavit, amore in Archiepiſc. annulum geſtantem converſo, ne autem eo alius abuteretur dd. Arch. annulum in aquam projeciſſe, & hinc amore loci correptum Carol. ibi libenter vixiſſe & ſepulturam ſibi elegiſſe, prout Carol. M. Anno 814. ibi mortuus & ſepultus eſt in Eccleſia B.V. quam fundaverat, quod ſepulchrum Ott. III, & Frid. I. aperuerunt (ad pedes, à Carol. M. ſepultus eſt Otto) de cujus facti veritate multi non immeritò ob Carol. ſincerltatem aliaque, quaſi fabulam ſapiant, dubitant, *v. Lym. lib. 7. c. 2. n.* 4. quando autem Coron. Imp. alibi fit, ſolent Capitulares ab EE. convocati ornamenta, & Symb. Coronationis quæ in cuſtodia habent deferre; Carol. M. gladium, ſabulo, vel Perſico acinaci haud abſimilem, librum ceremoniarum, & alterum in quo Juram. à Cæſar. præſtandum inſcriptum. Oſſa & ſanguinem S. Stephani Protomartyris, ſuper quæ Rex jurat, ut factum tempore Maxim. I. Anno 1562. Ferdin. II. An. 1619. Francofurti, Item Gladii capulus ex auro & inſolitis pretioſis lapidibus, & cute ſerpentis obductus, Vagina autem parte monocerotis ornata, eoque Imper. Equites auratos creare ſolet, licèt alii velint gladio Norinbergenſi paulo graviore idem fieri poſſe, liber quoque Evangel. aureis literis ſcriptus in Carol. M. ſepulchro argento deaurato folio obductus eſt, 3. ſanguis S. Steph. in ciſtula auro puro & gemmis ornata aſſervatur, reliqua Clenodia, Norinbergæ ſunt in cuſtodia, quæ in coronatione adhibentur, ut ibi traditum. In Eccleſia Collegia S. Adelberti caput eſt Carol. M. item Caput S. Hermetis qui ſub Imper. Aureliano paſſus eſt, & plures reliquiæ quæ ſingulis ſeptenniis Hungaris aliisque peregrinantibus monſtrantur. Senatus urbis 129. conſtat perſonis, & Juriſdict. civitatis ad milliare in circuitu extenditur, vocatur das Reich von Achen/ eique etiam nobiles de Merode ſubſunt. Anno 1272. Comes Juliæ cum Filio & 450. viris ſecundùm alios 468. nobilibus in foro Aquenſi occiſi ſunt, eo quod Comes partes urbis Colon. ſectatus eſſet, cùm Aquenſes Archiepiſ. adhærerent, quæ res dein transacta & Dux Juliæ perpetuis temporibus Eccleſ. præpoſitum dat, & tertiam partem oblationum ex templo B.V. recipit. Cum hic nullum quam Cathol. religionis eſſet ſæculo ſuperiore exercitium, & Antwerpia ac ex Belgio, multi hûc profugiſſent & ſuſcepti eſſent Evangelici quos perſequebatur Dux Albanus, Anno 1568. hi Calviniſ dogmatis ſectatores ſeditione excitata plebem contra magiſtratum ſtimularunt, Anno 1572. qui cum religionis ſuæ exercitium impetrare non poſſent magiſtratum in exilium egerunt, ſententia tamen Cæſaris reſtitutum, negocio commiſſo Epiſcopo Leod. & Duci Juliæ, qui ut & Imper. ſeriò mandarunt ut ejectis Evangelicis Soli Catholici in ſenatum reciperentur, contra quod tamen neglectum, & Anno 1570. die S. Urbani utraque pars ſuos elegit conſules, Anno 1608. mortuo Duce Juliæ rurſus magiſtratus Catholicus ejicitur, ipſi vocati ad Cæſarem refugiunt; ad Vicarium autem Palatinum provocant, qui neglecta Rudolph. II. Cæſar. ſententia intruſum magiſtratum crimine abſolvit, cumque Exules confirmationem ſenten-

tiæ Rudolphi II. apud Cæſar. Matthiam urgerent, correſpondentes, cauſam ſuam fecêre religioſam, ſpargentes actus Vicarii à Cæſare in diſcrimen vocari, & bellum minantur, donec Albertus Archi-Dux Cæſaris ſententiam mandato Cæſaris contra rebelles Aquenſes executus eſt Anno 1614. per Spinolam reſtitutis Catholicis executione facta contra diverſas perſonas & ab hoc Anno 1614. usque ad Annum 1632. 19. Junii urbs hæc Hiſpanicum habuit præſidium poſtea claves ſunt reſtitutæ magiſtratui An. 1638. à March. de Grana obſeſſa, præſidium Cæſ. ſuſceptum, multa paſſa à Gallis & Vinarienſibus. Noviomago ex Gelria ut & Duisberga ex Clivia huc appellatur, licet de ſeſſione cum Colon. controverſia fuerit; teſte Lehnm. hodie tamen poſt Colon. ſecundum locum habet cum proteſtatione tamen gubernatio hujus Reip. fit per 128. perſonas numeratis inter eas 2. conſulibus ſingulis annis per libera vota Tribuum præſentatis, & à Senatu aſſumptis, atque ita à centenis annis ſervatum, præter has perſonas in Senatu majore comprehenſas extat adhuc minor Senatus, & Scabinale conſilium; unde ad cameram appellatur, & extendit ſe urbis juriſdictio in circuitu ad 2. milliaria, in pagis quam etiam exercet in nobiles ibidem poſſeſſionatos Zeil. *in cont. itin. Germ. c.* 21. Anno 1656. 2. Maji inter 8. & 9. hic apud Piſtorem juxta S. Jacobi plateam incendium ortum, quod vento flante ita auctum eſt, ut brevi tempore ex tribus millibus ædium circiter non ultra 300. vel 400. eæque minimæ remanſerint, templa autem & monaſteria una cum principali & curia variisque hominibus exuſta ſimul ſint, mercatores Ambſtelodamenſes multa frumenta igne perdiderint, ubi Colonia inter cives mox diſtribui fecit 200. maldera ſiliginis, Trajectum miſit panes & caſeos, intra 24. horas autem 260. ædes periiſſe ab aliis dicuntur, Clenodia Cæſarea tamen conſervata ſunt, quæ Anno 1658. civitas ad coronationem Cæſaream tranſmiſit.

85 Argentoratum urbs antiquitate Trevirenſi comparatur, ſicut enim à Trebetta Treviris, ita hæc à Trebetta filio Nini Trebesburgum dictum fuit, *Münſt. in Coſm.* Argentoratum ſive argentinam appellant, quod Cajus Jul. Cæſar domitis Helvetis & Hedvis, trajecto Rheno hanc etiam ſibi ſubjecit, & ei quæſtorem dedit, qui Cameram ſive ærarium publ. unde milites ſtipendia recipiebant pro tributis exſolvendis ob commoditatem Rheni, licet alii id Treviris tribuant, erexerunt. Strasburgum vero dictum vel mutatis litteris Tribusburgi, vel à platea, quia Attilla Hunnorum Rex flagellum DEI, Argentina etiam funditus everſa mœnibus dirutis, longam ex ea fecerit plateam, quæ adhuc hodie extat, ibidem d. die lange Straß vom weiſſen Thurn / biß zu St. Andreß. Alii Ottoni M. Cæſ. adſcribunt, quia Urbs Regi Franc. cum quo bellum geſſerat, adhæſiſſet, ſita eſt ad Rhenum in Alſatiæ Umbilico fere in finibus Germaniæ, quam Henricus II. Imp. rurſus extruxit. Comparatur à quibusdam Venetiis, quia per diverſos canales naves ferè ad omnes plateas duci poſſunt ea differentia, quod aqua Veneta ſalſa ſit, hæc clara, ſuavis, & dulcis, fundus Alſatiæ fertilitatis nomen denotat, quaſi Edelſaß / Eccl. principalis tempore Clodovæi lignea fuit, An. 1015. alia fundamenta poſita, & in 13. ann. usque ad tectum elevata, & Anno 1275. perfecta fuit; Anno 1277. Turris cæpta extrui, & Anno 1439. perfecta, poſtquam in templi & arcis fabrica 670. anni inſumpti ſunt, gradus hic numerantur turris 635. altitudo cenſetur 575. ped. oder Werckſchuch / & orbis miraculis adſcribitur. In Eccleſia hac principali organum habetur 2136. Pfeiffen / deren die gröſte 14. Maſſe / und etliche Maſſen hältet / Beſold. verb. Orgel / Mirantur alii altitudinem turris Cremonenſis, qui eo per Lombardiam ſeu Ciſalpinam iter faciunt, aut navigant, ſed Argentinenſis altior eſt, Majol. *Canic. tom. 1. col. 23. p.* 519. Alii turrim Bononienſem, alii S. Marci Venetam prædicant, ac licet quidam Landshuti in inferiore Bavaria ad Iſeram ſita urbe Eccleſiam S. Martini altiſſimam Germaniæ, eſſe velint, ubi major campana ponderat 9. centenar. Altior hæc tamen eſt, 560. gradus habet, artificio ſummo hic eſt horologium Anno 1574. perfectum, ad quod infra in templo 137. gradibus aſcenditur, darinn 2136. Pfeiffen / hic mortuo Imp. Tibicines & Muſici nunquam quieſcere dicuntur, ut alias paſſim receptum, fundant ſe in privilegio, quod non teneantur mortuo Imp. Regi vel Imper. Juramentum renovare, & ab Ottonis III. temporibus hucusque nulli Imper. homagium præſtiterint, ſic Frideric. IV. Anno 1473.

Jurar-

Juramentum ab urbe obtinere non potuit, nec modernus Imper. Poſtquam Argentinenſ. cum Helvetis fœdere ſe ſociarunt Frideric. Palat. id ægre tulit, quia eos Imper. devinctos ſine Cæſa-ſaris & ordinum conſenſu fœdus inire non potuiſſe ſuſtinere, de qua V. *Mag. de advoc. arm. c. 6. n.* 186. ubi tamen concludit fœdus licitum eſſe & contraria reſolvit. Cum autem hoc fœdus à quibusdam æmulis ob diſtantiam locorum vili penderetur, Tigurini rate ſecundo Rheno devecti pultem ex mileo & oriza confectum, adhuc calentem Anno 1576. Argentorato intulerunt, priſca ſimplicitate Germanica notare volentes, ſie wären ſo nahe Nachbauren/ daß ſie auch einen warmen Brey mit einander eſſen können/ *Mager. c. 8. n.* 417. licet enim jure noſtro vicinus dicatur is cujus vox exaudiri poteſt, *l.* 1. §. *Eodem ad Syllam*. vel qui in eadem via habitant, *l. ſi vicinus. C. de nupt.* Largius tamen hic vicinus ſumitur, pro eo, qui ſe confœderato facile jungere poteſt ut Helveti poſſunt Argentinenſibus, navigiorum uſu, licet non ita facile Argentinenſes ſe illis flumine adverſo jungant. Pons Rhenanus ligneus, qui habet 68. Joch/ jedes 22. Schritt / hat 3894. Werckſchuh. An democratia, ariſtocratia, vel mixtus in hac rep. ſit ſtatus diſcrepant Politici. Pro democratia v. *Lymn. de l. p. lib. 7. c. 3. n. 2.* cives in 22. dividuntur tribus, quarum duæ nobilibus conſtant reliquæ aliis civibus, ſingulæ ſuas habent ædes tribunitias, opificū quisq; ad ſuæ artis tribum adſcribitur, reliquis Profeſſ. & aliis liberalia tractantibus liberum eſt ad hanc vel illam accedere, ſingulæ ſenatorē eligunt, cujus dignitas tantum biennalis eſt, niſi reeligatur, biennio lapſo ſingulis autem annis dimidiis, media ſenatorum pars decedit & alia accedit. Olim ſumma rerum penes nobiles erat, hodie ſecus & Ammeiſteri vel conſules quibus ſumma poteſtas non ex nobilibus, ſed aliis honeſtis familiis eliguntur, licet ſenatus pro tertia parte adhuc ex nobilibus conſtet. Falſus hic eſt Bodin. *6. de rep. c.* 4. qui tradit hunc Ammeiſterum non eligi niſi ex coriariis, aut ſordidis opificiis deſcendat. Prodit hic ſuum affectum in Germanos Gallus, & ſuo more cuculat, licet enim quotannis Comitiis conſularibus ſenatus in pegmate juxta Cathedrale templum extructo populum adſtantem juramento adigat & proponat Eligendum eſſe von den Handwerckern/ tamen hoc nomine tam Patritii, quam plebei continentur, à nobilibus diſtincti. Inſigne urbis eſt rubr. ſtrada, in albo; in majore ſigillo habent ſalutationem Angelicam, in vexillo ſcriptum, Maria mater Domini, idque quia Ludov. Pium hanc B.V. dono dediſſe traditur, ſub cujus nomine ſi dignè colatur, non periclitabitur *Chaſſ. de Gall. reg. Jur. c. 5. p.* 175. S. Otthilia Argentorati olim culta, quæ circa Annum Chriſti 700. cœca à nativitate qui in baptiſmate viſum recepit, & vitam egit Monaſticam in Alſatia *Majol. tom.* 1. *Canic. coll.* 12. *pag.* 306. Hoc loco Ammeiſterus Argentinenſis Wolfgangus Schotterlein oculis ſuis vidit 17. filios & filias. 108. Nepotes, iii. pronepotes, & 2. pronepotum nepotes *Beſold. ad verb.* N[illegible]kommen/ ꝛc.

Hic in brephotrophio pulcher eſt hortus, & 4. hypocauſta in quibus ad 100. pueri & infirmi ab aliis ſeparati ſunt, quorum quivis proprium lectum, ſcutellum & poculum habet. Sicut autem jure Albinagii Fiſcus Regius in Gallia bona extraneorum ibi decedentium capit, ita Reſp. Argentinenſis idem exercuit Anno 1639. talionis jure in bonis Golſcher extraneo relicto hærede, Beſold. 4. Nach-Stamm / ꝛc. Hic adhuc aſſervatur æneum vas quod Anno 1576. Zurichii pulte vel olera impletum, antequam frigeſieret per Rhenum huc detulerunt & Argentinenſes tunc cum ipſis fœdus conciliantes aſſecurabant, quam cito ab ipſis ſuccurſum habere poſſent. Concludo cum Dieter. ad Beſold. *in præfat. ad lect.*

Urbem latini te vocant argenteam,
Cur non magis velut merearis auream
Doctos amas, doctos foves, doctos facis,
Doctos propagas orbem ad exteram procul
Hoc aureum munus magis eſt quam argenteum.

Lubeca alternat cum Wormatia in ſeſſ. & 85.
Collationibus ſingulis diebus, diſtat 8. mill. Hamburgo. Sita eſt in Holſat. non procul à littore maris Balthici ad & inter Drave & Suaire confluentem. d. Lubeck. à vel Luba piſcatore, qui primus hic tenues caſas poſuit, vel Lubeck, quaſi laudus Angelus, quod ſit decus urbium, in iſto littore, eſt limes Rom. Imper. in Germania unde hoc loco Anno 1629. in Majo inter Ferd. II. Imper. & regem Dan. Chriſt. IV. pax conciliata eſt. Urbs populoſa eſt, quod inde facile colligere licet, quia

Anno 1350. peſtis 9000. hominum & in feſto S. Laur. à primis veſp. usque ad ſeq. 1500. abſumpſit, ut & Anno 1547. homines 1627. mortui ſunt, quia negotiationibus exercendis propter mare, flumina, & portus opportuna eſt. Anno 1604. & 28. multum munita fuit, dicitur eſſe longa 2150. & lata 1300. paſſibus, oppidum ante ab Adolph. Holſatiæ Comite in urbem extructum, ſub Danorum aliquando Imper. fuit, quibus ejectis authoritate Frider. II. Imper. ſeſe in libertatem vindicavit, facta libera Imper. civitas Anno 1209. alii Frider. I. tempore, adſcriptam, Anno 1182. volunt, utrumque ſimul ſtare poteſt, nam proſcripto Leone, & Saxonia Bavariaque per Frider. Barb. pulſo Imperii urbs facta, ſed mortuo Cæſ. ad veterem Dominum reverſa, Danorum ſub Imperio 24. an. rurſus extitit, poſtea verò prælio cum rege commiſſo, in quo Ditmarſi à rege deficientes, & ſe Lubecenſibus conjungentes arma in regios converterunt, eosque in fugam conjecerunt Anno 1227. feſto Mariæ Magdalenæ quo die annuè adhuc pecunia in egenos erogatur, & populus ex ambone admonetur, ad agendas Deo grates, pro libertate recuperata, & tunc Frider. II. auctoritate plena libertate donata, in fide Rom. Imp. dein permanſit. Hic in proverbio ſunt nuptiæ Quatenſes quæ inde nomen habent, Cum in nuptiis eſſet frequentiſſima virorum & mulierum copia choreas agentium, ignis incognita origine domum invaſit, unde perempti fuerunt 180. utriusque ſexus, ſoli ſponſi nudi ex lecto evaſerunt incolumes circa Annum Chriſti 1440. Illud ait Brunus non tacendum incredibilem hujus Reip. potentiam arguere, quod una cùm Daniæ Rege non alieno, ſed ſui ærarii præſidio contra Sueciæ Regem privilegiorum cauſa in octennium ſociale bellum ſuſtinuerit, quod pacificationis medio, interveniente Imperatore, aliisque Imperii Principibus compoſitum fuit.

86 De Wormatia ſciendum ſicut Principalis civitas Mediomatricorum eſt Metis, civitas Leuticorum eſt Tulla, civitas Nemetum Spira, ita Vangionum eſt Wormatia, cis Rhenum ſita, antiquiſſimam, eam volunt eſſe 1500. Annos ante natum Chriſtum ſtetitiſſe, quæ urbi Trevirenſi cum aliis 4. Baſilea urbe Rauracorum Spira, Mogunt. Colon. Ubiorum fuerit tributaria, *Bruſch. de Epiſc. Worm.* Cum Tuiſconis filius Mannus Rex Tuiſconum II. patri ſucceſſit anno ante natum Chriſtum 2000. Anno 6. Semiramidis Aſſyr. Reginæ & 15. Anno Abrahami, cui Manno filius Trevir. fuit, hic vel ſecundum alios Trebeta, Nini, & Semiramidis filius d.d. urbes condidit; *Cruſ. ann. Suev. lib. 1. p. 11. c. 1.* ad Rom. devenit poſtea à Wandalorum Rege vaſtata anno 398. unde nomen Worms, à vermibus in copia in deſtructæ urbis ruderibus enatis, vel à Lindwurm / ibi reperto, quem in inſignibus habet, *Münſt. Coſmog. c. 180.* dici cœperit, à Clodovæo dein Francorum Rege inſtaurata. Huic Duces præfecti ſunt, qui dein apud Cæſares Germanos, adhuc fuerint, inter quos Conradus Cæſaris Ottonis gener, qui in prælio cum Ungaris habito, ad Auguſtam occubuit, & ultimus Dux fuit, Epiſcoporum dein authoritas crevit, ex quo multæ lites natæ, usque ad Annum 1509. quo tempore ſub Maximil. lites ad 300. annos protractæ cum hac urbe fuére. Olim ad 1200. Civium in urbe habuerunt, inter ſenatores 12. eq. in quorum numerum Ludov. Cæſar, duos filios referri fecit. Fuit ſub protectione Palatini, ſed, ei proſcripto Frider. Palatino, renunciavit, & Ferdin. II. ſolùm agnoſcére cæpit. Vix ullus locus eſt, in Germ. ubi toties Synodi, Concilia, Comitia, quam hic habita ſint, & ultra 200. Civitates, oppida, pagi, quotidie huc mercatum confluebant, hodie à priſtino flore decrevit, incendiis, tumultibus, ſeditionibus, bellis & peſte frequenter concuſſa, quibus calamitates hujus ſæculi ab An. 1620. 31. 35. 36. acceſsêre. Non procul à mœnibus antiquiſſima eſt turris antiqua forma Germánica exſtructa cum hac inſcriptione: Specula Vangionum. Anno 1348. à Carol. IV. Judæi olim ibi habitantes ut mancipia Wormatienſibus donata, Mager. *de Advoc. arm. c. 8. n. 295.* & quoties ibi Judæus moritur dare debet Camerario Capitulum; & è contra famulus ejus funus comitatur. Beſold. *v. Judex.*

De antiquitate urbis Spirenſis ſup. d. olim Nemetum urbs nunc Spira dicitur à pago & fluviolo vicino, qui nunc muro incluſus eſt, per Epiſcopum Rudigerum, vel à Græca voce Speira, quæ Cohortem ſignat, fuit enim hic locus ſedes aulæ Conſtantii Imper. qui cum cohortibus Græcis hic moratus eſt, cum adverſus Alemannos bellum ge- 87

geret,

reret, & extat ibi vetus monumentum Conſtantis Chlori, in lapide portæ Wormatienſis, qui hic matrem Claudiam ſepelivit. Carol. M. etiam hic palatium conſtruxit, & cum aulâ ſua habitavit An. 788. Celebris urbs eſt, tum adminiſtratione politica, tum Epiſcopatu, tum Camera quæ ſupremum Imperii tribunal eſt, inter quam & ſenatum variæ controverſiæ, ut colligere licet in Deputationis Abſchied zu Speyer / *Anno* 1600. *§.* betreffend / 143. & *Ord. Cam. p.* 1. *t.* 5. *a.* *§. fin.* Anno 1166. S.Bern. Spiram venit à Cæſ. Conrado hoſpitio exceptus, quem miraculis clarum in concurſu populi, qui eum videre deſiderabat, Imperator à preſſura ſuo pallio protexit. Porro ſicut olim nec certa fuerant judiciis deſtinata loca, ſed curiæ ambulatoriæ erant, exemplo Samuelis 1. *Reg.* 7. *v.* 15. Adhæc Judicia non ſub tectis, ſed ſub dio aut in portis habita fuerunt, prout Debora Propheti ſſa judicabat populum ſedens ſub palma *Jud.* 4. *v.* 4. Et Principes Electores Wenceslaum Imperio depoſituri propè Lanſtein ad Rhenum in campo patente An. 1400. ſuper ſedem, quæ adhuc extat, & dicitur König Stuhl quam ſub denſis arborum comis erigi fecerunt, ubi ſententiam exauctorationis contra eum tulerunt; Freher. *ad Petr. de Andlo lib.* 2. *c.* 2. Militaria quoque judicia intra cancellos ad id factos ſub dio ſolent haberi; Rotwilenſis Judicii initium ſub Cœlo extra urbem fuit, & ad hoc ſedilia ſaxea conſpiciuntur, quin & apud Judæos in portis habita, *Deuter.* 16. *v.* 18. 17. *v.* 8. *Jud. v.* 11. 1. *Reg.* 7. *v.* 7. Unde illud notus in portis *Prov.* 31. *v.* 23. Sic quoque teſte Lehmann in der Speyeriſchen Chronick / ꝛc. Spiræ judicia publica in via celebrari ſolita fuerunt vel in parva domuncula abſque hypocauſto juxta viam in foro coriario haberi conſueverunt hyeme ad ignem carbonarium, *Speid. in* Bericht.

88 Francofurtum ad Mœnum Civitas olim Helenopolis dicta, à Conſtant. M. matre Helena nunc Francfurt. dicitur, quaſi Francofurtum vadum, der Franckenfurt / quia Marcomirus filius Francus, Francos huc velut in Coloniam deduxit. Vel quaſi Francken Orth / quia juxta Franconiam ſita eſt, ſive in finibus Franconiæ, & ſuperioris Haſſiæ ad Wetteraviam juxta Mænum, qui urbem dividit & ponte Anno 1035. cæpto; lapideo; utramque conjungit, quarum una major nomen Francofurti retinet, altera Saxenhauſen, ſeu domum Saxonum vocatur, utraq; eodem Jure, & magiſtratu regitur, (qui 43. conſtat perſonis) Carol. enim M. ab una parte Mæni Saxones, ab altera caſtra locarat, Carolus autem hic per Mœnum viam invenit, militemque duxit, & Saxones inopinatos obruit, licèt ante Carol. M. urbs hoc nomen habuerit, à vicino vado, tamen per hunc adjecta eſt notatio, nam & ante eum hic Pipinus Carol. M. pater Capellam in honorem Salv. fundavit, quam Carol. M. Anno 794. reditibus auxit, quæ nunc eſt; cui chorus additus Anno 1315. & Collegiata Eccleſia S. Bartholomæi hic habita Synodo Hæreſis Felicis & Elipandi damnata, ut ante ſub Zachar. Papa Anno 742. Magia damnata. Poſtquam Imper. in curia der Römer dictâ electus eſt in d. Eccl. S. Barth. conſecratur, & dein prandium in Curia habetur, Anno 1142. Cæſ. Conrado hic comitia agente, S. Bernardus, varia patravit miracula; Civitas olim anguſtior Anno 1341. ampliata, & novis mænibus ac foſſis munita, quæ magis Anno 1628. fortificata fuit. Ob loci commoditatem cum Conſtantinus Arelati annua Comitia conceſſiſſet, quæ Carol. M. Moguntinam tranſtulit, Fridericus verò II. Francofurtum deſtinavit, propter conventum annuum ibi haberi ſolitum, ut rerum omnium copia eſſet, conventu poſtea ceſſante nundinæ manſêre, usque ad Elect. Carol. IV. & Guntheri, cumque hunc Francofurtenſes in urbem recepiſſent, Carolus nundinas Moguntinenſibus reddidit, quibus Guntherus Fridbergenſes Paſchales ſubſtituit, cum autem Guntherus Carolo cederet, Francofurtenſibus Moguntinas, autumnales, & Fridbergenſibus, Vernales, datis 2000. marc. quæ receptæ ſunt à Judæis, reſtituit & reliquit *an.* *Cruſius Suev. lib.* 5. *c.* 2. *p.* 3. Sicut autem Impp. hic eligi ſolent, ex A. B. præſcripto, *t.* 25. *§. inventiam*: niſi juſta cauſa aliud ſuadeat, ita hæc urbs prima ſedes fuit Cam. Imper. & prima audientia hic habita Maximilian. Imper. præſidente. Inſuper hæc civitas per ſuos artifices privilegium habet magiſtri quod gladiatoriæ artis peritis titulum præbeat. Cumque Maximil. Imper. Anno 1486. poſt Coronationem prandium exhiberet, Aquisgrani, Conſules hujus urbis ante Noribergenſes collocavit, his à Mareſchallo cauſam ſciſcitantibus reſponſum eſt: Sic ordinatum in ſuo regiſtro, quo

Digitized by Google

quo non contenti Norinb. ipſum Regem adiêre, & hoc reſponſo dimiſſi ſunt, quoniam Francof. electi ſumus in regem, ideo hunc locum modò habere debent, alio tempore de locis & ſeſſione cogitabimus, *ita Lym.* Hic Judæi circulum de croceis filis gerere debent ante pectus viſibiliter, cujus diameter communis hominis digito minor non ſit; maſculi in veſte extrinſeca, ut omnium oculis appareat, mulieres autem duas rugas flavi coloris in peplo, ut à Chriſtianis ſecernantur, die Juden gelbe Ring/ihre Weiber aber blaue Streiffen in Schleyer tragen ſollen / & ita adhuc ſervatur, Reuſn. *de Urb. Imper. ad fin.* hanc appellat nundinalem Academiam, & Athenas Muſarum nundinas Mercuriales, & totius orbis emporiorum compendium, ubi quicquid dives oriens, quicquid odoratus Arabs, quicquid delicatus Aſſyrius, quicquid fertilis Africa, quicquid ſpatioſa Hiſpania & Gallia poteſt habere præclarum, ita exuberat, quaſi hic naſcantur omnia, quæ alibi conſtant eſſe magnifica. *Arum. ad A. B. diſc. 1. concl. 35.*

89 Wetzlar Civitas Imper. in Wetteravia auf der Lehen / milliari à Seiſen diſtans, protectioni Landgravii Haſſiæ Darmſtadt ſubeſt, prout quasdam Civitates certis conditionibus principi ſubeſſe poſſe tradit Mager. *de Advoc. c. 16. n. 223. & c. 4. n. 15.* cumque ſeceſſionem à Præfectura tentâſſet, vi & armis eam repreſſam, ait Beſold. *de Jure fœder. cap. 5. ſub. n. 15.* ac cum Landgravius prætextu Landvogtey / eam ſubjicere fortè vellet, Civitas Anno 1606. 15. Septemb. Literis ad Cæſarem datis jus ſuæ immediatæ libertatis deduxit.

90 Geilnhauſen, Civitas Imp. in Wetteravia diſtat à Fulda milliari, alluit flumen Kizing & deinde in Mœnum influit. Arcem vicinam ei Frider. I. Cæſ. extruxit, inhabitantes dicuntur die Ganerben / & quamvis Wehn. privilegia horum Caſtrenſium cum Juribus civitatis confundat, *apud Gylm. tom. 6. c. 7. p. 176.* tamen hoc erroneum eſſe tradit Killing. *de Ganerb. Caſt. diſc. 19. n. 37.* Hanc urbem Carolus IV. Anno 1349. Comiti Gunthero de Schwartzenburg oppignoravit, qui eandem Electori Palatino, & Comiti Hanau Müntzenberg cum pacto reluendi vendidit.

91 Hagenau Civitas in inferiori Alſatia Sylvis undique ſepta 4. mill. Argentinâ diſtat, olim vicus fuit arcem habens adjunctam ceu receptaculum eorum, qui in vicinis ſaltibus & nemoribus venari ſolebant. Hanc Frider. Barbar. An. 1164. muris cinxit, qui ut & ejus pater Fridericus Unoculus hic frequenter moratus eſt, qui Barbar. ibi Cæſareum condidit palatium, in media urbe rubro marmore ornatum, in quo rotunda ſibi ſubordinata 3. Sacella ſub uno tecto, in quibus Imper. inſignia, ſceptrum, Coronam, ad 56. annos, pomum, Glad. Carol. M, aſſervavit, & ſervari fecit, quæ tamen poſtea inſciis civibus circa Annum 1219. mortuo ejus filio Philipp. Rege hinc tranſlata ſunt; extructum hic fuit ærarium totius Alſatiæ, & ſedes lapidea adhuc judiciaria conſpicitur, ex qua Frider. judicarit. Anno 1621. urbs ab Erneſto Mansfeld. occupata, anno ſeq. à Leop. Archiep. recuperata, Anno 1632. in Decembri Suecos 21. Decemb. admiſit, Anno a. 1633. initio Jan. Cæſareanis ex Elſasſaberen diſcedentibus cum auxilio Civium, & ruſticorum ſtratagemate recepta, qui ſub ſpecie ſtramen, & fœnum inferendi, in urbem in rhedis latitantes ſub porta exſilientes excubitores occiderunt, & cum civibus, & ruſticis reliquos milites in urbe trucidarunt, & inſepultos reliquerunt, præfecturæ hujus nomine domui Auſtriacæ multi pagi ſubſunt, & hæc una eſt ex 10. Alſatiæ Civitatibus, cum Imper. & ſtatuum conſenſu in Regem Galliæ tranſlata, quorum oppidorum defenſor olim fuiſſe dicitur Palatinus, *V. ſubſc. receſſ. de Anno 1654. 1532. 1541. 1548. 1555.* S. Arbogaſtus ex Gaſconia in Gallia ortus, vel ſecundum alios in Hibernia Eremita fuit in Alſatiæ Sylva, ubi ferè nunc eſt Hagenau, cellam ſibi ibidem erexit, docuit Evangelium vicinos miraculis etiam in vita clarus; A Dagoberto Rege factus Epiſcopus Argentinenſis, qui Dagoberti filium Sigebertum ex Mechtilde Ducis Saxoniæ filia natum (de quo à S. Amando baptizato alias dictum) in venatione à ferâ interemptum reſuſcitavit, Sicut olim pagus fuit, ita & hodie adhuc inter 4. Rom. Imper. pagos recenſetur. Reuſn. *de Urb. Imp. p. 1. c. 9.*

Colmarium à Columbarum auſpicio, uti 92
antiquis in more fuit Romuli & Remi exemplo, dictam volunt, alii ab antiquiſſima familia Colmariger, ſicut vicinum oppidum Gamar, à nobilibus

libus Gematinger. denominatur, alii à clava Herculis Kolben/ alii à Carbonibus, quia ab Attila vaſtata & in cineres redacta; Alii Colmar, quaſi forum carbonum, ſicut Weimar Vini forum. Sita eſt in medio Alſatiæ. Fuit quondam in vicinia ubi nunc eſt arx Harburg Argentaria Romanorum præſidium, quam Attila vaſtavit, & ſimul eſt ex Gratiani Auguſti ſtrage contra Germanos celebris, ubi Anno 378. ad 35. millia cæſa, quod oppidum ſub Valentiano III. funditus, deletum, ex cujus ruinis Colmaria nata, quæ ante vicus mediocris ſub Frider. II. Cæſ. à Wolfelino præfecto Cæſareo Hagenoæ vallo cincta circa An. 1240. Imperialis urbs facta eſt, & quia hæc civitas, ut & aliæ limitaneæ, multis incurſibus hoſtilibus expoſita ſæpe fuit, ideo Impp.^res vicinos Principes Lutzeburgenſes, & EE. Palatinos ut & aliis civitatibus, 1. Hagenoæ 2. Colmariæ, 3. Seleſtadio, 4. Cæſaris monti, 5. Monaſterio in valle S. Georgii, 6. Ehenheimiæ ſuperiori, 7. Toshemiæ. 8. Rurchemiæ, 9. Weiſſenburgo & 10. Landavæ præfectos, ac protectores conſtituerunt, quæ dicitur præfectura Imperialis Hagenoenſis Alſatiæ, ut apparet ex ſubſcriptione *receſſ. Imper. Spira de Anno* 1532. ibi Hagenau mit Befelch/ꝛc. quam Landvogteiam ſeu præfecturam Imper. Sigismund. una cum appurtinentiis Comiti Palatino pro 50. millibus floren. hypothecavit, Ferdinandus autem Anno 1558. reluit, & domui Auſtriacæ annexuit, licet aliis aliud videatur. Templa in hac complura partim à Bertha Francor. Regina, Carol. M. matre, partim ab Adelheide, ejus filia fundata, cui dotis nomine data, & ſub ejus jurisdict. aliquando fuit, fuit aliquando urbs tam populoſa, ut ad 2500. communicantes in Paſchate recenſerentur, tempore Rudolphi & Adolphi Impp. multum paſſa eſt, quia fidem datam Authore Prætore Urbano Waltheio Roſelman non ſervaverat, qui dein à Cæſar. Adolpho captus per longum tempus ante Cæſarem quocunque is tenderet, curru circumvectus eſt, erecta manu in ſignum perfidiæ, *Cruſ. ann. Suevic. lib. 3. p. 3. c. 11. p. 195.* In religione varias paſſa mutationes, I. Catholicæ Romanæ religioni, dein Auguſtanæ Confeſſioni addicta Anno 1627. Catholicam iterum admittere decreto Cæſareo compulſa, Anno 1632. ad Auguſtanam ſeſe recepit *Merian. in Topog. Alſ. v. Colmar. p.* 12. nunc eſt religionis Catholicæ ibi Parochia & in ea cathedra item Collegium Societatis Dominicanorum & Minoritarum Monaſteria ſpectantur.

95. Celeſtadium in Alſatia ad Eslam, quaſi portus Elli vel Illi, & ſtadium, ex Elebi veteri (ita dicti ab Ello & lebo) ruinis, & ruderibus, & illa aqua usque Argentoratum navigabilis eſt, poſt Attilæ vaſtationem hæc orta, olim Imp. pagus fuit ut Ulma, Hagenoia, Bamberga, muris dein & foſſa circumducta, ad formam figuræ ovalis à Wolfelino præfecto, ſeu Legato Frider. II. Anno 1216. & à Rudolph. II. Imperialis urbs facta, prætor hic alternative à Cæſare, & S. Viti præpoſito longo tempore creatus eſt, dein per contractum permutationis ſolus Cæſar hoc jus uſurpavit, & nobiles præfecit, cum autem aliquando judex pro tribunali ſedens ut juſtitiam adminiſtraret, ex ſubita commotione baculum, in judicialem terram adjeciſſet, Joh. Bornitius aliis Botzemius dictus cujus adhuc extat pictura in templo Parochiali, quia videbatur injuria in Cæſarem (cujus baculus inſigne eſſet) redundans, unus ex aſſeſſoribus eum terra Cæſaris nomine levavit, quod Imper. Sigismundo ita placuit, ut jus deſignandi Prætorem ad Senatum urbis futuris temporibus anno 1436. detulerit. Originem primam & rudem quidam altius diducunt à temporibus etiam C. Julii Cæſ. qui in hiſce locis Mercurii ſtatuam coluerat, quam S. Maternus S. Petri Diſcipulus dejecerit, qui ad flumen Illam febri correptus obiit, & baculo S. Petri reſuſcitatus eſt, ut alias in Colonienſ. dictum & hic Carolus Magnus, Anno 775. natalitia feſta celebravit. Qui per portam Illenſem Rhenum adire cupit, ultra 34. pontes tranſire debet, B. Rhenanus. Anno 1542. Argentorati mortuus hic in patriæ ſuæ majore Eccleſia ſepultus eſt, & S. Hildegardis templum in eoque Sacellum ad formam ſepulchri CHRISTI Anno 1044. extruxit, quæ S. Fidei dicata & religioſis data eſt, aliquando hic 1260. cives numerati fuerunt. Cum in ſuperiori Alſatia ex Herlipsheim, inter Rufach, & Colmariam ſito quidam vicinis locis multa damna intuliſſent, qui locus hinc 4. mill. diſtat, civitates aliquæ fœderatæ eam occuparunt, & 56. conſpiratos ceperunt, Anno

Anno 1477. Cives Seleſtadienſes aſtu eam interceperunt, dum currum militaribus viris in veſte muliebri impleverunt, qui in ponte ſoluturi vectigal, cum de pecuniæ valore cum exactore certarent, eum in aquam ex ponte dejecerunt, portam ſui juris fecerunt & à 400. aliis, qui ex inſidiis prodierunt, adjuti urbem invaſerunt civibus nihil nocumenti dederunt, hoſtes autem ſuos cæperunt, Judæis partim in fugam actis partim occiſis, à Rege Sueciæ Seleſtadium. 3. Dec. occupatum eſt, exercitium relig. Cathol. in Statu ſuo permanſit, dein ad Gallos translatum.

Ut olim pagus fuit, ita in veteri illa Imperii diviſione in quaterniones inter 4. pagos Imperii refertur. Hic Carolus M. Anno 775. feſtum nativitatis Chriſti celebraſſe dicit *Zeiller in topog. Alſat.* 4. Schlettſtadt. Hic Julius Cæſar ſuo ritu ſacrificaſſe, & S. Maternus Germanorum Apoſtolus, Mercurii aliaque Idola in abyſſum quendam relegaſſe legitur, cujus rei antiquitates & indicia in ſylvis & collibus plurima reperta ſint.

94 Weiſſenburgum in inferiori Alſatia Sebuſorum (fuit Colonia) alii à caſtro albo, alii aliunde vocis originem deducunt, vocatur etiam Cronweiſſenburg forſan à Corona argentea, deaurata, quam Dagobertus Rex Francorum huc tranſtulit, ad templum, artificioſe turriculis ornatam, 24. pedes latam, cui alia ex ære ſurrogata fuit, Civitas ſita ad amnem Lutharum, qui in Rhenum poſtea delabitur, loci tanta vetuſtas eſt, ut originem ſcriptorum nullus invenire potuerit. Quando Dagobertus Gall. Rex ad divinum vocatus tribunal ut dictum ſup. & Monaſterium extruxit, quod jam in Canonicorum ſæcularium Collegium translatum, Epiſcopo Spirenſi in Spiritualibus ſubeſt. Civitas longo tempore Jurisdict. Abbatis agnovit, eam mœnibus cinxit Abbas. Frider. Anno 1262. ejus ſucceſſor Edelinus foſſis, & fortalitiis munivit, hodie ut multæ aliæ, quæ olim Abbates agnoverunt, libera urbs eſt Imperialis, ut econtra, aliquæ olim Imperiales dein factæ ſunt municipales. Quid enim ſtabile inter homines, & ita immobile ut nullam patiatur mutationem, cum omnis noſter ſtatus in perpetuo motu conſiſtat, *Nov.* 7. c. 2. Movit quidem huic civitati ſtatus controverſiam Archiepiſc. Trevirenſis, ratione Epiſcopatus Spirenſis & Præpoſituræ Weiſſenburgenſis, hac ratione, quod à Dagoberto Rege Abbati abbatia cum appertinentiis conceſſa fuerit, ſub quo nomine veniat etiam civitatis juriſd. cum aliis juribus politicis & regalibus, verum quod politica jura pro pertinentiis Eccleſiarum non habeantur, ſed ab iisdem ſeparentur, *V. Covar.* 2. *punct.* 9. c. 31. maximè cum Dagobertus Rex in ſua conceſſione 11. Maji. An. 624. regiam advocatiam ſibi reſervarit, *de quo Trithem.* quando autem Imperium per Carol. M. ad Germanos devenit, & Otto I. Burgundiam, Lotharingiam, & Brabant. ad Imper. reduxit. Hanc quoque advocatiam à Dagoberto reſervatam revocavit, & præfectum Imperii in cauſis criminalibus ordinavit: Quæ controverſia, à Friderico III. Imper. Anno 1442. per ſententiam in rem judicatam lapſam, terminata eſt, ubi Abbati ſub pœna 40. marcarum auri puri, ne quid contra tentaret, mandatum eſt. Cui accedit Deciſio Imper. Maxim. Anno 1518. 2. Octobr. Comitiis Auguſtanis, Prope hanc urbem adhuc extant veſtigia ac foſſæ, à quibus pagus ibi ſitus Graben, nomen traxit, quibus Carol. M. Danubium Rheno committere tentavit flumine Alemanno quod in Danubium influit in Regneſum ducto, qui Mœno miſcetur, Mœno deinde in Rhenum ſe Moguntia effundente: operis autem difficultate à propoſito deſiſtere coactus eſt, poſtquam totum autumnum conſumpſiſſet, foſſa ducta duum millium paſſuum longitudine, latitudine 300. pedum quod opus pluvia & terra paluſtris non concedebat, dum quantū terræ per diem fuerat ab operatoribus egeſtum, tantum noctibus humo iterum in locum ſuum relabente ſubſideret, *Aventin.* 4. *Annal.* olim quidem Anno 1325. hæc Friderico Burggravio Norinbergenſ. oppignorata fuit, ſed ab hoc pignore ſua propria pecunia Anno 1360. ſe redemit, Veneris ante feſtum Simonis & Judæ, eodemque Anno à Carolo IV. privilegium obtinuit, quod impoſterum oppignorari non debebeat.

Landavium civitas in Alſatia quidem ſita 95
non eſt, ſed in ejus confinibus trans Rhenum verſus montes Vogeſi, quia tamen ad Landvogteiam Hagenoenſem pertinet, & ejus membrum eſt, eodem jure cum aliis cenſentur, iisdemque libert. immunit. & juribus gaudet ex privilegio Rudolph. de Anno 1291. ob loci hujus amænitatem. Carol. V. 1552.

Digitized by Google

V. 1552. hic per 16. annos permanſiſſe legitur, unde dicitur Landau, quaſi **des gantzen Landes Au/** ubi intra 2. milliaria in circuitu ad 350. oppida & pagi ante belli tempora erant, quæ nundinas hebdomadarias & annuas hic frequentabant, olim ſub Francis fuit ab Attila deſtructa, per Alemannum Ducem **Land-Fried/** dictum, reſtaurata. In diſſidio inter Ludov. IV. & Frider. Auſtriacas partes ſecuta eſt, ut Spira Bavaricas, unde eam Ludov. Cæſar. pro magna ſumma ſeu 5500. libris Hallienſibus, Spirenſibus hypothecavit, quin & demolire eam voluit usque ad ſatisfactionem Spirenſibus faciendam, ſed à Maximil. I. Cæſar. redempta libertatem ſuam recepit. Huic ut & Weiſſenburgo *num. præc.* Archiep. Trevirenſis tanquam Epiſcop Spirenſis & Præpoſ. Weiſſenburgenſis de immediata ſubjectione Anno 1647. in Conventu Oſnabrug. & Monaſt. litem movit, ſed poſtquam oſtenſum fuit I. Quod in Imper. matricula contineatur. II. Ad Comitia hactenus vocata eſſet ut etiam ad conventus circulares, & probationum monetalium, ut & ad conventum Pacif. Oſnab. & Monaſt. ſub dato 29. Auguſt. Anno 1645. evocata comparuiſſet. III. Pro libera civitate hactenus habita eſſet, collectas ad ſteuras Imperatori & Imperio, Maxim. decrevit. Anno 1509. quod hæc civitas in libertate ſua immediata manutenenda ſit, Ulmæ 3. Maji.

96 Ober-Ehenheim ſive ſuperius Ehenhemium Catholicæ religioni ad fluvium Egrum in Alſatia ſitum tribus milliaribus Argentorato diſtat, ad Landvogteiam d. pertinet, (ad differentiam inferioris: quod cum pago vicino, Landſpergii à Capitulo Argent. in feudum habent,) hic celebris mons eſt S. Ottiliæ.

97 Kayſersberg Cæſarea montana, ſub eadem Landvogteia Falerni vini bonitate celebris eſt, in corde & medulla Alſatiæ, ſub Frider. II. Imper. ut & Colmaria ac Seliſtadium, Neoburgum ad Rhenum, per Albanum Wolfelinum præfectum Imper. Hagenoium cum ante pagus eſſet, muro cincta fuerunt, qui præfectus cum in disgratiam Cæſaris veniſſet, laqueo ſtrangulatus eſt. Et hæc licet ad Landvogteiam Hagenoenſem ſpectet, hoc tamen non impedit, quo minus Imperatori immediatè ſubſit, *per trad. ſup. in fin. num. 91.*

Monaſterium in Valle, ſicut Abbas ita etiam civitas Imperii ſtatus eſt, civitas à templo præcipuo vulgò **Münſter/** & à valle nomen habet, ad præfecturam d. etiam pertinet. Anno Chriſti 660. Monaſterium hoc in honorem SS. Mariæ, Petri, Pauli & S. Gregorii extructum ab Hilderico Rege, quæ urbs Anno 1271. à Comite Rudolpho Habſpurgenſi in bello cum Epiſcopo Baſileenſi geſto cum aliquot pagis igne conſumpta fuit. 98

Rosheim vel Conshemium, inter Ober-Ehenheim, & Moltzemium, in Alſatia ſuum ad d. Landvogteiam pertinens Frider. II. Imperante muro & foſſa circumdatum eſt, urbs Anno 1385. incuria puellæ carbonem deferentis ex domo vicina, qui in ſtramen incidit tota combuſta eſt, cum templis, campanis, turribus, & 80 hominibus, ita ut tantum 30. domus remanſerint, aqua interfluente, ita caleſacta, ut ad extinguendam flammam hauri non poſſet, cumque Anno 1220. Lotharingi urbem occupaſſent, ipſi ſomno vinoque ſepulti nocte à civibus obtruncati fuerunt. 99

Turckheim ſeu Turkemium, in ſuperiori Alſatia ſupra Colmariam, quaſi Thuringheim, id eſt domus ita vocatur, tempore Frider. II. per Wolfelinum muro cincta ut Kaiſerberg. 100

Biſantium poſt proximam pacificationem comitiis Impp. ad Hiſpanos translata, ut alias d. urbs eſt Imp. Burgundiæ. 101

Dortmund Tremonia Civitas in Weſtphalia matriculæ, Imp. adſcripta, Anno 1545. & 1551. ab Imper. in feudum tenet, Comitatum Dormundanum, cum omnibus ei annexis Juribus. Suffraganeus Colon. hic Archidiaconus eſt. Habentur hic reliquiæ Reinoldi Martyris qui ex Comite Palatino Cœnobita Colon. ſacram viam Romanam ſanguine innocenter fuſo ſacratiorem fecit. *Gelen. in Colon. Claud. de feſtis p. 659. & lib. 3. pag. 576.* Cum enim ad S. Panthaleonem profeſſus Abbatis juſſu cæmentariorum eſſet præfectus, & diu noctuque orans lapicidina reliquos antecelleret magiſtros, eorum invidia & conſpiratione, cum ſacra loca in via, ut appellari ſolet, Romana circumiret, cæmentariorum malleis cæſus projectus eſt in lacum, ad veterem Jani portam, qui deinde expletus inter domum & lacum **zum Loch/** & quandam paludem **Rinckenpoell/** adhuc dictam ſacello in honorem Martyris ornatus eſt ubi nunc angu- 102

Digitized by Google

ſtum Monaſterium Virginum ſub gubernatione Abbatis S. Panthaleonis, Sacrum autem verticem Tremoniam translatum, Magiſtratus loci argentea herma incluſum adhuc conſervat.

Fridberga ſita in Wetteravia 3. mill. Geiſe-
103 na, & 3. Francof. diſtat, condita circa Chriſti Annum 1211. A Frider. II. à quo contractis literis nomen habet, & à ſeqq. Imp. privilegiis & regalibus munita: & Frider. Imper. caſtrum ibidem extat, Civitas amplior olim fuit, quàm nunc, idque rudera cellæ, & muri, extra urbem in agris vicinis oſtendunt ad medium milliare occupaſſe videtur ſed incendio ex ludo trium obulorum orto, quo Anno 1383. ædes 900. & Anno 1447. 700. perierunt, ita decrevit ut intra urbem Mercatoribus ſufficiens non daretur locus pro celeberrimis hujus loci nundinis, ex qua cauſâ partim, partim quod moleſtum & ſumptuoſum eſſet. Francofurto ex navi merces exponendas tribus milliaribus terra huc vehere, Ludov. IV. Imper. Anno 1340. nundinas Paſchales hinc Francofurtum tranſtulit, ubi adhuc habentur. Contiguum Civitati caſtrum Friedberg, huic aliquando litem ſuper immedietate movit, & Burggravio ac condominis, ſubjectam eſſe contendit, pro Libertate Civitatis Anno 1612. reſponſum Juris, cujus autor dicitur Joan. Gædd. Profeſſor quoudam Marpurgenſis utriusque partis fundamenta latè allegat, Knipſchilt. *lib.* 3. *c.* 15. ad quem remiſiſſe ſufficit.

Q. Occaſione Civitatum 10. quas ad Land-
104 vogteiam ſpectare dictum eſt, quæ Palatinis Anno 1423. Sigismundus Palatino Comiti pro 50. mill. floren. oppignoravit, Ferdinandus autem Anno 1558. reluit, & domui Auſtriacæ adjunxit, quæ jam ab Imperio Feudi nomine tenet, Dubium incidit an iſta præfectura cum ſtatu Imperii ſit compatibilis, an verò im̃edietatem ad ſtatum requiſitam tollat? Pro Auſtriacis & præfectis facit, I. Quòd domus Auſtriaca de hac præfectura ab Imp. titulo Feudi inveſtita ſit, beneficium autem Principis ſit latiſſimè interpretandum. *l. 3. de Conſtit. princ.* & ſi ad nudam defenſionem reſtringatur hoc beneficium feudale, propter onus tuitionis & ſumptus, ad hoc neceſſarios, magis onus eſſet quàm beneficium, officium autem nemini damnoſum eſſe debet, *l. ſed ſi quis teſt. quem aper. l. ſancimus de adm. tut.* II. Quòd Præfecti Provinciales ſint quaſi delegati Cæſaris, tales autem Jurisd. & merum Imp. habere cenſeantur, *Gail. 1. obſ. 97. n.* 15. ſeu Vicarii Cæſaris, qui eâ pollent poteſtate, quâ ipſe quorum ſunt Vicarii *l. 1. C. de off. ejus qui viros, & c. c. ſi Epiſc. c. 2. q. 6.* III. Quòd iſtæ Civitatis ſuis præfectis Juram. præſtent. hoc autem non ſit Feudale, nec officii, ergò ſubjectionis, eo quod tria non alia ſint Juramentorum illorum genera, primum Clientela, ſeu vaſallagium, de quo Feudiſta *in c. 1. qual. Vaſal. Jur. deb.* ſecundum quod conſiliarii officiales & miniſtri, ſuis dominis de quo *in c. 1. §. ſi verò d. t. Vult. in Feud. c. 6. n. 6.* tertium quod domino ſive magiſtratui præſtat ſubditus, Mag. *de advoc. cap. 9. n.* 145. Homagium autem ſuperioritatis infallibile eſt argumentum, ſive inſigne & teſſera. Beſold. *in Theſ. pract. verbo* Freye Reichs-Ritterſchafft. *V. eſt & teſtimonium. Wehn. verbo* Lands- oder Erb-Huld. IV. quod iſtæ Civitates à præfectis ſuis vocentur liebe Getreue / hoc autem non niſi ſubjectionis intuitu fieri ſoleat. Gail. *de arreſt. c. 7. n.* 10. V. Quòd præfecti provinciales nomine Imper. olim in clientes Jurisd. habuerint & adhuc nonnulli exerceant, tradit Mager. *de advoc. cap.* 10. *num.* 389. *Wehen. verbo* Vogtey. VI. In ſpecie verò, in Urbe Hagenau, ex reſcripto Carol. V. Anno 1540. Conſules Senatus & Cives loci coram Imper. officiali ſive Amptmanno conveniuntur, quod de præfecto Imperali intelligitur ex declaratione Rudolph. de Anno 1580. VII. Præfecto competit *Jus* regalium, cum pertinentiis cum inveſtitus ſit mit allen ihren Nutzen und Beſchwerlichkeiten. VIII. Poteſt ipſi conſtituere prætorem Untervogt / qui actibus Judicialibus interſit & præſideat ex quo ejus Jurisdict. colligi poteſt. IX. Habet Jus ſententias exequendi, quod Jurisdict. extremum eſt, *l. un. ſi quis Jus dice.*, quod mixtum Imperium involvit, *l. jubere cavere. de Juriſdict. l. Ea qua 26. ad municip.* Sed iis non obſtantibus contrarii pro libertate iſtarum civitatum tenendum I. Quia hæc præfectura tantùm Jus defenſionis & protectionis tribuit juxta verba privilegij Ludovici de Anno 1320. at protectio non tribuit ſuperio-

Digitized by Google

ſuperioritatem, & jurisdictionem in clientes ex communi ſententia *c. recepimus 8. c. Ex parte. 10. X. de Privil. Beſold. verbo* Schutz und Schirm Verwandte/ *Mager. de advoc. cap. 10. num. 405. Geil. 2. obſerv. 54. n. 3.* unde clientes non dicuntur ſubditi protectoris Schutz-Unterthanen *ſed* Schutz und Schirm-Verwandte. *R. I. de Anno 1576. Ratisb. §.* ſetzen ordnen und wollen. II. Ad hæc illæ Civitates ſemper pro liberis Imperii civitatibus habitæ ſunt, & quæ aliæ præſtare ſolent præſtiterunt. III. In inveſtitura Imperiali de præfectura nulla ſuperioritatis fit mentio, Inveſtitura autem ſtrict. Juris eſt, & quòd non cantat, nec nos cantare debemus, *Zaſius de Feud. pag. 1. in fin.* IV. Quin etiam Imper. has Civitates liberas præfectis ſubjicere non potuiſſet, per tradita à Gædd. *de diſp. feud.* V. Pront Civitas Hagenoæ hoc ſpeciali inſuper privilegio eſt munita à Rege Reichardo, Anno 1527. quòd immediatè Imperio manere debeat, nec alienationi ſit obnoxia, quod Carol. V. Anno 1343. & ſucceſſores confirmârunt. VI. Et hanc libertatem confirmat noviſſima Pacificatio Monaſter. *in §. teneatur Rex Chriſtianiſſimus*, ubi in libertate & poſſeſſione immedietatis Imperii qua hactenus iſtæ civitates gaviſæ fuerant relinqui debent. Non obſt. argumenta contra allata. At I. ℟. beneficium principis non eſſe interpretandum, ut tertio cui Jus immedietatis quæſitum, præjudicetur, *l. 28. in fin. Teſtam. mil.* nec erit oneroſum præfecto ſuum officium qui hoc nomine à civitatibus iſtis pro protectione certam pecuniæ ſummam percipit, prout tali Jure mercedem paciſci & recipere licitum eſt, *l. metum. §. quòd licèt quod met. cauſ.* Ad II. ℟. Delegationem præfectorum eſſe certo modo limitatam, nec ulterius extendendam, adeoque non rectè comparari Vicariis. Ad III. non eſſe factam ſufficientem enumerationem cum præter iſta tria Juramenti genera etiam alia ſint, ut Juramenta oppignorationum, commerciorum, confraternitatum & aliorum negotiorum pro diverſitate caſuum emergentium, quæ omnia ſuperioritatem nullam inducunt, imo hæ civitates Archiduci ſeu ejus præfecto nomine Imperatoris non ſimpliciter ſed cum proteſtatione immedietatis acceptis etiam reverſalibus & quatenus more antiquo conſuetum fuit, jurant, unde ultra intentionem agentium extendenda non ſunt. *l. non omnis ſi Cert. pet. l. legata inutiliter. de Leg. 19. Tr. aq. in præf. l. ſi unquam n. 165. C. de Revoc. donat.* quæ obligatio Imperio cujus nomine fit præſtari cenſetur. Ad IV. eum Clientes præfectis & patronis ſuis reverentiam debeant *facit l. 9. de obſeq. lib.* clientes enim dicuntur, quaſi colentes dominum & protectorem, licet compellentur unſere liebe Herren/ ex iſta tamen compellatione Jurisdictionem non argui, *Mager. d. cap. 16. n. 487.* Ad V. quidquid fuerit olim non ſecus eſſe, poſtquam hæ civitates & ſtatus Imper. Jurisdictionis ſibi Jura ſuperioritatis territorialia acquiſiverunt, quibus ſine cauſa deſtitui non poſſunt. Ad VI. ℟. Judicem coram quo conveniuntur non alium eſſe quàm prætorem loci, idque experientia confirmat. Ad VII. ℟. Vocem mit ihren Ehren non ſignificare regalia ſed honorem ac reverentiam quæ præfecto debetur. Ad VIII. Ex uno actu & Jure conſtituendi Judicem generaliter Jurisdictionem non induci, quàm aliàs civitas exercet, uti Epiſcopus Spirenſis Jus habet in Urbe conſtituendi Judicem cui tamen per hoc Jurisdictio in civitatem & cives ipſos non competit. Ad IX. & ult. ℟. Executionem etiam committi alicui poſſe qui nullam conſequatur Jurisdict. ſed nudum miniſterium ſine cognitione cauſæ *l. ſi ut proponis. l. Executorem. C. de Execut. rei Jud. V. Cluten. in Syllog. rer. quot. concluſ. 27. lit. c.* prout Camera Imper. exercet in cognoſcendo, & judicando, quam Civitas deinde exequitur. Denais. *in diſp. de mero Imper. &c.*

Nunc ad Scamnum Suevicum tranſeamus, 105
in quo occurit Ratisbona ad Danubium: ipſa condita fertur à Tiberio Cæſare Auguſti Privigno, à quo etiam Tiberia vocata fuit Anno ante Chriſtum natum 14. qui eam vel novam condidit vel pagum Germanis, vi ereptum in urbem convertit, & legionem quartam Italicam hoc loco collocavit, uti antiqua monimenta ibidem teſtantur, qui Roman. milites eam ad 521. Annos dein incoluerunt. Anno CHRISTI 508.

Digitized by Google

facta Bojarii regni præcipua ſedes; usque ad Friderici I. tempora. Cùm enim Henricus XII. Dux Bavariæ, Leo dictus à Friderico I. Imper. in bannum declaratus eſſet, eique ducatus ſubtractus, Anno 1180. Comiti Ottoni de Wittelsbach datus eſſet, Cæſar Civitatem Imperio reſervavit, & certis reſervatis urbem Imperii fecit, de quo *Hund. in ann. fol.* 220. Hanc Anno 1297. Duces Bavariæ ſibi rurſus ſubjicere tentarunt, ſed Civitatis libertas precio redempta eſt, & Duci Vectigalia una cum mero Imperio reſervata ſunt. Olim diſtrictus urbis ſe ad medium germanicum milliare extendit, ab utraque hodiernæ urbis parte, Pons hic reliquos Germaniæ facilè omnes antecellit, vel ex tribus præcipuis unus eſt, & fortiſſimus Henricus V. Imper. ſeu Henricus X. Bavar. Dux & Cives Anno 1135. incæperunt, & Anno 1146. præfecerunt, 15. habet fornices ſingulas ad pedes 30. geometricos latas; latus pons eſt 23. pedes 1100. minus 9. pedibus, vel 470. paſſibus longus, in quo maſculum artificem operis videre licet, quem qui non vidit Ratisbonæ non fuiſſe creditur, præter alterum pontem ligneum ut meritò nunc Ratisbonæ nomen uſurpet, cui pontes pro ratibus ſerviunt, multò commodius ut in Epiſcopo Ratisbon. dictum. In hac urbe frequentiſſimè habita ſunt Comitia ob loci commoditatem & fertilitatem in ſpecie Anno 1527. 1532. 1541. 1546. 1557. 1567. 1576. 1549. 1598. 1603. 1613. 1641. 1654. & nunc Anno 1662. & 1663. & adhuc de præſenti, in quibus ex more recepto Senatus hujus urbis directorium in Conſilio civitatum Imp. habuit & habet. Ab ætate Caroli Magn. vix Imperator fuiſſe legitur, qui Ratisbonam hoſpitem non habuerit: Circa pontem lapideum Henrici Guelphi cognomento Leonis Anno 1135. opus, cui ſimile vix eſſe dicitur in Danubio aut Rheno; poſtquam prior Trajani pons poſt Adrianum deſtructus fuiſſet; id memorabile accidit certantibus de arte & maturatione hujus pontis, & Eccleſiæ Cathedralis ſtructuræ duobus magiſtris opificibus, cum enim, cui pontis ſtructura incumbebat, architectus Baſilicæ rideret, quaſi rem impoſſibilem aggrederetur, & multo prius ſe turrim Eccleſiæ abſoluturum jactitavit, quam ille pontem perficeret, hac pontis fabrica abſoluta ita ille Eccleſiæ pertæſus fuit, ut è turri illico ſe præcipitaret, cujus monumentum ſtatua in ponte architecti inde turrim per deſpectum etſi ſurſum reſpicientis. Fuit extra murum cœnobium Benedictinum, vulgo Weirch / S. Petri dictum, tempore Caroli M. conditum, in colle Victoriæ, ubi corpora eorum, qui in prælio ceciderant condita, dejectum per Philippum Comitem ab Eberſtein militarem Præfectum in urbe Cæſaris nomine, quod hoſtibus propugnaculi loco ſervire poſſet, & Monachi ad S. Jacobum tranſlati.

Auguſtæ vindelicorum primam urbis ori- 106
ginem nonnulli à Japhetj filiis, ſtatim poſt diluvium univerſale derivant, & ab his ſive Vindelicam ſive Ciſariam nuncupatam ajunt, quæ 600. ante natum Chriſtum annis circa annum 1030. ante natum Chriſtum occupata, Europa armis expugnata, poſtea autem reſtituta, vallo & muris cincta ſit, Troja antiquiorem, eſſe non improbabile eſt, (quæ ante natum Chriſtum, 1491. condita, & 1181. ante Chriſti adventum capta fuerat) Poſtquam autem hæc urbs in Rom. poteſtatem venit; Ab Auguſto 12. annis ante Chriſtum fruſtra bello petita; Sed Anno conditæ urbis Romæ 739. Claudius Druſus Nero Germanicus urbem incolumem ſervavit, & ad perpetuum ſui ſuæque manſuetudinis memoriam à ſuo nomine Druſomagum & deinde Auguſti Cæſaris victricis ſui Auguſtam appellari fecit, vel Auguſto Burgam, quaſi Auguſti oppidum. Cùm Claudius Tiberius Druſi frater Vindelicum in formam provinciæ redegiſſet, civitatem à ſe Auguſtam Tiberiam appellavit, & quia primariam fecit Vindelici ſeu Illirici populi, inde Auguſta Vindelitia vel Vindelicorum nomen accepit, ejus ambitus 8682. paſſuum cenſetur, cujus amplitudinis auctor Otto I. qui cum devictis ad Lycum Ungaris hic Comitia haberet, nec locus per tot peregrinis capax eſſet, autor fuit civibus, ut pomæria extenderent, undè in omnes partes dilatata mœnia in hodiernam amplitudinem excreverunt, fuit aliquando Ducibus Sueviæ ſubdita poſtquam Imper. Rom. ad Germanos tranſiit. Sed à Conradino ultimo Sueviæ Duce ſuam libertatem conſecuta eſt, ejusdemque conceſſione Jus habet Tubicines ſive Trompeter und Zinckenblaſer habendi. Textorum hic eſt copia.

Digitized by Google

copia, & circa tempora Maximil. II. in tribu eorum 1600. artifices fuerunt, Meſſer Weber. Cumque hæc tribus olim tempore Ottonis M. Ducem quendam Ungarum in bello Ungarico occidiſſet, ex conceſſione Imp. armis ejusdem ducis ſuis inſigniis inſeruit, eaque uſurpat. In ſenatu ratione dignitatum aliorumque publicorum munerum, inter Catholicos & Auguſtanæ confeſſioni addictos paritas ſervatur, ut & duo præſides vulgò Stadt-Pfleger/ unus Catholicus, alter Auguſtanæ Confeſſionis. Quæſtores verò rei nummariæ cum tres ſint, duo unius, tertius diverſæ religionis aſſumuntur, ita ut primo anno 2. Catholici, & unus Auguſtanus, altero contra eligantur, eadem alternatio in præfectis rei tormentariæ, & in aliis officiis circa curam collectarum, annonæ, ædilitiæ functionis, &c. in quibus 3. perſonæ adhibentur, munera verò uni committi ſolita, pro rei qualitate vel uno pluribus annis pariter alternantur, templorum autem & ſcholarum ſua cuique cura reſervata eſt, *Inſt. pacis Suec. p. 5. §. 2. v. ſpecie autem*, quæ ordinatio An. 1649. ad effectum deducta, & non ſolùm annue quando novorum ſenatorum Electio imminet, publice prælegitur, ſed etiam ita ſervatur, ut Catholicorum officialium electio ſit penes Catholicos. Auguſtanorum verò penes Auguſtanos. In contemplatione mirandorum civitatis operum dies aliquot non ſufficerent, ita horologiis, fontibus, ſtatuis, aquæductibus, ædibus quà publicis, quà privatis ſplendide inſtructis, inter quas civitatis curia, regio palatio vix cedit & armamentarium effigie Archangeli hic conſpicuum, cum hac inſcriptione Belli Inſtrumento, Pacis firmamento. Hic itidem olim cultam volunt matrem, ſeu inventricem frugum, ejusque templum fuiſſe, ubi nunc urbis eſt curia, & locus carceris, adhuc Iſenberg quaſi mons Iſidis vocatur. Fuit Auguſtæ in platea S. Crucis horologium, in quo organum & aliæ raritates erant ad 10000. flor. æſtimatum; Beſold. *adauct.* vulg. Orgel. hic de ea non immerito dicitur:

Auguſta ſunt hic omnia, inclita,
Quacunque cernis, templa, domus, fora.

Quæ & multa alia, quia latius propoſuit Reſnerus, hic manum de tabula tollo.

Norinberga Ptolomæi Segodunum eſſe perhibetur, nomen urbis alij à Norico Herculis primogenito, quaſi Norici montem: Alii à caſtro Norico à Claudiano Tiberio, Imper. ſtructo, qui hic caſtra collocaverat Thuringiæ bellum illaturus, unde etiam Neronis caſtrum d. fuit, derivant. Vel à morte Noricorum, qui ab Hunnis infeſtati in Styria, Carinthia, Saliſburgo, & locis vicinis, hic ſecuritati ſuæ conſulente confluxerant. Sita eſt urbs in circulo Franconico ad ripam Pegnitz, qui urbem interluit pontibus ſtratus, & intra urbem currens, cum Pegnitz ad Mœnum defluit, cumque perſuaſum olim fuiſſet, Carol. M. ſi inter Rudantiam & Almonum fluvios, foſſa navium capax duceretur, poſſe commode è Danubio in Rhenum navigari, quod alter Danubio alter Mœno miſceretur, ipſe congregata hominum numeroſa multitudine totum autumni tempus Anno Chriſti 793. impendit, ducta foſſa inter prædictos fluvios duorum millium paſſuum longa, lata 300. pedum, ſed irrito labore & ſumptu. Nam ob continuas pluvias, & terram paluſtrem opus perficere non potuit, quantum enim per diem terræ à foſſoribus egerebatur, tantum nocte, humo in locum ſuum relabente, ſubſidebat, ut refert autor incertus Benedictinus Monachus, qui cum Carol. vixit *in annal. Carol. M. pag.* 122. ut & aliis d. Sicut derivationes fluminum quæ plerumque contra naturam fiunt, raro feliciter ſucceſſiſſe leguntur, ſi enim termini à majoribus poſiti Proverb. 22. 28. non facile movendi, multo minus, quos Deus & natura conſtituit, quæ ſuos curſus fluminibus dedit, *Tacit. 1. annal. in fin.* Sic Necus Rex Ægypti Nilum per foſſam in mare rubrum deducere tentans, in medio opere amiſit ſuorum 12000. *Herod. l. 1.* De Iſthmo in Peloponneſo perfodiendo oraculum Delphicum reſpondit ut refert Herod.

Neque cingito Iſthmum mœnibus, neque fodito,
Nam ſi Jovi id viſum, locaſſet in ſalo.

Unde proverbium Iſthmum perfodere, id eſt perperam aliquod negotium ſuſcipere, prout & Demetrios, Cæſar, Caligula, & Nero id irrito conatu tentarunt, Seleucus l. alias Nicanor mare Caſpium cingere voluit, Boſphorum Cimmerium, antequam manum admoveret à Ptolomæo jugulatus eſt, Trajanus à derivatione Euphratis

phratis in Tigrim abſtinere coactus eſt, quin & obſtructiones fluminum raro bene proceſſerunt, ut in Belgio, & noviſſimè in arce Wolffenbuteliana ex reſtagnatione viſum eſt.

Sic & Trajanus Euphratem cum Tygri Seleucus Boſphorum Cimbricum cum mari Caſpio conjungere annisi ſunt, Carol. IV. Muldaviam in Danubium, Necus Ægypti Rex Nilum per foſſam in mare rubrum derivare allaboravit, Caligula & Nero Iſthmum perfodere conati ſunt. Et Amoratus *ad Tacit. lib. 13. ann. diſ.* 10. refert ſuperiori ætate Ararim & Moſellam perfoſſam ultra 30. milliaria germanica conjungere tentatum quo verſus ſeptentrionem naves recte commearent, non eſſe tamen impoſſibile nec reſervatum ſolius Majeſtatis divinæ flumina natura diverſa conjungere Exemplo docuit Sereniſſ. Princeps Brandeburgicus dum Suevicum cum Odera, per foſſam ab ejus nomine Friderici dictam feliciter conjunxit. Caſtro in loco editiore urbis collocato, contra omnem vim urbs munita eſt, ubi Præfecti vel à caſtro Burggravii Norinbergenſes olim jus dixerunt, nunc domui frumentariæ deſtinatur, in hac & aliis ejusmodi ædibus publicis trecentorum annorum frumentarios acervos ſe vidiſſe refert Kirchner. *de rep. diſſ. 21. th. 1. lit. 1.* In qua aliquando Impp. morati ſunt tempore Comitiorum. *Ex A. B. c. 25. v. non licet autem. §. & invenimus.* à tempore cujus tunc non erat memoria, hic regalis prima curia habita fuit, quod in futurum ſervandum Carol. IV. loco citat. conſtitut. *R. I. Worm. Anno* 1521. *In pag. R. I. Auguſt. Anno* 1568. §. Wiewol prout in ſpecie prima Comitia habita hic fuerunt, ab Ottone I. Anno 938. Item Otton. II. & III. & Carol. IV. Auream Bullam hic ſanxit Anno 1356. in einem Hauß auf dem Honersberg / quæ hodie vocatur zum gulden Schild / curia quoque ſolennis habita fuit Norinbergæ 1187. ut & conſtitut. Friderie. Imp. *de incendiariis & pacis violat. ſub dato* 3. *Cal. Jan.* indicat, *in fin. corporis*, *& Feudorum*, Traditur autem Frider. ex Italia huc venientem, obviam ubique effuſæ plebis admiratione motum Senatorem quendam Antonium ſibi adequitantem interrogaſſe, qua arte tantam multitudinem à tumultu continere poſſent, qui reſpondit: Mit guten Worten und ſchweren Straffen / quod quidam Frider. I. alii III. alii Ferdinand. tribuunt, ſed tam huic, quam illi, eveniſſe poteſt. Subdita aliquando fuit Alberto Francorum Duci ſed ſub Ludovic. III. Imper. Cæſaris Arnolpho filio Imperio adjuncta eſt, alii autem tempore Conradi I. circa Annum 913. alii ſub Conrad. II. circa Annum 1027. id factum contendunt, & quod hic eam liberam declaraverit, cum Henricus V. patri ſuo Henrico IV. rebellaret, & urbs huic fidelis maneret, ille Anno 1106. urbem aliquoties 31. vicibus oppugnatam cæpit, & ſolo æquavit, ac annis 34. deſolata jacuit, quæ à Conrado III. reſtaurata, ambitu, ædificiis, & templis aucta, Anno 1139. à quo ex ruderibus Scotorum cœnobium in honorem S. Egidii excitatum pro Religioſis S. Benedict. Arx tamen occupata non fuit, ſed à generoſo viro Gotofrido dicto conſervata eſt, ex qua ratione ut probabile eſt, urbs in inſignibus æquilæ caput virginis coronatæ gerit, ſive quod arx virgo permanſerit, licet alii velint Imper. quendam Aquilæ virgineum caput addidiſſe, in ſignum quod fœminæ maribus eſſent imperioſæ, & Andromachæ, viri autem uxoriæ poteſtati parerent, quod ſi verum, idem de aliis civitatibus dici poſſet, quæ caput mulieris galeatum vel cum ſceptro gerunt, & forte plurium inſigniis ejusmodi figura inferenda eſſet, de quibus paſſim jactatur, hoc vulgare:

Wer ein Burger zu N. will ſeyn /
Der muß ſeinem Weib gehorſam ſeyn.

Hujus urbis cuſtodiæ maxima ex parte inſignia Coronationis Regum, & Impp. concredita ſunt, I. Corona regalis intra cujus ambitum mitra Epiſcopalis exſurgit, ad frontem crucem habet, 5. adamantibus diſtinctam, cum ſerie unionum & margaritarum, ad formam crucis. In occipitio duæ ſunt appendiculæ auro tortili phrygiatæ, ac rubra byſſo, quæ fimbriolis aureis terminantur, tota autem aurea eſt, copia rubinorum, ſmaragdorum, adamantum, unionum, & pretioſiſſimarum gemmarum, corruſcans, II. Dalmatica veſtis, Carol. Magn. etiam margaritis diſtincta, III. Cappa Choralis, mantellum ſeu paludamentum Cæſareum, cui phrygio opere intextæ ſunt aquilæ aureæ, & prætorea duæ grandes aquilæ ex nigro ſerico, &c.

IV. Sto-

Digitized by Google

IV. Stola aurea ex auro tortili, & flavo, filo ſerico phrygiata, in cujus extremitatibus crucis ex margaritis formatæ, V. Amiculus rubei coloris, VI. Chirothecæ unionibus ornatæ, VII. Sandalia, calcei ſeu ſocculi duo aurei, VIII. Tibialia ſeu ocreæ ejusdem Carol. M. paululum ſupra genua aſcendentes, IV. Zona coriacea cum retinaculo aureo, X. Pomum geſtabile à Bavaro, XI. Sceptrum aureum quod defert Brandeburgicus. XII. Gladius Carol. M. à Duce Saxoniæ præferri ſolitus. Prædicta autem Inſignia Imperialia, & cum iisdem magna pars vivificæ Crucis, in qua Salvator pendere voluit, Lanceæ quoque, qua Longinus miles latus ejus aperuit, pars non exigua, clavus unus, quo manus Cruci affixa fuit; particula præſepis, in quo Chriſtus poſitus fuit, Brachium S. Annæ, particulæ catenarum SS. Pet. Pauli & Joan. Apoſtol. tunicæ S. Joan. Evang. Dens unus, S. Joh. Bapt. gladius S. Mauritii ex Bohemia huc tranſlata ſunt, juxta Bullam Martini Papæ de Anno 1400. pridie Nonas Octobr. ad inſinuationem Sigiſmundi Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ Regis propter efferatam plurium dicti Regni tunc à veritate fidei Catholicæ deviantium etiam potentum veſaniam, in Sancta plerumque ibidem debacchari ſolitam: Et quod aliquando Reliquias & inſignia contra bene placitum Imperiale detineri contigiſſet, magnæque ſtrages pro recuperatione eorundem ſecutæ eſſent, quæ Sigiſmund. Imperator cavere volens huc transferri voluit, in quam tranſlationem Papa d. ſua Bulla conſenſit, ut non liceat hinc alienare, niſi fortè contingeret hunc populum à fide Catholica deviare, verba ſunt d. Bullæ. Eſt hæc Reſp. Ariſtocratiæ Idæa, ubi nemo in Senatum, multo minus ad officia principalia promoveri poteſt, niſi Patritio genere natus, & non quidem promiſcuè, ſed ex familia ſpectabili & ad hanc Ariſtocratiam quæ adhuc durat ſublatis Tribuum Juribus eam deduxiſſe traditur. *Peucerus lib. 5. Chron.* Sicut autem Romani per decem viros leges ab Athenienſibus & Spartanis petierunt, & impetrârunt, quas in 12. tabulas retulerunt, ex quarum vigore Reſp. Romana armis ornata & ll. armata in tantam evecta eſt potentiam, *l. 1. C. de Inſt. C. Conf.* Ita Norinbergenſes à Bruxellis Jura ſua petierunt, quibus annuè gratitudinis loco enſem dono mittunt, item à Venetis per legatos poſtularunt, qui correſpondentiam cum hâc civitate ſervarunt, ut ex litteris Ducis & ſenatus Venet. ad Remp. Norinberg. Anno 1509. colligere licet, *de quibus Tuſch. in tract. de Jure ſtat. pag. 3. memb. 25. in fin.* præter autem leges quibus belli pacisque tempore uterentur poſtulatas, ſe plurimum cum Venetis tùm in aliis tum etiam in tutelaribus legibus ſe conformavit, quas Leonardus Lauretanus Dux Senatui tranſmiſit, in 35. capita redactas, juxta literas ad Senatum datas 9. Novembr. Ann. 1506. quo Anno Collegium tutelare Norinbergæ erectum eſt: de hac Itali dicunt, quod tota Germania cæca ſit extra Norinbergam, uno oculo ſolùm videntem, *Spreng. in delin. ſtat. Imper. hi. numero 3. pagina* 448. In ea numerantur 528. vici & plateæ 14. majora & totidem minora horologia, 11. Lapidei pontes, 7. Lignei, 12. montes, decem fora rerum venalium, ad 115. fontes pro aquæ hauſtu à dictis 12. montibus Dedecollis Noueorum Metropolis olim dicta fuit ad invidiam Romæ, quæ ſeptem colles habuit; In ea turres 365. interque eas 183. exſecto magnæ molis laboris lapide, balneæ publicæ 13. numerus Civium aliquando ad quinquaginta duo millia ſe extendit, in quarterias, ut vocant, diviſi 131. Capitaneis parent; Hinc ortus fuit Sifridus Schweppermannus Præfectus copiis Ludovici Bavari; Præcipua Eccleſia eſt S. Petri vulgo S. Sebaldi Confeſſoris Norimbergenſis Apoſtoli Regio Danorum genere nati ex Eremita Monachi hic ſepulti, qui ſponſâ ſuâ, Patre, Matre, bonis, & fortunis omnibus (exemplo B. Macharii & Alexii, de quibus, *in c. ſcript. 26. §. Ecce 27. quæſtion. 2.*) relictis poſtquam tribus annis Eremum incoluiſſet, Romam profectus à Gregorio Papa ad prædicandum miſſus & profectus in Lombardiam in via duobus Adoleſcentibus Wittibaldo & Wunibaldo extremâ fame penè confectis ſuis precibus à divinâ clementiâ panē impetravit, inde digreſſus in Bavariam & Norinberg. juxta quam in Sylva ſibi domum exſtruxit, per diem prædicationis munere ſollicitè fungens, nocte meditationibus intentus, cujus mortui corpus à quatuor beſtiis ad locum ſepulturæ tranſla-

ſum ibi Norinbergenſibus olim in ſummo honore habitus fuit, ut & antiquis monumentis refert Chriſtianus Erdtmannus in Norinberga p. 1. qui cum poſt mortem non tantum hic ſed etiam in ejus circumvicinia miraculis coruſcaret, & pro Patrono loci per 500. annos & ultra ab omnibus eſſet reputatus, ad inſtantiam Conſulum Proconſulum & Communitatis Norinb. poſtquam Greg. X. & alios Martinus Papa de Miraculis fama publica, & fide dignorum relationibus certioratus, & ipſa rei veritate fultus SS. numero Sebaldum adſcripſit, 14. Cal. Septemb. ſeu 19. Aug. celebrandum; Cumque Sigiſmundus Hungariæ Rex electus intraret Norinbergam, eique Clerus proceſſionaliter occurreret, præter auream crucem, Caput S. Cypriani, & S. Sebaldi, eidem in plateâ publicè exhibita fuerunt; Similiter fere factum in introitu Maximil. Imperatoris: Altera eſt S. Laurentii Eccl. Comites Naſſovii Cives Norimbergenſes fuêre, & in ſpecie Adolphus Naſſovius, dein Imperator, qui unam turrim Eccleſiæ S. Laurentii extruxerunt, plures alias ædes, *Beſol. ad verb.* Naſſau / ꝛc. Norimberga poſſidet Dominium Herdech, & Rotenberg, Item ad eum ſpectat Hersbrugg urbs 2. milliaribus diſtans à Lauff, & 3. à Sultzbach juxta amnem Pægnitz, ubi Anno 1644. exulans mulier nonagenaria Magdalena Forſterin / ex qua provenerunt 134. perſonæ, quæ ſupervixit 56. ſuos Nepotes, 64. pronepotes, & duos abnepotes; Prout & Bartholom. Viatis vidua nata Schlüſſelfelderin Norimbergæ ſupervixit 117. nepotes & pronepotes, quorum 70. adhuc tempore funeralium ſupererant, *Beſol. ad verb.* Nachkommen quod licet rarum ſit, minus tamen mirum eſt, eo quod in novis Hebdomadariis Hamburgi Ann. 1668. 19. Auguſti ſparſum fuit de quodam vi Ventorum in Angliæ Inſulam delata cum 4. fœminis, qui An. ætatis ſuæ 60. & adventus 40. liberos 560. numeravit: Anno 80. filios, filias & Nepotes 1789. ad primi orbis aliquam idæam.

Celebratur hic præter alia ferrea muſca inter diſcumbentes circumvolitans, & aquila ænea Cæſari Carolo V. obviam volitans. *Caſp. Scott. l. 2. de miachi ſpect. pag. 222.* Cum Ann. 1400. exauctoratus eſſet Wenceslaus Cæſar ſurrogato Ruperto Palatino, ſoli Norimbergenſes in fide Wenceslai ſcrupuloſè perſtiterunt, & non niſi ejus juſſu aut conceſſu novo Cæſari juramentum præſtare recuſantes, ut conſenſum impetrarent, 20000. fl. Wenceslao obtulerunt, quæ ipſe reſpuit, petens aliquod plauſtra vini Bacheracenſis ſibi tranſmitti.

Eſt una ex civitatibus alias convocantibus Eine auſſchreibende Stadt / & à Civitatibus aliis Imper. impetravit, quòd in Comitiis ad menſam directorii in conſilio Civitatum Secretarium collocare eidem liceat, quod nulli alteri civitati conceſſum eſt. Ex privilegio Cæſareo Ludovic. Anno 1320. obtinuit, quod parentes filios inobedientes carcere coercere, & vivos in profluentem demergere poſſint, quòd licet durum ſit, cùm patria poteſtas in pietate non atrocitate conſiſtat, accedit tamen ad Juris veteris rigorem, quo parentes Jus vitæ & necis in liberos habuerunt. Quæ & alia cùm plurimorum ſcriptis celebrentur, actum agere nolo. De Acad. Altorfiana infra agetur.

Ulma Ptolomæo Alzimenium dicta videtur, 180
hoc nomen accepit vel ab uligine terræ, vel ab Ulmis arboribus, quod olim ibi Ulmi ſteterint, ordine & ritu Salicum, unde adhuc extat ibi vicus Ulmenſis, & cives Ulmenſes Ulmigeri vocati ſunt, in circulo Suevico Danubio adjacet, qui hic Iſare & Blavo receptis primum fit navigabilis, inter 4. Imper. pagos recenſetur, & usque ad Ann. Chriſti 1300. mœnibus caruit, & villa regia vocatur in literis donationis Carol. M. Monaſterio divitiis Augiæ factæ, An. 813. Volunt quidam eam, A 1340. circiter Jura civitatis accepiſſe, quod ſi verum eſt, non eſt improbabile eam tempore Regis Ludovic. vel Clodovæi Ann. Chriſti 500. vaſtatam, & inſtar aliarum urbium, cum ut d. Ann. 813. à Carol. M. villa vocetur, cum addito Regia, ut quæ ſoli Cæſari paruerit, & ſubjecta fuerit, non tamen ſub civitatis nomine, ſed multis annis lapſis ſub Frider. III. pecuniis Monaſterio datis in libertatem ſe vindicavit, & anno circiter 1346. ſibi Conſules & tribunos creavit, & in tantum crevit ut cum ante vix in circuitu 2100. paſſus contineret, ad 6400. paſſus contineat, & hodie plures adjectis munimentis An. 1605. Templum Manſter dictum in urbis meditullio conſpicuum, cujus longitudo una cum choro 317. pedes Geometrici, latitudo 1521. innixum 36. columnis, 9. in longitudine, & 4. in latitudine, & conſtitutis ex ordine 75. Feneſtris, clarum, habuit primis

Digitized by Google

mis temporibus 52. altaria, cæptum Anno 1377. & intra 111. annos perfectum, pro 9. tonnis auri, organum in eodem præter alia celebratur, ubi una fiſtula ultra 3000. ponderat, ex Stanno Anglico & metallis, paucis 16. ſcil. ligneis exceptis, maxima 24. pedes alta eſt, capax 315. amphorarum Ulmenſium, quo & multa alia ſingularia collegit Fælix Fabri Dominicanus in Hiſtorica Sueviæ. Beſold v. Orgel / ꝛc. Emit hæc Civitas Anno 1391. Comitatum Helffenſteinium cum oppido Goslingen, & adjacente ditione, & ſimul Albanenſem diſtrictum, quem pignoratum Judæi vindicare ſtatuerant, redemit An. 1660. 20. Martii. Imperatori Leopoldo homagium præſtitit deputato ad hoc ſpeciali Commiſſario Comite de Königseck.

109 Memminga jam tempore Conſtantii & Juliani Anno 350. extitiſſe creditur, Druſomagum à Ptolom. dicta, nomen hoc habet vel à virorum multitudine, vel à Memmingo viro prædivite, qui tempore famis ut homines ali poſſent multis conductis hic ædificare cæpit: Adhuc Anno 777. poſt natum Chriſtum pagus fuit, prout Anno Chriſti 800. in Suevia paucæ fuerunt Urbes, & præter Auguſtam Pfullendorffium, & Campidonam ferè nullæ, pagi multi, Ulma, Grunefurtum, Biberacum, Leutkirchen, Iſnen, qui omnes fere erant Abbatum: Sic & hic pagus ad Compidonenſem Abbatem Andegarium pertinuiſſe aut Comitibus de Ilergaio Guelphis & Bavaris paruiſſe dicitur: Nunc Imperii liberam Urbem eſſe matricula de An. 1545. 1551. demonſtrat, privilegiis etiam Imperialibus munita de A. 1471. *V. Wehn. in tract. 6. Symph. c. 7. p. 193.* Republica partim ab optimatibus, partim à populo adminiſtratur, Cives vero partim importandis & invehendis, exportandis quoq; & evehendis ſuis mercibus queſtum faciunt, quas dum ex artificio ſuo parant, tum etiam linteamina ex lino & goſſipio, variis telarum modis conficiendo, tum etiam aliis modis fortunas ſuos augendo.

110 Kauffbeuren in Algoia veteri Alemaniæ ſitum quaſi emptum pagum ſignificat, Domini hujus loci olim fuiſſe perhibentur Barones à villa vom Hof / qui cum Lothario Cæſare ex Gallia venientes hic ſedem poſuerunt, & authoritate Cæſaris poſſeſſionibus & agris finitimis occupatis municipium condiderunt, Anno 1342. quod heredes eorum ad Ann. 200. ferè poſſederunt, cùm autem Otto de Villa ultimus poſſeſſor adulterium cum uxore alicuius civis admiſiſſet, & ſuperveniens maritus cum uxore deprehenſum ambos noctu interfeciſſet, Imperante Conrad II. libertatem 50. millibus floren. emit, unde Kauffbeuren dicta. Ejus verò privilegia à Rudolph. I. Sigiſmund. Ludovic. & ſucceſſoribus aucta & firmata ſunt. Dicti Ottonis ſoror una cum fratre ſuo Canonico Auguſtano Cæmiterium Meyer-Hof / fundavit, cùm juxta Inſt. *pacis. Cæſ. Suecic. §. 5. v. 11.* libera quóque Civit. in eum ſtatum reduci debeat quod fuit in Jan. 1624. reſtitutio hæc Anno 1649. in April. à Cæſareis Dominis Commiſſariis ſubdelegatis facta fuit, & cum Romano Catholica religione Auguſtanæ quoque confeſſionis exercitium hic viget. Specialis loci conſuetudo eſt quòd inſtrumentum hypothecæ non ſit coram ſcriba civitatis confectum, ex eo Jus creditori non competat teſte Wehn, *pract. ob. verbo* Vergandtung der Gütter / de cujus validitate *V. Mynſ. decad. 1. reſp. 9. per tot.* prout jure communi hypothecatio jus præferentiæ non tribuit, niſi ea facta ſit judicialiter, vel ſervata ſolennitate *l. ſcripturas C. qui po. in pign.* Jure quoque Saxoniæ & aliorum locorum diverſis ſtatutis receptum eſt, quod immobilia non niſi conſenſu judicis pignorari poſſint. Sächſ. Land-Recht. *p. 1. a. 8. Dan. Mollor. 1. Semeſt. c. 70. Col. tract. de proceſ. exec. p. 1. c. 10. numer. 171.* idquè bona ratione receptum, ne eadem res pluribus oppignoretur, & hoc modo creditores poſteriores fraudentur, aut litibus involvantur immortalibus, quibus fraudibus prudenter occurrere magiſtratum decet, memorem, quod concordiâ civium res parvæ creſcant, diſcordiâ civium res maximæ dilabantur, à campis Cavinis nomen alii derivant ſed hanc rejcit Munſter, *V. Stopper. pag. 179.*

111 Eslinga ad Neccarum, Suevici circuli, milliari Stutgardia & 3. Tubinga diſtans. nomen habet ab ære, & ejus ſono quaſi æris clangore ſeu ſonitu, quòd ibidem à fabris noctes dieſque cuſum fuit, in officina ferraria, prout etiam Tubinga à Tubæ clangore derivari ſolet, cujus Univerſitas hic An. 1567. & 1571. ſedem hoſpitalem habuit, & Anno 1556. ob peſtem graſſantem, Spiræ Judicium Camerale, huc Eslingam ad tempus translatum fuit. Hanc Frideric. II. Imp. Anno 1215. muro cinxit & Jure Civi-

Digitized by Google

re Civitatis Imper. donavit, tria urbis ſuburbia eam amplam reddunt, Primum Bleſianum verſus meridiem, proprio muro & foſſis cinctum, Secundum, Beitanum dictum à Beyten / quod eſt Warten ſeu expectare, ideo ita dictum quod cum olim latrocinia hic in vicina eſſent frequentia, hic viatores exeuntes expectabant, vel quod exituri comitatum hic expectarent, quò conjuncti à latronibus eſſent ſecuriores, vel etiam à Beuthen / ſeu ſpoliis quæ inter facientibus detrahebantur, Et 3. in monte ſuburbii Caſtelli, vulgo die hohe Wacht / quia ſibi ſingulares cuſtodes ex civitate conſtituuntur, incendia & incurſiones obſervare, & indicare tenentur. Hic conventus Imper. habitus ab Henric. IV. Anno 1077. Huic loco maxime infenſus fuit Fridericus Auſtriacus, quod fideles Ludovico Bavaro eſſent, & Anno 1316. urbem obſedit, in ſuburbiis ejus caſtra locavit, averſurus Neccari fluxum ab oppido, qua murum ſubire ſtatuerat, ſed ſpe dejectus telorum multitudine, ab oppidanis obrutis copias in editiora traduxit ſcalis aſcenſurus mœnia, donec ſuccurrit Ludovicus Bavarus cum Trevirenſi Electore, Ubi prælio ex Auſtriacis perierunt Kirchbergenſis Regulus, & Hombergii Comes; Ex Bavaris autem Ludovicus Oetingenſis Com. occubuit.

Status Reipubl. olim Democraticus hodie eſt Ariſtocraticus, & Auguſtana confeſſio hic obſervatur, & præter hoſpitalia, Orphanotrophia, Leproſaria, Parochotrophia, Biephotrophia, Noſocomia hic ſervantur, & noviſſime à Senatu inſtitutum eſt Collegium, in quo ex Civium liberis 12. Scholares gratis aluntur, maximè verò in muſica inſtruuntur, ut eam in templo exerceant, & jactis ſtudiorum primis fundamentis veſte & viatico proviſi ad Academias dimittuntur, *ut teſtatur Knipſ. Reip. hujus Syndicus in tract. abſolutiſſimo de Urbibus & Civit. Imper. libr. 3. capit. 13. numero 18.* ad quem Curioſus lector remittitur; Ad hanc urbem cum Friderico Auſtriaco commiſſo prælio captus fuit à Ludovico Bavaro Auſtriacus, *qua de re Burgundus in Hiſt. Bavar.*

115 Reuthlingia Sueviæ Urbs Imperialis olim ſylva fuit, quâ evulſa vom Außreutten hoc nomen habet, An. 1215. à Frideric. II. Imper. muro cincta, eam Anno 1247. Henricus VI. Thuring. Landgravius fruſtra obſedit, quâ obſidione liberati, ex voto B. V. templum elegans ædificare cœperunt, 96. annis laboratum, & Anno 1343. abſolutum fuit, Et licèt Dux Würtenberg. in ea olim varia Jura habuerit, ea tamen Anno 1500. libere accepta certa ſumma, civitati reſignavit, quòd Carol. V. Anno 1650. confirmavit. Hæc cum Norinberga ex civitatibus liberis prima Lutheri doctrinam acceptavit. Extat hic ſupra portam Noſodochii antiquitatis hoc veſtigium; Monſtroſa quædam larva alicujus Idoli Ethnicorum Incolarum, qui ibidem Martem pro Deo coluerunt, quæ pro memoria publicè ibidem expoſita eſt, his additis verbis:

Da man zählt vier Hundert Jahr/
War diß Figur gemacht fürwar/
Vor dieſem war diß ein Abgott/
Jetzt iſts bey den Chriſten ein Spott.

Nordlinga quaſi Nerdlinga à Tiberio Nerone conditore ita denominata qui 34. annis an- 113
tequam ad Imperium eveheretur, ſub Auguſto Cæſare, ut Dux ſummus militaret, cum exercitu hic hyematus eſt, & prima fundamenta hic poſuit, quamvis aliqui ab aquilonari vento Nordwind, aliqui à propinquo Norico, Nordgau, derivent. Hic Veſpaſ. Auguſt. Ann. Chriſti 72. pro Romanis contra Germanos, bella gerens, pro victoria ab exteris reportata gratias diis agens aras Flavias extruxit, primus ſitus fuit in colle, S. Emerano vicino, ubi proteſtantes, Ann. 1546. caſtra locarant t ubi adhuc templum extat, poſtea ob aquandi difficultatem ad planitiem & radicem collis translatus, eſt formæ rotundæ, in circumferentia, 9395. greſſuum, intrinſecè 3100. paſſuum. Aliquando Epiſcop Eichſtedenſi ſubdita, titulo permutationis, ad Epiſcopum Ratiſbon. pervenit Anno 1019. circiter, ſed ob delictum Epiſcopi ad Imper. & Imperium rediit ſub Conrado Rege Filio Frideric. II. & in libertate permanſit, celebris urbs eſt prælio hoc loco geſto, quando Anno 1634. à Ferdinand. II. Bohem. & Hung. Rege 7. Auguſt. obſeſſa fuit. ubi Sueci profligati ſunt. 26. & 27. & Civitas die ſeq. 28. ſe dedidit, & in exercitio Jurium & privilegiorum permanſit, quâ de re hiſtorici noſtrorum temporum.

Digitized by Google

Senatus & populus Auguſtanæ Confeſſioni addictus eſt, quæ hic Anno 1524. introducta fuit. Senatores habet 15. Judices 12. Conſules 3. Negotiatio panni, lanei, & corii paratio frequens eſt.

114 DinckelſpilaPtolomæo Aræ Flaviæ vel alæ Flaviæ dictæ, vel Dinchelſpihel, nomen habet à Dinchelſpihel quod genus frugis eſt, unde panis fit delicatiſſimus, vel à colle, quod in collibus vicinis copia horum frumentorum creſcat: proinde in inſigniis adhuc 3. colles & fructus gerit, in Suevia ad amnem Wernicum ſita, ex hac villa (quam Dingelhoff dictam ruſticus quidam incolens, cum religioſos ſæpe hoſpitaſſet, ipſis donavit, ubi exſtruxerunt Monaſterium, & ante prælium Nordlingenſe hic ruſtici lapidea fuit ſtatua à Suecis tunc dejecta) vicus primum parvus, ex vico oppidum factum eſt, quod tot ſtagnos & piſcinas habere dicitur, quot annus habet dies, Tempore Henrici I. Anno 928. muro cingi cœpit, Anno 1126. vallibus, foſſis, & turribus fortificata, fuerat ante ut etiamHalla præſidium Suevorum, contra Francos, quemadmodum è contra Rotenburgum, propugnaculum Francorum contra Suevos fuit, ſed poſtea ob Hungarorum & Wandalorum incurſiones, munitum ac vallatum fuit. Anno 1351. ab Imper. pro 7. millibus & ducentis libris Hallenſibus Ludovico & Friderico fratribus Oettingenſibus oppignorata, ſeipſam demum redemit, & liberavit; Quia utraque Cathol. religio & Auguſtana confeſſio hic vigent, *juxta inſt. pacis. Oſnabrug. a. 5. §. deinde.* Paritas ſenatorum & officiatorum hic ſervatur, ut Auguſtæ, & hoc executioni mandatum eſt 14. Maij, Anno 1648. Sicque hic 2. ſunt conſules, Catholicus unus, alter Auguſtanæ Confeſſionis, quatuor ſecretioris Conſilii, æquali utriusque religionis numero, & demortuo Catholico Catholicus, ut & Auguſtanæ Confeſſionis addicto hujus religionis ſemper arrogatur.

115 Biberacum urbs Sueviæ in valle ſita inter montes, quæ Caſtoropolis dici poſſet, à Caſtoribus & paludibus dictum, quaſi per Biberbach / omiſſa litera B. quòd olim ante Urbis fundationem in locis his paludoſis multi eſſent Caſtores, unde in inſigni Caſtorem coronatum gerit, & inferior pars civitatis adhuc tam paludoſa eſt, ut in ea cellæ fodi non poſſint, *teſte Scoppero in Choregraphia. capit. 4. pagina* 39. Anno 751. pagus hic Francis fuit ſubditus, de prima origine non conſtat, à Friderico II. muris cingi cœpit, quando idem aliis Sueviæ locis evenit, *Scopper. pagin.* 198. quia ad liberationem Archi-Ducis Maximilian. poſtea facti Cæſaris, cumBrugis in Flandria captivus eſſet, hi quoque vexillum militum miſiſſent, nigra veſte milites omnes induiſſent, in ſignum mæroris, Maximil. resplacuit, & præter alia conceſſit ut Caſtorem cum aurea corona in inſigni geſtarent. *Latius Scopper. pagina* 199. Paritas religionis hic ex Inſtrumento pacis ſervatur, quod de Dunchelſpilio & Auguſta dictum. Id hic conſuetudine receptum, quòd in concurrentia obærati debitoris cives nudum Chirographum habentes, exteris etiam expreſſam anteriorem qualemcunque hypothecam habentibus, præferantur, *teſte Weh. verbo.* Vergandtung der Gütter. quæ licèt Juri communi repugnet, quo nulla differentia inter cives & extraneos attenditur, item hypothecas habentes, juxta *l. Scripturas. C. qui pot. in pig.* hypothecariis nudis præferuntur, quia hi Jus reale pignoris habent, una cùm obligatione perſonali, quòd ſoli chirographario perſonali debito fortius eſt, & potentius. *argt. l. quoties C. d. R. V.* Tamen d. conſuetudinem valore in Cam. Imper. deciſum eſt *V. Beuth. de Jure pra. lib. 1. cap.* 42. Pro conſuetudinis validitate facit, quòd prioritas hypothecæ adhærens indicta ſit ex Jure poſitivo, quod alio Jure poſitivo tolli & multò magis limitari poteſt ut Statuto, ſic etiam conſuetudine poſteriore, *§. fin. I. de Jure nat.* Urbs hæc Pipini temporibus Anno 751. pagus fuit, adeóque jam 912. annis ſtetit, licet ante eum fuiſſe veriſimile ſit, *Scopp. in Choro. capit.* 10. *pagina* 196. Capella in Cæmiterio, olim Parochia fuit, quæ eſt Eccleſia S. Martini turri alta conſpicua idque hinc colligitur, quod cum conus ex apice templi aliquando vi ventorum dejectus eſſet, tantæ amplitudinis, ut undecim quartalia frumentorum caperet, quem cum tres artifices in locum priſtinum reponerent, in apice ſimul ſuper conum (qui tamen exiguus apparet) conſtiterunt, & ſunus ſuper eundem novam veſtem induit. Quæ Parochia olim ad Monaſterium Eberbach, in

Ringavia ſpectavit, ex quo Abbas religioſum parochiæ præficere ſolebat, ſed Anno 1564. Senatus loci parochiam cum omnibus appertinentiis ſolutis 31. millibus florenor, pro ſua diſpoſitione Nommaudi parochum obtinuit, *Ita Seopp.* cujus hæc ſedes natalis fuit.

116 Ala ſeu Alen civitas Circuli ad Cocherum amnem Suevici nomen habet vel ab anguillis, quæ hinc magno numero ubi olim ſtagnum nunc urbs eſt capiebatur, vel ab Aula Imp. Frider. Barbaroſſæ, quam hic habuit, olim ad coronam Bohemiæ ſpectavit, Anno 1350. ſub gubernatione Comitum Oettingenſium, ſed per emptionem pro pretio 20. millium fl. ad Eberhardum Comit. Würtenberg. devenit. Cum autem Eberhardus Ann. 1360. bellum contra Cæſarem geſſiſſet, & facta transactione in omnia bona confiſcata reſtitutus eſſet, ſola hac civitate excepta, Imperio remanſit.

117 Pfopfingen etiam circuli Suevici 3. milliar. diſtat à Dünckelſpiel, hic tempore guerræ cum Würtenberg. Anno. 1378. arcem civitatis, foſſis vicinam dejecerunt, multa noviſſimo bello Germanico perpeſſi.

118 Giengia vel Giengen à Pyrmidio Præſule Trebonum condita, intra Ulmam & Nordlingen ſita, ad Brentium amnem, die Brentz/ piſcibus affluentem: Monaſterium Herbrechtingen hîc Frid. Barbaroſſa Anno 1144. fundavit, cum autem ſub Henrico Hitzleto Abbate cives idipſum expilaſſent, & incendiſſent, à Papa Nicolao Romam citati ſunt, donec interventu Ludovici Palatini A. 1453. hæc res compoſita fuit. Hanc civitatem Anno 1314. ab Imper. Carol. Anno 1354. cum conſenſu EE. in Comites de Helffenſtein alienatam, & in feudum conceſſam tradit Beſold. *in theſ. pract. verbo* Reichs Stadt: Verùm ejuſmodi alienationes Civitatum Imper. hodie fieri non poſſe aliàs oſtenſum eſt. Poſteaque ſe civitas in libertatem vindicavit, in eaque permanſit, licèt Anno 1633. & ſeqq. à Marte & Vulcano ita conſumpta ſit & afflicta, ut reſpirare nondum poſſit. In ea auguſtana confeſſio obſervatur.

119 Rotenburgum ad Tuberam, in circulo Franconico à turrium & tegularum rubore ita cum arce vicina dictum paruit Franciæ regibus, poſt tempora Imperialis eſſe cœpit, quam liberam Godofridus de Limburg ſeptimus dux Franconiæ declaravit, In hac fuit aliquando præfectus Imper. Land-Richter/ ſed Carol. IV. hoc jus civitati tempore Rupert. Imper. urbi pro 8000. flor. pignoratum cum pertinentiis ceſſit, conceſſa ſimul poteſtate, qua aliæ Imper. civitates fruuntur, *Mager. de advoc. cap. 2. numer.* 210. *&* 216. *ſeq.* E regione ad Neccarum eſt urbs Ehenheim, de qua ſuo loco. Non tantùm Rotenburgum, cella penuria Franconiæ & vicinorum locorum nutrix, ſed etiam artium & religionis alumna dicitur, in qua ſola Catholica religio colitur. Anno 1212, terræ motu periit, inquè veteris locum hæc Anno 1271. extructa, poſtquam Frideric. I. Imper. Ann. 1112. eam in numerum Imper. civitatum recepit in eo ordine ad hæc uſque tempora permanſit, cùm enim Conrad. III. filium Fridericum Ducem Rotenburgi creaſſet, & poſt ejuſdem filium ſuum Conradum ſurrogaſſet, eo mox defuncto, Imperii urbibus eam addixit, Anno 1172. inſerta eſt matriculæ de Anno 1545, & 1551. privilegia habet beneficio Rudolphi I. ex Anno 1274. Alberti, & Henrici, quæ Ludovic. IV. Anno 1331. auxit præter alios plures. Licèt Rotweila & Uberlinga huic urbi ratione præcedentiæ quæſtionem aliquando moverint, acta tamen Imperii & civitatum in ſpecie teſtantur, quod Rotenburgum in ſeſſione præcedat ex *R. I. de A.* 1481. 1522. 1543. 1548. *& ſeq. &* 1606. Democratia hic eſt cum Ariſtocratia aliqualiter mixta, ubi ad Conſulatum & Aſſeſſuram Senatus etiam admittuntur extranei & alienigenæ, nec officia Senatorum perpetua ſunt, ſed temporalia, quam Democratiæ ſingularem notam eſſe dicit Tholoſan. *liber. 5. de Rep. capit. 5.* Conſulatus vero ſemeſtris eſt, quæſturæ præſidentur, & Præfectura annua, Ubi verò eſt Ariſtocratia primaria Reip. officia ſunt perpetua, tantum morientibus alii ſubſtituuntur, alias perſonæ non mutantur, cuius Exemplum eſt in Norimberga, quæ Idea eſt Ariſtocratiæ Reipubl. *ad Beſold. de Democrat. capit. 1. numero 1. licet diſſ. Arniſæus liber. 2. polit. capit. 6. numero 2. ad Knipſch. liber. 3. capit. 46. numero 12. 16.*

Halla Sueviæ, Schwäbiſch-Hall/ Imper. 120
Civitas in Suevia ad Cocharum fluvium, qui eam interlabitur, à Græca voce Hallos nomen habet, quod

Digitized by Google

quod Latinè ſalem ſignificat, quia officinis Salinariis in quibus Sal coquitur, centum undecim nobilis eſt, ubi etiam Ptolomæi temporibus aquæ ſale fluentes conſpectæ ſunt, monſtrantibus feris beſtiis, quæ hoc loco, ubi urbs eſt ante 670. annos ex fætida cloacâ aquam Salſam lambentes hominibus prodiderunt, unde primò tuguriæ ad ſalem coquendum, deinde pagus & urbs extructa, ex quibus aquis Salenſibus hodiè aqua 15. urnis hauſtoriis hauritur, & per Canales in ſartagines derivatur, quæ circiter 111. reperiuntur, ocaſione Salis in terræ mineris hic olim inventum Monocerotis cornu, Juriſdictio ſe ad milliare Germanicum extendit, qui locus toſſa vivo ſepimento undique cinctus eſt, licet quidam ad 2. milliaria extendi velint, quod territorium der Roſen-Garten / dicitur, & ab hac urbe nummi Hallenſes hic in magna quantitate ſignari ſoliti nomen accepere. Fuit hic præſidium Suevis adverſus Francos.

121 Rotweila Imper. civitas munita ad Neccarum, non procul ab origine Danubii ſita, Schafhuſio 5. diſtat milliaribus, nomen habere dicitur vel à Rott & Villa, (Rott cohortem ſignificat) vel à fugitivis militibus, oder rottirten Soldaten/quia Cimbri à Romanis fugati, hic ſedem fixerunt, multo tempore pagus manſit, unde inter 4. pagos Imperii à plebe recenſetur: Hic religio Cathol. obſervatur: Celebratur à Judicio dem Käyſerl. Hof-Gericht/quod Conradus III. Imp. propter fidelitatem à civibus ſibi præſtitam contra Lotharium A. 1246. vel 47. ordinavit, & à ſolo Cæſare dependet; hoc Juriſd. in Franconiam, Sueviam & Rheni diſtrictum exercet, cujus Præſides hæreditarii ſunt Comites de Sultz, qui hoc officium Jure feudi ab Imper. recognoſcunt in quo ſunt 12. Eq. ordinis Aſſeſſores, aut in eorum defuncta cives: ab eóque Spiram appellatur. *Receſſ. Imper. Spir. Anno 1571. §. Und nachdem.* Hujus Judicii abrogatio in deliberationem Comitiorum rejecta eſt, *per Inſtit. pac. Sueviæ, pagin 5. §. 20. circa fin.* Anno 1463. civitas primùm cum Cantonibus Helvetiorum fœdus pepigit, & Anno 1519. perpetuò ſervandum renovavit. *V. Beſold. in theſ. pract. v.* Rottweiliſch Gerich. *& Jo. Speidel. ibi not.* qua de re ſupra actum.

122 Uberlingen dicta ab Uberlenden, ſive antiquiſſimo trajectu & navium ſtatione, quæ huc appellere ſolent; Sita ad lacum Bodamicum, ſupra petram præaltam, 2. milliaribus à celebri Monaſterio Salmansweilenſi diſtat: Sedes olim Sueviæ Ducum fuit, prout in ſpecie Dux Conradus Anno 600. hic reſedit, ob loci ſituationem & ad munitionum convenientiam, cum enim lapides è petra facilè cædantur, & ad ædificia applicentur, fit, quo plures exciduntur lapides ex petris mænium eo foſſas fieri profundiores. Poſt deceſſum Ducum Sueviæ, civitatibus Imperii incorporata eſt, A. 1267. Et quia Cæſaribus & Imperio fideliter adhæſit, præcipuè A. 1525. in bello ruſtico, obtinuit, ut in inſigni Leonem gerat; Cathol. religionis eſt. Poſtquā A. 1332. Judæi Chriſti. Frey d. ob fidem martyrio affeciſſent: cadavere in puteum S. Ulrici ante urbē projecto, Judæi omnes ad tribum piſtorum pulſi, & 300. eorum una cum domo combuſti ſunt, ſtatuto promulgato, quod annuè renovatur, ne futuris temporibus Judæis aditus fiat.

Pfulendorfium (Ptolomæo Bragodurum dictum) in ſuperiori Suevia Catholicæ Religionis, olim Comitibus de Pfullendorff. paruit, quorum comitum ſedes fuit eo loco, ubi nunc eſt patibulum, quam ſedem domina quædam Pfulendorfenſis una cum oppido abliguriviſſe dicitur, meris trutarum ſeu piſcium, Forellen-Lebern/jecinoribus. Comes loci Rudolphus, cui unica erat filia Itha nupta Adelberto III. Habſpurgenſi perſuaſione ductus Frideric. I. Imper. Comitatum cum civitate ceſſit, mortuus Anno 1180. & ab illo tempore Imp. civitas permanſit. 123

Wila à Villa dicitur, quia olim villa fuit, & facta civitas prius nomen retinuit, à Frid. Imp. Jure civitatis donata, Catholicæ religionis, ſita in circulo Suevico, Juxta hanc urbem Anno 1388. bello civili inter proceres & confœderatas urbes durante, celebre fuit prælium, ubi victoria fuit penes Principes, periit autem in eo Comes Würtenbergicus Ulricus, nec non Comites Leonſtainius, Zollerenſis, Werdenbergicus, cum 60. nobilibus & militibus. Civium autem Wilenſium 66. occubuerunt, quorum nomina ſingulis annis Dominica ante Barthol. publicè ex Suggeſtu à Parocho leguntur, & fidelium ſuffragiis commendantur. 124

Hailbronna ad Neccari ripam meridionalem quaſi fons ſalutis dicitur à copia ſaluberrimorum fontium, quibus alii potu alii lotione ſanari ſolent, 125

ſolent quorum ſcaturigines plùs quàm ducentæ in hac urbe reperiuntur, ſeptem milliaribus Spira diſtat, olim pagus ſub Henrico IV. primum cincta mænibus, & ſub Frideric. II. civitatibus Imper. adſcripta & ſub eodem novis cincta eſt muris, cooperante ad eorum perfectionem Friderici II. Sororio & Henrici IV. genero Wolframo Charigoviæ Comite, & Conrado III. matriculæ Imperii inſerta Anno 1551. &c. utraque hic religio ſervatur, Templum D. Kiliano Herbipolenſi præſuli conſecratum extat præaltum; ſtructura venuſtâ & artificioſa, in cujus pinna conſpicitur gigas lapideus ſeu cathaphractus & ſemipaludatus, perone ſaxeo & criſtato caput tegens accinctus acinace, in dextera geſtans hoſtile præpilatum inſtar vexilli vento volatile, cujus pileo ſolent tempore nundinarum vel aliâs, fabri, aliique exercitati artifices planis inſiſtere pedibus, & vexillum circumagere, aliquando etiam poculum vino plenum expotare, audaciam admirantibus ſpectatoribus rei; Pagos habet quatuor, in quorum uno Bochingen ex vivario Anno 1579. captus fuit Lucius piſcis, qui in eo ad 267. annos vixerat.

126 Buchornia ad Lacum Bodamicum ſita circuli Suevici, nomen habet à Sylvâ Buchwaldt / quæ uſque ad d. lacum olim extendebatur. Olim ſubdita comitibus hujus nominis, quorum linea extincta & Comites Altorfienſes & Ravenſp. ac poſt horum obitum ad Imper. pervenit; Eſt ſub protectione Civitatis Uberlingen. *Mager. de advoc. capit. 5. numer. 536.* Jus ſtapulæ habet illorum bonorum, quæ à S. Gallo & Steinach ſuper lacum in Sueviam vehuntur; Hic in lacu captum craſſum piſcem ad 5. pedes & medium longum, ſe vidiſſe refert *Scopper. in chorographia capit. 5. pagina* 77.

127 Wangen civitas Imper. ad Argum amnem ſub circulo Suevico comprehenſa, Cathol. religionis, an à Vangionibus vel aliunde nomen habeat, non conſtat. Judicium Sueviæ Provinciale hîc ſedem habet, in Imp. matricula An. 1545. & 1551. continetur. Territorium ſe ad unum milliare extendit, vinetis caret, quod autem vini rubri generoſi feracem Wangen dicit ex *Dreſſer Spreng. in delin. Stat. Imp. h.* non de hac urbe, ſed de vico Wangen intelligendum eſt in ducatu Würtenbergico ſito non procul à Stutgardia ad Neccarum infra Eslingam.

Gamunda ſive Gemunda Suevorum, Schwäbiſch-Gemündt / ita dicta, quod in Circulo Sueviæ ſita ſit ad differentiam aliarum urbium & pagorum, qui hoc nomen habent, quaſi gaudia mundi ob ludos equeſtres, quos hîc Suevi habuerunt, prout foſſæ jaculatoriæ & torneatoria adhuc hoc loco extant. Alii hinc deducunt vocis originem: Cum Friderici conjunx annulum deſponſationis perdidiſſet, & repertori magnum munus promiſſum eſſet, & ædificatio oppidi, ubi annulus inventus, votum eſſet; Hinc invento annulo oppidum extructum, & Gamunda vocatum à voce Friderici: Gaude munde annullus repertus eſt; Et hinc vel ſub Frid. antiquo, vel Frideric. II. monoculo Duce Sueviæ circa annum 1090. vel 1110. muro cincta eſt. Quæ poſtea ſub Conrad. III. Rom. Reg. & Frider. Barbaroſſa, (cujus patria fuit) aucta eſt. Fuit hic in vicinia olim Prætorium Ducum Sueviæ, qui ex Gibellinorum veterum familia oriundi, & Barones liberi à Stauffio caſtro montano, Hohenſtauffen / cognominati & poſtea in numerum principum ab Imp. Henr. IV. cooptati & tandem ob rerum geſtarum gloriam Imper. facti ſunt, poſt quorum obitum Civitas ad Imperium pervenit, & in iſta libertate hucuſque perſiſtit. Poſtquam Reinholdus Colon. Præſul tempore Friderici Barbaroſſæ corpora SS. Trium Magorum Mediolano transtulit, Gemundia nocturna SS. Regum ſtatione nobilitata fuit, quorum corpora una nocte hic ſubſtiterunt, & extat adhuc domus civitatis, qua ceu curia ſenatus frequenter utitur, expreſſis SS. Regum Chriſtum adorantium imaginibus. cum hac inſcriptione, quòd eam Domum ſuâ quiete conſecrâſſent Anno 1164. quæ tabula renovata eſt Anno 1632. unde adhuc fidei Catholicæ urbs tenaciſſima, ut Acatholicum civem non toleret, & in avita religione conſtantiſſimè perſiſtat. Cum autem nullum flumen Gamundiæ navigabile ſit nec via regia populoſa, nec terra vitifera, Cives ſe mercaturâ alunt, Oppificia præcipua ſunt fæniſcinorum & globulorum ex chryſtallo, ſuccino, oſſibus, ligno, per quorum globulorum foramen funiculus trajectus pro roſariis ſervit, quæ in Galliam, Italiam & alia loca exportantur. *P. Herm. Crombach. in primit. gent. Hiſt. SS. 3. Regum* 128

Digitized by Google

SS. *3. Regum tom. 3. lib. 2. c. 37.* Non deſunt,qui tradunt,quòd loca, quæ ad exitum fluminum ſita ſunt, os vel oſtium dici ſoleant ; Hic autem Sueviæ finis & Bavariæ ortus ſit. *Ita Scopper. in Chronograph. c. 5. p. 65.*

129 Lindaviæ in lacus Podamici Inſula ſita primum Abbatiſſæ loci, (de qua ſup.) dein Ducibus Sueviæ paruit, ſecundum quoſdam ab arboribus Linden&arvo ſeu pratis dicta,prout viridem tiliam adhuc in inſignibus gerit. Ex Monaſterii initiis, quod Adelbertus Caroli M. Cæſ. cognatus ex voto extruxit, civitas deinde effecta, ſub Rudolph. I. privilegiis munita, quæ non tantùm matriculæ inſerta Anno 1545. & 1551. ſed etiam in Comitiis Ratisbon. Anno 1641.1654. ut & in conventu Oſnabrug. Anno 1648. Legatum ſuum habuit: *adde Wehn. pract. obſ. verbo* Reelenhoff. *& inſt pac. Cæſ. Suec. a. 5. §. 9. v. omnia quoque ad ſin.*

130 Ravensburgum in Circulo Suevico ad Scuſſiam amnem in valle ſitum, ſub Carol. M. Gravensburg d. quia fuit arx comitum Altorfenſium, quæ in monte vicino S. Vite eſt ſacrata,ad Septentrionem;non procul diſtat celeberrimum Monaſterium Weingardenſe, de quo ſup. in hac Catholica ſimul & Auguſtana religio exercetur, & paritas officiorum ſervatur, *juxta Inſt. pac. Cæſ. Suec. a. 5. §. deinde.* Hic notabile eſt, quòd Anno 1552. Turris Tubicinaria, Der Blaſer-Thurn/ concidit,in qua tres erant homines, Tubicini nil adverſi evenit; ſed filius 15. Ann. periit, uxor gravida tertio die mortua eſt, in aliâ loco ejus extructâ hi verſus leguntur :

Zu einem Wunder allhier ſtehet geſchriben /
Daß der Bläſer iſt lebendig bliben.

V. Cruſ. in ann. Suev. lib. 8. p. 2. c. 26.

131 * Winshemia nomen habet à Windecaſto Pharamundi Francorum regis Duce, quaſi Windegalli domus, à quo Ann. 425. condita : Sita eſt in Franconia ad amnem, Anno 1412. à Cæſ. Sigiſmund. Friderico Burgravio Norimberg. oppignorata, & aliquandiu poſſeſſa,cui cives annuè 400. flor. præſtare debuerunt, ſed ſeipſos collecta pecunia redemerunt, & libertatem receperunt, à Carol. IV. obtento privilegio, quòd in futurum oppignorari non debeant. Ante noviſſimos motus Germanicos 800. cives fuêre, quorum numerus belli & temporum difficultatibus ad medietatem reductus fuit. Cum Conradus Cæſar bello geſto cum Guelpho Bavaro in hac urbe Ducem obſediſſet, & ad deditionem cogeretur, Cæſar autem vindictam ſperaret, matronæ ante urbis deditionem Cæſari factæ ſupplices petierunt licentiam tantum exportandi, quantum dorſo ferre poſſent, quo obtento quælibet ſuum virum exportavit, quibus Cæſar culpam omnem remiſit.

Wimpina vulgo Wimpf. ad Neccarum nomē 132
habet,quòd quaſi Weiberpfein/poſtquam Hunni duce Attila, oppidum vaſtarunt,& fœminas præciſis mamellis excarnificârunt, viris crudeliſſimè trucidatis Anno 362. cùm ante à C. Jul. Cæſ. conjuge Cornelia dicta eſſet. Locus prælio celebris Anno 1622. 6. Maij novi & 26. April. veteris Calendarii juxta hanc urbem in campo commiſſi, ubi Generalis Cæſar. Comes de Tylli Marggravium Fridericum de Baden Durlach ſuperavit & proſtravit.

Offenburgum ab Offone Equite Anglo, 133
quaſi Offonis caſtrum dictum, qui caſtellum hîc condidit & Anno. 605. Monaſterium hîc extruere cepit in loco vicino Offenzel. d. Aliquando Epiſcopo Argentin. & Marggravio Badenſi oppignorata, urbs partim autem redempta,partim verò Cæſari Ruperto ab Epiſc. Wilhelmo ejus remiſſum dicitur : Argentorato 2. diſtat milliaribus.

Zella am Hammerebach/ circuli Suevici 134
urbs Imper. Catholica, ita dicta ad differentiam Zellæ ad lacum Podamicum.

Buchavia ad locum Plumarium am Feder- 135
See/ 1. mill. Biberaco diſtat, *de qua in cap. ubi de Abbatiſſa. quæ & ſtus Imp. eſt. actum.*

Leutkircha in Algoia,dicta à templo S. Mar- 136
tini ibidem extructo, ubi ob Suevum ad fidem converſum magnus populi confluxus, quaſi multorum hominum templum. Præſens templum plures ſub ſe habet adhuc Eccleſias. Chorus 7. pedes altior templi navi longus eſt 55. latus 32. pedes, navis vero longa eſt 115. latus 78. pedes, ædificari cœptum eſt Ann. 1514. conſecratum 10. Sept. A. 1519. & Prælatus Weingardenſis eſt collator Parochiæ : Sunt autem Catholici in urbe cum Auguſtanis mixti.

Schweinfurdium in circulo&umbilico Fran- 137
conico ad Mœnum ſita aliis Schwevofurtum, à Sue-

vorum trajectus, quia Tacito teſte, tempore Tiberii Cæſar. Suevi ex Saxoniæ & Albi vicini locis, per hunc diſtrictum in Rhætiam commigrârunt, unde origo ejus ante 1600. annos fuiſſe videtur, licèt nón deſint, qui primam originem referant ad Ann. 217. ante Chriſtum natum, quod per Suecos ex Pomerania expulſi Suevi hîc ædificare cæperint. Olim pertinuit ad Comites Hennebergenſes circa & poſt Carol. M. tempora uſque ad Henric. V. Comitem poſt cujus ſuæque matris Anno 1017. obitum (cui Comes Bertholdus urbem in vitalitium dederat) eam, Henric. II. Imper. Ottonem Marchionem Schweinfurdenſem de eadem inveſtivit, Quem Ottonem etiam Henric. II. Ducem Sueviæ fecit, apud hunc ejusque poſteros heredes urbs manſit, ad Ann. 1112. uſque ad Eberhardum Marchionem Epiſcopum Aichſtedenſem XX. ex cujus obitu Imperio acceſſit, licèt Epiſcopi ſucceſſori Grottingen in ſuperioi Palatinatu traditum eſt, poſtea à Cæſaribus Anno 1305. & ſeqq. graviter oppignorata ſit hæc urbs ſemper tamen Imperii Civitas permanſit, & ſe ipſam ab omni nexu pignoris Ann. 1386. redemit, & privilegium de non oppignorando aliaque conſecuta eſt. Quando Cæſareus Generalis Vigilianum Magiſter Comes de Lodron hic commendavit, à Suecis intra paucos dies occupata fuit.

138 Campidonum, Kempten, Civitas circ. Suevici, olim ſub Abbatibus fuit, *ut a. ſuperius*. Sedes quoque Ducum Sueviæ circa An. Chriſti 1525. ſe in libertatem vindicavit.

Weiſſenburgum Norici, am Nordgau / (ad differentiam Weiſſenburgi Sebuſiorum ſeu Cron Weiſſenburg am Waßgau / (*de quo alias act. hic.*) ab alba arce nomen habet ad Alemannum fluvium, / die Altmühl / ſita, non procul ab hac urbe apparent foſſæ, à quibus pagus Graben nomen accepit quibus Carol. M. Imper. Danubium Rheno conjungere tentavit, flumine Alemanno, qui in Danubium influit, in Regneſum ducto, qui Mœno miſcetur ad Bambergam, hic autem cum Rheno confluit Moguntiæ, quod ſi ſucceſſiſſet, navigio Ulma, tranſitus uſque in Hollandiam apertus fuiſſet, ſed difficultate operis ab incepto deſtitit, licet cum ingenti hominum copia totum autumni tempus impendiſſet, ut ab Alemanno ad Regnitz foſſam navium capacem faceret, quæ jam ducta erat ad 2. mill. paſſuum in longitudine, latitudine 300. pedum, ſed propter continuas pluvias quantum interdiu terræ egeſtum erat, tantùm noctibus humo iterum in locum ſuum relabente, ſubſidebat, Olim & quidem Anno 1325. Civitas Friderico Burggravio Norinbergenſi oppignorata fuit, ſed Anno 1360. ab hoc onere proprio ære ſuo ſe liberavit, & priſtinam libertatem confirmavit Carol. IV. Anno prædicto cum privilegio de non ampliùs oppignorando eam. 139

Gengenbachum 3. milliaribus Argentorato & Offenburgo uno diſtans Pirminius Trebecorum Præſul cum adjuncto Monaſterio Anno Chriſti 724. condidiſſe legitur. 140

De Civitatibus quæ olim Imperiales fuere.

141 EX Civitatibus etiam quædam ab Imperio omnino avulſæ ſunt, quædam verò in aliorum Principum & Statuum Imperii poteſtatem pervenerunt, & ſicuti ſucceſſu aliquo temporis numerus Imperialium Civitatum crevit, ita alio tempore ſucceſſivè decrevit, ſicut peculium augmentum & decrementum recipere alias dictum eſt, & vires in corpore humano nunc augentur, nunc in eodem ſtatu permanent, & mox minuuntur, & deficiunt, quarum aliquas Iuſtrabimus.

Inter haſce Alzheim ſub Carol. IV. A. 1370. ad Imperium ſpectavit, nunc E. Palatino paret, quæ Romanorum tempore ſtetit, & à Francis, cum ipſi in Gallias irent, ablata fuit, Rheno illis temporibus adjacens, ſed mutato curſu eam reliquit, in qua Monaſterium Auguſtinianorum, quod prò medietate A. 1551. Accademiæ Heidelberg. perpetuo incorporatum 142

ratum

ratum eſt, præter domum Anthonitharum in hac Urbe quæ tamen deinde in ſtabulum bovinum converſa eſt, nunc arce inſigni ad Palatinos ſpectante decora eſt, & fuerunt Barones de Winneberg, Burggr. locus vicinus eſtq; vini & frugum fertilis, 3. milliaribus Wormatia diſtat, Horreum Palatinatus merito appellandum; Hanc Urbem 1620, Spinola Cæſareo nomine occupavit, quæ dein à Suecis, & poſtea ab Hiſpanis recuperata fuit, Anno 1639. Wimarienſes & Galli eam receperunt cum quibusdam vicinis urbibus, ut teſtantur hujus temporis Hiſtorici; Poſt principium autem Februarii Ann. 1640. arcem cum Urbe Hiſpani recuperarunt, interpoſitis pactionibus.

143 Andernacum Civitas cum arce & vectigali ad Rhenum ſita in antiquis Imperii matriculis reperitur, *Lim. tom. 4. lib. 4. c. 7.* hodie ad Electoratum Colonienſem pertinet, milliari ſuper eam in via Confluentia alba extat turris ubi territorium Colonienſe à Trevirenſi, Item ſuperior ab inferiori Germ. ſeparari dicitur; In hujus Urbis Parochiali Eccleſiâ Archiepiſcop. Trevirenſis jus Patronatus habet, Anno 1632. in Autumno à Suevico Generali Baudiſſio vi occupata & expilata eſt, An. 1633. à Cæſareanis & Hiſpanis fruſtra obſeſſa, & demum liberè à Suecis derelicta fuit.

144 Antwerpiam inter Imper. Civitates recenſet Munſterus, *in Coſmog. lib. 3. c. 24.* & Marchionatus Romani Imperii caput, hodie ſecus, ubi Typographia 100. generis typorum à 12. perſonis exercetur. Caſtrum autem extraneis vix viſendum conceditur, recenſetur inter 17. provincias.

145 Auraſia ſeu Orange olim Imperio Roman. Francico ſubjecta, ut ex Bulla monetæ Imperii inſignibus probatur, hodie titulo Principis cum ſua ditione inſignitur.

146 Baſileenſes olim Imperii p'ſcatores unde adhuc in inſignibus anchoram gerunt, *Petrus de Andl. l. 2. de R. I. c. 15. verb. Mag. Cequina* Ann, 1501. *& ſeq.* in perpetuum fœdus cum Helvetis conceſſit, & ſe cum iis Imperio exemit.

147 De Biſantio ſupra d.

148 Boppardia unum ex caſtris per Druſum ad Rhenum milliari ſupra Confluentiam exſtructis perhibetur, quam urbem Imper. Henric. VII. Cæſar fratri ſuo Archi-Epiſcop. Trevirenſi oppignoravit, cui cum parere recuſaret, urbem vi occupatam ſui Juris fecit, & Juribus ſuis renuntiarunt Cives, cumque nova privilegia Anno 1494. ad eluſionem Juriſdictionis Archi-Epiſcopalis impetraſſet, Johannes Archi-Epiſcop. Marchio Badenſis eam denuo obſedit ſibique homagium facere coegit.

De Brachel urbe inter ipſam & Epiſc. Paderbornenſem in Camera Imper. lis pendens eſſe dicitur, *Reinck. de reg. ſecul. l. 1. Claſſ. 4. c. 2. in fin.* 149

Breiſacum olim Imper, urbs nunc Galliæ 150 regem agnoſcit, nova Cameracum Civitas una 151 cum Archiepiſcopat. Imper. fuit circulo Weſtphalico incorporata, hodie Caſtrum milite Hiſpanico cuſtoditur, ad quod exter vix admittitur, nunc Belgio unitum eſt.

Conſtantia primo Gannodurum dicta à Con- 152 ſtantio Conſtantini M. Patre Ann. 307. vel ejus filio 340. Conſtantia dicta urbs Imperii in comitiis Imperii & Sueviæ conventibus ut talis comparuit uſque ad annum 1548. ab eo tempore Auſtriæ Archi-Duces ſuperiores agnoſcit, poſtquam proſcripti domui Auſtriacæ ſe dederunt in perpetuum, quibus in ſuam tutelam receptis Ferdinandus Præfectum ex nobilitate conſtituit.

Dantiſcum Boruſſiæ Metropolis ex matri- 153 cula 1557. Imperii urbem fuiſſe, conſtat, hodie Regi Poloniæ ſubeſt, R. A. zu Regenſp. *A.* 1518. §. In Sachen ꝛc. *Munſter. in Coſmog. l. 3. p. mihi* 928. 154

Daventriam inter Imperii urbes & Hanſeaticas recenſet Munſterus *lib. 3. Coſmog. c. 24.* quæ caput eſt ditionis ſuperioris Iſaræ, nunc confœderatis ſtatibus paret.

Deuren Marcodurum Civitas hodie d. ad Ruram ſitum matriculæ Imperii adſcriptum legitur, ſed Duces Juliæ, nunc eam eximunt, cumque Ann. 1649, publicata pace Haſſi excederent, Princeps Neoburgibus uti poſſeſſor Ducatus Juliæ in eam ſuas copias immiſit. 155

Donawerda, ſeu Thona Werda Imp. Civitas fuit Circuli Suevici 6. milliarib. Auguſta, 3. Nordlinga, 5. Weiſſenburgo diſtans, quaſi Danubii vadum ex caſis piſcatoriis in vicum, ex vico in pagum & oppidi formam excrevit, quondam ad Dillingiæ vel Kyburgi Comit. pertinens, quibus extinctis ad Suevici Ducatum pervenit, Bavariæ verò Duces olim ſuæ ditionis fuiſſe contenderunt, quæ favore Sigiſmund. Imp. Ludov. Bavar tempore 156

Uuu 2 Ann.

Digitized by Google

Anno Chriſti 1420. libertatem ſibi vindicavit, Anno autem 1608. libertatem & immedietatem amiſit propter tumultus in religione excitatos, & ſubſecutam proſcriptionem in manus Electoris Bavariæ devenit, ſpecialia videre licet apud Knipſ. *l.4.c.1.n.64.p.1012. & ſeq.*

157 Duisburgum inter Ruram & Anger fluvios ad Rhenum ſita Francorum & Imperii Civitas, nunc ditionis Clivienſis Brandeburgico uti poſſeſſori Ducatus Cliviæ paret, in qua Anno 1655. 4. (14.) Octobris Academia cum multis ceremoniis erecta eſt, præſente Principe Joanne Mauritio de Naſſaw locum tenente in Clivia nomine Electoris Brandeburgici.

Egra à fluvio vicino ita dicitur, olim pro-
158 vincialis urbs ſuperioris Bavariæ Anno 1179. facta Imperialis, *Beſold. in theſ. v.* Eger / &c. Hanc autem Ludovicus IV. Imperator à Rege Bohemiæ Johanne acceptis viginti mille marcis argenti eidem oppignoravit, & in Regni Bohemiæ poteſtate manſit donec ab Imperio reluatur, quam perpetuis temporibus Ludovicus reſervavit, quamvis per hanc oppignorationem Jure Civitas Imperii eſſe non deſiit, privilegia Imperialia à Bohemiæ Rege ipſis ſint confirmata, Idemque fecerunt Maximilianus I. Anno 1559. Carolus V. Maximilianus II. Rudolphus, Matthias & Ferd. II. & Imperialem urbem eſſe adhuc agnoverunt.

Huc pertinent querelæ immediatè Nobi- 159
lium Sueviæ Anno 1614. dicentium: Epiſcopus Auguſtanus ſex vel ſeptem Bona Nobilium, Princeps Hohen - Zolleranus Hornſteinenſem fundum Bengam, Abbatiſſa Buchovienſis bona Corneliana in Milterbiberach, Regimen ſuperioris Auſtriæ dimidiam dynaſtiam Fils, Abbas Zwifaltenſis bona Berg, Comes à Rechberg, dynaſtiam Aichen, Zueffelsberg, & Deuthenmühlen, nec non Fuggeri Comites & Barones Völin à Frickenhauſen, bona quædam exemerunt & Contributiones in caſſam equeſtrem in-
ferre negant: * Hungaria quoque deplorat 160
membra ſua à Turcis avulſa, cumque ejus fines ab Oriente Pontus Euxinus, à meridie mare Adriaticum, ab Occidente Auſtria, ab Aquilone Polonia terminaret, in Oriente nil fere aut parum regno relictum eſt, Moldavia Vallachis, Tranſalpina feraciſſima exutis Chriſtianorum moribus Turcicæ, vel Tartaricæ feritati ſubeſt, Tranſylvania nutat Meridiem verſus ad ſpacium plurium milliarium Hungariæ. Turca occupavit, Dalmatia, Nyſſa, Croatiæ regna olim florentiſſima aut deleta aut ſubjugata Occidens unum Præſidium retinuit Ovar dictum. Has ex multis paucas recenſuiſſe ſufficeat, plures, qui videre deſiderat, adeat cit. Knipſ. *de Civit. l. 4. capit. 1. per tot.*

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXXVI.

De Nobilitate immediata & Nobilibus.

SUMMARIA.

1. *Diviſio civium, qui non ſunt ſtatus, in immediatos & mediatos.*
2. *Aliqui majora aliqua minora feuda habent.*
3. *Nobilium immediatorum diviſio.*
4. *Non omnes in Franconia Nobiles immediati, ut nec in Suevia.*
5. *Nobiles immediati olim Jus Comit. habuêre.*
6. *Quomodo id amiſerint?*
7. *Tales non ſunt* gefreyte Landſaſſen.
8. *Quid de Collegiis immediatis Canonicorum.*
9. *Immediati non ſtatus ſunt aliquæ civitates privilegiatæ.*
10. *Item multa Caſtra.*
11. *Commendatores quidam.*
12. *Immediatio, an reale vel perſonale ſit?*
13. *Mediati etiam a ii aliis digniores.*
14. *De voce Nobilium generali.*
15. *De ea in ſpecie.*
16. *An Arma Nobilium olim in uſu fuerint?*
17. *Unde dicantur nobiles?*
18. *Quis Nobilitatem tribuat?*
19. *Qui Nobilitatem conſequitur natalibus reſtituitur.*
20. *An Nobilitas inventum merè Civile?*
21. *An tacitè quis à Principe nobilitari poſſit?*
22. *Quomodo Princeps tacitè nobilitet?*
23. *An à Principe appellatus Nobilis per hoc nobilitetur?*
24. *An Auguſta nobilitare poſſit?*
25. *An Rex Rom.?*
26. *An Vicarii Imperii?*
27. *An alii Reges?*
28. *An Regina?*
29. *An Camera Imp. Spirenſis?*
30. *An Archiduces, Duces, Principes?*
31. *An indignum nobilitari poſſit?*
32. *An infans?*
33. *Quid de abſente?*
34. *Quid de furioſo, mente capto?*
35. *Quid de poſthumo?*
36. *An in articulo mortis, quis nobilitari valeat?*
37. *An mortuus?*
38. *An invitus?*
39. *Unde quæratur Nobilitas? an ex divitiis?*
40. *An virtus nobilitet?*
41. *An ſcientia?*
42. *An Feudum vel Juriſdictio?*
43. *An militia?*
44. *An ordo Clericalis?*
45. *An conſuetudo vel Statutum?*
46. *An aſtra?*
47. *An patria Nobilitas?*
48. *An præſcriptione quæratur?*
49. *Pœna ſibi falsò Nobilitatem adſcribentis.*
50. *An ad liberos deſcendat?*
51. *Quid de natis ante patris Nobilitatem?*
52. *An ad illegitimos deſcendat?*
53. *An ad aſcendentes?*
54. *An ad Tranſverſales?*
55. *An ad uxorem?*
56. *An fœminarum & viduarum conjugio quæſita Nobilitas tanta ſit, quanta à Principe profecta?*
57. *An Nobilitas uxoris in virum etiam derivetur?*
58. *An valeant Statuta Collegiorum, ut ſoli Nobiles ad ea recipiantur?*
59. *An Imp. novo homini gratiam facere poſſit ut ad dd. collegia admittatur?*
60. *An pater Nobilis naturalem ex ignobili concubina ea ſuper inducta legitimum reddat?*
61. *Cur Nobiles urbes fugiant?*
62. *An nobilitas per vitæ turpitudinem amittatur?*
63. *An ob paupertatem?*
64. *An per ingreſſum religionis?*
65. *An judicis munus ei deroget?*

66. *An advocati munus?*
67. *An officium Procuratoris?*
68. *An ars medicina?*
69. *An agricultura?*
70. *An mercatura?*
71. *An qui artibus vilibus utitur?*
72. *An pater amittens nobilitatem præjudicet liberis.*

1 PRæter tria Statuum Collegia de quibus actum hactenus, alii ſunt cives, immediati quidem, non tamen etiam Status, alii cives quidem non tamen immediati. Sola autem immediatio ad conſtituendum Imper. Statum non ſufficit, ut ſup. oſtenſum eſt, adeoque argumentum quidem valet negativè hoc modo: Non eſt immediatus, ergo non eſt Status, non econtra affirmativè; Eſt immediatus, ergo eſt Status. Sunt enim aliqui, qui nullum Imperii Principem vel Statum pro ſuperiore agnoſcunt nec ipſorum Principum aut Ducum, in quorum territoriis habitant, Landſaſſii ſunt, ſed ſolùm Imper. pro immediato ſuperiore habent. *Deput.*
2 Abſch. *d. Ann.* 1564. und wollen wir / ꝛc. * Horum aliqui majora, alii minora Feuda, aliquando ab Imper. recognoſcunt; majora Dux Mantuæ, Mediol. & alii *Arum de Com. c. 3. num. 77. Reinck. de reg. ſæc. claſſ. 5. c.* 10, *num.* 1. *Pacif. German. Gall. de Ann.* 1648. *§. ſimiliter.* Minora, ut Nobiles quidam immediati, die freye ohnmittelbare Ritterſchafft / nec eorum immediationi derogat, quod horum aliqui ſint Imperii Principum vaſalli, licèt enim hi Feudi nomine coram domino ſuo conveniantur, in reliquo tamen habent Judicem Imperatorem, vel Imperialia dicaſteria aut Auſtregas, *Matth. Steph. de Juriſd. cap. 7. num.*
3 177. * Hi Nobiles immediati à locis, in quibus degunt, in tres claſſes diſtribuuntur, Franconiam Suevicam & Rhenanam, *R. I. de Ann.* 1542. §. Demnach haben wir. Hos Statibus annumerat Weln. *pract. obſ.* verbo Ritterſchafft pro qua ſententia prodiit ſpecialis tractatus *referente Be-*
16 *ſoldo verb.* Adel. ſed malè, cum nec votum nec ſeſſionem in Comitiis habeant, nec in matricula reperiantur. *Sixt. de Reg. lib. 1. capit. 5. numero* 94. R. *I. de Anno* 1548. *§.* Wann auch. *ibi.* Stimm und Stand. *Geil.* 1. *obſer.* 21. *numero* 9. unde nec in ſubſcriptionibus receſſuum reperiuntur, ut ocularis eorum inſpectio demonſtrat; Sed tantùm finitis Comitiis pro charitativo ſubſidio cum ipſis agitur. *Beſold. de Juriſd. Ord. eq.* §. 11. hinc Anno 1500. cum de auxiliis contra Turcam in Comitiis Auguſtanis actum eſſet, inſertum eſt receſſui, daß man mit der Ritterſchafft in Francken / Schwaben / und Rheinland handelen
ſolle. * Prædicta autem non de omnibus Nobilibus Franconiæ, Sueviæ & ad Rheni tractum intelligi debent; ubi multi reperiuntur, qui Principibus, ubi domicilium habent, parent, ad comitia provincialia vocantur, in eorum cataſtris deſcripti ſunt, iisque quotam ſuam ſolvunt, nec non coram iis conveniuntur; Sed Conſtit. Imper. de iis loquuntur, ſo dem Reich ohne Mittel. und keinem andern Fürſten oder Herrn 4
unterworffen ſeynd. * Negari quidem non poteſt, Nobiles iſtos immediatos olim Jus Comitiorum habuiſſe, *ex A. B. Carol. IV.* ubi inter eos, qui Comitiis Norinbergenſibus interfuerunt, etiam recenſetur Nobilium multitudo numeroſa, qui etiam privilegium Auſtregarum habent, *ex Ord. Cam. p. 2. t. 3. 4. 5.* Et Beneficio quoque conſtit. de pace religioſa gaudent *V. Inhibitions-*Schreiben der Römiſchen Käyſerlichen Majeſt. an deß Biſchoffen von Würtzburg Fürſtliche Gnaden die Beſchwernngen der Fränckiſchen Ritterſchafften betreffend. *ſub dato* 8. *Octobr. Anno* 1628. *act. pub. tom.* 2. *lib.* 8. *tract.* 68. *pagin. mihi* 1423. Hodie tamen nec conjunctim nec diviſim ad Comitia Imper. vocantur, ſed 5
ſeſſione ac voto carent. * Quomodo autem Jus Comitiorum amiſerint, non convenit inter DD. videtur ipſorum voluntate in eorundem favorem remiſſum, vel à Jure antiquo receſſum ut à ſumptibus Comitiorum, quæ aliquando longo tempore durant, releventur, *Beſol. de ord. Eq. conc. fin. & in Theſ. verbo.* Ritterſ. * Non etiam ad hunc ordi- 6
nem immediatæ Nobilitatis referuntur ii, qui in aliorum Principum territoriis habitant, ſed à præſtationibus perſonalibus privilegiati ſunt, qui per hoc non eximuntur, *Beſold. de Juriſd. Rom. c.* 18. *p.* 56. Prout in Alſatia multi ſunt gefreyte Landſaſſen / & in Auſtria aliiſque locis tam nobiles, 7
quam

Digitized by Google

quàm alii ſubditi, multa habent privilegia, qui tamen mediati & ſubjecti ſunt, *Reinck. de reg. ſec.*
8 *claſ. 1. capit. 17. numer. 10.* * Ad ordinem immediatorum, qui Status non ſunt, ſpectant etiam Collegia Canonicorum aut Canoniſſarum, qui in civilibus parent, die ſreye Käyſerliche Stiffter / ut Collegium Canonicorum Bruxellæ juxta Spiram, Canoniſſarum in Budſcheid / juxta Aquiſgranum, quæ etiam in Camera rectè conveniri tradit Geil. 1. *obſerv. 30. numer. 9. & in tract. de pignor. obſerv. 7. numer. 6.* Cùm aliàs Capitula etiam Cathedralia coram Metropolitano vel Epiſcopo convenire debeant. *Auth. ſtatuimus. C. de Epiſc. & Cler. Maranta. pagin. 4. diſtin. 11. num. 2. Geil. de pignor. obſerv. 7. num. 7.*
9 *& dep.p. c. 8. Beſ. id. verbo* freye Stiffter. * Huc ſimiliter ſpectant multæ civitates quæ non ſunt Status Imperii, per privilegium tamen à mediata inferiorum Juriſdictione exemptionem habent.
10 *Auth.dec.Camera verbo Nobilitas.* * Item multa caſtra & Burggravii Ganerbiorum, quæ immediatè parent Imperatori, Status tamen non ſunt, *Killing. de Ganerb. caſtr. Wehner. verbo* Gan-Er-
11 ben. * Multi quoque ex Commendatoribus ordinis Teutonici immediatè parent Imp. & tamen Status non ſunt: ac licèt commendator Provincialis Alſatiæ, deß Teutſchen Ordens-Land-*Commenthur* der Ballay Elſaß und Burgund / in receſſu Imper. de Anno 1566. Item der Balley / Cobolenß / in ſubſcriptione Anno 1559. reperiantur, non tamen idem de omnibus Commendatoribus ſtatuendum. Licèt Commendator Provincialis Haſſiæ juxta transactionem Carolſtadianam A. 1559. factam pro Haſſiæ Statu etiam ſe gerat, & in Comitiis provincialibus inter Prælatos Haſſiæ primum locum teneat, cum aliis Statibus conſultet, & onera provincialia, die Land-Steur / ſuſtineat. Idemque obtinet in aliis Haſſiæ & Thuringiæ Commendatoribus, ad hanc balliviam pertinentibus, quorum hi Saxoniæ, illi Haſſiæ ſunt Status Provinciales ſalva recognitione ſui Magiſtri Ord. Teutonici: Similis eſt conditio Commendarum quarundam aliarum, *Reinck. de reg. ſec. lib. 2. Claſſ. ult. n. e. ult. 18.* * Hoc autem imme-
12 diatæ ſubjectionis privilegium non eſt qualitas merè perſonalis, ſed potiùs realis, ſufficitquè alternativè vel perſonam eſſe immediatè ſubjectam, vel bona in & ſub Imperio talia habere, inter quæ aliàs hæc eſt differentia, quòd ab Imperio eſſe & ſubjectionem, *ut declarat Zachar. Vietor. de Exempt. concl. 28.* Unde fit, quòd unus idèmque ratione diverſorum bonorum, quæ habet mediatus & immediatus cenſeri poſſit, *R. I. de Anno* 1548. *§.* Auch die Graffen von Tübing / daß ſie als Graffen deß Reichs rc. Prout aliàs una perſona diverſis qualitatibus prædita, pro diverſis habetur, *§. fin. de in off. teſt. c. cum Capella. X. de priv. c. cum ex literis X. de Probat.* multi autem hodie ſunt Nobiles immediati, qui nulla libera caſtra habent, ratione tamen ſuæ perſonæ ſolum Cæſarem & ſuprema tantùm Imper. dicaſteria pro Judice agnoſcunt, ſicquè immediatè Imper. non contribuunt, ſed iis ſub quorum Juriſd. bona habent, cùm in præjudicium Principum ſuorum immediatæ ſubjectionis qualitate donari non potuerint, *Receſ. Imper. Anno* 1548. Wiewol auch. Ex dictis ſatis colligitur, quod mediati cives ſint, qui non Imperatori ac Imperio, ſed aliis ſuis ſuperioribus vel Statibus immediato ſubjectionis nexu devinciuntur, quibus onera ut ſubditi exhibent, & homagium præſtant, reſervatâ Imper. & Imperio auctoritate ſua, quæ in omni Jure excepta cenſetur, *c. Venientes. ubi gl. X. de Jurei. Roman. Imper. de Anno* 1558. *§.* Und ſollen / rc. *ibi* zuvor / rc.
* Sicut autem immediatorum, ita quoque mediatorum civium alii aliis ſunt digniores, ut Comites, Barones, Nobiles, Literati, Milites: Alii ordinis inferioris, ut reliqui, hoc caput pro Nobilibus, aliis ſequentia ſervient. De Comitibus & Baronibus mediatis text. eſt *in R. I. de Anno* 1548. *§.* Wiewol auch cùm autem de Comit. & Baronibus actum ſit ſupra, Nobilibus hoc caput deſtinatum eſt. 13

Generali voce nobilium veniunt quidem etiam Comites & Barones, *c. Conſtituti. X. de Teſtib. c. grandi de ſuppl. negl. prel.* Unde Imp. in inſcriptionibus ac titulis Comitum & Baronum hunc ſtylum retinet, dem Edlen / unſerem und deß Reichs lieben Getreuen N. Grafen und Herrn / niſi autē Principibus, celſioris gradus titulum præbeat hi 14

Digitized by Google

hi literas ne reſignare quidem ſed ſine reſponſo remittere ſolent, *Beſold. verbo* Adel. Papa verò etiam hodie Ducibus Nobilitatis tantùm titulum præbet, hoc modo: Den Edlen Hertzogen in Sachſen und Bäyern/ prout Paulus Papa in Epiſtola gratulatoria ad Sereniſſ. Bavariæ Ducem fæliciſſimæ recordationis ſub dato Romæ 3. Dec. An. 1620. de victoria Pragenſi, non alio quàm hoc eum affatur titulo: Fili nobilis vir &c. Item Gregor. IX. Pont. Marchionem Miſnenſem, *in c. conſtitutis. 46. X. de Teſtam.* Innocentius quoque III. Papa Duces Carinthiæ, *in c. venerab. in fin. X. de Elect.* nobiles viros appellat, ex quo enim Duces, Comites &c. aliquid majus præter communem cæterorum Nobilium nobilitatem habent non tamen perdunt Nobilium appellationem. *d. c. grandi. de ſuppl. negl. prel.* unde infert Tiraq. *de nobil. cap. 6. n. 51.* quod conceſſa facultate Comiti Palatino legitimandi omnes illegitimos præter filios Nobilium, etiam cenſeantur excepti filii Comitum &c. cùm major dignitas non debeat præjudicium generare circa minorem, & appellatione Clericorum etiam veniant Epiſcopi in majori gradu conſtituti, *Panorm. in rubr. de vit. & bon. Cler. Sixt. de Regal. l. 1. claſſ. 4. num.*

15 114. * Attamen ſpeciali voce Nobilium veniunt omnes, qui ſunt inferiores Baronibus, ſive natalibus, ſive privilegio ſummi Principis, aut ſtatuto loci vel alio modo nobilitatem adepti ſint. *de quibus Tiraq. tract. de nobil.* quem commendat Menoch. *de arb. Jud. Cent. 2. aſſ. 67.* quòd is in illo abſolutiſſimo tractatu ea expoſuerit, quæ hominis ingenio excogitari poſſunt, de eo quidam hos verſus compoſuit:

Facundus fœcundus aqua Tiraquellus amator,
Bis quindecim librorum & liberorum pater,
Quod ni reſtrinxiſſet aquis abſtemius ignes,
Impleſſet orbem prole animi atq; liberis.

Maj. Can tom. 1. Col. 3. p. mihi. 71. circa quam materiam ſeqq. qq. occurrunt.

16 Q. I. *An arma Nobilium olim in uſu fuerint?*

Sunt qui apud priſcos Romanos nullum eorum uſum fuiſſe velint, hac ratione, quod in hiſtoriis antiquis tum ſacris tum profanis nulla earum fiat mentio, licet de imaginibus ſæpe loquantur, quæ ab armis diverſa nil aliud ſunt, quàm inſignis alicujus viri ſimulachrum oris & vultus ſimilitudinem artificioſe coloribus adumbratam referens; quam in atriis, vel veſtibulo domus, vel in bibliothecis collocatam ligneo armario includebant, *Polyb. l. 6 hiſt. Val. Max. l. 5. c. 8. Plin. l. 35. Alex. ab Alex. genial. dier. l. 5. c. 24. fol 304.* Verũ verius præter imagines antiquiſſimis temporibus armorum & inſignium, ſcutorumq; uſum fuiſſe ad noſtra tempora derivatum, quæ etiam in locis publicis & templis affixæ cernebantur, de antiquorum Heroum armis & inſignibus Gentilitiis per exempla plura probat Anton. Theſaur. *deciſ. 209.* ut Menelai gerentis Hypogriphum argenteum in ſcuto rubeo, Ajacis Telamonii apros duos aureos in campo rubeo, Proteſilai duos Urſos ſe invicem reſpicientes coloris nigri in campo aureo, Ulyſſis Hypogriphi in campo bipartito erat, cujus ſuperior pars bipartita, inferior cœleſtis coloris, Achillis tigrem auream in campo rubro, Alcibiadis etiam ſcutum ex auro eboreq; confectum erat, in quo erat inſigne amor, qui fulmen flexerat, unde de filio Herculis Virgil. *lib. 9.*

- - - Satus Hercule pulchro,
Pulcher Aventinus, clypeoq; inſigne paternum
Centum angues, cinctamq; gerit ſerpentibus hydram.

Et Ovid: *lib. 7. Metam.*

- - - & Ægeo & Theſeo
Cum Pater in capulo gladii cognovit eburno,
Signa ſui generis.

Addo Tiraq: *de nobil cap. 2. n. 17. pag. 50.* Tranquillus etiam in Caligula *c. 35.* refert, cum inſignia familiarum cuiq; ademiſſe, in ſpecie Torquato torquem, unde colligitur familias ſua particularia inſignia habuiſſe, cum privatio præſupponat habitum; In actis etiam Apoſt. *c. 28.* legitur de navi Alexandrina, cui erat inſigne Caſtoris & Pollucis, &c. de Adamo quoq; traditur, *apud Beſol. adauct. in V. Adam.* Er hat geführt einen rothen Schild/ ſich zu erinnern der rothen Erden/ darauß er geſchaffen/ dann einen ſchwartzen Apffel/ zu mercken ſeine ſchwere Sünde/ etc. *Ad Chok. ad reg. Cancell. 49. alias 50. p. 459. & ſeq. Gelen. in Colon. Claud. l. 2.* ubi Illuſtrium familiarum in Civitatem Ubiorum Romã deductarum inſignia eorumq; originem, & cauſas explicat, *ad l. Injur. §. ſi quis. de Injur. l. capitalium. §. ad ſtatuas. de pæn. l. ſi legata. de oper. publ.*

l. 1. C. de

l. 1. C. de his qui poteſt. Imo natura quibusdā familiis Nobilibus ſua inſignia inſculpſit, ut omnes ex Draconicâ gente in corpore gentilitium inſignie habuiſſe Juſtinus *lib.* 15. tradit, Laodicen Seleuci matrem nuptam Antiocho Viro claro inter Duces Philippi Macedonum Regis ab Apolline annulum accepiſſe dicitur, in cujus gemma anchora ſculpta, & nato Seleuco anchora in ejus femore apparuit, filiique eorum & Nepotes nati anchoram, quam in annulo quoque deferebant, ut notam familiæ in femore habuêre. *Tiraq. de nobil. cap. 2. num.* 20. De nota Auſtriacorum alias dictum; Iſta autem nobilium arma cuique familiæ particulariter competentia aliis & plebeis gerere non licet, quamvis alia aſſumere ipſis non ſit vetitum. *l. 1. c. de his qui potent. Tiraq. c. 2. n.* 17. etiam ſuo privato arbitrio, ſicut & nomina, ut ab aliis dignoſcantur. *l. ad cognoſcendum.* C. *de Inq. man. §. ſi quis in nomine. de legat.*

17 Q. II. *Unde dicantur Nobiles?*

V. Beſol. in Th. Verb. Adel. nonnulli vocem Adel derivant ab Aquila, quòd, ut hæc volatu altiori aves alias poſt ſe longo intervallo relinquit, ita Nobiles cæteros hominum ordines virtutum gloria antecellant, vel ſaltem antecellere debeant, potiùs ab officio quam actu, ita dicti ſicut tutores, ædiles, Auguſti, *facit. §. 1. I. de Tutel. cum concordant. & Dd, ad princ. proam. Inſt. Verbo Auguſtus.* Alii Nobilem quaſi noſcibilem vocant per Syncopen, eadem ratione, quòd talis eſſe debeat, *Tiraq. de nobil. p. 2. in princ.* meliùs autem prædicta placent, quàm quòd alii dicunt Nobilis, quaſi nobis lis, niſi fortè hoc per antiphraſin dici velint, ut bellum dici ſolet.

18 Q. III. *Quis nobilitatem tribuat?*

Reſp. Extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, Jus nobilitandi Imper. competere, & ab ejus arbitrio pendere, quem nobilitare velit. *Beſold. verb.* freye Ritterſchafft. *Boter. de Regal. c. 7. n. 2. Bald. in l. Sacrilegii. C. de diverſ. reſc.* Dicitur enim Imp. nobiliſſimus, *l. Impp. in p. ff. de decur. l. 9. in fin. c. ubi ſenat. vel Clariſſ.* à quo omnia regalia & honores tanquam à fonte promanant, *Geil. 1. obſerv. 30. n. 31. Sixt. de regal. lib. 1. cap. 4. num.* 31. Hinc *Heſter. 6.* legitur: Sic honorabitur, quemcunque Rex voluerit honorari. Solon etiam dicere ſolitus erat: Eos qui apud Reges vel Magnates eſſent, calculis ſimiles eſſe, quibus in expediendis rationibus & computationibus utimur, ut enim illi interdum majorem aliàs verò minorem numerum ſignant, ita reges prout libet, hominem quemque aliquando illuſtrem aliquando obſcurum, & ignobilem habere. * Qui autem 19 Nobilitatem conſequuntur, ii natalibus reſtitui non incongruè dicuntur, *juxta Budæum in l. fin. ff. de Senat.* nec enim tantum natalibus libertus reſtituitur, quando obſervantia patronatûs liberatur, ſed etiam plebejus, cum ad Nobilitatem adſciſcitur, qui ante obſcurus & ignobilis fuit, facit *l. reddendi.* 94. *de V. S. lib. 21. de leg. 2. l. 30. ff. ad Munic.* quia quaſi plebeiorum vel ſordida conditio abſtergi cenſetur, *Tiraq. de nobil. c. 6. n. 3.* & ſic. *in l. 1. de nat. reſtit.* etiam ingenuus natalibus reſtitui dicitur. Ne autem mos tribuendi nobilitatem per Codicillos Adels-Brieff, novus alicui videatur, adeat *l. quoties 3. §. 2. C. ubi Senat. vel Clariſſ. Mundium de Comit. Palat. capit. 3. numer. 30. Beſold. adaucł. in V.* Adel. ꝛc. In Gallia hoc jus nobilitandi ſoli Regi competit. Cur autem nobilitatus certam ſummam pecuniæ ſolvere & pro populo eleemoſynam dare debeat, *vid. Speid. p.* 30. adeo ut Delphino jus nobilitandi non competat, *Tiraq. de nob. c. 6. n. 5. in fin.* Nec enim ſtellæ ſuum lumen ita communicare poſſunt, ut ſol, à quo etiam Luna ſuum lumen mutuat.

Q. IV. *An ergo nobilitas inventum mere Civile?* 20

Id negatur. Præmiſſis tribus nobilitatis ſpeciebus, quarum una virtuti, naturi altera, tertia doctrinæ debetur, quarum tamen ſecunda ſanguini debita nomen hoc vix meretur, ſi à prima ſcaturigine deſciſcat inſtar rivi ex puro fonte emanantis, qui ſi fœdas cloacas præterlapſus inquinetur, non aquæ limpidæ, ſed lacunæ nomen induit, alias etiam à mundi origine quidam aliis nobiliores honore prævaluerunt. Sic Adæ filius Abel propria virtute nobilis fuit, Cain autem ex malis operibus ignobilis, Moyſes de 12. tribubus Iſraël conſtituit nobiles in Judices *Deuter.* 1. Saul electus eſt Rex, quia non erat de filiis Iſraël melior illo, 1. *Reg.* 1. Romulus quoq; & Julius Cæſar nobiles ab aliis ſegregavit, *Speid. in V.* Adeliche Leben, ꝛc. *p.* 22.

Digitized by Google

21 Q. V. *An etiam tacitè Princeps aliquem nobilitare poſſit?*

Affirm. Sixt. *de reg. lib.* 1. *capit.* 4. *numero* 142, *Bart. in lib.* 1. *C. de dignit. argt. l. de quibus. de ll.* cùm nihil interſit ſuffragio an facto voluntas declaretur, quod cùm in populo obtineat, multo magis in principe obtinere debet, *l. Barbarius.* 3. *in fin. de off. prat.* Et aliàs non intereſt, verbis an re aliquid fiat, *l. excuſari. ff. de acq. hered.* Imò ampliùs ſit facere, quàm nunciare, *l. ſi tamen. §. Etſi ſervum. de adil. Ed. c. cùm dilecti. X. de appellat. Tiraq. d. loc. numer.* 9. Hinc ſi quis lateri Principis ejus permiſſu adhæreat, Nobilis efficitur, *Angel. in & per l.* 1. *C. de præpoſ. ag. lib.* 12. *ibi. Quos noſtri lateris comitat illuſtrat.. junct. l.* 1. *C. de domeſt. facit l. fin. C. de Excuſ. tut.* Eodem modò ſi Princeps alicui arma & inſignia nobilia concesſerit, nobilitatem ei contuliſſe cenſetur,

22 *Tiraq. numer.* 16. * Princeps quoque cui Conſiliarii munus in ſuperiori curiâ (ut Rex Galliæ in Parlamento) confert, eum tacitè nobilitat, *Tiraq. capit.* 2. *numer.* 21. ut apud Romanos allectio in ſenatum *facit. l. fœmina. de ſenator.* atque ita in Curiâ Pariſienſi judicatum refert Tiraq. *loc. cit. in fin.*

23 Q. VI. *Quid ſi autem Princeps aliquem Nobilem appellet, an per hoc nobilitabitur?*

Quamvis vel verbo nobilitatem conferre poſſit Princeps, ſi ita enixè velit. *Zoeſius ad l.* 3. *de off. prat.* Si tamen de enixa voluntate non conſtet, & Princeps fortè ex errore Nobilem appellaverit, hoc negat. *cum Caſtrenſ. Conſ.* 29. *Tiraq. de capit.* 6. *num.* 24. *per clem. ſi ſummus. de ent. Excomm.*

24 Q. VII. *An Auguſta ſimiliter nobilitare poteſt?*

Neg. placet. Licèt enim Princeps eadem ipſi privilegia tribuat, quæ ipſe habet, *l. Princeps. ff. de ll.* Et aliàs uxor mariti ſui radiis coruſcet, & ipſius immunitatibus ac prærogativis gaudeat, *l.* 8. *de ſenator. l.* 13. *C. de dignit. N.* 150. *c.* 2. *l. fin. C. de nupt.* Et ſicut Imperator Auguſtus, ita ejus conjunx venerabilis Auguſta vocatur, *§. fin. I. de Vſucap* Imò ipſe Imp. Juſtinianus ſuam conjugem Theodoram reverendiſſimam vocat. *in Nov.* 8. *c.* 1. adeòq; Imperatrix ſuis Auguſtalibus amicta inſigniis, Imperatorem immediatè competenti ſpacii intervallo ſuis aſſociata proceribus, ſuis comitata virginibus, in publicis deambulationibus ſubſequi ſolet; Regina quóq; Franciæ, tanquam dilecta illi, qui paſcitur inter lilia, cæteros quoscunq; Galliæ proceres poſt regem præcedere ſolet. Tamen non eſt per omnia idem Principis & Auſtriæ jus *d. l. Princeps*, ſed prædicta maximè ad reverentiam, immunitatem, vacationes & ſi quæ ſunt ſimilia debent referri, non autem ad omnia majora regalia & reſervata extenduntur, *facit l. obligatione. De pignor.* Cùm Jus noſtrum in Imperio, ut in Gallia lex Salica Colum & fœminas ab officiis & actibus publicis excludat, *l.* 2. *ff. de Reg. Juris L.* 1. *§. Sexum. de poſtul. l.* 12. *de Judic.*

Q. VIII. *Quid de Rege Roman. qui abſentis vel impediti Imperatoris vices ſupplere ſolet?* 25

An hic nobilitare poterit vel inſignia dare? Hoc affirm: Quia poſt Electionem majeſtatem & Jura regalia ei competere ſupra d. eſt, *Sixt. de reg. l. c.* 4. *n.* 9. *Arum. diſc.* 2. *ad A. B. c.* 20. pro confirmatione facit, quòd cùm in conventu Legatorum Carol. V. Imp. & Franciſci Gall. regis An. 1521. Caleti habito regis legati præcedere vellent, & Carol. V. electum quidem Rom. regem ſed nondum conſecratum eſſe nunc temporis obtenderent, meritò legati Carol. V. primas contenderunt, quod vi Electionis plenam & liberam adminiſtrationem electus jam conſecutus fuiſſet.

Q. IX. *An autem EE. Vicariis Imp. eo vocante hoc Jus competat?* 26

In utramque partem diſputatur. Pro negativa allegatur *A. B. c.* 5. ubi quædam exprimuntur Vicariis Imp. competentia, inter quæ jus Nobilitandi non recenſetur, ergo quorundam incluſio, vel expreſſio reliquorum videatur excluſio, *argt. l. cùm pratar.* 12. *de Judic.* maximè cum in generali conceſſione non veniant reſervata Principis, ſed ea ſpecialem conceſſionem requirant: Item quòd Vicariis ea tantùm videantur competere, quæ ſunt juſtitiæ & neceſſitatis, non etiam ea, quæ ſunt meræ gratiæ abſque ſpeciali conceſſione, *a. ld. Buxtorf. in diſſ.* 32. *ad* A. B. *cum aliis ab eodem allegatis.* Pro affirmativa vero militat I. Quòd Vicarii tempore interregni omnia poſſint, quæ Imperator, cujus vicem gerunt, *argt. l.* 1. *§.* 3. *de leg.* 3. *l.* 2. *C. offic. ejus qui vices*, unde habent jus ad beneficia Eccleſiaſtica vacantia præſentandi, colligendi reditus & proventus Imperii, inveſtiendi de feu-

de feudis, Juramentum fidelitatis nomine Imperii recipiendi, *Arum diſc. 3. ad A. B. th. 36. & 37.* II. Quòd per Conſtit. Carol. IV. quædam duntaxat Vicariis prohibita, & ſpecialiter reſervata ſunt: Reliqua igitur non prohibita nec reſervata iis conceſſa & relicta cenſentur; cùm prohibitio & excluſio quorundam inducat conceſſionem & incluſionem aliorum; *d. l. 12. de Jud.* Cov. 2. *var. reſ. c. 8. n. 6.* III. Et quid fuiſſet opus quædam in ſpecie Vicariis prohibere, & ab eorum poteſtate excipere, ſi nihil ultra expreſſa illis permittendum foret. Imò Imper. & Ordines, ſi reliqua, ut & jus nobilitandi Vicariis concedere noluiſſent, nominatim excipere debuiſſent, ſibique imputent, ſi id neglexerint, qui potuerunt legem dicere apertiùs, *l. Veterib. de Pact.* Cùmque in A. B. de ſpecialiter reſervatis Principi, duo caſus excipiantur, & Vicariis prohibeantur, reliquos ut Jus Nobilitandi conceſſerunt. Electorali quoque Collegio, dum jus habet eligendi Regem Romanorum, vel Imperatorem, eà poteſtate præditum eſſe, ut nobilitatem alteri conferre poſſit ex Limnæo tradit Speid. *in V.* Adel/ rc. *pag. 27. num. 3. In hac q.* Bullæus *horarum ſubceſivarum diſc. 4. de jure nobil. pag. 268.* aſſerit, ſe dubio mentis judicio fluctuare, nec cui parti accedat, ſatis percipere, addens: Elige Corona lectiſſima auditorum, cui dicas: Tu mihi ſola places.

27 Q. X. *Quid de Regibus & aliis, qui ſuperiorem non recognoſcunt, ſentiendum?*

Hiſce & Gall. Hiſp. Angl. Polon. Regibus hoc jus competere, tradit Sixtin. *de regal. lib. 1. c. 4. n. 14. c. ſuper §. præterea. de V. S. Laudenſis. in c. unic. quæ ſint regal.* quod etiam obtinet in Regibus infidelibus, *Covar. in c. peccatum. p. 2. §. 10. n. 2. d. R. I. in 6. Bald. in l. cunct. populos. num. 20. C. de ſum. Trinit.* nam & Chriſtus eo tempore, quo Cæſares idolorum cultores eſſent, ipſi Cæſari tanquam ſupremo magiſtratui & regalia habenti ea, quæ Cæſaris eſſent, ſine tergiverſatione dari juſſit, *Matth. 22. Marc. 12. Luc. 10.* & Obediendum eſſe præpoſitis etiam diſcolis. Ac licet in uno regno nobilis non ſtatim talis in aliorum ditionibus cenſeri debeat, mutuo tamen conſenſu & tolerantia receptum videtur contrarium: Si enim Germani Nobiles apud Polonos Nobiles non reputentur, eveniet, ut nec Nobiles Germani Polonos tales in Germania reputent, *argt. t. t. Quod quisque juris.* ex dicto Senecæ: Patere legem quam in alium tuleris, & Illud Chriſti *Matth. 7. add. Vi cher. de duell. proviu p. 462.* Id tamen ſervandum, quod Equites & Nobiles ab Imper. creati aliis ejusdem ordinis ab aliis Regibus creatis præferantur per tradita *Reinck. de Reg. ſac. l. 1. claſ. 2. c. 7. n. 46. & ſeqq.*

Q. XI. *An reginæ Nobilitatem tribuere poſſint?* 28

Quamvis ll. Romanis fœminæ ab omnibus publicis remotæ ſint, *l. 2. de R. I. l. 1. §. ſexum de Poſtul.* Tamen ubi ex conſuetudine regni capaces ſunt, ut in Hiſpania, Gallia &c. deficiente prole regia maſcula, aut ea conditione regi nupſerunt ut penes ſe Majeſtatis & Imperii Jura maneant, nobilitare poterunt. *Bulla. de loc. pag. 171.* quo pacto nuptias contractas fuiſſe inter Iſabellum Caſtellanorum Reginam, Aviam Carol. V. Imp. & Ferdinandum Arragoniæ Regem tradit Bodin. *libr. 6. de rep. c. 9. Tiraq. de iure primog. q. 11.* Et Mariam Ludovici Ungariæ & Poloniæ regis Filiam, Sigiſmundo Regi Bohem. & Imper. ita nupſiſſe tradunt, quæ etiam monetam ſignavit, cum hac inſcriptione: Maria Regina Ungariæ.

Q. XII. *Quid de Cam. Imp. Spirenſi?* 29

Licet hæc cum Imp. concurrentem Jurisd. habeat, tamen ea ad Juſtitiæ adminiſtrationem reſtringenda eſt, Jus nobilitandi non habet, prout nec legitimandi, *Gail. 1. obſ. 142. Sixtin. c. 4. de reg. n. 8. & 107. Vid. ſup. c. 11. n. 125.*

Q. XIII. *An EE. Archiduces, Duces, Marchiones, aliique Principes Germaniæ, quoad ſuum diſtrictum nobilitare poterunt?* 30

Hanc arduam Quæſtionem vocat Bullæ. *d. loc. p. 274.* Affirmativam tuentur omnes ii, qui docent, quod quivis Princeps tantùm poteſtatis habet in ſuo Principatu, quantum Imp. in Imperio, nec ii ſunt dupondii ſed eminentiſſ. & celeberrimi Jureconſulti, quorum nomina, ſi quis enumerare vellet non multo breviorem texeret Catalogum, quàm eſt Homericus Græcarum navium nec ſine rationibus; Si enim ſine iis hoc aſſererent, nimis altè volarent inſtar Icari ſine congruis pennis; Et qui eorum opinionem (ſi ſine rationibus loqui non erubeſcerent) ſequerentur non placerent, cùm non verſemur in Academia Pythagorica; Rationes au-

Digitized by Google

tem hujus affirmativæ ſunt ſeqq. I. Quod iſti Principes vicem Imper. obtineant in ſuis terris. Prout creatio notariorum (quæ alias eſt de reſervatis) his in ſuo territorio competit, etiam abſque ſpeciali conceſſione Imper. *Matth. Steph. de Juriſd. lib. 2. part. 2, cap. 5. num. 7. Menoch. de Arb. Jud. p. 6. c. 8. n, 44.* II. Sicut Imp. in Imperio legem univerſalem condit cum conſenſu procerum, ita hi legem in ſuo territorio cum conſenſu ſuorum Statuum recte faciunt, quæ vocantur Jura Provincialia, Hoff- und Land-Gerichts Ordnung/ contrarias etiam leges abrogant, iisque novas ſubſtituunt, quibus ſubditi ſubjiciuntur, *Od. ad l. 9. de Inſt. & l.* & ſecundùm quas Camera Imp. aſſeſſores Judicare Jurei: adſtringuntur, *Zaſ. l. 2. conſ. 1. n. 21.* IV. Sicut Imp. Collectas generales, die Reichs-Steuer / ita Principes in ſuo diſtrictu Provinciales, die Land-Steuer / indicunt. V. uti Imp. cum conſenſu EE. Comitia univerſalia, *R. I. de Anno 1507. & 1576.* §. Als haben wir/ ꝛc. ita hi Provincialia convocant. VI. Sic quoque legitimant ſuos ſubditos *ut d. cap. 11. n. 126.* Salvum conductum bannitis concedunt, & inducias quinquennales, *juxta prædicta.* Ex cauſa rem domino auferre & Judæos recipere poſſunt *ut aliàs traditum.* licet Princeps & inter eos Archi-Epiſcopi Salisburgenſes hoc ultimo regali non utentes laudandi ſint; nam

Ut damno abſque caper nunquam retinetur in horto

Sic nec Judæus ſine damno in plebe fovetur,

ut in fin. c. 35. inf. videbimus. ad Sixt. de reg. lib. 1. cap. 4. n. 98. plura congeſſit Bullæus *d. loc. Schrad. i. tract. Feud. p. 10. ſect. 1. n. 26. & 34.* Cur ergo non eodem modo Principibus in ſuis territoriis Jus nobilitandi competeret, & Principibus noſtris eo magis, quo ſublimiores ſunt, & dignores, per ea, quæ allegat in hanc rem Tiraquell. *de nobil. c. 6. n. 7. & 8.* Pront Guilielmus Bruſſes *in conſilio de bello adverſus Turcas feliciter gerendo* ſcribit, ſe in Italia Palatina & antiquitatum monimenta, in Hiſpania Præſules, in Anglia Agricolas, in Polonia Nobiles, in Germania verò Principes omni laude digniores ac digniſſimos inveniſſe.

31 Q. XII. *An vi poteſtatis hujus etiam indignus nobilitari poteſt?*

Affirm. ſi id fiat à Principe ex certa ſcientia præcognita vel non ignorata ejus qualitate & conditione, *Zoes. ad l. Barbarius. 3. de off. Prat.* Et licet in reſcripto hoc non exprimat, videtur tamen circa mores ejus diſpensâſſe, cùm ſacrilegii inſtar ſit, dubitare an dignus ſit quem Princeps dignum judicat, *lib. 3. C. de Crim. Sacril. l. quidam conſulebant. de re Jud. lib. 5. C. de Diverſ. Reſc. Tiraq. d. loc. numer. 25.* Licèt D. Th. 2. 2. *q. 63.* tradat, Principem peccare, ſi indignum promoveat. præſumitur tamen pro Principe, quod id fecerit, ob oc[u]ltas ejus virtutes, ſibi non æquè aliis exploratas, *per l. 1. de off. præt.* ut meritò laudetur Princeps, à quo cùm ſub ruſticis moribus & vita incultus petiiſſet nobilitari, ipſe Princeps, qui naturam hominis norat, aptè reſpondit: Divitem te facile facere poſſum, Nobilem nunquam poſſum. Carol. tamen V. plurimos Carol. M. gladio nobilitâſſe legitur, inter cæteros ſalis venditorem pro 25. aureis. Sixtus Papa Dominicum Fontanam ob translatum Lapidem obeliſcum Equitem creavit, qui lapis penſitatus eſt ad 968148. libras, pedes 107. longus & expenſa ad hoc à Papa 80000. aur. ſumma. Selimus II. Turcarum Sultanus Ballinum ob artem pingendi in ordinem Equeſtrem retulit. Philipp. II. Rex Hiſpan. Jura nobilitatis 25000. coronatis ei promiſit, qui Wilhelmum Auriacum vel vivum ſiſteret, vel mortuum traderet.

Q. XIII. *An infans à Principe Nobilitari poſſit?* 32

Affirm. Bart. *in l. 1. C. de dignit.* Cùm etiam puer natus patre nobili ſtatim ſit nobilis licèt id non intelligat, *§. ſed interim. Nov. de deſ[...].* Ars autem imitatur naturam, *§. minorem. §. ſed & illud. I. de adopt.* Sic impubes & infans adoptari ac arrogari poteſt, *§. cùm autem impubes de adopt.* Item creari poteſt miles *l. ſed & milites §. jam. autem C. de Exc. tut.* ubi licèt quidam legendum putent, minori pro impuberi, tamen clariùs hoc patet, *ex l. fin. C. de Teſt. mil* quæ in terminis de tribuno militum impubere loquitur expreſſe, & licet teſtamenti factionem ejusmodi impuberibus adimat, non tamen vetat Impuberes creari tribunos, *facit t. t. C. quo temp. mil.* Sic infans Rex creari poteſt, & coronari, *Bart. in l. 1. C. de mun. & hon. non contin. l. 10. Tiraq. d. loc. nu. 28. & de Iur. primog. q. 40. n. 207.* & talis infans regnum per tutorem, pubes per curatorem adminiſtrabit,

bit, *Iacobin. de S. Georg. in tract. Feud. Princ.* Sic Alexandro M. mortuo relicta uxore Roxane prægnante, placuit partum Roxanis expectare, & ſi puer natus fuiſſet, Leonatum, Perdicam, Craterum & Antipatrum adminiſtratores fore, *Curt. lib. 10.* Laomedontem Etheoclis filium puerum Imperium aſſecutum, refert Livius 1. *ab urb. Cond.* Salomonem & Davidem adoleſcentes reges unctos, item Hieremiam & Danielem ante Juvenilem ætatem Spiritum prophetiæ accepiſſe legimus, *Hierem. 1. & Daniel. 1. cap.* Joan. Evangeliſta adhuc adoleſcens in Apoſtolum electus, & ad prædicandum miſſus eſt, *c. presbyter. §. hoc regulare diſt. 78.* Azariam 16. annorum regnaſſe in Juda, textus eſt 4. *Reg.* 14. Manaſſes quoq; 12. annorum regnare cœpit in Jeruſalem, 4. *Reg.* 21. *&* 2. *Paralip. c.* 34. Auguſtulum puerum occidentis imperium ſuſcepiſſe, unde dictus ſit Auguſtulus, tradit Procop. *l. 1. de bello Gothico.* idem refert Atalaricum octo annos natum regnum Gothorum aſſumpſiſſe ſub matre Amalesunta: Saboni etiam in utero exiſtenti Regnum Perſarum conſenſu gentis delatum, teſtatur Agathius, *lib. 4 hiſtor. peregrin.* In annalibus Francorum quoque legitur D. Ludovicum ejus nominis IX. & Carol. VIII. impuberes ad regnum evectos & coronatos eſſe, ut de Wenceslao dein Imperatore infante in regem Bohem. Coronato nil dicam. Ad hæc infans legitimari poteſt per reſcriptum & ſubſequens matrimonium *Angel. in l. fin. de his qui ſui vel ad jur.* nec hic requiritur, ut adultus factus expreſsè hoc ratificet, ſed ſatis eſt, cum reſciverit eum non diſſentire legitimationi, adoptioni; Quidni ergo eodem modo nobilitari?

33 Q. XV. *Quid de abſente?*

Et huic nobilitatem conferri poſſe, ſuadet ratio, ſic enim per viam beneficii abſenti poteſt conferri præbenda, *c. ſi tibi abſenti de præb. in 6. Covar. 3. Var. reſol. c. 16.* ita, ut etiam à Papa creatio Cardinalis abſenti facta revocari ab ipſo nequeat, ignorans quoque in civem recipi poteſt, & ante ratificationem talis receptio vim habet; acceptatio verò vel ratificatio eſt accidens, incommutabilitatem beneficii, acquiſitionem præbendæ & dignitatis operans, prout idem in hereditate & legato fieri videmus: ubi filius ipſo Jure bonorum paternorum dominus & hæres eſt in quem ipſo Jure Jus Dominii tranſit etiam ſine aditione, *l. cùm heredes. 23. de acq. poſſeſſ.* In legatarium quoque dominium rei legatæ tranſit à morte teſtatoris, *l. à Titio 64. ff. de Furt. l. 3. §. 2. de leg. 3. l. ſi quis hereditatem ff. de Cond. Inſt.* Facit, quòd hoc privilegium nobilitatis non procedat à privilegiato, ſed ipſo Principe privilegiante, à quo ſumit eſſentiam; Id autem tantùm proprie ratificetur, quod per ratificationem fingitur à ratificante factum. *l. ſi pupilli. §. ſed ego ff. de neg. geſt.* & ſic in ſimili extraneum abſentem & ignorantem in numerum civium aſſumi poſſe, tradit Tiraq, *de nobilit. c. 6. n. 34.*

Q. XVI. *Quid de furioſo, mente capto, & demente dicendum?* 34

Affirm. licèt enim in his non extent præſentia, ſubeſſe tamen poſſunt præterita vel majorum, vel reſpectivè propria dementium, aut furorem merita; quamvis impuberis ut opere ita etiam merita propria adeſſe poſſint, *l. Cæterum 31. in fin. de R. V.* Et ſi Nobilitas parentum ad liberos infantes dementes, &c. tranſmittitur, per impreſſionem à Principe factam in perſona patris, cur non eodem modo hi directè nobilitari per principem poſſent? *Tiraquell. d. capit. 6. numero 35.*

Q. XVII. *Quid de poſthumo in utero materno adhuc conſtituto, an patre mortuo hic nobilitari poterit?* 35

Et hoc affirm. Quia in materia favorabili pro jam nato habetur, *l. Ejus qui in utero, de ſtat. h. m.* Sic in utero materno adhuc conſtitutus manumitti, & libertate ita donari poteſt, ut ingenuus fiat non libertinus, *l. 14. C. de Ingen. man.* heres inſtitui, *l. placet. de Lib. & poſth.* ut & legatum ei relinqui, *l. qui quartum §. ſi quis. de leg. 1.* Tutor quoq; ei conſtitui teſtamento poteſt. *§. cum autem de Tute.* Facit, quòd per Nobilitationem patris etiā non nati Nobiles dicantur, & ſi poſtea fiat.

Q. XIX. *An in puncto mortis Nobilitas conferri poſſit?* 36

Aff. ad inſtar militiæ. *Barth. in l. 1. v. ex prædictis C. de dign. l. 12.* Sicut & ſtipulatio, *§. ita autem 14. I. de Inut. Stip.* cùm enim viventes moriamur, *l. 22. ff. ad Syllan.* hic actus ultimo vitæ momento factus viventi factus cenſebitur, *l. fin. de Cond. Inſt. Tiraq. d. c. 6. n. 44.*

Q. XX. *Quid de mortuo?* 37

Aff. Quia ſtipulatio poſt mortem facta hodie valeat. *§. poſt mortem de Inutil. ſtip. l. ſcrupuloſam. C. de Con-*

C. de Contrah. Stip. Legatum quoque & fideicommiſſum poſt mortem relinqui poteſt, *l. un. C. ut act. ab hered.* 3. *l. ſcrupuloſam.* §. *poſt mortem.* 35. *l. de legat.* Et ſic ſcribit Spartian: Adrianum Imp. recuſaſſe triumphum, qui Trajano nuper defuncto debitus erat, imaginemque ipſius Trajani curru triumphali vectam, ne poſt mortem triumphi amitteret dignitatem. Confirmat. Affirm. hac ratione; Si ob atrocitatem delicti etiam poſt mortem in corpus delinquentis animadverti, & memoria damnari poteſt, *l. quiſquis.* C. *ad l. Iul. maj.* cùm aliàs morte delinquentis pœnâ expiret, multò magis à contrario ſenſu ob inſigne & heroicum facinus honor & gloria defuncto fieri poteſt; Si is qui in necem Principis aliquid doloſè machinatus eſt, poſt mortem infamia notari, *d. l.* 5. multò magis, qui præſentem vel imminentem necem à cervice Principis ſollicite, fortè etiam ſui corporis periculo aut diſpendio avertit, nobilitari, & inſigniori titulo decorari poterit; Cùm ad præmia velociores ad pœnas irrogandas tardiores eſſe ſoleant leges, & legumlatores, *l. interpretatione, de Pæn. c. odia de R. I. in 6.*

58 Q. XXI. *Major eſt dubitatio, an invitus aliquis Nobilitari poſſit?*

Pro aff. facit, quod pro invito aliquis ſolvere, eum ære alieno expedire, & inviti conditionem meliorem facere poſſit, *l. ſolvendo. de neg. geſt. l. ſi debitor de ſolut. p. inſt. quibus mod. toll. oblig.* per Nobilitatem autem conditio ſit melior. Sic ſervo invito confertur libertas, *l. fin.* §. *ſi verò C. de man. teſt.* §. 1. *de hered. qual.* Invitum & renitentem ex domo ruitura poſſumus & debemus abducere, *text. ſingularis. c. ipſa* 22. *q.* 4. Nec diſſimile eſt, quòd carceratum, eumque, qui ducitur ad ſupplicium etiam invitum, renitentem, & perire feſtinantem, cujus innocentia cognita eſt, liberare pro eo appellando liceat, *l. non ſolùm de Appelat.* ut in hanc cauſam exolutam pecuniam etiam repetere liceat ex æquitate Canonica, non obſtante diſpoſitione, *l. fin. C. de neg. geſt. Jo. Andr. in* C. *fin. de Foro Comp. in* 6. Sic invitus, qui in locum periculoſum contendit, detineri poteſt, *gl. in l. ſed eximend.* §. *prætor ait. Ne quis cùm eo qui in Jus.* Servus invito & vetanti domino acquirit, *l. Etiam invitis de acq. dom. l. ſervus vetante, de V. O.* Invitum ab excommunicatione abſolvi poſſe tradit D. Thom. 4. *ſent. diſt.* 18. *q.* 1. *a.* 10. Medicus quoq; infirmum etiam invitum ac repugnantem curare, & cum expenſis curæ mercedem poſcere poteſt, *Specul. in t. de Salar.* §. *poſtremò v. quid ſi infirmus,* multaque alia bona præſtare poſſunt invitis, quando eorum utilitati non voluptati conſulitur, *c. qui emendat. diſt.* 45. Cùmque reipublicæ interſit, bene meritos præmiari, (ſicut etiam intereſt è contra delicta puniri, *l.* 51. *ad l. aquil.*) hinc invito honores deferri poſſunt, *l.* 3. §. *præſes. ff. de Muner. & hon.* Conf. ſi enim ob bonum publicum jus alicui invito auferri poteſt, multò magis exigente utilitate publica tribui poteſt beneficium invito, negativa vero fundatur *in l. hoc. Iure* §. *non pot. de don. l. invito de R. I.* facit etiam quod invitus legitimari & adoptari non poſſit (niſi certis caſibus) etſi in ejus commodum cedat, *Tiraq. de nob. cap.* 6. *numero* 41. *Bald. Conſ.* 1. *vol.* 1. *incipit quadam Eccleſia.* Quas contrarias ſententias in concordiam revocando dicendum, quòd licet Princeps, (cui liberum eſt acceptare aliquem & habere ſibi gratum) etiam invito nobilitatem conferre poſſit juxta priorem ſententiam: Liberum tamen ſit nobilitato eam repudiare & non retinere, *ut in l. ſervus Vetante de V. O.* & ſic non operabitur principis voluntas in invitum incommutabiliter nobilitatum, *l. cum pater* §. *ſurdo de leg.* 3. Ad Jura pro aff. allata Reſp. Speciale eſſe favore libertatis & liberationis, *argt. l. Arrianus, ff. de O. & A.* §. *fin. l. de donat.* quæ Jura ſingularia non ſunt trahenda in conſequentiam, *l.* 14. & 15. *de ll.* maximè cùm nobilitatus poſſit ex rationabili, cauſa nolle eſſe nobilis, ſi non habeat opes, quibus ſtatum nobilitatis pro ſplendore in ſe ſuiſque liberis conſervare poſſit, ſi malit officia & artes quibus inſtructus, & à puero aſſuetus fuit, exercere, quæ à Nobilibus exerceri non debeant, nec ſoleant ſine disreputatione vel deſpectu, quibus abſtinere ipſi gravius foret & moleſtius, quàm vocare non ſine timore contrahendæ melancholiæ, hypochondriæ, & infirmitatum, cum altera natura ſit habitus, & quam quis junior artem dicit, ab ea difficulter abſtrahatur: conſtat quoque aliud vivendi genus eſſe apud Nobiles & ruſticos, alio pane ſolitos veſci nobiles, alio vulgus, *ex Plin. lib.* 19. *capit.*

Digitized by Google

cap. 4. qua de re V. Tiraq. de nobil. cap. 20. n. 146. & ſeqq.

39 Q. XXII. *Inveſtigando quibus ex rebus acquiratur Nobilitas, Q. an divitiæ poſſeſſorem nobilitent?*

Reſpon, licèt eæ per ſe ſolæ hominem non reddant nobilem tamen ſæpè famam conciliant & nobilitati cauſam præbent. *juxta illud Eccleſiaſt. capit. 13.* Dives locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum ejus ad nubes perducunt; Pauper locutus eſt, & dicunt, quis eſt hic? Cùm pecuniæ obediant omnia & hinc Jure noſtro pecuniæ nomine, in latiſſima ſignificatione omnes res veniant, *l. pecunia. 187. de V. S.* quaſi res omnes habeat, qui habet pecuniam: Unde in honoribus deferendis, cæteris divites pauperibus præferendi ſunt, *l. reſcriptis. de Mun. & hon. l. ad ſubeundum, C de decur, libr. 10.* Cui concordat illud *Eſaia 3.* In domo mea non eſt panis neque veſtimentum, nolite me conſtituere Principem populi. *Et Ovid. 3. Eleg.*

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias; Pauper ubique jacet.

Nec non *Horat. lib. 2. ſerm. ſat. 2.*

- - - Omnis enim res
Divitiis paret, quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, juſtus, ſapiens, etiam Rex.

Plura allegat Tiraq. de nobil. c. 3.

40 Q. XXIII. *An virtus nobilitet, quærit Tiraquell. capit. 4.*

Quamvis autem ex communi ſententia virtus nobilitati meritò anteponenda ſit; Tamen hæc duo inter ſe diverſa ſunt, nec virtuoſus ſe ſtatim pro nobili venditare Jure poteſt, prout etiam gradus Doctoratus confertur propter eruditionem, nemo tamen etiam eruditiſſimus ſe pro Doctore gerere audet, niſi ſit Doctor renunciatus ab eo qui jus renunciandi habet. *Bulle. diſc. 4. p. 255.* Ac proinde ſicut Doctori incumbit onus probandi ſe eſſe Doctorem, ita etiam nemo virtuoſus per hoc nobilis etiam præſumitur, ſed allegans nobilitatem eam probare debet; cùm nullus Nobilium de cœlo delapſus, nullus patritiorum de cœlo miſſus ſit, *Nolden de ſtat. Nobil. Th. 132.* Hoc tamen fatendum, quòd virtus nobilitati cauſam præbeat, cùm honor ſit virtutis præmium, *l. fin. C. de ſtat. & imag.* prout plurimos virtute ſua præ aliis infimo genere natis ad Regiam, Imperialem & Pontificiam dignitates evectos, recenſet Tiraq. *d. c. 4. n. 7.* Sic Tarquinius Priſcus Rex Rom. patre mercatore eoque exule natus fuit matre ſerva, *Valer. M. l. 3. c. 4.* Servius Tullius ejus ſucceſſor Vernâ patre matre ancillâ, *Valer. M. d. loc.* Unde Seneca in Epiſtola ad Lucilium ſcribit: Duos reges Rom. fuiſſe, quorum alter patrem non habuiſſet, alter matrem. Auguſtus quoque Cæſar avum argentarium habuit, patrem adſtipulatorem, ei objecit Cicero *in Epiſt. fin. ad Quint. fratrem.* Proavum vero libertinum, ut & Vitelliorum generis authorem libertinum fuiſſe tradit, Sueton. *in ejus vita.* Pertinax Imp. avo ſervo & patre libertino natus, qui negotiationem lignariam, & tabernam coctilitiam in Liguria exercuit, quam quia ipſe pertinaciter exercuit, hinc Pertinax dictus eſt. Opilius Macrinus humili loco natus libertinus & ſic origine ſervus fuit. Galerius ante armentorum Paſtor, parentibus obſcuriſſimis, nempe fabri ferrarii, aut ſecundum alios Veredarii filius; Probus patre olitore; Bonoſus patre pædagogo litterario; Diocletianus ſcribæ filius fuiſſe creditur; Valentiniani pater funarius fuit, qui funes trahebat, *Juſtin.* Et ut alios quoq; addam, Saul & David Primi Judæorum Reges, paſtores, *1. Reg. 9. & 16.* Sardanapalus ex purpuræ concinnatore Rex factus; Agathocles Siciliæ Rex, patre natus figulo in Sicilia; Antipater Alexandri M. in Macedonia ſucceſſor mulieris Mimæ nepos, Darius, qui ab Alexandro victus fuit, ſervâ Simmacha natus; Amyntam Philippi Patrem ſervum fuiſſe perhibent; Hiero Siciliæ Rex matre ſerva; Midas dum boves ad aratrum duceret â Phrigibus ad regnum raptus eſt: Semiramis Aſſiriorum Regina ex ancilla facta eſt. Primislaus III. Boh. Rex ex armamentario & bubulco prodiit; Lamuſius Longobard. Rex matre proſtitutâ, patre incerto; Tamerlanus Scytharum Rex porcarius fuit; Mahumetes primum vectigales Camelos ducebat, dein Arabum Rex: Barbarius Philippus ſervus fugitivum Romæ Præturam petiit, & prætor ob qualitates ſingulares deſignatus eſt, *l. 3. ff. de off. præt.* Unde Plato dicebat, neminem regum eſſe, qui nomen ex ſervo, neminem ſervum, qui non ex Regibus originem traxerit; Sic virtute non majorum ſtem-

Digitized by Google

ſtemmate plures nobilitatem & immortale nomen ſibi compararunt. Franciſc. Sfortia. Nicolaus Picinius Pontif. Max. Jo. XXII. Nicol. V. Joan. VIII. Sixt. I. Sixt. IV, viri omni laude digniſſimi, ut & Ventrudum Baſſum fricandis mulis præpoſitum, conſulem Romæ creatum fuiſſe, ſcribit Aul. Gell. *noct. att. 15. c. 4.* Sicut autem virtuoſi ſuo modo aliquando Nobiles dici ſolent, ita è contra, ſceleribus vitiis & voluptatibus dediti earum ſervi dicuntur, *l. fin.* §. 2. *circa med. C. de ſentent. paſſ. Latinùs V. Tiraq. c. 4. per tot. de nobil.*

41 Q. XXIV. *An ſcientia nobilitet?*

Aff. fundatur *in l. providendum. C. de Poſtul. ibi.* Quos ſcientia Nobiliſſimus fecit. Facit, quòd Doctores dicuntur Nobiles in ſpecie Ulpian. *l. 2. de Excuſ. tut.* Imò Nobiliſſimus, *l. diximus in fin. Eod.* quamvis alii eum genere quoq; Nobilem fuiſſe probent, *per l. 1. ff. de Conſil.* unde traditum, quòd legatum Nobili relictum poſſit ſolvi Doctori, *Tiraq. cap. 5. numer. 3. & 4.* Verùm ad hanc quæſt. in effectu Reſpon, ut ad ſuperiorem, nobilitatem ſcil, eſſe ſcientiæ filiam, *Salicet. ad l. de Poſtul.* Meritò autem culpatur Licinius, qui literas virus & peſtem reipub. appellabat, ut multi Nobiles, qui literas nobilitati obeſſe exiſtimant, *contra quos vid. Tiraq. d. c. 5. n. 11.*

42 Q. XXV. **An Feudum vel Iurisdictio nobilitet?**

Reſp, cum *Tiraquell. cap. 7. Duar. de Feud. capit. 4. numer. 8. Beſold. in th. Verbo* Inhaber deß Fürſtenthums. *Roſenth. 2. feud. concl. 2. Vult. de feud. capit. 8. numer. 9. pagina* 217. Feuda etiam nobilia ſua natura non nobilitare, licèt data ſint ab Imper. vel alio facultatem nobilitandi habente, ſed tunc ſi ſimul cum hac voluntate dentur, ab eo qui Jus hoc habet, ut accipiens fiat nobilis, ſicut qui emit domum decurionis vel conſulis, per hoc non fit decurio aut Conſul, *l. cum neque in fin. C. de Incol. lib.* 10 nec navicularis fit, qui emit rem naviculariam, *l. 2. C. de prad. navicul. l.* 10. *Bull. horar. diſc. 4. p.* 254. res enim hominibus, non homines rebus accedunt. *l. juſtiſſimè ff. de adil. Edict.* Nec locus hominem ſanctificat, ſed homo locum. *c. multi. c. illud. & c. nos qui diſt.* 40. Vir dat loco honorem, non locus viro, ſicut nec cappa facit Monachum. Prout nec è diverſo lupanaria infamant caſtitatem, ſed caſtitas loci abolet infamiam, *c. Tolerabilius* 32. *Q.* 5. Unde *Machab.* 2. *capit.* 5. legitur, non propter locum gentem, ſed propter gentem locum Deus elegit, *Tiraq. c. 7. n. 9. c. 12. in fin.*

Q. XXVI. *An militia nobilitet?*

℞. Cùm *Tiraq. c. 8. n.* 14. ſimplicem militiam non nobilitare, *l. praclar. C. de Primic.* 43 ſecus ſi quis à Principe exercitui præficiatur, *Tiraq. n.* 15. ac licèt latè loquendo militia aliqua ſit dignitas, non tamen veram Nobilitatem tribuit, ſic enim etiam inter ſervos aliàs abjectiſſimos, ſuo modo loquendo aliqua dignitas reperitur, *l. habitatio. §. Servus de Ventre in poſ. mitt. l. ſed etſi. §. ſufficienter. de uſuf. l. ſervis de Pecul.* qui tamen aliàs Statum nullum habent, *§. ſervus autem I. de Cap. dem.* & in quorum conditione non eſt differentia, *§. fin. I. de Jure perſ.*

Q. XXVII. *Ordo Clericalis an nobilitet?* 44

℞. *Cum Tiraq. c.* 9. negativè, argumento ducto ab armata ad cœleſtem militiam, à militibus ſæculi ad milites Chriſti, *ex l. militem C. de re Iudic.* ac licèt ordo ſacerdotalis & Clericatus dignitas ſit & honor, *l. atroc. C. de Injur. l. 1. C. ut nem. privat.* tamen non ſequitur, ex illa dignitate Nobilitatem etiam acquiri.

Q. XXVIII. *Conſuetudo & Statutum an nobilitet?* 45

Aff. *Tiraq. c.* 10. Ita ut reſtringatur ad territorium Statuentium vel loci. *argt. eorum, qua d. ſunt ſup. q. 11. num.* 16. Sic Perufii, ſi plebejus efficiatur miles, pro Nobili habetur, non etiam Florentiæ; Decuriones licèt Jura communi cenſeantur in dignitate, *l. Spurii in prin. & l. fin. de decur.* Quod etiam Civitas Venetiarum admittit, Perufii tamen ignobiles manent, *facit. l. fin. §. 1. ibi quaſtura in aliqua civitate inter honores non habetur ff. de num. & honor. D. ad l. probrum. de V. S. honor. §. 1. de num.* Illa tamen dignitas major eſt, quàm homines majorem cenſent, *l. athletas ff. de his qui not. inf.*

Q. XXIX. *De aſtris an nobilitent?* 46

Inanis videtur quæſtio, quibus quantum tribuendum ſit, ut & Aſtrolg. *V. Tiraq. c. 11. in fin. Delrio, indiſq. mag.*

Q. XXX. *Patria Nobilitas, an Municipes nobilitet?* 47

Tradit Tiraq. *c.* 12. Quibuſdam Urbibus in eſſe nobilitatem, & aliàs aliis Nobiliores eſſe, ut & nationes aliæ aliis ſunt famoſiores, *l. non tantum. §. Illenſibus*

ſibus. de Excuſ. tut. c. illud. diſt. 46. c. Epiſc. 2. q. 1. l. 2. §. quæ omnia. C. de Vet. Jur. Enucl. quædam etiam nationes infamatæ ſunt, *l. 31. §. qui mancipia. 21. de ædil. Edict.* Ariſtoteles tamen cuidam glorianti, quód magnæ Urbis cives eſſet, dixiſſe fertur: Noli hæc conſiderare, ſed an magna vel illuſtri patria dignus ſis, *Laert. in vita ipſius* & D. Ambroſ. *in c. illud. diſt. 4.* Quod extra paradiſum factus ſit vir, intra paradiſum verò mulier; illi tamen melior inventus ſit, quamvis hæc in loco meliore facta eſſet; Et gl. *in l. 1. C. de Collat. pat. l. 11.* quòd natus in terra, in qua Chriſtus eſt natus, non gaudet majoribus privilegiis, quàm alibi genitus; Ex hominum tamen opinione locus nativitatis aliquid ad conciliandum ſaltem, opinionem facit, unde ſecundùm Rebuff. dignius eſt eſſe civem Nobilis & honorabilis civitatis, quam eſſe civem majorem mediocris Urbis aut oppidi, quicquid ſenſerit Julius Cæſ. dominationis cupiditate ſe ductus, cúm in tranſitu Alpium oppidulum pertranſiret, Comitibus ex loco percunctantibus, An illic etiam aliquos putaret eſſe Principatus, reſpondit: Mallem hîc primus eſſe, quàm Romæ ſecundꝰ. *ut refert Plutarch. in vita ejus.*

48 Q. XXXI. *An præſcriptione acquiratur Nobilitas?*

Aff. Tiraq. *c. 14.* ſi ſcil. tanti temporis adſit poſſeſſio, cujus non extet memoria, ſciente Principe, vel iis, qui præſunt, aut Principis officiariis, *Jacob. de S. Georg. in tract. Feud. v. cum mero & mixto Imp. v. ſed an acquiratur.*

49 Q. XXXII. *Quæ ſit pœna ſibi falsò adſcribentis Nobilitatem, quam non habet?*

℞. In crimen falſi vel etiam Majeſtatis, & pœnas iis annexas incidit. *l. 3. §. fin. ad l. Jul. maj. l. 1. & 2. ad l. Cren de Falſ.* Clariùs adhuc *per l. Eos, qui ſe pro milite geſſit. de Falſis.* prout etiam falſi reus eſt, qui ſe Doctorem appellat, cùm talis non ſit, *Bartol. per l. 1. C. ut dign. ord ſervet. l. 12. Rebuff. in tractat. nominat. 12. q. n. 13. & 14.* Si ſcilicet fecit actum aliquem Nobilis vel Doctoris, ſi autem verbo tantùm aut ſcripto ſibi attribuerit, extraordinariè puniendus eſt, ut & qui ſe dicit Clericum, cùm non eſſet, *Tiraq. c. 13. in fin. Bald. in l. qui ſub prætextu. in fin. C. de SS. Eccleſ.* Et refert Hieron. Schurf. *Conſ. 16.* ſe vidiſſe aliquem ad palum, an dem Pranger affixum, qui ſe falsò pro Barone geſſerat;

& de Bartholomæo quodam Senenſi traditur, qui A. 1608. Pariſiis pro Pauli IV. filio ſe vendicavit, & hoc colore ingentem pecuniam à multis extorſit, fraude autem detectâ ſuſpenſus, & combuſtus, cineres verò in amnem conjecti fuerunt, quanto juſtiùs ante aliquot annis, qui ſe ſecundogenitum Dei Patris aſſeruit, multis in hunc errorem ſeductis, qui eundem flexis genibus adorârunt, Pariſiis combuſtus eſt. Noſtrâ quoque ætate in Moſcovia, quidam ſe pro magno Moſcoviæ Duce falsò jactitavit, ut & alius Witembergæ Baro non ſine vitæ diſcrimine audiri voluit, *Bullæus. diſt. 4. p. 256.* An. 1601. quidam impoſtor ſe regem Luſitaniæ fingens multis Principibus impoſuit, & fraude detectâ ad triremes damnatus fuit: *Majol. dierum Canicul. p. 146. & 156. Sic juxta Herod. in Thalia. p. mihi* 46. cùm poſt necem Smerdis à Cambyſe factam magus quidam Cyri filio Smerdi per omnia os humeróſq; ſimilis à curatore domus in ſolio collocatus, ſe pro Smerde Rege geſſiſſet, & pro tali 7. menſes habitus fuiſſet; Cui mago Cyrus jam ante auriculas abſciderat, ex hoc aurium defectu fraus detecta, & de mago ſumptum eſt ſupplicium, *Et in Apolog. poſt Herod.* allegatur factum Pſeudo-mariti, qui ſe virum perſuadens ab uxore & libris ſuſceptus, reverſo verò marito convictus ſupplicium luit in patibulo. Omitto fabulam, quam de Joanne Pſeudo Papa afferunt, quæ pontificis Romani ſedem occupâſſe falsò credita eſt, quem popularem errorem poſt alios An. 1642. ſpeciali tractatu refutavit Carol. Florimundus, & ante eum Baron. Bellarm, ut & Nicolaus Serrarius *tract. de Joann. Moguntina.*

Q. XXXIII. *An in libros deriveтur Nobilitas?* 50

Id *cum Tiraquell. capit. 25.* affirm: quòd ſcil, parentum Nobilitas in liberos legitimos deſcendat. Probatur *per l. ſenatoris filium. ff. & ſenator,* præſumitur enim ex bonis bonus naſci *juxta Poëtam.* Fortes creantur fortibus & bonis ita, ut Nobilitas generis etiam in infinitum ad deſcendentes extendatur nec reſtringatur ad pronepotes, ſine differentia, an filii furioſi ſint vel dementes &c. *facit. l. cæcus. l. cùm furioſus. de Judic.*

Q. XXXIV. *Quid de libris ante acquiſitam Nobilitatem patris natis?* 51

Et hos Nobiles eſſe, probat *d. l. ſenatoris. l. pen. C. de nupt. l. moris. 9. §. 14. de Pœn. l. 2. §. 2. de de-*

tur. prout & filius Regis Electoris, Regni & Electoratus ſucceſſor eſt, qui ante adeptum à patre regnum editus eſt, *Hotom. Illuſt. q.* 1. *Forſter. lib.* 4. *de ſucceſſ. ab int. c. ult. n.* 36. *ut oſtenſum. c.* 14. *ſup. n.* 11. quod autem in contentione de ducatu Mediolanenſi inter Ludovicum & Galeatium fratres obtinuit, vi magis quàm Jure factum cenſeri debet, *Guicciardin. lib.* 1. *hiſtor.*

52 Q. XXXV. *An illegitimi nobilitate patris fruentur?*

Id impl: neg: etiam in naturalibus, *l. humilem. C. de inceſto nupt. l. Ex libera. C. de ſuis & leg.* niſi per ſubſequens matrimonium legitimentur, *Tiraq. de Iure prim. q.* 34. multò magis ergo ex damnato, nefario, inceſtuoſo & prohibito coitu natis hoc denegandum. Solon enim Salaminius Legibus Athenienſibus datis præcepit, ut omnes eſſent maritati & ſcortationes vitarent, hac conſtituta pœnâ; ut filius illegitimo thoro natus mancipium eſſet Civitatis publicum. Æſchines autem orator Athenis relegatus cum Rhodum veniſſet omnibus nervis ingenii contendit, ut Rhodiis matrimonium relicto concubinatu perſuaderet. In Portium Catonem cum Princeps eſſet ſenatus traditur, non permiſiſſe, ut ejus avunculus Rufus magiſter equitum crearetur, licèt ſenatus ipſi hunc honorem decreviſſet, nec ſe ulli præfecturam militarem daturum declaravit, niſi qui legitimam haberet conjugem, ut hoc modo à libidine & illicita liberorum procreatione homines avocarentur, ſatius exiſtimans in matrimonio uxoris familiæque curam gerere, quàm vagis amoribus irretiri & iis facultates profundi noverat, plus in vagos amores impendi, quàm uxori & liberis honeſtè alendis ſufficiat, *add. Alexand.* 4. *c.* 8.

53 Q. XXXVI. *An ad aſcendentes Nobilitas derivetur?*

Id videbatur Affirm. *argt. l. nam etſi.* 16. *ff. de Inof. teſt.* propter naturam correlativorum, *junct. N.* 118. *cap.* 1. & 2. *argt. l. merit. §. parentes de pœn.* ubi in pœnis irrogandis & leniendis eodem privilegio gaudent parentes decurionis, quo ipſe decurio. Hoc tamen non attento, tenendum eſt, Nobilitatem ad aſcendentes à deſcendentibus non derivari, *l.* 1. *de ſenat ubi gl. & Bart.* licèt ex Nobilitate filiorum cohoneſtentur parentes, *juxta illud. Eccleſ.* 3. Deus honoravit patrem in filiis.

Et antiquis Roman. legibus ſi cui civica corona data eſſet filio, patri quoque & avo inde vocatio munerum acquirebatur, *Pl n. lib.* 16. *cap.* 4. *Tiraq. de nobil. c.* 16. *in fin.*

Q. XXXVII. *An ad tranſverſales?* 54

Id pariter *cum Tiraquell. capit.* 17. negat. quia tranſverſales in uſu Juris quoad ſucceſſionem honorum aſcendentibus comparantur, *d. N.* 118. *c.* 2. hos autem non fieri Nobiles, *q. praced.* oſtenſum eſt.

Q. XXXVIII. *An mariti Nobilitatem participet uxor?* 55

Aff. Tiraq. *c.* 18. adeóque mulier ignobilis, ſi nubat Nobili, nobilitatur ipſa *l. fœmina. de Senator. l. cum te & fin. C. de nupt. l. fin. C. de Incol. l.* 10. *§. hac. itaque. Nov. de Conſul.* hinc & reverentia viro debita uxori debetur, *l.* 1. *ubi Bald.* C. *de in 'us voc. l. princeps de ll.* Imò hæc vidua adhuc poſt mortem mariti nobilis, quamdiu ſecundò non nubit, Nobilis cenſetur, *l.* 8. *in fin. ff. de ſenat.* ſi verò poſteà nubat plebeio, Nobilitatem quæſitam perdit, *l. fil. §. viduam. ff. ad Mun cip.* Sic vidua Regis retinet titulum regium, *gl. in c. ſcripſit.* 27. *q.* 2. *Tiraq. d. l. & in legibu. Conub. l.* 1. *n.* 33. Eſt enim vidua vera vivâq; viri imago, *juxta D. Hieron. l.* 1. *in Jovinian.* qui refert de Valeria Meſſalarum ſorore, quæ poſt mortem Servii ſui ſollicitata à propinquis ad ſecundas nuptias negavit ſe nupturam, addens maritum ſuum ſibi ſemper vivere.

Q. XXXIX. *An hac fœminarum & viduarum Nobilitas tanta ſit, quanta qua ex Principis privilegio, vel à majoribus ex genere eſt quæſita?* 56

Id neg: *Tiraq. de nob. cap.* 18. *n.* 11. Hæc enim participata eſt, illa propria, hæcquè faciliùs amittitur, quàm illa; prout aliàs facilius amittuntur ea quæ ex aliorum perſona habemus, quàm quæ ex propria, *Bart. in l. qua in bello ff. de Capt. & poſt.* unde ea mortua heredes aſcendentes & collaterales ſuccedunt, tanquam plebeiæ; item ipſa, ſi inhoneſtè, impudicè vel luxurioſe vivat, privilegia, honores, commoda & nobilitatem à defuncto acquiſitam perdit, *l. his ſolu. ubi Bald. & Salicet C. de re voc. donat.* Sicut etiam tunc tutelam liberorum mater & avia amittit, *l. fin. C. quando mul, tut. off. ibi pudicitiam ſuam intactam conſervet.*

Q. XXXX. An

57 Q. XXXX. *An verſa vice Uxoris Nobilitas [illegible] in virum derivabitur, ut ſi plebejus ducat Nobilem?*

[illegible] Neg: *per l. fin. C. de nupt. l. mulieres. C. de dignit, Weſemb. in §. 2. de hered. ab inteſt.* Licèt autem mulier ſequatur conditionem mariti, ejuſque forum &c. *l. cum. quadam de Juriſd.* non tamen genere Nobilis mulier ſociata ignobili iſtam generis Nobilitatem per hoc perdet. *Tiraq. n. 16.* hoc tamen clarum, quod liberi ex Nobili matre, patre ignobili nati ignobiles ſint, quia partus ex nuptiis legitime conceptus ſequitur patrem, *l. 24, ff. de ſtat. hom. & l. cùm, legitima, 19. Eod. Sixt. de regal. lib. 1. c. 4. n. 102,* Germaniæ tamen moribus receptum eſt, in multis Collegiis Eccleſiaſticis, Cathedralium maximè Eccleſiarum tam Principum & Comitum, quam Nobilium, prout in ſuſceptione ad ordinem Equeſtrem S. Johannis, & Equitum Marianorum, ut octo generationes, vel alibi quatuor ex utroque latere ſine aliquo defectu Nobilitatis ac Stemmatis probentur, *Matth. Steph. de nobil. c. 5. n. 68.*

58 Q. XLI. *An ejuſmodi collegiorum Statuta, valida ſint ut Nobiles ſoli admittantur?*

Contra ea diſſerit Anchoran. *conſ. 131. circa med. pr. per c. 10, de preb. Matth. Steph. d. loc.* Imò Niell. *diſp, 1. Inſtit. Th. 12.* hæc Statuta irrationabilia eſſe aſſerit: Verùm cùm mens teſtatoris & fundatoris, (qui ea lege iſtas Eccleſias & Collegia bonis ſuis& reditibus honoravit) tanquam lex ſervanda ſit, cur non & hæc. Ajunt quòd Chriſtus ad Eccleſiæ regimen & functiones Eccleſiaſticas Apoſtolos vocârit, non ſecundùm carnem Nobiles,& potentes, ſed piſcatores, & pauperes. *Paul. 1. ad Corinth.* unde etiam cum aliquando de deligendo Papa tractaretur, & pro uno Nobilitas generis allegaretur, reſponſum fuit, Piſcatori Petro ſucceſſorem quærimus, non Auguſto, de qua materia vide *Tiraquell. de nobil. c. 20. numero 16. & ſeq.*

59 Q. XLII. *An Imp. vi ſuprema poteſtatis, novo homini gratiam facere poſſit, ut ad ejuſmodi collegia habilis cenſeatur?*

Quicquid aliqui contradicant qui hoſce Neu gebackene vom Adel / per contemptum appellare ſolent. *Affirm. Beſol. verbo Aſum. Aug. Viſch. tract. de duell. prov. p. 464. Bulleus diſc. 4. p. 163.* Idem de ludis equeſtribus dicendum, ſive torneamentis, quæ antiqui frequenter celebrare fuerunt ſoliti, ad quæ ſoli nobiles admittebantur, ubi exploſis tormentis, baliſtis, vel pilis, ad ſcopum jaculabantur, & qui à ſcopo plurimum aberraverat, ei à morione, varii coloris amictu cum tintinnabulis & cucullo veſtito, flagro ligneo nates percutiebantur, vulgo Pritſchen / victor vero præmium reportabat: Heliogabalus quidem in more habuit, ut ad cœnam vocaret 8. Calvos, 8. luſcos, 8. Podagricos, octo nigros, octo longos, octo Pingues &c. ut hoc modo riſum excitaret, ſed præfatum exercitium torneamentorum, non tantùm delectationi ſerviebat, ſed Nobili erat incitamentum, ſimul ad virtutum ſtudia, & ad uſum revocari expediret.

Q. XLIII. *An autem pater Nobilis qui ex ignobili fœmina prolem naturalem ſuſcepit, ſi eam deinde in uxorem ducat, & per hoc proles legitimetur, etiam ſimul Nobilem reddat?* 60

Occaſione dd. controvertitur: Aff: Juri conformior Covarr: *de Sponſal. p. 2. c. 8. §. 2. n. 9.* quòd ſcil. hoc matrimonium uti legitimationem, ita etiam Nobilitatem inducat. *per c. tanta. X. qui fil. ſint leg. Nov. 12. in fin. Nov. 89. c. 8.* cumque ſint legitimi, patris quoque dignitatem & nobilitatem participant, cujus conditionem ſequuntur; Non obſtat quòd legitimatio per ſubſeq: matrimonium non habeat ſuum effectum, quando cum concubina matrimonium ſubſiſtere non potuit. *§. fin. I. de nupt.* Sed Nobilis honeſtè ſaltem non potuit matrimonium contrahere, cum ignobili & plebeia. *Nov. quib. mod. nat. eff. ſui. c. ſed & aliud. ibi neque dignam exiſtimatione.* Namque licet Nobiles frequenter indignas cenſeant plebeias ſuis nuptiis, nulla tamen lege tanquam indignas à nuptiis Nobilium excludi, imo matrimonium ſuſtineri, licèt altera perſona vilis ſit. *patet. ex c. inter opera X. de Sponſ.* ubi ducens meretricem etiam aliàs infamem dicitur facere opus charitatis, quod ei proficiat in remiſſionem peccatorum, & ſic præmio afficitur. *Bach. 3. cont. 53. Tiraq. c. 15. n. 22.*

Q. XLIV. *Cur Nobiles communiter Urbes fugiant, & plerumq; in arcibus, rure ac villis ſuis vitam agant?* 61

Prout, apud Gallos & Britannos urbes eos in habitare ignominiæ loco ducunt. Rationes variæ

afferri

Digitized by Google

afferri poſſunt, una eſt quia illi ſibi Reges videntur dum reſpiciuntur à ſuis villicis & ruſticis, quibus leges præſcribuntur. In Urbibus autem & oppidis, ubi ſolent eſſe mercatores, & opulenti homines, non adeò obedientes, tantúmque ſibi tribuentes ac nobilitati, haberi ſolent, qui divitias ſuas Nobilitati præferunt, *V. Tiraq. de nob. c. 2. n. 61.*

62 Q. XLV. *An Nobilitas generis, dictis modis legitimè quæſita, vel à majoribus ad liberos transmiſſa, per infamiam & vitæ turpitudinem amittatur?*

Affirm: Tiraq. *c. 24. l. ſi. quia C. de ſecund. nupt.* quia nulla ſine honeſtate poteſt eſſe Nobilitas, *l. quoties. C. de dignit. lib.* 12. ita quidem, ut etſi poſt amiſſionem ad meliorem vitæ frugem redeat, tamen eam non recuperet, niſi reſtituatur à Principe *l. fin. §. 2. C. de ſent. paſ. l. Imperialis C. de nupt.* Sic Cham ex illuſtri Noah natus genere Nobilis & liber fuit, per peccatum autem & maledictionem patris ſui, cum univerſa poſteritate factus eſt ſervus fratrum ſuorum, *Geneſ. 9.* Adeoque liberi etiam poſtea nati non cenſentur Nobiles, licet ante patris facinus nati Nobilitatem ſemel quæſitam retineant: *Tiraq. d. loc. n. 4. l. divo. C. de decur. argt. §. 1. l. de Ingen. l. Emancipatum. §. fin. de Senator.*

63 Q. XLVI. *An ob paupertatem amittatur?*

Neg. Tiraq. *c. 25.* Sicut enim divitiæ non adferunt eam ſolæ, ita nec carentia earum aufert, ſic non eſt humilis & abjecta fœmina dicenda, quæ pauper eſt, ſi ingenuis nata ſit parentibus, *l. humilem. c. de inceſt. nupt.* licèt Nobilitas contemptui eſſe ſoleat, quam paupertas concomitatur, ſicut enim fides ſine bonis operibus mortua eſt, ita quaſi Nobilitas ſine divitiis manca & mutila, ſi enim virtus ex ſententia Peripateticorum indiget opum adminiculis, id multò magis de Nobilitate dicendum.

Nec facilè emergunt quorum virtutibus obſtat, Res anguſta domi.

64 Q. XLVII. *An per ingreſſum religionis amittetur Nobilitas?*

Etſi dignitates Regales, ſeu Regnum, ducatus, principatus &c. per ingreſſum & profeſſionem ſubſecutam amittantur, *c. ſcripſit. 272. præſens. 20. q. 3.* & deſinat eſſe Rex, qui ſit Monachus, tamen ſanguinis Nobilitas retinetur, *c. un. 18. q. 1. c. fin. 19. q. 3. Tiraq. c. 26. n. 8. facit l. Deo nobis. C. de Epiſc. & Cler.* licèt inter ipſos Monachos amitti cenſeatur, cùm pares eſſe debeant, nec unus altero cenſendus ſit nobilior. *Philip. Dec. in l. cùm omnes. V. adverte de conſtit.*

Q. XLVIII. *An Judicis munus obſtet nobilitati?* 65

Neg. Tiraq. *c. 28.* cùm multos Imperatores, & Reges hoc munere functos fuiſſe legamus, hinc ſequitur id Nobilitati non officere, ſic laudatur Auguſtus, quòd ipſe Jus dixerit, & in noctem nonnunquam, ſi parum valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans. De Aurelio Antonino textus eſt *in l. non putabam de Cond. & dein l. Remarus. ten. de Tut. & curat. dat.* de aliis, *l. Æmilius de minor. l. proximè de his quæ ab inteſt. dece l. l. proculo. de Probat. l. Ofidius de leg. 2. l. Imperatoribus de Jure Fiſci. e.* in Judicibus maximus ſemper à majoribus tributus eſt honor, *l. ſemper de Jure immunit. e. ut debitus. de appell. l. 3. §. 5 ibi jure honoris ff. quòd met. cauſ. l. obſ. in fin. de offic. Praſid.* imò Judicis officium dignitatem magis auget, ergo non tollit nec minuit, unde injuria atrocior ac gravior eſt, quæ fit magiſtratui & judici, quàm privato *l. prætor. §. fin. de injur.* adeò ut ſi quis daret alapam Prætori etiã propter privatas inimicitias cum eo, poſſit capitaliter puniri, *Jaſon. in l. 1. C. de prec. Imp. offer.*

Q. XLIX. *An advocati munus Nobilitati deroget?* 66

Et hoc neg. cum *Tiraq. c. 29. per l. laudabile C. de advoc. diverſ. judic. per. c. quia Epiſc. 593.* Et quòd Nobilitatem advocatia magis cohoneſtet, quàm dedecoret, *text. eſt in l. 2. §. ſervius de O. I.* ut omittam Salvatorem advocatum noſtrum agere, *Luc. 7. & Luc. 10. Tiraq. n. 29.* Objiciunt quòd libertini non niſi impetrato Jure aureorum annulorum ad dignitates poſſint evehi, *l. 1. C. ad l. Juliam Viſcel.* at libertini poſſunt eſſe advocati *l. 1. §. fin. de poſtulant. l. 2. C. Ead.* ℟. hodie Jure novo libertos ſola manumiſſione idoneos ad dignitates fieri, *No. ut libert. de Cat.*

Q. L. *An offic. procuratoris nobilitati obſtet?* 67

℟. *Cum Tiraq. c. 30.* Quòd ad jus noſtrum attinet, affirmative, quia eo Jure vile cenſetur officium. Sic decurio procuratorem ſuſcipiens privabatur dignitate. *l. ſi quis Procur. C. de decurion. junct. l. pars litterarum. 28. de judic. l. 54. de Procur. l. 30. C. Locat.* Unde etiam infamis procurator eſſe poteſt,

Digitized by Google

teſt, *l. fin. de Except. Guid. Papæ. deciſ.* 89. Hodie tamen in judicio Camerali, aliiſque bene conſtitutis tribunalibus ſecus eſt, *Ord. Cam. p.* 1. *t.* 18. *Gail.* 1. *obſ.* 43. *per tot.* Unde conſequens eſt, Nobilem procuratoris officio in Camera fungentem, non amittere privilegia nobilium.

68 Q. LI. *An ars medicina?*

Nec hæc derogat, ob medicinæ dignitatem, quæ ab ipſa divinitate manavit, ut oſtendit Tiraq. *c.* 31. ubi de Hippocratis, Eraſiſtrati, & Galeni laudibus multa habet. Hinc *Eccl.* 13. traditur, Honora medicum propter neceſſitatem, etiam creavit illum altiſſimus, à Deo enim eſt omnis medela, & à rege accipiet donationem. Chriſtus quoq; ſe medicum profitetur, *Matth.* 9. *Marc.* 7. *& Luc.* 2. ibi: Non opus eſt benè habentibus medico, ipſeq; Servator plurimos ſanavit, *c. adhæc.* 32. §. *quòd autem. de pœnit. diſt.* 3. Angelos etiam, Pontifices, Reges, & Sanctos medicos plurimos recenſet Tiraq. *d. c.* 31. *n.* 81. *& ſeq.* & tam fœminas, quàm viros hanc arte excellentes, prout & fœminas medicos eſſe poſſe, conſtat *ex l. fin.* §. *ne autem. v. fin. autem. C. de Com. ſervo manum.*

69 Q. LII. *Quid de Agricultura?*

Eam derogare nobilitati prima facie videbatur dicendum, *per l. colonos.* 2. C. *de agric, & Cenſit. l.* 11. ubi agricolæ ab omni militiæ gradu etiam infimo arcentur, ob honeſtatem publicam, ergo multo magis à nobili dignitate, nam aſſuetus vomeri & ligoni, gladio turpiter uteretur, qui nobilibus convenit, *l. fin. C. de Manc. & coll. l.* 11. ubi non licet tela in uſum vomeris aut ligonis convertere, ne fiat, quod dicitur, *Iſaia* 2. *& Michæa* 4. & conflabunt gladios in vomeres, & haſtas ſuas in ligones, ſicut nec milites ſe debent ad opus ruſticum conferre, *l. milites C. Locat. junct. l. originarii* C. *de Agric. & Cenſit.* ubi nullus colonus ad honores advocandus eſt. Verius tamen eſt, etiam eum qui ſuis manibus proprium agrum colit, per hoc nobilitatem quæſitam non amittere. Ita refert Guido Pap. concluſum in parlament. Delphin. *deciſ.* 41. cúm etiam clericis. (*qui ſordidas artes exercere vetantur.* 1. *de Vit. & hon. Cleric. Clem.* 1. *Eod.*) agricultura non ſit vetita. *c. Clericus diſt.* 91. *ut latius oſtendetur. inf. c. pen.* Q. An ſuperveniens furor tollat nobilitatem: Negat Tiraq. *c.* 36. *per caeus. cum furioſus. ff. de Iud.* ſicut enim teſtamentum ritè factum ita nec alios actus furor accedens evertit, §. *Item furioſi quib. non eſt perm.*

Q. LIII. *An mercatura?* 70

Pro Aff. facit quòd Jure noſtro prohibentur Nobiles natalibus conſpicui mercaturam exercere, *l. nobiliores C. de Commerc. & mercat.* Verùm cum mercatura reip. non tantùm utiliſſima ſit, ſed etiam maximè neceſſaria, quam multi viri celebres, Principes, Reges & Impp. exercuerunt, de quibus Tiraq. *cap.* 33. *num.* 15. *& ſeqq.* aliud dicendum ſi mos regionis etiam ad eam mercatores admittat, prout apud Venetos & Genuenſes, Nobiles mercaturam exercerent, circa vituperium & nobilitatis detrimentum, cum aliquando neceſſitas loci, ubi nulli ferè alii ſunt reditus, quam ex mercatura, hoc requirat; per tradita *ad c. non eſt licitum de R. I. in* 6. Illud non eſt dubium ſi quis nobilis mercaturam exerceat, per alios, nobilitati non derogari. *Tiraq. d. c.* 34. *n.* 22. *& cap.* 27. *n.* 7. *adde infra c. pen.*

Q. LIV. *An qui artibus vilibus utitur, nobilitatem perdat?* 71

Aff. ex *l. nequis.* C. *de dignit. lib.* 12. *c. qui contra pacem* 24. *q.* 1. à quibus tamen ſi deſiſtat eam recuperat. *l. ingenuum* C. *de Ingen. manum.* ſi autem ut *d. q. præc.* eas per ſe exerceat non ſi per exercitorem vel inſtitorem *l. quæ adulterium* 29. *in p. C. de adult.* ubi licet fœmina, quæ potantibus in taberna vinum præbet vilis habetur, ſecus tamen eſt ſi per alium vendi fecerit, Non obſt. *l.* 2. *§.* 1. *de adm. re. ad Civit. pert.* ubi quod quis ſuo nomine exercere prohibetur, id nec per ſubſtitutám perſonam agere debet, cùm ipſe facere cenſeatur quis, quòd per alium facit *ex vulg. Juris reg.* Et ideo ſi decurio ſubjectis aliorum nominibus prædia publica colat, quæ decurionibus conducere non licet ſecundum leges uſurpata revocantur, Reſp. non propriè id aliquem facere, quòd per alium facit *juxta Bald. in l. ſed etſi §. ſervus de Inſ.* Sic enim *Jure Can.* clericus cauſas criminales & ſanguinarias per ſe ſine incurſu irregularitatis tractare non poteſt, poteſt tamen cauſas ſanguinis delegare, idq; facere debet, ſine ulla irregularitatis nota: Sed etſi objecta regula obtineret non tamen procederet, quando lex conſiderat actum ipſius perſonæ exercentis, ut hic. Porro quæ artes

 viles

viles habendæ ſint videre eſt apud *Tiraquell, de nobil. capit. 34. & tradetur. partim infra c. ſequenti 35.*

72 Q. LV. *An pater amittens nobilitatem liberis ſuis prajudicet?*

Non eſt hæc quæſtio concepta de crimine Majeſtatis, in quo multa ſingularia eſſe recepto conſtat ex *l. quisquis C. ad l. Jul. Maj.* ſed de aliis modis, quibus regulariter amittitur; Cravetta hac de re conſultus reſpondit aſſirmativè hac ratione, quod quis non poſſit transferre, id quod non habet *l. nemo plus Juris. de R. I. l. traditio. de acq. rer. Dom.* Nec inquit filius poteſt inniti nobilitati avi & aliorum aſcendentium majorum ſi perſona proxima patris ut immediata in ſpecie deficiat, *l. Socium. pro Socio. l. pen. de Cond. ob turp. cauſ. l. divo. C. de queſt.* Ubi Privilegium ejus legis tranſit ad Nepotes, niſi is qui priore gradu eſt, ob vitæ turpitudinem conſperſus ſit, nam tunc nec ipſe nec ſequens privilegio potiuntur; Communiter tamen diſtingui ſolet inter Liberos ante & poſt patris infamiam natos aut conceptos, illis non præjudicari dicunt, hos verò minime Nobilibus adnumerandos.

CAPUT XXXVII.

De Academiis.

SUMMARIA.

1. *Connexio.*
2. *Studiorum publica utilitas.*
3. *Academia vocis interpretatio.*
4. *Ejus prima origo.*
5. *De voce Univerſitatis.*
6. *Qua hodie Academia?*
7. *An Papa Academias erigat?*
8. *Ubi olim Iura decerentur?*
9. *Quis locus pro Acad. eligendus?*
10. *Qualitas attendenda ratione rerum.*
11. *Quomodo ſchola diſponenda?*
12. *A loco ſtudii ſtrepitus arcendus.*
13. *Locus publicus eſſe debet.*
14. *An conducat erigere in munitionibus Academias?*
15. *An ubi mercatura viget?*
16. *An in municipiis.*
17. *Opus privilegiorum conceſſione,*
18. *De Salariis conſtituendis.*
19. *An pro doctrina præmium accipere liceat?*
20. *Quid ſtudioſorum confluxus ærario proſit?*
21. *Quando ſtipendia exſolvenda?*
22. *An profeſſor intra annum moriens totum ſalarium ad hæredes transmittat?*
23. *An ſeni vel infirmo Profeſſori qui profeſſura ideo vacare nequit, Salarium perſolvendum?*
24. *An profeſſor legere poſſit per ſubſtitutum?*
25. *An peregrinanti ſtipendium debetur?*
26. *An pecunia futuro Profeſſori ad iter ſuppeditata repeti poſſit ſi ingreſſurus iter moriatur?*
27. *Quid ſi ſua culpa ante anni finem removeatur?*
28. *Si ob timorem belli vel peſtis recedat?*
29. *Quid de Profeſſorum liberis?*
30. *An habens Salarium ex publico, etiam ex publico domum habere debeat?*
31. *Tranſitus ad Academias in ſpecie.*
32. *De Germaniæ Academiis & Altorſiana.*
33. *Argentinenſi.*
34. *Baſileenſi.*
35. *Colonienſi.*
36. *Dillingana.*
37. *Dolana.*
38. *Duacenſi.*
39. *Erphordienſi.*
40. *Francofurtenſi ad Oderam.*
41. *Friburgenſi.*
42. *Groningenſi.*
43. *Gieſſana.*

44. Grips.

Digitized by Google

44. Gripſvvaldenſi.
45. Gretienſi.
46. Herbipolenſi.
47. Heidelbergenſi.
48. Ienenſi.
49. Julia Helmſtadiana.
50. Ingolſtadienſi.
51. Lipſienſi.
52. Lovanienſi.
53. Ma·purgenſi.
54. Moguntina.
55. Paderbornenſi.
56. Pragenſi.
57. Roſtochienſi.
58. Regiomon'ana.
59. Salisburgenſi.
60. Trevirenſi.
61. Tubingenſi.
62. Viennenſi.
63. Wittenbergica.
64. Lugdunenſi Batav.
65. Franiquerana in Friſia.
66. Ducuburgenſi.
67. De Italia Academiis, Romana & Bononienſi.
68. Ferrarienſi.
69. Florentina.
70. Mediolanenſi.
71. Neapolitana.
72. Papienſi.
73. Patavina.
74. Peruſina.
75. Piſana.
76. Salernitana.
77. Qua occaſione Anglorum Regi à Salernis remedia conſervanda ſanitatis praſcripta.
78. Senenſi.
79. Ticenenſi.
80. Veneta.
81. Mutinenſi.
82. Taurinenſi.
83. De Sicilia Academiis, & Catinenſi.
84. Meſſana.
85. Panormitana.
86. Syracuſana.
87. De Academiis Polonia & Cracovienſi.
88. De Uratulavienſi.
89. Poſnenſi.
90. Regiomotana.
91. De Acad. Gallia. & Andegavenſi.
92. Avenienenſi.
93. Aurelianienſi.
94. Bituricenſi.
95. Burdegalenſi.
96. Cadomenſi.
97. Delana. de qua etiam ſupra.
98. Lugdunenſi.
99. Montalbanenſi.
100. Montepeſſulana.
101. Nantes, ſive Nanetenſi.
102. Pictavienſi.
103. Pariſienſi.
104. Rhemenſi.
105. Toloſana.
106. Carthucenſi.
107. Maſſilienſi.
108. De Hiſpania Academiis & Caeſar. Auguſtana.
109. Conimbricenſi.
110. Complutenſi.
111. Eburenſi.
112. Granatenſi.
113. Gandiana.
114. Hiſpalenſi.
115. Ileridenſi.
116. Majorica.
117. Onnedenſi.
118. Oſcana.
119. Oſſunenſi.
120. Salmanticenſi.
121. Sequenſana.
122. Toletana.
123. Valentina.
124. De Academiis Angliae & Cantabrigenſi.
125. Oxenienſi.
126. De Scotia Academ. S. Andrea.
127. Alberdonen.
128. De Gymnaſiis Roman.
129. De Collegio Germanico.
130. De Rectoribus Academ.
131. De Rectorum Paludamento.
132. Rectorum Electio.
133. Dignitas haec temporalis.
134. Rectoris aetas qua requiratur?
135. An debeat eſſe Clericus?
136. An cogi quis poſſit ad ejus ſuſceptionem?

137. An

Digitized by Google

137. *An Electus confirmandus?*
138. *An Rector habet Jurisd. ordin.*
139. *Scholaris ſi ſe ſubjicit alteri, an revocationi locus ſit?*
140. *Rector an officio depoſito ob injuriam ante illatam conveniri poſſit?*
141. *Excluſus à Rectore an reſtitui poſſit?*
142. *Rectoris officium.*
143. *An à Rectore ad Imp. appellari poſſit?*
144. *An habeat Jurisd. in Criminalibus?*
145. *Pro affirm. rationes.*
146. *De Pro-Cancellario.*
147. *Univerſitatum* 4. *Collegia.*
148. *Decani à quibus eligantur?*
149. *De Theolog.*
150. *Religioſus Profeſſor an gaudeat privilegiis ſui Monaſterii?*
151. *Religioſus Profeſſor delinquens contra Regulam Ordinis an à Prælato vel Rectore corrigendus?*
152. *De Jureconſultis, ubi de pacto quotalicio vetito de Jureconſultis Sanctis & D. Imper. Juſtiniano.*
153. *An Jureconſultis præcedentia præ Medicis competat?*
154. *Inter Jureconſultorum & Medicorum profesſiones differentia.*
155. *Medicinæ Laus, ubi de Pacto inter Medicum & infirmum.*
156. *De Pharmacopæis.*
157. *Chyrurgis.*
158. *Empyricis.*
159. *Alchimiſtis.*
160. *De Anatomia.*
161. *De Medicorum copia.*
162. *De Mercede.*
163. *De Philoſophis.*
164. *De gradibus Academicis.*
165. *Baccalaureatu.*
166. *De Licentia.*
167. *Differentia inter Doct. & Licent.*
168. *Prærequiſita ad gradum.*
169. *Inductio in Cathedram Doct.*
170. *Seſſio Doctoralis.*
171. *Traditio libri.*
172. *Pilei impoſitio.*
173. *Annuli traditio.*
174. *Epomidis uſus.*
175. *Aureæ torquis datio.*
176. *Oſculi exceptio.*
177. *Promotus actum doctoralem exercet.*
178. *Mortuus an doctorari poſſit?*
179. *Dd. Prærogativa.*
180. *Spurius an doctorari poſſit?*
181. *An Doctoratus obſit nobilitati?*
182. *Ætas in Doctore requiſita ibid.*
183. *An filii Doct. gratis & examinandi?*
184. *De Dd. bullatis.*
158. *An Dd. & Scholares à jure Migrationis immunes?*
186. *An D. à civitate conductus ſingulos præcedat?*
187. *An Dd. Cives ſint loci in quo degunt?*
188. *An D. provocatus à milite ad duellum comparere teneatur?*
189. *De Doct. degradato.*
190. *De Scholaribus.*
191. *Qui nomine Scholarium veniant?*
192. *Requiſita ad ſcholarem.*
193. *Nigromantici an Scholares?*
194. *An Cytharœdi?*
195. *An immatriculatio neceſſaria?*
196. *An in patria ſtudentibus privilegia competant?*
197. *An uxoribus Dd. & ſcholarium?*
198. *An viduis Profeſſorum & ſcholarium?*
199. *De Pedellis.*
200. *De Profeſſ. & Schol. nunciis.*
201. *De Typographis, Bibliopolis, Bibliopeg.*
202. *Quis Privileg. horum author.*
203. *Ubi Auth. promulgata?*
204. *Cauſa Privilegiorum.*
205. *Præceptorum immoderata ſævitia.*
206. *De depoſitione ſcholaſtica.*
207. *De Pennaliſatione vetita.*
208. *Ætas Juvenilis ſtudiis aptior cum quibuſdam annexis.*

1 POſtquam de im̃ediatis Imperii ſubditis, qui Status non ſunt & propter connexitatẽ cum Im̃ediatã Nobilitate de nobilibus indiſtinctè etiam actum, nunc de Academicis, (qui ad digniores mediatos Imperii cives ſpectant) & literatis agendum, hoc ordine ut I. De Academiis in genere II. De loco congruo; III. De Salariis Profeſſorum; IV. De iisdem Academiis in ſpecie; V. De

V. De Rectoribus. VI. De Procanc. VII. De Decanis, Profeſſoribus & DD. VIII. De Scholaribus aliisque perſonis Academicis agatur.

2 Quantum Univerſitates & ſtudia ad formandos rudes hominum mores, ad eradicandos pravos errores, ad religionis & virtutum plantationem, augmentationem, & conſervationem momenti ſemper attulerint, nullus niſi hiſtoriarum plane rudis & peregrinus ignorare poteſt, cùm palam ſit illas Reſp. diutiſſimè ſemper floruiſſe, quæ bonarum artium & ſtudiorum diligenti habita cura Scholas habuerunt, ubi verò hæ neglectæ fuerunt, parum feliciter omnia ſucceſſiſſe, ſic enim peritiſſimus ille Reip. gubernandæ Propheta Moyſes in ſingulis Civitatibus Synagogas inſtituit, quibus viri ſapientes divinas leges interpretarentur, Et Rex Joſaphat anno ſui Regni 3. per univerſam Judæam populos in ſynagogis leges doceri fecit, per quod Regnum ita pacatum reddidit, ut nil ipſi ab hoſtibus metuendum eſſet, ſed factus fuerit pavor ſuper omnia Regna terrarum, quæ ipſi certatim munera deferebant, & vectigal argenti, 2. *Paralip.* 17. quod exercitium cum intermitterent Judæi in horrendos errores idololatricos prolapſi in Babylonem juſto DEI judicio abacti ſunt; Eſtras autem poſt reditum à captivitate ſacræ Scripturæ libros iterum collegit, & in ordinem redegit; ac Synagogas reſtituit, quorum Exemplo Carolus M. veram Religionem in Gallia ferè collapſam cum ipſis litterarum ſtudiis erectis, aliquot Academiis reſtituit, & ante Ptolomæus Rex Ægypti Alexandriæ Scholam omnibus diſciplinis florentem una cum inſigni Bibliotheca erexit, Cajus verò Julius Cæſar poſt bellum Civile ex Ægypto in Italiam reverſus, ut Rempubl. Romanam in pace augeret non tantum ex Ægypto inſignes Mathematicos conduxit, ſed etiam has diſciplinas in Italia coli voluit, & Græcas, Latinasque Bibliothecas erexit, imitati hoc Exemplum Auguſtus, Trajanus, Nerva, Adrianus & alii, ut & Conſtantinus, prout colligitur ex ejus conſtitutione, *in l. 6. C. de Profeſſ. lib.* 10. adhæc Diſcipuli Chriſti Centurionem prædicant quod ipſis Synagogam exſtruxiſſet.

Contrà vero humanæ ſalutis & tranquillitatis publicæ inimicus, nec non divini cultus capitalis hoſtis Diabolus hoc ſalutare medium per improbos homines è medio tollere ſemper omnibus viribus eniſus eſt, ut ſubditi in denſiſſimis errorum tenebris verſantes in errores, hæreſes & ſummam infelicitatem ruerent; Prout Julianus Apoſtatata religionem Chriſtianam everſurus Scholas Chriſtianas claudi præcepit, bonas literas quibus ea propagabatur doceri, & diſci noluit, Philiſtæorum exemplo, qui Judæis arma interdixerunt, quibus ſe, fortunas, & religionem tuerentur; Antiochus etiam Rex, teſte Machabæorum hiſtoria Judæorum Synagogam, & Religionem oppreſſurus ſacros libros exuſſit, nec eos profiteri publicè, nec privatim retinere permiſit, Arrianæ quoque hæreſis Patroni, ut liberè in Eccleſia DEI graſſari poſſent, & ſuppreſſâ veritate mendacia imperitis obtrudere, Nicæni Concilii decreta & Patrum utiliſſimos libros aboleverunt, Leo etiam Imperator Græcorum cum Reliquiis & imaginibus Sanctorum bellum ſuſcepturus domum, quam alii Imperatores 12. Sapientiſſimis viris Conſtantinopolis attribuerant, exuſſit, quod illos ſuis Inſtitutis repugnare videret, alii oſores Academiarum Lupanaria, & Synagogas Satanæ, & Gomorras, Leges Civiles Diaboli inventa, & Seminaria litium, Medicinam cum Theologia idololatriam appellari auſi fuerunt, & ſacram Scripturam rejicere tentarunt, unumq; Apoſtolorum nefando aliquo Scomate notantes, D. Paulum vas confractum, Petrum abnegatorem Chriſti, Matthæum fœneratorem, Joannem ſtolidum Juvenem appellantes, ſed origine & fine Academiarum, aliisque perſpectis æquarum rerum æſtimator aliter judicabit cum Guevara *in horolog. princip. pag.* 1. *c.* 3. *p.* 12. qui ait: Ut in Domibus veſtibula ante Januam, & urbes ſua habent ſuburbia; ita ante virtutem artes liberales ſitæ ſunt Cræſo ſine Regi reſponſum legitur Samios expugnari non poſſe, quamdiu apud eos Æſopus viveret: Si unus non fuiſſet Demoſthenes, facilius ſe urbe illâ, quam Thebis aut Theſſalia potiturum Macedonum Rex dixit: Quid ergo de multorum literatorum copia judicandum?

Conſtat adhæc non ſufficere ut Reſpublica augeatur hominibus, ſed bonam educationem requiri, ut Juvenes bonis moribus, virtutibus & artibus

Digitized by Google

artibus aſſueſcant, tanquam futuræ Reipub. ſeminia, quam educationem cum omnes parentes non norint, neceſſe eſt ut liberi magiſtris & profeſſoribus commendentur: Hæc parentum cura maxima eſſe debet, qui dum cœlum ſuſpiriis rumpunt & impetranda ſobolis cauſa ſuperos precibus fatigant, non aliud flagitare cenſentur, quam ut ſit aliquis qui ſuam cum dignitate vitam in ſenectute tueatur & famam immortalem poſt funera conſervet, qui cani patris honorum & bonorum heres ſit; Hoc autem vero uſuveniat niſi liberi honeſtè educati ſint, utpote natura ad malum magis quàm bonum prona; Nec enim in autumno boni colliguntur fructus, niſi pulchris in vere floribus arbor frondeſcat, carnes niſi ſale conditæ conſervari & bonum retinere ſaporem nequeunt, piſcem extra aquam vivere, roſam à ſpina dudum avulſam non areſcere impoſſibile eſt; Ita parentes veram ex liberis capere lætitiam niſi bene educatis non eſt practicabile: Eſt enim adoleſcentia & natura ad malum magis quàm bonum prona, quæ ſanguine æſtuante efferveſcit, à carne ineſcatur, à cupiditatibus allicitur, mundi inſidiis, dæmonum tentationibus, vitiorum illecebris capitur, ne præcipites agat ſuperbia; oblimet luxuria, ſauciet iracundia, conſopiat pigritia, evertat avaritia, vincat gula, fatuus videri poteſt pater, qui opes pro liberis nocturnis & diurnis laboribus conquirit, bonam autem educationem planè non curat vel negligenter agit. Quam in rem lectu digna inter patrem & filium exheredetatum utriusque extat querela hinc inde adductæ, & ponderatæ rationes ac à Solone Salaminio prudenter lata ſententia apud Guevar. *in horolog. Princip. lib. 2. cap. 37. n. 384. & ſeqq. p. 381. & ſeq.*

Horum animi malorum omnium medicina ex Academiis ſicut corporum ex Pharmacopæis petuntur; Et quia inter Sapientiam Juſtitiam Pietatem & Religionem vinculum eſt inſeparabile, illis ſublatis hæ facilè opprimi poſſunt.

3 I. Academiæ nomen à Græcis idem quod remedium & populus ſignificat, quaſi remedium rudis populi, nebulam ignorantiæ abſtergens, & caliginem inſcitiæ expurgans, *Middendorp. de Acad. c. 1. Matth. Steph. de jurisd. p. 2. cap. 1. num. 14. David Doring. in bibliotheca Jureconſult. verbo. Academia. Beſold. in diſſ. Jurid. Polit. de Academ. n. 8. pag. mihi* 149. Prima origo eſt ab Academo *juxta Laert. de vit. Philoſoph. lib. 3. pag.* 190. 4
Vel ſecundùm alios Ecademo heroe quodam, qui propè Athenas in loco ſuburbano & nemoroſo, ex ſua privata poſſeſſione ſeu 3. millib. drachmis, empto agello publicam ſcholam fecerat, de quo Horat. 2. *Epiſtol. ad Jul. Flor.*

Si licet ut poſſem curvo dignoſcere rectum,
Atque inter Sylvas Academi quærere verum:

In qua ſchola primùm Plato docuit, vir ſummæ prudentiæ & auctoritatis apud Græcos habitus, ut ita eum commendat Jureconſultus, *in l. 2. ff. de nundin.* Inde dictus Academicus, & auditores à loco Academici, ut alii à Civitatibus Elienſes, Megarenſes, Cyreniaci, ut hodie Salisburgenſes, Viennenſes, Colonienſes. Ab eventu quoque quidam Peripatetici alij Socratici; alij ab ignominia, Cynici; à Præceptore Socratici, alij Epicurei; à Profeſſoribus, Caſſiani, Proculejani, *l. 2. §. fin. ff. de O. I.* Etſi autem doctrina Peripateticorum (qui Lycæo, quod erat alterum olim Gymnaſium Philoſophantium) ſeu Ariſtotelica nunc ſola in ſcholis uſurpetur, majores tamen utrique gratificari volentes, Academiæ nomen Univerſitatibus litterariis tribuerunt. * Vocantur autem Univer- 5
ſitates, non quod omnes artes liberales in univerſum neceſſariæ in iis doceantur, multas enim conſtat tantùm fundatas & ordinatas, ad certarum diſciplinarum profeſſionem: Et quamvis omnes artes & ſcientiæ liberales inter ſe quaſi concatenatæ ſint ac connexæ, commune vinculum habeant, ac Encyclopædeiam conſtituant, non tamen ſequitur, omnes in uno loco tradi ac doceri debere: ſed poteſt id fieri in diverſis; Nec minùs illæ Univerſitates dici poſſunt in quibus certa tantum ſtudia tractantur; Scholaſtici námque cum Dd. Univerſitatem literariam conſtituunt, quibus ſemper adjungi poſſunt aliarum facultatum Profeſſores & Scholares, *l. un. C. de ſtud. lib. 11. Clement. 1. de Magiſt.* Sic Theodoſ. & Valentinianus Profeſſoribus artium liberalium, qui in Urbe Romana & Conſtantinopoli docebant, addiderunt, *d. l. unic.* Philoſophiæ & LL. Dd. Item Clement V. & Concilium Viennenſe aliis addiderunt Profeſſores linguarum Arabicæ, Græcæ & Chaldaicæ, *d. Clement. 2. §. 2.* Ac licet tantùm unam artem diſcere, ſit de pane, non ita de hono-

re lucrando, *Hermes Polit.* 115. tamen non eſt inconſultum diverſa diſciplinarum genera deguſtare poſteà verò incumbere, cui quis maximè eſt idoneus, congruentius eſt; adeóque deteſtandi ſunt Ardeliones & Luliſtæ, *cum Beſold. verbo*, Luliſten / *juxta vulgat.*

Bey vielen Handwercken wird einer zum Bettler:

Bey vielen Künſten zum Narren.

6 Hodie vero Academia eſt locus, in quo ex ſummi Principis conceſſione, vel antiquâ immemoriali conſuetudine, ſtudium & concurſus docentium & diſcentium permittitur: Sicut enim Athenis olim Sophocles legem tulerat, ut nec ſcholæ erigerentur, ne Philoſophorum quis præeſſet ſine ſenatus decreto; Ita in Imp. Rom. Collegium, Univerſitatem & corpus ſine conſenſu ſuperioris habere non licet, ex rationibus aliàs allegatis, *Tol.ſ. de rep. lib* 14. *c.* 2. *n.* 19. *l*, 15. *C. de Epiſc. & Cler, l.* 2. §. *primus dictus Aug.* & hinc natum eſt reſervatum Principis, cui proprium eſt etiam in conferendis dignitatibus liberalitatem exercere *Cravett. Conſ.* 44. *n.* 16. quem Baldus Oceano comparat, eò quòd ab ipſo Principe omnes dignitates, privilegia & Nobilitates fluant, refluant, ac ad alios deriventur, *l.* 1. *ad l. Jul. de amb.*

7 Q. I. *Hinc naſcitur, an Pontifex Academias erigere poſſit?*

De qua V. Toloſan, lib. 18. *c.* 5. *in fin.* Et quidem in repub. Rom. olim interpretandarum legum licentiam, & actiones apud Collegium Pontificum fuiſſe palàm eſt *ex l.* 2. §. *deinde. in. fin. ff. de O. l. Cujac.* 18. *obſ.* 11. donec Flavius Scriba Libertini filius actionumlibrum ſubreptum populo tradidit, & adeò gratum munus hoc populo fuit, ut tribunuspl. fieret Senator & ædilis curulis, *l.* 2. §. *Poſtea de O. l.* Sic apud Ethnicos olim Titum Coruncanum, qui fuit Orator & Pontifex M. ac Pontificii eorum Juris peritiſſimus, primus Romæ I. Civilis ſcientiam profeſſus eſt, cùm cæteri ante eum vel in latenti Jus retinere cogitâſſent, vel ſolùm conſultationibus vacarent, quam diſcere volentibus ſe præſtarent, *l.* 2. §. *poſt hos.* 38. *de O. l.* Poſtquam autem Idololatriâ ejectâ veræ fidei lumen affulſit, etſi Pontificatus apex & Imperii culmen diverſa ſint & ſeparata, nec in unius perſona hodie reſidere poſſint (prout apud Gentiles Pontifices ſimul Impp. fuiſſe legimus, apud *Dd. in* §. *ſanctæ. l. de R. D. l. fin. ff. ut in poſſ. Leg. l.* 9. §. 1. *de R. D.* & in ſpecie de Cajo Jul. Cæſare traditur, quòd ad Comitia deſcendens matri valedixerit his verbis: Non videbis me reducem, niſi Pontificem *teſte Sueton.*) Attamen & hodie, ut ſana foveatur doctrina, inducatur, doceatur, diſcatur etiam, maximè Pontifici Curæ eſſe debet, ne ſcil. hæreſes & errores contra verbum Dei & Apoſtolicas traditiones inducantur; Ideò Principes ſæculares Pontificis auxilio indigent, ſicut in temporalibus Pontifices brachio & ope Principum ſæcularium, *quoniam.* 8. *diſt.* 10. *c.* 1. *X. de novi op. nunc.* Et hinc cum Academia Leidenſis ab ordinibus Belgicis ſine Papæ & Imperatoris conſenſu erecta eſſet, Anno 1575. 1. Febr. de ejus vigore dubitatum, unde Doctores illos merito Leidenſes dictos tradit Speidel. *in verb. Academia, &c.* Weilen ſie ſich viel leiden müſſen / ꝛc. dum Status controverſiam paterentur, hæc ille, &c. * Hinc 8
utraque Apoſtolica ſimul & Imperiali autoritate erigi ſolent; Imò in quarundam erectione ſolius Pontificis approbatio intervenit, ut in Tubingenſi accidit, cui poſteà tamen autoritas Imperialis acceſſit, ut ſuo loco videbimus, qui majorum mos hoc periculoſo tempore, ut accuratiùs obſervetur, conſultum eſt, quò major hominũ eſt improbitas, & quo plures in Theolog. & Philoſoph. irrepſerunt errores, quos Eccleſiæ & Pontificis autoritati impediri neceſſe eſt. Deinde verò in majoribus tantùm civitatibus divinarum & humanarum legum ſcientiam profiteri permiſſum fuit, ubi celebriores erant Epiſcopatus, & frequenter in ipſis Monaſteriis, licèt etiam nonnulla loca obſcura per ſtudia reddita ſint celeberrima, & diverſa oppidula, quæ Geographi ne quidem ſuis tabulis honorare dignabantur, poſt fundata ſtudia ex concurſu ſtudioſorum, opibus & dignitate ita aucta ſint, ut cum variis regiis & principalibus civitatibus certare poſſint; Sicut olim Athenæ civitas ab Academia, Lycæum ab Ariſtotele, Stoa à Stoicis, in qua Xeno primus hujus ſectæ Autor docuit, celebris eſt reddita. Præfecturam verò Scholarum Carolus M. Sacerdotali ordini attribuit, ut & Ludovicus Pius Epiſcopis, *V. C. de quibusdam. diſt.* 36. *Speidel. in verb. Magiſter. ad finem.* Et ſane ſi ori-

Digitized by Google

ſi originem Academiarum Germanicarum inſpiciamus, meritò conſenſum Pontificis exigi dicimus; Primitus enim Scholas apud Eccleſias & Monaſteria fuiſſe tradit Matth. Steph. *diſc. Acad.* 4. *fol.* 18. Poſtquam vero ex ſcholis Monaſticis, ſeu Monaſteriis factæ ſunt Eccleſiæ Cathedrales, aliaque Clericorum, & Canonicorum tum Regularium, tum ſucceſſivè ſurrogata Sæcularium Collegia, quæ adhuc locis multis Münſter ab origine dicuntur, prout Minda, Halberſtadium, item Strasburgum olim Monaſteria fuerunt, dum autem creſcerent opes, decreſceret fervor ad ſtudia hæcquè frigere inceperunt, ſtatus autem tam Eccleſiaſticus, quam Sæcularis ſtudiis & exercitiis illis liberalibus carere non poſſet, ſubſtitutæ ſunt Academiæ, quare eum ſurrogatum ſapiat naturam ſurrogati, fundationes autem Eccleſiaſticæ, earumque confirmationes, & conſecrationes ab autoritate Summi Pontificis Jure Canonum dependeant, *cap.* 1. *& ſeq.* 10. *quæſt.* 1. *c. nos qui de Teſtibus.* Sic & Scholarum in locum earum ſurrogatarum confirmatio ad Papam ſpectabit, *ad. Speid. in V. Academ. Beſold. de Jure Academ. p.* 192.

9 Q. I. ***Qualis locus in conſtituendis Academiis eligendus?***

Reſp. ſicut in caſtris collocandis, urbibus ſtruendis, ita etiam in Univerſitatibus erigendis loci ſalubris habenda eſt ratio. Generaliter autem pro loco ſtudii illos tractus optimos eſſe concludit Beſold. 1. *Monit. Politic.* 12. *num.* 59. *verſ.* 2. qui habent montes, ſive ab una, ſive ab utraque parte & qui fluminibus irrigantur, ut Herbipolis, Moguntia, & hic Saliſb. quæ inter montes ad flumen Seltzam & loca amæniſſima ſita eſt; facit huc regula Scholæ Salernitanæ:

Fons, ſpeculum, gramen, dant hæc oculis relevamen,
Manè igitur montes, poſt ſeram conſpice fontes.

Hinc Ariſtoteles Alexand. M. inſtituens ei præcepiſſe legitur ut frequenter ac diutiùs aquam viridem, claram & perſpicuam intueretur, oculóſque in ipſam ſubmergeret. Poëtæ verò Muſas in Helicone & Parnaſſo amæniſſimis montibus habitâſſe, non ſine myſterio aliquo finxerunt, quia arcus nimiùm tenſus rumpitur, ſtudia delectationem quóq; requirunt, & animi tranquillitatem maximè deſiderant, quódque de Poëſi aſſerit Ovidius:

Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia quærunt,
Me mare, me venti, me fera jactat hyems.

Idem omnium artium ſtudioſis applicari rectè poteſt. Cicero quóque *lib.* 2. *de nat. Deor.* refert Acutiores eſſe Atticos, quia Athenis cœlum erat tenue; & Thebanos ſtupidiores, quia Thebis craſſum eſſet; Indos Æthiopibus acutiores eſſe tradit Apollonius, quia in aëre verſabantur puriore: Sic Neapoli celeberrimam fuiſſe Univerſitatem ait Strabo *lib.* 3. *Geograph.* ob ſalubritatem & opportunitatem loci, unde Silius de Neapoli:

Nunc molles urbi ritus, atque hoſpita Muſa,
Otia, & exemptum curis gravioribus ævum.

Latiùs Middend. l. de Acad. Idem Strabo *lib.* 14. ſcribit: Tarſenſem Academiam ob Cidni ſaluberrimam aquam, Alexandrinam & Athenienſem literarum gloriâ ſuperaſſe; * Licèt Locus Academiæ, quem elegerat Plato, inſalubris fuerit, 10
id tamen hoc conſilio ab ipſo factum creditur, ut diſcipuli nullam aliam voluptatem ſentirent, niſi earum rerum, quas diſcerent. Vel ut nimium corporis proſperitatem veluti vitem palmite luxuriantem reſecaret, ſubditque Baſilius M. Ego vero bonam valetudinem, quæ in ſummo ſit, ex Medicis ſæpe audivi fallacem eſſe, cui conſonat Hippocrates *Aphoris.* 1. *cap.* 3. *& D. Hieron. in c. ne tales. de Conſ. diſt.* 5. Cumque Plato è Medicis moneretur, ut Lycæum transferret, noluit dicens; Sed ego producendæ vitæ cauſa, ne in Athos quidem ſummitatem transmigrare velim, eſt enim id quaſi à natura comparatum ut infirmum non ita avaritia, aut Libido ſollicitet, non amoribus ſerviat, honores non appetat, opes negligat, hic Deos & ſe hominem eſſe meminerit, invideat nemini, neminem deſpiciat, nec ſermonibus malignis alatur, ut homines, quibus omnia arrident, proſpere ſæpe ſolent; quæ affectiones ſtudiorum & virtutum progreſſum ſæpe plurimum remorari ſolent; Unde S. Egidium ad Rhodi oſtia ſolitarium cum à Venatoribus latens in ſylva ſauciatus fuiſſet legimus non modo medicinam non admiſiſſe, sed Deum rogaſſe, ne caro læſa ſanaretur, quod corporis dolor, voluptatis cogitationes arceret, S. Franciſcus quoque non ante perfectus, nam 20. ætatis anno infirmus didicit terrena contemnere, quæ ſanus dilexerat, D. vero Petrus Tito Diſ-

Digitized by Google

to Diſcipulo interroganti, cur filiam Petronellam infirmari pateretur, cum alios ſanaret, ita illi expedire reſpondit, utque id ſe facere poſſe oſtenderet, juſſit eam ſurgere, & diſcumbentibus miniſtrare, & confeſtim ſana ſurrexit, officio vero menſæ functa ejus juſſu ad morbum & lectum rediit, atque ita ex infirmitate didicit virginitatem amare, ut poſtea ſanata potius mori eligeret, quam Flacco Prætori nubere. *plura refert Tiraq. de Nobilitat. cap.* 31. *n.* 515. *& ſeq.* Et ita Apoſtolus fatetur ſe in ſuis infirmitatibus gloriari, dumque dicit, cum infirmior, tunc fortior ſum, quia nonnunquam corporis infirmitas fortitudinem cordis augmentat. *c. niſi*, 10. *de Renunc.* & vergente deorſum conditione corporea fervor ſpiritus in ſuperiora conſcendit, *c.* 1. *d. t. & in c. poteſt.* 52. *de pœnit. diſt.* 1. D. Ambroſius ait: Ægritudo carnis peccatum repellit quod nocet corpori, revocat ſpiritum, in malevolam autem animam non introibit ſpiritus ſapientiæ. 1. *Sapient. v.* 4. ac Initium Sapientiæ timor eſt Domini, Concupiſcentiæ autem diſtrachum hominem reddunt, & ad cognitionem conſequenter minus aptum compertum quoque frequenter eſt, non bene calcar in ſtudiis addi per delitiarum, & quæ ex abundantia pecuniæ oritur, penuria, multos enim ingenuos adoleſcentes virtutis amore paupertas devincit, ut quod ipſi pecuniarum obtinent beneficio, id ipſi virtute propriâ conſequantur. Alia hodie tempora aliud à priſcis requirunt. Sic quoque Philo *lib.* 2. *de vita Moyſis* ſcribit, quòd 70. SS. Literarum interpretes opus aggreſſuri ſeceſſum & talem locum elegerint, ubi nec morbos nec pravos malorum hominum mores metuerent. *Toloſ. lib.* 18. *de repub. cap.* 6. *inp. Mudden l. cap.*
11 2. *pag.* 9. • Curandum inſuper, ut Academia erigatur eo loco, ubi ſuppetit alimentorum copia, & rerum varia ubertas, ubi honeſtiſſimi & bene morati ſunt cives, pauciſſimi lenones, meretrices, milites, Scurræ, & id genus homines, *Midd. lib.* 1. *c.* 2. ubi nec bellis nec ſeditionibus multùm infeſtantur cives, nec peſte aut morbis affliguntur; Conſtat enim quantùm damni univerſitati Erphordienſi allatum ſit, quia militaris turba manus ſæpè conſeruit cum ſtudioſis ibi degentibus, ut aliàs taceam. Sunt autem diverſarum artium Scholæ in loco ſtudii ita collocandæ, nec diſcipuli ſibi invicem obſtrepere poſſint, vel linguarum in docentibus confuſio aures vel mentes literatorum à ſtudio & attentione avertat, *l. un. C. de ſtud. liber.*
• Hinc autoritate magiſtratus & ſuperiorum removendi ſunt à loco ſtudii artifices, quorum ſtrepitu ſtudia turbantur *dict. loc. un. ubi Bart. & Bald.* & ſi faber malleando ſuper incudem hoc modo turbet ſtudia, ut Auditores vocem legentis commodè percipere non poſſint, ipſe expelli poteſt ex vicinia, vel cogi ut domum ſuam vendat, aut locet alteri, vel ſaltem ſuperſedeat à ſtrepitu lectionibus durantibus. *Specul. de Feriu.* §. *ſequitur. num.* 4. *Capol. in tract. de ſervit. urb. c.* 43. *n.* 3. Licèt enim regulariter invitus nemo de domo ſuo extrahi, vel expelli debeat, quæ cuiq; tutiſſimum eſſe debet receptaculum, *l. nemo de domo ſua de Rom. Imp. l. plerique de in Jus vocand.* & injuria cenſeatur, ſi quis re ſua uti prohibeatur, *l.* 13. §. *ſi quis proprium* 21. *ff. de injur.* Artes etiam fabriles reipubl. ſint neceſſariæ; Tamen major eſt ſtudiorum favor, *Auth. habita. C. ne fil. pro patre.* & hic major, illi minori anteponitur, *l. obſervare.* §. *proficiſci de offic. Proconſ.* quod etiam obtinet, etſi locus ſtudii commodè poſſet transponi, *Zaſ. in lib.* 1. *n.* 33. *ff. Solut. matrim.* Idem dicendo, ſi Scholaris commenſalis unus alterum fiſtulando, ſaltando, altè legendo in communi hoſpitii cænaculo turbaret. *Specul.* 1. *de judic.* §. 2. *v. hic quoque. Menoch. de arb. Jud. Cent.* 3. *c.* 237. Nec tamen debent Academici hoc beneficio abuti inſtar Sybaritarum, qui Gallos gallinaceos urbe excludebant, tanquam ſomni & quietis publicæ turbatores; Aliàs verò Scholarem in Schola altè ridentem, vel pede ſtrepitum excitantem inde expelli poſſe traditur, *argt. c. ex loco.* 15. *quæſt.* 1. • Locus quoque ſtudio deſtinatus publicus eſſe, nec clam ſed palam doceri debet, *Toloſ.* 11. *de rep* 3. *n.* 5. *proœm. ff. hac. autem tria. l. un. C. de ſtud. liberat. urb. Rom. lib.* 11. Sic Chriſtus interrogatus à magiſtratu de doctrina & diſcipulis. *Joann. cap.* 18. *verſ.* 10. reſpondit: Ego palàm locutus ſum mundo in Synagoga & templo, & in occulto locutus ſum nihil; Apud Francos quoque olim moris fuit ſub quercu docere, *Tritbem. lib.* 1. *breviar. hiſtor. Franc. in* 25. *rege.* Theodoſius & Valentin. Cæſares, Romæ non alio loco quàm in Capitolio doceri voluerunt, *l. un. C. de ſtud. lib. urb. Rom. lib.* 11.

14 Q. I. *Hic occurrit; an conducat erigere Academiam in munitionibus ſeu fortalitiis?*

Affirmavit hoc quidem Schrader. *in diſſ. Inaug. Jena, Anno* 1614. 8. *Octobr. habita.* Id tamen indiſtinctè aſſerere periculoſum cenſeo, videmus quidem Argentinenſem, Baſileenſ. Colonienſ. Erphordenſ. Francofurt. Heidelb. Lipſienſem, Lovan. Marpurg. Moguntinenſ. Pragenſem, Viennenſem, Roſtochienſem, & hanc Archiepiſcopalem Salisburgenſem in Germania, Lugdunenſem in Batavia, Patavinam in Italia, & alias locis munitioribus contineri; Veruntamen *cum Lim. in diſſ. de Academ. c. ult.* diſtinctio non videtur negligenda inter fortalitia in limitibus, & ea quæ in meditullio ſita ſunt, ut in illis minùs, in his verò magis commodè erigi poſſint, ne per erectionem in limitibus occaſio detur explorandi & hoſtibus arcana revelandi.

15 Q. II. *An in urbe, ubi mercatura viget, Academia extruenda?*

In negativam inclinat Limn. non obſtantibus conſiderationibus, quæ per mercatores in ejusmodi locis frequentius ſcholaribus offeruntur, I. Quia ejusmodi civitates ſolis per ſe divitiis & delitiis ſunt ornatæ. II. Quia Mercaturæ frequentia ſcholares à ſtudiis avocare ſolet. III. Juniores mercatores pecunia abundantes non rarò ſtudioſos deſpiciunt, hi verò ipſos convitiis onerant, quo reſpexiſſe videtur Imp. Frider. *in Auth. habita. ibi corporales injurias. C. Ne fil. pro pat.* unde rixæ & verbera. IV. Studioſi mercatorum ſumptuoſas erogationes imitari vel ſuperare volentes, parentum marſupia exhauriunt, aut ſibi paupertatem adſciſcunt, unde ſera pœnitentia, melancholia & hypochondria tandem ſequitur.

16 Q. III. *An etiam in civitatibus municipalibus erigenda?*

℞. Sicut non ad cujusvis inſtantiam, ſed potiſſimùm ergà Principes, Status & immediatas Imperii civitates hac benignitate utitur Cæſar; Ita nec facilè municipalibus civitatibus hoc jus concedere ſolet; ſic Imp. Juſtin. Romæ, Conſtantinopoli & in Beryto civitatibus, toto Imperio principalibus, Jura doceri voluit. Nec obſtat exemplum civitatis Erphordienſis *juxta Middend. lib. 5. Tiraq.* 200. quia hæc non ad inſtantiam civium ſed motu proprio à Dagoberto Francorum Rege erecta fuit. Sed quid de Roſtochienſi Academia, ubi ſenatus magnæ eſt autoritatis, & Jus habet profeſſores conſtituendi? *Cothm. in reſp. Acad. 39. n. 11.* ℞. In fundatione nullam ſenatus fuiſſe mentionem, ſed ad inſtantiam Ducum Megapolitanorum erectam.

III. Præter allegata, quæ Patrono Univerſitatis Curæ eſſe debent, ut ſunt Electio loci ad ſtudium apti, Impetratio confirmationis Privilegiorum Apoſtolica & Imperiali auctoritate confirmandorum; Eidem inſuper incumbit, pro exornanda univerſitate diverſi generis Studiis & Facultatibus condignam dotem conſtituere, & ſalaria tribuere perpetua: Hoc enim niſi fiat, periculum eſt, ne ſuperſtite adhuc Patrono Academia mox agonizet & moriatur filia, ordine mortalitatis turbato ante patrem, *Arnold. Clapm. de Acad. cap.* 5. Item ut ſalaria conſtituenda vel conſtituta integrè ſolvantur Profeſſoribus, licèt morbo, peſte, aut ex alia cauſa rationabili legere impediantur, *Gail.* 1, *obſ.* 44. *n.* 13. *per l.* 38. *in princ. & §.* 1. *Locat.* Idem dicendo ſi ob ſenium officio ampliùs ſupereſſe nequeant, *c. quamvis.* 7. *quaſt.* 1. *cap.* 1. *X. de Paroch.* quibus caſibus totum ſalarium adhuc ſine detractatione perſolvendum, *arg. l. Lucius.* 11. *de Evict.* 17

* Conſtituenda autem ſunt ſalaria, quæ non tantùm ſufficiant ad congruam alimentationem, ſed etiam ad honorem Profeſſorum pertinent, ut cum vigor abſumptus fuerit & ſenuerint, victum nihilominus pro dignitate ſtatus ſui habere poſſint. Beſold. *in Synopſ. polit. cap.* 18. *n.* 16. *pag. mihi.* 187. *Lanſius diſſ. de Acad. lib.* 1. *fol.* 42. *facit huc notanter l.* 14. *ff. Ubi pupill. Educ. deb. l.* 12. *§.* 3. *de admin. tut.* quibus textibus conſtituitur, quòd ſalaria & mercedes præſtandæ ſint Profeſſoribus, pro dignitate diſcentium & docentium, quod cùm in ſolutione à privatis tutor, vel curatoribus facienda obtineat, multò magis quando ſalaria ex publico præſtantur, obtinere debet. Ut enim nervi belli ſunt pecuniæ, ſic ſtudiorum generalium perſeverantia, in ſtipendiis laborantium conſiſtit, quibus ademptis, negligitur, & contemnitur munus, & ſic ignorantia, deficientibus monitoribus respubl. depopulatur, adoleſcentia, quæ ſeminarium eſt reipub. continuandæ perditur, & quando non ſeminantur nunc boni mores, virtutes, artes & ſcientiæ, poſt annos nec 18

metere

metere nec fructum à juventute expectare poſſunt ſuperiores: ſicquè rempubl. perire neceſſe eſt, niſi juventus ad exteras regiones & Academias non tantùm duplici ac quadruplici parentum ſumptu, ſed etiam cum extremo periculo corruptionis juvenilis ætatis ablegetur. Nihil adhæc æquius eſt, quàm ut qui Altari, ſic etiam Academiæ ſervit, de Altari, ſicquè de Academia vivat, quiquè vineam colit ac plantat, ejus fructum comedat, & qui ad onus eligitur ac aſſumitur non repellatur ab honore & mercede, *1. ad Corinth. 9. Toloſ. de rep. lib. 18. c. 4.* Sic Prodius aliàs ſapiens habitus gratis nullum erudiiſſe legitur, & habuit ſemper in ore, manus manum lavat: Dans aliquid accipe, ſic medicus curat morbum patientis, & patiens morbum crumenæ, eámque vacuam implet. Corax quóque Syraculis eloquentiæ Profeſſor, Tiſiam diſcipulum hoc pacto inſtruiſſe legitur, ut tum demum ſolveret mercedem, cùm artem didiciſſet, qui arte jam cognitâ in ſolutione minervalis moram faciens, à Corace in jus vocatus hoc uſus eſt dilemmate, percunctanti, quis eſſet artis finis? poſtquam Corax reſpondiſſet, Perſuadere: Age, inquit, ſi perſuaſero Judicibus me nihil debere, non ſolvam; quia vici cauſam Judicum ſententiis abſolvendus; Si non perſuaſero, nec tunc ſolvam, quia juxta pacta non perdidi artem perſuadendi ignorans; Quòd dilemma Corax tanquam vitioſum retorſit, hoc modo: Imo ſi perſuaſeris reddes, quia tenes artem; debéſque ex pacto mercedem; Sin minùs dabis, quia ſententia Judicum damnatus es: Cujus ſimile refert A. Gell. *libr. 5. noct. Attic. cap.* 10. de Protagora (quem primum mercede docuiſſe docet Lucianus *de moribus Philoſophorum.* quod in eo defendit Philoſtratus) cùm enim ſimili pacto Evathlus promiſſa grandi pecuniâ, quam Protagoras petierat, medietate ante ſoluta in diſciplinam ſe dediſſet, alteram medietatem ſoluturus, quo die apud Judices oràſſet & viciſſet; Hic autem diutiùs auditor maneret, hócque facere videretur ad differendam reliquam ſolutionem, Protagoras eum in jus vocavit, litem conteſtatus ex pacto mercedem petens, hoc aſtuto uſus eſt conſilio, exorſus: Diſce ſtultiſſime adoleſcens utroque modo te redditurum, quod peto; nam ſi contra te ſententia erit, merces debetur, quia vicero; ſi verò ſecundùm te, merces debetur, quia viceris ex pacto jam obligatus. Cui Evathlus reſpondit: Diſce magiſter ſapientiſſime, utroque modo id fieri, ut non reddam, quod petis, nam ſi Judices pro me pronunciàrint, nihil tibi ex ſententia abſolutoria debeo, quia vicero, ſin contra me ſententiam dixerint, nihil tibi ex pacto debebo, quia non vicero, Tum Judices hoc inexplicabile eſſe rati cauſam in longiſſimum diſtulerunt, *Middendorp. de Academia. pag.* 89.

19 Q. I. *Hic incidenter quæritur, an pro doctrina præmium accipere Jure etiam licitum ſit?*

Affirm, dummodo principaliter lucrum non intendatur. Prout non eſt vetitum nec ſimoniacum Clericis ſacris vacantibus aliquid pro victu & labore accipere. Sic enim apud Judæos mos erat, ut mulieres de ſua ſubſtantia miniſtrarent docentibus, *gl. ordin. ad cap. 27. Matth. & cap. 8. Luca ad illa verba:* Mulieres erant ſecutæ JESUM à Galilæa, ut miniſtrarent ei: Cum enim Chriſtus non haberet proprios fundos & reditus, ſed vulpes foveas, & volucres nidos, ipſe autem nihil proprium, ubi caput reclinaret, & Petrus dixerit: Aurum & argentum non eſt mihi, devoti homines à Chriſto, & ſucceſſivè à Petro ſanati ad alendum eos concurrebant, *Joan. 4. verſ. 8.* unde marſupii Chriſti mentio fit *Joan. 13. v. 29.* cujus adminiſtratio apud Judam erat, quo ipſe abutebatur privatim. *Klock. de æar. lib. 1. cap. 2. n. 37.* Romæ aliquando viginti ſcholas illuſtres fuiſſe, *tradit Sueton. de illuſtriſſ. gram.* non ſine præmio. Conſtatque pro inſtructione Lutatium Daphinidem ducentis millibus nummorum quinto Catulo emptum, & brevi manumiſſum, Lucium quoque Apulejum ab Equite Romano quadringentis Seſtertiis nummorum conductum, plurimos docuiſſe: Cenſetur autem Seſtertium a 5. aureis noſtratibus *juxta Alciat. l. 6. parerg. c. 27.* Unde colligitur, eum accepiſſe bis mille & quingentos aureos. Marcus Antonius ſingulis Philoſophorum primoribus decem denariorum millia aſſignavit, quæ conficiunt noſtræ monetæ mille aureos: Senatus Bononienſis fertur annuè 40. Coronatorum millia in Profeſſores ſuos expendiſſe; Florentini Philippum Decium Mediolanenſem Piſis Jura docentem annuè ſtipendio mille quingentorum aureorum honorarunt ut ipſe ejuſque Epitaphium teſtatur. Chaſſanæus Profeſſor annuè habuit mille Ducatos quan-

Digitized by Google

quantum nec Bartolus, nec Baldus habuit *Chaſſ. in cathal. con.* 27. Quid quod Veſpaſianus Latinis Grecisvè Rectoribus annuè centena Seſt. (noſtra moneta 25000. Philippicos) Medicis 50. pro mercede annua conſtituit, teſte Plinio, quæ ſunt: 2. millia & quingenti Philippæi, Erimmo Rhetori ſub Diocletiano, & Maxim. Salarium 600. millium nummûm datum eſt, Alexander Pyrrhonem Philoſophum, & Poëtam pro oblato Poëmate 10. millibus aureorum donavit, Niocles Cypri Rex Iſocrati pro libro oblato 12. millia Ducatorum à Nerone Seneca intra triennium ter millia ſeſtertium paravit, Carolus V. præceptorem ſuum poſt delatos varios honores ad Pontificatum ſua commendatione evexit; Ejus filius Philippus. II. Eccleſiæ Hiſpanicæ primatum Præceptori ſuo Joanni Martini contulit, *Chock. in theſ. lib.* 1. *cap.* 11. *p.* 37. id eſt, quod Proverb. 18. legitur, de fructu oris viri replebitur venter ejus, & genimina labiorum ſaturabunt eum, *& Proverb.* 12. de fructu oris ſui unusquisque replebitur bonis. *Idem Prov.* 8. In viis Juſtitiæ ambulo ut artem diligentes me & Theſauros eorum repleam,

20 Quantumcumque autem immenſa ſint ſalaria de exceſſu tamen damnari nequeunt. I. Si conſideretur ad remunerationem omnes teneri. *l. ſed et ſi §. Conſuluit. de hered. petit.* II. Doctrinam & ſcientiam (in ſpecie juris civilis tanquam veræ Philoſophiæ *l.* 1. *de l. & l.*) tanti eſſe momenti ut prætio nummario non ſit æſtimabilis, *l.* 1. *§. proinde de Extraord. Cog. l. Lucius. Attilius. De donat.* ut potiùs aliqua jactura pecuniæ parvi facienda, quàm doctrina non remuneratis Profeſſoribus excludenda ſit. Accedit III. quòd celebris Doctor plus aliquando uno anno ditare poſſit ærarium publicum, vel Rempubl. à quâ honorabili alitur ſtipendio, quàm plures alii homines aut viginti perſonæ, unde facilis eſt jactura. Quantum confluxus ſcholarum faciat ad ditandos cives & conſequenter ad arcam publicam, *vide Greg. Toloſ.* idem tradit Viennæ aliquando 7000. ſtudioſorum, Peruſii 23. millia, ut & in Oxonienſi Eduardo Rege vivente 20. millia fuiſſe: Et hinc ſummi Pontifices, cùm generalia ſtudia erexerunt; non tantùm de privilegiis tribuendis ſolliciti fuerunt, ſed etiam de ſtipendiis, ne prætextu deficientis annonæ Profeſſores parum diligentes eſſent in munere exercendo; Lecturam namque relinqui poſſe, ſi non ſolvatur promiſſum ſtipendium, notant *Dd. argt. cap. pervenit. X. de Jurej. Petr. Greg. Toloſ. lib.* 18. *c.* 4. *n.* 2. ideoque in erectione Academ. Roſtochienſis Pontifex de ea dotanda cautionem exegit, *Coth. in Reſp. Academ.* Hinc etiam in Conſtit. Jul. II. Anno 1512. 5. Calend. April. refertur Conſtitutio Eugenii qui erigendo ſtudium generale Romæ pro ſalario addidit Gabellæ vini tres & medium ſolidos; Ex concilio quoque Lateranenſi *c.* 1. *de Magiſtr.* in unaquaque Cathedrali Eccleſia competens beneficium aſſignari jubetur, utque Metropolis Eccleſia SS. Theologiæ Magiſtro præbendam tribuat, cujus reditus docenti præſtentur, *c. nonnulli de magiſt. in* 6. *idque in Concilio Trident. approbatum eſt ſeſſ.* 5. *de Reform. c.* 1. *& ſeſſ.* 23. *de Reform. c.* 18. *D. Thom.* 22. *q.* 100. *a.* 3. *ad* 3.

* Adhibenda autem in hisce Cura ut vel in Principio anni, vel ſingulis ſemeſtribus, media, aut quadrimeſtribus quarta pars ſtipendii & anticipatè ſolvatur, *Bald. ad l. per hanc C. de advocat. diverſ. Jud. l.* 1. *C. de ſuffrag. Alexand. ad l. defuncto.* C. *de adſeſſor.* Idque ne duabus curis mens occupetur, & rei domeſticæ ſollicitudine à contemplatione & doctrina docentes diſtrahantur; ideo namque ſalaria dari, ut artes faciliùs tradantur legitur *in l. Medicos §. fin.* C. *de Prof. & Med. l.* 10. diſtractus autem & pluribus intentus animus non eſt ſatis aptus ad exercendum munus docendi. Quales ad docendum adſciſcendi Profeſſores V. Chockier. *in theſ. l.* 1. *c.* 10. *p.* 72. Fuit aliquando Romæ lex, ut natu grandes eſſent Magiſtri, ut ſi diſcipulus decimum attigiſſet annum Magiſter quinquageſimum ageret. Guevar. *in horolog. pr. p.* 1. *c.* 3. *p.* 13. 21

Q. II. *An Doctor vel profeſſor infra annum moriens totius anni Salarium tranſmittat ad hæredes?* 22

Id de Profeſſore ad plures annos vel ſimpliciter conducto affirmat Benius *de privil. Juriſconſ. p.* 1. *q.* 22. *Beſold. Verbo.* Beſoldung. quod etiam in aliis obtinet quibus ob operam & officium liberale magis honoris remunerandi gratia, quam in compenſam laboris aliquid præſtatur, licèt aliis artificibus pro rata temporis & laboris merces debeatur. *l. Scio. de ann. legat. l. ſi uno §. item Locat. l. pen. C. d. Erog. mil. n. lib.* 12. Imò etſi per angarias

Digitized by Google

garias bimeſtres vel quadrimeſtres Salarium accipiat, primo quadrimeſtri moriens, heredes totam anni totius percipient portionem.

23 Q. III. *An Profeſſori, qui ob ſupervenientem ſenectutem, aut infirmitatem profeſſuræ amplius ſupereſſe nequit, ſalarium adhuc ſolvendum?*

Affirm. *Speckh. Cent. 2. claſ. 1. q. 10.* ſpectat enim ad Curam Principis, ne is qui conſenuerit in officio aliquo digniori, indigeat in ſenectute *argt. l. Lucius. ibi Veteranus in præmium. de Evict.* Profeſſoris autem ſenis etiam aſſumptionem convenire varia exempla docent, ſic M. Aurelius Imper. voluit ut natu grandes eſſent puerorum magiſtri, & ſi diſcipulus decimum ætatis annum attigiſſet, magiſter quinquageſimum attingeret. In Philoſophia verò naturali commodum Chalcedonium ſenem grandævum, in Jure verò L. Voluſium Metianum.

24 Q. IV. *An Doctor continuò legere debeat ipſe, vel id facere poſſit per ſubſtitutum?*

Prius Affirm. quia electa eſt induſtria perſonæ, *Lenauderius. part. 4. de oner. & ſal. doct. q. 1. in ſexto vol. tractatuum fol.* 169. ubi hoc tamen limitat & tradit, quòd Pater filium ſubſtituere poſſit in lectura, ut fecit Baldus Papiæ allegando text. ſingularem, *l. ſciendum. §. legari. ff. de Legation.*

25 Q. V. *Quid ſi peregrinetur, an ſalarium recipiet?*

Reſp. Affirm. ſi fiat cum licentia, Bald. *in l. ſi ea conditione, de Conſtit. in ſert. l. hac lege C. de proxim. ſac. l. 12. Lenauderius de onerib. Dd. q. 9. Vol. 6. tractatuum. fol. 169.*

26 Q. VI. *An pecunia futuro Profeſſori ad iter donata repeti poterit, ſi antequam iter ingrediatur, mortuus ſit?*

Id negatur, ſi jam ad iter accinctus fuerit, *Jacob. Schlut. pract. q. lib. 1. q. 4.* idem dicendum de proximè cingendo, *ex l. ſi iuſſ. de Teſtam. mil.*

27 Q. VII. *Quid ſi ante annum completum ſua culpa vel ob delictum removeatur Profeſſor?*

Reſp. Huic non plus deberi, quàm pro rata temporis, quo docuit, & culpam non admiſit. Bartol. *in l, Mevia de ann. leg. Coraſ. in l. diem functo de off. aſſeſſ.*

28 Q. VIII. *Quid ſi ob timorem belli aut peſtis recedat?*

Huic nihilominus totum ſalarium debetur, ita conſuluit Decius *Conſ. 70.* in caſu, ubi ob incurſum Francorum in Tuſciam Officiales Piſani Doctoribus ſcripſerunt, ne legerent, ac nihilominus totius anni ſalarium ipſis deberi reſpondit. Item Doctorum conductum Paduæ ad legendum, ſi non potuit legere ob bellum, quod Venetis inferebatur, integrum ſalarium habere, ſcripſit Jaſon. *add. l. diem functo. n. 48. de off. adſeſſ.* ſic Salarium annuum advocato promiſſum ſolvendum eſt ei integrum, qui toto anno nil niſi unam epiſtolam confecit.

Q. IX. *Quid de Profeſſorum liberis?* 29

Hos poſt mortem parentis modo ſint idonei ad vacantem ſpartam advocandos eſſe, probatur *ex l.* 11. §. 1. *l.* 13. *in princip.* C. *de advoc. d. v. Jud. Beniuus de Privileg. Jureconſult. p. 3 privil. 66.*

Q. X. *An Doctor ſalariatus de publico ad legendum etiam domum habere debeat conductam ex publico?* 30

Affirm. *Lenauderius 4. part. de oner. Dd. Vol. 6. tract. fol. 169. q. 11. per l. 2. §. Cajus. de O. l. Lud. v. in ſingular. V. Doctor. ſalariatus.*

IV. Poſſent hic multa de antiquitate & 31
origine Academiarum adduci, quæ Synagogæ olim vocabantur, qualis fuit Hieroſolymæ, ad quam ceu ſupremam ſapientiæ arcem ex omnibus provinciis confluebant Judæi & ad hos difficiliores de lege controverſias referebant, *Actor.* 8. cui ſubordinata ſua collegia Libertiuorum, Cyrenenſium, Alexandrinorum, ex quibus quidam cum S. Stephano diſputârunt, *Actor. 6*, in quibus Chriſtus 12. annorum puer partim arduas quæſtiones proponendo, partim difficiliores S. Scripturæ locos reſolvendo, magnam ſui admirationem præbuit; Talis Antiochenæ, de qua Cicero pro Archia, in qua Paulus Chriſti reſurrectionem defendit, *Act. 3. & 11.* ubi Lucianus Samoſatenſis Juriſprudentiam, Ulpianus Rhetoricam docuit. Talis Epheſinæ *de qua Actor. 19.* ubi Phormio floruit eo tempore, quo Hannibal à Romanis victus apud regem Antiochum exulabat; Cæſarienſis & Comarienſis mentio fit, *in l. ſi duas. 6. §. amplius. 9. de Excuſ. tut.* Huc ſpectat Nicomedienſis, Tarſenſis; In Ægypto Alexandrinum, Memphiticum, Helopolitanum Gymnaſium, Berytenſis Univerſitas, item Carthag. & Cyrenenſis. Sed quæ procul à nobis, quid ad nos? antequam tamen ad ulteriora pro-

Digitized by Google

progrediamur, quædam de Academiis Germaniæ celebribus per ordinem Alphabeti, & propter connexionem de exteris deinde univerſitatibus inſerenda duxi. Inter quas

32 ALTDORFIANA in Norico à ſenatu reip. Norinbergenſis dependet; Cùm enim Anno 1526. in ipſa urbe Gymnaſium extruxiſſet, quod deinde Altdorfium, Anno 1574. tribus milliaribus hinc diſtantem locum translatum fuit, hoc Anno 1578. à Rudolph. II. Imper. & deinde Ferdin. II. Anno 1622. in Academiam evectum & privilegiis ornatum fuit. Durantibus quidem belli motibus Anno 1633. in urbem facta fuit translatio, iis autem ceſſantibus rurſus ad locum priſtinum rediit: Forſterus *in Epiſt. dedicat. hiſt. Jur. ad Senatum Norinberg.* ſcribit nullam eſſe rempub. in Germania (ſolà Spirenſi Camerâ Imp. exceptâ) quæ plures Clariſſimos Doctiſſimosque Jureconſultos foveat, quàm hæc civitas.

33 ARGENTINENSIS. Fuerat hic Anno 1538. à Senatu Gymnaſium inſtitutum, ex quo deinde permiſſu & privilegio Maximiliani II. Anno 1566. Academia & demum per Ferdinandum II. Anno 1621. Univerſitas erecta, propter plurima autem Exercitia corporis, quæ hic traduntur, ut equitationes, in Schola equitatus, pugillationes, ſaltationes, Inſtrumentales, & vocales Muſicæ, aliaque, quibus Juventus cupida informari ſolet, ideo magnus ad eandem fuit confluxus.

34 BASILEENSIS Academ. à Pio II. Pontif. Anno 1459. prid. Cal. Jan. inſtituta, ſenatu fundante, Privilegiis Bonon. Colon. Viennenſis cæterarumq; Germaniæ Univerſitatum ornata eſt. Quod verò aliqui in annum 1490. alii 1489. Principium ejus rejiciant, id de reſtauratione accipiendum. Middend. *de Acad. lib. 3. pag.* 523. ubi primus Rector fuit Georgius de Andelaio Præpoſitus Baſileenſis. Olim hic Studioſi Rectoris electioni intererant, Beſold. *in verb.* Baſel/ ꝛc. Ibidem ex peculio Eraſmi Roterdami 16. Studioſi aluntur, & ſingulis eorum in Philoſophia menſa, & 40. Floreni in communitate præbentur, aliarum facultatum Auditores 80. florenos habent.

35 COLONIENSIS: De hac graviſſimi authores tradunt, quòd poſtquam Tuiſco primus Germanorum parens è regione præſentis urbis Colonienſis habitavit, qui locus Teutſch dicitur, & à quo Germani Teutſchen vocantur, cum ipſo poſt diluvium verum DEI cultum & artes liberales huic invectas fuiſſe, deinde cùm Romani ſuos colonos ante Chriſtum natum huc miſiſſent, Romanas artes cum ipſis huc translatas, ab eo verò tempore, quo S. Maternus D. Petri Diſcipulus Chriſti religionem hic prædicavit, ſucceſſu temporis Theologiæ ſtudia in cœnobiis aſſiduè tradita fuiſſe, uti Ruperti Abbatis Tuitienſis, Alberti M. D. Thom. Aquin. & S. Wolphelmi (quem S. Arno Archiepiſcopus Colon. Abbatem Branweilenſem dicit) & Duns Scoti hiſtoriæ teſtantur. Donec Urbanus VI. Papa Anno 1338 Coloniæ publicam omnium doctrinarum Academiam, uti erat Pariſijs, erexit, eademque illi quæ matri ſuæ Pariſienſi privilegia indulſit, & Anno 1389. in profeſto Epiphaniæ ibidem celeberrimo, (propter tres Reges, qui Chriſtum natum adoraverunt & ibi quieſcunt) in domo capitulari Eccleſiæ Metropolitanæ præſente Clero & Senatu Gerhardus Calcarienſis primo omnium prælegit cap. Eſaiæ 60. Surge, illuminare Jeruſalem, *Midd. de Acad.* Nunc præter ſuperiora Theol. Juriſprud. & Medicinæ, quæ in ſeparatis locis exercentur ſtudia, Facultas artium tribus florentiſſimis diſtinguitur Gymnaſijs, Montano, Laurentiano & novo trium Coronarum, poſtquam quartum Cajanum ſuperiori ſæculo extinctum eſt, ex quibus annuè ſingulis plurimi artium & Philoſophiæ tum Magiſtri, tum Baccalaurei, in ſingulari artium domo creantur. Præter alia hanc ſuperiori ſæculo hæc Academia laudem reportavit, quòd cùm Henric. VIII. Angl. Rex repudiatâ conjuge Catharinâ novis contractis nuptiis, diverſas Academias conſuluiſſet, ut pro ſuo matrimonio reſponderent, nullæ effuſæ largitiones oblatæ Colo. Academ. innocentiam labefactare, auctoritatem deprimere, conſtantiam ſuperare potuerint, ſed multis auri pondo contemptis pro veritate & Juſtia ſteterint imobiles, quem candorem & conſtantiam prædicat cum aliis Nicol. Sander. *de orig. & hiſ. Anglic. l. 1. pag. mihi* 52. Anno 1492. hìc obiit Nicaſias Mechlinienſis, qui à puero cæcus Jura publicè profeſſus fuit cum laude, Lovanij ante creatus Licentiatus, ac diſpenſante Papa Sacerdos concionatus, altari ſervivit & confeſſiones excepit, tandem Coloniæ Doct. Canonum creatus, *Scoper. pag.* 709. Eodemque tempore ibidem

dem docuit Jura Petrus Ravennus & Rickius Dicta-
tor meusque anteceſſor, qui tract. de unione pro-
lium edidit. An. 1499. Colonienſis Academia de-
crevit conſtantiſſimè tenendum, & à ſuis docen-
dum quod B. V. à peccato originali præſervata ſit,
quod ſecuti Anno 1501. Moguntini & Baſileenſes.

36 DILLINGANAM in Suevia ad Danubium Illu-
ſtriſſimus Princeps Otto Truckſeſius Epiſcopus
Auguſtanus Cardinalis maximo ſumptu fundavit
evocatis Lovanio & Ingolſtadio Profeſſoribus, pro
Theolog. & humanioribus litteris, Anno 1549.
In hac urbe infra Laugingen ſita Epiſcopus Augu-
ſtanus arcem & aulam habet, & Hartmannus ex
familia Kiburg Anno 1252. Epiſcopus hanc cum
Comitatu Witislingen Collegio Auguſtano dona-
vit, Et hic PP. Societatis Collegium habent. An-
no 1594. 22. Decembris in domo Capellani ortum
incendium duobus diebus & noctibus duravit quia
Danubius glacie concreverat, & arx cum multis
mobilibus combuſta fuit.

37 DOLANA in Burgundia ſub Philippo Bono
Duce Burgundiæ Anno 1426. erecta eſt. Hæc
poſt Arch. Civitatem Biſanz Principalis eſt Comi-
tatus Burgundiæ, ubi Parlamentum & Senatus Re-
gis Hiſpan. Dub. fluvius ibi ſe dividit, commen-
datur à ponte turri & templis foro paulò longiori
quàm lato. Univerſitas ſub Ottone à Nicol IV pri-
vilegia quidem obtinuerat, ſed Philippus Bonus
alia à Martino V. obtinuit, ſub Philippo II. Hiſpan.
Rege florere cæpit.

38 DUACENSIS in Flandria à Philippo II. Rege
Catholico Anno 1562. inſtituta, & liberaliter do-
tata eſt, cui plurimæ poſtea fundationes acceſſe-
runt.

39 ERFFORDIENSIS in Thuringia à Dagoberto
Francorum Rege Anno 1391. fundata à Bonifacio
IX. Anno 1395. & Pio II. privilegiata eſt, quando
autem ex Pragenſi Academia Lipſienſis nata eſt,
magnus huc ſtudioſorum fuit concurſus. Hæc
urbs mœnibus primum cincta Anno 1066. Bucel.
in eadem Anno 1317. & ſequenti 136. millia ho-
minum peſte interierunt, & in Schmidtſteden
prope eam quinque foveis tantum 7805. cadavera
illata; Hic Anno 1324. ſeditio contra Magiſtra-
tum orta, quam dum Clerus ejicere ſtuderet, urbe
ejectus eſt Templo Cathedrali in equile converſo,
Moguntino Archiepiſcopo fruſtra arma capiente,
donec fatigati conquieſcerent; Anno 1660. 14.
(24.) Auguſti in domo Piſtoris exorto incendio
intra 6. horas ultra 200. ædes perierunt, cum
reſidentia Comitum de Gleichen.

FRANCOFURTENSIS ad Oderam in Marchia 40
Brandeburgica, Anno 1506. ex Lipſienſi ab Elect.
Joachim. I. erecta, ab Alexandro VI. Papa, & Ju-
lio II. nec non Maximil. I, privilegiis ornata eſt.

FRIBURGENSIS Briſgoiæ ab Alberto Auſtri-
aco Anno 1450. fundata, ſub Imp. Frider. Anno 41
1472. inſtaurata eſt, in qua publicè Jura docuit
Zaſius, qui ſe ſtatutorum hujus Academiæ aucto-
rem dicit, *ad l. u cui. de V. O. & in Comm. ff. quod
cujusque univ.*

GRONINGENSIS, in qua Cornelius Pinnacher 42
Jura docuit. In hac 7. ſunt Præceptores quibus
pro ſtipendio Magiſtratus annuè perſolvit 2680.
Carolinos floren. una cum libera habitatione præ-
ter Academiam, & cum Collegium 40. Studioſo-
rum quorum ſinguli annum 45. Carolinos floren.
vel Francos, ad 10. bacios à ſtatibus percipit.
Primus Rector Ubbo Emius Hiſtoricus An. 1645.
obiit. Bibliothecam inſtructam habet, à multis hæc
Rudolphi Agricolæ patria reputatur, qui An. 1456.
mortuus eſt. Eam urbem Mauritius Dux Anno
1594. obſedit & 23. Julii occupavit.

GIESANA in ſuperiori Haſſia 6. mill. Fran- 43
cofurto 3. Marpurgo diſtat, Anno 1607. Ludo-
vicus Junior Landgrav. Collegium hoc loco ex-
truxit, & à Rudolph. Cæſare Privilegia Anno
1611. obtinuit. Anno 1625. hic ſtudia ſuſpenſa
fuerunt, & poſtquàm Ludovico Landgravio ad-
judicatio facta, Profeſſores Marpurgum tranſie-
runt, ubi ſolennis actus reſtitutionis habitus.

GRIPSWALDENSIS in Pomerania à Uratislao
IX. Pomeraniæ Duce Anno 1456. inchoata, licèt 44
Münſterus originem Doctoris cujuſdam & Conſu-
lis liberalitati adſcribat. Anno 1547. Philippus
Dux eam inſtauravit.

GRECENSIS in Styria à Paulo III. confir-
mata. 45

HERBIPOLENSIS Anno 1403. orta dicitur, 46
alii autem antiquiorem eſſe contendunt. Sera-
rius 5. *rerum Mogunt. pag.* 868. tradit quod Arch.
Mogunt. Joann. de Naſſau Anno 1398 eam Er-
phordiam tranſtulerit, & ſub Epiſcopo Herbipo-
lenſi Julio Anno 1589. huc reducta ſit.

47 Heidelbergensis ad Neckarum ibidem ponte ſtratum in inferiori Palatinatu à Ruperto II. Ruſo Anno 1346. fundata, ab Urbano VI. confirmata eſt Ann. 1387. Primus Rector Marſilius Ingen. Coloniæ ad Sanctum Andream Canonicus ad Theolog. docendam huc evocatus, hic obiit 15. Auguſt. An. 1394. Münſterus Coſmographus An. 1524. usque ad Annum 1529. primus hic Hebraicæ linguæ Profeſſor fuit, Rudolphus Agricola de literis ibi bene meritus fuit, Reinerus Bachovius Jura docuit, qui præter alia notis illuſtravit paratitla Weſembecii meis additionibus ante Annos aliquot Coloniæ Typis Kinckii adaucta. Item Donellus, Pacius, Gotofredus, Freherus & alii: ſub Frider. II. Elect. Collegium Zellenſe juxta Wormatiam cum ſuis reditibus aliisque proventibus Eccleſiaſticis huic Academiæ pro Profeſſorum decentiori alimentatione adjecti ſunt. Anno quoque 1390. circiter Rupert. Palat. Judæos Urbe expulit, & eorum undecim domos Academiæ donavit una cum quinque hortis & parte telonii Barcheracenſis redimenda 2000. aureis.

48 Jenensis à Friderico I. Elect. Saxon. fundata Anno 1518. Hic Dominicus Arum. ut & Matth. Weſenbec. 13. annis Jura docuit; Item Nicolaus Reuſnerus Com. Palatin. & Saxon. Conſiliarius, qui de teſtamentis tractatum vulgavit Anno 1597. Situs ejus eſt ad Salum fluvium 2. à Weinmaria milliaribus, tribus à Naumburgo, ubi pons lapideus ſuper aquam, ad Academiam pertinent liberum Dominium Rembba, & arx Apolda cum ſuis pagis & proventibus, in eadem Anno 1645. ob pœnaliſmum orta ſeditio, & in arcem jaculationibus factis, unde Saxo-Wimarienſis Princeps cum armatis eo proceſſit.

49 Julia Helmstadia ſub Julio Duce Brunſwicenſi & Lünæburgico cœpit Anno 1576.

50 Ingolstadiensis ad Danubium in Bavaria primum Anno 1410. ex Viennenſi orta traditur, cui Ludovic. Bavar. Dux à Pio II. Papa privilegia impetravit Anno 1459. vel ſecundùm alios Anno 1472. Hic docuit Jura Fachin. qui præter alia controverſiarum libros ſcripſit, Joan. Chriſtoph. Beſold. ut & Henric. Caniſius autor ſummæ Juris Can. It Jo. Eccius & Fridericus Staphilus, Catholicæ Religionis propugnatores Rector & Procancellarii fuerunt. Hujus Univerſitatis Cancellarius eſt Epiſcopus Aichſtedenſis.

Lipsiensis in Miſnia à Pragenſi derivata 51
Anno 1408. quando ob ſectam Huſſitarum Studioſi huc migrarunt, Anno ſeq. confirmata à Pio II. & Alexand. V. quam nonnihil collapſam Georgius Dux Saxoniæ reſtituit. Habet 6. bene exſtructa Collegia, interque ea Paulinum, in hac urbe vas eſt vinarium 805. urnarum vini capax, forum longum 240. paſſus.

Lovaniensis in Brabantia derivata ab uni- 52
verſitate Colon. Anno 1426. cujus ideo filia dicta à Pio II. eſt *ut refert Pan.eg. Acad. Melsbenn. lib. 1. cap. 6. in fin.* Fuit quidem per Joan. Ducem Brabant. à Martino V. Papa impetrata, at hic Theologiam ibi tradi noluit; ſed ab Eugenio IV. Papa purè approbata eſt. Secunda dies Oct. præfati anni Academiæ natalis eſt, quo quotannis lectiones renovantur, ſolenniter dies habetur, Pedelli in feſtis Rectorem octo præeunt cum ſuis quisque ſcepetris, & Carol. V. Rectori aliquando ceſſit. In hac Academia Adrianus VI. ante Cardinalatum ſtuduit, poſteà Carol. V. præceptor & Papa factus, Lipſius hic hiſtorias tradidit, Henricus Zoëſius 13. annis Inſtit. & poſteà ſurrogatus Petro Gudelino 8. annis Pandectas docuit, mortuus Anno 1627. 14. Cal. Mart. Primum Jureconſultorum Collegium D. Ivonis titulo decoratum eſt, Golnitz. *in Itinerar. pag.* 110. Hic Rector Nuncio Apoſtolico non cedit, niſi ſit Cardinalis, vel Legatus de latere, In ea Cornelius Agrippa Commenſalem habuit curioſum, cumque Cornelius alio profectus uxori claves Bibliothecæ commendaſſet addita prohibitione, ne quem alium admitteret, ipſe vero Commenſalis importunitate ſua ingreſſum impetraſſet, ac in libellum conjurationum incidiſſet, & legiſſet, Dæmon verò pulſans ad oſtium, & dein ingrediens fauces ei præcluſiſſet, Agrippa vero redux exultantes ob hoc Dæmones ſolitis artibus evocaſſet, eos defuncti cadaver ingredi jubens, qui cadavere informato per forum ambulans cadaver deſerere juſſus fuit, ut videretur ſubitâ morte concidiſſe, re verò patefactâ Agrippa in Lotharingiam fugit. *Majol. dier. Canic. tom. 2. Coll. 37. p. 244.* Lovanium civitas ut alias d. in circumferentia ſua octo continet

Ital:

Ital. milliaria ad flumen Dolæ ſita; Juſtus Lipſ. hic ſepultus eſt, 53. ornata urbs eſt turribus, inter quas una de Verlorene koſt, tam alta ut ſerena die ex ea Antverpia octo milliaribus diſtans videri poſſit. Habet 13. fortalitia, 16. pontes ligneos, 11. portas, 14. molas aquaticas, 12. longas, & 140. plateas, & vias, 16. lapideos pontes, 5. parochias & diverſa monaſteria. Arx olim Comitum de Leven reſidentia fuit, hic Carol. V. ejusque 4. ſorores cum aliis Principibus educati fuere, Puteum habet 130. pedes profundum, ex quo Echo reſonat.

53 Marpurgensis in Haſſia, Anno 1526. erecta, Anno 1535. à Philippo Principe reſtaurata fuit, Hic N. ell. Gædd. Treutl. Vult. Jura profeſſi ſunt; Joan. Ferrarius Primus Rector fuit renunciatus.

54 Moguntinam Dietherus Iſenburgicus Archiepiſcopus Moguntinus Anno 1482, inſtituit.

55 Paderpornensem Academiam, Theodorus à Fürſtenberg, Paderbornenſis, Antiſtes & S. R. I. Princeps affectu Zelóque boni publici quà religione quà ſapientia procurandi propagandive religioni quidem templum, ſapientiæ verò Gymnaſium inſtituit, Academicum porro Collegium Patribus Societatis JESU tanquam fidis utriusque theſauri diſpenſatoribus æternum conſecravit.

Anno epIsCopatVs sVI paDerpornensIs trIgesIMo.

Cui vivo mortuoque bene quisquis illa per leges apprecare.

Quæ eſt inſcriptio veſtibuli Academiæ Theodoſianæ Paderbornæ. Idem Princeps præter alia Arcem Neuhuſanam ad confluentes Supræ & Aliſoni, & Arcem Weuelsburg extruxit, ut videre licet in monimentis Paderbornienſibus Anno 1669. impreſſis.

56 Pragensem in Bohemia Carol. IV. Rex Bohem. & Rom. Imper. inſtituit Anno 1360. in qua aliquando, 4. horis diſputationibus interfuit, cúmque id moleſte ferrent Purpurati, & tempus cœnæ adeſſe inſinuarent; reſpondit: mihi tempus eſt, vobis minimè, nam cœna mea hæc eſt. Propter hæreſes Huſſitarum fere oppreſſam Ferdin. I. & Maximil. II. reſtituerunt. Nam Anno 1408. & ante Wenceslaum ſtatus ejus fuit florentiſſimus, graſſantibus autem Bohemorum & Germanorum factionibus diſſipatus eſt, cum antea in eâdem ſupra 44. millia Scholarium reperirentur, *Bucel.* qui Anno 1408. & 1409. plerique Lipſiam tranſierunt, ut ſup. in Lipſienſi dictum, & 8. dierum ſpatio ad 40. millia exceſſerunt, unde Artificum tumultus, quod ſpem præcipuam alendæ familiæ urbem excedere quærerentur.

Rostochiensis in Ducatu Megapolitano Anno 1415. miſſis legatis Romam, à Papa impetravit privilegia ſtudii Generalis & florere cœpit, Anno 1419. 57

Regiomontana Boruſſorum ſub Alberto I. Marchione Brandeburg. I. Duce Boruſſiæ Anno 1544. cœpit. 58

Salisburgensis: Poſtquam Illuſtriſſimus Princeps Marcus Sitticus Archiep. Salisb. Collegium ſeu Gymnaſium in hac civitate, ſub invocatione S. Carol. Borromæi fundâſſet, & reditus pro humanioribus, Philoſophia, JureCan. & Theolog. aſſignâſſet, curæ & regimini Patrum Benedictinorum hoc commendando, & fœlix ſucceſſus appareret; Ejusdem ſucceſſor Illuſtriſſ. Princeps Paris, ex Comitibus Lodroniis ab Urbano Papa ſub dato 1625. 16. Calend. Jan. obtinuit, ut Gymnaſium in Academiam converteretur & cujuscunque Facultatis & ſcientiæ licitæ cum Cathedris & poteſtate Doctorandi ac Magiſtrandi inſtar Viennenſis, Colon. Ingolſtad. & aliarum Germaniæ, Italiæ & Galliæ Univerſitatum cum privilegiis Academicis docerentur Perdin. quoque II. Imper. ſpeciali diplomate eam confirmavit Anno 1620. 4. Martij, ejusdem Principis gratiâ acceſſit fundatio pro Juris publici Extraordinaria, Item ordinaria Cod. nec non ff. & Inſtitutionum Juris Civilis lectionibus, quàm Celſiſſ. Princeps Guidobaldus, nunc Maximilianus Gandolphus ex Illuſtriſſimis Sac. Rom. Imper. Comitibus de Khüenburg, ſingulari ſua Clementiâ gratioſiſſime fovet & conſervat. 59

Treviriensis antiquiſſima Germaniæ Univerſitas, in qua D. Hieronymum commoratum fuiſſe, ex epiſtola ejus ad Florentiam colligitur, quæ etiam Gratiani ætate floruit. Anno 1473. ſenatus, poſtquam ei Bullam Apoſtolicam Archi-Epiſcopus de erectione Academiæ obtuliſſet, ſuo ſumptu Profeſſores ſuſcepit, 60

Digitized by Google

& in domo civica adhuc majus Collegium dicta loca ad docendum parari, & ex communi ærario ſalaria ſolvi fecit, donec Anno 1503. mortuo Joanne Archi-Epiſcopo Marggravio Badenſi Sixtus Papa ſuis bullis reditus aliquos Eccleſiaſticos Univerſitati attribuit, quos in poſſeſſionem quidem accepit, ſed non diu iis gaviſa eſt, & Magiſtratus ſumptu in Bullas facto carere debuit.

61 Tubingensis in Ducatu Würtenbergico Anno 1472. vel ſecundùm alios 1477. cœpit; In ea Cancellarius fuit adhuc vivo Duce Eberhardo, patre equite natus Jo. Nauclerus, hiſtoriâ clarus, quas ab urbe condito usq; ad annum 1500. ſcripſit, in hac docuit Jura Bocerus, qui ſcripſit de bello & duellis. Joan. Habritterus, cujus ratio extat de privil. Dd. Hanc Patriam & altricem ſuam agnoſcit Chriſtoph. Beſold. *in diſſert. Juriſdict. polit. de Jure Academ. cap. 1. pag. mihi. 64.* ubi exhibet orationem funebrem Theologiæ Doctoris in exequiis Eberhardi primi ex Comite Anno 1495. in Comitiis creati Ducis Würtenberg & Deck, Patroni & Fundatoris Academiæ hujus Anno 1496. 7. Idus Martij habitam, cum is paulo ante in feſto Matthiæ Apoſtoli ad veſperam eodem anno diem clauſiſſet extremum. *pag. 65. & ſeqq.* Et aliam recitatam in laudem ejusdem, eod. die & Anno à Domino Joann. Schneidewino Jureconſulto & Wittenbergenſis Academiæ anteceſſore *pag.* 82. Tertiam Joachimi Camerari *pag.* 91 *& aliam pag.* 121. Beſoldus autem Anno 1518. 20. Febr. Sæcularem hujus Univerſitatis eſſe ait. *pag.* 121. & quintam de Laudibus ejusdem Academiæ 10. Januarij, Anno 1611. habitam Herrenbergæ, cum ibidem ob luem peſtiferam graſſantem Tubingæ Collegium Juridicum, & Medicum hoſpitium haberent, qui autem ejus privilegia noſſe deſiderat, adeat d. Beſold. *de J. Acad. pag.* 180.

Hic ab una parte oppidi omnibus venatio libera eſt, Beſold. *in theſ.* 4. Frene Bürſch/ ꝛc. Ubi quæſitum, an ſi quis in tali loco libero feram inveſtigare, venari cœperit, eam in vicinam ſylvam non liberam fugientem perſequi, capere, & impunè occupare liceat, quod negatur, quia iſta loci liberi qualitas tamdiu feras omnium occupatione exponit, quamdiu in loco iſto libero verſantur, poſtquam vero illum locum relinquerunt, in campo vel ſylva non libera iſtius loci periculo amplius non ſubſunt, ut quæ ſolo non cohærent, ſed liberè vagantur, adeoque non niſi in loco iſto libero ab omnibus capi poſſunt. Couvar. 2. *var. reſol. cap.* 20. *n.* 12.

Porrò Comites Tubingenſes (qui ante annos aliquot inter ſtatus Imperii erant) devaſtationi Hieroſolymitanæ interfuiſſe ex teſtimonio Senatus Tubingenſis authoritate Diplomatis, quod inter Comitum Tubingenſium archiva adhuc aſſervatur, refert poſt alios Müller. *de Princ. & Stat. Imp. cap.* 16. *pag.* 146.

Viennensis à Frideric. II. Imperat. inſtituta eſt, anno 1234. quam ſucceſſores Rudolphi deinde ad ſupremam urbis Curiam tranſtulerunt, & privilegiis auxerunt, ſed propter inconvenientias Albertus locum aptiorem ad Monaſterium Prædicatorum, ſplendidiſſimam domum in ejus uſum emit, quam olim Templarij inhabitârunt, & hodie Collegium Archi-Ducale vocatur, Urbanus VI. Theologiam doceri indulſit. Ejusdem Alberti munificentia Jureconſultorum quóque ſchola eſt, cúmque Anno 1497. Jurisprudentiæ ſtudium hic ferè intercidiſſet, Maximil. I. Imperator tres præclariſſimos Jureconſultos ex Italia evocavit, Jo. Sylvium Aurelium Siculum, & Hieronymum Balbum, qui civilem diſciplinam reſuſcitarunt. Anno verò 1571. Maximil. II. Imper. ad inſtaurandum ſtudia Theologiæ animum adjiciens, Jacobum Middendorpium Theologiæ & Jurisprudentiæ Doctorem, nec non Canonicum Colonienſem huc evocavit ad lectionem Theologicam aſſumendam, ut ipſe de ſe teſtatur, *in tract. de Acad. d.* 548. 62

Wittenbergicam in Saxonia Frideric. Saxon. Dux Anno 1502. erexit, & Frider. II. auxit. Hic Henningius, Schurfius, Clingius, Oldendorpius, Schneidewin. Jureconſulti Scriptis celebres floruerunt; Huc Schneid. mortuo à Duce Saxoniæ Anno 1568. evocatus eſt Weſembecius, in eâque Cathedra 17. annis ſtetit, mortuus Anno 1558. cujus ex filio nepos Matth. Weſemb. pro Electore Brandeburgico ex Ducatu Pomeraniæ legatus fuit ad Pacificationem Monaſterienſem Anno 1648. concluſam. 63

Acceſſerunt prædictis Lugdunenſis Batavorum & Franequera Friſiorum Academia, prior auſpicijs ſumptu & munificentia Ordinum Bataviæ, 64 Poſte-

Digitized by Google

Poſterior verò Ordinum Friſiæ liberalitate erecta & fundata, in quibus omnes liberales artes publicè docentur; unde Eccleſiæ Belgicæ miniſtri aſſumi ſolent & in confœderatis provinciis vix ulla Curia & Senatus aut Collegium Politicum, Conſiliariorum, Senatorum vel Judicum, extat, in quo non aliqui præſideant vel aſſiſtant in iſtis do-
65 ctrina & ſtudiis imbuti. * Noviſſimè etiam Frideric. Guilielmus Marchio Brandeburgicus novum Academiæ ſtudium Duciſburgi ſui Juris urbe in Clivia vi privilegii à Ferdinand. III. Imper. obtinuit, & maximis adhibitis ceremoniis per Principem Mauritium, Naſſavienſem, Brandeb. in Cliveníi tractu vicarium Anno 1655. 14. Octobris inſtituit, qui duodecim buccinatores & unum chalchotribam ſcholæ & Profeſſoribus inaugurandis magnificè adhibuit. Ultrajectum quoque Univerſitatem & Epiſcopatum habet, ipſa eſt principalis civitas ex 17. unitis provinciis, ſita loco frugifero vallis & foveis & arce munita, quam Uredenburg vocant, per ipſam urbem per diverſas vias navium uſus quas Rhenus irrigat. Ei ſubſunt 4. urbes & in vicinia ſunt 50. aliæ urbes tam propinquæ ut ad eas mane exire, ſe recreare & veſperi huc redire liceat.

66 Lugdunum urbs Anno 450. extructa dicitur, ubi Romanorum Druſus Caſtrum extruxerit, quin & arx ſua Pyryus à Romanis, ſecundum alios autem ab Angio Saxoniæ Duce Engiſto originem habet: Tribus milliaribus Haga & totidem à Delffe diſtat, & in ipſa urbe naviculis vehi licet propter aquarum copiam, quibus plateæ ita irrigantur, ut quandoque ipſis domibus puriores ſint, Anno 1612. urbs ampliata eſt, & hæc nova urbs dicitur, ovalem autem potius quàm rotundam figuram urbs habet, muris vallis pontibus & turribus proviſa. In principali Eccleſia S. Petri panis aſſervatur in lapidem converſus, quando dives fœmina ſororem ſuam pauperem inhumaniter excepit. In Eccleſia S. Pancratii Joſephus Scaliger ſepultus. Bibliotheca quoque celebris in quam Princeps Guilielm. de Urania Biblia Complutenſia & Joannes Hotmannus ſuam Bibliothecam donavit. In Collegio Academico parva fuerunt auditoria, ſed poſt incendium An. 1616. reſtaurata, qua ſolennitate, Anno 1632. hæc Academia erecta ſcribit Zeilerus *pag.* 206. eſt juxta Colleg. Academicum, hortus in quo æſtivo tempere lectiones de herbis habentur, arboribus rariſque floribus conſitus, Anno 1600. Camera item Anatomica, in qua multa curioſa. In domo Orphanorum ad 700. adoleſcentes utriusque ſexus educantur gratis, in domo ſenatoria artificioſæ apparent picturæ Engelberti & Lucæ Leidenſis civium quondam hujus loci, ubi Rudolph. II. Imp. pro pictura Lucæ de extremo Judicii die tot aureos ducatos obtuliſſe dicitur, quot pictura tegi poſſet, urbs hæc quando Anno 1572. à Regis Hiſpan. obedientia deſecit Anno 74. 7. menſium obſidionem, & gravem famem ſuſtinuit, & peſte perierunt, ad 6. vel 7. millia hominum, ubi columbæ nuncii officio functæ pro implorando auxilio Principis Uraniæ, cumque terra ipſi ſuccurri non poſſet, aquarum inundatio Hiſpanos abegit, & navibus Seelandicis civitas alimentis proviſa & obſidio ſublata eſt, propter quam civium conſtantiam, in compenſam aliquam damnorum præteritorum Princeps Uraniæ huc veniens, cum Statibus Belgicis, Academiam inſtituit, Anno 1635. hic peſte ad 20. millia obiiſſe dicuntur.

Franiqueræ autem origo Anno Chriſti 1191. adſcribitur, ubi Albert. Dux libenter moratus eſt, & aulam habuit, & ejus filius Henricus Dux à Friſonibus obſeſſus à patre ſuo Anno 1500. ſuppetias obtinuit, habet flumen navigabile, & in urbe aquæ copiam ac 4. canales, quibus navibus in & extra urbem acceſſus eſt & exitus, arcem quoque profunda fovea cinctam, Civitas quoque vallo & lata fovea ſepta & Academia à Statibus Friſiæ Anno 1585. erecta primo Rectore conſtituto Martino Lydro Lubecenſi. Bibliotheca proviſa & fundata pro 60. ſtudioſis, quorum quilibet annuè pro neceſſariis percipit 45. Francos ſive 30. flor. noſtræ monetæ.

SEQUUNTUR ACADEMIÆ ITALIÆ.

Propter connexionem nunc de exteris A- 67
cademiis aliquid obiter ſubjungendum & primo de Italicis. De Romana præſtat ſilere quam multi deſcripſerunt, ne actum agere videar, de qua tamen *num.* 128. videre licet. Bononienſis inter has vetuſta à Theodoſio II. Roman. Imp. fundata, qui ad Imperium pervenit Anno 425. & imperavit 27. annis,

Digitized by Google

creatus eſt. In urbis hujus circuitu ad 6. Italica milliaria recenſent, ad 90. mill. incolæ, 44. parochiæ, 76. monaſteria, 37. Hoſpitalia, præter alia templa & palatia. Præcipua in Eccleſ. S. Mariæ Floridæ in Toſcana ex albo nigro & rubro marmore extructa eſt, Archi-Epiſcopo huic 23. Epiſcopi ſubſunt. Hinc originem duxit Americus, à quo America inventa nomen habet. In M. Ducis Theſaurario videre licet unionem magnitudine ovi Columbini, imaginem ex Turcoſe exciſam, & clavum ferreum in aurum tranſmutatum, & habuit Dux Anno 1660. excelſæ magnitudinis equum Trojanum dictum, ſed ſingula memorare non eſt hujus loci.

70 In urbe MEDIOLANENSI ex antiqua conſuetudine ſtudium univerſale habetur, *teſte Bartol. in §. hac autem 3. proœm. ff.* Hic Virgilius Maro bonis artibus operam dediſſe creditur: S. Auguſtinus hic Eloquentiæ Profeſſor fuit, & Alipius ejuſdem Comes Jurisprudentiæ, ut ipſe lib. 5. & 6. Confeſſionum fatetur, Demetrius quoque Cydonius Theſſalonicenſis ex patria ſua huc venit & D. Thom. Aquin. libros in latinum ſermonem tranſtulit: In hac Hieronymus Cardanus Mathem. & Medicus, Jaſon Jureconſultus & plures alii floruere, S. Barnabam Apoſtolum primum Theologiæ profeſſorem hic fuiſſe perhibent, quam S. Ambroſius & Auguſtinus egregiè promoverunt. Pius verò IV. Pontifex Doctorum Mediolanenſium Collegio (ex quorum corpore ipſe aliquando fuerat) Rotæ auditorem & conſiſtorialem perpetuo creavit. Nomen alii à Maro, alii à Medialana, alii quod in medio Corde Inſubriæ deducunt, quæ Tarquinii ſuperbi tempore extructa, ubi olim templum Minervæ nunc Eccleſia S. Teclæ inter fluvios Aduam & Ticium ſita non procul ab alpibus, cujus circuitus ad 8. milliaria Italica æſtimatur, & ſuburbia habet tam longa ac lata, ut quædam magnis Italicis civitatibus non ſint diſpares, profundis foveis & altis mœnibus ſepta, 22. portis & tam populoſa ut 11. millia virorum poſſint ſe defendere in caſu neceſſitatis. Archi-Epiſcopum habet, Virgilium Scholarem, habuit & Bibliothecam apud Dominicanos amplam, Caſtellum in amplitudine civitati ſimile, molam aquaticam, & quia aqua ibi ebullit curſus averti non poteſt, à Frider. Barbaroſſa bis deſtructa aratro inducto, & tamen ad priorem florem rediit. In templi marmoreis ſtatuis facile oculos quis per totum diem paſcere poſſet, in qua olim Germani Cæſares coronati fuerunt usque ad Carol. V, tempora, Ducatus continere dicitur 300. Ital. milliaria & 9. præcipuas civitates Pauram, Cremonam, Lodi, Derionam, Alexandriam, Como, Novariam, Bobium & Urgevanum. Jo. Galeatius à Cæſ. Wenceslao Anno 1395. Primus Dux hîc confirmatus eſt, cumque ejus illegitima filia Blanca Franciſcum Sfortia hereditavit, cum hujus poſteritate hæc familia emortua eſt, quem Ducatum ut feudum Imp. apertum, licet Franciſc. I. ob Ducis Galeaci neptim Valentinam ſibi vendicaret, ſuo filio Philippo I. Carol. V. reliquit, & annue importat 800. millia ducat. Oſtenditur præter alia porta templi, quam Epiſcopus Ambroſius Imp. Theodoſio occluſit.

NEAPOLITANA à Frider. II. Imper. inſtituta & ampliſſimis ornata eſt privilegiis, centum annis poſt ipſum Robertus Rex Sapientiſſimus eam reſtauravit, & poſt alios fere centum annos Rex Arragonum Alphonſus rurſus nonnihil collapſam reſtituit. Hic vitam egiſſe Virgilium Poëtam, hic Georgica ſcripſiſſe, hanc Parthenopem vocaſſe traditur, hic Titum Livium, Horatium, Claudianum Franciſcum Petrarcham, Panormitanum, Laurentium Vallam. Hic quoque Lucillium Poëtam & D. Thomam Aquin. floruiſſe traditur. Cum autem Fridericus III. Imperator Rex Neapolitanus Aſtrologicos libros ex Arabica in latinam linguam converti juſſos hic publicè legi juſſiſſet, ſeq. verſus ad Pontificem miſit: 71

Fata volunt, ſtellaque docent, aviumque volatus
Quod Fridericus ego malleus orbis ero.

Majol. tom. 2. Canic. coll. 4. pag. mihi. 356.

Neapolitanum regnum primò à Romanis poſteà à Germanis Gothis & Longobardis, rurſus à Græcis & Saracenis, dein à Germanis Normannis qui etiam Inſulam Siciliam occuparunt, habitatum & directum ſub Rogiero III. Anno 1130. in regnum evectum pervenit ad Henricum VI. ſed cum Carolo Avenonenſis Ludovicus Reg. Franciæ Filius ejus pronepotem Conradinum morte ſuſtuliſſet, hoc ipſe occupavit, & ad

& aď 200. annos apud ejus poſteros permanſit, do nec Anno 1442. Alphonſus V. Arragonum Rex, & ab ejus poſteris ad Reges Hiſpaniarum devenit, à quibus hodie poſſidetur; Reditus regni ad 4. milliones ducat. taxantur, ſed & plurimum in penſiones naves & alia neceſſaria impendi ſolet: In hoc regno 20. Principatus, 34. Ducatus, 40. Marchionatus, 53. Comitatus, 1400. libera Dominia, ædium plusquam 4000. millia recenſentur, ex quibus ſinguli centeni unum militem pro defenſione Regni alere debent, Urbes in eo 1563. in iis 20. Archiepiſcopat. & 107. Epiſcopatus, Provinciarum Caput eſt Campania olim fœlix dicta, & Paradiſus Italiæ, in hac ſita urbs Neapolis plena palatiis pro magnatibus & aliis qui hic ob loci jucunditatem morari ſolent, à Carol. V. muris, vallis, propugnaculis, turribus & foveis 80. pedes latis in circuitu munita, in forma Lunæ, amplis foris & fontibus ornata & quævis ferè domus particularem fontem in circuitu 5. mill. Italica habent.

Juxta Eccleſiam al' annunciata Hoſpitale eſt, ejus amplitudinis, ut modicæ urbi comparari poſſit, in quo quotidie ad 2000. & præter hos 800. pueri orbi & expoſititii educantur, ex puellis quarum communiter 200. ſunt, 30. in matrimonium annuè collocantur, & 100. Ducatis dotantur, & communiter ad juvenes hujus domus & hujus hoſpitalis proventus annuè 90000. Ducat. eſſe dicitur, in Caſtro Portæ Capuanæ, extat Franc. I. R. Gall. cataphracti armatura in qua Porta captus fuit, jam Curia eſt Senatoria, præter alia tria adhuc Caſtellum de S. Heremo in alto montis vertice ſito, à Carol. munito ut civitas in obſequio contineretur, quod urbis frenum dicitur, hoc referunt, quòd cùm Carol. V. in inſignibus equum nigrum vidiſſet, unde incolæ de ſua libertate gloriabantur, hunc equum ſe frenaturum dixerit, & ejus filius Phil. II. cum ante extra mœnia ſitum eſſet, muris incluſerit, cui adjacet Carthuſianorum monaſterium. Portus autem maris 500. navium capax ad 500. paſſus in mare extenſus lapideo muro undique concluſus eſt; viſitur ibi ſepulchrum Poëtarum Principis Virgilii Maronis qui ut & Lucius Horatius, Statius, Seneca, Gellius, Claudianus, hic ſæpè fuerunt, ubi Virgilius Georgica conſcripſit juxta verſ:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc,
Parthenope cecini paſcua, rura, boves.

Cujus loco nunc ſequens diſtichon ibi legitur:

Qui cineres? tumuli hæc veſtigia, conditur olim
Ille hoc, qui cecinit paſcua, rura, boves.

In foro extat Capella, quo loco Carolus de Anjou Anno 1269. 26. Octob. Frider. II. Auſtriacum Babenbergicæ ſtirpis & ultimum Ducem Sueviæ gladio plecti fecit, & ita uno ictu binas antiquiſſimas familias extinxit. Ut Neapolis Puteolim facilitaretur, item altiſſimus mons Pauſilippus nunc Boſilippus dictus vini ferax perfoſſus eſt & per hanc fodinam aditus eò patefactus, Grotta hæc 12. pedes lata & alta mille paſſus vel milliare Italicum longa eſt, & in ea duæ Rhedæ ſibi obviare poſſunt, Strabo refert diverſis locis per feneſtras lumen ei ſubminiſtratum, quæ temporis ſucceſſu evanuerunt, & collapſæ ſunt, unde à Seneca longus & tenebroſus Carcer dicitur. Cum ingreſſus & exitus ejus coaluiſſet arboribus, Alphonſus Rex eum aperiri & 2. feneſtras fieri fecit, & quia hæc Grotta non eſt curva, ſed per rectam lineam effoſſa lumen egreſſus in ingreſſu videri poteſt, & homines perambulantes tamquam Pygmæi apparent, procul in medio ejus excavatum eſt ex lapide ſacellum in quo perpetuo lampas ardens eſt, dicitur, quod cùm in eadem aliquis viator interfectus eſſet, ipſe cædis auctor exire non potuerit.

Propter vicini montis Veſuvii infeſtationem dici ſolet in medio Paradiſi eſſe portam inferni,

Papiensis ſive Dicinensis à Carolo M. Anno 72
791. non diu poſt Pariſienſem erecta & primus Rector ex diſcipulis Bedæ fuit. Hic Baldus Jureconſultus poſtremam ſuam doctrinam, quæ perfectior erat effudit, & in conventu minorum ſepultus eſt, quando autem Franciſc. I. Galliarum Rex obſedit, antequam à Carol. V. Imp. occuparetur, non parum detrimenti accepit; nam Læva Papienſium Dux & propugnator à Cæſare conſtitutus, ut militibus ſtipendia perſolveret, etiam ſceptra argentea ſeu faſces, qui Rectori Academico præferri ſolent, in uſus neceſſarios convertit, Bibliotheca autem Ticinenſis magna ex parte tunc interiit, ſed deinde Pontificum & aliorum Principum liberalitate reſtituta eſt, hic olim profeſſor Juris Cæſarei Primarius fuit Menoch. qui præter alia de arbitr.

Digitized by Google

arbitr. Jud. ſcripſit. Ante autem hæc tempora à Carol. IV. Anno 1631. inſtaurata fuerat. Pavia, Papia vel Ticinum civitas ad ducatum Mediolanenſem ſpectat, ad flumen Ticinum ſita, ubi pons eſt ex lapide 260. paſſuum, in hoc diſtrictu Anno 1525. 24. Februar. Franciſc. I. Gall. Rex cum Franciſco Duce Lotharing. à Carol. V. in prælio captus fuit, ubi adhuc in Capella multorum oſſa extant.

73 Patavina Carol. M. liberalitate Anno 791. in Academiam evecta, quod alii Anno 1221. à Frider. II. in contemptum Bononienſium factum fuiſſe voluit, ſed Sabarellus *ad Clem. dudum de ſepult.* ex longiſſima conſuetudine hic ſtudium generale haberi dicit, Urbem per Antenorem Troja profugum conditam fuiſſe conſtat, ſæpius ab Attila Hunnorum Rege, Longobardis & Friderico Barbaroſſa everſa fuit. Hic Henricus IV. Germanicus Principalem Eccleſiam & Prætorium extruxit, quo nullum in urbe pulchrius, quod caſu concrematum Veneti reædificarunt, & oſſa Titi Livii in ejus faſtigio collocarunt. Hic vixit Antonius Paduanus, quem S. Franciſcus ſuum Epiſcopum nominabat; Item Cajetanus Theologus, gaudet Academia iisdem privilegiis, quibus Bononienſis, *ita Bald. in §. ſed hac 3. proœm. ff. Bald. ad auth. habita C. ne fil. pro pat. Zabarella in Clem. dudum de ſepultur. Anchoran. in c. cum diverſis de reſc. in 6.* Hic Salicetus 4. an. Jus Civile profeſſus eſt, Paulus Caſtrenſ. commentaria in univerſum Jus edidit, Zabarellus commentatus eſt in Clementin. & in Panorm. obſervationes fecit, ut & Alexand. de Imola. Collegio U. J. Patavino dicatas. Cum Jo. Pampegius Patavium veniret ob excellentem eruditionem & nominis celebritatem, à magiſtratu urbis (quod non niſi Principibus fieri ſolet,) item à profeſſoribus & Gymnaſiarchis honorificè introductus eſt. Sic honos alit artes. Hæc urbs duplici muro & foveis cincta in circumferentia 6. Italica milliaria continet, ædes ibi numerantur 4000. portæ verò, 14. 23. templa & tot virorum, monialium 29. Monaſteria 38. lapidei pontes, 6. hoſpitalia, una domus pro orbis & expoſititiis, 3. Bibliothecæ & maximè hic floret ſtudium Medicum. Viæ ab utraque parte tectis obductæ ſunt, ut ſub umbra & extra pluviam ambulandi ſit poteſtas, ubi Collegium Bened. Monaſter. Hortum medicum, Magnum Trojanum equum ligneum, & Antenoris ſepulturam videre licet.

74 Perusina ad An. Chriſti 1290. florere cœpit iis ornata privilegiis quibus Conſtantinopol. *in l. un. C. de profeſſ. qui in urbe Conſtant.* Hic floruit Bocatius, Petrus de Aſſiſio, Benedictus Capra, cujus in decretales extant Commentaria, Philip. Francus, Cynus, Piſtorienſis, qui Bartholo Præceptore juris fundamenta jecit, ut de ſe ipſe tradit *in l. quidam cùm filium de V. O.* & hic tandem Bononiæ promotus eſt, cum aliquamdiu Piſis docuiſſet, Peruſium revocatus, non minore gloria, quam fructu jus civile profeſſus eſt, ut ſummus Juris commentator & terreſtre quoddam numen vocaretur, ubi tractatum de repreſſaliis ſcripſit, quo Academ. non tantum docendo ſed etiam ſcribendo celeberrimam reddidit, ejusdemque famam ad exteras nationes transmitteret; Prout vox docentis parietibus, muris & mœnibus, locisque vicinis includitur, typo verò expreſſa per omnes orbis partes exſpaciatur. Poſtremo pro hac Acad. legatione functus eſt ad Carol. Imp. & Privilegia eidem impetravit, ut fatetur ipſe *in conſil. ad reprimendum.*

75 Pisanum Gymnaſium omnium diſciplinarum Anno 1339. à Laurentio Medic. Principe Florentiæ. inſtitutum eſt, ubi Profeſſus eſt Jura Franc. Aretinus. Philip. Decius commentaria in reg. Jur. Valentiæ inchoata Piſis abſolvit, Bartolus ſtatim ut Bononiæ promotus eſt, Piſis publicè profiteri cœpit, & primitias ſuarum lucubrationum Commentaria, *in l. is qui de uſucap. pro Empt.* hic edidit. Alciatus huc ſe à Coſimo Medic. ad docturam evocatum ſcribit: Anno 1543. & ait Univerſitatem tunc reſtitutam vigori, poſtquam 150. annis deſerta jacuiſſet. Piſis à Florentinis, Philip. Decius Mediolani jura docens ſtipendio 1500. aureorum honoratus eſt, Chock. *in theſ. lib. 1. c. 11. n. 12. pag. 77.* In hac urbe mœnia ex marmore ſtructa, Templum vero procul conſpicitur quaſi curvum caſurum, accedenti autem recta linea factum apparet, ſepultorum cadavera hic inter 24. horas conſumuntur ut tradit Münſter: *in Coſmogr. p. mihi 212.* Piſa ad fluvium Arno ſita non procul à mari antiquiſſima urbs Hetruriæ olim libera, ſub ſua Juriſdict. habuit Inſulam Sardiniam ſed ab An. 1494. Magno Duci Florentiæ ſubacta, in qua

Digitized by Google

Poſterioribus annis hic reliquæ etiam artes traditæ ſunt. Ac Robert. Maranth. author ſpeculi hic Jura docuit.

78 De Senensi tradit Cardinal Zabarell. Juriſconſultus *in Clem. dudum de Sepulch.* hanc initio varias tuliſſe vexationes, ut orta rurſus interierit, tandem tamen conſtitiſſe teſtatur Petrus Anchoranus *in d. Clem.* in qua ipſe à ſenatu Senenſi evocatus An. 1387. per triennium docuerit. Dynus quoque ſub Joann. II. Papa cum invidia Bononiæ laboraret huc profectus eſt, Abbat. Panorm. Paul. Caſtrenſ. Barthol. Socinus, Philippus Decius hic floruerunt, hanc Academiam Ann. 1337. Pius II. Pontifex multis modis ornavit, Julius III. Marcellus in hac litteris & Jurisprudentiæ operam dederunt, Nicol. V. Pap. olim in hac cum omnium adminiſtratione docuerat. Petrus Anchoranus refert ſe à majoribus accepiſſe quod Bononienſis Academia aliquando Senas fuerit tranſlata, *in proœm. 6. decret.* & quod eadem habeat privilegia quæ Bononienſis *in c. fin. Ne Clerici vel Monach.* Civitas hæc tam eſt antiqua, ut ejus origo non inveniatur, ubi aër ſalubris, amœnus, proſpectus, & Germani libenter hic morantur, Eccleſia Principalis S. Mariæ, una eſt ex pulchrioribus in Europa, cui adjacet Hoſpitale ad 80000. Ducat. reditu fundatum, olim libera civitas ab Anno 1557. Magno Duci ſubjecta.

79 Ticinensis eadem eſt quæ Papienſis *de qua ſupra n. 67.*

80 Venetam Urbem Jaſon. *in l. ſi inſulam de V. S.* Paradiſum delitiarum appellat, hic Petrus de Aſſiſio Bartoli Præceptor domum pietatis fundavit, in qua pueri expoſiti alerentur, & extat hic Bibliotheca græca 30. millibus aureorum nummum empta.

81 Mutinensis qualiter ex Bononienſi prodierit tradit Azo *ad l. un. C. de ſtud. lib. urb. Rom.* Mutina antiqua Roman. Civitas cujus Epiſcopus ex Marggraviis de Eſt & Ducibus Ferrarienſibus ortus Imperii vaſallus eſt, & gaudet reditu 300000. Coronat. Ei ſubeſt civitas Reggio populoſa & loco commodo ſita.

82 In Taurinensi Eraſmus Roterdam. D. Theologiæ promotus eamque profeſſus fuit.

83 Sicilia olim pars Italiæ fuit. Hic in Catinenſi Maricellus captus Syracuſis Gymnaſium extruxit, ubi vixit Juris Canonici interpres Abb. Panorm. Archiepiſc. Charoudas qui gladio, quod contra propriam legem (ne quis armatus in concionem veniret,) veniſſet, occubuiſſe legitur.

84 De Messana, Ibicus Poëta Lyricus Meſſanæus fuiſſe legitur, qui cum à latronibus occideretur, grues forte ſupervolantes obteſtatus eſt, ut mortem ſuam vindicarent, cumque illi latrones poſtea in foro ſederent, & grues ſupervolarent, ipſique in aurem ſibi ſuſurrarent: Adſunt Ibici ultores, hoc ab aliis audito interrogati & torti facinus confeſſi pœnas debitas luerunt: Hic Jo. Gatius tantus fuit Theologus, ut profiteretur, ſi libri ſacri perirent, ſe per DEI gratiam eos reſtituturum.

85 Panormitana. Panormi bonas literas olim floruiſſe leguntur, quas Verres ut tyrannidem exerceret liberius, ſuſtulit, ſed Lucius Metellus reſtituit, Sereniſſ. Siciliæ Regum & Archiepiſcopor. liberalitate ac privilegiis ornata eſt Academia, in qua peculiare Gymnaſium, in quo pauperes orphani & expoſiti erudiuntur.

86 In Syracusana Archimedes artes Mathematicas ita promovit ut inter balneandum olea figuras Mathematicas in ſuo corpore deſcriberet & contemplatione intentus cum Syracuſæ caperentur, hoc non perciperet. Hic Corax primus Rhetoricam mercede ptofiteri cœpit, & Tiſiam diſcipulum habuit, eo pacto ut mercedem ſolveret, ubi jam artem didiciſſet, qui cum arte cognita præmium non præſtaret in jus vocatus, Corax dilemmate Præceptorem excepit, quod Corax in eum artificio retorſit, *de quo Midd. in Acad. l. 3. p. 488.* & ſimile extat de Prothagora Sophiſta & Evathlo adoleſcente *apud Gell. noct. attic. lib. 5. c. 10.* de quibus ſupra. Olim Civitas hæc regia triplici muro cincta fuit viribus non impar Carthagini. Ex illa Dionyſius aliquando eduxit 120. millia peditum, & 12. millia Equitum & omnes fratres, nec non eos, qui ad ſucceſſionem ſpem habebant, necari fecit; Cum autem omnibus ſe exoſum reddidiſſet, nulli autem fideret, filiæ ei barbam radebant, poſtquam verò hæ adoleſcerent, carbone crines aduſſit, fugitivus demum in Italiam, & inde in Græciæ urbem Corinthum, ibi laceris veſtibus popinas, & lupanaria frequentabat, factus puerorum inſtructor. Hic adhuc in regno conſtitutus Damoclem aſſentatorem, qui ipſum felicem ob opes proclamabat, inter-

Digitized by Google

rogavit, an felicitatem ſuam experiri vellet, annuentem autem in aurea ſella poſitum lautè regio more tractari juſſit, ſuſpenſo ſuper caput ejus nudo gladio ex capillo equino pendulo, quo viſo petiit ſe dimitti, & talem Tyrannorum conditionem ipſe, ut d. poſtea in ſe ipſo expertus eſt, ſic fit.

Si fortuna volet fies de Conſule Rhetor,

87 Inter Academias Poloniæ eminet Cracoviensis à Caſimiro Rege Anno 1361. inchoata, ſed Anno 1400. vocatis ex Academia Pragenſi Profeſſoribus inſtaurata, quando Hedwigis Regina moriens pro ea magnam pecuniæ ſummam reliquit extructis duobus Collegiis, in quorum altero Theologi & Philoſophi, in altero Jureconſulti & Medici profitentur, ubi Petrus Roirius Lituanicarum deciſionum Script. & Jura docuit. Minimè hic prætereunda cædes Stanislai Cracovienſis Epiſcopi, qui cum à Rege occiſus, & corpus in 600. partes diviſum eſſet, feris etiam & avibus diverſis locis expoſitum, toto triduo 4. Aquilæ membra cuſtodiverunt, & defenderunt, tandem verò iis collectis, & ſuo loco collocatis omnes divinitus adglutinatæ ſunt, & ita conſolidatæ, ut nec cicatricis extaret veſtigium, cumque unus digitus in lacum conjectus fuiſſet, & à piſce Lucio, qui adhuc extare dicitur devoratus, piſce illo capto digitus inventus, & cum reliquis corporis partibus aptè & miraculosè conſolidatus fuit *Majol. tom. 1. Coll. 4. p.* 113.

88 Uratislaviensem Anno 1500. Uladislaus Ungar. & Bohem. Rex erigere conatus fuit. ſed Cracovienſis obſtitit, ut Pontifex, hanc erigi non pateretur.

89 Posnensis aliquando nonnihil emerſit, ſed nunc collapſa eſt.

90 Regiomontanam in Pruſſia Albertus March. Brandeb. magnus Magiſter Ann. 1554. inſtituit, ſed de approbatione non conſtat.

Nunc Academias Galliæ juxta ordinem Alphabeti percurremus.

91 Andegavensem Academ. Gall. Ludovicus Siciliæ Rex Andegavenſium II. Dux Anno Chriſti 1348. inſtituit (circa tempora quibus Rupertus Palatinus Heidelbergenſ. An. 1346. erexit) Hanc Valeſius Andegavenſium Dux Carol. IX. Gall. regis frater Ann. 1582. inſtauravit & Franc. Balduinum pro Juris ſtudio extollendo magnis præmiis evocavit ipſomet teſte *ad l. ſi pacto. C. de pact.* in hac floruit cum aliis Eguinarius, Baro. Joan. Bodinus (jocoſe dictus per anagramma Andius ſine bono) Parlamenti Pariſienſis advocatus.

Avinionensis multis privilegiis decorata, 92
multorum Jureconſultorum fama celebratur, ubi Cathedræ inſcriptum legitur:

- - - Seſſio Æmylij Ferreti,
Peritum orno, imperitum dedecoro.

Profeſſores hic in Theolog. tres, in Jure 4. in Medicina 2. Philoſophiam Patres Societatis docent: Facultati Juridicæ & per hoc Academiæ huic plurimum ſplendoris attulit Paulus Caſtrenſis: Andreas quoque Alciatus, ob bella in Galliam fugiens 600. aureorum Stipendio aſſumptus, Jura docuit. Urbs hæc forte advolatum accipitrum minorum ut Romana vulturum apparitione, fundata legitur, unde qui accipitres in Urbem vænum inferunt à vectigali immunitatem habent, poſtquam Clemens V. Pontifex abſens electus, Anno 1305. Romanam Curiam Lugdunum tranſtulit Joann. XXII. Lugduni creatus Papa Avinionem ſe primus contulit, hic mortuus, Benedictus quoque XII. Papa Avinione creatus hic ſedit & mortuus eſt, qui cum molitoris eſſet filius, & Pater ad eum ſerica veſte indutus admitti vellet, non fuit receptus, niſi in veſte ſua molitoria compareret, quo facto benignè exceptus, & molendino à filio Papa donatus eſt. Permanſit hic ſedes Apoſtolica annis circiter 72, quam Gregorius X. Romam rurſus tranſtulit, cujus cauſam aliquam recenſet Golnitz. *in Ulyſſe Belg. ſive itinerario pag. 491. quæ an adequata ſit ego judicandum relinquo.*

Aurelianensem Philippus Pulcher Rex 93
Gall. Ann. 1312. erexit, & à Clem. V. natione Burdegalenſi bulla data confirmata eſt, An. 1367. Habet eadem privilegia quæ Toloſana. *teſte Bald. in l. omnia privilegia. C. de Epiſc. & Cler.* Docent hic 4. profeſſores Jurisprudentiam, nulli medicinam, cum magno Germanorum concurſu tum ob loci ſalubritatem & amænitatem, tum ob privilegia nationi Germanicæ in hac ſola non in aliis Galliæ ſcholis conceſſa, & ideo Germanis hic pro inſigni eſt Aquila Romana in camera & vexillis. Privilegia huic nationi conceſſa, *V. in Ulyſſe Belgic. p. 425.* Civitas hæc præcipua ducatus, à qua ſecundogeni-

dogenitus regis Chriſtianiſſimi denominari ſolet, Aurelia d.tempore primorum regum regnum fuit ſpeciale pulchra & commode ſita lapideo ponte ſuper flumen Lorre 16. concamerationibus ſuburbio adhæret, juxta quem Pyramis Joannæ, liberatricis Carol. VII. La pucelle d'Orleans d. quæ ruſtici Jaques d' Arc, filia Anno 1428. Anglos qui fere totam Franciam occuparant, Aurelia obſeſſa ab ipſis profligavit, & Regem ut Debora Gallica contra eos defendit, quamvis ipſa poſtea capta & in foro Rotomagenſi combuſta fuerit. Eſt hic Epiſcopatus, aura ſalubris, idioma & converſatio cum habitatoribus grata, ideo à multis peregrinis frequentatur, & natio Germanica in eadem varias habet immunitates propriam Bibliothecam, procurator: Conſiliar. & alios officiantes. Principalis Eccleſia S. Crucis Anno 1567. ab Hugenotis deſtructa, in cujus reædificatione adhuc laboratur.

94 Bituricensis parvis initiis, ſæpiùs interrupta mox plane deleta à Carolo Principe & Duce Biturigum fratre Ludov. II. Regis inſtaurata & à Paulo II. Pont. confirmata eſt. Hic Profeſſorum in jure effigies & Icones extant in horto Mercerii, Nomina vero in Auditorio Jureconſultorum, Alciatus in oratione ad Ticinenſes gloriatur quod hic pro juris profeſſura 1200. Coronatos ſingulis annis perciperit. Nomina Jureconſultorum ad dexteram Cathedræ hæc ſunt: Andreas Alciatus, Eguinarius Baro, Franciſcus Duarenus, Franciſcus Bolavinus, Nicolaus Bougerius, Nicolaus Ruſſardus, Hugo Donellus, Franciſcus Hotomannus, Antonius Contius. Ad ſiniſtram: Jacobus Cujacius, Franciſcus Raguellus, Egidius Hortenſius, Joannes Reucardus, Antonius Bengeus, Jacobus Mercerius Joannis filius, *V. Ulyſſ. Belg. pag.* 307. In templo D. Petri & Sacello S. Dionyſii eſt tumulus Cujacii. De quo alibi hoc Epitaphium:

Erexit leges & jura jacentia Cujas,
Ipſe nunc etiam jura jacente jacet.
Quid tumulum erigitis, potius date l gibus ipſis,
Magno ſufficiunt hæc monumenta viro.

95 Burdegalensis per Excellentiam Aquitanicum Gymnaſium vocatur, habet tria Gymnaſia, unum Patrum Societatis Anno 1583. inſtitutum.

96 Cadomensis in Normandia ab Henrico Angl. Rege Anno 1418. erecta.

Dolana in Burgundia vetus quidem eſt, ſed Anno 1484. florere cœpit. 97

Lugdunensis Anno 830. præcipue floruit, ſed nunc fere intercidit. 98

De Montalbanensi *v. Golnitz. in Itinerario pag.* 600. 99

Montipessulana, An. 1196. orta ſcribitur, olim Juriſprudentiæ ſtudiis fertiliſſima, ubi Urban. V. Collegium inſtituit, quod Papæ dicitur, ſed Henricus V. Gall. Rex Academiam promovit & regium Collegium erexit, Rectorem quacunque ex cauſa egredientem hic ſtudioſi honoris gratia comitari coguntur, quod ſe frequenter cum temporis jactura feciſſe conqueritur Rebuffus, Petrus Gregorius Toloſanus prius in Carducendi tum Toloſana Academia demum in hac profeſſor fuit, qui ſcripſit 26. Libros de repub. *v. Itinerarium Golnitz. p.* 166. 100

Nantes in Ducatu Britonum ſive Nimecenſis in Gallia Narbonenſi ſive Delphinatu ſæculo ſuperiore erecta. 101

Pictaviensem Münſterus prædicat, Rebuffus autem *in Auth. habita C. ne fil. pro patre* reprobat propter injurias, quas hic ſtudioſi perferunt: Urbs eſt Pictonum Metropolis, & Aquitaniæ pars nobiliſſima, Academia ſub Carol. VII. rege nata Anno 1431. poſtquam è Gallia Angli ejecti fuerunt, confirmata ab Eugenio IV. Papa uti urbs non cedit amplitudine Pariſienſi, vel certè fecunda eſt ab ea, ita nec univerſitas Pariſienſi cedit, de qua Scaliger: 102

Si ſtudium eſt anima, veniunt à corpore vires,
Galliaque à meritis poſcit utrumque ſibi,
Hæc ſtudiis, alea belli exercentur amore,
Pictavium eſt animus, cætera corpus erunt.

Parisiensem Carol. M. ex conſilio Alcuini præceptoris ſui & Venerabilis Bedæ conſilio Anno 791. erexit *juxta Card. Zabarell. & Petrum Anchor. in Clem. I. de Magiſt.* & licet ante Carol. artes Pariſiis floruerint, corruptæ tamen erant. Hic autem eas puritati reſtituit pace Galliæ orbique terrarum ſimul reſtituta, magnus huc confluxus fuit. Tempore autem Ludovici S. Regis, cum ſtudioſi ſibi injuriam fieri & privilegia violari quererentur, omnes ferè dilapſi ſunt, & Rex Angliæ propoſita ſpe præmiorum aliquot millia Oxonium pertraxit, quos dein Ludovicus revocavit & ut arti- 103

Digitized by Google

ut artibus ingenuis honos tribueretur conveniens, effecit Ann. 1232. Robertus verò Ludovici frater Anno 1253. Collegium Sorbonicum inſtituit, Jo. Regina Anno 1286. Collegium Navarræ erexit. At cum ſub Carol. IV. magiſtratus urbi Rectorem comprehendi juſſiſſet, eo quod Urbani Papæ literas publicè in Schola recitaſſet (quia Rex Clementem Antipapam fovebat) Rector ſibi fuga conſuluit & ſtudioſi dilapſi ſunt donec Ludovic. IX. & Phil, VI. ut & Carol. VI. novis privilegiis Academiam auxit, quæ Pontifices approbarunt. Huc Franciſcus Balduinus ad docendum Jura ſe ab ampliſſimo ſenatu evocatum teſtatur *ad l. ſi pacto. Cod. de pact.* Huic quoque Alexand. V. Papa aliquando præfuiſſe legitur. Civitas hæc antiqua ab utroque latere & partim in medio Seynam habet. Lutetia dicta totius Galliæ caput, & à centenis aliquot annis ſedes regia civitatum dicitur, imò propter magnitudinem & incolarum copiam parvus mundus dicitur, unde cùm Carol. V. per Franciam iter faciens Franciſc. I. interrogaret, quam urbem aliis ſui regni præferret, & Rex Aureliam reſponderet, Cæſar verò inquireret quid de Pariſiis, reſponſum dedit: Hanc eſſe parvum mundum; Cumque Carol. in Germaniam rediret dixiſſe fertur, Vidiſſe ſe in Francia 5. res notabiles, Domum, pagum, hortum, urbem, mundum nominatis ad hoc ſeq. Locis, Rochefocaut, Poictiers, Tours, Orleans, & Pariſios, in hac civitate ac 3. triplici muro cinctis urbibus & undecim ſuburbiis ad 500, plateæ numerantur, 20, mill. & in iis ad 600, mill. homines qui numerus fuit populi Iſraëlitici ex Ægypto in terram promiſſionis tendentis, inter 7, pontes quibus 3. illæ urbes conjunguntur, maximus eſt de noſtre Damas, utraque parte imaginibus Regum Galliæ ornatus, Eccleſia B. Virg. ad Epiſcopatum pertinens intra 120. habet columnas, & 45. Sacella. 4. Turres præaltas, in quarum una campanam 20. viri pulſare debent, & favente aura ad 7. milliaria Gallica ejus ſonus exaudiri ſolet, Palatium Louvre principio 1661. Anno, pro media parte in cineres redactum fuit, In platea S. Denis juxta magnum cæmiterium extat Pyramis in memoriam quod Anno 1572. ipſo S. Bartholomæi die quo Laniena Hugenottarum peracta, arbor ante arida in momento virere & florere cœpit, quod etiam ipſum Regem Carol. IX. in admirationem traxit. Ab altera parte ejuſdem Cœmiterij locus monſtratur, ubi Henricus IV. Rex occiſus eſt in Rheda ſua.

Duobus hinc milliaribus diſtat S. Denis civitas à Dionyſio Archiepiſcopo dicta, quam pro Apoſtolo Patrono & Coronæ protectore habent, qui hic martyrio affectus & ſepultus ſit, & Rex Dagobertus Eccleſiam & Abbatiam ejus honori extruxit quæ Epiſcopo Pariſienſi non ſubeſt, ſed 400. millia Franc. reditum habet, Eccleſia hæc 60. innititur columnis, ex qua regum & regulorum magnorumque miniſtrorum imagines & monumenta videre licet, in loco Eccleſiæ vicino regius aſſervatur theſaurus præter reliquias & raritates varias, habitus Coronationis, regia Corona & Sceptrum. Reliqua perſequi inſtituti ratio non patitur.

Rhemensis in Campania à Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Principe Carolo Guiſio Cardin. Lotharing. Archi-Epiſcopo & Duce Rhemenſi inſtituta. 104

Tolosana non dudum poſt Pragenſem orta iisdem cum ipſa gaudet privilegiis, *juxta Bald. ad l. omnia Privilegia C. de Epiſcop. & Cler. Abbas in c. fin. Ne Clerici vel Monach.* Theologia & Jurisprudentia doceri cœpit hic Anno 1200. ſub Joanne III. Papa, Aucta fuit privilegiis ſub Pontificibus Jo. 22. Anno 1324. & Innoc. VI. circa Anno 1358. Auditorium Juriſconſultorum mille auditorum capax eſt. 105

Carticensis floruit profitente Rebuffo. 106

In Massiliensi ita olim ſtudia floruerunt ut Romani pro attica peregrinatione ſuſcipienda huc ad capeſſendas diſciplinas ſe conferrent, ſed hodie ibi non coluntur Muſæ. *v. Itinerarium Golnitz. pag.* 517. 107

Hispaniæ præcipuæ Academiæ ſunt ſequentes Cæſar-Auguſtana in Regno Arragoniæ. 108

Conimbricensis in Luſitania à Joann. II. Reg. Portugal. erecta ſæculo ſuperiore. 109

Complutensis in Regno Caſtellæ à Franciſco Archie-Epiſc. Toletano Anno 1517. nata. 110

Eburensis in Luſitania ab Henrico Card. Luſitaniæ ſuperiori ſæculo. 111

Granatensis à Ferdinando in Regno Granatæ. 112

Can-

Digitized by Google

113 Candiana in Regno Valentino à Candiæ Duce.

114 Hiſpalensis Vetus Academia, ibi Sylveſter II. Papa eruditus eſt, item Avicenna Medicus, & Leander qui Hermigildum & Richardum Gothorum reges ab Arrianiſmo ad fidem Catholicam reduxit.

115 Ilerdensis in regno Arragoniæ in qua Calixt. 3. Papa VI. Doctor creatus publicè docuit & S. Vincentius Theologiæ gradum recepit, & de quo loco Horat. Flaccius: *Aut figes uticam aut unctus mittens Ilerdum.*

116 Majorica Lullana dicta fuit, quod ibi doctrina Lulli traderetur in urbe metropoli regni majorici.

117 Onnedensem in Cantabria Abulenſis Epiſcopus ſæculo ſuperiore extruxit.

118 In Osecana regni Arragoniæ etiam ante Chriſtum natum artes excultæ ſunt.

119 Ossunensis in regno Granatenſi ſæculo ſuperiore per Comitem de Vienua.

120 Salmanticensis in regno Caſtellæ Anno 1404. erecta Pontificiis regiisque privilegiis ornata; in qua S. Ignatius Societatis fundator literarum fundamenta poſuit. Didac. Covarr. hic ſe Jus Canonicum profeſſum ait. 1. *Var. reſol. c.* 11. Anno 1543. & 1546. 2. *var. reſol.* 15. Fratrem verò ſuum Anton. Covarr. in Collegio Salvatoris utrumque Jus profeſſum ſcribit *in præfat. de Numiſm.* ſe quoque 10. annis continuis publico ſtipendio ordinarium fuiſſe, refert in proœm. reſolut. Et de alio Theol. Profeſſore, *lib.* 4. *Var. reſol. c.* 6. Hanc etiam Dominicus à Soto ſuam Academiam vocat, *lib.* 1 *de I. & I.*

121 Sequensana eſt in regno Caſtellæ.

122 In Toletana in regno Toletano B. Alphonſus, cum B. Virginis perpetuam virginitatem contra Helvedianos defendiſſet, Theologiam docuit, & à D. Virgine peculiarem veſtem, qua in Sacrificiis uteretur, accepiſſe legitur.

123 Valentina Anno 1470. floruit in ea S. Dominicus autor Ordinis Prædicatorum, artibus & Theologiæ operam dedit, & S. Vincentius Sacras literas publicè docuit.

124 Angliæ antiquiſſima eſt Cantabrigensis, quæ aperta dicitur à Sigeberto Angliæ rege Anno 630. Hic vener. Beda, Car. M. præceptor, Joan. Roff. Thom. Morus, Th. Linacer. vixerunt.

Oxoniensis ab Alfrido rege Angliæ Anno 125
895. cœpit, in qua Anno 1209. Studioſorum 3000. de qua in Clem. 1. de Magiſt.

In Scotia S. Andreæ Anno 1411. erecta 126
prima & celeberrima habetur.

Aberdoniensem ſub Jacobo III. Rege An- 127
no 1480. Guilielmus loci Epiſcopus inſtituit.

Minimè prætereunda ſunt hoc loco Gymna- 128
ſia diverſa celeberrima ex quibus tamen aliqua tantùm inſinuare ſufficiet, Celebrem Romæ Academiam fuiſſe 700. annis ante natum Chriſtum reperitur, ita Divus Hieronymus quoque ante ſua tempora ibidem inſignia Gymnaſia extitiſſe refert, in quibus ceu Athenæo omnia ſtudia florebant, quo Alexander Severus Imp. & Adrianus ſæpè proceſſit teſte Lamprid. Gordianus magna cum laude declamavit, ubi Claudius Imper. Hiſtorias ſcripſit, quod Athenæum dein Collegium ſapientiæ dictum fuit, cujus Studioſi & Profeſſores Romæ ſpecialibus decorati fuerunt immunitatibus, quæ ſparſim extant in corpore Juris. *l. cum ſtituſ. de Reb. Cred. l ſi longius, de Jud. l. ſed & reprobari §. fin. de Excuſ. tut. §. Item major. Inſt. Fod. t. 1. C. de Studiis. Urbs. Rom. l. 1. C. Theod. de Studiis. c. 2. de privil. in 6. clem. 1. de Magiſtr.* Et ſicut olim Glorioſum erat Athenis literis operam navaſſe, ita poſtquam ex Ægypto & Græcia Muſæ Romam migrarunt, honorificum fuit Romæ literas docuiſſe vel didiciſſe; Hinc Porphirius Apoſtata è Tyro Romam ad Plotinum Romæ celebrem Profeſſorem venit, ut & Severus Imper. ex Africa; Hic uterque Herodis Filius Græcis latinisque literis imbutus; Huc S. Auguſtinus profeſſionis cauſa profectus, & Alipius, ut Jus Civile addiſceret: S. Germanus Autiſidorenſis Epiſcopus, qui Aſinum & Vitulum reſuſcitâſſe legitur, Romæ Juri operam dedit, ubi enim Petri Apoſtolorum Principis Cathedra arx & domicilium, Chriſti Vicarius & Eccleſiæ Pontifex Max. pretioſiſſimæ S. S. reliquiæ, ſummum Chriſtianitatis tribunal, admiranda veterum Impp. monimenta, Cœlius Rhodoginus felicem dixit Zachariam Rhodoginum, quod ipſi in ſuprema & omnium celeberrima Academia Romana profiteri contigiſſet, unde Philippus II. Hiſpan. Rex cùm Anno 1582. edicto prohibuiſſet, ne quis ex ſuis Provinciis Belgicis ad alias Academias &

Google

Scholas Studiorum gratiâ quam ſibi ſubjectas accederet, Romanam communem omnium patriam & Studiorum matrem ab hac prohibitione exce-
129 pit. * Hîc aliud Collegium Germanicum Jul. III. inſtituit, in quo Germani educantur, ut pietate & bonis moribus inſtructi patriam & Cives ſuos ad Eccleſiam Catholicam reducant, cujus gubernatio Patribus Societatis commiſſa eſt. Nunc de capite & membris Academicis in ſpecie agendo.

130 V. In Academiis hoc modo legitimè fundatis & approbatis primas partes vindicare ſolet Rector, qui ad hoc ſumitur, ut ſummo Magiſtratus munere in Academia fungatur. Cum enim Univerſitas corpus ſit, ſine capite eſſe non poteſt. Ejus autoritas & magnificentia tanta eſt, ut ex literarum gloria vix major evenire poſſit, *Midd. de Acad. lib.* 1. *c.* 3. unde argentea & deaurata ſceptra (quæ aliàs non niſi Imp & Regibus competunt) in ſignum Regiæ conceſſionis, in actibus Academicis ei præferuntur, quam facultatem Principes & domini territoriorum non habent, quorum in Univerſitate Gripswaldenſi pro numero 4. facultatum Rector quatuor gerit, *Matth. Steph.* plura
131 Lovanii *ut ſupra. h. a.* * In hac Salisburgenſi, ut & Colonienſi duo geſtantur: In ſignum quoque præeminentiæ Epomiden ſeu paludamentum tanquam ſingularem veſtem publicè gerit, eiquè etiam Dux vel Princeps is patronus Academiæ eſſet, hic enim ut patronus etiam Eccleſiæ præcedentia in Eccleſia patronata gaudet, *Matth. Steph. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 7. Licèt aliquando Carol. V. in Lovanienſi Academia Rectori ceſſerit, *teſt. Lipſio in Lovan. lib.* 3. *cap.* 4. In Pariſienſi Rector in actibus publicis Univerſitatis Pares Franciæ & Legatos cujuscunque Principis præcedit; Dum Rex intrat in Urbem, Rector ei primò obviam venit, & fidelitatem promittit, recipitque confirmationem privilegiorum, *Friſcen. in reſol. Jurid. p.* 165. Et Ludov. VII, Gall. Rex cum ſubacta Genua de Liguribus triumphâſſet, quinque Cardinalibus & centum proceribus ſubſellia implentibus, Academiam honoris cauſa adiit, & ad collegium accedens Jaſonis ſiniſtro lateri adæquitavit, his verbis: Jaſon nunc incipit Regnum tuum: *Lanſius in diſp.*
132 *de Acad. lit. f.* * Eligi communiter Rector ſolet in Academiis Germaniæ à Profeſſoribus & per ordinem ex omnibus facultatibus, *Midd. de Acad. c.* 3. *p.* 13. excluſis ab electione Scholaribus, qui olim electioni intereſſe ſolebant In Italia verò & quibusdam locis Scholares ſeu nationis Conſiliarii eum eligunt, & in ſe Rectori tribuunt Juriſdictionem, Pragæ olim ſtudioſi Germani in ſuffragiis ferendis tres voces, Bohemi quartam, habuerunt, quòd jus cùm interverteretur tempore Wenceslai, uno die mille & intra octiduum 24. & amplius millia Praga exceſſerunt, *Cuſpin. in*
vita Wencesl. * Ne autem uni ſemper incumbat 133
onus, dignitas quoque ad plures tranſeat, *argt. l. divus.* 18. *ff. ad Municip.* In quibusdam locis quadrimeſtris eſt, ut Coloniæ, alibi ſemeſtris, ut in Altdorfiana & Wittembergæ, alibi triennalis, ut hic Salisburgi, qui tamen finito tempore de novo eligi poſſunt.

Q. I. *Quæ ætas in deligendo Rectore requiratur?* 134

Reſp. Annum 17. completum, & 18. inchoatum ſufficere, hæc enim legitima ætas ad poſtulandum, *l.* 1. *§. pueritiam. de Poſtuland.* in procuratore etiam ad judicia. *§. juſta. Inſt. Ex quib. cauſ. man. non lic. §. fin. Eod. l.* 51. *de Procur l.* 23. *de Minor.* Ætas quoque ſufficiens hæc eſt, ut Judex quis eſſe poſſit, *l.* 57. *de re Judic.* ut & Nerva hac ætate publicè de Jure reſpondit, *d. §. fin. junct. l.* 1. *§. pueritiam. de Poſtulando*; quæ reſponſitatio olim Juriſconſultos faciebat, *l.* 2. *de O. I.* hodie hac ætate Jureconſulti & Doctoris titulo aliquem inſigniri poſſe concurrentibus aliis requiſitis, ſi ſcientia honorem mereatur, infertur. Quòd autem in dd. perſonis ad prædictos actus annum 18. requirit, *Mynoch. de arb. Jud. Cent.* 6. *q.* 2. *c.* 540. *Schrad. de Feud. part.* 10. *Sect.* 7. *n.* 37. id verum eſſe poteſt, ſi de anno 18. inchoato intelligatur.

Q. II. *An Rector debeat eſſe Clericus?*

Id quidam volunt, cùm ex magna parte ſtu-
dioſi ſint Clerici, aut Clerici Laicis mixti; In 135
Clericos autem Laicus jus dicere non poſſit, *c. diligenti. X. de for. comp. Archor. in proœm. lib.* 6. *Midd. de Acad. c.* 3. *p.* 14. Verùm uſus & experientia docet, Rectores etiam ſine prima tonſura eligi ſolere (quæ ordinum Eccleſiaſticorum eſt Janua,) prout ita in Parlamento Pariſienſi judicatum eſt, 5. Septemb. Anno 1573. ideo non videtur prior ſententia indiſtinctè vera, & alibi receptum, quòd ſufficiat eligendum Rectorem non eſſe uxoratum, & ſi electus dein contrahat matrimonium,

Digitized by Google

monium, Rectoratum vacare, ita ut per hoc ipſo Jure vacet, nec amplius ipſe convocandi Facultates Jus habeat, nec ab ipſo vocati comparere teneantur *Lenand. de oner. Dd. p. 4. q. 82. vc. 6. tractatuum. fol. 174.* Cùmque in cauſa etiam Eccleſiaſtica Judex ordinarius etiam Laicum Judicem conſtituere poſſit, ex Aſſeſſoribus Laicis, cur non Pontifex authoritate ſua Academiam firmando etiam tacitè concedere poſſit, ut Rector Laicus, judicet etiam Clericos.

136 Q. III. *An electus ad ſuſcipiendum Rectoratum de Jure invitus niſi juſtam habeat excuſationem cogi poſſit?*

Affirm, quia munus eſt publicum, *Facit. §. fin. de ſatisd. tut. junct. §. qui tutelam. l. de Excuſ. Clapm. de arcan. rerump. l. 2. cap. 4. p. 45.* Sic Statuto Academiæ Gripswaldenſis cautum, tradit Matth. Steph. *de Acad. c. 11. n. 30.* quòd ſi electus temerè recuſet, & in tertium diem abſque probabili & evidenti ratione in ſua ſententia perſeveret, tres aureos pro mulcta ſolvere teneatur, & munus nihilominus ſuſcipere cogatur, Würtenbergæ ſimile perhibetur eſſe ſtatutum, quod tamen adhuc illibata Virgo dicitur; Colon. legitimè electus, niſi rationabiles allegat cauſas, ſuſcipere Rectorat. debet ſub mulcta duarum marcarum argenti puri (id eſt cui nulla acceſſit liga) eſt pondus octo uncias continens: Ac licèt dubium ſit apud Jureconſultos, quot Daleri vel aurei, marcam puri argenti conſtituant, à monetariis tamen ad 9. flor, & 18. Groſchios marca æſtimatur, liberam quoque argenti quinque aureis valere, dicit Sixtin. *de regal. 10. n. 35.*

137 Q. IV. *An Electus Rector confirmandus ſit à ſuperiore?*

℞. Neg. Cui notaria conſuetudo adſtipulatur, Matth. Steph. *d. cap. 11. n. 27.* niſi fortè duo Rectores eſſent electi in diſcordia vel votis paribus, tunc enim ſuperior aditus vel eos compellet ad concordiam, vel ex iis prudentiorem conſtituet. *Middend. de Academ. c. 3. in fin. Cuppen. ad auth. habita.*

138 Q. V. *An Rector ordinariam Jurisd. habeat?*

Affirm. Quia quando alicui conceditur adminiſtratio, cui adhæret Jurisdictio, is cenſetur ordinarius, *l. & quia. 6. de Jurisd. l. 1. ad l. Jul. de amb. Cothom. reſp. 1. Acad. n. 107.* Hæc verò tam adminiſtratio quàm Jurisdictio ex lege Imperii Rectori competit, *Text. in auth. habita C. ne fil. pro patre.* Mandare tamen eam alteri Rector nequit, *argt. l. 1. de off. ejus, cui mand.* licèt in quibusdam Academiis vi Statuti (quod pro lege eſt, *l. 9. de l. & l.*) ut in Tubingenſi Rector profecturus, Ex-Rectori mandare ſoleat & poſſit, *teſte Bocer. de Jurisd. c. 6. n. 9.* qui abiturus Sigillum unà cum libro Statutorum & Albo ſeu matricula univerſitatis eis tradit; Eſtquè penes hunc Vice-Rectorem eadem poteſtas, quæ apud Rectorem, *argt. l. 5. in fin. C. de aqua duct. lib. 11.* ab eóque omnia ſecundum Statuta expedienda ſunt, ipſumque Rectorem repræſentat. * Quid ſi autem Scholaris 139
ſponte ſe alterius Jurisdictioni ſubjecerit, revocationi locum fore, atque ita Lipſiæ, Wittembergæ aliisque vicinis Academiis ſervari tradit Diether. *ad Beſold. v.* Abſorderung.

Q. VI. *An autem depoſito officio Rector ob injuriam eo durante illatam conveniri poterit?* 140

Affirmat. Diether. *per l. nec. Magiſtratui ff. de Injur.*

Q. VII. *An excluſus Academia per Rectorem ab ipſo reſtitui poſſit?* 141

Affirm. Beſold. *ad* V. Student/ꝛc. An verò Rector non tantum ex numero ſtudioſorum, & Academia, ſed etiam ipſâ urbe delinquentem excludere jure poſſit? Affirmat. Speidel. *in v.* Land-Verweiſung/ꝛc. Ratio dubitandi eſt, quod ultra territorium Magiſtratus Jurisdictio exſpiret, & jus dicenti impunè non pareatur, *l. fin. de Jurisd.* cum ratione poteſtatis pro privato habeatur, Rector vero territorium Civitatis non habeat; Concludit tamen cum Beſold. *in tract. de Jure Territ. c. 3. n. 5. fol. 275.* Speid. d. loco affirmativam non quidem jure, ſed de conſuetudine obtinere, cui etiam ſuffragari videtur. *l. 1. §. 13. de offic. praef. urb.* ubi præfectus orbi, cui non niſi de criminibus intra centeſimum milliarium admiſſis cognoſcere licebat, *l. 1. §. 4. de off. praef. urb.* Ex Italiâ tamen facinoroſum relegare poterat, *l. 1. §. 13. d. t.* Nec obſtat cit. *l. fin. de Jurisd.* quia ℞. quòd Rector Academ. ejusmodi ſententiam pronuncians extra territorium jus non dicat, cum ſententiam ferat in loco Academiæ ſibi deputato & ſubdito idem de præfecto urbi dicendum cum in urbe pronunciat,

prout de conſuetudine Germaniæ tradit Ruding. *Cent. 3. de obſ. 31.* quod criminoſi (quibus capitalis pœna vel ex gratia vel ob inſufficientiam probationum remittitur, quod tamen utcunque probatum coërcitionem aliquam requirit, ne omnino impunitum remaneat, *contra l. 51. ad l. Aquil.* ut delinquens in Provincia, in quâ deliquit, cum gravi populi ſcandalo non ſit relinquendus) ultra Rhenum, Danubium, vel aliud vicinum flumen relegari, vel ad Hungaricos fines contra Turcam mitti poſſit, prout ante paucos annos in Manſee practicatum, quamvis ad certum locum ſpecificum ab inferioribus judiciis id fieri jure non poſſit, cum nec Præſidi qui merum Imperium & jus deportandi in Inſulam habeat *l. 6. §. 1. de Interd. & releg. add. diſſert. Kecherman. 1. polit. 17. p. 298.*

Q. VIII. *Quod Rectoris munus?*

142 R. Poſtquam Jurej. adſtrictus eſt, Studioſos in matriculam recipit. de Univerſitatis ac ſingulorum cauſis de plano judicat, Academiæ Jura & privilegia tueri debet, ut conſcientiæ dictamen; ſanctio honeſta, poſteritatis, & publica fama ad hoc eum adſtringit: Eique omne de univerſitate ſubjecti ſunt & parere debent, Jurej. adſtricti, in licitis & honeſtis. Quòd ſi verò negocii gravitas ita exigat, convocato Profeſſorum Conſilio per Pedellum (ubi per ſchedam obſignatam cauſam convocationis ante iis ſignificari non eſt in conſultum, ut inſtructiores veniant & præmediati) Rector cognitionem ſuſcipit, eò quòd per plures veritas perfectius haberi ſoleat, *l. un. §. pen. C. de Fideic.* & plus ſæpè videant oculi quàm oculus, habeantque ſinguli quaſdam prudentiæ particulas, quæ ſimul collatæ unam excelientem conficiant, *Bodin. 4. de rep. 4.* A decreto vero vel ſententia Rectoris gravatus ad ſuperiorem appellare poteſt: Hic Salisburgi à Magn. Rectore ad totum ſenatum Academicum, quæ provocationes ne frivolè fiant executionis vitandæ & judicati eludendi cauſa provocans aureum deponit, quem pro rei varietate vel recipit, vel perdit: à Conſilio verò Academ. ad Celſiſſimum Principem appellationes deferuntur. In Univerſitate autem Colon. Statutum extat de Anno 1445. quod in cauſis parvis duos aureos Rhenenſes non excedentibus non appellatur à ſententia Rectoris, ut in gravioribus liceret.

Q. IX. *Hic incidit q. an à Judice Rectore, miſſo medio ſtatim ad Imperatorem appellare liceat?* 143

Id putat Rebuff. *privil. 164. Tolos. lib. 18. de rep. 1. 7. Horat. Lucius privil. 71. per auth. habita. ibi Defendemus ab omni injuria.* Quod tamen non probo, cùm poſſint gravati via ordinaria ab omni injuria defendi mediatè ſcil. per judicem ab Imp. conſtitutum ejusque ſuperiorem, *v. Lanauder part. 4. de oner. doct. q. 83. in ſexto vel tr. f. 175.*

Q. X. *An Jurisd. Rectoris etiam in cauſis Criminalibus ſit fundata, adeoque merum Imp. habeat in Scholares?* 144

Quicquid ſit de uſu & conſuetudine quæ pro locorum varietate varia eſt & diverſa; Ex Jure Communi hoc Rectori competere probatur I. ex verbis. *Auth habita. C. ne fil. pro patre.* quæ generaliter concepta, loquitur de lite & negocio, quod verbum etiam ad criminalia ſpectat, *l. 14. §. 4. ad Turpill. l. 4. ff. de accuſ. l. 5. C. de Jurisd. Cujac. 9. obſ. 21.* II. d. auth. tribuit Rectori Jurisdictionem, quâ voce in genere accepta etiam merum Imperium venit, *l. 7. §. fin. de offic. præſid. l. 2. ibi jurisd. ſuam. ff. de off. ejus l. 2. Et quia de O. Jur.* In qua generali acceptione Jurisd. non etiam in ſpecifica & ſtricta ſumi debet, nomen Jurisdictionis à Principe conceſſæ, cujus beneficia latiſſimæ ſunt interpretationis *l. beneficia ff. de conſtit. Princ. c. cùm dilecti. in fin. de Donat.* III. Scholares comparantur clericis, eorumque privilegiis gaudent, *ut tradit. Horat. Lucius de privil. Schol.* ſed indulta Clericorum etiam ad cauſas crimiuales ſpectant, *c. Clerici. c. non ab homine X. de Judic.* IV. Comparantur militibus, *Lucius per l. advoc. C. de advocat. diverſ. Jud.* at hi in criminalibus non ſortiuntur judicem magiſtratum loci ſed peculiarem habent, *l. 3. de re militar. l. fin. de accuſ.* V. In auth. cit. tres judices ex æquo deſtinantur: Præſes ſcil. Provinciæ, Epiſcop. & Profeſſores ſive hodie Rector, ſed Provinciæ Præſidi competit merum Imperium, *l. 3. l. illicitas. 6. §. qui univerſas. §. de off. præſid.* ergo etiam Rectori. VI. Facit quod non fuiſſet opus tam diligenti inquiſitione habita cum Epiſcopis, Abbatibus & Proceribus *juxta Princ. de Auth.* ſi tantùm Civilis Jurisdictio jam ante d. Auth. ut omnibus collegiis licitis Mechanicorum, Mercatorum, Opificum, Sartorum,

Sutorum,

Sutorum, &c. Sic quoque Univerſitati Scholarium, & ſicut tribunopl. in ſuo ita quoque Rectori in Scholares competebat, *ex l. fin. C. de juriſd.* tantùm hodie non etiam plus competeret. VII. Addit Auth, quòd judices loci nullam in Scholares exercere poſſint juriſdictionem, ergo nec criminalem, eò quòd genere negato omnes ejus ſpecies negatæ cenſeantur. VIII. Auth. meminit tam debiti, quàm delicti, quam vocem delicti tantùm ad civilia reſtringere non patitur, *c. l. 3. de conſt. Princ.*

145 * Et ita mero Imp. gaudet in Germania Academia Tubingenſis, *Schrad. add. auth. n. 2.* Lipſienſis, Ingolſtadienſis, Heidelbergenſis, Gripswaldenſis, Pariſienſis & de hac extat ſingulare Præjudicium de Anno 1402. ubi Præfectus Urbis duos Scholares ſuâ ſententiâ damnatos & ſuſpenſos de furca tollere, deoſculari & honorificè ſepelire coactus eſt, ut ex monimenti inſcriptione in templo Maturinorum erecti colligitur, *Meno. h. 2. de arbit. Jud. c. 68. n. 23. & 263. n. 14.* Ex qua Academia filia prodiit Colonienſis, ut ex hac Lovanienſis, quæ meritò eodem Jure utuntur, quo illa; Quarum Pariſienſis, Vienuenſis, Colon. Ingolſtadienſis, & aliarum tam Germaniæ quàm Italiæ Univerſitatum inſtar huic Univerſitati Salisburgenſi privilegia indulſit Ferdinand. II. Imperat. Anno 1620. 9. Martii eaque confirmavit Urbanus Papa Anno 1625. 16. Cal. Januar. In qua vi Statutorum Rector quoad ſæculares Studioſos hîc commorantes ſibique ſubjectos, tam in civilibus quàm criminalibus juriſdictionem abſolutam habet exceptis cauſis matrimonialibus, quæ ad Reverendiſſimum Conſiſtorium remittuntur; Idemque Rector in Clericos, Studioſos, quoad Civilia & delicta, non ita enormia, quæ ſcilicet depoſitionem aut ſuſpenſionem non merentur, juriſdictionem habet. Quod ſi autem cauſa capitalis oriatur cui Rector intereſſe tanquam Clericus abſque irregularitate non debet Juridicæ Facultatis Decanus, aut ſi is etiam Clericus ſit ejus immediatus Anteceſſor nomine Univerſitatis judicio criminali præſidet. In Italia quoque hoc Jure meri Imperii uſa eſt Academia Bononienſis, cùm autem Azonis tempore 10. millia Studioſorum ibi morarentur, quorum factionem Academia reprimere non poterat, jus ſuum in poteſtatem Urbis tranſtulit. *Caccialup. de modo ſtud. docum.* 10. quod tamen in conſequentiam trahendum non eſt, nec res hæc inter alias acta aliis præjudicium generare poteſt, *l. ſæpè. ff. de re jud.* Non obſtat, quòd I. nova ſtrictè ſit interpretanda, ut quàm minimè recedatur à Jure veteri *l. præcipimus. in fin. C. de appellat.* & II. maxime quæ continet privilegium, ne noceatur tertio, cui jus quæſitum jam ante fuit, cùm etiam privilegium militum jus alterius diminuere non debeat, *l. 22. de Teſtam. milit.* Jam autem ante D. Auth. ordinariis locorum merum Imperium competebat. Juriſd. tantùm collegiis licitis & approbatis conceſſa, *l. fin. C. de Juriſd.* Reſp. ad I. intelligi, *l. præcipimus in dubio*, Reſp. II. poſſe Imper. etiam Juri tertii præjudicare privilegio ſi id exigat neceſſitas vel utilitas publica, ut hoc caſu favor ſtudiorum expoſcit, *juxt. princ. d. Auth. C. ne fil. pro patre.* Quorum utrumque major & minor in ſuperioribus ſatis probata fuit.

VI. Poſt Rectorem ſequitur pro-Cancell. 146
Univerſitatis. Cùm enim Cancellarius ipſe plerumque loci Epiſcopus eſſe ſoleat vel Princeps, ſicut Ingolſtadii eſt Epiſcopus Aichſtadienſis, Coloniæ eſt Præpoſitus Eccleſiæ Metropolitanæ. Quaſi legatus ſummi Pontificis ad hoc præcipuè conſtitutus, ut advigilet, ne indigni ad honores Academicos admittantur; Solent Cancellarii alteri vices ſuas, (ideo Pro-Cancellario dicto) demandare, qui promotiones Licentiæ juxta tenorem ſuæ commiſſionis expedit. Hic ſicut poſt Rectorem primum locum obtinet, *Liebenthal. de privil. ſtud. Th. 13. l. 6.* Ita abſente Rectore Vice-Rectorem ſequitur.

VII. Solent autem communiter & Acade- 147
miæ 4. Collegia continere, videlicet Theolog. Juriſconſ. Medicorum & Philoſophorum, licèt omnia præciſè ad Academiam non requiri ſupra dictum ſit, conſtentque quædam paucioribus, quæ tamen Univerſitatum nomine compellari ſolent, *l. un. C. de ſtud. lib. urb. Rom. lib. 11. Clem. 1. de Magiſt.*

In ſingulis autem facultatibus ſolent eligi à 148
Profeſſoribus ſuæ Facultatis Decani annuè ad renovationem ſtudiorum: Et licet olim Decani dicerentur, qui decem millibus erant Præpoſiti, *t. t. C. de Decan. lib. 12.* Hodie tamen Decanus illum ſignificat, qui in aliquo Collegio eſt

Digitized by Google

primus & honoratior, *c. cum port. X. de Conc. præb. c. cùm inter* 18. X. *de Elect.* adeoque Decanus Facultatis cujusque in ſua Facultate præfertur etiam ipſi Rectori licèt in actibus publicis ſecus ſit. Hujus munus eſt ut Cauſas Facultatis ſuæ moderetur & procuret. II. Convocet ſuos Collegas & Comprofeſſores. III. Proponat, vota colligat & auditis ſuffragiis majora in Collegio promulget, reſponſa & concluſa ſigillo muniat. IV. Candidati coram eo ſe ſiſtant, *Matth. Steph. c.* 4. *n.* 7. ad tentamina & examina, &c.

149 In ordine Facultatum primas ſibi vendicant Theologi, *Matth. Steph. de Jurisd. lib.* 3. *p.* 2. *c.* 4. *n.* 16. Hujus Facultatis profeſſores in quibuſdam Academiis in ſpecie Pariſiis, Coloniæ & Lovanii Magiſtri noſtri dici ſolent; & licèt alias etiam viris, collegiis, equitum turmis ac civibus præfectis hac voce compellentur tamen Rebuff, *in tract. Concord.* §. 1. hoſce ita per excellentiam vocari dicit quòd ſint Theologi, magiſtri omnium communes, tam in prædicatione, quàm lectionibus, uti Eccleſia dicitur noſtra, quod nemini gremium claudat, & DEUS Pater noſter, non noſter Pater à nobis vocatur: Et hinc fieri notat *Matth. Steph. lib.* 3. *de Jurisd. c.* 14. *n.* 87. quod aliquando in Principum reſcriptis & diplomatibus, Magiſtros, Doctoribus præponi legimus; Unde ſequitur, quòd ſi quis Doctorem, Magiſtrum appellet, ex hoc actione injuriarum non teneatur, *Zaſ. in l. quicquid adſtringenda. n.* 6. *& ſeq. de V. O.* licèt hodierno uſu Magiſtri nomen Philoſophis communiter applicari ſoleat.

150 Q. XI. *An autem Religioſus, de licentia Superiorum in Univerſitate Profeſſorem Theologiæ, Canonum vel Philoſophiæ agens, gaudeat Privilegiis ſui Monaſterii, in quo profeſſus eſt, conceſſis?*

R. Neg. quia privilegium conceſſum loco non ſequitur perſonam extra locum, *c. quoniam de Privil. c. volentes.* §. *eos. Eod. in* 6. *c. innovamus. de Treuga. Concil. Trid. c.* 4. *ſeſſ.* 25. *de Regul.*

151 Q. XII. *Sed ſi talis Profeſſor delinquat contra ſtatuta ſui ordinis, an à Prælato vel Rectore puniendus erit?*

Prius verius; quia Jurisdictio Rectoris in eos, qui legendi vel ſtudii cauſa in Univerſitate degunt, tantum illas cauſas concernit, quæ oriuntur, ratione ſtudiorum, *per l. fin. C. de Jurisdict.* quam legem etiam in Univerſitate Scholarium obtinere tradit Barthol. *in d. l.* dicens ita uſu receptum. Ac licet Bulla Martini V. eos ſubjiciat Rectori, ea tamen interpretationem recipit, ex Jure communi, cui Papa ſe præſumitur voluiſſe conformare, *arg. l.* 2. *C. de noxal. act. Novel. de Nevel. de non alien.* §. *fin. circa fin. l. ſi tutſ.* §. 1. *leg.* 1. *c. Eccleſia cap.* 2. *v. neque enim X. de Electis.* Nec contra facit Juramentum Rectori præſtitum, quia hoc intelligitur de iis, in quibus Rectori Academico Jurisdictio competit, nec habet jusjurandum vim extenſivam, ſed roborativam actus cui apponitur, *l. fin. C. de non numer. pec.* Nec operatur in præjudicium tertii, aut ſuperioris, *c. cum contingat. X. de jurej.* cujus authoritas excepta cenſetur. *c. venientes. de jurej.*

Hoſce ſequuntur Jurium Doctores quorum 152 officium tradit Jureconſ. *in l.* 1. *de l. & l.* 1. *C. de Advoc. diverſ. Jud. Item. ff. & C. de Poſtul.* ubi in ſpecie de advocatis agunt Dd. nec gratis ſervire tenentur, ſed Salaria (dicta à Sale quòd ſicut ſine Sale nemo vivit, ita nemo ſit, cui pro profeſſione non debeatur Salarium) licitè exigunt, *Chockier. t. de Advoc. q.* 59. prout Medicis Jatrea, Soteria, Præceptoribus minervalia, artificibus Epichera, aliquid ferenti comiſtia, benefico chariſteria, vel ſecundùm Jureconſultum *in l. ſed etſi.* 25. §. *conſuluit.* 11. *ff. de hered. pet.* remunerationes, Judicibus ſportulæ, militibus ſtipendia, Exercitui donativa, plebi Congiaria, nutricibus nutritia, nautis naula, præconi præconia, Commentarienſi Carceraticum, Principi coronarium, Pontificibus annatæ præſtantur, *Chock. q.* 53. *Alciat. in l. inter donum. de V. S.* Ut proinde ſi advocatis Salarium non præſtetur, à defenſione non tantùm ſuſcipienda, ſed etiam jam ſuſceptâ ſe licitè excuſent, *Chockier. de Advoc. q.* 29. *per l. in illa conditione. de V. O. c. verùm de Condit. appoſ.* Pacta tamen de quota litis inter advocatum & clientem ſpeciali ratione reprobantur, *l. litem. C. de Procur.* ſi ſcilic. ſub pactione quartæ, tertiæ vel ſemiſſis, &c. cauſam defendendam ſuſcipiat, quia per hanc advocatus, ad delinquendum & calumniandum facilè induceretur, quòd à Sacerdote Juſtitiæ plane alienum eſſe debet, quales Jurisconſulti appellantur, *in l.* 1. §. 1. *de l. & l.* quos rectè adminiſtrantes

ſtrantes juſtitiam meliùs opus facere, quàm Monachum, qui tota die canit in templo, ait Accurſ. *gl. Extravag. ad d. l. 1.* (palmarii tamen loco ad centum aureos pactione concesſà, *l. 1. §. ſi cum. de Extraord. cogn.*) Hinc 50. Sanctorum Jureconſultorum Catalogum ante plures annos impreſſum legimus, prout & noviſſimè Anno 1652. in Electoreli Academia Ingolſtadienſi D. Doctor Mantzius integrum SS. Jurisperitorum prædicamentum exhibuit, inter quos S. Ivo Jureconſultorum patronus ſpecialiter colitur, de quo Zoëſius *ad t. ff. de poſit. n. 51.* refert, quòd exemplo Demoſthenis ancillæ cuidam, quæ ex duobus deponentibus alteri totum reſtituerat depoſitum, ab altero in jus vocatæ ſuccurrerit, allegans mulierem paratam depoſitum reddere ſed non niſi ſocium adduceret actor, quod quia non poterat, abſoluta eſt mulier. His Sanctis Juriſconſultis addit Geleu. *in Colon. Claud. pag. mihi* 700. B. Alexandrum ex patritio Doctore, Canonico & Scholaſtico Colonienſi, Abbatem Ciſtertii, & de quo legitur in actis S. Bernardi. Ipſum quoque Imperatorem Juſtinianum Juris noſtri conditorem in Catalogum Sanctorum relatum, refert Bartol. *in rubric. C. & in procem. ff.* & Joan. Fabri *ſuper procem. Inſt.* dicit, ſe vidiſſe nomen Juſtiniani ſcriptum in Catalogo Sanctorum Calendis Auguſti, ut & Gennadius, qui proſecutus fuit libellum S. Hieron. *de viris illuſt.* referente Joan. Bapt. de Cacciat. *de mod. ſtud. docum.* 10. *pag. mihi.* 461. Hic Imperator ſub 99. rubricis præter procenium, Inſtitutiones Anno 533. 25. Novemb. ex omni pene veterum Inſtit. corpore elimatas, primo anno Jurium Tyronibus volvendas tradidit tanquam totius eruditionis fundamenta, quibus ſuffulti juvenes poſſint graviora legum ſecreta ſuſtinere, *procem. ff. §. nos verò, & de Confirm. ff. ad Senat. §. ſed cum proſpeximus.* Item 50. ff. libros, Anno 533. 16. Decemb. in tres partes digeſſit, in vetus, infortiatum & novum diviſum in cujus

	Libros	Rubricas	Leges	Verſus ſeu Lineas
Vetere	11	152	2918	50000
Digeſto Infortiato	13	101	2234	39520
Novo	26	172	2983	44000
	50	425	8135	133520

ſe reperiſſe, refert de Cacciat. *d. loco.*

Idem Cod. ex tribus antiquis Gregoriano, Hermog. Theodoſiano confecit Anno 528. *l. fin. C. de Inſt. Cod. Confirm.* dein Cod. repetitæ lectionis confirmavit Anno 534. 16. Calend. Decemb. in quo opere ſe numeraſſe refert Cacciat.

Libris	Rubricas	Leges
In novem primis	331	3608
Ex tribus poſterioribus	227	954
ſum.	538	4562

Ut & poſt hæc diverſis temporibus Beliſario V. Conſule Anno Imperii ſui 11. Chriſti 538. ſub Arione Anno Imper. 12. & Baſilio Anno 15. Novellas fecit, quas Novellas Anno Chriſti 557. collectas, ſentit Cacciat. *ex Nov. ut præp. non Imp. c. 1. §. 1. circa med.* Ex quibus privatâ authoritate Irnerius, qui Anno Chriſti 1157. claruit, authenticas collegit, & Codici Juſtinianæo ſuis locis inſeruit. In Eod. 50. novæ Imp. deciſiones, quas divinas vocant, *l. un. §. his. ita C. de Cad. toll.* reperiuntur, quæ autem ea ſint, dignoſcendum eſt ex ſubſcriptione eorum, qui poſt priorem Cod. promulgatum conſulatu functi ſunt, Lampadii ſcil. & Oreſtis, ac aliorum, quas ſuis commentariis

tariis illuſtravit Petrus Franciſcus Lingolis, qui deciſiones à conſtitutionibus ſeparat, quòd in illis vel deciſionis vox occurrat, vel de veteri jurgio & altercatione fiat mentio. Verùm iſta ſententia de collectione Novell. non videtur ſcrupulo carere; Licet enim ab eo citata Nov. 47. lata ſit anno 11. Juſtiniani id eſt Anno 538. (non ut ipſe ait 547.) qui fuit poſt Conſulatum Beliſarii V. non tamen eo anno omnes latæ & approbatæ ſunt, nam Nov. 115. lata eſt Ann. 542. Anno Imperii Juſt. 15. *d. N. 115. in fin.* ut proinde incertum ſit, quando in unum volumen redactæ ſint. Conſtat ſanè editas Novell. ab An. Imper. Juſtin. 8. usque ad Annum Imperii 33. & has conſtitutiones 25. annorum in volumen unum relatas, *Bric.ius in rerum quotid. prolog. n. 16. p. 13.* Id minus dubium, quòd eodem anno quo S. Benedictus Chriſti Apoſtolus, & S. Ordinis Patriarcha, Idololatriâ in Italia omnino exterminatâ, Sacras Monachorum leges condidit, eodem ab Imper. Juſt. prior Codex Anno ſcil. 529. fuerit confirmatus, *referente P. Gabriel. Bucelin. Theol. Weingartenſi in nucleo hiſt.* ſicque juſtitia & Pietas ſe oſculatæ ſint. Obmovent quidam, quòd Juſtinianus tandem in hæreſin Eutychianam prolapſus etiam Agapetum Rom. Pontificem, qui ad eum venerat de pace Italiæ acturus, ſumma vi in errorem pertrahere conatus; Verùm, cùm hic imperterritus ad minas reſpondiſſet: Credebam me venire ad Juſtinianum non verò Diocletianum, liberâ hac voce, ejus obſtinatum pectus ita mitigatum, ut pravam opinionem reſpuerit, refert Turſellin, *in vita ejus.* Quamvis alii Juſtiniano Juniori hanc defectionem attribuant. Guevarr. *in horolog. princ. lib. 1. c. 13.* Hunc Imper. inter alios memorabilem & ſanctiſſimum maledictis quidem onerare conatus fuit Procopius, quem per omnes civilium honorum gradus ad urbis præfecturam evexerat. quique ſub Juſtiniano in Græcia militaverat; *Auctor. annal. Carol. M. in præf. de orig. & ſed. Franc. pag. 30.* quorum beneficiorum ipſe immemor famoſum libellum clanculum compoſuit, (Prout ante Conſtantinum M. onerat conviciis Zozimus) ubi Juſtinianum aſino impiè aſſimilat, auri argentique ſitientem, ab ipſo dæmone genitum, non verò Sabbatii conjugis aut hominis filium fuiſſe, dicit. Sed eum ſatis refutat & ab obtrectationibus liberat Thom. Ruvius Regiæ Angliæ advocat. *Inſcripto Libello. Imperatoris Juſtiniani defenſio adverſus Alemannum Francofurti Anno* 1628. ubi à criminationibus falſis poſt alios ac hæreſi Imperatorem purgat *in fin. pag.* 308. & contraria reſolvit.

Jureconſultos autem Medicis præferendos 153
cenſent non quidem ex calumnioſa illa prætoris ſententia, cui interroganti, quis mos & ordo ſervaretur in educendis ad ſupplicium reis inter præcederet & ſequeretur, an latro an carnifex, cùm reſponſum eſſet præcedere latronem, ſequi carnificem, reſpondit ipſe: Præcedant ergo Juriſtæ, ſequantur Medici: Sed ex rationibus ſeqq. I. Quia Juriſtæ ſunt in quaſi poſſeſſione præcedentiæ, ac proinde in ea manutenendi, *arg. l. 76. de R. V. l. 2. §. 13. de O. I.* cùm parùm ſit Jus eſſe in Civitate, niſi ſint, qui Jura regant; Medici autem apud Iſraëlitas non tolerabantur, Bodin. *de rep. c. ult. p.* 573. Et Iſidor. *lib. 4. orig.* tradit, annis 400. Plinius verò *lib. 29. c. 1.* ultra 600. ann. Romam Medicis caruiſſe, & de Aureliano Cæſ. legitur, Medicum ad ſe infirmum nunquam vocâſſe, ſed inedia ſeipſum curâſſe *Vopiſc. in Aurelian.* Unde colligitur, rempubl. ſine Medicis ſalvam eſſe fuiſſe; Sine Jure autem reſp. minùs, quàm ſine ſole mundus ſtare poteſt. III. Jureconſulti occupantur circa nobilius objectum, cùm ſint animorum Medici, *gl. & Panorm. in c. caterùm. de Jurej. Calum. Naviz. in Sylv. nupt. lib. 5. quomodo Judex. n. 87. pag. 129.*

Habent & alia Juriſconſulti encomia, quod 154
lex prima à Deo lata, & in Paradiſo formatus ſit Proceſſus *in Pſalm.* 88. aſſentiente regio Propheta Davide; Veritas de terrâ orta eſt, & Juſtitiâ de cœlo proſpexit *Eſaia* 13. Dominus Judex noſter, Dominus legifer noſter, *Job.* 2. nullus eſt ſimilis in Legiſlatoribus, unde donum Dei lex dicitur, *l. 1. de ll.* quam ex manu Dei accepit in monte in tabulis Moyſes. *Chaſſ. Cat. gl. mundi p.* 10. *conſerv.*

155. Sed non deſunt etiam in ſacris laudes Medicinæ: Honora Medicum, propter neceſſitatem, etenim creavit eum altiſſimus: Nec utrisque ſua imputantur vitia & nævi. Sic de Voluſio Metrano viro in legibus interpretandis experientiſſimo, in iis vero violandis non minus exercitato traditur, quod cùm ad M. Aurelium Imper. accedens eum interrogâſſet: Dic Marce, putasne legem ullam

in mun-

Digitized by Google

in mundo eſſe, quam neſciam? Imperator reſpondit: Dic mihi, an ulla lex ſit, quam obſerves? ut refert Guevarr. *in horol. pr. lib. 1. c. 3. n. 17.* Sed ſi ob abuſum rei uſum culpare volumus, nil penè erit in orbe, quod non cavillationibus expoſitum ſit; Originem, & laudes Medicinæ, & Sanctos, qui Medici aut Medicina uſi fuerunt, ab origine repetiit, & propoſuit Tiraquel. *in Tract. de nobil. cap. 31. pag.* 168. recenſendo, etiam Medicos Angelos *pag.* 190. Reges *ead.* Imperatores Romanos Medicos *pag.* 195 Summos Pontifices *ead. pag.* Poëtas *p.* 196. Philoſophos *pag.* 211. ut & diverſa Medicinalia juxta ordinem Alphabeti *à pag.* 213. Item practicorum Medicamentorum vocabulo allegando *pag.* 229. Ipſorumque Medicorum Nomenclaturam per Alphabetum *à pag.* 236. tam novorum, quam veterum tanta multitudine, fœminarum etiam *pag.* 294. objectis omnibus etiam reſpondendo *pag.* 335. usque ad *pag.* 357. ut ſi quis omnia receuſere vellet, non ſecus fruſtra conaretur, quam qui undas, ut ajunt, numerat.

155 V. Medicina tamen privatam potiſſimum utilitatem reſpicit, maximè ſingulorum, & potiſſimum infirmis prodeſt. cum non ſit opus bene valentibus Medico (ex dicto Chriſti, niſi pro cautela) ſed male habentibus, Jurispubl. autem tam circa publica quàm privata verſetur, & proſit univerſis, *Chaſſan. p.* 10. *gl. mund. conſ.* 27. Illa tantum reſpicit ſanitatem corporis, hæc conſervationem hominum reipub. & animæ; Quanto ergo anima corpore & respub. homine eſt præſtantior, tanto dignior eſt Jurisprudentia quàm Medicina, longeque melius eſt Socratem de moribus quam Hyppocratem de corporibus diſputantem audire *Sydon. 9. Epiſt.* 14. pluresque ſalutaribus juris & juſtitiæ quam Medicamentis conſervantur, in rep. Medici penuria unus vel alter periclitatur, prudentis vero Jureconſulti defectu tota pene reſp. Unde gliſcente inter cives tumultu plus prodeſt unum maturum conſilium (exemplo Menenii Agrippæ quando ſua ratione ſenatum plebi & plebem ſenatui junxit) quàm centum Medicorum purgationes de Rhabarbara, Guevar. *in horolog. princip. 1. lib. c. 43. n.* 190. Quæ tamen omnia citra contemptum Medicinæ dicta velim.

156 Conſtat quidem ex ll. noſtris, quod poſtquam Medicina Civitate Romana donata fuit, inter artes ſerviles primitus habita fuerit, *ex l. alimenta*, 16. §. 1. *de alim. leg. l. ſcio.* 10. *§. 1. de anno. leg. l. Thais.* 41. §. *Lucius de fideic. libert. l.* 1. §. *ne autem v. ſin. autem.* C. *de com. ſerv. man. ubi Medicus ſervus ad* 60. *ſolidos taxatur. junct. l.* 3. *in pr. C. Com. de Legat.* Licet hæc quidam de Chyrurgis non male explicent, cum hæc olim conjuncta fuerint, §. *præterea de l. aquil.* 4. *de Siccar.* Tamen ſua eis laus debetur, text. S. Scripturæ adſtipulante. de ejus utilitate *text. eſt in l. inter eos* 33. *§. fin. ex quib. cauſ. maj.* Eam ipſe Chriſtus exercuit, ſanando hæmorrhoides, *Marc.* 5. *v.* 22. Paralyſin. *Matth.* 9. Febrim, *Joann.* 4. & alios morbos. *Toloſ. de rep. lib.* 17. *c.* 8. Hac Plin. *lib.* 26. *c.* 1. *&* 29. *c.* 1. nullam eſſe fructuoſiorem facultatem aſſerit, prout Hyppocrati & aliis Medicis ſplendidiſſima à Principibus data fuerunt præmia, Ludovic. etiam XI. Gall. Rex teſte Comin. *lib.* 9. *&* 10. *de reb. geſt. Ludov.* XI. Medico ſuo dedit menſtruum ſtipendium decem aureorum millium, præter Epiſcopatum Ambianenſem, ejus nepoti, & munera publica ejus propinquis & amicis donata, unde natum vulgatum: Dat Galenus opes &c. ut etiam Medicum honorandum Altiſſimus voluerit, *Eccleſ.* 38. *v.* 1. Et Imper. Reges Principes quin & Angelos Medicos fuiſſe, latè oſtendit Tiraquell. *de Nobilit. c.* 31. *n.* 157. *V. Schönb.* 3. *Polit. c.* 42. *pag.* 288. quorum privilegia vide *apud Sadlerum de jure & priv. Med. Th.* 48. *Heig. p.* 2. *q.* 26. *n.* 22. *Lanſ. de Academ. Th. un. Benivin de privil. Jurec. p.* 3. *Privil.* 55. Eorumque ſententias etiam apud jureconſultos & judices ſemper in pretio habitas, patet *ex l. ſeptimo menſ. ff. de ſtat. hom. l.* 1. *§. fin. de ſuis & legit. & alias paſſim.* ut proinde Medicinam nobilitatem non obfuſcare *cap. præced.* reſponſum ſit: *add. Beſold. in Theſ. practic. verbo* Artzney. Ac merito tertiam Facultatem Medici conſtituant. Inter hos eminent Archiatri, qui ſunt Principum Medici, de quibus *in l. Medicos. & l. ſi quis C. de Profeſſ. & medic. lib.* 10. *Tiraqu. de Nobl. cap.* 31. *num.* 18. *add. rubr.* C. *de Com. & Arch. lib.* 12. *& l. Archiatros.* C. *de Metal. lib.* 12. *& §. jubemus Nov. de Sanctiſſim. Epiſc. p.* ubi carpitur merito Tiraqu. Chaſſ. *in Catal. gl. mund.* qui *part.* 6. *conſ.* 13, interpretatur Archiatrum, quaſi oſtiarum pa

latii ſeu Principis. Hic incidit quæſtio. An pactum exceſſivum inter Medicum & infirmum durante infirmitate valeat? Neg. *per l. ſi Medicus* 3. *ff. de Extraord. Cogn. l. archiat.* 9. *C. de Profeſſ. & med.* cum major prohibitionis ratio ſubſit in medico, quam advocato, & procuratore, de quota litis paciſcentibus quo majus ſubeſt vitæ irrecuperabilis, quam bonorum fortunarumque periculum, præſumitur enim patiens, quicquid etiam exceſſivum promiſſurus pro ſanitate & vita conſervanda *argt. l. ſancimus.* 21. *in fin* C. *de SS.Eccleſ.* juxta illud Job. Omnia dabit homo, ut redimat animam ſuam. Sicq; libertate actionis ſublata iniquæ extorſioni ll. improbatæ pacto tali ſubſiſtente daretur occaſio, unde natum illud vulgatum:

Accipe quando do'et, poſt morbum Medicus olet, Sicut autem aliæ pactiones durante lite inter advocatum & clientem, ita etiam inter Medicum & infirmum durante infirmitate ſuper moderato ſalario ſuſtinentur, multoque magis poſt ſanitatem reſtitutam: Nec enim Medicus gratis curare tenetur, ſed honoraria non tantum licitè accipit, ſed etiam exigit, etſi infirmus non convaleſcat, *per l. ſed an*, §. 1. *de negoc. geſt.*

Cum non ſit in medico ſemper relevetur ut æger.
Interdum docta plus valet arte malum.

Et

Eripit interdum modo dat medicina ſalutem, &c.

Pinell. in l. 2. *C. de reſ. Vend. p.* 2. *n.* 3. *pag. mihi,* 306. prout etiam lite finita pactum de quota litis cum advocato initum valet, *l.* 1. §. *ſi cui* 12. *de Extraord.Cognit.* Cur non cum medico, nec obſt. illud *Eccleſ.* 38. *c.* 2. A Deo eſt omnis medela, quod quis autem gratis accepit, gratis dare debet *Matt.* 16. Ad hæc videtur inter medicũ & infirmum eſſe contractus do ut des vel facias, quem ſi non impleat medicus & ex parte ſua medicus nec reſtituat ſanitatem non debeatur ipſi merces ad inſtar aliorum artificum: At quis militabit propriis ſtipendiis? 1. *Corinth.* 9. Quis plantat vineam & de fructu ejus non edit? quis paſcit gregem & lac ejus non manducat? Ad I. objectum ℞. intelligi de eis qui ſupernaturaliter & miraculoſe ex gratia gratis data curant, ut Apoſtoli, qui impoſitione manuum ægros curabant, at medicus, non niſi magno ſumptu in ſtudium impenſo & labore medicinam acquiſivit nec habet infuſam ſed ſudore partam, quam remunerari juſtitia, exigit *D. Th.* 22. *q.* 106. *a.* 3. Et ſi ſapientiſſimus ſenatus Cous præter innumera privilegia & honores Hippocratem medicinæ Principem aurea corona mille aureorum coronavit. Honor. IV Pontif. Thadæo Florentino medico ſuo ſingulis diebus quadringentos nummos aureos dari juſſit, & poſt convaleſcentiam decem millia. Ludov. Rex Franc. Medico ſuo Jacobo Caulterio decem millia aureorum penſionem donavit, teſte Tiraqu. *de nobil. c.* 31. *n.* 405. Ad II. Ob. ℞. per quem non ſtat quo minus conditio impleatur, eam pro impleta haberi adeoque Medicum ſatisfacere adhibendo poſſibilem diligentiam ſecundum præcepta artis ſuæ, ut d. At ſi vitam ſervaſſe aut ſanitatem procuraſſe omne pretium excedit, qui poterit hoc compenſari adeo medico ſatisfieri aut ad impoſſibile naſci allegatio. ℞. Compenſationem faciendam juxta perſonarum qualit. dignitatem morbi gravitatem & ſimilia, *juxta. D. Thom. cit loc.*

Ad Medicorum corpus referuntur Pharmacopolæ; qui juxta ipſorum præſcriptum ex mixtione ſimplicium pharmaca componunt. Wolfg. Sattler. *de jure & pr. Med. priv.* 68. 156

Porro quia medici aliquando per imperitiam vel ſupinam negligentiam vel oſcitantiam in præſcribenda medicina errores admittere poſſunt, quæſitum an Pharmacopæi iſtis cooperari debeant, an verò errore cognito mutare vel omittere præſcriptum poſſint, utpote in quorum manibus pharmaca continuo verſantur, & qui nonnunquam etiam ab infirmis ad curam requiruntur, maximè à pauperibus, cum hi nil pro viſitatione ut medici exigere ſoleant, ſed ea mutare non poſſe nec augere nec minuere Carol. V. Antwerpiæ Anno 1540. 8. Octob. edixit, ne ſcil. ſutor ultra crepidam exorbitet, utque functionum in rep. diſtributio ſit non confuſio. nec allegata utilitas quodque ab infirmis apothecarii pro tranſitu nil exigant quicquam facit, præterquam enim quod hoc non ſit univerſale, & potius in damnum patientum vergat, dum ex proprio cerebro medicamenta ſecum ferunt, indigenti unius flor. ingredientia 10. & plures ordinant, pro tranſitu nil petentes ſicque peteſauem dant gratis, & ſinapi reduplicato pretio vendunt, pro paucis multa, pro vilibus

Digitized by Google

vilibus pretioſa ægris obtrudunt, quod eo deterius quia ſæpe medici tabernas frequentantes uxori ancillæ vel Tyroni officinam relinquunt, qui legunt aliquando & præbent pro Anomo Ammoniacum, pro Apio apium, corallona corallum, Aparina Aſarinam, Croco Coccum, Enula Eſulam, Farfara Furfures, ut mortem magna pecunia multi emant, cum mors ſit in olla vel pixide

157 Huic quoque ſubſerviant Chyrurgi, cum non videatur ex artis dignitate, ut vel ipſe medicus medicamenta paret, vel vulneri manus admoveat. Hi in bene conſtitutis rebusp examinari & ſingulari jurej. ut etiam pharmacopæi adſtringi ſolent, & ſi contravenerint, ac temerè venena, aut fatuis hominibus vel ſimplicibus vendiderint, ad pœnam tenentur, Menoch. 2. *de arb. Iud. Cent.* 4 *caſ.* 359. Quin & ipſe Pharmacopæus, aut chyrurgus tenetur, ſi ipſius miniſter venena præbuerit, & veneno loco medicamenti dato alicui nocitum ſit, *Beſold.*

158 *verb.* Apothecker. & *c. ſeq.* * Huic tamen collegio minimè adſcribendi ſunt Empyrici, Impoſtores & Fungones, quos vulgus, Quackſalber / Theriacks-Krämer und Land-Streicher vocat, qui tantum loculis inſidiantur, & in rep. bene conſtituta non ſunt ferendi, P. S. O. *Anno* 134. *Beſold. verb.* Artzney.

159 Quid de Alchimiſtis dicendum? Artem ipſorum licitam eſſe tradit Delrio 1. *diſq. mag.* 15. *ſect.* 4. *q.* 4. *n.* 1. *Binsfeld. de maleſ. concl.* 3. *n.* 43. licet eorum aurum nec ad monetas, *ut ſupra d.* nec ad medicamenta adhibendum ſit, ſed tantùm ad uſum annulorum, catenarum & ſupellectilis domeſticæ, vel pro ornatu Eccleſiarum, vel pro auro artificiali non pro vero expendatur.

160 An Judici permittendum Cadavera reorum Medicis ad anatomiam concedere? Affirm. Speckhan. *Cent.* 1. *q.* 8. *Freher. lib.* 1. *parerg. c.* 25. cùm illa diſſectio boni publici gratiâ fiat, & Medicorum arti illa lacerorum corporum inſpectio ſummè neceſſaria ſit, aliasque illis Cadaveribus nullus debeatur honos, qui, antequam necarentur, pœnæ ſervi facti olim fuerant, & corpora abjici vel in furca ſuſpendi potuiſſent. Vivi tamen hominis anatomia minimè concedenda, ſed executio pœnæ ſpiculatori non Medico committenda, cum ars & ſcientia Medici ad ſalutem hominum inducta, non debeat interitum ejus & affectum contrarium operari; Et hæc ſit ars ſanandi, non nocendi vel occidendi, nimisque crudelis foret carnificina vivum hominem tam truculento cruciatu afficere, totum corpus dilaniare, lentâ morte hominem affligere, & tunc membrorum ſingulorum ſitum, ordinem, menſuram, opera, naturam & abdita quæque perquirere ac rimari, quæ æquè homine interempto priùs fieri & explorari poſſunt. *Add. Beſold. in Theſ. verb. Anatomy.* ubi ſub verbo Galg. remiſſivè tradit de ſuſpenſis & anatomicis ſectionibus deſtinatis, qui revixerunt, & hiſtoria ſtupenda mulieris ſuſpenſæ à cruce parientis, *de qua Lotich. in Petron. Arbitri Satyricon. lib.* 2. *Com. c.* 1. Prout ſuſpenſos adhuc viventes reſtitui poſſe, quamdiu ore ſpumam non edunt, docet Hippoc. *aphoris.* 43. ac licèt Epileptici etiam cadentes & paroxyſmo correpti ſpumam edant, id tamen fit ſine vitæ periculo; Illa autem, quæ ſupenſis contingit, è thorace & pulmonibus exprimitur, quarum ea humiditas eſt propria, qua deficiente de ſalute hominis actum eſt: qui caſus reſtitutionis licèt rarus ſit, tamen evenit aliquando, dum carnifex moræ impatiens, & lucro ſibi promiſſo inhians, mox ſuſpenſum de patibulo tollit, quem mortuum credebat, cùm adhuc viveret; Vel etiam, quod eveniſſe memini cum uno in furcam acto, ſtatim ſecundo affixo furca corruit, ultimus ſanus abiit, prior verò nondum mortuus reſumpto Spiritu ad priſtinas vires rediit, & dimiſſus eſt. Nec anatomia impugnatur, *per l. capitalium.* 28. *§. famoſos de Pœn. l.* 2. *ff.* 26. *fuit Caſ.* ubi damnatorum corpora non debent per fruſta dilaniari, niſi ob atrociſſimum ſcelus, *& in c.* 3. *de ſepult. in* 6. Bonif. VIII Pap. corpora defunctorum exenterantes, aut immaniter decoquentes, oſſaque tegumento carnis excutientes, quod fit in anatomia excommunicat, unde Judæi intra biduum vel triduum inhumare cadavera jubebantur. Videtur inſuper eſſe magna temeritas, arcana naturæ ejusve auctoris ſcrutari hoc modo. Ad I. dicitur aliud eſſe ex crudelitate & vindicta dilaniari, aliud cum modeſtia & arte corpora ſolvi. Illud lex vetat ſuper hoc Carol. V. An. 1550. conſulens univerſitatem Salmaticenſem id licitum eſſe reſponſum accepit, cui ſubſcripſerunt Bertrachius *in repertor. verbo Cadaver. Clarus* 5. *recept. Sent. §. fin. q.* 100. *n.* 2. Bonif. autem Papa tantum quorundam locorum

abuſum damnavit. Nec 3. dici poteſt curioſa temeritas, noſcere ſeipſum juxta doctrinam Chiloni ab Apolline datam quid optimum eſſet, ſciſcitanti, quod non tantum animi ſed etiam corporis cognitioni rectè applicari poteſt, ne tamen hæc ſcientia cum Aruſpicinæ ſpecie confundatur, quam antropomantiam Græci vocant; quando homines Diis vivos immolabant, utque ex viſceribus eorum futura prædicerent, ut Heliogabalus & Julianus Apoſtata, qui etiam gravidarum alvos aperiebat, ad quos alludit *Pſalm.* 106. Immolaverunt filios & filias ſuas dæmonibus, de qua abominabili Aruſpicina Juvenal *Satyr.* 6.

Pectora pullorum rimatur & exta Catelli,
Interdum pueri.

à qua longè diverſum eſt anatomica ars, quam primum exercuiſſe legitur Alcmæon, Chalcidio referente, quam licet Galenus à nullo veterum usque ad Proclis ætatem ſcriptis mandatam referat circa annum mundi 3600. ante Chriſtum verò 348. tamen per traditionem ante exercita, & ſi DEUS creavit medicinam, ſine dubio etiam hanc artem ſine qua illa obtineri vix poteſt, quam ideo Cynoſuræ Pyxidi nauticæ aſſimilant & Alphabetum Medicinæ appellant.

161 Pro coronide hoc addo, quod Bonilla Ducis Ferrariæ Conſiliarius aliquando interrogatus, quorum hominum in regione maxima eſſet abundantia? Reſponderit medicorum, ſubridente autem Duce, & regerente, quod tot eſſent mercatores, artifices, ruſtici, & concertatione cum Duce inita in ſe ſuſcepto onere probandi, Bonilla mox velata facie dolorem dentium ſimilans ſe foribus templi adinſtar mendici expoſuit, cui quivis pertranſiens lamentanti conſilium dedit, quorum omnium nomina conſcribi fecit, & intra breve tempus 300. Ipſumque Ducem medicinam ſuggerentem numeravit, & pecuniam illam ex concertatione lucratus eſt. Prout frequenter videmus omnis generis homines cuivis morbo medicinalia præſcribere velle, ſic

De lanio Medicus fit Soſylus, haud nova res eſt,
Facit enim lanius, quod facit & Medicus.

162 Q. *An medicus accepta certa mercede pro cura podagræ, ſi ſanatus reincidat iterum, eadem mercede eum ſanare debeat?*

Videbatur hæc ut ſurrogata eadem eſſe podagra, non videtur plane ſanatus, quia ſanitas non eſt durabilis. At Reſp. ſufficere, quod ſemel infirmus ſanatus ſit, & liberatus *arg. l. qui res §. aream de ſolut:* nec debet infinitum obligatio ejus durare; Alii autem diſtinguunt, an ex iiſdem humoribus redintegrata ſit infirmitas, vel ex aliis *Speidel v.* Artzney/ꝛc. quodſi culpa infirmi contingat recidiva, non teneri clarum eſt. *facit l. quod quis. de R. I. in 6.* prout in ſimili recenſetur caſus de quodam Monacho *in c. tua nos* 19. X. *de homicid.* qui mulierem à gutturis tumore per aperturam ferro factam curare intendit, cumque tumor aliquantulum reſediſſet, ipſa verò contra mandatum ejus ſe vento expoſuiſſet incautè, unde manante largo cruore mulier diem clauſit extremum, nec tamen eidem incubuit de neceſſitate nova cura maximè, quia non lucri, aut cupiditatis, ſed pietatis cauſa hanc curam ſuſcepiſſet, culpa fœminæ neglectam.

Quartum Collegium Philoſophi conſtituunt, quod nomen primò induxit Pythagoras à Leonte tyranno interrogatus, quam artem polleret? Reſpondens: Non Sophon ſe, ſed Philoſophum id eſt ſapientiæ amatorem eſſe. Miſeratione autem potiùs quam refutatione digni videntur, 163
qui inutile putant, in Philoſophia operam locare, cùm uſum rei non intelligant ſimiles vulpi Æſopicæ, nec mirum, quòd non appetant, cum ignoti nulla cupido, & tantùm volimus quantùm intelligimus, qui verò neglectis Philoſophorum ſcholis, ſpretis artium adminiculis ad Jureconſultorum & ſuperiorum Facultatum pulpita ſe convertunt, Baldum crepant, Juſtinianum ſomniant, hi Priſcianum ſæpè ut coquus murænam foſſare ſolent. & Phaëtonitæa plane audacia, fortuna verò plus quàm Icarea longe pejus ac Solares

Exſpaciantur equi nulloque inhibente per auras,
Ignota regionis eunt quoque impetus egit,
Hac ſine lege ruunt. - - - - - - -

Ad Philoſophorum claſſem referunt Oratores & Poëtæ: de illis Bodin. 4. *de rep. add. de Eloquent. Chock. lib. 3. in theſ. c.* 9. de his Horatius canit:

Aut prodeſſe volunt aut delectare Poëtæ,

Quæ de Poëſi non minus de hiſtoria prædicari poſſent, quis enim Alexandrum noviſſet, niſi de ipſo ſcripſiſſet Curtius? Quis eſſet Ulyſſes niſi præconem habuiſſet Homerum? Quis Alcibiades, niſi eum

ex-

extuliſſet Thucydides? Quis Cyrus ſine Xenophonte? Scipio Africanus ſine Lucio? Trajanus ſine Plutarcho? Nerva & Antoninus ſine Dione? Pomp: Magnus & Julius Cæſar ſine Lucano? Sic de 12. Cæſaribus Suetonius Tranquillus, de Antiquitatibus Judæorum Joſephus ſcripſit, alii de aliis, quorum aliàs memoria omnis cum ipſis ſepulta eſſet.

VIII. Sicut in loca ſublimiora per ſcalas certosque gradus aſcenditur, ſic ad Doctoratum tanquam apicem perveniendi certi quoque gradus conſtituuntur, *l. 11. ff. de muner.* Imper. Juſtinianus eos, qui in ſtudio Juris verſantur, primo anno Juſtinianeos vocat, quos olim ridiculo nomine Dupondios appellabant, *in Conſtit. ſua ad profeſſ. ll. perſcripta.* II. Qui alterum annum jam audiviſſent in edicto perpetuo Edictales, Tertii anni Papinianiſtas. IV. Qui quarto anno difficile legum nodos ſolvere noſſent, Lytas quaſi ſolutores, ulteriùs verò progreſſos, Prolytas appellari ſolitos tradit, & ipſe Imp. Juris Civilis ſtudio quinquennium præfixit, *in Conſt. omnem. §. nos autem. ff. præfixa. Sebaſt. Med. p. 3. de ll. q. 18. n. 4. Petrus Gregor. de art. Jur. c. 34. n. 18.* Juris verò Canonici ſtudio ſeptennium conſtitutum eſt, *c. cum ex eo, de Elect.* Quæ tamen tempora non ita accuratè hodie maximè in ingeniis præcocibus attenduntur, & non an diu ſed an laudabiliter, quis vixerit & ſtuduerit, inquirendum eſt, *c. gloria Epiſcopi. in fin.* 12. *q.* 165. 2. In ſingulis autem Facultatibus communiter Baccalaureatus & Licentiæ gradus ad Doctoratum præordinantur, & candidati in diſputatione publicâ eruditionis edito ſpecimine prævio tentamine nec
165 non rigoroſo examine promoventur. Baccalaurei primò, quam vocem quidam inde derivant, quòd olim hujus gradus Candidatis, frondes laureæ auro & argento decoratæ offerebantur, ut adhuc in quibusdam Galliæ locis moris eſt, & quod Baccalaureatus huic ordini conveniat, tradit Beſold. *in diſſ. de mag. p. 72. Clapm. diſp. de Acad. Theſ.* 11. Alii autem à bacillo dici volunt, quia primam ſtudii authoritatem per bacilli exhibitionem conſecuti ſunt. Propriè quidem in graduum numerum non venit, ſed potiùs præparatio eſt ad gradum: Hinc ſtatutum requirens graduatum non admittit Baccalaureum, Chock. *de Juriſd. in exempt. tom. 2. fol.* 111. nec eorum creatio ad regalia ſpectat, Treutl. *vol. 1. diſp. 1. theſ. 7. lit. a. licèt diſſentiat ab eo Bacchovius.*

Horum Tubingæ à Martino Cruſio 7. vicibus 330. creati leguntur, & Anno 1615. 29. Martij. 43. *apud Beſold. ad auct. V. Magiſter.* & intra 100. annos Wittenbergæ 4435. Magiſtri. Singulis vicibus 30. & 40.

Licentiati dicuntur, quibus licet petere ſum̄a 166
Magiſterii vel Doctoratus in artibus aliisque Facultatibus inſignia, quandocunque volunt. *Middend. de Acad. lib. 1. fol.* 135. Budæus illos Mellodidaſcalos appellat vel Doctores deſignatos. Hos in materia favorabili haberi pro Dd. tradit Alciat. *ad l. 57. de V. S. Riccius in prax. p. 2. reſol.* 467. (Licèt Licentiato præferatur Doctor cæteris paribus, *Chriſtina. vol. 1. deciſ.* 104. *Beſold. verbo. Licentiat. Lenaudericu, p. 4. de oner. Doct. q. 3. vel 6. tractatuum. fol.* 169.) Illud quidem, quia proximè cingendus, qualis eſt licentiatus, pro cincto haberi ſolet, *l. filiusfam de teſt. mil.* unde talis tanquam ad docturam deſtinatus & præparatus, ex uſu communi loquendi, etiam citra mendacium aut Falſi Crimen Doctor vocari conſuevit, Jaſon *ad l. quamvis. n. 6. C. de Inoff. teſt.* quod tamen in odioſis non æquè obtinet: Sic ſi ſtatutum requirat ad cooptationem in collegium Canonicorum, Doctorem, Licentiatus admittetur, prout in Eccleſ. Metropol. Colon. in Canonicos presbyteros, præter Perilluſtres, recipiuntur octo, qui ſint Doctores vel Licentiati Theologiæ aut Juris, *Nolden, in diſc. de nobil. cap. 5. n.* 18. Licentiati quoque poſſunt eſſe Cameræ Imper. adſeſſores, advocati, procuratores, *O. Cam. p. 1. t. 3. Ruland. de Commiſſ. 1. c. 14. in fin.* In aſſequendis etiam dignitatibus utrumq; comparat Concil. Trid. *c. 2. ſeſſ. 24. de reform. & c. 12. Eod.* ubi ſtatuit, quod Vicarius Capituli ſede vacante debet eſſe Doctor vel Licentiatus ſolenniter creatus. Sin autem è contra ſtatuto à Senatu excludantur Doctores, hac odioſa diſpoſitione non continentur Licentiati, & ita Hamburgi receptum ex fide digna relatione audivi: Inſuper tam arcta inter Doctorem & Licentiatum eſt conjunctio, ut qui in uno loco examinatus & licentiam adeptus eſt, nequeat alibi accipere gradū Doctoratus, ob cauſæ continentiam, *Mindan. lib. 3. cap. 5. n. 3. Matth. Steph. de Academ. c. 14. n.* 10. quod etiam multis in locis pro cautela abundanti, ut Coloniæ & Salisburgi promittere ſolent, ſe nec gradum reiteraturos, nec alibi inſignia doctoralia recepturos; Quin & Coloniæ inſuper jurant ſe à ſuperiore relaxationem hujus Juramenti

Digitized by Google

non impetraturos, nec obtenta uſuros: unde cum Ann. 1634. gradu Licentiæ in Jure publicè obtento ſimili Juramento adſtrictus, ad Cathedram Juris ordinariam & primariam Salisburgum evocatus, ob anguſtias temporis aliasque inconvenientias gradum Doctoratus ſuſcipere commodè Coloniæ non valerem, J. U. Facultas Colonienſis ſuper præfato Juramento, dato documento, ſigillo Facultatis munito, diſpenſavit, & gradum Doctoratus in utroque Jur. in Academia Moguntinâ aſſecutus ſum: ſimile ibidem in Theologica Facultate obſervatum memini, in Marco Aldringen poſtea creato Epiſcopo Seccovienſi.

167 Differunt tamen, quòd Licentiatus non poſſit promovere Doctorem, ut Doctor poteſt, & hine in caſibus, ubi ſpecialiter pro forma requiritur qualitas Doctoratus, non ſufficere Licentiam, tradit Ricc. *in prax. reſol.* 467. Quod ſcilicet in urbe Hamburgenſi & Dantiſco Licentiatis facilior ad Senatum patet aditus, quam Doctoribus. Matth. Stephan. *diſc. Academ.* 2. *fol.* 9. Et Auguſtæ Vindelicorum Patritii rarò promoventur ad Senatum ſi ſint Doctores. Speid. *in Verb. Licentiat, &c.* Ad ſolennia quod attinet: Licet Imperator verbo creare poſſit Doctorem, cum ll. & juris ſolennitatibus non ſtringatur, *l. princeps de ll.* prout à Rudolph. II. Imp. Berſium Legationi Turcicæ deſignatum Doctorem creatum legimus, Beſold. *de magiſtr. pag.* 151. In Academiis tamen certæ ſolennitates ad hanc inaugurationem requiruntur minimè negligendæ, cum nil facilè de juris ſolennitatibus mutandum ſit, *facit l. ſi quando C. de inof. teſt.* nec reſervata Principis alii uſurpare & in exemplum trahere debeant, Chaſſ. *in Catal. glor. mund. p.* 1. *concl. p.* 24. *num.* 91.

168 * Primo autem ad cooptationem in Doctorem in quacunque facultate requiritur ut procedat tentamen & rigoroſum examen, *l. nemini C. de profeſſ. & med lib.* 10. quæ adhibitis duobus ac tribus Dd. perfici debent, *Penius p.* 1. *de privil. ſtud.* 11. *n.* 4. *facit. l.* 2. *§. poſt hos. v. & obiter. ff. d. O. I.* idque ne ſine differentia docti pariter & indocti admittantur, de quibus legum doloribus dici ſolet: In inſtitutis eſtis ſimiles brutis, in digeſtis nihil poteſtis; in Codice ſcitis modice, in Novellis comparamini aſellis, Im Reichs-Abſchied ſeyd ihr nicht kommen weit, & tamen promovemini Doctores, ò tempora! ò mores! uti hoc in more habent. Nos accipimus pecuniam, & mittimus aſinos in Germaniam. Nam &

Pariſios ſtolidum, ſi quis transmittat aſellum,
Qui fuit hic aſinus, non fiet ibi equus.

qui trium litterarum Doctor, un Fol vocatur à Chockier, hæc de iis, qui tantum *in tit. de juris & facti ignorantia* ſtuduerant; interrogati de definitione juſtitiæ (qui primus *I. & ff.* eſt titulus) reſpondent, ſe eousque in ſtudio Juris nunquam progreſſos, & merito comparantur neceſſitati, quæ legis eſt neſcia. Profeſſores autem, qui indignos admittunt, puniri & privilegiis exui poſſe tradit Gregor. Toloſ. *de rep. lib.* 18. *c.* 9. *num.* 9. *Matth. Steph. de jurisd. lib.* 3. *p.* 2. *c.* 14. *n.* 126. *facit. c. privilegium*, 11. *q.* 3. Jaſon quoque docet, *in rub. ut nem. liceat. ſe ſine jud.* Scholarem indignum petentem inſignia Doctoralia peccare; Et Doctorem Profeſſoribus corruptis promotum non gaudere Dd. privilegiis ex Archidiacono refertur: Hinc etiamſi Scholaris notoriè peritus eſſet, tamen pro habenda Licentia vel Doctoratu in conſilio Dd. examinari debet, cum hoc ſit de forma, Jaſon. *in l. divortio §. interdum n.* 10. *Solut.* Licet aliter ſentiat Decius *in c. conſtitutum. n.* 7. X. *de appellat.* ubi notat rotæ auditores iterum examinari, id tamen non procedere, ſi reperiatur notorie excellens. Dignus autem, ſi rejiciatur, ab examinatoribus appellare, & de repulſa ſibi injuſtè facta conqueri poterit coram ſuperiore. In ipſa promotione tentati examinati & admiſſi candidati facienda, ad omnipotentis DEI laudem & gloriam, in nomine SS. Trinitatis Patris, Filii & Spir. S. inſuper actus aliqui exteriores in oculos incidentes adhibendi ſunt, qui rei auguſtæ, & magnæ, quæ peragitur meditationem excitent. & dignitatem ejus oſtendant; ipſis quoque candidatis notæ ſint & commonefactiones publicæ.

* Et primo quidem in ſedem & Cathedram Doctoralem tanquam Jureconſultorum ordinem omnium jurium & honorum Doctoralium poſſeſſionem inducuntur, ceu in ſignum acquiſitæ doctrinæ, cum ex cathedra docere nulli ſine permiſſu Principis alias liceat, *c. multi. diſt.* 40. *l.* 2. *§. Et ut obiter. de O. I.* ut ſcil. non de præſenti tantum, ſed etiam in futurum meminerint, quoties hanc vel aliam conſcendant, ejus, quod tradit S. Chryſoſt. 169

Homil.

Homil. 43. *ad c.* 23. *Matth. citatus in c. multi. Sacerdotes diſt.* 40. Qui bene ſederit ſuper Cathe-
170 dram, honorem accipiet ab ea. * II. Sedere in Cathedra jubentur, ut moneantur non inſtar Peripateticorum ambulatorie docendum eſſe, ſed ſedendo, prout judex pro tribunali ſedens ſententiam ferre debet, *c. fin. de ſent. & re judic. l. t. C. de ſentent. expenerit. c. ſedebunt* 3. *N.* 82. & ſedere judicantis eſt, *juxta D. Thom. p.* 3. *q.* 58. *a* 1. *ad* 3. quia creditur ſedens ſenſus magis habere recollectos, & mentem magis compoſitam; Vel etiam, quod ſedere major ſit dignitas, unde Doctor ad Magiſtratum veniens ſedere apud ipſum poteſt, cum aliis ſtandi ſit neceſſitas, *l.* 6. *in fin. C. de Poſtul.* Sic Tartarum Rex legatos Cæſaris ſedentes audire ſolitus eſt, aliorum legatos ſtantes. Reinck. *de Reg. ſac. lib.* 1. *claſ.* 2. *c.* 7. *n.* 52. Quid quod poſſeſſionem potius à ſedum, quam pedum poſitione dictam, probabilius ſit, *Dd. in per l.* 1. *de acqu. poſſ.* Surgere dein jubentur: Quia quando de plano proceditur, & ſummarie, judex etiam ſtando ſententiam ferre poteſt, *Clem. Sæpe. in fin.*
171 *de V. S.* * III. Libri traduntur (Theologis & Philoſophis alii) Jurium Doctori Can. & Civilis ſapientiæ clauſi in ſignum, quæſitam jam & in corde ejus latere reconditam ſcientiam quam aliquando etiam ſine apertura libri conſulentibus oſtendere poſſit, non voluntate & arbitrio proprio, ſed lingua & calamo ex libris & ſcriptis eorum, qui jura impartialiter condiderunt, rectè informato & bene erudito, *c. Lector. diſt.* 23. utriusque Can. & Civilis ſcientiæ ideo, quia jus unum alterius ope eget, & ſicut leges non dedignantur Sacros imitari Canones, ita & Sacrorum Canonum ſtatuta Principum conſtitutionibus adjuvantur, *c.* 1. *X. de nov. op. nunc juxta illud Bald. in proœm. decret. n.* 6. Juris Canonici Sanctitas juris Civilis ſublimitate decoratur, & contra juris civilis majeſtas Canonum auctoritate firmatur, & unum propter aliud coruſcat magisque timetur; IV. Aperti deinde libri traduntur ad ſignificandum, non ſolum poſſeſſionem librorum eruditos facere, ſed libros clauſos aperiendos, aliquando volvendos & revolvendos reſpondendum eſſe ex iis non ſemper clauſis ex tempore & memoriter, ſed quando res eſt altioris indaginis, non niſi lectis ac bene ponderatis totius legis, verbis & ipſius legiſlatoris mente, *juxta l. in civile ff. de ll. junct.* 19. *C. de Trans.* Item quod reſpondendum ſit ſecundum leges ſcriptas, *c. lector. diſt.* 23. nec judex lege debeat eſſe clementior, *l.* 1. *ad Turpill. §. oportet. Nov. de Judic.* Sicut enim Medicus ſecundum regulam artis, ita Judex ſecundum ll. procedere debet, prout Carol. I. Rex Siciliæ juſſit ſuſpendi judicem, qui ſuſpendio dignum manus amputatione damnaverat, *Heig. p.* 2. *q.* 22. *Garſ. de Exp. c.* 1. *n.* 29. Item ut meminerint ſolam librorum ſuppellectilem eruditos non facere, ſed

Lectio lecta placet, decies repetita placebit.

Librorum vero copia ſolum tumidis illud Auſonii commode inſuſurrari poteſt:

Emptis quod libris tibi Bibliotheca referta eſt,
Doctum & juridicum, te Philomuſe putas?
Hoc genere & chordas & plectra & barbita conde
Mercator hodie cras Cytharædus eris.

Cum enim quicquid ſcimus, eorum quæ ignoremus pars ſit minima, & humana memoria labilis ſit, *l. peregrè. de acqu. poſſ.* ſive ut verba Juſtiniani Imper. ſonant, *in l.* 2. *C. de Vet. Jur. enuc.* omnium habere memoriam divinæ ſolius, non humanæ ſit conſtantiæ, Dd. & jureconſultos ſequi oporet exemplum *in l. apud Pomponium.* 20. *ff. de Fideicom. lib.* ubi Pomponius ait, nam & ego diſcendi cupiditate, quam ſolam vivendi rationem optimam in octavum & ſeptuageſimum annum ætatis duxi, memor ſum ſententiæ Juliani, qui dixiſſe fertur: Etſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere, *V. Tiraq. de jure primog. præfat.* 1. ſicque creſcit amor ſtudii, quantum ipſa ſcientia creſcit. * V. 172
Diademate Doctoreo ſeu pileo & Bireto caput munitur; quia Pileus libertatem deſignat, & à ll. Scholaſticis exemptionem, ut antiquæ libertatis indicium & argumentum, prout ſervos ob officia dominis fideliter præſtita, ſæpe libertate donatos, eam per pilei conceſſionem adeptos fuiſſe, probat *l. un. §.* 5. *C. de latin. lib. toll. §. ſed & qui domini funus*, cum ſervi jus geſtandi pilei non haberent; ita hic pileus ſpectatæ virtutis; indeque promeritæ immunitatis, libertatis & dignitatis eſt teſtimonium; Cujus rei originem ad ipſum Noach refert *Meddend.* qui cum ſuis à diluvio liberatis pileum ipſos geſtare voluit, & ejus imitatione, qui tempeſtatem evaſerunt, pileum olim ſumere ſoliti fuerunt, ut ſic proclamatus Neodoctor in proceloſo ſtudii mari, horridi Jovis & irati Neptuni fervidis aſſulti-

Digitized by Google

aſſultibus circumactus, tandem in portu eruditionis conſtitutus, eos æmuletur. VI. Capiti autem ceu membro principaliori imponitur, tum quod hinc initium capiant ſenſus ac nervi, & *ut Plinius ait*, habent hic ſenſus arcem, huc venarum omnis à corde vis tendit, hic culmen altiſſimum, hic mentis eſt regimen. Unde S. Ambroſius interrogatus, cur in baptiſmatis lavacro caput lavetur & inungatur, reſpondit, quia ſenſus ſapientis in capite ejus, juxta dictum ſapientis, *Eccleſ.* 2. *Can. accepiſti. de Conſec. diſt.* 4. ut proinde reſponderit Jureconſultus *in l. diverſi* 44. *ff. de relig. & ſump.* Si in diverſis locis corpus ſepultum ſit, & alibi truncus, alibi caput reperiatur, cum unius hominis ſepultura duos locos religioſos facere non poſſit, illum religioſum fieri, ubi caput, quod principale eſt reperitur, unde quis ſit cognoſcitur, à quo omnes operationes animales initium accipiunt,
173 *D. Thom. p.* 3. *q.* 8. *in concl.* * VIII. Aureo annulo digitus exornatur, uti Jus aureorum annulorum à Cæſare concedi ſolebat, *t.* 1. *& t. t. de Jure aur. ann. ubi Weſenb. in paratitl.* ita autoritate Cæſarea hic uſus in gradu tribuitur; Et ſicut annulo matrimonium contrahitur, *argt. l. fœmina* 30. *q.* 5. ita ſcientia quaſi deſponſatur promotis; Ejus rotunditas æternitatis eſt indicium, qui enim ad juſtitiam erudierint multos, ſicut ſtellæ fulgebunt in perpetuas æternitates, *juxta Daniel. c. ſuper ſpecu-*
174 *la.* X. *de Magiſtr.* * VIII. Epomide aut Epitochio humeri veſtiuntur quo veteres Philoſophos uſos fuiſſe, in hac conſueta forma, videre licet ex antiquis picturis in ſchola artium plateæ Stoicorum Coloniæ, veram autem non ſimulatam Philoſophiam affectant Juriſconſulti, *l.* 1. *§. cujus nos de I. & I.* teſtis eſt Macrob. 1. *Saturn.* 6. *& Guevar. in horolog. Princ. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 4. Romæ receptum fuiſſe, quod artis ſuæ, quam quiſque exercebat, ſignum exterius geſtaret ſuper veſte, ita, ut ſi quis hoc negligeret, non ſolum puerum per vias inſequentium clamoribus ut fatuus inceſſeretur, ſed è veſtigio per cenſorem ergaſtulis & operi publico addiceretur, nec enim minus infamis Romæ adoleſcens otioſus, quam in Græcia rudis Philoſophus habebatur; ſic Conſuli ſecuris bellica & faſces præferebantur; Senatores conchas in brachio; Cenſores libellum; Gladiatores enſem: alij alia uſurpabant: Philoſophos verò Platonem, Ariſtotelem & alios humerali uſos fuiſſe, teſtis eſt Middendorp. & hinc humeralium ſeu Epitochiorum uſus deſcendit, nam

Noſcitur ex veſte qui non cognoſcitur ex ſe.
Et talis quoque præſumitur, qualem geſtat habitum;

Varietas autem colorum in ea divinarum humanarumque rerum, juſti atque injuſti ſcientiam denotat, *Bernegg. ad Sueton. c.* 50. Qua tamen veſte donatur, non ad uſum quotidianum, ſed ut ea in ſolennitatibus, deductionibus, promotionibus Academicis utatur. * IX. Aurea torque 175
vel catena exornantur Dd. juris: Sic enim Carol. V. *in Comit. Auguſt. Sive ordinatione Politica Anno* 1548. *ſub. rubr.* Von Doctoren. §. Deßgleichen/ habita deliberatione cum EE. Principibus & Statibus Imperii Dd. conceſſit pretioſiora veſtimenta, ornamenta, aureas catenas annulos geſtandi, quod aliis non omnibus imò nec Nobilibus indiſtinctè, ſed cum certa reſtrictione quoad catenas conceditur, idque ſub Rudolpho Comitiis Francofurtenſibus An. 1577. confirmatum legitur, quorum vigore, cum ante annos, civitas quædam Imperialis prætextu Statuti ſui veſtiarii contra uxorem Doctoris mulctando eam & pignorando proceſſit, in Camera Imperiali pro ipſa pronunciatum, refert Bechtius *de ſecur. & ſalu. Cond. Theſ.*
226. X. Complexu & oſculo excipitur in ſym- 176
bolum pacis, charitatis & amicitiæ, ut cogitationes & actiones ſuas ad amorem, concordiam & tranquillitatem publicam privatamque conſervandam & amplificandam, dirigat, memor, quod pax & juſtitia ſe oſculatæ ſint. Ac licèt Beſold. *in verbo Doctor.* tradat, quòd annulus, oſculum, & benedictio ideo non ſint de ſubſtantia, quia mulieres oſculantur, deſponſantur, benedicuntur: Nil tamen ex hoc dicto infertur, cum non ſolus annulus oſculum & benedictio eſſentiam Doctoratus conſtituant, ſed plura alia ſupra recenſita, ut concurrant, neceſſe ſit, quæ in mulieribus deſponſatis per annulum & benedictionem à Parocho deficiunt, deinde intentio agentis actum judicat ſe-
cundùm quem res quævis regulanda eſt. * XI. 177
His præviis promotus actum Profeſſuræ in cathedra exercet, & materiam aliquam pertractat, ac demum gratiarum actione nec non mutuis congratulationibus actus inauguralis concluditur.

* Sub

Digitized by Google

178 * Subnecto quæſtionem controverſam. An mortuus Doctorari poſſit? Affirmat quidem Fagnan. *in libell. problem. cum meth. Juris Univ.* 132. ubi ſe ipſum citat. *ad c. à nobis la 2. de ſent. Excom.* Sed negat hoc Abbas hac ratione, quod quis Doctoretur ad docendum, *l. Magiſtri. C. de Profeſſ & Med* quod non poteſt facere mortuus. Et licet non omnes Doctores actu doceant, ſicut nec omnes Sacerdotes adminiſtrant omnia Sacramenta, niſi habeant ad hoc Jurisdictionem, tamen principalis Doctoris finis eſt docere, & potentia debet poſſe reduci in actum, ut eſt in Sacerdote, cui Parochia dein conferri poteſt, at in mortuo deductionis in actum omnis ſpes abeſt; At dices mortuus poteſt nobilitari, *ut ſup. oſtenſum, in cap. de nobilit.* Item ut honore, ita etiam injuria affici. *l. qui ſepulchro. C. de ſepul. viol.* R. Differentiam eſſe, quod decus nobilitatis mortuo collocatum deſcendat ad Poſteros, nec mortui nobilitati filius cenſeatur novus nobilis, qui nobilitati ſuæ origo ſit, ſed ea deſcendat à Patre, quod non eſt in Nobilitate Doctorali, quæ cum perſona evaneſcit, nec ad Liberos eſt tranſitoria, Et ſic quoque injuria mortuo illata vel cadaveri (prout & exarantes mortuos excommunicantur, *Extrav. Joann. 8. deteſtandæ de ſepult.*) ſpectat ad exiſtimationem heredum, iique injuriâ affecti cenſentur, & actionem habent, *l. 1. §. 8. Etſi forte, de Injur.*

179 IX. Ne autem Doctoratus vanum nomen & purum ens rationis videatur, omni fundamento carens, Jura tam Canonica quàm Civilia, Pontifices æquè ac Impp. diverſa iis privilegia tribuerunt, non tantùm in rep. literaria, ſed etiam in Politia obſervanda. Omiſſis iis, quæ cum ſcholaribus habent communia quorum, 180. congeſſit Rebuff. & poſt eum Horat. Lucius, particularia tantùm quædam attingendo. I. Eſt ex regula Cancell. Paul. V. Pontif. quæ eſt in ordine 16. ubi proviſum, ſi plures concurrant ſuper beneficio aliquo vel dignitate Eccleſiaſt. vacante, ſub eadem data collato, cæteris paribus graduatus non graduato præferendus, ita etiam, ut magis graduatus minùs graduato, Doctor Licentiato, Licentiatus Baccalaureo, hic ſcholari præferatur; ſin verò in eodem gradu ſint ambo, & vel Doctor, vel Licentiatus ſit, uterq; præferatur in majori digniori & potiori profeſſione ac ſcientia conſtitutus; Ut Theologus Canoniſtæ, Canoniſta Legiſtæ, hic Medico, Medicus artium Magiſtro, Doctor quoque Theolog. & Juris ſimul, aliis qui tantùm in una Facultate gradum habent. Licèt non deſint, qui Canoniſtam Theol. in hac parte præferendum cenſeant, quam ſententiam ſequitur Chock. *in comment. ad d. Reg. Cancell. 16.* Cæteris verò paribus ſi concurrant duo Theologi vel duo J. U. Doctores ſeniorem, & qui diutiùs gradum obtinuit, ac profeſſus eſt, juniori præfert Middend. *lib. 1. c. 7.* ubi hoc ſenium à tempore adeptus gradus licentiæ computandum monet, licèt is poſt alium Doctor evaſerit. II. Si in Civitate ſummus Princeps verſetur, Doctori uti vehiculo permiſſum eſt, quod aliis paſſim non conceditur, *l. 1. C. de Honorat. vehic. Pacian. lib. 2 c. 41. n. 151. de Probat.* III. In ornamentis & uſu eatenarum quid obtineat, *d. eſt hoc cap.* Inter Doctores ipſos propter dignitatem, & officia alii aliis præferuntur, ut Principum Conſiliarii, Menoch. *de arb. Jud caſ. 68. n. 15.* Item aliis præeminent, qui in Academiis publicè profitentur, ſive actu docent, qui quamvis juniores ſint, gradu tamen præferuntur aliis Dd. non Profeſſoribus etiam ſenioribus, Cothom. *reſp. acad. 14. n. 73.* V. In Cam. Imp. Spirenſi, ubi dimidia pars Aſſeſſorum eſt ex ordine Equeſtri loco, Nobilium Dd. & Licentiati admittuntur, *Ord. Cam. part. 3. §.* Deßgleichen ſollen. & in eadem Dd. cum Nobilibus paribus fruuntur ſtipendiis. VI. In Concil. Trid. *ſeſſ. 24. c. 16. de reform.* proviſum intra dies poſt mortem Epiſcopi conſtituere teneatur, qui ſaltem in Jure Canonico vel Doctor ſit vel Licentiatus. VII. Salicet, *in l. 7. C. de Poſtul.* tradit, quòd ſi Comitiſſa nubat Doctori, non dicatur ſuâ conditione indigno nupſiſſe: Etſi maritus Nobilis moriens teſtamento cavit ſub certa pœnâ, ne uxor ejus vidua nubat familiæ ſuæ indigno aut inferiori, hæc non perdat lucrum, ſi Doctorem ducat, nec pœnam luet, faciliùs enim ſolius Nobilitatis, quàm Doctrinæ titulus, quem habent Doctores, acquiritur, cùm *ut c. praeced. demonſtratum*, furioſus, mente captus, infans, poſthumus, quin & mortuus, nobilitari poſſit, qui tamen Doctorari nequeunt; Hinc cum Georgius Fiſchellus J. U. Doct. inſignia Equeſtris militiæ à Sigismundo Imper. conſecutus deliberaret, vel dubius hæreret, an lateri Doctorum vel Equeſtris ordinis ſe in ante-

Digitized by Google

camera adjungeret, ad Equites autem magis inclinaret: Stulte, inquit, Imper. quid literis & doctorali dignitati Equeſtrem præfers, nam ego Equites & Nobiles uno die mille facere poſſum, Doctorem verò mille annis unum non facere. VIII. Ex communi ſententia qui per 20. annos publicè docuerunt Jura, Illuſtribus annumerantur & Comites fiunt, *l. un. C. de Profeſſ. qui in urbe Conſtant. lib. 12. Lym. in annot. ad Capit. Ferd. III. a. 47. pag 791. Weſemb. Conſ.* 40. *n.* 5. prout hanc communem eſſe teſtatur Arum. *vol. 2. de l. publ. diſc.* 4. *Menoch. de arb. Jud. Cent. 1. caſ.* 68. *n.* 43. nec reſtringenda eſt, *d. l. un. ut voluit Reinck. de Reg. ſæc. lib. 1. claſ. 5. c. 11. & ult. n. 54.* tantùm ad Profeſſores urbis Conſtantinop. cùm ratio legis generalis ſit, *Benius de privil. Jurec. p. 14. Bulla diſc. 1. pag. 98.* Licèt Moditius. *in §. Reſponſa prudentum. dub. 17. n. 9. l. de Jur. nat. g.* ad ordinarias lectiones extra Inſtitutiones hoc reſtringat. In ſtudio Patavino ex Privilegio Frider, Imper. ad hoc deſtinati ſunt 16. anni, & ita in Auditorio, Jureconſultorum, Pragæ legi; ſcribit Middend. 5. *de Acad.*
180 *apud Beſold. 1. Politic. 12. n. 39.* * Quæſtio hic incidit, an ſpuriis Doctoralia inſignia conferri poſſint? Juſtinianus Imp. *in l. 2. §. quæ omnia. C. de Vet. Jure Ennucl.* Anatolium Jureconſultum laudat, quòd ab antiqua legitima ſtirpe genus ducat, Jaſonem verò legimus à Collegio Mediolanenſium Jureconſultorum repulſam paſſum, quòd legitimè natus non eſſet, Bononiæ quoque Statuto cautum, ne Spurii cooptentur ad Jureconſultorum Collegium, Baſileæ etiam & nonnullis aliis Germaniæ Academiis, ut & hîc Salisburgi in natales eorum inquiritur, qui gradum Licentiæ vel Doctoratus ambiunt, nec antequam de legitimitate eorum conſtet, iis inſignia conferuntur; Non tamen dicendum eſt, *cum Vivio deciſ.* 16. 2. *n.* 10. *lib.* 1. Spurium non magis poſſe eſſe Doctorem, quàm aſinus ſit homo, cùm illegitimus virtute inclareſcere poſſit, ut etiam legitimorum officiat luminibus. * X. Quæri aliquando ſolet, an gradûs Doctora-
181 lis aſſumptio Nobilitatem obfuſcet? Affirmativa multos Nobiles à bonis artibus abſterret; Verùm niſi affirmantes illi ignorantiæ ſe totos addixiſſent, videre facilè poſſent Julium Cæſarem, Auguſtum, Tiberium, Claudium, Adrianum, Marcum Antonium, multosque Principes Rom. literis ita excultos fuiſſe, ut libros & commentaria ſcripſerunt, iisque objici poteſt illud vulgatum:

Quod decuit Reges, cur tibi turpe putas?

Prout etiam extant exempla Ducum, Principum, Comitum, Baronum, qui gradibus inſigniti fuerunt; Sic Jo. Cognomento Theologo Henetorum & Mediolanenſium Princeps eſſe non deſiit, nec ejus reputationi quicquam derogavit, quod in Acad. Pariſienſi titulum Doctoris conſecutus ſit, ſic Hermannum Haſſiæ olim Landgravium Pragæ Magiſterii gradu inſignitum fuiſſe annales docent. Et Doctorum omnium primus ex hiſtoriis Germanorum ex Nobiliſſimo genere de Mangelfeld Conſiliarius Ottonis II. Imper. circa Anno 974. fuiſſe perhibetur. Sic Joan. Dux Megapolitanus D. Theol. Pariſiis creatus, Albertus de Bolſtad. magnus dictus in Suevia parentibus natus generoſis in Gallia titulum Doct. aſſumpſit. Henricus de Klingenberg Imper. Rudolph. I. Cancellarius, Leopoldus de Babenberg. Franciſcus Princeps Epiſcopus Papæburgenſis, Richwinus Dux Lotharingiæ, Georgius Dux Tecienſis Jurium Dd. fuerunt, Albertus IV. Bavariæ Dux Baccalaureus Pariſienſis fuit, & alii multi perpriſca Nobilitate, quos refert Kirchner. *vol. 2. orat. 3. Et Panegyr. Melibæm.* Sigismundum etiam Baronem ab Herberſtein in Academ. Viennenſi & Albertum Bavar, Ingolſtadii Baccalanreos creatos, & hunc Ducem Chiropeplum, vulgo Liropippium Baccalaureorum inſigne publicè per plateas geſtaſſe, in ſignum obtentæ ſcientiæ, tradit Andr. Memye. *in diſſ. de Jurid. p. 3.* Plurimi quoque Pontifices & Cardinales Dd, Jureconſulti præſtantiſſimi ac auditores rotæ fuerunt, eos quos noſtra ætas vidit & novit omitto, ut proinde miſeratione potiùs quàm refutatione digni videantur, qui gradus hos deſpiciunt cùm uſum non intelligant. Similes vulpi Æſopicæ, quæ cauda amiſsâ aliis voluit ſuadere ut ſuam etiam deponerent, quod ſuperfluum onus eſſet corporis. Prædictis addo Guilielmum Gelriæ Ducem, qui Fratrem omnibus charum videns filios ejus ſolius Doctrinæ gratia Pariſios miſit, non reverſuros niſi cum gradu Magiſterii. Bertholdus de Waningen Baro, creatus dein Viennæ & Friſingenſis Epiſcopus, Georgius Adamus de Martinitz Camerarius Erneſti Auſtriaci. Joannes Ferdinandus Baro de Khüenburg, Joannes Bernardus

Digitized by Google

nardus Baro de Herberſtein An. 1620. Grezii creati fuére Philoſophiæ Doctores, Beſold. *a ſauct. v. Magiſtri, &c.* Hac memoria Illuſtriſs. Comes Carolus de Liechtenſtein Canonicus & Decanus Metropol. Salisburgenſis, dein Canonicus & Epiſcopus Olomucenſis in U. J. gradum Doctoratus aſſumpſit; Walramus quoque Dux Juliæ Princeps & Archiepiſc. Colon, natus ex Gerardo Comite, & Eliſabetha Duce Brabantiæ Licentiatus fuit Juris Canonici Coloniæ ſepultus. *Gelen. in Colon. Claud. pag. 246. ſeq. 168.*

182 QUÆST. II. *Quæ autem ætas in cooptatione I. D. requiritur?*

Annum ætatis 17. completum ſufficere tradit Anchoran. *in præm. lib. 6. decret. Beſold. verbo. Doctor.* Hac enim ætate olim virilem togam Romæ ſumebant, & à parentibus filii in forum deducebantur noto exemplo Papirii, ut veteres dicebant Bapſii, (antequam lit. R. ab Appio Claudio inventa eſſet) *juxt. l. 2. §. 36. de O. J.* Hæc ætas ad advocandum & poſtulandum ſufficiens. *l. 13. de man. vind l. 12. C. de Procur. l. 1. §. 3. de Poſtul. §. juſtæ. quib. ex cauſ. man. non lic.* Hac ferè ætate Nerva publicè de Jure reſpouſitaſſe legitur, *d. l. 1. §. 3. & 4. & §. fin. Ex quib. cau. man.* quæ forma olim, ad conſtituendos Jureconſultos exigebatur, *l. 2. §. poſt hunc 37. §. & ut obiter de O. J.* Illa quoque ætate quis Judex pedaneus eſſe poteſt, *l. quidam. 57. de re Judic.* Ac licèt Bononiæ ad lecturam ante ætatem 25. ann. nemo admittatur, inde tamen ad gradus collationem illatio non valet, quin etiam propter Doctrinæ Excellentiam in Juvene ab ejusmodi Statuto receditur, *Zaſ. in l. 3. n. 8. de reb. Cred.* Sic Mynſingerus anno ætatis ſuæ 21, publice docuit, ut idem de ſe ſcribit. *Cent. 4. obſ. 92.* Hinc Celſi juvenis mentio fit *in l. 95. §. 3. de V. O.* Non obſtat, quod minor 25, ann. alieno eget auxilio & conſilio, *l. 1. de minor.* & imprudenti Imperio regitur. *Nov. Leon. 28.* adeoq; periculoſum ſit, tali laborantium ſpem & vitam committi, quod Dd. & advocatis ex officio incumbit, *l. advocati. C. de advoc. div. Jud.* unde etiam juvenis advocatus litium confuſor eſſe dicitur *Menoch. de arb. Jud. c. 87. C. 192.* ex eaque ratione nec tutor nec curator eſſe poteſt, *§. Item major. I. de Excuſ. tut.* & ante annum 25. ad honores nemo admittatur in republ. gerendos *l. ad rempubl. ff. de mun. & hon.* Ut in aliis malitia, hic doctrina ætatem ſupplere poteſt. II. In tutela vel cura deferenda diverſum, quam in Advocatia pro majore ſuſcipienda, *l. 3. §. ſervum. 11. de min. l. cum mandatum, 33. Eod.* III. Non bene à munere reip. ad gradum infertur ob rationem diverſitatis facile omnibus obviam. Adeſt & alia diverſitatis ratio, quod tutor minoris & pupilli minor eſſe non debeat, quia uterque favore dignus eſt, & cavendum ne ambo cadant in foveam, nec quicquam imputari poſſit pupillo vel minori, qui tutorem ſibi non elegit ſed à patre lege vel judice invitus accipit. Advocatum verò pro defenſione ſuæ cauſæ cliens ultro eligit, qui ſi major ad hoc minorem juriſperitum aſſumat, eſt quod ſibi hoc imputet. *l. 1. §. 11. de minor.*

Q. III. *An ſi ij Profeſſorum gratis examinandi?* 183

Affirmat. Benius, *p. 3. cap. 60. Vivius deciſ. 159.* ubi hanc opinionem vocat Sacroſanctiſſimam. *Add. Beſold. in theſ. verb. Doctor. & l. 5. §. 4. C. de Advoc. diverſ. Jud.* Quod ſi tamen Doctores jura remittant, Candidato Pedellus ea remittere non tenetur. Rebuff. *in prax. de diſp. ſup. def. nat. p. 318. n. 97. ad Boerium de ordin. grad. p. 1. n. 31.*

Q. IV. *Quid de doctoribus bullatis qui ex reſcripto &* 184
bulla gradum acceperunt, an privilegijs Dd. gaudeant ſicut ij qui in Academ. deſignantur?

Neg. *Alex. in l. Centurio. de Vulg. ſubſt. n. 10. 20. 21. Coler tract. de proceſſ. Execut. part. 2. c. 3. n. 129. Guid. Pap. 68. n. 3. Middend. lib. 6. Acad. pag. 129. argt. l. ſi ita. 51. §. 1. de leg. 2.* & quod reprobentur, *lib. 7. decret. tit. de Magiſt. c. 2. l. 3. t. 4.* quod non abſimiles videantur Bullæ faſtu & ſupercilio exterius elati & turgidi, intrinſecus verò vacui, & inanes; & convenientius appellentur, magis bullæ doctoratæ; quàm Doctores bullati, *Beſold, Verbo. Doctor.* & nominatim de bullatis Doctoribus non amplius creandis extat Bulla Pij V. *Zypæ. in enarrat. analyt. Juris Pontif. t. de Magiſt. fol. 495.* Sic in ſtatutis Collegiorum, &c. quæ graduatos requirunt, non contineri eos, qui bulla tument, tradit Eraſm. à Chockier. *in conſtit. Concil. Later. p. 5. §. 14. n. 3.* Sic in Academia Patavina ad lecturam non admittuntur; *Anton. Ricciobon. in tract. de Gymn. Patav. lib. 1. c. 8. Otto Meland. ad proceſſ. Noë Meurer. ad ſupp. 45. n. 115.* In camera quoque in aſſeſſorum ordinem ejusque commiſſariorum tales non recipi, ait Ruland. *lib. 1. de Commiſ. c. 14. ex ordin. Cam. p. 1. t. 18.*

Q. V.

Digitized by Google

185 Q. V. *An Doctores & ſcholares à jure migrationis* vom Abzug *immunes?*

V. conſil. Argent. tom. 2. conc. 43. q. 3. Beſold. *verbo* Studenten. Affirm. ita ut Doctor vel ſcholaris abſoluto ſtudio vel ex alia cauſa migraturus non teneatur, licet poſt mortem D. vel ſtudioſi, ſi ejus hereditas ad alios deveniat, hoc onere afficiantur, quia tunc bona principaliter veniunt in conſiderationem, ut proinde non gaudeant privilegio perſonæ amplius non exiſtentis in rerum natura, niſi fortè ſuperſint uxor, vidua aut liberi, qui defuncti gaudent privilegio.

186 Q. VI. *Controverſum eſt, an Juris vel Medicinæ Doctor conductus à civitate ad negocia, alicujus univerſitatis, ut conſulat tanquam Synd. vel advocatus, aut infirmos curet, præcedere debeat ſingulos de collegio vel corpore aut civitate, à qua conductus eſt?*

Affirm. (conſulibus tamen exceptis) probatur *argt l, ſed etſi §. qui manumittitur ubi Zaſ. n. 7. de in Jus voc.* ubi manumiſſus ſub Univerſitate non eſt libertus ſingulorum, & ideo ſingulos in jus vocare poteſt, cum ſingulis non debeat eam reverentiam, unde Zaſ. *d. loc,* refert, conductum certo ſtipendio à civitate poſſe eſſe advocatum contra ſingulos cives, lege conductionis non obſtante, prout & *juxta eundem Zaſ. de Feud. pag. 7. n. 53.* Vaſallus Univerſitatis non eſt ſingulis perſonis obligatus, ſed toti Univerſitati, unde ſingulas perſonas impune poteſt offendere, excepto adminiſtratore, cui ſervitia feudalia præſtare tenetur; Ergo idem dicendum, quod Syndicus civitatis, adminiſtratorem tantum den Bürgern ac conſulem ſequi cæteris præferri debeat. Beſold. *in diſſ. de Magiſt. pag. 127.*

187 Occaſione hac notandum, quod profeſſores Dd. & Scholares propriè cives non ſint, nec oppidani aut Civico magiſtratui ſubſint, ſed cenſeantur quaſi metati, hoc eſt ad loca Academiæ miſſi, ut ibi corpus faciant peculiare doceant & diſcant, prout in ſimili de aſſeſſoribus Cameræ Imper. loquitur Tileman. *in deciſ. Cameral. Syntag. 1. deciſ. p. 5. vot. 9. n. 3.* vel potius Metæci, *de quibus in l. certa forma C. de Jure Fiſci lib* 10. hoc eſt juſſu & voluntate ſummi Principis ad loca Academiæ migrantes, ibique proprio privilegiato jure & privilegio utentes, *Cothem. reſp. acad. 1. n. 14.* male autem hos incolas vocat Colerus, *de proceſſ. Execut. p. 1. c. 3. n. 220.* licet in favorabilibus habeantur pro civibus, *Bart. in l. 3. §. ſi emancip. n. 4. de bon. poſſ. cont. tab. Zaſ. in l. 2. §. patronum. n. 6. de in Jus Voc. Cothom. reſp. 1. n. 262.*

Illud quoque non prætereundum, quod quam- 188
vis regulariter duella ſint prohibita, ſpeciali tamen ratione Doctor vel ſcholaris à milite provocatus comparere non teneatur, ob imparitatem, quod armis aſſuetus non aſſuetum provocet, & provocans armiger Doctorem, æque videtur abſurdus ac ſi Doctor vel ſcholaris militem (qui arma magis quam Jura ſcire præſumitur, *Inſt. de Teſt. mil. l. 22. c. de Jure delib.*) ad diſputationem ſcholaſticam provocaret, *Paris de Putio de re milit, lib. 9. q. 5. Plura circa Dd. privilegia, V. apud Beſold. diſſert. de Magiſt. c. 9.*

Demum hoc addendum, quod Doctor ſemel 189
degradatus vel gradu privatus, iterum doctorari non poſſit, *juxta Schrad. Conſ. 1. n. 340. vol. 1.* qui idem tradit de Tabellione, & de Cardinali, *n. 342. Beſold. v. Doctor.*

X. Univerſitatis quoque Academica mem- 190
bra digniora ſunt ſcholares, quorum ſcientia totus illuminatur orbis, *auth. habita C. ne Fil. pro patre.* qui ſemina ſunt futuræ reip. ac propterea ampliſſimis ornati ſunt privilegiis, quorum 180. Rebuffus, centum verò recenſet Horat. Lucius.
add. Chriſtoph. Coztenerium ad d. Auth. * Scho- 191
larium nomine veniunt non tantùm divinarum & SS. legum Studioſi, ſed quicunque Studiorum gratia in Academiis & Scholis commorantur, ſive Theologiæ aut Juri, ſive Medicinæ, Philoſophiæ aut aliis liberalibus Studiis operam navent, etſi ſint unius diei novitii, *Bald. in proœm. ff. §. illud. l. qui concubinam. ver. quanto libet tempore de legat. 3. l. legatis. §. ornatricibus Eod. l. qui ætatis. C. lib. 10. l. 3. & 6. C. de privil. ſchol.* niſi in fraudem ſeſe matriculæ inſcribi fecerint, *facit l. cum quadam puella de Jurisd.* ut autem privilegiis gaudeant, ſequentia requiruntur, *juxta Horat. Lucium in proœm. de privil. Schol. n. 32.* I. ut verſentur in Academia approbata ubi literarum ſtudia exercentur, & autoritate publica docentur *c. 2. de priv. in 6.* Sic clerico ſtudiorum gratia abſenti fructus præbendæ alias præſtandi, non præſtantur, ſi ſe conferat

Digitized by Google

ferat ad loca in quibus non eſt exercitium ſtudii publicum, *c. tua* 12. *de Clericis non reſid.* nec alibi, privatim aut in ſcholis particularibus ſtudentes aliis ſcholarium privilegiis gaudent *Gilken. ad d. auth. n.* 25. Sicut enim ſi quis authoritate ſua quaſi ſacrum locum ſibi conſtituerit ſacer non eſt; ſed Profanus, *l. 6. de R. D. §. Sacra. §. ſi quis autem l.*
192 *Eod.* Ita hic idem dici poteſt * II. Exigitur, ut ſcholares in Academia literis invigilent, ſi frui velint privilegiis, nam qui nihil præter nomen, imaginem & titulum ſtudioſi gerunt, lectiones publicas non audiunt, exercitia ſolita non frequentant atque ita defacto ſe ſcholarium ordine eximunt, hinc inde nocte dieque vagantur, quos Pſeudo-ſcholaſticos, vagantes vulgus appellat, ut & ij qui inſolenter & diſſolutè vivunt, privilegiis ſe indignos faciunt, cum enim in his ceſſet cauſa privilegii, quæ eſt favor, ceſſabit quoque ipſum privilegium, *c. cum ceſſante X. de Appell. c. Abbates in fin. de V. S.* indignus, beneficio legum eſt enim qui in legem committit, *l. auxil.* 37. *in fin. de Minor.* Sicut enim Monachum non facit cappa, nec habitus, ſed profeſſio, nec Hieroſolymis fuiſſe, ſed bene vixiſſe eſt laudabile, *c. in loco* 5. *q.* 4. *c. gloria.* 71. *in fin.* 12. *q.* 2. Chriſtianus quoque non eſt, qui opera Chriſti non facit, *c. cauſæ.* 20. *q.* 5. Sic mendacium dicit, qui ſe ſcholarem profitetur, & opera ſcholarium in affectu non præſtat, *Lucius de privil. ſchol.* Imò deſides non in ſcholis militantes, ſed in fornicibus, & gurguſtiis deliteſcentes, obedientiam excutientes (quos vulgo Scoriſtas vocant) fucos & carcinomata facti infamiæ laborare vult Jaſon, *in l.* 1. *C. de SS. Eccleſ. Navarr. in ſylv. nupt. n.* 24. Fuit quidem olim apud Romanos ſub præfecto morum diſciplina attentiſſima, ita ut acrius in errata adoleſcentiæ joco etiam admiſſa, quàm hodie in flagitia ex propoſito admiſſa adverteretur, unde Catonis Uticenſis filius quod publice aquam hauſtræ urnam fictilem fregiſſet, & Cinnæ filius quod ad decerpendum fructus hortum alienum intraſſet, relegati fuerunt, quorum neuter 15. annum impleverat. Nemini verò Romæ in publicum prodire fas erat niſi inſigne ſecum portaret opificii vel artis quam factitabat, quoque victum quærere intendebat, alias puerorum clamoribus ut fatuus inceſſabatur, & à cenſore ergaſtulis operi publico faciendo adducebatur, hinc etiam Imperatori prælatum fuiſſe cereum ardentem conſuli ſecurim, Sacerdotes geſtaſſe galericulum forma reticuli crinalis, ſenatores conchas in brachio, cenſores Ponduſculum, Tribunus clavem, regulos ſceptrum, Pontifices coronam plectilem, oratores librum, gladiatores enſem, aurifices catillum, idemque reliquos artifices feciſſe ait Guevar. *in horolog. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 9. *& p.* 9. Verum ut tunc ex mille vix unum improbum invenire licuit, jam verò magnum numerum invenire, quæ malorum lerna non foret ſi ad veterem reditus fieret diſciplinam Romanam; ſtudioſum autem, qui etiam Advocati vel Procuratoris Amanuenſem agit non amittere privilegium ſcholaris ait Brunem *ad l.* 9. *C. de SS. Eccl.* * Idem judicium de 193
iis, qui nigromantiæ & aliis prohibitis dant operam, *Dd. in c. cum de privil. in* 6. De Profeſſoribus officium negligentibus idem tradit Hunn. *Ad Auth. habita p.* 45. quanquam ſi de jurisd. & foro eſt quæſtio, Pſeudo-ſcholaſtici, errones, ut ii, qui tantum reliquos ſtudentes fiſtulando, ſibilando, ſaltando & aliis modis turbant, *c. in loco* 5. *q.* 4. adhuc ad forum Rectoris ſpectent, nec Scholares eſſe deſinant, cum abſurdum videatur, quod ſtudioſus peccando ſe jurisdictione ſui ordinarii ſubtrahere poſſet, & ea, quæ ipſum onerare debebant, hac ratione delinquenti prærogativam afferrent, & ex improbitate commodum conſequeretur, *contra l.* 12. *§.* 1. *de Furt.* Sic miles licet ſit emanſor, per hoc non deſinit eſſe miles, *l.* 3. *§. Emanſor. de re milit. l. magiſterial. de Jurisd. Gilken. in d. auth. Habita n.* 13. Unde Rector ſub pœna privationis & excluſionis tales ad officium compellere poteſt, *arg. l. un. Si quis Jus dicent. non obt. c. fin. de Vit. & hon. Cler. c. contIng. de ſent. Excomm.* qui ſi ita moniti ſtudia nihilominus negligant, & in antiquam ſylvam vadant, inſtar canis ad vomitum redeant, tunc demum excludi à numero ſtudioſorum poſſunt, ac ita ſe vidiſſe ſervari, refert Barbat. *in proœm. Clem. n.* 9. Satiùs enim eſt, habere paucos ſtudioſos bonos, quam numeroſam malorum Iliadem, ut Fridericus Landgravius Haſſiæ dicere ſolitus erat, *Kirchn. diſp. de Jurisdict. Th.* 1. *lit. b.*

Cytharedi autem & præſultores Scholares non 194
habentur, *Gilken. d. loc. n.* 17. Pugiles quoq; licèt quibusdam locis in matriculam Scholarium inſcribi

ſoleant, & privilegiis frui dicantur, id tamen Juri convenire non videtur, *argt. l. milites. & l. militares. 16. C. de re milit. l. 12. l. obtentu. 2. C. de privil. lib. 12.* niſi fortè, cum arte ſua pugillatoria ſimul ſtudia, & hæc quidem principaliter, illam verò artem conſequenter propter hæc tractent, ut ſibi victum, veſtitum, libros & reliqua neceſſaria acquirant, *facit l. non vere. 42. Ex quibus cauſ. Maj. Lucius de priv. Schol. in C. de his qui gaudent, n. 11. Gilken. ad d. Auth. n. 17.*

195 Controverti autem ſolet, an præter dicta etiam immatriculatio de neceſſitate ita requiratur, ut ea omiſſa non ſit cenſendus ſtudioſus? Affir. Donell. *in d. auth. n. 5. argt. l. Ex eo tempore de teſtam. milit.* quæ ſententia in diverſis Academiis ſtatuto recepta eſt, & ſic in Colon. nemo niſi inſcriptus, qui verè literis operam dare comperiatur, privilegiis fruitur. *Middend. de Acad. fol.* 168. Idemq; in Lugdunenſi Batavorum & Marpurgenſi Cattorum ſervatur. Ceſſante tamen ſtatuto negativam ut veriorem ſequitur Horat. Lucius, ita ut privilegiis quidem non careat, poſſit tamen ob omiſſionem puniri & compelli, ut ſe curet immatriculari, conſonat cum eo Cothom. *Conſ. Acad.* 49. ubi dicit, pro Scholari habendum etiam non inſcriptum matriculæ, qui lectiones frequentat & ſtudet, hac ratione, quòd *Auth. habita,* non meminerit immatriculationis, ergo nec nos, *Nov. 18. c. 5.* Item, quòd Auth. favorabilis contineat privilegium & beneficium Principis, quod latiſſimè interpretandum, *l. beneficia de Conſt. princ.* adhæc, cùm ſola immatriculatio non faciat Scholarem, Barth. *l. Ex eo de Teſt. mil. n. 7.* nec ejus omiſſo faciet, ut quis non reputetur pro Scholari. Pro confirmatione facit, quòd in quibusdam Academiis, & in ſpecie Roſtochii ſtudioſus, qui ſe non facit immatriculari, ibi intra 4. dies ab adventu, à Rectore pœna pecuniaria mulctetur, *Cothom. de conſ.* 49. quod argumentum eſt. eum ante immatriculationem, ut ſtudioſum Rectori ſubeſſe. Sic Gieſſæ infra 9. dies, Jenæ intra 3. inſcribi debent, Matth. Steph. *de Acad. c. 5. n. 18.* Statuta Tubingenſia eum, qui infra 8. dies nomen apud Rectorem non fuerit profeſſus, privilegiis iſtius Academiæ privant, unde colligitur eos privilegia habuiſſe, cùm privatio habitum præſupponat. *§. 1. de Libertin.* Item, inde ſequitur privilegiis Juris communis eos adhuc frui. Accedit, quòd Scholaribus ſtudioſorum cauſa peregrinantibus privilegium tribuat Imper. *d. auth.* ideſt, qui ad Academiam tendunt. Pechius *de Jure ſiſtend. c. 5. n. 1.* quod allegans probare debet, *l. 2. de Probat.* ſi doceat, ſe à parentibus aut iis, qui ſui curam habent, miſſum eſſe ad ſtudia, aut per literas dimiſſoriales vel teſtimoniales Academiæ, à qua diſceſſit, quibus continetur teſtimonium ſtudii & vitæ anteactæ. Nec argumentum à milite in contrarium allatum procedit, ob rationem diſparitatis, quia militibus dari ſolent ſtipendia, ideò neceſſaria eſt matricula, at Scholares ſuo ſumptu in Academia vivunt.

An privilegia ergo tantùm competent extra 196
patriam ſtudentibus? Id primâ fronte affirmandum videbatur, *ex verbis Auth. ibi: Qui amore ſcientiæ exules facti.* Sed contraria opinio, quòd ſcil. etiam ſtudentibus in patria competant, placet Rebuff. *Hilken h. n. 20. Steph. n. 34.* quam conſuetudo prima legum interpres confirmat, hâc ratione fulta, quod præcipua cauſa ſit ſtudium non peregrinatio, unde concurrentibus pluribus cauſis, ſi principalis adſit, quæ ſola ſufficit, etſi accidentalis deficiat, nihil mutandum, *l. regula. §. fin. de Jur. & fact. ign. l. 1. §. ſexum. de Poſtul.* Et ſic *in proœm. lib. 6. decretal.* omnibus Scholaribus, qui in Univerſitatibus commorantur, privilegia tribui aſſeritur. Et aliàs abſurdum foret, filios Profeſſorum, Dd. & advocatorum loci Academici (qui quando de promotione agitur, præferuntur extraneis, *l. nemini l. petitionem C. de advoc. divers. Jud. l.*) poſtponi extraneis, quando de privilegiis Academicis ſermo eſt, Civium quoque filios excludi à privilegiis, ad quæ exteri admittuntur, ſicque ſitientibus propriis agris irrigari alienos, *contra l. præſes. C. de ſervit.* cùm aliàs etiam, qui in patria artes exercent, immunitate præ aliis gaudeant, *§. Item Roma. J. de Excuſ. tut.* In diſquiſitionem hic venit, Q. An peregrinas regiones perluſtrare Scholaribus & aliis expediat; Socrates quidem, ſapientum princeps oraculo delphico declaratus, ex Platonis doctrina peregrinationes non magni fecit, attamen interrogatus Curatem ſe ferret, ſe mundanum dixit. Seneca quoque mundum patriam ſuam jactitavit, ſic aves aërem, feræ beſtiæ terram, piſces mare & flumina perambulant, Stellæ & Planetæ in continuo

ſunt

Digitized by Google

ſunt motu. Sol annuè totum orbem perambulat & quotidie illuminat. Quidni idem imitetur homo ad hoc à Deo pedibus & oculis inſtructus. Eſt enim univerſus orbis theatrum DEI, Et ſicut intellectus humanus in contemplatione divinæ majeſtatis ejusve operum admiratione occupatur, cur non corpus quoque in iſtius fabricæ viſitatione delectationem quæret. Ex libris quidem Geographicis & Coſmographia, & auribus ex diſcurſu hæc percipi poſſunt, quæ alii magno ſumptu ſuo & periculo itinerantes hauriunt, ſed his animus non ſatiatur, & plus propriis quam alienis oculis ſiditur, Domi quidem ex inſpectione ſlorum hortorum, montium, paſcuorum, Sylvarum, templorum, palatiorum, pontium, arcuum, ædificiorum, fluminum, fontium, librorum, animalium, aliarumque raritatum delectatio haberi poteſt, ſed non omnia fert omnis tellus, cum mundus ſit una omnium congeries, nec tantùm ad raritates ſpectandus, ſed etiam utilia diſcenda conducit peregrinatio: Et ſi lucri gratiâ mercator mare & terras perambulat, pauperiem fugiens per ſaxa, per imbres, cur non reip. habenas aliquando directurus, aliunde experientia multarum rerum hauſta patriæ ſuæ conſulere ſtuderet, meritoque ridetur Lycurgus qui Spartanis ſuis civibus peregrinatione interdixerat, licèt ipſe per Aſiam, Africam, Ægyptum, Hiſpan. & Indiam profectus leges collegiſſet, videtur autem id ab eo factum ne Spartani peregrinantes experirentur leges quas pro ſuis venditabat ab aliis peregrinis mutuatas fuiſſe, conducit inſuper peregrinatio ad amicitias conciliandas & diverſa idiomata diſcenda prout Mitridates Rex Ponti, qui incognitus dudum Aſiam peragrarat, 22. linguas callebat. Qui verò ſemper domi hærent communiter alios deſpiciunt, nihil experti ſe ſolos meliores aliis æſtimant, ut Sinenſes ſe ſolos oculatos, Europæos monoculos & alios cæcos exiſtimant, cum econtra, peregrinator in aliis tanquàm in ſpeculo ſuos defectus videat & agnoſcat, diſcat patientiam, animi ſubmiſſionem aliasque virtutes homine dignas. Hinc Regina de Saba longiſſimum iter ex Arabia Hieroſolymam inſtituit, ut audiret Salomonis Sapientiam, ut de Hercule, Theſeo, Jaſone, Ænea, Ulyſſe, Cyro, Alexand. M. Jul. Cæſ. nihil dicam, Anacharſis Scyth. Rex fratri regna reſignavit, Athenas profectus eſt, ut Solonem audiret, Lycurgus quidem legis ſuæ rationem attulit, quòd peregrini & mali mores in patriam inveherentur. Sed ſæpè etiam boni & mali exterminantur. Nec patriam Lycurgi ab omni labe liberam fuiſſe credibile eſt, & ſi hæc ratio valeret, prout navigationem maritimam ob pericula naufragii multi diſſuadent, ita diſſuadendum foret, lectum vitandum in quo plures quam mari moriuntur.

197 Quid de uxoribus Profeſſ. Dd. & ſtudioſorum, eorum domeſticis. Has quoque perſonas privilegiis Academicis frui, Affirm. *per l. cum precario. 21. de Precar. Meno. h. de arbitr. Jud. caſ. 562. Chockier. de Jurid. ord. in exempt. pag. 1. q. 30.* Quid enim magis ab humanitate alienum, quàm eas eosvè, à favore & privilegio Auth. excludere, quæ quivè cum marito, (ut ſcientia potiantur Scholares) extorres patria & iis commoditatibus quibus intra lares domeſticos perfruerentur, ſibi interdixerunt, eoque conſilio ad exteras oras ſe receperunt, ut comparatis literarum & ſcientiæ præſidiis per Profeſſores, reduces demum Scholares tam ſibi quàm reipub. commodarent, (quod in Germanis Cæſar, *lib. 6. commod.* laudi duxit) qui longè ab amicis & congregatis ſegregati voluntarium quoddammodo ſibi à chariſſima patria indixerunt exilium, ut inter ignotos commorantes, ſæpè etiam inter homines incultos & barbaros, ſi morbo vexentur, ſi fortunarum viriumque jacturam præferant, deſerti manent. *Panag. Molsheim. Acad. lib. 1. pag. 28.*

198 Quid de viduis Profeſſorum, Schol. & eorum liberis, hos æquè privilegiis frui, *text. eſt in l. fœmina de Senator. l. 22. §. viduam ad Municip, l. milites. C. de dign. lib. 12. l. cùm quadam puella. de Jurid. l. quoties. C. de privil. Schol. lib. 12. ibi ſive adhuc viverent eorum mariti, ſive mortui eſſent. junct. l. 2. §. fin. C. de Epiſc. & Cler. Cothom. Conſ. Acad. 15.* Cenſetur enim vidua in priori matrimonio ſtare, quamdiu alteri non eſt nupta, *l. fin. C. de bon. quæ lib. Bald. in l. pignoris. n. 2. C. de pignor. act.* Idque ſervari in Tubingenſi, Wittenberg. & Francofurtenſi, teſtatur *Cothom. reſp. Academ. 15.* cui conſonat noviſſima declaratio Celſiſſimi & Reverendiſſimi Principis Archi-Epiſcopi Salisburgenſ. GUIDOBALDI de Anno 1654. 19. Auguſt.

Quid

199 Quid de Pedello, hunc alii vocant ita, quod ſit Rectori à pedibus, vel curſor, alii à Græco Balbo, quod eſt mulgeo, ſive ſugo, Beſold. *Verbo. Pedellus.* Alii eum Peudellum vocant, ut Clapmar. quaſi emungentem loculos Scholarium, *Franciſc. Jun. in tract, Acad.* 136. Hic Rectori & promovendis argenteos ſcipiones & ſceptra præfert, quorum in Academia Viennenſi 4. Coloniæ & Salisburgi duo habentur: Hos Academicis frui privilegiis, tradit Middend. *lib.* 1. *Acad. c.* 21. *Rebuff. pag.* 166. *per d. auth. ibi. tam ipſi quam eorum nuncij.* Quoties enim alicui quid conceditur, id etiam conceſſum intelligitur, ſine quo illud expediri non poteſt, *l.* 2. *de Jurisd.* Si enim particularium ſtudiorum nuncii gaudent privilegio, ut dein dicetur, multò magis Pedellus, qui eſt totius Univerſitatis miniſter publicus & nuncius, *Pac. ad d. auth. n.* 24. *facit. l.* 3. C. *de Schol. lib.* 10.

Q. An Pedellus debeat reſpondere de libro Profeſſoris dimiſſo in Scholis per Profeſſorem Legentem? Affir. Lenauderius, *in part.* 4. *tract. de Oneribus Dd. in ſexto volum. tractat. q.* 7. Eò quòd Pedellus videatur in ſe ſuſcepiſſe cuſtodiam libri, ex quo poſitus fuit in Scholis, quas Pedellus cuſtódit, *l. permit. §. recept. Naut. Caup. ſtab.* Idem dic, ſi liber non eſt poſitus in Scholis, ſed extra recepit cuſtodiam *l. ſeq. d. t.* Ut & de libro ſubtracta tenetur, Barth. *l. qui uxorem. de Furt. l. ſi cum §. ſi rem Commod.* Quod tamen ſimpliciter non conceſſerim.

200 XII. Ad forum quoque Academicum ſpectant Profeſſorum & Scholarium nuncij & famuli, quoad ſecuritatem ſcil. *in d. auth.* conceſſam, Rebuff. *n.* 166. *Salvet. Cyn. Sichard. ad d. auth. Conthom.* 17. *reſp. Acad. per tot. l. quoties.* 3. *C. de privil. Schol. lib.* 12. *l. non aliàs* 24. *§.* 1. *de Judic.* Quod tamen obtinet, quamdiu perſonis Academicis inſerviunt, recedentes enim amittunt privilegia, & tenentur etiam reddere veſtimenta ad ornatum conceſſa, die Liberenen. *Caſtrenſ. ad l. id veſtimentum.* 25. *de Pecul.* quæ etiam dominus propria authoritate famulo ſuo auferre poteſt, præſertim ſi de fuga ſuſpectus ſit, *l. act.* 10. §. 51. *debitorem.* 16 *quæ in fraud. Cred.* habent enim famuli eas veſtes non in proprietate, ſed eas portare dicuntur, ut aſinus ſellam, *Hippol. Bonacaſſ. tract. de ſerv. & fam. q.* 79. His ut ſint boni, convenit primo roſtrum ſuillum, *juxta Toloſan. in Syntag. lib.* 32. *c.* 25. id eſt, ut non ſint faſtidioſi palati, nec delicati gutturis. II. Aures aſininæ, id eſt patulæ, ut ſint dicta audientes. III. Manus explanatæ, ne furentur, ne attingant non tangenda. IV. Pedes cervini, id eſt, veloces, non leporini, (quia lepores non currunt, niſi à canibus incitati ad curſum) ſed pauci hodie omnibus iſtis qualitatibus præditi, quos æquus amavit Jupiter, meliusque multis applicant iſtud vulgatum.

Doctorum famuli ſunt omni tempore tardi,
Dum comedunt ſudant, frigeſcunt quando laborant.

Et quia famuli Dd. & Studioſorum appendices ſunt & acceſſoria, merito principalium naturam ſequuntur, *ex c. acceſſorium de R. I. in* 6. Cum ea ſit hominum natura, & calliditas, ut cum directè aliquem non poſſunt circumvenire vel impugnare, id per alios indirectè faciant: Sic facile accidere poſſet, cum ſtudioſi repreſſaliis non ſint obnoxii, id per obliquum fieri nunciis eorum vel famulis arreſtatis, quibus egere & ſine quibus honeſte procedere non poſſunt, & ſic nectendo famulos indirectè conſequerentur, quod directo non licet. Ideo hoſce ut ipſos ſcholares à repreſſaliis immunes eſſe voluit Imp. *d. auth. & l.* 13. C. *de Schol. lib.* 12. prout & Clericis conceſſa privilegia quædam, ad familiam eorum trahuntur, *l.* 2. *C. de Epiſc. & Cler.* Hoc tamen de ſervis, quos Doctor vel ſcholaris uſus ſui cauſa circum ſe habet, eo loco ubi moratur intelligendum eſt, *l.* 203. *de V. S. Rebuff. privil.* 165. *n.* 5. *Ancor. in c. quanquam de conſuet. in* 6. adeoque ad eorum mercenarios extendendum non eſt

XIII. Huc quoque reducuntur Typographi, Bibliopolæ & Bibliopoegæ Academici Menoch. *de arbit. Jud. q.* 376. *n.* 8. quamdiu ſcilicet ipſi vivunt, Hic notandum olim veteres ſolitos in arborū corticibus ſcribere, vel in Codicibus animalium, quale hodie eſt pergamenum, vel in charta. *facit §. nihil autem I. de Teſtam.* frequenter autem notis uſi vel ſiglis (unde vocis notarii origo) quæ notæ literales integras dictiones ſignificabant, ſic rem vindicare volens, his utebatur literis: H. E. R. E. I. Q. M. E. A. id eſt hanc ego rem ex jure Quiritium meam eſſe ajo, contra Reus: A. E. E. C. V. at ego eam certe vindico. Item A. vel N. id eſt ajo, 201

vel

Digitized by Google

vel nego A. C. abſolvo condemno, N. L. non liquet. *de quo text. in l. 15 § fin. de recept. qui arbit.* Sic Græci ſignum T, pro furca uſurpabant, unde execratio in Græcum T. *Beſold. ſermo abbreviato.* quibus & aliis ejusmodi ſiglis Imperatator Juſtinianus uti prohibuit. *l. 1. & 2. C. de Vet. Jur. Enucl. §. 13. de concept. ff.* ſed integris dictionibus inſtrumenta aliaque exarari juſſit, *auth. quod ſine C. de Teſtam.* idque confirmat Conſt. Maximil. I. de Notariis anno 1512. *§. Item* die *Notarij* & ſi quis ſcribat per Zifras 200. cum vellet ſcribere 10. vel pro mille 100. quid juris ſit, traditur *in l. 9. §. 4. de hered. Inſt.* Inventa deinde eſt Typographia, ut volunt primum Moguntiæ; Anno 1440. vel ſecundum alios 1445. vel 58. cujus præſidio primò typi ordine diſponuntur, correctorum & lectoris lima primum exemplar emendatur, & tum in publicum una vice aliquot, quot placet millia exemplarium emittuntur. Edita quidem eſt Henrico Stephano auctore An. 1569. artis hujus querimonia, ſed ea jam dudum obliterata eſt, & per eam potius rei abuſus, quam uſus culpari poteſt, *Add. Chok. in face hiſt. Cent. 1. c. 18* Ex his, qui libellos famoſos evulgant, extra ordinem coërcendi ſunt, *R. A. de Anno* 1530. §. Und nach denen & *Anno* 1567. §. ſetzen und ordnen. *Petrus Denais. de jure Camer. t. 177. §. Librarij. n. 7.* Jurisdictio in has perſonas in multis locis variatur; *teſte Lobenthal. in diſp. de privil. Stud. th. 4. lit. g.* In Tubingenſi enim Typographi & Bibliopegæ ſunt ſub Jurisd. Academiæ; Lipſiæ verò magiſtratui parent; In hac Salisburg. immunitate gaudet Typographus & Bibliopega Academicus, & eorundem uxores ac liberi.

202 Pro Coronide hujus capitis ad declarationem privilegiorum ſcholarium notandum, falſum eſſe & erroneum quorundam figmentum. qui ab ipſis Dd. ea inducta volunt; Refelluntur enim ex verbis Auth. ubi Frider. I. Imp. conſtitutionem fecit, non ſuo ſolius arbitrio ad ſuggeſtionem Jurisconſultorum ſed habita diligenti deliberatione, cum Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus cæterisque Sacri Palatii proceribus, eam in perpetuum valituram conſtitutionem emiſit Anno 1158. menſe Novemb. & Cod. Juſtinianæo inſeri voluit, *Matt. Steph. de Acad. c. 7. n. 1.* Idem Fridericus, qui edidit Conſtit. de Pace Conſtantiæ, in fine corpori additam, & pervenit ad Imperium Anno 1155. Non autem Fridericus Barbaroſſa, qui imperavit
poſtea Anno 1211. * Promulgata autem eſt apud 203
Roncalias, cujus loci etiam mentio fit, *2. Feud. t. 33. §. 1. t. 40. & 52.* Sunt autem campi ſupra Padum, non procul à Placentia, in quibus olim Impp. ſolennem conventum agere ſolebant; Cum autem anima legis ſit ratio, quodque cum conſilio tot procerum ſolennique Imperii conventu deliberatum & concluſum eſt, non ſine relevantiſſimis cauſis factum cenſeatur, cauſæ tamē ſequentes
videntur potiſſimæ. * I. ut inſinuatur *in ipſa auth.* 204
ibi: qui eorum non miſereatur, &c. quòd amore ſcientiæ exules fiant, dum patriam dulciſſimam, parentes amicos & bona ſua relinquunt, & in loca remotiſſima tanquam voluntarium abeunt exilium; ideo eos commiſeratione auxilio & ſingulari immunitate dignos cenſuit Imper. Eò quod peregrino præ aliis majora humanitatis officia debeantur, *Auth. omnes peregrini. C. comm. de ſucceſſ.* Hinc *Plato lib. 5. de ll.* Peregrini, inquit cum amicis, propinquis agnatisque careant, majorem apud Deum & homines merentur miſericordiam, dura eſt enim à parentibus ſeparatio, à conſanguineis abſentia, *l. poſſeſſ. 11. C. Com. utriusque Jud.* durum patriæ etiam temporale exilium, *l. qui habebat. 102. de Leg. 3.* denuum inter homines ignotos converſari grave, ut ſi in morbum inciderit, nullum fere habeat, cui ſe ſuosque tuto committere poſſit ſi clade afficiatur, nullum qui opem ferre valeat, quanquam enim

Omne ſolum forti patria eſt, ut piſcibus æquor.

Tamen

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Afficit, immemores nec ſinit eſſe ſui.

Quibus accedit aëris locivè mutatio; quæ valetudini officere & morbos graviſſimos gignere ſolet, ut præteream labores & vigilias ſive diurnas nocturnasque lucubrationes. II. Cauſa privileg. hæc eſt, quod ſcholares amore ſcientiæ fiant ex divitibus pauperes, *d. Auth.* idque fit propter ingentes ſumptus, quos facere coguntur, tum in

itinera, quæ cauſa Studiorum ſuſcipiunt, tum in victum, alimenta, veſtes & libros, quibus ſi domi eſſent vel parcere, vel minori pretio habere poſſent, ut quaſi propria voluntate religioſi inſtar, pauperes reddantur. Ex peregrinatione enim paupertas provenit, *juxt. Novell. de Exhib. reis in princ.* Item propter dimiſſa vel relicta bona in patria, quæ domini abſentia vel pereunt vel deminuuntur, *Salut. ad d. Auth. n. 7.* cum alias oculus domini paſcat equos; Et hinc tradit de Anaxagora *Valer. Max. lib. 8.* hunc poſt longam peregrinationem patriam repetentem poſſeſſiones ſuas videntem deſertas dixiſſe: Non eſſem ego ſalvus, niſi iſtæ periiſſent, nam ſi prædiorum potius quàm ingenii ſui culturæ vacaſſet, dominus rei familiaris intra domeſticos penates manſiſſet, non tantus Anaxagoras rediiſſet; Mercatores quoque ipſis carius merces vendunt, Caupones verò aquam vino immiſcent, juxta illud Eſaiæ, *in c. Eycien diſt. 88.* Eo prætextu fortè, ne ingenio merum officiat. III. Ratio quia ſeipſos exinaniunt, *d. auth.* & vitam multis periculis exponunt; In cauſa imprimis ſunt jejunia, quibus ſcholares ſæpe utuntur, ut in ſtudio proficiant, *gl. in §. ju undum Nov. 22. de nupt.* Compertum enim eſt, eos, qui plurimo cibo & ſomno utuntur, fieri hebetiores, & quod plenus venter, non ſtudet libenter, ut Medicorum & Philoſophorum auctoritatibus comprobat Gellius, *lib. 4. noct. attic. c. 19.* & D. Hieronym. *in c. fin. diſt. 44.* ait, Ventrem pinguem craſſum ſenſum generare, ac Roman. *ſi g. 704.* dicit Bartolum ad pondus comedere ſolitum, ut intellectum omni tempore æqualiter diſpoſitum haberet. Secunda hujus exinanitionis cauſa ſunt Vigiliæ, cum jus civile vigilantibus ſcriptum ſit, *l. pupillus in fin. ff. quæ in fraud. Cred.* Vigiliæ autem corpus attenuant, ægritudines, defluxiones oculorum, melancholiam, & quandoque mentis alienationem cauſant. IV. In itineribus naufragiis & aliis periculis ſunt obnoxii, ſcilicet periculis fluminum, maris, prædonum, latronum, furum, falſorum fratrum, pravorum ſodalium, in labore & ærumnis, quæ deſcribit S. Paulus. unde dicit Imp. eos
295 vitam multis periculis exponere. * Quibus quarto addo *ex d. auth.* Quod ſæpè à contemptiſſimis hominibus graves & corporales injurias ferre coguntur, ut omittam verbera, quibus à plagoſis præceptoribus & indiſcretis pædagogis pueri afficiuntur, ut hinc exclamet Horat.

Multa tulit, fecitque puer, ſudavit, & alſit.

Ubi quaſi in ſervitute conſtituti nec nolle habent, nec quicquam ſine pædagogi licentia agere audent, & inæſtimabilem alias libertatem, *l. 106. de R. I.* quaſi perdunt; Quod quidem regimen & diſciplina non ſimpliciter culpatur, ſed ſapienter inductum eſt, ut adoleſcentes, quos ad vitæ bonam frugem, domeſticæ laudis exempla non provocant ſaltem medicina correctionis compellat, *l. 1. C. de Emend. coping.* unde modica caſtigatio Magiſtris in diſcipulos permiſſa. *l. item quæritur §. Idem Julianus locat. l. 5. fin. ad l. aquil.* ut etiam impunita maneant verbera ab iis illata, *l. aut facta. §. Ea. de Pœn. c. 1. in fin. 23. q. 5.* Sic traditur quod Maximil. I. Imper. cuidam Magiſtro ad diſcendas literas traditus ſæpius ab ipſo atrociter verberatus fit, ipſe magis verberandus, cum verbera ſervos deceant non liberos, unde Maximil. dixiſſe fertur Romæ multis adſtantibus: ſi hodie meus Præceptor viveret; quanquam multa Præceptoribus debeamus, efficerem, ut ſe inſtituiſſe me pœniteret, Guevar. *in Horol. princ.* At quia modus ſæpe exceditur, præceptoris ſævitia immoderata eſt culpabilis, exemplo Magiſtri, qui Tyroni puero ingenuo parum bene facienti cervicem percuſſit, ut oculus ei perfunderetur & hoc modo eum eluſcavit, *d. l. 5. §. fin. ad l. aquil.* & quorundam pædagogorum crudelitas ſeu inſania potius inolevit reipubl. verò intereſſet plagoſos illos magis quam diſcipulos caſtigari, ne nimiis verberibus odium literarum adoleſcentibus inſtillent; quos verbis & monitis facile ad ſtudium allicere poſſent, inſtar generoſi equi, qui magis blandimentis quam calcaribus ad curſum incitari ſolet: Aquilæ actioni contra excedentes in correctione locum eſſe, indubium eſt, *ex text. cit. l. 6. junct. l. item quæritur.* Cum etiam dominorum in ſervos intolerabilem inclementiam puniri reip. interſit, *§. fin. I. de his qui ſui vel al. jur.* prout Umbricia matrona in quinquennium relegata dicitur, quod ex leviſſimis cauſis ancillam atrociſſimè tractaſſet, *l. 1. in fin. ff. de his qui ſui vel al.* Quia tamen ob has cauſas multos ſtudiorum deſertores fieri videmus, cur non multis graſſantibus exemplum in terrorem aliorum ſtatui reip. etiam conſultum eſſet, maximè, ubi

ubi contra Magiſtrum vel pædagogum inanis eſt actio, hominem forte pauperem ex voto, vel ex neceſſitate, ut damnum puero cauſatum refundere non poſſit.

206 Poſtquam autem moleſto pædagogi Imperio exempti, ad ſtudia graviora ſe conferunt, notæ ſunt multis locis uſitatæ vexæ, quibus ad Academiam primùm, vel ex inferioribus Scholis ad Philoſophicas accedentes, vulgari depoſitionis ritu initiari & vexari, illudi, verberari, pulſari, dolari, & omnis generis ludibriis agitari ſolent: Quod quidem ad ingenium Tyronis, ad naturam & voluntatem explorandam, ad faſtum reprimendum, & modeſtiam ingenerandam primitus introductum videtur, ut de Pythagora refert A Gell. *lib. 1. noct. att. c. 9. & de Ariſtotele lib. 20. c. 4.* apud Pythag. quoque ad biennii vel plurium annorum tempus tacere debebant, Eſſæi etiam apud Judæos neminem in Collegium admittebant, qui priùs ſigna patientiæ non edidiſſet. Idemque obſervârunt Athenienſes novitios verbis provocando, captioſè & petulanter interrogando, ut vexatione intellectum augerent, ad balneum deinde per forum deducebant, cujus ſimile olim Coloniæ obſervatum fuiſſe legitur, (in ſacrario Colonienſi) ubi adoleſcentes, (quos ante depoſitionem Beanos vocant) peractâ depoſitione per publicas deducebantur plateas, ad antiqui muri rudera, ante immunitatem Collegii SS. Apoſtolorum, ubi Marſilius in muro ſeu ſacro ſepultus eſt, & quia ipſis perſuadebatur ibi ſepultum eſſe Philoſophorum Principem Ariſtotelem, ad eundem placandum media luce accenſis facibus eo concurrere debebant, qua de re Gregor. Nazianzenus in laudem D. Baſilii refert, cùm hic Bizantio Athenas veniret propter famam doctrinæ, probitatis & nominis celebritatem hac lege eum liberatum fuiſſe; Tamen hæc res primò prudenter introducta, poſteà in abuſum converſa eſt, cumque multi potiùs de loculis Tyronum exhauriendis, aut de odio evomendo agerent, quàm de indole indaganda, quibusdam locis hic mos ſublatus, in aliis per viros ſapientes ad veterem morem redactus eſt; Huc alludunt Romanorum Rhabesmata, alapæ & virgulæ in emancipatione uſurpari ſolitæ, quas Imp. Juſtin. ſuſtulit, *in l. 6. C. de Emancip. Novell. 81. in princ.* Alludit etiam huc mos Germaniæ, quo magnates ſuis miniſtris perfectam ætatem adeptis, alapis impactis, jus geſtandi gladium concedunt, vulgo Wehrhafft machen *Beſold. in verbo* Wehrhafft. 207 * Conſtat quoque *ex §. illud vero. 9. Proœm. ff. ad Anteceſſores.* in ſplendidiſſima Civitate Conſtantinopolit. & in Beritenſium pulcherrimo oppido indignos & peſſimos, imò magis ſerviles, & quorum effectus, injuria eſt ludos fuiſſe exercitos, maximè in eos, qui rudes ad recitationem legum perveniebant) quarum urbium hæc horrendo terrarum motu abſumpta, *ut refert Bald. in pref. ad Inſt.* Illa verò peſſima Turcarum Tyrannide premitur. Quod licèt Imp. Juſtin. ibi graviſſimè prohibuerit, *d. §. illud.* quæ prohibitio meritò in aliis etiam Academiis obtinere deberet, *juxt. §. fin. J. de Satisdand.* Experientia tamen teſtatur, quantùm non tantùm prior depoſitio ſed etiam hæc Jure prohibita vexa, pennalizatio communiter dicta, novos Juris Tyrones quibusdam locis affligat, de quibus Lucius *in proœm. de privil. Schol. n. 26.* & prodiit hiſce annis Jocoſerius tractatulus ſeu diſputatio una de depoſition. & bean. altera de Jure & natura pennalium. Sic etiam olim primi anni ll. ſtudioſi ridiculo nomine dupondii vocabantur, quaſi duobus æſtimati, quod etiam Juſtin. abolevit, & Juſtinianæos vocandos edixit. *in §. Cujus auditores Proœm. ff.* Prout etiam apud Bergenſes in Norwegia aliquando invaluit conſuetudo, quâ tyrones collegio initiandi ludo, ut vocant Neptunio, durch das Waſſer-Spiel excipiuntur. Et ſingulis annis usque ad octennium miſerè flagellantur, ne frequentia ſociorum monopolii decreſcat utilitas, quæ ratio cùm ll. ſit inimica, ipſa quoque conſuetudo irrationabilis eſt reputanda, *Beſold. d. c. 2. n. 2. fol. 56.* Demum & præcipua ratio eſt, ſtudiorum utilitas, quibus illuminatur orbis, *& Auth. habita inp. l. quicquid. C. de advoc. diverſ. Jud. l. ſtudiorum C. de adſeſſ. l. fin. C. de Tyron. lib. 10. l. 1. C. de agent. in reb. lib. 12.* Labor enim ſtudiorum multa meretur, cùm operarius dignus ſit mercede ſua, *Paul. 1. ad Timoth. c. 5. c. quicunque. 2. 12. q. 2. c. 1. X. de ſepult.* Et quod præcipitur *Geneſ. 3.* In Sudore vultus tui veſceris pane tuo, iis maximè contingit, qui ſcientiis inſudant, unde Bald. *in proœm. decret. n. 36.* ait, qui ſtudendo non laborat, non manducat, & *Acurſ. in l. quamvis. de dam. inf.* Meritò itaque ſequitur laborem, dictum Pſalmiſtæ: Labores ma-

Digitized by Google

nuum tuarum, quia manducabis, beatus es & bene tibi erit, &c. Ut & illud Imp. *in Nov. de hered. & falcid. ad fin.* leges neminem in paupertate vivere neque mori in anxietate permittunt.

408 Experientia quidem docet non omnes JCtos & Scholares diteſcere, quin & alios à diſcipulis alimenta accepiſſe, ſed felicitas non conſiſtit in multum habere & plura expetere, ſed cui multa, quæ parva ſunt videntur. Ita non eſt infelicitas, parum & congruam ſuſtentationem habere, id quòd, Laertio teſte, pulchre inſinuavit Cornificius Poëta, Quem inopem nec in dignitate poſitum cùm civis quidam Calphurnius dictus ſarcaſticè interrogaſſet: An ullum à quo natus fuiſſet diem vidiſſet fortunatum & quod 25. annis, quibus eum noviſſet, nunquam gratioſum vidiſſet & jam 15. ann. unam togam geſtaret. Ipſe ad hoc prudenter reſpondit ſe dubitare multum an major ipſius Calphurnii locupletiſſimi infelicitas eſſet, an ſuæ tenuitatis proſperitas. Cumque Calphurnius exciperet, quomodo ſe felicem poſſet dicere cui nec panis in promptu ſit quem edat, nec toga quam induat; & quomodo ſe infelicem cum quæ domi ſuæ ſuperſunt, ad Cornificium cum univerſa ſua familia exſaturandum ſufficiant, replicavit Cornificius: Non in eo ſita eſt felicitas mea quod parum habeo, ſed quod minus quam habeo cupio. Tua vero infelicitas non in eo poſita eſt Calphurni quod multum habes, ſed quod plura expetis, & ea quæ habes parva tibi videntur, Guevar. *in horol. lib. 2. c. 35. pag. 367.* quod vel maximè in divitem avarum quadrare innuunt verſus ſequentes:

Et velut in mediis ſitibundus Tantalus undis,
Frugibus in mediis eſurit atque ſitit,
Nomine mutato ſic de te fertur avaro
Fabula, qui medias pauper es inter opes.

Hic vitiis ſervire cogitur cum periculo ſemper, it ſubitum metuens ne in lecto occidatur, aut dormienti arca effringatur, cum timore perdendi parta cum cura opes augendi perpetuo conflictatur. Qui multum habent multum iis deeſt, qui parum ſemper habuerunt iis non poteſt niſi parum deeſſe. dumq; delictis reliquis aliquis prætexi poſſit prætextus, hinc avaritiæ nullus legitimus color vel excuſatio prætendi poteſt, *ut latius oſtendit Guevar. in horol. lib. 3. cap. 25. n. 552. & ſequ. pag. 457.*

Veteres quidem Philoſophi, non bene Philoſophiam & opes in uno ſubjecto ſe compati poſſe ſibi perſuaſerunt, unde Crates Thebanus vendito patrimonio plus quam 200. talenta civibus diviſit, & juxta Dioclem & perſuaſione Diogenis omnem pecuniam in mare projecit. Ariſtotel. quidem *in Pol. c. 7.* ſcribit, Facile eſſe Philoſophum, ſi velit diteſcere, quod ſi verum foret, ad ditandum ſe, primi accurrerent, non jam opes in mare ſpargerent; non dolium Diogenis præferent honeſtis ædibus, Prædicta autem de fucata Philoſophia accipienda ſunt, nec ad Juriſpr. veram non ſimulatam Philoſophiam *l. 1. de I & I.* trahenda.

Quamvis autem ad diſcendum nulla ætas ſera ſit, & licet unum pedem in tumulo haberet JCtus tamen diſcere vellet: *l. apud Aufidium 20. de Fideic. Libert.* ætas tamen juvenilis ad hoc aptior eſt, unde cupidæ ll. juventuti Inſtit. ſcribit Imperator *in princ. proœm. Inſtit.* Canis enim vetulus difficulter aſſueſcit loris, juvenum verò ingenia ad comprehendendum quidvis capacia dicuntur, *l. 37. de ædil. Edict.* & cum quis artificio applicandus eſt, primo qualitas ex ætate æſtimanda eſt, *l. Stichus. 12. de leg. 3.* ſicut arbores dum teneræ ſunt ut recte ſurgant palis alligantur, equi ut frenum pati aſſueſcant, dum pulli ſunt frenantur, aves ut citiùs cicurentur, nido detrahuntur, animantes dum parvi ſunt capiuntur, ut ſervire homini diſcant; Ita ab incunabulis pueri bene vivendi artem docendi, & tanquam ceræ melli imagines virtutum ac ſcientiarum imprimendæ ſunt. 409

Quæſitum aliquando an rectè Scholaribus certis diebus Martis alibi, alibi Jovis vacantiæ concedantur, multam quidem malitiam docuit otioſitas quæ pulvinar diaboli, cum nil agendo malè agere diſcamus, unde Poëta:

Quos ſolet doctus patriam redire
In quam multa probitate clarus,
Otium vitet velut draconem.
Multa nam ſuadet pueris nefanda.

Quia tamen arcus ſemper tenſus rumpitur, Hiſpani teſte Ludov. Vives *lib. 2. de trad. diſc.* dignitatem & luſum animorum coticulas eſſe proverbio dicunt, Bembius quoque filium ſuum reprehendit quod 14. integros menſes græcæ literaturæ operam dediſſet nullo intermiſſo die, qua ſuperſtitioſâ aſſiduitate ingenium ſæpè & vires franguntur juxtà Vulg.

Quod

Quod caret alterna requie durabile non eſt. Ideo animis gravibus & ſeriis legendis fatigatis aliqua quies concedenda & laxamentum ut ad futurum laborem robuſtiores efficiantur, atque ita Solon ut cives fortes efficeret palæſtram inſtituit, ut autem ad humanitatem inſtrueret literis & muſica mitigandos duxit, Athenienſes ſtudioſi aliquando frugali cœna dulci colloquio animum honeſte laxabant, ut teſtis eſt Gellius *lib. 18. noct. attic. c. 2.* Aliquando pugillatu Pancratio pila vel curſu corpus exercebant, quidam grandia plumbi pondera manu geſtantes foſſam tranſiliebant, Scævola animo à curis remiſſo teſſeris aut calculis, Dionyſius Tyrannus folliculis luſiſſe, Scipio Africanus conchas mari legendo animum laxaſſe, alios aſtragulis, alios aliis modis ſe recreaſſe legitur apud Alexandr. ab Alex. *Genial. dier. lib. 3. c. 21. pag. 161. & ſeq.* Quorum quidam & noſtris temporibus frequentantur. Hinc Wehnerus in pract. obſerv. meminit, cum plures 8. numero Scholares feriarum tempore ad cœnam conveniſſent & ante circa lotionem unus alteri præcedentiam offerret, nec ullus primus lavare vellet, ad hoſpitis autem ſententiam, ut qui ultimus lavaret poculum certum epotaret, qua audita cum nemo ultimus eſſe vellet omnibus accurrentibus ad lotionem, cum ſeptimus ultimo laviſſet, octavus verò non lavaret, & quis ad epotandum poculum obligaretur, orta eſſet controverſia, & in JCtum aliquem compromiſſum ille laudum tulit contra octavum. Cumque ſimiliter octo ad metam currentibus eo pacto ut primus præmium reportaret ultimus hauſtum vini ſolveret & ſeptimus ultimo metam attigiſſet octavus verò in curſu perſtitiſſet & quæreretur, Quis hauſtum vini ſolvere teneretur, octavo hæc ſolutio fuit injuncta *per tradita Wehneri in tractat. obſerv. verbo* Zulegt. *ex l. minus 32. de U. S.*

Sic non tantùm operoſos, ſed etiam feſtos dies repertos & ab ipſo DEO inſtitutos legimus quibus ceſſandum ſit ab omni opere, Et ideò præter ferias omnium facultatum communes, Theologi plerisque locis in honorem D. Thomæ, Juriſperiti Ivonis, & aliqui Juſtiniani, quem in Sanctorum numerum relatum, ita ut feſtum ejus celebrandum ſit Calendis Auguſti ex Genadio oculato teſte refert Joannes Baptiſt. de Caceral. *in tract. de meth. ſtudioſ. feriari ſolent.* Medici Hyppocratis, nunc Coſmæ & Damiani Philoſophi Ariſtotelis, nunc S. Catharinæ feriantur, cujus rei prima origo tribuitur Anaxagoræ, teſte Plutarcho, qui rogantibus Lambſacenis, quid ante mortem mandare vellet, reſpondit, nil aliud quam ut pueris eodem quo die moreretur ludere & feriari permitteretur, & hinc fortè natum quod ob mortem & exequias magnorum virorum & profeſſorum à lectionibus abſtineatur uti mortuo Socrate ad tempus Gymnaſia clauſerunt Athenienſes, nil hic opus de feriis meſſium canicularibus, item vindemiarum dicere quarum has etiam circa meſſem & vindemiam non occupatis competere, nec ſtudioſos invitis profeſſoribus renunciare poſſe tradunt Legiſtæ, *ad t. ff. & Cod. de Ferijs.*

Præter curſus exercitium quo adhuc vacationum diebus ſtudioſi acriter incumbere ſolent, non minus pilæ luſus hodie uſitatus & olim frequens fuiſſe colligitur, ex variis jureconſultorum ſcriptis, qui de controverſiis ex luſu pilæ natis reſcripſerunt in ſpecie *ex l. 11. ff. ad l. aquil.* An is qui pila vehementer percuſſa alium exoculavit? An ſi pila in manus tonſoris qui gulam ſervi radebat inciderat, & gula præciſa ſit, & quis ad damni reparationem ex l. Aquiliæ teneatur, qua de re Legiſtæ *add. l. 11.* & interpretes qui de jure privato ſcripſerunt de quo luſu olim Timocrates Laconius, ut de luſu Scacciæ carminice ſcripſit Vide Q. de regio ludo.

Q. II. Quid de pulſu campanæ quo ſcholares ad lectiones, diſputationes, deductiones aliaque exercitia Gymnaſtica & Academica evocari ſolent? Morem hunc convocandi ad ſcholas antiquiſſimum eſſe colligere licet, *ex Juvenal. Satyr. 6. Martial. & alijs*, & ſicut apud Priſcos Romanos ad Campum Martium populus convocabatur per præconem, tubam vel cornua, ita hodie per campanam univerſitas convocari ſolet. *Zaſ. in parat. Quod cujusque un. nom.* Ad conciones quoque populus, capitulum & chorum Canonici pulſu campanæ evocantur, & hinc gloſſ. in extrav. comm. de officio cuſtodis campanam inducit loquentem.

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego Clerum,
Defunctos ploro, peſtem fugo, feſta decoro.

Q. III. *An pueros ingenuos virgis & ferula cædi conveniat?*

Volunt quidam ſervis ea non liberis convenire ex ſententia Fabii Quintiliani *lib. 1. c. 4.* verum quando ſtultitia alligata eſt cordi pueri, quam virga diſciplina evacuabit *Proverb. 22.* à majoribus recte ſancitum, ut virgis & ferula magiſtri uterentur quibus ea membra contrectarent, quæ à periculo maximè tuta ſunt, unde natum illud Juvenal Satyr. 1.

Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus & Theodoſii Imper. filium Arcadium à magiſt. ferula cæſum refert Nicephorus *lib. 12. hiſt. Eccleſ.* id tamen cavendum ne nimis acerbus horum ſit uſus qui ſæpe ſtudiorum deſertores facit, & ſtudiorum odium conciliat nec minus ſæpe nocet adoleſcentiæ, quam ingenia corrumpit nimia juvenum indulgentia, prout Cuſpin. in vita Maximil. I. refert, Maximilianum, magiſtro Petro qui poſtea novæ civitatis antiſtes factus eſt traditum, ut cum aliis contubernalibus latinas diſceret literas, cum autem Præceptor Dialectices argutias & Sophiſmata ei inculcare vellet ad quæ capeſſenda aptus non erat, ſæpius atrociter verberatus tædium Principi & odium contra literas concitavit, qui poſtea Rex Rom. factus in menſa multis adſtantibus dixiſſe fertur: Si hodie Præceptor meus viveret, quanquam multa præceptoribus debeamus, efficerem, ut ſe inſtituiſſe me pœniteret, Guevar, *in horolog. princ. ante procem. general. ut ſup. d. lt.*

Q. IV. *An parentes divites qui præ avaritia liberos ingenio præſtantes ad literarum ſtudia mittere renuunt ad hoc compelli poſſint?*

Affirm. Arnis. *lib. 1. polit. c. 16. p. 344.*

Q. V. *Quid magis expediat liberis privatim domi præceptores præponere, an ad ſcholas & Gymnaſia publica mittere?*

Etſi parentibus prius permiſſum ſit, *Cothom. 1. t. reſp. 64. n. 9.* communiter tamen publica inſtitutio præferri ſolet, Liebenthal. *in coll. polit. exercit. 4. q. 8. ex ſeq. rationibus,*

1. Quia privata eſt mollior, ob intemperantem parentum in liberos amorem, 2. Domi ingenia ſæpè vel langueſcunt, vel ſingulari perſuaſione tumeſcunt, dum ſibi tantum præ aliis tribuunt, ut neminem ſibi parem exiſtiment, quia nullum præter domeſticos aſpiciunt. 3. In publico alterius culpata negligentia, laudata induſtria, alteri ſtimulus eſt & ad æmulationem honeſtam boni ad fugam turpitudinis accendit, quæ in privata inſtructione ceſſant, 4. Educatio quæ fit in ſcholis publicis procedit à conſenſu totius civitatis vel ſuperiorum; quæ præſtantior cenſetur, quam ea quæ ab unius patris directione pendet. 5. Cum homo ſit animal ſociale per publicam educationem in ſcholis aſſueſcunt à puero converſari, cum hominibus diſcurrere appertinenter, cum alii homines reformidare ſoleant & cum in publico perorandum eſt magis muti fiant quàm piſces, cum magno ſui opprobrio, 6. domeſtici præceptores in id ſolent eniti ut parentibus ſatisfiat, eoque contenti ſunt, ſed id non ſufficit nec publici præceptores attendunt ut qui à publico dependent, parentes autem aliqui per amorem quo liberos proſequuntur nimium ſive nugatores ſive male morati evadant, ſuſque deque habent, quod ſi forte eveniat ut fieri non raro ſolet, quod pater magiſtro obſtet ne filium corripiat ac caſtiget, licet magiſtri munus ſit patrem increpare, & filium ſimul caſtigare ac in officio continere, ac ſi id non proficiat conſultum ſit eum officio reſignare. Id tamen vix fieri ſolet & pauci ſunt quos erexit ad ſydera virtus, 7. Ut nil dicam quod patres matresque Comitatem & tenuitatem puerilem prætexentes ſæpe blaterones & nugatores pro liberorum educatione domi alunt, quæ res temporis progreſſu ad ſummum patris dedecus præſentiſſimumque liberorum periculum redundat, cum juvenis ſcurram agere aſſuetus, aliud ſenex quam morionem agere nequeat, Guevar. *in horolog. lib. 2. c. 38. n. 397. pag. 395.* Nemo inficiari poteſt gladium quantumvis ex optimo chalybe fabricatum ſubinde neceſſe eſſe exacui, eodem modo puerum donec ex ephæbis excedat, commeritum caſtigari oportet. Et ſicut pulvis ex delicato panno non niſi bacillo ſicco excutitur, ſic nullum prætextus levitatis adoleſcentulorum ſtolidorum remedium quam rigida, & cum moderamine uſurpata diſciplina.

CAPUT

CAPUT XXXVIII.

De Militibus; ubi de Bellicis rebus, Duellis, Proviſo & Improviſo certamine.

SUMMARIA.

Preliminare, an Jureconſulti militibus preferendi (ſint?
1. *De* Equitibus *aurei Velleris.*
2. *Ordine S. Michaëlis.*
3. *Ord. S. Joann. Baptiſt.*
4. *Unde miles dicatur?*
5. *Qua olim legio?*
6. *Requiſita in milite.*
7. *Militum diviſio.*
8. *Alia in Eq. &* Pedites.
9. *An fœmina militare poſſint?*
10. An Clerici?
11. *An ſervi?*
12. *An infames?*
13. *An muti? an ſurdi?*
14. An *mutus removendus?*
15. *Quid de caco?*
16. *Quid de negociatoribus?*
17. *Qua atas requiratur?*
18. *An Eunuchi milites eſſe poſſint?*
19. *Armis inſtructi eſſe debent.*
20. *Ex his conſtat exercitus.*
21. *Officiorum diverſitas.*
22. *Partes exercitus.*
23. *De regimine peditum.*
24. *De regimine rei armamentaria.*
25. *Specialia officia.*
26. *Stipendia militum.*
27. *An liceat bellum ſuſcipere ex ſola dominandi libidine?*
28. *An magis conducat ditiones bello amplificare, quam conſervare?*
29. *An conjunctio religionis juſta ſit belli cauſa?*
30. *Quid de patria defenſione?*
31. *Quid de defenſione* Amicorum *& Confœderatorum?*
32. *Quid de vindicta accepta injuria?*
33. *Quid ſi quis tranſitum per territorium obtinuit data aſſecuratione ſubditos non damnificandi, ſi tranſeunti neceſſaria negentur, an hac cauſa belli?*
34. *An cauſa, ut ad veram fidem ſubditi convertantur?*
35. *An Principi bellum gerenti liceat urbem tertij pacati Principis pro avertendo ſuo periculo occupare?*
36. *An in belli duce virtutum ratio habenda?*
37. *Plures an unum Ducem aſſumere expediat?*
38. *Belli Dux an literatus eſſe debeat?*
39. *An conveniat Reges caſtris intereſſe?*
40. An *Ducem in acie verſari deceat?*
41. *Neutralitas an eligenda?*
42. *Cujus partes in dubio eligenda?*
43. *Quid ſi utraque pars aqualiter potens?*
44. *An cogi quis poſſit ut uni parti adhareat?*
45. *Cautela certa & uſitata an licita?*
46. *Electa neutralitate, ſi ſtatus mutetur quid?*
47. *Quid electione facta attendendum?*
48. *Quid circa bella agendum?*
49. *Plebe furioſa quid ſequendum?*
50. *Quid ſi data cautela non ſit practicabilis?*
51. *Belli Ducem an cunctatio deceat?*
52. *An mutare conſilia conſultum?*
53. *Civibus arma relinquere an expediens?*
54. *An Generalis Ducis virtus, vel militum copia plus ad victoriam faciat?*
55. *Falſos rumores ſpargere an deceat?*
56. *An hoſtem ad deſperationem redigere expediat?*
57. *An hoſtis primo invadendus?*
58. *An exſpectandus hoſtis in ditione noſtra?*

59. *De*

Digitized by Google

59. *De militum vociferatione.*
60. *Arx an ſucceſſive obſidenda?*
61. *Stratagemata expugnandæ urbis.*
62. *Equites an pedites prævaleant?*
63. *Cataphracti vel levis armaturæ milites an prævaleant?*
64. *Milites an veſtium luxus deceat?*
65. *Arma quæ magis conducibilia?*
66. *Obſidio an ſit expediens?*
67. *Militares pœna.*
68. *Præfectus ſine mandato rem bene gerens an ſit puniendus?*
69. *Vinum an militibus dandum?*
70. *Vinum an victoria obtenta propinandum?*
71. *Hannibalis de Phormione judicium.*
72. *Prometatorum pœna circa abuſum in hoſpitationibus.*
73. *Vinum quale militibus dandum.*
74. *Stabula ruſticorum hoſpitantium equos quis reparabit.*
75. *Scholarium voluntaria militia.*
76. *Ubi articuli iis aliquando Coloniæ Propoſitorumque declaratio.*
77. *De duelli voce explicatio.*
78. *Duelli differentia à torneamentis.*
79. *Duelli generalis diviſio.*
80. *Duellum improviſum.*
81. *Duellum improviſum non requirit paritatem armorum ut proviſum.*
82. *Duellum quod ſit antiquius & an fuerit ante bellum.*
83. *Duellum inter Cain & Abel an improviſum nec ne. pro & contra.*
84. *Davidis cum Goliath proviſum fuit.*
85. *Duellum Rolandi cum Turca.*
86. *Duelli ſpecialior ſubdiviviſio.*
87. *Duellum decretorium an licitum?*
88. *Duellum proluſorium illicitum.*
89. *Ejus diſplicentia apud Deum.*
90. *Exemplum Davidis examinatur.*
91. *Duellum Augurale illicitum.*
92. *Duella judicialia à Magiſtratu concedi non poſſunt.*
93. *Duelli exitus periculoſus.*
94. *Objectio reſolvitur.*
95. *Duellum extrajudiciale ſine neceſſitate & proviſum illicitum.*
96. *Duellans uterque culpabilis.*
97. *Objectio reſolvitur.*
98. *De duello improviſo brutorum.*
99. *Brutum quod præſumitur aggreſſuram feciſſe.*
100. *Moderamen inculpatum excuſat.*
101. *Pudicitia conſervatio.*
102. *Fama an ſufficiat?*
103. *Fuge e an teneamur?*
104. *Defenſio pro alio licita.*
105. *Filio contra patrem, liberto contra dominum.*
106. *Subdito contra principem.*
107. *Mediatorem ferire an liceat?*
108. *Rerum defenſio an licita?*
109. *Verbalis injuria retorſio.*
110. *Retorſio an licita?*
111. *Retorſione facta adhuc eſt act. injuriarum.*
112. *Moderamen excedens quatenus teneatur.*
113. *Confeſſio cadis cum addito quatenus noceat?*
114. *Repreſſalia quid?*
115. *Repreſſal. à ſum. poteſtate conceſſa.*
116. *Repreſſal. & arreſti differentia.*
117. *A repreſſaliis qui immunes.*
118. *Repreſſal. non temere concedenda.*
119. *Repreſſalia abundans cautela.*
120. *Repreſſal. paſſo qua detur actio.*
121. *Rep. p ſſo act. datur contra ſuperiorem.*

PRæliminariter hic diſcutiendum pro ordine dignitatum ſervando, ne digniore poſtponantur, *t. t. C. ut dign. ord. ſervet.* Q. An Jureconſulti militibus præferendi, & quis in ſedendo, eundo, primas habeat? Hanc quæſtionem communiori calculo in favorem Jureconſultorum definitam legimus à Dd. *ad prine. l. proœm.* Fraternizant quidem arma & leges juxta Ang. à Gambil, & in toto mundo Mars, ars, lex cuncta gubernant, & unum alterius eget opera; Vana eſt ſine viribus ira, inanis lex, cui deeſt executio, & è contra militia ſine legibus enervis, nullum partium functionem habet, nec conſiſtere poteſt, unde Horat. *lib. 3. carm.* Vis conſilii expers mole ruit ſua. Arma quoque populo Romano gloriam & urbi principatum orbis peperiſſe leguntur; Tamen ſoli arti militari Scientia legali deſtitutæ hæc minimè tribui poſſunt, cùm non corporis tantùm viribus bella gerantur, ſed plus valeant conſilia togatorum, quàm enſes armatorum, teſte Ovid. *13. Metamorph.*

Quu

Quis uiſi pugnacem ſciret ſapiente minorem;
Eſſe nec indomita deberi præmia dextra.
cui conſonat *l. advocat. C. de advoc. diverſ. Jud.* Sic apud Romanos, ut tradit Cicer. 2. *off.* non ceſſit M. Scaurus Mario, nec Catulus Pompeio, unde Idem Cicero acclamat:

Cedant arma togæ concedat Laurea linguam, V. *Lenanderium p. 3. de doct. præced. quæſt. 6. extat in 6. vol. Tractatuum fol. mihi* 168. *pagina* 2. *Geil.* 2. *obſerv.* 118. *numer.* 15. *Beuther. ven. Prælation. pagina* 1. *capit.* 88. *Tiraquell. de nobil. cap. 5. num.* 20. *de Vulg. ſubſt.* notanter ſcribat, mihi hæc jurgia nunquam placuerunt deferat alter alteri, quanto enim plus honori alteri tribuit, tanto honor ipſius ſolidior exiſtit: Chaſſan. tamen *in Catalogo glor. mundi p. 9. in princ.* ut & Benius. *p. 3. c.* 54. referunt, ægrè quidem tuliſſe Doctorum prærogativam Frideric. Urbinatium Ducem ſed Alexand. Jureconſultorum præclariſſimum ſequenti diſtinctione controverſiam compoſuiſſe: Ut nempe in Academicis & Doctoralibus artibus Doctor, in militaribus verò miles præferatur, In actibus verò promiſcuis cæteris paribus anteponatur Doctor exiſtens ad latus Principis, deinde ejuſdem conditionis miles; Tertium verò locum habeant Doctores excellentes, qui non ſint ad latus Principis; Quartum etiam milites ſingulares, atque ita in aliis deinceps ratio habenda ſit. Cujus deciſioni Ducem illum invictiſſimum, qui ſexies ſigna contuliſſet, octies hoſtem profligâſſet, ac octies Italicæ confœderationis Imperator, quaſi alter ſuæ tempeſtatis Cæſar omnium præliorum victor extitiſſet, acquieviſſe, cùm ſcientiarum æquè ac rei militaris vires optimè noſſet, *ad. Lanſium in diſſert. de Certam. prærog. mil. & literat. & Beʒold. diſſert. de Stud. mag.* 113. Angel. autem à Gambil. *in proœm. Inſtit.* Suſtinet, ut indubitatum, quòd olim & hodie Doctor actu legens, ſi per 20. annos legerit in ſtudio generali, etiam extra Romam & Urbem Conſtantinop. (cùm talis fruatur dignitate Vicariatus Principis, & ſit comes. *l. un. C. de prof. urb. Conſt.*) militi ſit præferendus. Hodie tamen etiam non legentem præferendum, concludit *loco cit.* & additionator ibid.

Milites tamen propter armorum neceſſitatem eminentioris cenſentur conditionis, inter
1 quos tamen ſui ſunt gradus :* Eminet I. inter hos Ordo equitum Aurei velleris inſtitutus à Philippo Burgundiæ Duce An. 1429. Ad honorem Deiparæ, & Apoſtoli Andreæ, quorum numerus initio 25. non excedebat, additi deinde ſex à Carol. V. Burgundiæ Duce. *, II. Ordo Sancti Michaelis à Ludovic. XI. 2
Reg Galliarum deſcendens A. 1469 ad quem non ſolent admitti niſi Principes & Proceres, *Chaſſ. in Cat. gloria Mund. p. 9. conſ.* 10. Hic enim S. Michaelem pro Galliæ Protectore agnovit, & ſummo in honore habuit, ad quem non ultra 36. admittuntur. * Ordo S. Joan. Baptiſtæ, hodie Meliten- 3
ſis d. Militum quoque auratorum non exiguus eſt honor, etiam Regum & Principum filiis dari ſolitus cum inſignibus, aurato enſe, Calcaribus, paludamento, unde aurati dicti, quod jus ſoli Cæſari reſervatur Friderico Auſtriaco à quibuſdam cum Ludovico Bavaro electo tributum fuit ſui temporis Archi-Epiſcopo Salisburgenſi, qui in ejus vim An. 1322. creavit Equeſtris ordinis, quos Galli, Itali, Hiſpani à Caballis Cavalleros appellant, nomina eorum hæc fuerunt in tabulas relata, quæ recenſet Burg. *in hiſt. Bavar. l. 1. pag. 50. & ſeq.* Inter quos Otto Steiir Joannes Neydeck, Wittichus Berger, Fridericus Reichenberger, Ulricus Nuſſdorffer, Henricus Oxel, aliorum nomina recenſet Burg. *d. loco.* de quibuſdam & aliis id genus ordinibus agere non eſt hujus loci, quia in altiori gradu collocandi ſunt.

Miles unde dicatur, declarat Vulp. *in lib.* 4
1. §. *fin. de milit. teſtam.* vel à militia, id eſt duritiâ, quam pro Republ. ſuſtinet, vel à malo, quod arcere milites deberent, vel à numero mille hominum, quaſi milleſimus quisque ex illa multitudine. Licèt alii à molitie per antiphraſin derivent, quaſi nihil molle ſed aſpera quæque ſentiat miles, ut bellum quaſi minimè bonum dicitur. Unde dulce bellum inexpertis, & multi albæ gallinæ filii dum memorabilia prælia narrari audiunt vel legunt æmulatione, vel bile æſtuante togam ſæpe ſago mutantes, & militiæ ſe devoventes, poſtquam patriæ finibus exceſſerunt, & in alieno ſolo in caſtris noctes & dies experti moleſtiores, annona ſive hoſpitiis deſtituti vel utroque animum mox deſpondent, maxime priores d ætas recordantes in quibus indies vitam degebant voluptuariam & ad caminos per hiemen ludebant, potabant & genio indulgebant, quarum delicia-

deliciarum memoria plurimis præſentes augere
ſolet moleſtias mox poſthabito bello ad priſtinos
lares feſtinare ſolent, ut experientia demonſtrat
quotidiana, aleæ luſum pro prælio, ſericam ve-
ſtem pro galea, eligendo cum amicis commeſſa-
tiones, quam hoſtium aggreſſiones potiores ha-
bendo. Germanicè miles dicitur, ein Soldat /
à ſolido, lib. 2. Feud. 10. qui valuit 40. denarios,
vel à voce Sold / quod Stipendium ſignificat, &
mercedem, unde dicitur, in ſolidorum præſtatio-
ne plerumque conſiſtens, & Soldener dicitur Sti-
pendiarius: Cùm enim naſcente Româ primitus
populus Rom. ultra ducentos annos propriis im-
pendiis militâſſet, tandem decretum fuit à Patri-
bus, ut Stipendium daretur militibus, quo magis
prompti eſſent, & animi magis inflammarentur;
Præter pecuniam autem veſtem etiam & frumenta
dare ſolebant pedeſtribus, aliis verò etiam equum,
Oldendorp. de act. Claſſ. 5. 1. de action. benefic. fol.
5 742. * Pro quorum declaratione circa deducti-
onem vocis à numero mille ſciendum, quòd apud
populum Romanum triũm millium legio conſti-
tuebatur ex tribubus Tatienſium, Rhamnenſium
& Lucerum, quarum ſingulæ ſingula millia mitte-
bant, Cujus Ducem Chiliarchum vocabant, d. l. 1. in
fin. de teſt. milit. quam notionem vocis tanquã ulti-
mam Ulpian. probaſſe, probabile eſt, argt. l. ſi quis.
10. in princ. ibi Potiùs enim hoc procedere videtur.
quòd noviſſimè factum eſt, ff. de acquirend. poſſeſ.
Cum ut vulgò dicitur, poſteriores cogitationes ſa-
niores & meliores ſemper ſint prioribus. Bocer.
in tract. de bello & duell. c. 1. n. 6. &c. 7. Conan.
6 lib. 9 comm. Juris. Civil. c 5. n. 1. * Apud Ro-
manos autem in legendo milite Tyrone ſtatura
quinque pedum & dimidii, Cujac. 21. obſerv. 5.
Alexand. ab Alexand. genial. dier. c. 21. Et ſequen-
tia in cooptatione requirebantur: I. ut etiam ho-
die inſcriptio in matriculam, l. Ex eo tempore. 42.
ff. l. 18. c. de teſt. mil. l. unde di bon. poſt. ex teſt. mil.
l. neminem, C. de re milit. lib. 12. l. ſi duas. §. fin. de
Exc. tut. II. Sacramenti militaris præſtatio, l. 11.
de teſt. mil. ut perjurii periculo & pœnâ propoſitâ
à ſignis non diſcedant. l. milites. ff. Ex quib. cauſ.
maj. utque omnia ſtrenuè gerant, Ducis præce-
pto obedientes, Zaſ. Conſ. 6. n. 18. lib. 1. Et hoc
ſimul præſtare, non ſinguli ſeparatim ſolent. III.
Olim ſolebant Tyrones ſigno vel ſtigmate notari,
l. ſtigmata 3. C. de Fabric. quod hodie in uſu eſſe
deſiit, IV. Referuntur in numeros, quod à ma-
tricula diverſum eſt. Cotoræus. c. 5. & 6.

Militum autem alii majores alii minores 7
ſunt. l. fin. §. Iubemus. C. Locat. * Item alii Equi- 8
tes ſunt, alii Pedites. l. pen. C. de Teſt. milit. Mi-
nores aliàs gregarii ſunt, qui majoribus parent, ſi-
cut majores, quibus parere neceſſe eſt. * Con- 9
ſcribendi autem ſunt viri non fœminæ, hæ enim
munia militaria obire non poſſunt, Jacob. de S. Ge-
org. in tract. de feud. verb. marchia. n. 4. nec debent
eſſe virilibus immiſcere negociis, l. 1. §. ſexum de
Poſtul. l. fœmina. de R. J. & ſi à togata, multo ma-
gis ab armatâ militiâ excludi debent. Hinc Home-
rus l. 6. Illiat. ait, Telam, colum & ancillarum curam,
mulierum eſſe propria, & Ovid. 12. Metamorph.

- - - - - Columque
I cape cum calatu, & ſtamina pollice tange.
Bella relinque viris.

Tiraq. in leg. connub. gl. 1. p. 1. n. 62. * II. Laici eſſe 10
debent, non Clerici, hi enim inhabiles cenſentur, l.
2. F. t. 21. c. ſi quis. 36. diſt. 1. c. 1. non pila. c. ſi vobis. 23.
quaſt. 8. licet pro confeſſario & concionatore Cle-
ricus militare poſſit. III. Ingenui aſſumi debent 11
non ſervi, aut qui ſtatus controverſiam patiuntur,
l. 8. d. c. de re mil. l. ſuper ſervus. C. qui mil. poſ. lib.
12. l. qui cum. ff. de re milit. Licet in caſu neceſ-
ſitatis etiam ſervi aſſumi poſſint, ut aliquando fa-
ctum oſtendit Conan. lib. 9. Comm. Jur c. 5. n. 3. Cot-
oræus c. 11. l. generali C. de Tabul. l. 10. Sic Marcus An-
ton. Imp. ſervos, quemadmodum bello Punico fact-
um fuerat, ad militiam paravit, Cotoræus d. loc.
* IV. Honeſti eſſe debent non infames, l. 4. §. adul- 12
teri. de re milit. l. 2. §. milites. de his qui non inf. l. mi-
les. de adult. Si tamen aliquis durante militia
infamis fiat ex militari delicto per ſententiam à mi-
litia non removetur, facit. l. 6. §. 6. de Injuſt. rupt. l.
ſi quis. 22. §. de leg. 3. l. ex militari. 11. de mil. teſt.
Tiraq. de nobil. capit. 8. numer. 7. Cotoræus lib. 1.
de Jure mil. c. 12. ſic adulterii vel aliquo publico
judicio damnati non recipiuntur, l. ne quis C.
de decur. lib. 10. junct. l. qui cum §. adulteris, de re
milit. * V. Miles præditus eſſe debet facultate 13
auditus & ſermonis, mutus ineptus eſt, cum exa-
minari; Surdus cum juſſa Ducis audire, Tubæ
claſſici ſignum intelligere non poſſit; Sin autem
durante bello militi ejuſmodi malum adveniat,
ut ſæ-

Digitized by Google

ut ſæpe fit, quod qui majoribus aſſiſtunt tormentis ſurdi fiant, quia vehemens ſenſibile lædit ſenſatum, honeſtè mitti ſolent, *l. 4. de re milit. am. mil. c. un. §. mutus. Epiſcop. vel Abbat.* * An verò

14 invitus, & ſi nolit dimitti, removeri poſſit, dubium eſt; Neg. videtur verior argumento Clerici

15 infirmi. * Oculo tamen carens non excluditur, ut talis fuit Philippus Macedo Alexand. M. pater *juxta Curt. lib. 2.* Item Annibal Dux Carthag. *de quo Juvenal.*

Cum Getula Ducem portaret bellua luſcum.

Sic Ziſca Huſſitarum partium fautor oculo altero amiſſo multis victoriis potitus eſt, & Imper. Sigiſmundum fugavit. Idemque rurſus dic de eo, qui alteram manum aut brachium amiſit, ut Duci Brunſwicenſi Chriſtiano noſtra memoria

16 accidit. * Negotiatores quoque militare non debent, *l. milites & l fin. C. locat. l. un. C. neg. ne mil. l. 16. 8. n. 116.* quia privatis & publicis ſimul negociis incumbere nequeunt, convenit autem illud Horat Epiſtol.

Optat Ephippia bos piger, optat arare caballus.

Quam ſcit uterque libens, cenſebo exerceat artem.

17 Juſta ætas, ut caſtra Martis quis ſequi poſſit, 17. anni videntur, *Gell. 10. noct. Att. c. 28.* Et ſimiliter Senex ſeptuagenarius idoneus non putatur, nam

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.

18 Eunuchos, Caſtratos utroq; teſte carentes, militare non poſſe, tradit Bald *in l. milites ex quib. cauſ. maj.* cujus rationem tradit Cotorm. *lib. 1. capit. 13.* Aliud in eo, qui unum tantum teſtem habet *lib. 4. de re milit.* ſive ita natus ſit, ſive amiſerit alterum, vel culpa ſua vel injuria latronum, vel Medici præcepto, cum talis non cenſeatur morboſus, *l. Pomponius §. fin. de ædil. Ed.* Spadones tamen multos ſtrenuos milites extitiſſe legimus. Sic Narſes, qui Gothos Italia ut Dux belli tempora Juſtiniani expulit, ſpado fuit, *ut ſup. d. de aliuv. Cotorm. d. c. 13.* * Demum armis in-

19 ſtructos eſſe milites decet, *l. pen. de teſt. mil. l. milites 31. C. Locat.*

20 Ex his conſtat exercitus, qui hodie per regimina ſolet diſtribui & alius eſt Equitum, alius peditum, alius eorum, qui rem armamentariam adminiſtrant. Regimen Equitum dividitur in cohortes & turmas quæ pro Ducis arbitrio plures aliquando pauciores milites continent; Regulariter autem cohors 259. vel 300, ſingulæ verò turmæ 50. conſtant equitibus. Regimen autem peditum ſecatur in cohortes & contubernia, illarum ſingulæ 300. vel 400. horum ſingula ſex vel decem continent; Tertii regiminis non eſt talis diſtributio.

Officia autem quædam totum concernunt 21 exercitum, quædam ejus partem. Univerſum, quibus funguntur poſt ducem, den Feld-Herren/ & ejus legatum, den General-Lieutenant conſiliarii militares, Quæſtor, den Pfenning-Meiſter/ Caſtrenſis ærarii cuſtos, ſupremus rerum capitalium Præfectus Obriſt Feld-Proſ. ſupremus præfect. annonæ, Proviant-Meiſt Metator ac menſor General-Quartier-Meiſter/ Incendiorum Magiſter, & Archiater. * Partes exercitus concer- 22 nunt officia eorum, qui regiminibus vel cohorti præſunt; In regimine Equitum, Generali officio fungitur, Magiſter Equitum der Ritt-Meiſter/ ejuſque vicarius der Lieutenant/ in eodem ſunt Præfecti ejus die Befehlhaber/ & horum vicarii Equeſtris Metator der Quartier-Meiſter/ Equeſtris excubiarum Præfectus Wacht-Meiſter/ Equeſtris rerum Capitalium Prætor der Regiments-Schultes/ Decuriones Equeſtres, Capellanus Regiments-Pfaff/ Medicus, ſcribæ præfecti Eq. Tubicines. * In regimine peditum funguntur Generali officio, Magiſter peditum, der Obriſter/ & ejus vicarius, der Obriſte Lieutenant/ 23 Speciali, tribuni vel capitanii, & horum Vicarii. Sculretus judices pedeſtris excubiarum præfectus, pedeſtris annonæ Magiſter, Metator, pedeſtris Capitalium Magiſter. Lixarum & Calonum ductor, Führer der verlohrnen Hauffen/ Decuriones Rott-Meiſter/ ſcriba Judicii, Viator, Carceris cuſtos, Lictores, Stecken-Knecht/ *Schonb. de polit. capit. 15. pagina 596. add.* Die Ordinantz ſo ihr Fürſtliche Gnad. Hertzog von Fridland wegen Einquartirungen *publiciren* laſſen *Act. public. tom. 2. lib. 8. tract. 5. pagin. 1480.* In regimine rei armamentariæ Generali officio funguntur Magiſter rei armamentariæ, Obriſter

Zeug oder Artillerie-Meiſter / ejusque Vicarius, ſpeciali verò quæſtor regiminis, Præpoſitus aggeribus ſtruendis, Ingenieur, quæſtor rei armamentariæ ejuſque cuſtos, præfectus aurigarum, Vehiculorum præpoſitus, præpoſitus foſſorum & Cunicular iorum, Pontium Magiſter, Medicus, Cappellanus, Præpoſitus machinæ fulminalis, Foſſores, Cuniculi, pulveris nitrati cuſtodes, Chirurgus & bajuli.

24 Ad ſpecialia officia quod attinet, differentia eſt in equitum & peditum cohortibus: In equitum cohortibus poſt Præfectum ejuſque Vicarium eſt vexillator der Cornet / Equeſtris diverſoriorum deſignator, Decuriones Equeſtres, Capellanus, Scriba, præfecti Eq. Chirurgus, Tubicen. In peditum verò cohortibus poſt tribunum peditum Capitaneum ejuſque Vicarium ſignifer, ſtructor ordinum, pedeſtris diverſoriorum deſignator, ordinum ductor, der Führer / Duo ordinum ſtructores, Decuriones pedeſtres, Capellani, Scriba, Capitanei, Chirurgus, Fiſtulator, Tympaniſta, quæ melius norunt in ſcientia militari inſtructi.

25 Pro qualitate autem officiorum aliis majora quam aliis Stipendia aſſignantur, & dari debent, *c. quid culpatur, n. un. de neque Joannes* 23. *q.* 1. *l.* 1. & 2. *C. de re milit. lib.* 12. *l. item miles* 18. *de re milit.* eaque etiam captis, ſi redierint, debentur. *l. pen. de re milit.* non tamen transfugis etiam re-
26 ſtitutus, *l.* 1. & 5. *C. de re milit. lib.* 12. * Quia autem non ſolutis Stipendiis ſæpe factiones & rebelliones oriri ſolent, ante belli ſuſceptionem attenta rationum fieri debet ſubductio, ne pecunia ſeu bello nervo deficiente ſerius facti pœniteat, quæ autem tempore Carol. V. legionum ſingularium facta fuerit ſubductio tradit Majol. de bell. Event. *p.* 216. quæ conſulto omitto, quia pro varietate temporum ſtipendia quoq; variari ſolent,

Huc pro materiæ & hujus capitis declaratione faciunt ſequentes Politicæ quæſtiones.

27 Q. I. *An liceat bellum ſuſcipere ex ſola dominandi libidine, ut ditiones quis ſuas extendat, & amplificet?*

Licet Albericus Gentilis *l. de inſt. Arm. Rom.* perſuadere conatus ſit Romanos ſemper geſſiſſe bella moraliter etiam juſta, conſtat tamen aliud ex hiſtoria veteri, quod enim contra Cypri Regem geſſerunt iniquiſſimum fuit, ductum quidem & auſpiciis Catonis Uticenſis juſtitiæ nomine viri celeberrimi, verum qui cum Ariſtide Athenienſi ſenſerat, juſtum eſſe omne id quod reip. utile eſt, qua de re Cicero in officiis, talia autem Romani geſſerunt plurima Cicero ſane fatetur non ſemper Rom. arma æqua fuiſſe, Carneades quoq; à rep. Attica Romam miſſus, cum in corona multorum laudaſſet & vituperaſſet juſtitiam, publice profiteri auſus eſt, Romanis injuſtitam multum attuliſſe utilitatis, & ſi reddenda eſſent omnia iniquè capta, Romanis ad caſas redeundum eſſe paſtoritias.

Ad q. propoſitam nunc veniendo, Hoc nonnulli affirmarunt, in ſpecie Armeniæ Rex teſte Tacito 15. *an. c.* 1. dicere ſolebat, ſua retinere, privatæ domus, de alienis certare regiam laudem eſſe, ejuſdem mentis fuit Turcarum Imperator Solymannus, cum enim Inſulam Rhodos in poteſtatem ſuam redegiſſet, equitibus Rhodiis expulſis, Philippo Villerio Liladamo Ordinis Magno Magiſtro ſignificavit, ſe hoc bellum non alio, quam dominandi fine, non ex odio, aut ulla invidia ſuſcepiſſe, idq; ex eo patere, quod non tantum victos illæſos relinqueret, ſed cum ſuis rebus, & fortunis abire permitteret, nullâ lucri, aut divitiarum ſpe ductus, ſola gloria, & apud Poſteros memoria contentus, & ſic Saluſtius *de bello Catil. l.* 2. ait: unam, & eam veterem bellandi cauſam profundam Imperii cupidinem eſſe, & hæc Alex. Mag. impulit, ut non tantum vicinas, ſed etiam longe diſſitas Regiones bello ſibi ſubigeret, ut mundi Monarcha diceretur, cumq; ex Anaxarcho didiciſſet (ut refert Plutarch. *de tranq. anim n.* 22.) plures ſuper eſſe mundos; in fletum reſolutus ſit Valer. Max. *l.* 8. *c.* 14. Idem de Cyro in Aſia ſcribit Saluſtius *in Catil. c.* 2. quare Galgacus Britannorum Dux Romanos verè mundi prædones eſſe ajebat, qui terras depopulati jam maria etiam infeſtarent, Tacitus *in Agricol. cap.* 30. ſed aliter D. Auguſt, *de civit. Dei libr.* 4. *capit.* 6. ſenſit his verbis: Inferre bella finitimis & inde in cætera procedere, ac populos ſibi non moleſtos ſola regnandi cupiditate conterere & ſubdere, quid aliud, quam grande latrocinium nominandum eſt? Et hinc Alex M. *à Lucan, lib.* 10. *v.* 21. Fælix terrarum prædo nominatur, quod ab eodem captus Pyrata eidem exprobravit, qui interrogatus, quid eum moviſſet, ut mare infeſtaret, reſpondit; Quid eum moviſſet, ut totum mundum infeſtum

Digitized by Google

feſtum redderet, unde abſurda vox eſt Tyranni, id æquius, quod validius, & Gallorum apud Livium *lib. 5. cap. 36.* Se in armis jus ferre, & omnia virorum fortium eſſe, ſtante verò contraria ſententia bellum ab utraque parte juſtum eſſe poſſet, quod plane abſurdum eſt, experientia verò docet ejuſmodi ſine cauſa ſuſcepta bella raro fælices eventus habuiſſe, Unde Hannibal *apud Livium lib. 30. cap. 30.* ita aliena adpetivimus, ut de noſtris dimicaremus, & Dionyſ. Halicarn. *antiq. Rom. capit. 10.* Turpe eſt Principi ob rerum alienarum cupiditatem bellum non neceſſarium ſuſtinere, in quo ſe, & omnes ſuas fortunas in periculum ſit adducturus.

Non deſunt quidem varia exempla bellorum contra juſtitiam ex cauſa leviori ſuſceptorum, prout Xerxes Perſarum Rex cum ipſi prandenti Caricæ Atticæ appoſitæ eſſent, negavit ſe venales, niſi ea quæ has ediliſſet ſubjugata regione, comeſturum, mox ad ſubigendam Græciam, cum exercitu profectus ut illis frueretur.

Galli teſte Liv. *lib. 5.* guſtato Italiæ vino abſque ulla alia cauſa ad eam ſubigendam ſe contulerunt & pro vino Italico ſanguinem fuderunt & permutarunt proprium.

Longobardi in Panonia degentes audito Italiam dulcibus pomis, carne ſucci plena, vino odorato, formoſis fœminis, piſcium varietate abundare, & rara frigora ac temperatos calores habere, cupiditate loci correpti armis eam occuparunt. Poſtquam Carthaginenſes & Romani in Hiſp. auri argentive venas eſſe intellexerunt bellum inceperunt acerrimum ut opes ſc. raperent alienas. Ad quæ & ſimilia w. non exemplis ſed legibus judicandum. Nec attendendum quid factum ſit, ſed quid fieri debeat; ad Guevar. *in horol. lib. 3, c. 15. n. 66. pag. 500, v. Cering. in diſp. de jure belli th. 49.*

Ac licet ejuſmodi bella, aliquando bonum habuerint ſucceſſum, idque non forte fortuna evenerit ſed ſecundante etiam divino Numine, eamq; in Alex M. geſtis Divinam providentiam adveniſſe ex ipſis prophetiis cognoſcere liceat, non tamen ſequitur ea quæ pro parte à Deo probantur, ſimpliciter probari Deo & juſta eſſe: nec etiam dictis repugnat nullum eſſe malum in civitate niſi à Deo, hoc enim intelligendum de malo pœnæ non culpæ Coring. *d. loc. th. 52.* nec rarum eſſe ut qui alienis injuſte inhiat propria amittat & regnis ſuis exuatur. Princeps qui ſtultitiæ tantum humanæ impulſu regna invadit alia; id ſuo damno expertus fuit Theodobertus Francorum in Gallia Ciſalpina Dux juvenis gloriæ cupidus, nominis tantum celebritatem affectus, Italiam occupaturus, quamvis ad hoc nullo jure niteretur, quo autem Rubiconem

——— *qui Gallica certurdie,*
Limes ab Auſonius diſterminat arva colonis.

tranſiis, nuncium de univerſi ſui regni defectione accepit, quo nuncio allato, re cum ſuis deliberata quos in comitatu habebat, cunctis ſuadentibus, in Galliam redire ſtatuit & conſervandæ exiſtimationis gratia copias in Italia reliquit ducibus deſignatis Bucellino & Amingho, quorum ille hyematurus in Campania, improviſo Narſetis adventu oppreſſus prælio victus & occiſus eſt, alter verò fœdere inito cum Auindio Gothorum Duce, cum conjunctis viribus hi in Romanos tenderent à Narſete uterq; victus & vivus captus, Amingius ſecuri percuſſus, Auindius verò Conſtantinopolim ad Imp. Juſtinianum miſſus eſt, unde Bias inter cæteras leges Prienæis quarum Plato, *in lib. de legibus* meminit, & Ariſtoteles in œconomia hanc moriens iis reliquit.

Princeps Pirenenſium ditione à majoribus relicta contenus eſto neque bellum aliena occupaturus moveto, quod ſi forte conatus fuerit nemo neque pecuniis neque corpore juvare aut comitari tenetur, cum juxta Apollinis oraculum, qui aliena rapit ei propria Dii adimere ſoleant. Guevar. *in horol. princ. lib. 1. cap. 21. num. 78. p. 77.*

Q. II. *An magis conducat ditiones bello amplificare, an in ſtatu ſuo conſervare?* 28

Poſterius iſte Ovidii Verſus innuit.

Non minor eſt virtus, quã quærere parta tueri.

Quamvis hoc plurimi parum conſiderent, ad id ſolum intenti, ut ditiones ſuas extendant, ſive per fas, ſive nefas id fiat, ſicut

Quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ.

Et

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit,

Verùm ſæpe illis evenit, quod Æſopico cani, qui cum fruſti carnis, quod ore geſtabat, umbram majorem in aqua vidiſſet, & relicto fruſto ad

umbram properaret utrumq; perdidit; ita aliena qui appetunt, non acquirunt, & propria ſimul perdunt, qua conſideratione moti Lacedæmonii non tam graviter eos puniverunt, qui in acie gladium, quo hoſtis impetitur, depoſuiſſent, quam qui clypeum ſuæ defenſionis abjeciſſent, plus intereſſe rati poſſeſſa retinere, quam nova acquirere prout *juxta Flor.* difficili⁹ eſt provincias obtinere, quam facere, & ea demum potentia tuta dicitur, quæ viribus ſuis modum imponit; Sic qui alea ludunt, dum alienæ pecuniæ inſidiantur, ſuam ſæpè amittunt, & ad extremam rediguntur inopiam, prout & teſtudo, quando ſe in ſuo tegumento continet, ab omni periculo tuta perſiſtit, dum autem egreditur, facile cuivis diſcrimini vitæ eſt obnoxia, qua homæoſi *apud Livium* uſus fuit, Faminius, & Scythæ *apud Civit. lib.* 7. ad Alexandrum dixerant; Dum ad culmen venire homines contendunt, una cum ipſis ramis quos apprehenderunt decidunt; Cumque Scipioni acclamaret populus, & precaretur ut Dii Rempubl. augerent, reſpondit: Satis habemus auctam ſi modo conſervetur.

29 Q. III. *An conſervatio religionis, & cultus divini juſta cauſa ſit belligerandi?*

Affirmatur, ſi enim defenſio propria, & patriæ juſta ſit cauſa, *l.* 44. *§.* 1. *ad l. Aquil.* multò magis cultus Dei *qui merito omnibus prævalere debet, facit l.* 2. *de J. & J.* Et licet religio difficulter vi & armis inducatur, liberum tamen ejuſdem exercitium contra eos; qui hoc impedire attentant, armis conſervari licitè poſſe probat exemplum Judæorum *Nehemia* 4. qui tempore exſtructionis Hieroſolymitanæ in continua armatura fuerunt, ratio eſt, quia quod in religionem committitur, in omnium tendit injuriam *l.* 4. *§.* 1. *C. de hered. & Man.* ut proinde, quod omnes tangit, ab omnibus defendi poſſit. Sic confecto bello Judaico in Alanos & Armenios atrocius ortum ex hac occaſione cum populi utriq; ad ludos olympicos conveniſſent, nata fuit contentio utri meliores haberent Deos, & alterius pertinaciter aſſeverantibus alteris contra obnitentibus finitis ludis in patriam reverſi tanto impliciti fuere bello ut ſub prætextu propugnandi Deorum ſuorum honoris illorum regnorum delēretur memoria. Ad quos tamen Ælius Adrianus Julium Severum miſit, ad conciliandum inter eos pacem, cum mandatis ut pacem repudiantes bello perſequeretur, qui eos conciliarit, hac lege ut Alani Armeniorum & hi illorum Deos reciperent & ut ipſi homines reconciliati in concilio ſe, ita in fanis dii reconciliati ſe mutuo complexentur, Guevar. *in horol. l.* 1. *c.* 4. *in fin. pag.* 18.

Q. IV. *Quid de defenſione patriæ?* 30

Et hanc juſtam cauſam eſſe probat *lib.* 2. *de J. & J.* unde Horatius *libr.* 3. *od* 2. *ad amicum.* ait:

Dulce & decorum eſt pro patria mori.

Et quidem injuriam toti patriæ vel reip. illatam armis vindicare licere, docet bellum Davidis quo ultus eſt injuriam legatis ſuis illatam ab Hanone Am̃onitarum Rege 2. *Samuel,* 10. *v.* 12. quæ injuria redundavit in Regem. Si autem injuria fiat membro alicui, quæ non redundat in totum reip. corpus, non eſt hæc juſta bellandi cauſa, ſicque Carol. Burgundi bellum contra Helvetos ſuſceptum injuſtitiæ arguitur, etſi forte vectigal non eſſet ſolutum ab aliquibus Aurigis Helveticis.

Q. V. *Quid de defenſione Amicorum, & confæderatorum?* 31

Si hi in ſua religione, vel ejus exercitio, aut poſſeſſione ſua turbentur? ℞. Et hanc non defenſivi tantum ſed etiam offenſivi belli juſtam cauſam eſſe tradit Couvar. *in relict. c. peccatum p.* 2. *§.* 9. *numer.* 2. *de R. l. in* 6. Adhibenda tamen diſtinctio inter injurias parvas, mediocres & graves, cum per ſocios reip. noſtræ ſalus petitur, ſi periculum ſit ſociis debellatis nobis exitium imminere, quando in noſtram tutelam ſocii recepti ſunt, vel cum iis fœdus bellicum defenſivum initum eſt, quum fœdera ejusmodi & non exacta ſæpe ſervari, doceat exemplum apud Thuanum de fœdere Pontif. Hiſpan. Regis Venetorum, à quo primum Veneti receſſerunt, quod Hiſpanum ſua tantum commoda ſectari ſuſpicarentur.

Q. VI. *Quid de Vindicta accepta injuria?* 32

Et hæc cauſa ſufficiens, quia Magiſtratus uti miniſter Dei gladium habet ut malum vindicet *ad Rom.* 13. *v.* 4. Cum autem injuriæ non tantum præſentes eſſe poſſint, ſed etiam præteritæ, de præſentibus minus eſt dubii, idem ad veteres ante ſæcula commiſſas nonnulli trahunt, eo

quod

quod non cenſeatur huic juri gentium derogatum per præſcriptionem, quæ jure civili Romano introducta alias gentes non poſſit ligare, prout olim Rex Ammonæorum terras ante 300. Annos ab Jſraelitis occupatas armis repetiiſſe legitur *Judic. capit. 11. numer. 13. & capit. 26.* Verum & in his præſcriptioni locum eſſe oſtendit Coring. *de finib. Imper. capit. 19. pagina* 360. de futuris injuriis v. Coring. *diſſ. de Iure bell. theſ.* 69. quod ſcil. videatur per tacitam derelictionem inſtar aliarum rerum, ita etiam rerum jura quaſi naturæ jure transferri imo præſcriptionem etiam apud alias gentes receptam fuiſſe ſentit D. Rath. *in tract. de uſu.*
33 *c. 1. aſſ. 5.*

Q. VII. *Quid ſi quis tranſitum per alienum territorium petiit, & obtinuit data aſſecuratione ſubditis nihil damni inferendi?*

Prout in Romano Imperio proviſum, quod ad hoc circuli Principes per quorum circulum tranſitus petitur, requirendi, & cautio ſufficiens præſtanda ſit de omni damno, quod hoc modo cauſabitur refundendo. Reichs Abſchied zu Augſpurg/ ꝛc. *Anno* 1559. §. Dem zugegebenen ꝛc. *& ſeq.* Si tranſeunti exercitui erga congruam ſatisfactionem victualia, aliaque neceſſaria negentur, an hæc cauſa belli? Pro affirmativa facit exemplum Gedeonis, cui cum Incolæ Sucoth, & Phanuel pro fatigata militia denegaſſent neceſſaria, ipſe eos redux contrivit, & Phanuel ſubvertit, *Jud. 8. cap.*

34 Q. VIII. *An cauſa ſufficiens hac ſit alios populos debellare, ut ad veram religionem perducantur?*

Variatur ſententiis, Cujac. 16. *obſerv.* 3. ait: In religionis negocio nihil valet hominis authoritas, nec opus eſt vi & injuria, cum cogi nemo poſſit, ut credat & Stephanus Poloniæ Rex dixiſſe fertur: Tria ſibi ipſi Deus reſervavit, creare aliquid ex nihilo, noſſe futura, & dominare conſcientiis; Sed horum & priorum temporum hiſtoriæ aliud docent, quas in ſpecie recenſere, foret vulnera, quæ jam fere cicatricem obduxerunt, renovare.

Præſenti huic tempori ſervit

35 Q. IX. *An Principi Bellum gerenti liceat fortalitium, vel civitatem in vicini Principis ſolo pacato ſitam arcendi periculi cauſa occupare, eique præſidium imponere?*

Occaſionem huic dederunt Hollandiæ Status qui bello contra Hiſpaniæ Regem geſto quorundam Principum ac Statuum Imper. civitates & caſtra ad ripam Rheni ſita, ut Rheinbergam ad Electoratum Colon. Veſaliam Embricam, Rees, Orſou, Sauten, & alia loca ad alios ſpectantia occuparunt, & dominis invitis præſidium iis impoſuerunt. Grotius *in libr. de Jur. belli & pacis libr. 3. capit. 1.* §. 2. id affirmat, quod ſcilicet ſi in extremo periculo conſtitutus id faciat, licet tertius lædatur, veniam mereatur propter affectum ſe ſuoſque conſervandi, quodve rem alienam, ex qua certum eſt, mihi periculum imminere citra culpæ alienæ conſiderationem invadere poſſim, non tamen dominus ejuſdem fieri, cum ad eum finem adimam, ut tutus ſim, donec meæ ſecuritati cautum ſit: Idem *l. 2. c. 2. §.* 10. dummodo non imaginarium, ſed certum ſit periculum, ne hoſtis eum locum invadat, & irreparabile damnum inferat, ita tamen, ut I. nihil ſumatur, niſi nuda loci cuſtodia II. Relicta domino jurisdictione & fructibus, & III. Demum ſi fiat cum intentione reſtituendæ cuſtodiæ, quam primum illa neceſſitas, ac periculum ceſſabit, fundamentum hujus ſententiæ ponit in neceſſitate, quæ legem non habet, cum in caſu neceſſitatis liceat furari. *Conſt. Carol. A.* vom ſtehlen in Hungers-Noth; Quodve in caſu famis, & ſitis de eſculentis & potulentis, idem in caſu frigoris de lignis, & caſu belli de arcibus, & oppidis, & urbibus dici poſſit ex paritate rationis, quæ idem jus inducit *ex vulgata l. quæſitum. ff. ad l. Aqui.* quodque hoc ex veteri communione rerum reliquum remanſerit.

Sed hæc ſententia nova, & prorſus ſuſpecta, nec tuta videtur Fritſchio *in Tractatione de Jure præſid. A.* 1672. impreſſo pagina 11. Ubi in ſpecie negat, in neceſſitate reviviſcere jus priſtinum, rebus utenti, acſi communes manſiſſent, ſed tam naturali, quam Civili jure, quod mihi ſemel legitimè acquiſitum eſt, ſine facto meo alii communicari non ſolum, quoad & dominium, ſed ne quidem quoad uſum, retentionem, vel poſſeſſionem poteſt. *l. 11. de R. I. Novell. 85. in præfat.* Nec limitationem prædicti Grotii occupatione per ſe illicitam reddere poſſunt licitam, nam illa temperamenta

Digitized by Google

menta magis ſpecioſa, quam practicabilia dicit Fritſchius, quia iſta occupatio ſolius etiam cuſtodiæ cauſâ ſine damno vero Domini non poteſt eſſe non comparata, ſed vicini Innocentis & Neutralis urbem, aut arcem occupare ſemper habet annexum periculum hoſtilitatis, dum adverſaria pars illum locum non jam amplius pro neutrali, ſed pro hoſtili probabiliter agnoſcit, juxta vulg. Qualem te invenio, talem te judico, & Cives loci occupati, ſicut hoſtes ipſos tractat, captivos abducit, urbi tanquam hoſtili inſidiatur; Adhæc neſcire poteſt, An hoſtis eam Domino verò invito occupaverit, an verò voluntas tantum ſimulata fuerit, quomodo Neutralitas facilè eludi poſſet, quod periculum damni Tertius in ſe ſuſcipere non tenetur; Caſum quoque an Neceſſitas extrema & ſufficiens ſit, decidere, vix erit poſſibile! Cumque per hanc invaſionem periculum timentis partis tertius Neutralis in periculo etiam conſtituatur, devaſtationis, obſidionis, captivitatis, hoſtilitatis ab adverſâ parte metuendæ, in dubio melior debet eſſe conditio partis neutralis in pari cauſa de ſolo damno certantis, quam alterius, qui non tantum de damno, ne locus ab hoſte occupetur, indeque ipſe deprædationem, & incurſiones patiatur, ſed etiam de lucro certat, ut ex hoc loco hoſtem invadere, & deprædari commodius poſſit; quæ autem, quantave damna hæc, aliaque vicina loca poſt occupationem ſenſerint, à quibus, ſi in neutralitate manere potuiſſent, libera indubiè fuiſſent, horum & priorum temporum, Hiſtoriæ ſatis teſtatum faciunt, & circuli tam Rhenani quam Weſtphalici frequentes quærelæ ab Anno 1582. ad hæc tempora continuatæ, *Receſſ. Imper. Anno* 1582. §. Aber ꝛc. & 1594. §. Darauff dann ꝛc. 42. & *Anno* 1598. §. Und ob wir ꝛc. 17. Et quæ Sereniſſimus Princeps Elector Colonienſis ad Status Imperii in Comitiis præſentibus Ratisbonæ ob Rheinbergam adhuc ceſſante omni neceſſitate detentam exponi facit. Nec minus ex literis, quas S. Cæſar. Majeſtas ad Generales fœderati Belgiis Status ſub dato Viennæ 17. Febr. Anno 1671. conſtat, quod dictam civitatem Rheinbergam juxta propriam, & ſæpius repetitam promiſſionem reſtituendi ad iteratas miſſiones & ſollicitationes non tantum non reſtituerint, ſed fefellerint, Juriſdictionem item territorialem, ſuperioritatem per novi telonii impoſitionem aliasque Civium, & ſubditorum moleſtationes uſurpare non dubitent, cujus ſeries extat apud Fritſchium *d. loco. pagina* 37. Donec Anno 1672. armis Gallicis recuperata, & Sereniſſimo Principi Electori reſtituta eſt, Cujus ad Conventum Ratisbouenſ. Memoriale, & graves quærimoniæ per Dominum Petrum Holtzemium conſiliarium, & legatum exhibitæ videri poſſunt apud d. Fritſchium *p.* 32.

QUÆST. X. *An in aſſumendo Belli duce & Generali, qui cæteris præſit, ad experientiam ejus potius, quam Virtutes reſpiciendum?* 36

Prius affirmat Ariſtot. 5. *Politic. capit.* 9. Sicut enim virtute & bonis moribus carens nihilominus bonus Cives eſſe poteſt, *Ariſtot.* 3. *polit. capit.* 3. Ita generalis bonus eſſe poteſt Dux, etſi virtuoſus non ſit; Sic Antonius, licet in Cleopatræ Ægypti Reginæ amorem incaluiſſet, ideoque famam non ſatis bonam apud populum de ſe concitaſſet, Catoni tamen intemeratæ vitæ, & famæ homini prælatus fuit, non quidem, quod Cato ipſo indignior eſſet, ſed quia Antonius majori experientiâ præ Catone in rebus bellicis valebat. Sylla ſuperbus erat, & elati ſupercilii, Cariolanus furioſus & Tyrannicus; Antiochus Epicureus, ſed bellicis actionibus aſſueti, in ducendo Exercitu aliis prælati ſunt; Optandum quidem foret omnes Belli duces Themiſtoclis, Scipionis, Ageſilai, Epaminondæ veſtigiis inſiſtere, qui non tantum inſignes Heroes, ſed etiam virtutum ſectatores ſtrenui fuerunt, nec tantum hoſtes ſuos, ſed ſe ipſos etiam devicerunt, juxta illud:

Fortior eſt, qui ſe, quam qui fortiſſima vincit Mœnia, &c.

Si autem utrumque conjunctum in unâ eademque perſonâ concurrere non valeat, potior ratio experientiæ habenda eſt; Sicque Æneas Sylvius poſtea Romanus Pontifex Pius II. dictus in ſermone ad Status Imperii Francofurti habito ſequenti modo eos admonuit, ut tales Belli duces eligant, in quibus ſit peritia rei militaris, authoritas evidens, præſumpta fælicitas, qui ſint laborioſi in negociis, fortes in periculis,

lis, celeres in conficiendo, & denique conſulti in agendo, quales & ſuperioribus, & noſtro ad huc ævo enituerunt, & adhuc enitent Spinolæ, Tillii, Tampieri, Johannes de Werth, Montecuculi, Marchio de Grana, &c:

37 Q. XI. *An expediens ſit unum vel plures eſſe Belli duces?*

Prius non tantum utile, ſed etiam neceſſarium videtur, cum notum ſit rarò proſperè pugnatum, ubi pluribus collata fuit hæc authoritas? II. facilius imperat, qui ſua ſolus conſilia ad finem dirigit, quam qui ſua & aliena. III. unius conſilia facilius ſecreta manent, quam plurium, IV. Milites facilius unius, quam plurium, voluntati parent; V. Nemo poteſt Dominis æquè ſervire duobus; Fuit quidem Lex apud Lacones, ut tres eſſent Duces, ſed diverſa poteſtate, ut penes unum ſumma rei eſſet, cui in prælio mortuo ſurrogabatur ſecundus, & huic tertius, ne unius mors res benè cæptas turbaret, aut in unius animâ Exercitus ſalus conſiſteret; Carthaginenſes etiam in bello unius paruêre Imperio; Romanis duplex quidem, ſeu duorum Conſulum imperium placuit, ut tamen alternis diebus faſces haberet unus, ſed ſæpè ſimultas, & ambitio duorum diſcors Exercitum perdidit, ob quod Cannæ celebres ſunt; nulla autem bella citius confecta leguntur, quam quæ geſta unius imperio, hinc electus Dictator, nec aliter Hannibalem victoriâ ferocientem domare potuerunt Romani, quam uni commiſſo imperio, & Dictaturâ Fabio delatâ, ſic multi imperantes perdiderant Cariam.

38 Quæst. XII. *An Belli ducem liberum eſſe oporteat?*

Quidam id negant, & impedimento potius literas eſſe Belliduci volunt, quodque ſtudia hominem ſui amatorem à rebus bellicis generalis abſtrahant, exemplo Archimedis, qui dum à Romanis Syracuſæ occuparentur, profundiſſimis ſpeculationibus immerſus, & quaſi abſorptus nullos tumultus exaudivit, quaſi ad ſe communis calamitas nihil ſpectaret, & prius hoſtilem enſem in cervice, quam hoſtium irruptionem, & urbis expugnationem ſenſit. II. Studia melancholiam incutiunt, à quâ Bellidux alienus eſſe ſolet unde Cato aſſerebat, tunc Romanos imperium perdidiſſe, cum primum Græcæ linguæ & artibus operam dediſſent; Idemque cum Oratores tres frequens Juvenum Auditorium, & concurſum haberent, ſenatus ſuaſit eos Athenas remittendos, ne flos Juventutis Romanæ artibus ineſcatus rei bellicæ fieret negligentior.

Gothi quoque Muſarum ſtudiis homines abjecti animi, & bellis inhabiliores fieri rati libros Græcos magno numero Vulcano commiſerunt, nec non Turcæ ſtudia literarum non curare dicuntur; Ludovicus etiam XI. Rex Galliæ, alias gubernandi peritiſſimus ab omni literarum ſtudio filium Carolum removendum duxit, modo hanc ſententiam didiciſſet: Qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare; Veruntamen quam imprudenter in hoc fecerit Ludovicus ſuo dein malo expertus eſt; Quàm autem Belli ducibus artes liberales ſint utiles, & neceſſariæ, diverſorum Imperatorum exempla demonſtrant, Alexandri M. Julii Cæſaris ut dubium ſit, an plus gloriæ artes liberales, vel res bello geſto ipſis attulerint: Julio Cæſari hoc applicari ſymbolum ſolet; Siniſtrâ librum, dexterâ gladium gerenti ex utroque Cæſar, Imperatorem non ſolum armis decoratum, ſed & legibus armatum eſſe debere ait Juſtinianus *in proœm. Inſtitut.* ſummam Ripubl. Romanæ tuitonem ex ſtirpe armorum & legum veniſſe, ut fœlix Romanorum gentus omnibus dominaretur, teſtatur, *in lib. 1. C. de Juſtin. Cod. conf.*

Q. XIII. *An conveniat ipſos Reges & Principes perſonaliter caſtra ſequi, & præliis intereſſe?* 39

Hæc quæſtio ſine ſequenti diſtinctione expediri non poteſt; Vel enim agitur de incolumitate Regni Principatus, ubi ei periculum interitus imminere poteſt, vel ob cauſam leviorem; priore caſu attentâ rei gravitate id affirmandum. I. Juxta vulg. Oculus Domini paſcit equos. II. Quando milites ſuum Regem, aut Principem ipſum caſtra ſequi, & prælio intereſſe vident juxta illud;

Urget præſentia Turni.

plurimum animantur, ad reſiſtendum hoſti, & victoriam reportandam, ut videre eſt apud Curtium *lib. 4. c. 14.* Oratio & exhortatio dicentis: Se non poſtulare, ut fortiter capeſſant prælium niſi ipſe

Digitized by Google

cæteris fortitudinis eſſet exemplum, ſe ante prima ſigna dimicare paratum: Idque noſtrâ memoriâ Guſtavum Adolphum Sueciæ Regem præſtitiſſe teſtantur horum temporum annales Hiſtorici; Poſteriori verò caſu id negatur, unde Tacitus 4. *Hiſtor.* Minora bella minoribus Ducibus deleganda ait. Atque hinc imprudentiæ arguitur Valens Imperator, quod inflammato bello cum Gothis Thraciam depopulantibus, ubi nullam relinquebant arcem quin eam deſtruerent, nullam occuparent urbem quam non deperderent, hominem nullum quem non occiderent, nullam caperent fœminam quam non ſtuprarent, nullam intrarent domum quam non ſpoliarent, quod ipſe Valens in caſtrâ Romanorum tendere prælioque cum Gothis decertare ſtatuit, per quod animoſiorem ſe quam prudentiorem exhibuit, cum princeps in conflictu non plus quam unius viri vicem pugnando gerere poſſit, at ſi ſuccumbat omnes periculo interitus exponat. In quo prælio turbata equitum Roman. turma, deſerti ab iis pedites, hoſtili equitatu cincti perierunt, Ipſe verò Imper. lethaliter vulneratus, cumque fuga ſaluti conſulere tentaret, & in caſulam paſtoralem ſe abdidiſſet, ab inſequentibus Gothis deprehenſus igne injecto vivus ſauciuſque concrematus eſt, & uno die vitam dignitatem imperium & omnia pedidit. *Guevar. in horol. prin. lib. 1. c. 24. num. 93. pagina* 92. *& ſeq.*

40 Q. XIV. *An belli ducem in prima acie verſari deceat?*

In caſu maxime ſecundo negari ſolet, I. Cum Dux caput ſit exercitus, à quo tota belli alea, & dubius ejus eventus dependet, quo periclitante membra quoque in periculo ſunt, conſultius, ne ſe ejuſmodi præſenti diſcrimini exponat, ſed ſufficere videtur, ut exercitui adſit, & pro re nata celerem reſolutionem concipere & demandare poſſit; nec opus ut in prima acie perſonaliter dimicet, niſi id ſumma exigat neceſſitas, ſi milites fugam meditentur, & ſua præſentia, & conflictu in acie eorum animos erigere, & per hoc à fuga retrahere probabiliter poſſit, ut Guſtavum Adolphum feciſſe præcedente quæſtione dictum eſt, quamvis multi in arte bellica verſati, eum ſe nonnunquam temere periculo objeciſſe velint, quo melius carere potuiſſet, quapropter in periculo etiam periit: Vide latius Chock. *not. ad Onoſand. capit.* 23.

Q. XV. *An neutralitas eligenda?* 41

Ex politicis plurimi interque eos Beſold. *de fœder Jur. t. de neutral.* 8. Neutralitatem prudenti Principi fugiendam ſuadent, quantum poſſibile eſt, quando vicini Principes bello intricantur, neutrales quidem ab aliis comparantur iis, qui mediam domus contignationem inhabitant, & ab inferioribus fumo vexantur, à ſuperioribus vero aqua, & lotio non raro conſpurcantur, quam ſimilitudinem Alphonſus Rex Seuenſibus propoſuiſſe legitur apud Panorm. *lib. 4. de dict. & factis Alphonſi cap.* 24. quorum nec hi, nec illi id rectè impedire poſſuut per ea, quæ tradit Cæpoll. *de ſervit.*

Alii veró neutralitatem grano frumenti comparant, quod ſicut inter duos lapides molares poſitum ab utroque conteritur, ita hi tractu temporis durante bello ab utraque parte premuntur, vel eo finito cum deſpectu ſupprimuntur, intellexit id Ariſthenæus Achæorum Prætor quibuſcum Clemodontis Philippi Macedonum Regis legatus in bello inter Philippum, & Romanos orto neutralitatem ſuaſiſſet, quaſi medium tutiſſimum, ipſe hanc mediam, tutam viam non eſſe ſuſtinuit, quod ſcilicet hoc modo victoribus in prædam ceſſuri eſſent Achæi, adeoque conſultum ipſis, ut unum ex iis ſibi confœderatum, & alterum hoſtem eligerent, apud Livium 32. Et ſimiliter cum Antiochi Legatus in bello inter Antiochum, & Romanos ſuſcepto Achæus ſuaſiſſet, ut neutri parti ad hærerent, T. Quintius Flaminius Conſul Romanus id iis damnoſum fore oſtendit, quodq; Victoris præda inermes futuri eſſent; Atque ita contigit de facto Meſſinis, qui cum bello inter vicinos Arcades, & Lacedæmonios ſuſcepto nulli parti ſe adjunxiſſent, poſtquam Lacedæmonii cum hoſte pacem feciſſent, Meſſini ab iiſdem ſubjugati, & cum ab Arcadibꝰ (quibus ipſi non adhæſerant) ſuppetias habere non poſſent, in ſervitutem redacti fuerunt, quorum exemplo alii cautiores reddi deberent; Quodſi tamen duobus vicinis belligerantibus tertius ejus ſit potentiæ, ut neutram partem etiam victorioſam timeat, is non conſulte facere neutri aſſiſtendo, ſed neutralitatem eligendo.

Q. XVI.

Digitized by Google

42 Q. XVI. *Quid ſi autem ejus non ſit potentia, & neutralitatem ſibi periculoſam eſſe cenſeat, aut ab una vel altera parte eam impetrare non valeat, aut non niſi iniquis conditionibus ad eandem admitti poſſit, cujus partes eligendæ ſint?*

Difficillimæ eſt diſquiſitionis; communior eſt ſententia prudentis eſſe ſe inflectere ad latus fœlicioris, & cum potentiori ſe conjungere, nec in caducum parietem inclinare, qui autem minus potenti adhæſerit quæret cum qua gente cadat; Nec tamen imbecillior ſemper deferendus, aut addenda afflictio, maximè ſi per ejus ruinam ſimili deſolationi, & ruinæ quis exponatur, maximè ſi videat, quod ſua aſſiſtentia vicinum, & ſe conſequenter à ruinâ futurâ conſervare poſſit.

43 Q. XVII. *Sed ſi æquales potentia vicini ſint?*

Hic cautiſſime omnibus rerum circumſtantiis attente ponderatis agendum, & deliberandum, cui parti ſtandum & vires adjungendæ ſint, nec certa regula præſcribi poteſt; Id non inconſultum, ſi tertius à neutra parte propter parem ſuam potentiam, & vires ſibi non timeat, prudenter aget, ſi neutri aſſiſtat, & neutralis maneat, alienis diſcordiis ſe non immiſceat, ſed ſe, ſuoſque, quo poteſt, modo, tueatur, quod ſuo bono, & malo experte fuerunt Lotharingi, Sabaudi, & Burgundi, qui, quamdiu ſe bellis vicinis non implicarunt, in flore vixerunt, poſtquam autem Dux Sabaudiæ Hiſpanicas partes ſecutus eſt, à Rege Galliæ pulſus & fugatus eſt; Sic cum in bello Latino cum Bizantinis Chryſeenſes medii eſſent, & tamen neutrales, eorumque amicitia utriuſque proficua crederetur, utraque vero pars contendentium eorum inimicitias timerent, ita ut ſi unam partem eligerent, altera in periculo ruinæ præſentiſſimo verſaretur, prudenter neutralitatem coluerunt, ut qui non tantum in pace vivebant, ſed etiam ab utriuſq; patris exercitu coemente lucrum reportabant: Sed difficile hic eſt, à principio belli judicare, an eo finito, medio & neutrali periculum imminebit, nec ne.

44 Q. XVIII. *An cogi aliquando poſſit tertius, ut uni parti adhæreat?*

Affirmatur nonnunquam ob rationem ſtatus, etſi nullum ante fœdus præceſſerit, multoque magis ob confœderationem ante initam ad hoc obligari aliquem palam eſt, prout Regem Hiſpaniæ olim Duci Sabaudiæ contra Regem Galliarum ſuppetias tuliſſe tradunt hiſtorici.

Q. XIX. *An illud medium licitum, ut tertius ille uni parti apparenter aſſiſtat, latenter verò cum altera correſpondentiam ſervet?* 45

R. Periculoſum eſſe, nec diu durabile, aut celari poſſe, & quando res hæc innoteſcit, hi plus, quam ipſi principales hoſtes odio ab utriſque haberi ſolent, utqui ab utraque parte oleum bellicis flammis injiciendo eaſdem cum utriuſq; ruina nutriverunt.

Q. XX. *Quid ſi autem iam electa neutralitate partis unius belligerantis potentia, & vires ita creſcant, ut tertio res reddatur ſuſpecta, & probabilis oriatur ſuſpicio & timor neutralitate poſt bellum finita partem neutralem facile ſub jugum redigere poſſit?* 46

An hoc caſu maturè venienti, & in futurum præviſo malo neutralis occurrere, & diſſoluta neutralitate antequam unius partis potentia magis creſcat, ſe alteri parti unire, & unitis hoc modo viribus licitè vires ejus confringere poſſit? Id quidam Statiſtæ ſuadent quod tamen ſimpliciter probare non poſſum, cum renunciatio ſocietatis callida, & intempeſtiva jure reprobetur, §. 4. *Inſt. de ſocietate.*

Q. XXI. *Quid tertio, qui unam partem elegit, maxime attendendum?* 47

R. Varia conſideratione opus. I. Ut exploret, an is, cujus partibus adhærere intendit, ea præditus ſit facultate & potentia, ut bellum inchoaturus continuare & ad finem perducere poſſit, ne ſi inopia rerum neceſſariarum preſſus bellum intermittere cogatur, ipſe cum ſuis adhærentibus ſubjugetur, cum per talem conjunctionem tertii tantum partes belligeraturæ magis inter ſe exacerbentur, & ſtimulentur, quæ fortè hoc adjutorio deſtitutæ æquis conſtitutionibus in concordiam coirent; II. Nec minus ex parte alterius belligerandum, an oblata adhærentia ſui, vel ipſius offerentis commodo fiat, an non fraudes & doli lateant. III. Ideoque cavendum ne ſubſidia tranſmiſſa ab adhærente propria excedant,

Digitized by Google

cedant, & ſuperent quibus ipſe fortior tuas copias potius proſternere, & dominium ſibi arrogare, quam te ab hoſte liberare poſſit, atque ita Romani Belliduces ſemper id egerunt, ut in exercitu confœderatis copia militum, & viribus eſſent ſuperiores, ipſique confœderatis imperarent, aut confœderatos milites cumſuis propriis miſcerent, ipſi tamen numero ſuperiores manerent, cum non ſit novum, quod ſimili occaſione quandoque fœderati eos, quibus ipſi auxilio venerunt, ſibi ſubjungaverint; Ita evenit Britannis, qui temporibus Theodoſii junioris Romanorum auxilia reſpuentes, ſed Germanorum, in ſpecie verò Saxonum & Friſonum aſſumentes, hi loci commoditate commoti Britannos (quibus pro ſtipendio ſerviverant) bello infeſtarunt, & ſe Dominos terræ fecerunt, unde conſulunt ſtatiſtæ auxiliares aliorum copias non in civitatibus, aut fortalitiis collocandas, ſed contra hoſtem educendas eſſe, ut non tantum hoc modo timor hoſti ingeratur, ſed etiam occaſio præſcindatur quando otioſe in locis munitis agunt, aliquid contra eos, quibus auxiliares ſunt machinandi, prout omnia mala docet otioſitas. IV. Nec minus obſervandum, ne in auxilium ſumantur, vel vocentur, qui ante inimici fuerunt juxta vulg. Ab amico reconciliato, & pane bis cocto libera nos &c. cum inimicitiæ præſumantur durare. V. Minimè verò bellum ſuſcepturus exterorum ſubſidiis ſe confidere poteſt, & eorum maximè, qui tarde ſuccurrere poſſunt; cum iis, qui citò, & in tempore minoribus etiam copiis ſuccurrit, quaſi bis ſuccurrat, juxta illud:

Qui cito dat, bis dat, qui tardat munera nil dat.

quod longè melius eſt, quam poſt vulneratam cauſam remedium adhibere majore militum numero.

48 Q. XXII. ***Quid autem de bellis inteſtinis dicendum, an civem magis deceat ita ſeplane extricare? An vero certo modo immiſcere?***

Variantes ſunt ſententiæ. Cæſar *ad Attic. Epiſt.* 10. cenſuit viro bono & quieto, & bono civi nihil magis convenire, quam abeſſe à civilibus controverſiis; Alii autem omnimodam abſtractionem improbant, ſed conſulunt ei parti adhærendum, quæ ſibi ſuiſque, & bono publico maxime conducat, juxta vulg. Qui cum inſanis non inſanit, is inſanit. Et tradit Aul. Gell. *attic. noct. lib. 2. cap. 12.* in legibus antiquiſſimis, arcibus, ligneis Athenis inciſis ſancitum, ſi ob diſcordiam diſſenſionemque ſeditio in populo fieret, in duas partes, & propterea civitatis animis utrinque arma caperentur, & pugnaretur, tum, qui eo tempore, inque iſto caſu civilis diſcordiæ non alterutri parti ſe adjunxerit, ſed ſolitarius, ſeparatuſque à communi malo civitatis ſeceſſerit, is domo, patria, fortunis omnibus careto, exul, extoriſque eſto, cujus ſapientiſſimi Solonis legis ratio eſt juxta Gell. quod ſi boni homines à ſeditione alieniſſimi, & neutrales populum amentem à principio deterruiſſent, res ad ſeditionem non deveniſſet, quia vero ſocii partes utriusque foverant, & per hoc partes ab iis & viris majoris authoritatis temperari, & regi cæperunt, per quos concordia reſtitui, conciliarive potuiſſet, dum autem partis utriuſque amici ſunt, utramque vero deſerunt, neutram conſiliis ſuis pro bono publico inſtruunt, ſed eos advocatis malevolis, & avaris dedunt, qui eos lucri ſtudio inflammant, ſi uni parti ſe adjunxiſſent, & ejus conſilia publico bono inutilibus contradixiſſent, & pacis auctores fuiſſent, quod etiam inter fratres, & amicos diſſentientes fieri oporteret, ut medii in alteram partem diſcedant, & quod bonum eſt conſulant, *Aul. Gell. d. l.* Atque ita ejusmodi perſonis, quæ in utramq; partem propendent mala omnia evenire docet exemplum Coricæorum, ubi Neutrales ab utraq; parte in anguſtias conjecti fuerunt, tum quod ſeditionis non fuiſſent participes, tam quod ſua bona, & fortunas conſervaſſent, quib. ipſi carere deberent.

QUÆST. XXIII. ***Sed ſi in communitate diſſenſione plebs furioſa in duas partes diviſa ad compoſitionem adigi non poteſt?*** 49

R. Iſto caſu utiliſſimum, ut prudentes cives ſe etiam dividant, & quidem hujus, alii alterius ſectæ ſe adjungant, qui hac viâ ſuâ auctoritate fruentem plebem conciliare; & in concordiam reducere poterunt, quod alias apud tumultuantes deſtitutos omni prudentum concilio fieri non potuiſſet, *Lipſius politic. libr. 6. capit. 6.* hoc medio uſus Sextus Tullius, cum Romani milites

lites ſe Sulpitio Dictatori rebelles oſtendiſſent, tumultuantes milites Tullium pro capite elegiſſent, Tullio verò potius Sulpitii factum, quam rebellionem militum admiranti ipſe inſinuavit: Se reſpectum & obedientiam Dictatori debitam non oblitum, ſed ideo electionem ſuæ perſonæ ratam habuiſſe, ne tumultuantes alium eligerent, bono publico nocivum, & tradit Livius 7. 14. quomodo rebelles ad pacem reduci poſſint, docet experientia.

50 Q. XXIV. *Quid ſi autem hoc remedium non ſit practicabile rebellibus magno numero brevi tempore concurrentibus, nec ullum conſilium, vel mediationem admittentibus. An Civis bonus tempori ſervire, & communi plebi ſe adjungere poterit?*

Id evenit Neapolitanâ rebellione, ubi non tantum diverſi prudentes Cives, ſed etiam ipſe Vice-Rex & Cardinalis ipſis adhærere debuerunt, ita tamen, ut oblata quavis occaſione ad obedientiam redeatur, Hoc ut evadat clarius ex horum, & priorum temporum memoriâ repetendum, qualiter Anno 1647. Neapoli ortâ murmuratione in populo occaſione novi vectigalis, ex quo Subditi Regi ſuo Hiſpaniarum Anno 1646. donativum præſtare promiſerat, multis contra murmurantibus quidam Neapolitanus Piſcator Thomas Anielus dictus cum primo Juvenes ad 2000. Annorum 16. vel 17. concitaſſet, ſe obtulit ad Regnum ab exactionibus liberandum, cumque ei brevi tempore multi de plebe accurrerent, cum 10000. ad palatium Vice-Regis ſe contulit, unanimiter omnibus abolitionem vectigalis urgentibus: Ubi Vice-Rex ex feneſtrâ mox abolitionem promiſit, quo non contenti etiam Hiſpanico milite reluctante Vice-Regis præſentem reſolutionem, & deſcenſum ex arce violenter urſerunt, quorum voluntate ſe accomodavit, & deſcendit; Ulterius verò exitum ex rhedâ urgentibus, cum centum ducatos ceu miſſilia ejeciſſet, & ipſi prædæ inhiantibus in vicinum templum confugiſſet ex rheda, ipſis verò literas ſigillatas ab ipſo & Cardinali Archi-Epiſcopo Philomarino habere cuperent, hæ ipſis expeditæ, & extraditæ ſunt de Vectigali abolendo, quin & continuatio tumultu Vice-Rex omnibus eorū petitis annuere ſe velle reſpondit, Mirum, quod brevi tempore magnam copiam armatorum Imparatis habuerit, ut & multa millia fœminarum, quæ ut mares in Compagnias diviſæ ſuas habebant officatas, Capitaneas, Vexilliferas, &c. dexterâ gladium evaginatum, ſiniſtrâ pugionem gerentes, lanceis, aliiſque armis militaribus etiam inſtructæ, Imò integræ Compagniæ puellarum 4. vel 5. annorum albis inſtructæ baculis ſe adjungebant, quibus omnibus, quicquid imperabat Aniellus, id mox executioni mandabatur, unde in tantam excrevit animi ſuperbiam, ut jactaret ſe, ſicut S. Petrus Romam à ſervitute diabolica liberavit, Neapolim & univerſum Regnum in priſtinam libertatem reſtituturum, cumque aliquando Vice Regem in arce accideret, ſe mirari diceret, quod à Cardinali non viſitaretur, qui hoc intellecto eum viſitavit, & titulum Sereniſſimi ei tribuit, cui nullatenus contradixit teſtatum faciens tempori ſerviendum eſſe, donec tandem nimium ſua poteſtate abuſus concitato inſuper in ſe odio plebis à 4. Hiſpan. nobilibus in Monaſterio del Carmine ſimul in eum explodentibus occiſus, & per Civitatis vicos corpus tractum eſt, prout A. 1648. impreſſus tractatulus ſub titulo: Kurtze warhaffte Beſchreibung deß gefährlichen weit außſehenden / und annoch währenden Auffſtandes / ſo ſich das verwichene 1647. Jahr in dem Monat Julio zu Neapoli angeſponnen / &c. latius videre licet, & meminit Brachel *in Hiſtor. noſtri temp. lib. 6. pagina* 327.

Q. XXV. *An Belliducum cunctatio deceat?* 51

Vulgatum eſt de Fabio elogium unus homo nobis cunctando reſtituit, rem, & in rebus arduis unde ſalus, & proſperitas publica dependet, novercam eſſe præcipitantiam, adeoque exactè perpenſis omnibus circumſtantiis plenè ante deliberandum eſſe omnis ratio ſuadet, quando autem non præhabito deliberato conſilio ab Executione fit principium, ſæpè ſequi ſolet ſera pœnitentia, per quam errores in prælio commiſſi corrigi nequeunt, nam facta infecta fieri non poſſunt, unde apud Livium, *libr. 31. capit.* 32. Democritus ait: In re magni diſcriminis nil tam inimicum, quam celeritatem, celerem enim pœnitentiam, ſed eadem ſeram, & inutilem ſequi, cum præcipitata raptim conſilia

Zeug oder Artillerie-Meiſter / ejuſque Vicarius, ſpeciali verò quæſtor regiminis, Præpoſitus aggeribus ſtruendis, Ingenieur, quæſtor rei armamentariæ ejuſque cuſtos, præfectus aurigarum, Vehiculorum præpoſitus, præpoſitus foſſorum & Cunicularioꝝ, Pontium Magiſter, Medicus, Cappellanus, Præpoſitus machinæ fulminalis, Foſſores, Cuniculi, pulveris nitrati cuſtodes, Chirurgus & bajuli.

24 Ad ſpecialia officia quod attinet, differentia eſt in equitum & peditum cohortibus: In equitum cohortibus poſt Præfectum ejuſque Vicarium eſt vexillator der Cornet / Equeſtris diverſoriorum deſignator, Decuriones Equeſtres, Capellanus, Scriba, præfecti Eq. Chirurgus, Tubicen. In peditum verò cohortibus poſt tribunum peditum Capitaneum ejuſque Vicarium ſignifer, ſtructor ordinum, pedeſtris diverſoriorum deſignator, ordinum ductor, der Führer / Duo ordinum ſtructores, Decuriones pedeſtres, Capellani, Scriba, Capitanei, Chirurgus, Fiſtulator, Tympaniſta, quæ melius norunt in ſcientia militari inſtructi.

25 Pro qualitate autem officiorum aliis majora quam aliis Stipendia aſſignantur, & dari debent, *c. quid culpatur, n. un. de neque Joannes* 23. *q.* 1. *l.* 1. *&* 2. *C. de re milit. lib.* 12. *l. item miles* 18. *de re milit.* eaque etiam captis, ſi redierint, debentur. *l. pen. de re milit.* non tamen transfugis etiam re-

26 ſtitutus, *l.* 1. *&* 5. *C. de re milit. lib.* 12. * Quia autem non ſolutis Stipendiis ſæpe factiones & rebelliones oriri ſolent, ante belli ſuſceptionem attenta rationum fieri debet ſubductio, ne pecunia ſeu bello nervo deficiente ſerius facti pœniteat, quæ autem tempore Carol. V. legionum ſingularium facta fuerit ſubductio tradit Majol. de bell. Event. *p.*216. quæ conſulto omitto, quia pro varietate temporum ſtipendia quoq; variari ſolent,

Huc pro materiæ & hujus capitis declaratione faciunt ſequentes Politicæ quæſtiones.

27 Q. I. *An liceat bellum ſuſcipere ex ſola dominandi libidine, ut ditiones quis ſuas extendat, & amplificet?*

Licet Albericus Gentilis *l. de inſt. Arm. Rom.* perſuadere conatus ſit Romanos ſemper geſſiſſe bella moraliter etiam juſta, conſtat tamen aliud ex hiſtoria veteri, quod enim contra Cypri Regem geſſerunt iniquiſſimum fuit, ductum quidem & auſpiciis Catonis Uticenſis juſtitiæ nomine viri celeberrimi, verum qui cum Ariſtide Athenienſi ſenſerat, juſtum eſſe omne id quod reip. utile eſt, qua de re Cicero in officiis, talia autem Romani geſſerunt plurima Cicero ſane fatetur non ſemper Rom. arma æqua fuiſſe, Carneades quoq; à rep. Attica Romam miſſus, cum in corona multorum laudaſſet & vituperaſſet juſtitiam, publice profiteri auſus eſt, Romanis injuſtitiam multum attuliſſe utilitatis, & ſi reddenda eſſent omnia iniquè capta, Romanis ad caſas redeundum eſſe paſtoritias.

Ad q. propoſitam nunc veniendo, Hoc nonnulli affirmarunt, in ſpecie Armeniæ Rex teſte Tacito 15. *an. c.* 1. dicere ſolebat, ſua retinere, privatæ domus, de alienis certare regiam laudem eſſe, ejuſdem mentis fuit Turcarum Imperator Solymannus, cum enim Inſulam Rhodos in poteſtatem ſuam redegiſſet, equitibus Rhodiis expulſis, Philippo Villerio Liladamo Ordinis Magno Magiſtro ſignificavit, ſe hoc bellum non alio, quam dominandi fine, non ex odio, aut ulla invidia ſuſcepiſſe, idq; ex eo patere, quod non tantum victos illæſos relinqueret, ſed cum ſuis rebus, & fortunis abire permitteret, nullâ lucri, aut divitiarum ſpe ductus, ſola gloria, & apud Poſteros memoria contentus, & ſic Saluſtius *de bello Catil. l.* 2. ait: unam, & eam veterem bellandi cauſam profundam Imperii cupidinem eſſe, & hæc Alex. Mag. impulit, ut non tantum vicinas, ſed etiam longe diſſitas Regiones bello ſibi ſubigeret, ut mundi Monarcha diceretur, cumq; ex Anaxarcho didiciſſet (ut refert Plutarch. *de tranq. anim n.*22.) plures ſuper eſſe mundos; in fletum reſolutus ſit Valer. Max. *l.* 8. *c.* 14. Idem de Cyro in Aſia ſcribit Saluſtius *in Catil. c.* 2. quare Galgacus Britannorum Dux Romanos verè mundi prædones eſſe ajebat, qui terras depopulati jam maria etiam infeſtarent, Tacitus *in Agricol. cap.* 30. ſed aliter D. Auguſt, *de civit. Dei libr.* 4. *capit.* 6. ſenſit his verbis: Inferre bella finitimis & inde in cætera procedere, ac populos ſibi non moleſtos ſola regnandi cupiditate conterere & ſubdere, quid aliud, quam grande latrocinium nominandum eſt? Et hinc Alex M. *à Lucan. lib.* 10. *v.* 21. Fælix terrarum prædo nominatur, quod ab eodem captus Pyrata eidem exprobravit, qui interrogatus, quid eum moviſſet, ut mare infeſtaret, reſpondit; Quid eum moviſſet, ut totum mundum infeſtum

feſtum redderet, unde abſurda vox eſt Tyranni, id æquius, quod validius, & Gallorum apud Livium *lib. 5. cap. 36.* Se in armis jus ferre, & omnia virorum fortium eſſe, ſtante verò contraria ſententia bellum ab utraque parte juſtum eſſe poſſet, quod plane abſurdum eſt, experientia verò docet ejuſmodi ſine cauſa ſuſcepta bella raro fælices eventus habuiſſe, Unde Hannibal *apud Livium lib. 30. cap. 30.* ita aliena adpetivimus, ut de noſtris dimicaremus, & Dionyſ. Halicarn. *antiq. Rom. capit. 10.* Turpe eſt Principi ob rerum alienarum cupiditatem bellum non neceſſarium ſuſtinere, in quo ſe, & omnes ſuas fortunas in periculum ſit adducturus.

Non deſunt quidem varia exempla bellorum contra juſtitiam ex cauſa levioriſuſceptorum, prout Xerxes Perſarum Rex cum ipſi prandenti Caricæ Atticæ appoſitæ eſſent, negavit ſe venales, niſi ea quæ has edidiſſet ſubjugata regione, comeſturum, mox ad ſubigendam Græciam, cum exercitu profectus ut illis frueretur.

Galli teſte Liv. *lib. 5.* guſtato Italiæ vino abſque ulla alia cauſa ad eam ſubigendam ſe contulerunt& pro vinoItalico ſanguinem fuderunt & permutarunt proprium.

Longobardi in Panonia degentes audito Italiam dulcibus pomis,carne ſucci plena,vino odorato, formoſis fœminis, piſcium varietate abundare, & rara frigora ac temperatos calores habere, cupiditate loci correpti armis eam occuparunt. Poſtquam Carthaginenſes & Romani in Hiſp. auri argentive venas eſſe intellexerunt bellum inceperunt acerrimum ut opes ſc. raperent alienas. Ad quæ & ſimilia ℞. non exemplis ſed legibus judicandum. Nec attendendum quid factum ſit,ſed quid fieri debeat; ad Guevar. *in horol. lib. 3. c. 15. n.66.pag. 500. v. Coring. in diſp. de jure belli th. 49.*

Ac licet ejuſmodi bella, aliquando bonum habuerint ſucceſſum,idque non forte fortuna evenerit ſed ſecundante etiam divino Numine, eamq; in Alex M. geſtis Divinam providentiam adveniſſe ex ipſis prophetiis cognoſcere liceat, non tamen ſequitur ea quæ pro parte à Deo probantur,ſimpliciter probari Deo & juſta eſſe : nec etiam dictis repugnat nullum eſſe malum in civitate niſi à Deo,hoc enim intelligendum de malo pœnæ non culpæ Coring. *d. loc. th. 52.* nec rarum eſſe ut qui alienis injuſte inhiat propria amittat & regnis ſuis exuatur. Princeps qui ſtultitiæ tantum humanæ impulſu regna invadit alia ; id ſuo damno expertus fuit Theodobertus Francorum in Gallia Ciſalpina Dux juvenis gloriæ cupidus, nominis tantum celebritatem affectus, Italiam occupaturus,quamvis ad hoc nullo jure niteretur, quo autem Rubiconem

——— qui Gallica certus die,

Limes ab Auſoniis diſterminat arva colonis.

tranſiis, nuncium de univerſi ſui regni defectione accepit, quo nuncio allato, re cum ſuis deliberata quos in comitatu habebat,cunctis ſuadentibus, in Galliam redire ſtatuit & conſervandæ exiſtimationis gratia copias in Italia reliquit ducibus deſignatis Bucellino & Amingho, quorum ille hyematurus in Campania, improviſo Narſetis adventu oppreſſus prælio victus & occiſus eſt, alter verò fœdere inito cum Auindio Gothorum Duce,cum conjunctis viribus hi in Romanos tenderent à Narſete uterq; victus & vivus captus, Amingius ſecuri percuſſus, Auindius verò Conſtantinopolim ad Imp. Juſtinianum miſſus eſt, unde Bias inter cæteras leges Prienæis quarum Plato, *in lib. de legibus* meminit, & Ariſtoteles in œconomia hanc moriens iis reliquit.

PrincepsPirenenſium ditione à majoribus relicta contenus eſto neque bellum aliena occupaturus moveto, quod ſi forte conatus fuerit nemo neque pecuniis neque corpore juvare aut comitari tenetur, cum juxta Apollinis oraculum, qui aliena rapit ei propria Dii adimere ſoleant. Guevar. *in horol. princ. lib. 1. cap. 21. num. 78. p. 77.*

Q. II. *An magis conducat ditiones bello amplificare, an in ſtatu ſuo conſervare ?* 28

Poſterius iſte Ovidii Verſus innuit.

Non minor eſt virtus, quã quærere parta tueri.

Quamvis hoc plurimi parum conſiderent, ad id ſolum intenti, ut ditiones ſuas extendant, ſive per fas, ſive nefas id fiat, ſicut

Quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ.

Et

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Verùm ſæpe illis evenit, quod Æſopico cani, qui cum fruſti carnis, quod ore geſtabat,umbram majorem in aqua vidiſſet, & relicto fruſto ad

Digitized by Google

umbram properaret utrumq;perdidit;ita aliena qui appetunt,non acquirunt,& propria ſimul perdunt, qua conſideratione moti Lacedæmonii non tam graviter eos puniverunt, qui in acie gladium, quo hoſtis impetitur, depoſuiſſent, quam qui clypeum ſuæ defenſionis abjeciſſent,plus intereſſe rati poſſeſſa retinere, quam nova acquirere prout *juxta Flor.* difficili[9] eſt provincias obtinere,quam facere, & ea demum potentia tuta dicitur, quæ viribus ſuis modum imponit; Sic qui alea ludunt, dum alienæ pecuniæ inſidiantur, ſuam ſæpè amittunt, & ad extremam rediguntur inopiam, prout & teſtudo, quando ſe in ſuo tegumento continet, ab omni periculo tuta perſiſtit, dum autem egreditur, facile cuivis diſcrimini vitæ eſt obnoxia, qua homæoſi *apud Livium* uſus fuit, Faminius, & Scythæ *apud Civit. lib.* 7. ad Alexandrum dixerant; Dum ad culmen venire homines contendunt, una cum ipſis ramis quos apprehenderunt decidunt; Cumque Scipioni acclamaret populus, & precaretur ut Dii Rempubl.augerent, reſpondit: Satis habemus auctam ſi modo conſervetur.

29 Q. III. *An conſervatio religionis, & cultus divini juſta cauſa ſit belligerandi?*

Affirmatur, ſi enim defenſio propria, & patriæ juſta ſit cauſa, *l.* 44. *§.* 1. *ad l. Aquil.* multò magis cultus Dei *qui merito omnibus prævalere debet, facit l.* 2. *de J. & J.* Et licet religio difficulter vi & armis inducatur, liberum tamen ejuſdem exercitium contra eos; qui hoc impedire attentant, armis conſervari licitè poſſe probat exemplum Judæorum *Nehemia* 4. qui tempore extructionis Hieroſolymitanæ in continua armatura fuerunt, ratio eſt, quia quod in religionem committitur, in omnium tendit injuriam *l.* 4. *§.* 1. *C. de hered. & Man.* ut proinde, quod omnes tangit, ab omnibus defendi poſſit. Sic confecto bello Judaico in Alanos & Armenios atrocius ortum ex hac occaſione cum populi utriq;ad ludos olympicos conveniſſent,nata fuit contentio utri meliores haberent Deos, & alterius pertinaciter aſſeverantibus alteris contra obnitentibus finitis ludis in patriam reverſi tanto implicici fuere bello ut ſub prætextu propugnandi Deorum ſuorum honoris illorum regnorum deleretur memoria. Ad quos tamen Ælius Adrianus Julium Severum miſit, ad conciliandum inter eos pacem, cum mandatis ut pacem repudiantes bello perſequeretur, qui eos conciliarit, hac lege ut Alani Armeniorum & hi illorum Deos reciperent & ut ipſi homines reconciliati in concilio ſe, ita in fanis dii reconciliati ſe mutuo complexentur, Guevar. *in horol. l.* 1. *c.* 4. *in fin. pag.* 18.

Q. IV. *Quid de defenſione patriæ?* 30

Et hanc juſtam cauſam eſſe probat *lib.* 2. *de J. & J.* unde Horatius *libr.* 3. *od* 2. *ad amicum.* ait:

Dulce & decorum eſt pro patria mori.

Et quidem injuriam toti patriæ vel reip. illatam armis vindicare licere, docet bellum Davidis quo ultus eſt injuriam legatis ſuis illatam ab Hanone Amonitarum Rege 2. *Samuel.* 10. *v.* 12. quæ injuria redundavit in Regem. Si autem injuria fiat membro alicui, quæ non redundat in totum reip. corpus,non eſt hæc juſta bellandi cauſa, ſicque Carol. Burgundi bellum contra Helvetos ſuſceptum injuſtitiæ arguitur,etſi forte vectigal non eſſet ſolutum ab aliquibus Aurigis Helveticis.

Q. V. *Quid de defenſione Amicorum, & confœderatorum?* 31

Si hi in ſua religione,vel ejus exercitio, aut poſſeſſione ſua turbentur? ℞. Et hanc non defenſivi tantum ſed etiam offenſivi belli juſtam cauſam eſſe tradit Couvar. *in relict. c. peccatum p.* 2. *§.* 9. *numer.* 2. *de R. l. in* 6. Adhibenda tamen diſtinctio inter injurias parvas, mediocres & graves, cum per ſocios reip. noſtræ ſalus petitur, ſi periculum ſit ſocius debellatis nobis exitium imminere, quando in noſtram tutelam ſocii recepti ſunt, vel cum iis fœdus bellicum defenſivum initum eſt, quum fœdera ejusmodi & non exacta ſæpe ſervari, doceat exemplum apud Thuanum de fœdere Pontif. Hiſpan. Regis Venetorum, à quo primum Veneti receſſerunt, quod Hiſpanum ſua tantum commodá ſectari ſuſpicarentur.

Q. VI. *Quid de vindicta accepta injuria?* 32

Et hæc cauſa ſufficiens, quia Magiſtratus uti miniſter Dei gladium habet ut malum vindicet *ad Rom.* 13. *v.* 4. Cum autem injuriæ non tantum præſentes eſſe poſſint, ſed etiam præteritæ, de præſentibus minus eſt dubii, idem ad veteres ante ſæcula commiſſas nonnulli trahunt, eo

quod

quod non cenſeatur huic juri gentium derogatum per præſcriptionem, quæ jure civili Romano introducta alias gentes non poſſit ligare, prout olim Rex Ammonæorum terras ante 300. Annos ab Jſraelitis occupatas armis repetiiſſe legitur *Judic. capit. 11. numer. 13. & capit. 26.* Verum & in his præſcriptioni locum eſſe oſtendit Coring. *de finib. Imper. capit. 19. pagina* 360. de futuris injuriis v. Coring. *diſſ. de Jure bell. theſ.* 69. quod ſcil. videatur per tacitam dereictionem inſtar aliarum rerum, ita etiam rerum jura quaſi naturæ jure transferri imo præſcriptionem etiam apud alias gentes receptam fuiſſe ſentit D. Rath. *in tract. de uſu. c. 1. aſſ. 5.*

33 Q. VII. *Quid ſi quis tranſitum per alienum territorium petiit, & obtinuit data aſſecuratione ſubditis nihil damni inferendi?*

Prout in Romano Imperio proviſum, quod ad hoc circuli Principes per quorum circulum tranſitus petitur, requirendi, & cautio ſufficiens præſtanda ſit de omni damno, quod hoc modo cauſabitur refundendo. Reichs Abſchied zu Augſpurg/ ꝛc. *Anno* 1559. §. Dem zugegebenen ꝛc. *& ſeq.* Si tranſeunti exercitui erga congruam ſatisfactionem victualia, aliaque neceſſaria negentur, an hæc cauſa belli? Pro affirmativa facit exemplum Gedeonis, cui cum Incolæ Sucoth, & Phanuel pro fatigata militia denegaſſent neceſſaria, ipſe eos redux contrivit, & Phanuel ſubvertit, *Jud. 8. cap.*

34 Q. VIII. *An cauſa ſufficiens hac ſit alios populos debellare, ut ad veram religionem perducantur?*

Variatur ſententiis, Cujac. 16. *obſerv*, 3. ait: In religionis negocio nihil valet hominis authoritas, nec opus eſt vi & injuria, cum cogi nemo poſſit, ut credat & Stephanus Poloniæ Rex dixiſſe fertur: Tria ſibi ipſi Deus reſervavit, creare aliquid ex nihilo, noſſe futura, & dominare conſcientiis; Sed horum & priorum temporum hiſtoriæ aliud docent, quas in ſpecie recenſere, foret vulnera, quæ jam fere cicatricem obduxerunt, renovare.

Præſenti huic tempori ſervit

35 Q. IX. *An Principi Bellum gerenti liceat fortalitium, vel civitatem in vicini Principis ſolo pacato ſitam arcendi periculi cauſa occupare, eique præſidium imponere?*

Occaſionem huic dederunt Hollandiæ Status qui bello contra Hiſpaniæ Regem geſto quorundam Principum ac Statuum Imper. civitates & caſtra ad ripam Rheni ſita, ut Rheinbergam ad Electoratum Colon. Veſaliam Embricam, Rees, Orſou, Santen, & alia loca ad alios ſpectantia occuparunt, & dominis invitis præſidium iis impoſuerunt. Grotius *in libr. de Jur. belli & pacis libr. 3. capit.* 1. §. 2. id affirmat, quod ſcilicet ſi in extremo periculo conſtitutus id faciat, licet tertius lædatur, veniam mereatur propter affectum ſe ſuoſque conſervandi, quodve rem alienam, ex qua certum eſt, mihi periculum imminere citra culpæ alienæ conſiderationem invadere poſſim, non tamen dominus ejuſdem fieri, cum ad eum finem adimam, ut tutus ſim, donec meæ ſecuritati cautum ſit: Idem *l. 2. c. 2. §.* 10. dummodo non imaginarium, ſed certum ſit periculum, ne hoſtis eum locum invadat, & irreparabile damnum inferat, ita tamen, ut I. nihil ſumatur, niſi nuda loci cuſtodia II. Relicta domino juriſdictione & fructibus, & III. Demum ſi fiat cum intentione reſtituendæ cuſtodiæ, quam primum illa neceſſitas, ac periculum ceſſabit, fundamentum hujus ſententiæ ponit in neceſſitate, quæ legem non habet, cum in caſu neceſſitatis liceat furari. *Conſt. Carol. A.* vom ſtehlen in Hungers-Noth; Quodve in caſu famis, & ſitis de eſculentis & poculentis, idem in caſu frigoris de lignis, & caſu belli de arcibus, & oppidis, & urbibus dici poſſit ex paritate rationis, quæ idem jus inducit *ex vulgata l. quæſitum. ff. ad l. Aqui.* quodque hoc ex veteri communione rerum reliquum remanſerit.

Sed hæc ſententia nova, & prorſus ſuſpecta, nec tuta videtur Friſchio *in Tractatione de Jure præſid. A.* 1671. impreſſo pagina 11. Ubi in ſpecie negat, in neceſſitate reviviſcere jus priſtinum, rebus utenti, acſi communes manſiſſent, ſed tam naturali, quam Civili jure, quod mihi ſemel legitimè acquiſitum eſt, ſine facto meo alii communicari non ſolum, quoad & dominium, ſed ne quidem quoad uſum, retentionem, vel poſſeſſionem poteſt. *l. 11. de R. I. Novell. 85. in præfat.* Nec limitationem prædicti Grotii occupatione per ſe illicitam reddere poſſunt licitam, nam illa temperamenta

Digitized by Google

menta magis ſpecioſa, quam practicabilia dicit Fritſchius, quia iſta occupatio ſolius etiam cuſtodiæ cauſâ ſine damno vero Domini non poteſt eſſe non comparata, ſed vicini Innocentis & Neutralis urbem, aut arcem occupare ſemper habet annexum periculum hoſtilitatis, dum adverſaria pars illum locum non jam amplius pro neutrali, ſed pro hoſtili probabiliter agnoſcit, juxta vulg. Qualem te invenio, talem te judico, & Cives loci occupati, ſicut hoſtes ipſos tractat, captivos abducit, urbi tanquam hoſtili inſidiatur; Adhæc neſcire poteſt, An hoſtis eam Domino verò invito occupaverit, an verò voluntas tantum ſimulata fuerit, quomodo Neutralitas facilè eludi poſſet, quod periculum damni Tertius in ſe ſuſcipere non tenetur; Caſum quoque an Neceſſitas extrema & ſufficiens ſit, decidere, vix erit poſſibile! Cumque per hanc invaſionem periculum timentis partis tertius Neutralis in periculo etiam conſtituatur, devaſtationis, obſidionis, captivitatis, hoſtilitatis ab adverſâ parte metuendæ, in dubio melior debet eſſe conditio partis neutralis in pari cauſa de ſolo damno certantis, quam alterius, qui non tantum de damno, ne locus ab hoſte occupetur, indeque ipſe deprædationem, & incurſiones patiatur, ſed etiam de lucro certat, ut ex hoc loco hoſtem invadere, & deprædari commodius poſſit; quæ autem, quantave damna hæc, aliaque vicina loca poſt occupationem ſenſerint, à quibus, ſi in neutralitate manere potuiſſent, libera indubiè fuiſſent, horum & priorum temporum, Hiſtoriæ ſatis teſtatum faciunt, & circuli tam Rhenani quam Weſtphalici frequentes quærelæ ab Anno 1582. ad hæc tempora continuatæ, *Receſſ. Imper. Anno* 1582. §. Aber ꝛc. & 1594. §. Darauff dann ꝛc. 42. & *Anno* 1598. §. Und ob wir ꝛc. 17. Et quæ Sereniſſimus Princeps Elector Colonienſis ad Status Imperii in Comitiis præſentibus Ratisbonæ ob Rheinbergam adhuc ceſſante omni neceſſitate detentam exponi facit. Nec minus ex literis, quas S. Cæſar. Majeſtas ad Generales fœderati Belgiis Status ſub dato Viennæ 17. Febr. Anno 1671. conſtat, quod dictam civitatem Rheinbergam juxta propriam, & ſæpius repetitam promiſſionem reſtituendi ad iteratas miſſiones & ſollicitationes non tantum non reſtituerint, ſed fefellerint, Juriſdictionem item territorialem, ſuperioritatem per novi telonii impoſitionem aliasque Civium, & ſubditorum moleſtationes uſurpare non dubitent, cujus ſeries extat apud Fritſchium *d. loco. pagina* 37. Donec Anno 1672. armis Gallicis recuperata, & Sereniſſimo Principi Electori reſtituta eſt, Cujus ad Conventum Ratisbonenſ. Memoriale, & graves quærimoniæ per Dominum Petrum Holtzemium conſiliarium, & legatum exhibitæ videri poſſunt apud d. Fritſchium *p.* 32.

QUÆST. X. *An in aſſumendo Belli duce & Generali, qui cæteris præſit, ad experientiam ejus potius, quam Virtutes reſpiciendum?* 36

Prius affirmat Ariſtot. 5. *Politic. capit.* 9. Sicut enim virtute & bonis moribus carens nihilominus bonus Cives eſſe poteſt, *Ariſtot.* 3. *polit. capit.* 3. Ita generalis bonus eſſe poteſt Dux, etſi virtuoſus non ſit; Sic Antonius, licet in Cleopatræ Ægypti Reginæ amorem incaluiſſet, ideoque famam non ſatis bonam apud populum de ſe concitaſſet, Catoni tamen intemeratæ vitæ, & famæ homini prælatus fuit, non quidem, quod Cato ipſo indignior eſſet, ſed quia Antonius majori experientiâ præ Catone in rebus bellicis valebat. Sylla ſuperbus erat, & elati ſupercilii, Cariolanus furioſus & Tyrannicus; Antiochus Epicureus, ſed bellicis actionibus aſſueti, in ducendo Exercitu aliis prælati ſunt; Optandum quidem foret omnes Belli duces Themiſtoclis, Scipionis, Ageſilai, Epaminondæ veſtigiis inſiſtere, qui non tantum inſignes Heroes, ſed etiam virtutum ſectatores ſtrenui fuerunt, nec tantum hoſtes ſuos, ſed ſe ipſos etiam devicerunt, juxta illud:

Fortior eſt, qui ſe, quam qui fortiſſima vincit Mœnia, &c.

Si autem utrumque conjunctum in unâ eademque perſonâ concurrere non valeat, potior ratio experientiæ habenda eſt; Sicque Æneas Sylvius poſtea Romanus Pontifex Pius II. dictus in ſermone ad Status Imperii Francofurti habito ſequenti modo eos admonuit, ut tales Belli duces eligant, in quibus ſit peritia rei militaris, authoritas evidens, præſumpta fælicitas, qui ſint laborioſi in negociis, fortes in periculis,

Digitized by Google

lis, celeres in conficiendo, & denique conſulti in agendo, quales & ſuperioribus, & noſtro ad huc ævo enituerunt, & adhuc enitent Spinolæ, Tillii, Tampieri, Johannes de Werth, Montecuculi, Marchio de Granâ, &c:

37 Q. XI. *An expediens ſit unum vel plures eſſe Belli duces?*

Prius non tantum utile, ſed etiam neceſſarium videtur, cum notum ſit rarò proſperè pugnatum, ubi pluribus collata fuit hæc authoritas? II. facilius imperat, qui ſua ſolus conſilia ad finem dirigit, quam qui ſua & aliena. III. unius conſilia facilius ſecreta manent, quam plurium, IV. Milites facilius unius, quam plurium, voluntati parent; V. Nemo poteſt Dominis æquè ſervire duobus; Fuit quidem Lex apud Lacones, ut tres eſſent Duces, ſed diverſa poteſtate, ut penes unum ſumma rei eſſet, cui in prælio mortuo ſurrogabatur ſecundus, & huic tertius, ne unius mors res benè cæptas turbaret, aut in unius animâ Exercitus ſalus conſiſteret; Carthaginenſes etiam in bello unius paruêre Imperio; Romanis duplex quidem, ſeu duorum Conſulum imperium placuit, ut tamen alternis diebus faſces haberet unus, ſed ſæpè ſimultas, & ambitio duorum diſcors Exercitum perdidit, ob quod Cannæ celebres ſunt; nulla autem bella citius confecta leguntur, quam quæ geſta unius imperio, hinc electus Dictator, nec aliter Hannibalem victoriâ ferocientem domare potuerunt Romani, quam uni commiſſo imperio, & Dictaturâ Fabio delatâ, ſic multi imperantes perdiderant Cariam.

38 Quæst. XII. *An Belli ducem liberum eſſe oporteat?*

Quidam id negant, & impedimento potius literas eſſe Belliduci volunt, quodque ſtudia hominem ſui amatorem à rebus bellicis generalis abſtrahant, exemplo Archimedis, qui dum à Romanis Syracuſæ occuparentur, profundiſſimis ſpeculationibus immerſus, & quaſi abſorptus nullos tumultus exaudivit, quaſi ad ſe communis calamitas nihil ſpectaret, & prius hoſtilem enſem in cervice, quam hoſtium irruptionem, & urbis expugnationem ſenſit. II. Studia melancholiam incutiunt, à quâ Bellidux alienus eſſe ſolet unde Cato aſſerebat, tunc Romanos imperium perdidiſſe, cum primum Græcæ linguæ & artibus operam dediſſent; Idemque cum Oratores tres frequens Juvenum Auditorium, & concurſum haberent, ſenatus ſuaſit eos Athenas remittendos, ne flos Juventutis Romanæ artibus ineſcatus rei bellicæ fieret negligentior.

Gothi quoque Muſarum ſtudiis homines abjecti animi, & bellis inhabiliores fieri rati libros Græcos magno numero Vulcano commiſerunt, nec non Turcæ ſtudia literarum non curare dicuntur; Ludovicus etiam XI. Rex Galliæ, alias gubernandi peritiſſimus ab omni literarum ſtudio filium Carolum removendum duxit, modo hanc ſententiam didiciſſet: Qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare; Veruntamen quam imprudenter in hoc fecerit Ludovicus ſuo dein malo expertus eſt; Quàm autem Belli ducibus artes liberales ſint utiles, & neceſſariæ, diverſorum Imperatorum exempla demonſtrant, Alexandri M. Julii Cæſaris ut dubium ſit, an plus gloriæ artes liberales, vel res bello geſto ipſis attulerint: Julio Cæſari hoc applicari ſymbolum ſolet; Siniſtrâ librum, dextera gladium gerenti ex utroque Cæſar, Imperatorem non ſolum armis decoratum, ſed & legibus armatum eſſe debere ait Juſtinianus *in proam. Inſtitut.* ſummam Ripubl. Romanæ tuitionem ex ſtirpe armorum & legum veniſſe, ut fœlix Romanorum gentus omnibus dominaretur, teſtatur, *in lib. 1. C. de Juſtin. Cod. conf.*

Q. XIII. *An conveniat ipſos Reges & Principes perſonaliter caſtra ſequi, & præliis intereſſe?* 39

Hæc quæſtio ſine ſequenti diſtinctione expediri non poteſt; Vel enim agitur de incolumitate Regni Principatus, ubi ei periculum interitus imminere poteſt, vel ob cauſam leviorem; priore caſu attentâ rei gravitate id affirmandum. I. Juxta vulg. Oculus Domini paſcit equos. II. Quando milites ſuum Regem, aut Principem ipſum caſtra ſequi, & prælio intereſſe vident juxta illud;

Urget præſentia Turni.

plurimum animantur, ad reſiſtendum hoſti, & victoriam reportandam, ut videre eſt apud Curtium *lib. 4. c. 14.* Oratio & exhortatio dicentis: Se non poſtulare, ut fortiter capeſſant prælium niſi ipſe

cæteris fortitudinis eſſet exemplum, ſe ante prima ſigna dimicare paratum : Idque noſtrâ memoriâ Guſtavum Adolphum Sueciæ Regem præſtitiſſe teſtantur horum temporum annales Hiſtorici ; Poſteriori verò caſu id negatur,unde Tacitus 4.*Hiſtor.* Minora bella minoribus Ducibus deleganda ait. Atque hinc imprudentiæ arguitur Valens Imperator, quod inflammato bello cum Gothis Thraciam depopulantibus, ubi nullam relinquebant arcem quin eam deſtruerent, nullam occuparent urbem quam non deperderent, hominem nullum quem non occiderent, nullam caperent fœminam quam non ſtuprarent, nullam intrarent domum quam non ſpoliarent, quod ipſe Valens in caſtra Romanorum tendere prælioque cum Gothis decertare ſtatuit, per quod animoſiorem ſe quam prudentiorem exhibuit, cum princeps in conflictu non plus quam unius viri vicem pugnando gerere poſſit, at ſi ſuccumbat omnes periculo interitus exponat. In quo prælio turbata equitum Roman. turma, deſerti ab iis pedites, hoſtili equitatu cincti perierunt, Ipſe verò Imper. lethaliter vulneratus, cumque fuga ſaluti conſulere tentaret, & in caſulam paſtoralem ſe abdidiſſet, ab inſequentibus Gothis deprehenſus igne injecto vivus ſauciuſque concrematus eſt,& uno die vitam dignitatem imperium & omnia pedidit. *Guevar. in horol. prin. lib. 1. c. 24. num. 93. pagina 92. & ſeq.*

40 Q. XIV. *An belli ducem in prima acie verſari deceat?*

In caſu maxime ſecundo negari ſolet, I. Cum Dux caput ſit exercitus,à quo tota belli alea, & dubius ejus eventus dependet, quo periclitante membra quoque in periculo ſunt, conſultius, ne ſe ejuſmodi præſenti diſcrimini exponat, ſed ſufficere videtur, ut exercitui adſit, & pro re nata celerem reſolutionem concipere & demandare poſſit; nec opus ut in prima acie perſonaliter dimicet, niſi id ſumma exigat neceſſitas, ſi milites fugam meditentur, & ſua præſentia, & conflictu in acie eorum animos erigere, & per hocà fuga retrahere probabiliter poſſit, ut Guſtavum Adolphum feciſſe præcedente quæſtione dictum eſt, quamvis multi in arte bellica verſati, eum ſe nonnunquam temere periculo objeciſſe velint, quo melius carere potuiſſet, quapropter in periculo etiam periit: Vide latius Chock. *not. ad Onoſand. capit.* 23.

Q. XV. *An neutralitas eligenda?* 41

Ex politicis plurimi interque eos Beſold. *de fœder Jur. t. de neutral.* 8. Neutralitatem prudenti Principi fugiendam ſuadent, quantum poſſibile eſt, quando vicini Principes bello intricantur; neutrales quidem ab aliis comparantur iis,qui mediam domus contignationem inhabitant,& ab inferioribus fumo vexantur, à ſuperioribus vero aqua, & lotio non raro conſpurcantur, quam ſimilitudinem Alphonſus Rex Senenſibus propoſuiſſe legitur apud Panorm. *lib. 4. de dict. & factis Alphonſi cap. 24.* quorum nec hi, nec illi id rectè impedire poſſuut per ea, quæ tradit Cæpoll. *de ſerVit.*

Alii veró neutralitatem grano frumenti comparant, quod ſicut inter duos lapides molares poſitum ab utroque conteritur, ita hi tractu temporis durante bello ab utraque parte premuntur, vel eo finito cum deſpectu ſupprimuntur; intellexit id Ariſtheuæus Achæorum Prætor quibuſcum Clemodontis Philippi Macedonum Regis legatus in bello inter Philippum,& Romanos orto neutralitatem ſuaſiſſet, quaſi medium tutiſſimum, ipſe hanc mediam, tutam viam non eſſe ſuſtinuit, quod ſcilicet hoc modo victoribus in prædam ceſſuri eſſent Achæi, adeoque conſultum ipſis, ut unum ex iis ſibi confœderatum, & alterum hoſtem eligerent, apud Livium 32. Et ſimiliter cum Antiochi Legatus in bello inter Antiochum,& Romanos ſuſcepto Achæus ſuaſiſſet, ut neutri parti ad hærerent, T.Quintius Flaminius Conſul Romanus id iis damnoſum fore oſtendit,quodq;Victoris præda inermes futuri eſſent; Atque ita contigit de facto Meſſinis, qui cum bello inter vicinos Arcades, & Lacedæmonios ſuſcepto nulli parti ſe adjunxiſſent, poſtquam Lacedæmonii cum hoſte pacem feciſſent, Meſſini ab iiſdem ſubjugati,& cum ab Arcadibꝰ (quibus ipſi non adhæſerant) ſuppetias habere non poſſent, in ſervitutem redacti fuerunt, quorum exemplo alii cautiores reddi deberent; Quodſi tamen duobus vicinis belligerantibus tertius ejus ſit potentiæ, ut neutram partem etiam victorioſam timeat, is non conſulte facere neutri aſſiſtendo, ſed neutralitatem eligendo.

Q. XVI.

Digitized by Google

42 Q. XVI. *Quid ſi autem ejus non ſit potentia, & neutralitatem ſibi periculoſam eſſe cenſeat, aut ab una vel altera parte eam impetrare non valeat, aut non niſi iniquis conditionibus ad eandem admitti poſſit, cujus partes eligendæ ſint?*

Difficillimæ eſt diſquiſitionis; communior eſt ſententia prudentis eſſe ſe inflectere ad latus fælicioris, & cum potentiori ſe conjungere, nec in caducum parietem inclinare, qui autem minus potenti adhæſerit quæret cum qua gente cadat; Nec tamen imbecillior ſemper deferendus, aut addenda afflictio, maximè ſi per ejus ruinam ſimili deſolationi, & ruinæ quis exponatur, maximè ſi videat, quod ſua aſſiſtentia vicinum, & ſe conſequenter à ruinâ futurâ conſervare poſſit.

43 Q. XVII. *Sed ſi æquales potentia vicini ſint?*

Hic cautiſſimè omnibus rerum circumſtantiis attentè ponderatis agendum, & deliberandum, cui parti ſtandum & vires adjungendæ ſint, nec certa regula præſcribi poteſt; Id non inconſultum, ſi tertius à neutra parte propter parem ſuam potentiam, & vires ſibi non timeat, prudenter aget, ſi neutri aſſiſtat, & neutralis maneat, alienis diſcordiis ſe non immiſceat, ſed ſe, ſuoſque, quo poteſt, modo, tueatur, quod ſuo bono, & malo experte fuerunt Lotharingi, Sabaudi, & Burgundi, qui, quamdiu ſe bellis vicinis non implicarunt, in flore vixerunt, poſtquam autem Dux Sabaudiæ Hiſpanicas partes ſecutus eſt, à Rege Galliæ pulſus & fugatus eſt; Sic cum in bello Latino cum Bizantinis Chryſeenſes medii eſſent, & tamen neutrales, eorumque amicitia utriuſque proficua crederetur, utraque vero pars contendentium eorum inimicitias timerent, ita ut ſi unam partem eligerent, altera in periculo ruinæ præſentiſſimo verſaretur, prudenter neutralitatem coluerunt, ut qui non tantum in pace vivebant, ſed etiam ab utriuſq; patris exercitu coemente lucrum reportabant: Sed difficile hic eſt, à principio belli judicare, an eo finito, medio & neutrali periculum imminebit, nec ne.

44 Q. XVIII. *An cogi aliquando poſſit tertius, ut uni parti adhæreat?*

Affirmatur nonnunquam ob rationem ſtatus, etſi nullum ante fœdus præceſſerit, multoque magis ob confœderationem ante initam ad hoc obligari aliquem palam eſt, prout Regem Hiſpaniæ olim Duci Sabaudiæ contra Regem Galliarum ſuppetias tuliſſe tradunt hiſtorici.

Q. XIX. *An illud medium licitum, ut tertius ille uni parti apparenter aſſiſtat, latenter verò cum altera correſpondentiam ſervet?* 45

℟. Periculoſum eſſe, nec diu durabile, aut celari poſſe, & quando res hæc innoteſcit, hi plus, quam ipſi principales hoſtes odio ab utriſque haberi ſolent, utqui ab utraque parte oleum bellicis flammis injiciendo eaſdem cum utriuſq; ruina nutriverunt.

Q. XX. *Quid ſi autem iam electa neutralitate partis unius belligerantis potentia, & vires ita creſcant, ut tertio res reddatur ſuſpecta, & probabilis oriatur ſuſpicio & timor neutralitate poſt bellum finita partem neutralem facile ſub jugum redigere poſſit?* 46

An hoc caſu maturè venienti, & in futurum præviſo malo neutralis occurrere, & diſſoluta neutralitate antequam unius partis potentia magis creſcat, ſe alteri parti unire, & unitis hoc modo viribus licitè vires ejus confringere poſſit? Id quidam Statiſtæ ſuadent quod tamen ſimpliciter probare non poſſum, cum renunciatio ſocietatis callida, & intempeſtiva jure reprobetur, §. 4. *Inſt. de ſocietate.*

Q. XXI. *Quid tertio, qui unam partem elegit, maxime attendendum?* 47

℟. Varia conſideratione opus. I. Ut exploret, an is, cujus partibus adhærere intendit, ea præditus ſit facultate & potentia, ut bellum inchoaturus continuare & ad finem perducere poſſit, ne ſi inopia rerum neceſſariarum preſſus bellum intermittere cogatur, ipſe cum ſuis adhærentibus ſubjugetur, cum per talem conjunctionem tertii tantum partes belligeraturæ magis inter ſe exacerbentur, & ſtimulentur, quæ fortè hoc adjutorio deſtitutæ æquis conſtitutionibus in concordiam coirent; II. Nec minus ex parte alterius belligerandum, an oblata adhærentia ſui, vel ipſius offerentis commodo fiat, an non fraudes & doli lateant. III. Ideoque cavendum ne ſubſidia tranſmiſſa ab adhærente propria excedant,

Digitized by Google

lices ſe Sulpitio Dictatori rebelles oſtendiſſent, tumultuantes milites Tullium pro capite elegiſſent, Tullio verò potius Sulpitii factum, quam rebellionem militum admiranti ipſe inſinuavit: Se reſpectum & obedientiam Dictatori debitam non oblitum, ſed ideo electionem ſuæ perſonæ ratam habuiſſe, ne tumultuantes alium eligerent, bono publico nocivum, & tradit Livius 7. 14. quomodo rebelles ad pacem reduci poſſint, docet experientia.

50 Q. XXIV. *Quid ſi autem hoc remedium non ſit practicabile rebellibus magno numero brevi tempore concurrentibus, nec ullum conſilium, vel mediationem admittentibus. An Civis bonus tempori ſervire, & communi plebi ſe adjungere poterit?*

Id evenit Neapolitanâ rebellione, ubi non tantum diverſi prudentes Cives, ſed etiam ipſe Vice-Rex & Cardinalis ipſis adhærere debuerunt, ita tamen, ut oblata quavis occaſione ad obedientiam redeatur. Hoc ut evadat clarius ex horum, & priorum temporum memoriâ repetendum, qualiter Anno 1647. Neapoli ortâ murmuratione in populo occaſione novi vectigalis, ex quo Subditi Regi ſuo Hiſpaniarum Anno 1646. donativum præſtare promiſerat, multis contra murmurantibus quidam Neapolitanus Piſcator Thomas Anielus dictus cum primo Juvenes ad 2000. Annorum 16. vel 17. concitaſſet, ſe obtulit ad Regnum ab exactionibus liberandum, cumque ei brevi tempore multi de plebe accurrerent, cum 10000. ad palatium Vice-Regis ſe contulit, unanimiter omnibus abolitionem vectigalis urgentibus: Ubi Vice-Rex ex feneſtrâ mox abolitionem promiſit, quo non contenti etiam Hiſpanico milite reluctante Vice-Regis præſentem reſolutionem, & deſcenſum ex arce violenter urſerunt, quorum voluntate ſe accomodavit, & deſcendit; Ulterius verò exitum ex rhedâ urgentibus, cum centum ducatos ceu miſſilia ejeciſſet, & ipſi prædæ inhiantibus in vicinum templum confugiſſet ex rheda, ipſis verò literas ſigillatas ab ipſo & Cardinali Archi-Epiſcopo Philomarino habere cuperent, hæ ipſis expeditæ, & extraditæ ſunt de Vectigali abolendo, quin & continuatio tumultu Vice-Rex omnibus cœtû petitis annuere ſe velle reſpondit. Mirum, quod brevi tempore magnam copiam armatorum in paratis habuerit, ut & multa millia fœminarum, quæ ut mares in Compagnias diviſæ ſuas habebant officatas, Capitaneas, Vexilliferas, &c. dexterâ gladium evaginatum, ſiniſtrâ pugionem gerentes, lanceis, aliiſque armis militaribus etiam inſtructæ, Imò integræ Compagniæ puellarum 4. vel 5. annorum albis inſtructæ baculis ſe adjungebant, quibus omnibus, quicquid imperabat Aniellus, id mox executioni mandabatur, unde in tantam excrevit animi ſuperbiam, ut jactaret ſe, ſicut S. Petrus Romam à ſervitute diabolica liberavit, Neapolim & univerſum Regnum in priſtinam libertatem reſtituturum, cumque aliquando Vice Regem in arce accideret, ſe mirari diceret, quod à Cardinali non viſitaretur, qui hoc intellecto eum viſitavit, & titulum Sereniſſimi ei tribuit, cui nullatenus contradixit teſtatum faciens tempori ſerviendum eſſe, donec tandem nimium ſua poteſtate abuſus concitato inſuper in ſe odio plebis à 4. Hiſpan. nobilibus in Monaſterio del Carmine ſimul in eum explodentibus occiſus, & per Civitatis vicos corpus tractum eſt, prout A. 1648. impreſſus tractatulus ſub titulo: Kurtze warhaffte Beſchreibung deß gefährlichen weit außſehenden / und aunoch währenden Auffſtandes / ſo ſich das verwichene 1647. Jahr in dem Monat Julio zu Neapoli angeſponen / &c. latius videre licet, & meminit Brachel. *in Hiſtor. noſtri temp. lib. 6. pagina* 327.

Q. XXV. *An Belliducum cunctatio deceat?* 51

Vulgatum eſt de Fabio elogium unus homo nobis cunctando reſtituit rem, & in rebus arduis unde ſalus, & proſperitas publica dependet, novercam eſſe præcipitantiam, adeoque exactè perpenſis omnibus circumſtantiis plenè ante deliberandum eſſe omnis ratio ſuadet, quando autem non præhabito deliberato conſilio ab Executione fit principium, ſæpè ſequi ſolet ſera pœnitentia, per quam errores in prælio commiſſi corrigi nequeunt, nam facta infecta fieri non poſſunt, unde apud Livium, *libr. 31. capit.* 32. Democritus ait: In re magni diſcriminis nil tam inimicum, quam celeritatem, celerem enim pœnitentiam, ſed eadem ſeram, & inutilem ſequi, cum præcipitata raptim conſilia

conſilia nec revocari, nec in integrum reſtitui poſſint, aliaſque jure noſtro tutius dicitur intacta jura ſervare, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, prout & Livius 22. *capit.* 19. ait: Omnia non properanti clara, & certa ſunt, ſed feſtinatio improvida eſt & cæca, Seneca *lib.* 1. *de ira. capit.* 7. Maxime contraria conſilio ſunt feſtinatio, & ira, ſi tamen periculum in morâ ſit, nunc rapienda ſunt conſilia, non quærenda:

52 Q. XXVI. *An dedeceat Ducem ſemel concluſum circumſtantiis temporum, aut locorum mutatu mutare?*

Reſp: Minimè, Nec inconſtantis, ſed prudentis id eſt viri, cum humanum ſit errare, inſipientis in errore perſeverare; Hinc Seneca *de benefic. libr.* 4. *capit.* 38. Non eſt levitas à cognito & damnato errore diſcedere, & ingenuè fatendum eſt, non putavi, deceptus ſum. Hæc verò ſuperbæ ſtultitiæ perſeverantia eſt, quod ſemel dixi qualecumque ſit, fixum, ratumque ſit. Non eſt turpe cum re mutare conſilium. *Idem Epiſt.* 20. & 71. Sapiens non ſemper it uno gradu, ſed unâ via, nec ſe in aliquibus mutat, ſed potius aptat, quod tamen non eſt intelligendum de iis, qui nullam conſtantem reſolutionem capiunt, ſed inſtar arundinis vento agitari ſolent, & nunquam in eodem permanent Protheo mutabiliores.

53 QUÆST. XXVII. *Utrum conſultum ſit civibus, & ſubditis arma re inquere in manibus, & in iiſdem eos exercere?*

Id indubium eſt, tempore pacis cogitandum de bello, & præparatoria ante facienda, quam bellum actu ſuſcipiatur, ideoque in pace arma comparanda, providendum de neceſſariis, pulvere, globis, & aliis, quæ bello jam ingruente vix, aut cum periculo & magna expenſa comparantur, ut in caſu neceſſitatis ad reſiſtendum hoſti parati ſint. Et quia de pacis continuatione nemo certus eſſe poteſt, hoc modo ab injuſta provocatione tutior erit, dum nemo facile ei Regno, vel populo injuriam inferre audebit, quem intelligit ad defendendum expeditum & promptum eſſe ad vindicandum, quapropter qui diuturnam pacem deſiderat, ad bellum ſe præparare debet; Cum autem arma ſine uſu, & ſcientiâ eadem tractandi parum proſint, non minus utile, & neceſſarium eſt, ad ea tractanda certos inſtruere, & aſſueſacere, & exercitia jaculatoria inſtituere, eumq; in finem victoribus præmia proponere, ars enim bellandi, ſi non præluditur, cum neceſſaria fuerit, non habetur, ut proinde diſcendum ſit in otio, quod præſtandum eſt in bello, nec animos ſubito arma erigunt, niſi qui ſe ad ipſa idoneos præmiſſa exercitatione confidunt; nemo verò id facere metuit, quod ſe didiciſſe confidit, quod ſicut in militibus ære & ſtipendio conductis, multò magis in ipſis ſubditis procedit, ut & hi in armis exerceantur, qui propriis aris, & focis ſtant, quæ exteris militibus non æquè cordi eſſe ſolent.

Id tamen obſervandum, ne privatis hominibus, civibus, aut ſubditis nimia armatura vel armamentaria habere permittantur.

Item diſtinctio adhibenda inter ſubditos, quorum fides ſatis explorata, multisq; annis & actibus probata eſt, & quibus ſuperior, ſe ſuamque, & Rempublicam confidere poſſit in occurrente quâvis neceſſitate, nec ſint tales, qui intra breve tempus per vim, & arma ſubjungati fuerunt, quibus nimium non eſt fidendum.

Maximè autem, ubi democratia viget concivibus armorum uſus tutius concredi poteſt; Nec minimum eſt ex arcanis Politicis naturam, & animus ſubditorum perfecte noſſe, *juxta Martial. l.* 8. *Epig.* 15.

Principis eſt virtus maxima noſſe ſuos.

Nec tamen arma iis relinquantur, qui novitatum ſunt cupidi, ne per hoc occaſio ipſis detur ſubditiones, & nova moliendi, turbas excitandi, & veterem Reipubl. formam turbandi, ac plane evertendi.

Q. XXVIII. *An Generalis Ducis dexteritas & prudentia, an vero copia militum plus ad victoriam conducat?* 54

Ad hanc ℞. cum Curtio 10. 6. 8. Militarem ſine Duce turbam eſſe corpus ſine ſpiritu, & Plutarch. *in apol. capit.* 66. exercitum cervorum meliorem eſſe Duce Leone, quam exercitum Leonum Duce cervo, quo denotare voluerunt, melius eſſe exercitum minorem, cui Dux prudens & generoſus præeſt, quàm exercitum copioſum abſque bono duce, & hac ratione motus Ageſilaus ſuos Lacedæmonios hortatus eſt, ut omnia ſua tela unicè in Epaminondam Thebani exercitus Ducem dirige-

Digitized by Google

dirigerent, eo ſublato reliquum exercitum facile vinci poſſe ratus, Epaminondas etiam ſerpentis exhibiti ſimilitudine id oſtendit, cui amputato, & ſublato capite totum corpus eſſet inutile.

55 Q. XXIX. *An conveniat in exercitu falſos rumores ſeminare, ut per hoc animi militum pulſo timore excutentur, hoſti verò terror injiciatur, & alacriores reddantur?*

Uſus fuit hoc ſtratagemate Valer. Lævinus in prælio contra Pyrrhum, teſte Plutarcho, qui cum gregarium militem Pyrrhi interemiſſet, gladium ſanguinolentum manu gerens, rumorem excitavit in caſtris, ipſum Regem, & Ducem interemptum, quo audito hoſtiles turmæ quæ ſe Duce deſtitutos putabant, in fugam verſæ, & Victoria penes adverſarios ſtetit; Et hic in hoſte bonus dolus vocatur, *l. 1. in fin. princ. de dol. mal.* unde Curtius *libr. 3. capit.* 8. recte dixit: Fama bella conſtare, & ſæpe etiam, quod falſo creditum eſt, veri ſpeciem obtinere, *v. c. utilem* 22. *q.* 2. ut ſi in dextro ſuorum cornu exclamet, milites ſuos in ſiniſtro jam vincere, ſi in ſiniſtro milites in dextero eſſe ſuperiores &c. dummodo id minus crebro non fiat, quia fidem non facerent, ut Maximiliano Auſtriaco eveniſſe refert Johann. Chock. *in not ad Oneſand. capit.* 23. *pagina* 92. *& ſeq. V. ex Theol. Layman. lib. 4. tract. 3. cap. 3. Leſſ. de J. & J. & alios*, aliaſque Duci longe glorioſius aſtutia, quam viribus hoſtem vincere, & ſibi ſubdere, indeque Lacedæmonii quando aſtu Ducis, & ſtratagemate hoſtis devictus erat bovem, quando verò prælio aperto effuſo ſanguine gallum gallinaceum dedicabant; & ſic Uladislaus Ungariæ Rex, cum Cracoviam tribus annis obſediſſet, & tam intra mœnia, quam in ejus caſtris magna eſſet vectigalium penuria, is omnib. militibus, ut ocreas, & pileos terra implerent, & nocturno tempore ante urbis mœnia collocarent mandavit, quem cumulum flore frumentario occultavit, quo viſo cives omnia ad cibum apta rati quo carebant, & augurantes in caſtris magnam ſupereſſe copiam eorum urbem dediderunt, *ut refert Bonfin.*

Hannibalis ſtratagema quoque celebre eſt, quo contra Fabium Maximum Romanorum Ducem uſus eſt, cùm enim ſæpè deceptis Romanis tandem incluſus eſſet ut de abitu deſperaret, reſumpto animo ad artes ſolitas regreſſus, collectis multis bobus, & ad eorum cornua alligatis ligneis faſciis, iiſque accenſis mediæ noctis temporis eos montem ſcandere fecit, quem Fabius occupaverat, militibus vero interim mandavit, ut cœna ſumpta ſe fugæ accingere, cum autem ignis boves affligeret, & præ dolore quaſi furentes per ſylvam diſcurrerent, cui Romanorum exercitus adjacebat, ſpectaculo inſolito conſternati Romani neſcirent, quid agendum, nec ſe in caſtris moveret Hannibal hoc modo fuga elapſus eſt; De ſtratagemate Comitis de Schwartzenberg ſup. dict. Ratio autem, quare ejuſmodi doli & ſtratagemata licita ſint non eſt obſcura; Cum enim fiant contra juratum hoſtem, quem bello armis impetere & occidere, vel in ſervitutem redigere jure licet, cur non decipere liceret, inſtar periti venatoris & aucupis, ac piſcatoris, qui feras beſtias non tantum ferro, ſed etiam caſſibus & retibus irretire & capere ſolet, hinc & in ſacra hiſtoria eorum uſus fuit, prout Iſraelitæ poſuerunt inſidias per circuitum urbis Gabæa, Benjamitæ verò fugam arte ſimulantes abſtraxerunt eos de civitate, & quaſi fugientes eduxerunt, ſigno autem dato, qui in inſidiis latebant, acceſſerunt, *ut videre licet latius Judicum* 20. *v.* 79. 32. *&* 39. *atque ita* 2. *Reg. capit.* 5. *v.* 24. Ipſe Deus Davidi mandavit, ne aſcenderet prælio aperto dimicaturus contra Philiſthæos, ſed gyraret poſt eorum tergum; Jehu quoque 4. *Reg.* 10. dolum bonum feciſſe dicitur, dum congregavit ſacerdotes Baal quaſi veneraturus idolum, quos poſtea cum templo combuſſit; David quoque ſimulatione rectè uſus eſt, quando mutavit faciem ſuam coram Abimelech *c. utilem* 21. 22. *q.* 2. Nec tamen hinc inferre licet, quod Chriſtianus inter Turcas agens ſe fieri Saracenum fingere poſſit, ut fidem eorum diſcat, & poſtea eam oppugnet, *Zaſ. in l. ſi mora* 9. *§.* 3. *ſolut. matrim.* juxta Senecam etiamſi veritas redimenda ſit mendacio, non tamen mentiaris. Cum acerrimum eſſet bellum inter Romanos & Vejentes, & illi Veios quinquennio circumſediſſent cuniculo tandem & ſubterraneis dolis urbem cœperunt *Florus l. 1. c.* 12. & Marte defenſa urbs arte capta fuit, ubi M. Furius Dictator cum capta urbe edixiſſet ab inermi abſtinendum, eo intellecto arma omnes abjecerunt atque ita vitam conſervarunt, ut nil de ſtratagemate captæ Trojæ dicam.

Illud

Digitized by Google

Illud tamen ſtratagema pro L. Pius conſul contra Sarmatas miſſus à S. P. R. cum variæ inter ipſos, fuiſſent vices, cum durantibus induciis ſe omnes reguli & ditiones dediſſent Romanis, tantum quod vino fuiſſent à conſule repleti ſenatui diſplicuit. Cumque bello finito, & deditis provinciis præmium ſeu triumphum redux peteret non tantum repulſam ipſe paſſus ſed etiam ſecuri percuſſus eſt, impoſito ejus tumulo infami ſcriptura, quæ extat apud Guevar. *in horol. lib. 1. capit. 40. pagina 168.* & præconio facto quicquid Pius egerat irritum declaratum fuit, & literis ad Sarmatas datis Senatus eoſdem fide publica abſolvit priſtina libertate reſtituta, quod non ſolerent generoſi Romani imperium vino dulci hoſtes inebriando ſed proprium in campo ſanguinem effundendo parare, Guevar. *d. l.*

56 Q. XXX. *An conſultum hoſti, ſi poteſt hoſtem ſuum ad extremam deſperationem redigere?*

Id communiter rei militaris periti negant ex hac ratione, quod ſæpè cum deſperatis infæliciter pugnetur, qui cum nullam, ſi vincantur, ſalutis aut præſidii ſpem habent, deſperatione ſæpe victores evadunt, hoſtes enim audaciores facit victoriæ deſperatio: *Joſeph. de bell. Judaic. 1. 14.* prout experientia docuit ſæpe mari pugnantes hoſtium navibus undique ita cinctos, ut evadendi nulla ſpes, moriendi autem certitudo appareret, igne in pulverem tormentarium immiſſo ſe non tantum, ſed hoſtes etiam perdidiſſe; Ita etiam deſperatos neceſſitate in rabiem vertente, ut plerumque qui de vita deſperant, ex timidis fiunt audaciſſimi; Hinc Ageſilaus Lacedæmoniorum Dux, cum hoſtes ſuos in anguſtiis conſtitutos acrius ſolito, deſperabundos pugnare videret, ſuis mandavit, ut copias aliquantulum dividerent, quo viſo hoſtis perrumpere tentans à ſuo exercitu circumcinctus, & paucis ſuorum deſideratis victus eſt, E contra verò Johannes Galliarum Rex, cum hoſtis ejus incluſus pacem peteret, etſi abire permitteretur, ſine damno ſubditorum abitum offeret, id autem impetrare non poſſet, hic deſperatus hoſtis ad 10. millia profligavit, totum Regis exercitum, qui in 45. millibus conſiſtebat, in confuſionem redegit, ipſum Regem cœpit, totumque Regnum in extremum periculum conjecit, quod etiam à brutis animantibus aliquando fieri videmus, quæ aliàs pavida, dum includuntur, ut evadendi nullus appareat locus, feritatem, & immanitatem ante latentem produnt, & extrema moliuntur.

Q. XXXI. *Utrum autem expediat hoſtes aggrediendo prævenire, vel primum impetum exſpectare?* 57

Videbatur primâ fronte in primo inferente lucere majorem reſolutionem, & audaciam, quam qui in terminis defenſionis manens aggreſſurum primum expectat, verum utilius eſſe expectare hoſtis impreſſionem probat Chockier *in notis ad Onoſand. capit. 29. §. primo, nam pagina 103.* Monſtrat exemplo duorum Conſulum Romanorum, quorum unus militibus ſuis injunxit, ut primum impetum ſuſtinerent, quod primo ſuo impetu fortiter rejecto futurum ſperaret, ut paulatim hoſtes ab ordine remitterent, & facilius in fugam verterentur, quod conſilium ex ſententia ſucceſſit, iſque victoriam obtinuit; Alter verò injunxit, ut omni audaciâ in hoſtilem aciem impetum ſine morâ facerent, ubi hoſte hic inferior extitit, & cæſus eſt, idque quia celeriter incedunt, ita greſſum ſiſtere, ac mutua auxilia ſibi ferre nequeunt, ut ii, qui intra ſuas ſtationes permanent, adhæc commoditates, quibus hoſtes exiſtunt ſuperiores negligunt, & delerunt adverſarios in locis ſibi opportunis, & commodis offendunt, ſe quoque temerè machinarum, & tormentorum ictibus objiciunt, à quibus ſi ſuo loco manerent, & primum aggreſſum exſpectarent, immunes forent, ſolum autem iſta prior aggreſſura vanam oſtentationem audaciæ præ ſe fert; Quod ſi tamen Dux experiatur milites ſuos ſingulari animorum ardore, fiduciâ, & alacritate ad pugnam feſtinare, & ferri, id eis concedi non male poteſt, quare à Julio Cæſare Pompejus imperitiæ rectè notatus eſt, quod in pugna Pharſalica milites ſuos certaminis avidos impetum excipere, non inferre juſſiſſet, *Alexand. r. ab Alexandro. 4. genial. capit. 7. pagina 191. in med.* Quamvis in priore puncto reſolutionis diſſentit Scipio Amiratus *diſſert. polit. lib. 4. c. 18.*

Q. XXXII.

Digitized by Google

58 Quæſt. XXXII. *An ergo exſpectandum, donec hoſtis in ditiones noſtras impetum faciat, eaque ingrediatur?*

Reſp. Minimè, ſed conſilium Cyri obſervandum, *apud Herod.* 1.27. non tardandum donec hoſtis in Regnum irruit, ſed præveniendum, ut in hoſtili agro ſedes belli figatur, quod item Sulpitius Romanis ſuaſit *apud Livium* 31. 7. Et ſic Hannibal Antiocho contra Romanos ſuaſit, ut eos in Italia invaderet, propoſitum erat in Africam navigare, eoque totum exercitum traducere, ut Carthaginenſium intentionem in Siciliam everterent, & cogerentur hoſtem à propriis aris & focis arcere: Sicque Philippus Auguſtus Ludovici nepos, qui cum Otto Cæſar cum Rege Angliæ in Galliam irruptionem facere tentaret, Civitates ſuas, & arces limitaneas ſubito milite armavit, & cum forti exercitu extra Regnum ſuum obviam iis procedens victoriâ potitus eſt, *ut Bodinus refert*, Turcarum quoque Reges nunquam irruptionem Chriſtianorum in ſuas partes exſpectârunt, ſed ſedem belli ſemper in Chriſtianitate figere ſoliti fuerunt; hoc enim medium præveniens omnium malorum, quæ bellum concomitari ſolent, à ſuis finibus avertit; & hoſtiles ſubditi etiam à propriis copiis premuntur. Et evenire ſolet aliàs, ut Principes, qui non obviam eunt venienti hoſti, nec eum ditione ſuâ excludunt, à ſuis ſubditis odio habeantur, dum à propriis, & hoſtilibus ſimul copiis vexantur; Nec miles in proprio pugnans eâ reſolutione pugnare ſolet, ubi certus eſt, quò fugere ſecurè poſſit, quam extra, ubi quò ſibi fugâ conſulere poſſit, ignorat, ideoque ad extremam guttam ſanguinis hoſti reſiſtit.

59 Quæſt. XXXIII. *Quid de militum vociferatione, quam Barritum vocant, cenſendum?*

Fuit hic mos veterum, & modernis etiam uſitatus eſt, ut imminente pugnâ, cum utraque acies juncta eſt in campo, vociferentur, ad ardorem inter ſuos excitandum, hoſtem verò timore percellendum, ut de Romanis, Macedonibus, Parthis, Lacedæmoniis, Judæis, & Germanis etiam probat Chockier in *Onoſand. cap.* 29. *pag.* 101. Cui conjungere ſolent armorum ſtridorem, ſic 1. *Reg.* 17. ℣. 52. conſurgentes viri Iſraël, & Juda vociferati, & perſecuti ſunt Philiſthæos; Ex ordinatione quoque divinâ non ſolùm clamori, ſed etiam tubæ adhibendæ. *Num.* 10. ℣. 10. Si exieritis de terra veſtra ad bellum contra hoſtes, qui dimicant adverſum vos clangetis ululantibus tubis.

Quæſt. XXXIV. *Utrum autem expedientius ſit, ſucceſſivè arcem aut urbem obſidere, an verò armatâ manu violenter aggredi?* 60

Et primò quidem diligenter exquirendum, quæ munitiones, & militares Copiæ, & Duces in eâdem reperiantur; Et ſi compertum ſit, bellici apparatus tormentorum, globorum, aut pulveris tormentarii in eâ defectum eſſe, milites inexpertos, Gubernatorem in re militari, & Architecturâ non ſatis verſatum violenta aggreſſura, ac oppugnatio non videtur inconſulta, maximè ſi ex inopinato, nocte, quæ terrorem augere ſolet, fiat, quod urbem coronâ capere dicitur apud Livium, *lib.* 7. *cap.* 27. *in fin.* Si autem de urbe vel arce agatur, quæ perito Commendante exercitatis numeroſis militibus, armamentario, & ad illud requiſitis annonâ quoque ſufficienter inſtructa, & proviſa eſt, facile colligitur, quod ea tam facile irruptione expugnari nequeat, quia talis hoſtis obſeſſus vires ſuas habet conjunctas, & obſidenti aut expugnaturo pertimeſcendum, quod omni loco reſiſtentiam, & ejusmodi difficultates inveniat, ut ſine n graviter attingere poſſit, dum etiam novas retiradas obſeſſi opponere poſſunt & ſolent ut noviſſimè in obſidione Candiaca, à Venetis & nuperrime in obſidione Groninganâ ab Hollandis factum audivimus; Quod etiam Hannibali in urbe Capelinâ obſeſſa evenit, quæ cum exigua eſſet, & parva militum copia inſtructa eam vi expugnare conſtituit, ſed primo impetu magnum numerum ſuorum deſideravit, cumque ſecundo die auream coronam pro præmio offerret ei, qui primus muros tranſcenderet, & fortiter reſiſtentibus Civibus res ad placitum Ducis non ſuccederet; Ipſe autem Hannibal ſuis militibus exprobraret, quod qui Saguntum muniſſimam Civitatem expugnaſſent, ut memores

res victoriarum contra Romanos apud Trebiam, & in Apulia, ac alibi ſe Viros præſtarent, nil autem efficeret, ad Cuniculos etiam ſe convertens nil præſtare poſſet, cum magno deſpectu nocte obſidionem ſolvere coactus fuit.

61 QUÆST. XXXV. *Quibus artibus, & ſtratagematibus munita urbes & arces ſine magna ſtrage occupata ſint?*

Horum quidem tam antiquiorum, quam recentiorum Hiſtoricorum Codices abundant, ſed ex infinitis pauca ſufficient; Primus modus eſt proditio, & correſpondentia cum una, vel pluribus perſonis in ipſa urbe vel arce, quod aliquando contigit, quando ex copiis hoſtilibus ſub prætextu quaſi à ſuo Duce vel Principe malè tractatus profugus factus ſe Civitatis ſervitio offert, ſimulatè mancipat, & hac occaſione exploratis omnibus urbis ſecretis ea alteri parti clam revelat, & viam occupandi urbem monſtrat, aut donis alios Incolas ſibi devincit, quorum ope proditionem ad effectum deducit: Id evenit Civitati Babylon, quæ à Dario deficiens, & tota ferè Aſſyria quam cum Rex armata manu ad obedientiam reducere deſperaret; & obſidionem ſolvere ſibi indecorum putaret, Zopyrus ex numero eorum, qui Magos Regiam poteſtatem ſibi arrogantes profligaret, abſcindi ſibi naſum, auriculas, & labia, & toto ſe corpore delumbari, ac virgis cædi fecit, hocque modo totus ſanguinolentus ſe Regis conſpectui præſentavit, cui cum ipſi ſumme gratus, ipſe Rex quæreret, quis tam crudeliter eum tractaſſet, ipſe reſpondit; Solo amore Regis, proque ejus reputatione id ſibi factum, hoc dolo ſe urbem brevi tempore traditurum ſpondens. Mox fugiens ad urbem quaſi à Rege ita crudeliter tractatus ægrè mortem fugâ ſuâ declinaſſet, & Regis tyrannidem exaggerans oſtenſis vulneribus, & vibicibus, & inſinuans, quod hæc Darius ſibi & mortem inferre attentaſſet ſanguine ipſi Regi juncto, qui dolo hinnientis equi excogitato Regnum Ipſi peperiſſet, quid facturus eſſet ſuis hoſtibus devictis, qui ante defecerant, conſiderandum Civibus relinquens, offerens ſimul ſe ad reſiſtentiam & vindictam; Cum autem ipſe Babyloniis, ejusque ſcientia militaris nota eſſet, & dictis ejus fides haberetur, ipſum in Ducem ſui Exercitus elegerunt, unde eruptionibus quibusdam factis ipſe Regios (ut inter eum, & Regem conventum erat) fugavit aliquoties, ita ut placeret utrumque Exercitum cum Exercitu confligere; Cum autem ad manus veniretur, Zopyrus eum in manus Darii tradidit, qui dein Civitatem præſidiariis deſtitutam facile ſui Juris fecit. Simili ſtratagemate uſus legitur Tarquinius Superbus circa Gabiorum urbem, ad quam ejus natu filius minimus noctu veniens, ut canit, Ovid. *lil. 2. Faſt.*

Occidite dixit inermem,
Hoc cupiunt fratres, Tarquiniusque Pater.
Qui mea tam turpi laniavit verbere, terga,
Dicere ut hoc poſſet, verbera paſſus erat.

Qui Lunâ lucente cum Vibices in tergo oſtenſas viderent condolentes ejus miſeriæ non tamen ipſum in urbem ſuſceperunt, ſed etiam magni fecerunt, jam autem in urbem potens factus, ad Patrem ſcripſit.

Perdendi Gabios, qui ſibi monſtret iter.

Ipſe verò cum per nunciationem Tarquinij de amputatis à Patre papaverum capitibus cognoviſſet patris mentem,

Nec mora Principibus caſis ex urbe Gabina,
Traduntur Ducibus mœnia nuda ſuis.

Ovid. cit. loc.

Nec ratum eſt inter ipſos Cives, & præſidium militare inimicitias & diſſenſiones conciliare, quorum factionibus diſtracti inter ſe aliis alia volentibus facilè præda fiunt hoſti, dum ſæpe pars infirmior extera auxilia quærit, ſeque eum hoſte conjungit, adeoque parti adverſæ ad propriam perniciem tradit. Recognitiones quoq; latentes in loca occupanda frequenter fieri ſolent, an locus aliquis nocturnis invaſionibus ſit commodus, qualiter diſpoſitæ ſint vigiliæ, an aliquis locus excubiis deſtitutum, an hic vicinas, vel remotus à Cortegarda, quis ordo, & quod tempus in mutandis excubiatoribus obſervetur, quâ recognitione præviâ tempus commodum nocturnæ tenebræ, & aër ventoſus obſervandus pro exequendo ſtratagemate: Ita cum Miles veſte Ruſticâ indutus ad portam Civitatis Amiens ſacco pleno nucibus onuſtus eum cadere feciſſet, & Milites eas levarent ac vorarent, ab hoſtilibus militibus etiam ruſtico habitu

habitu utentibus oppreſſi, & ab adventanti ſuccurſu Civitas occupata; Cæſar Maxius Neapolitanus tentans Turinum, quod Galli tunc obtinebant, eum 4. rhedis quaſi fœno onuſtis ſub quo armati latitabant, Mauritius Princeps per navem ſubdolam urbem & arcem Breda devicit, Wachtendoneka ad fluvium Neerſe navi ſtramine onuſta occupata eſt, de Troja, & Equo Trojano nil dicere opus eſt; De ſtratagemate quo recuperata fuit, & ex manu Turcarum erepta Raab d. in Principe Schwartzenbergico, quæ pauca allegaſſe ſufficiat, qui plura deſiderat, *adeat Andreæ Cellarij Architecturam milit. 4. de praxi offenſ. & defenſ.*

62 QUÆST. XXXVI. *An equeſtres vel pedeſtres copiæ ad expeditionem bellicam meliores?*

Hic adhibenda locorum & perſonarum differentiæ, veteres quidem minus Equeſtribus & cavalleria, quam pedeſtribus copiis & infanteriæ tribuerunt, I. quia illæ minori ſumptu colliguntur, quam hæc. II. quia equites tantum in plano, non in locis montoſis uſui ſunt, III. Item ad obſidendum urbes parum, minime autem in prælius maritimis conducunt, qua conſideratione Veſpaſianus, cujus exercitus maxime in equitatu conſiſtebat, ſuos hoſtes apud Veronam, ubi omnia plana erant, feliciter profligavit, Tacit. 3. *hiſt. n.* 5. E contra Cilij cum bello aggreſſuram paterentur, omnes autem eorum vires in peditatu, non equitatu conſiſterent, locis plane relictis in montoſa conceſſiſſent, & in iis caſtra fixiſſent, ibidem hoſtes exſpectaturi, qui equitatu conſtabat, eum mox repulerunt Tacit. 12. *ann. n.* 125. qui etiam 1. *hiſtor. n.* 135. de Sarmatis memorat, licet prævalerent numero militum, ſed eorum equites contra Romanos infeliciter pugnarunt, quia in montoſis, & paludoſis locis propter gravem armaturam progredi non potuerunt, nec minorem utilitatem etiam in plano campo peditatus in ordines bene diſpoſitus, & bene proviſus, ac inſtructus armis, aliisque neceſſariis contra equites erere, & equitum impetum retardare ac avertere poteſt, & ſic Xenophon celeberrimus Bellidux ſuos milites, dum equeſtribus copiis deficeret, *lib. 3. de exped. Cyri.* allocutus eſt. Decem millia equitum non plus ſunt, quam decem millia hominum, pauci ab equis proſternuntur, quicquid autem in acie fit, fit hominum & militum alacritate, pedites autem equitibus tutiores ſunt in prælio, cum pedites pro ſe tantum, equites vero etiam pro equis ſuis ſolliciti eſſe debeant, ne ab ipſis dejiciantur, & conculcentur, hanc ſolam commoditatem habentes, quod citius, quàm pedites fugam capere, & evadere poſſint.

QUÆST. XXXVII. *An exercitus Cathaphractorum, vel levis armaturæ prævaleat?* 63

Quamvis ſicut cujusvis rei artifex neceſſariis ſuæ artis inſtrumentis deſtitutus, nihil præclarum efficere poteſt, ita miles absque armis nec ſe tueri, nec adverſarios impetere valeat, ut proinde arma probata eſſe oporteat, & ita indurata, ut armatus contra impetus tutior incedat; Levia tamen etiam habilia eſſe ſolent, nec adeo moleſta militi, ut graviora; De hiſce levioribus Onoſand. *in Stratag. c.* 18. quod hæc non tantum in planitie, ſed etiam in montoſis & paludoſis locis magno uſui eſſe poſſint, in quibus gravis armatura non eſt expediens, cum levis armaturæ milites facilius per flumen, aut paludem tranſire permittat ut hoſtem ex inopinato invadere poſſit, quod Cataphractis vix eſt poſſibile, evenire autem non raro ſolet, quod duos exercitus flumen vel palus ſeparet, & navium non ſit copia, ut proinde flumen tranandum ſit, vel ad hoſtem ex improviſo aggrediendum vel ad auxilia ferenda amicis ab altera fluminis ripa conſtitutis, vel ad fugam neceſſitate premente arripiendam, atque ita referente Bonfin. *lib. 8. rer. Hung. dec. 2. fol.* 321. Cum Tartari fugam ſimularent, eosque Ugolinus cum ſuis Cataphractis inſequeretur, nec tamen ob gravem armaturæ molem fatigati pergere poſſent, ſed in limoſo fundo hærerent, Tartari levi armaturâ inſtructi, converſi eos facile ſtraverint; Cùm in prælium Tigranes Armeniorum Rex 150. millibus Cataphractorum inſtructis cum Romanis, qui tantum 6000. equites levis armaturæ habebant, & 15000. peditum videns per jocum dixiſſet; Has copias pro conducendo Legato, non pro prælio ineundo conferre, Romani tamen ſuperiores, licet pauciores evaſerunt, quia adverſarij eum ſuâ

armaturâ gravi progredi non poterant, nec periclitantibus ſuccurrere.

64 Q. XXXVIII. *An conveniat milite in acie pretioſis veſtibus, auro, & argento rutilantibus eſſe decoros?*

Veteres Germani milites omnem ſuum ornatum in rutilantibus gladiis & thoracibus ferreis bipennibus, & ſimilibus potius, quàm veſtimentis collocaſſe colligere licet ex Livio *lib. 9. cap. 40.* ut hoſti terrorem conciliarent, cum veſtes auro & argento fulgentes animum hoſti ad prædam potius concilient, cui victores inhiant, nec terret quicquam hoſtes auri & argenti fulgor quod neque tegit, neque vulnerat; Hinc lepidè Hannibal & jocosè cavillatus eſt Antiochum, cum hic in campo ei oſtendiſſet, copias ſuas auro & argento fulgentes, equitatum fremis, ephippiis, monilibus, phaleris florentem, quibus contra Romanos pugnaturus procedebat, Annibalem interrogans: An ſatis eſſe eredis hæc omnia, cui Annibal reſpondit: Satis eſſe credo Romanis hæc omnia etſi avariſſimi ſint, Rex de numero ſui Exercitus quæſierat; reſpondit hic de prædâ *Aul. Gell. noct. Attic. l. 5. c. 5.* CumqueCarolus Audax Helvetis bellum illaturus eſſet ipſi hæc ei conſideranda propoſuerunt Arma plane poſita ſine viris exercitatis non minus proſunt, quam libri docti eleganter compacti, homini rudi ac indocto.

65 Q. XXXIX. *Quæ arma maximè pro victoria obtinenda conducant?*

Sicut quavis in re, ita in prælio convenit, & conducit, ea potiſſimum media eligere, per quæ facilius exitum conſequi poſſumus: Sic Romani cum Germanis bella gerentes, licet in audacia & peritia his nihil deeſſet, in armis tamen convenientioribus, & modo agendi illi his prævaluerunt, *Tacit. 2. ann. 26.* Germanis longæ lanceæ, & bipennes in locis anguſtis incommodæ ad uſum fuêre, Romani è contra clypeis, & brevioribus gladiis inſtructi fuerunt, & plus Romani gladiis & ſagittis profecerunt, quàm illi lanceis ſuis, quare aliquando eas tanquam ſibi nimis oneroſas, & incommodas abjecerunt; De Scanderbegio traditur cùm gladio ſuo magna damna Saracenis frequenter intuliſſet, Mahumetes Turcarum Rex hunc gladium videre cupidus, eum ſibi mitti petierit, cum promiſſione eundem remittendi, quod & factum, cum autem ad portam Turcicam nemo eodem tam feliciter uti poſſet, & remitteret inſinuatione addita, Non videri ſibi eundem, ſed alium ſuppoſitum enſem; reſponſum accepit à Scanderbegio miſſum ſibi eundem, quo ipſe uſus eſſet, gladium, ſed brachium, quo vibraſſet, eum retinuiſſe. Et licet Tormenta bellica hoſti horrorem, & plurima damna ſæpè afferant, ſola tamen ad victoriam vix ſufficiunt, unde Julianus Carol. V. ejusque filii Philippi Generalis peditum Dux, quod majoribus tormentis contra Ducem Sabaudiæ & Bombardis non uteretur ſpe hoſtem per hæc in fugam convertendi, ſed primum impetum faciendi, quo facto ſuis mandavit, ut ij abjectis gladiis manus conſererent, ne pugnantibus bombardæ in ſtringendis gladiis impedimentum afferrent, quod ei etiam proſperè ſucceſſit, Sturmius *in orat. 3. de bello adv. Turc.*

Q. XL. *An conſultius Civitati invadendæ accedere, & ordinariam obſidionem inſtituere, an verò vi armata mox aggredi, & perrumpere?* 66

Hæc res ſine diſtinctione expediri non poteſt, ante omnia autem urbem vel arcem vi armatâ aggreſſurus explorabit ejus ſtatum, an bellicis machinis, munitione congrua, & milite ſufficiente inſtructa ſit, quo numero, & quo commendante proviſa ea ſit, & ſi appareat defectus armaturæ, aut militum, quodque Gubernator in re militare non exactè verſatus ſit, non inconſultè talem urbem, ſuis copiis in munitionem paratis foveas implebit, & mœnia perrumpere attentabit; & nocturno maximè tempore, ut eò major civibus ac Incolis injiciatur terror, Commendanti, Civibus & militibus, dum media defenſionis ſibi deeſſe vident & niſi ſe ultro dedant, expugnando vi præſentiunt, & potius latebras, quibus ſe occultent, quam Mœnia, portas, & munimenta defendere quærunt, idque à Romanis hoc modo practicatum refert Livius *lib. 7. c. 17. in fin.* Quod ſi autem bene munita urbs, arx vel fortalitium experientiſſimo Commendante & militibus, armatura quoque & annona ſatis inſtructa ſint, priori modo

Digitized by Google

modo vix intento potiri poterit, cum uno munimento capto, & vi expugnato novum muris tranſcenſis nova impedimenta objicientur, exercitui inſtanti tædium oborietur, animus deficiet, & ad infeſtandum reddentur tardiores, aut difficiles, prout Carthaginenſibus ante urbem Caſelinum eveniſſe refert Livius *lib. 3. cap.* 18. quam cum Bellidux corona militum undiq; cinctam violenter invaderet, primo autem die ex mœnibus cives fortiter reſiſterent, & multi caderent altero die rurſus eos, ad viriliter oppugnandum, & expugnandum ſuos animaret, propoſita aureâ corona pro præmio ei, qui primus hoſtiles muros aſcendiſſet, ſed cum non ita viriliter omnia agerentur, ut exſpectabat Dux, tandem ad exprobrationes converſus, quod pudor eſſet ante parvam urbem deficere, qui ante Saguntum locum munitiſſimum occupârant; cui Caſelinum nullo modo comparari poſſet, qui contra Romanos victoriam ante Trebiam Canne in Apulia, & alibi obtinuiſſent, nil tamen obtinere potuit, cumque nec cuniculis actis quicquam obtinere poſſet Hannibal cum deſpectu obſidionem ſolvere coactus fuit.

67 Q. XLI. *Quæ pœnæ Militares præcipuæ?*

℞. Quædam harum infamiam, quædam inſuper dolores, damnum & mortem inferunt, 1. turpis & infamis habetur publica reprehenſio vel caſtigatio ob puſillanimitatem, vel levitatem militis, quæ aliquando particularibus perſonis nonnunquam integris copiis accidit; Prout M. Marcellus in ſuos, qui terga verterant (*apud Livium*) tam acerbe invectus legitur, ut orationis vehementia, exercitum ad quem verba faciebat gravius perccelleret, quàm hoſtium ictus & vulnera, atque major eſſet pœna, edicto juſſerit omnibus, qui in pugna vexilla amiſerant, Cingula quoque adimi, ut diſtrictos gladios in manibus geſtare cogerentur, Sempronius timidos ſtando ſumere cibum præcepit, Spartani nemini, qui ſibi fugâ conſuluerat, uxorem ducere permittebant, & cogebant diſſecta, variisque coloris pallia geſtare ſemiraſo vertice, & cuivis eos moleſtare, qui ad Cannas in acie fuerant, à Senatu condemnati ſunt, ne intra Italiam durante iſto bello Punico militarent, 2. non eſt exigua pœna caſtris exterminari; ut evenit ſub Julio Cæſare iis, qui contumaces in bello Africano fuerant, 3. Nec reticenda eſt abdicatio Ducum & Officialium ab officio, ſigniferorum, aliarumque dignitatum ademptio, 4. Nonnunquam, qui ex pavore, aut culpa ſua ſe hoſti dediderant redimi fuerunt vetiti, quin & qui ſe Carthaginenſibus ultrò dediderant; eos ne quidem permutari voluerunt Romani; Appius Claudius re cum Volſcis malè geſta, ob militum contumaciam in deſertores ſignorum graviter invectus, Centuriones virgis cædi, & capite etiam plecti juſſit Q. Fabius Maximus ex præſidiis Roman. transfugis ad hoſtes & captos manus abſcidit, ut reliquis metum deditionis injiceret; Jure noſtro *in l. 13. §. 4. de re milit.* conſtitutum ut irreverens miles non tantum à Tribuno vel Centurione ſed etiam à principali coërcendus ſit, & ſi quis Centurioni ſe caſtigare volenti reſtiterit eum veteres notaverunt, ſi vitem den Stab tenuit, militiam mutat, ſi de induſtria fregit, vel manum centurioni intulit capite plectitur, Piſiſtratus autem Athenienſis Tyrannus militem, qui nocturnas vigilias obire juſſus dormire inventus erat, occidit, dicens, ſecum, ut invenerat, reliquiſſe; cum ſomnus mortis ſit imago.

Q. XLII. *An in Præfectum Legionis ſine ducis mandato & generalis ſtrenuè & benè, ac feliciter rem gerentem animadverti poſſit?* 68

Fecit id Epaminondas Thebanorum Dux contra Lacedæmonios, qui cum tempus eligendi Magiſtratus immineret, (quæ electio eo abſente fieri non poterat cum prætor eſſet) Thebas profectus eſſet, filio relicta cura exercitus ea lege, ne cum hoſte manus conſereret, filius autem hoſtium contumeliis exacerbatus qui ignaviam detrectanti certamen ipſi objiciebant, & frequenter exprobrabant, paterni mandati immemor in aciem cum ipſis deſcendiſſet, hoſtibus etiam fuſis Patri verò reverſo nuntium ei lætus attuliſſet, ab eodem primò ut victor coronatus, dein ut qui Imperium neglexerat morte mulctatus eſt, inclementius quidem contra paternum affectum, ſed prævaluit diſciplina militaris.

Q. XLIII. *An generoſis Militibus vinum dari expediat?* 69

Variatur ſententiis, olim quidem nullus, vel modicus uſus vini militibus conceſſus fuiſſe legitur, Carthaginenſium milites etiam tempore militiæ ab omni vino abſtinuerunt, quos deinde

Campanæ delitiæ attriverunt, Pauſanias autem militibus ſuis vinum flagitantibus reſpondit: Nilum habetis, & vinum quæritis; Mahumetis etiam in Alcorano non ſolum vini potum ſectatoribus prohibuit, ſed etiam in ebrios 80. plagarum pœnam conſtituit; Conſtantinus autem iis vinum dari voluit, Honorius vero, & Arcadius militibus à Novembri de novello vino dari voluit, quod veteris diſpendioſa ſit erogatio, *L. 10. C. de erog. mil. ann. lib. 10. juncta l. 3. in fin. de reb. cred.* quod vinum animi corporisque vires recreet, iisque augendis aptum ſit; Plato quoque in ll. dicit. Hominem poſtquam bibit hilariorem fieri, ſpe bonâ, ac viribus augeri, & ad dicendum liberum, & augendum impigrum, & alacrem reddi; Plutarchus medici vini uſui facundiam tribuit, alii verò conſtantiam militi maximè neceſſariam: Nonnulli enim ingenio ad inveniendum apto, ſed ſobrii minus audaci, & quaſi concreto, quando ad pocula ventum eſt, thuris in morem à calore correpti exhalant; Metus quoque quam maximè conſultantibus & belligerantibus impedimento eſt, profligat autem hunc vinum & multas alias affectiones illiberales, & degeneres extinguit, triſtitiam ſedat, ita ingenium alacre reddit; Sed hæc de uſu ejus moderato intelligenda, nam abuſus tam in pace, quàm bello pernitioſiſſimus maximarum ſæpè cladium cauſa fuit, ſic Trojam Græci invadunt urbem Somno vinóque ſepultam, conſultum quidem eſt, militem ante pugnam cibo & potu reficere, quia nonnunquam hoſtis ſtudioſè pugnam differt, ut ſera pugna milites æſtu meridiano & laboribus ſtandi ſub armis, & fame ſitique confecti, ac fatigati facilius vincantur, quo ſtragemate Scipio milites Annibalis pedem referre coëgit. *Livius dead. 3. l. 1. & 8.* Effuſa autem & immoderata vini ſumptio ſecuris luctuoſam calamitatem ſæpe peperit.

70 QUÆST. XLIV. *Quid de victoriâ jam reportatâ an tunc ſaltem vini amplior uſus ſit concedendus?*

Id durante adhuc bello æque negandum, cum nimia ſecuritas & gaudium inter pocula non raro victoribus ex improviſo cladem attulerit, mos quidem hic ſemper fuit, & adhuc eſt, omnium ferè gentium nobiles victorias omni gaudiorum genere, ludorum, & epularum pompa celebrare, cujus rei exempla extant, *Samuel. 30. v. 26. Jud. 16. v. 1. Regum. 18. v. 2. Judith. 15.* Apud Chaldæos etiam Nabuchodonoſor Arphaxado Medorum Rege interfecto Niniven reverſus cum omni Exercitu convivia per 120. dies egit *Judith. 1.* Romanis autem triumphi in uſu erant, quibus Impp. rebus præclare geſtis decorare conſueverant.

* Sed nunc manum de tabula, ne mihi, quod Phormioni Profeſſori Epheſino ſuo tempore, eveniat, cujus ſcholam dum Antiochus & Annibal Cartaginenſium Dux à Scipione jam victus ingreſſi eſſent, ipſeque ſuſpenſo ſuo propoſito de artibus & ſtratagematibus bellicis tractare incepiſſet, quibus in bello uti Principes oporteret, de ordine in committendis præliis & ſimilibus, Antiochus autem iſto diſcurſu delectatus quæreret, oratione finita ab Hannibale, quid ſibi de hoc diſcurſu videretur, ipſe animosè reſpondit; ſæpè multos ſe vidiſſe ſenes deliros, ſed magis quam Phormionem delirantem vidiſſe neminem, quod ſcilicet is, qui omnem vitam in exiguo Græciæ angulo ſtudiis deditus tranſegerat, tantum ſibi auderet arrogare, ut de rebus bellicis audiente Annibale diſputet, perinde ac ſi ipſe vel Dux Pœnorum vel Imp. Roman. fuiſſet, qui nunquam Exercitus inter ſe concurrere vidit, nunquam terrifico tubarum clangore pugnæ ſignum dari audivit, nunquam alterius partis inſidias, alterius pavorem expertus eſt, de periculis bellicis diſcurrere auſus ſit, quod fortè ferendum, ſi ea, quæ oculis nunquam vidit, ſed in libris tantum legit, iis proponeret, qui nec viderunt, nec legerunt, minime autem ferenda dici iis, qui experientiam habent, & uſum, quodque rerum militarium cognitio melius in caſtris Punicis, quam in Scholis paretur, cum jam 30. annorum ſpatio bella & diuturna, & periculoſa tam in Hiſpania, quam Italia geſſiſſet Hannibal, utramque tam feliciſſimam, quam adverſiſſimam ſuſtinuiſſet fortunam, qui imberbis imperare aliis, & barba caneſcens imperantibus parere cœperat, quæ militaris ars uſu potius diſcatur, quam ſermone doceatur. Ut latius tradit. *Ant. de Guevar. in horol. princ. proœm. gener. ad Carol. V. Cupidum itaque Lectorem ad Oonoſand. ſtrategicum, & ad Joann. Chockier, ejusque notas. Item Jul. Ferret. ejusque tractatum de duello & bello remitto, &c.* 71

His

72 His adjicio 3, ſingulares caſus. Cum ſæpe compertum ſit prometatores ab iis qui exercitum deducunt præmitti ſolere, ut præparationes hoſpitiorum militarium faciant, ſic autem ad alia loca non deſtinata mittant, quaſi ad ea exercitus venturus ſit, & ex hoc pecuniam accipiant, & ad alia loca militem deducant, & ſibi parcant, conſtitutum ab Imp. Juſtin. contra eos præter damni refuſionem acceptum in duplici quantitate reſtituendum, *Nov. 130. c. 60.*

73 Quamvis autem militibus olim vinum bibere non eſſet permiſſum, hodie tamen aliud eſt, imo Impp. Arcadius & Honorius reſcripſerunt à menſe Novemb. militibus de Novello vino annonam dari, quoniam veteris diſpendioſa ſit erogatio, *l. jubemus. 10. C. de Erog. mil. an.* vetus enim eſt melius novo *l. 3. ff. de reb. Cred. juxta illud Luca 5.* Nemo bibens vetus ſtatim vult novum, quod autem pro vetere vel novo habendum ſit traditur, *in l. 10. & 11. de Tritico, vino, oleo, leg.*

74 Et quia militares equi in ſtabulis ruſticorum hoſpitantes, ſtabulorum pavimentum, & præſepia ſæpe corrumpunt, quæſitum aliquando, an reparatio eorum ad milites, quorum equi damnum dederunt, an ad exercitum, an provinciales vel ruſticos pertineat, & reſcriptum ſtabula eorum ſumptu reparanda apud quos equi conſtituti ſunt, ut qui ſtercus animalium, ſeu equorum pro ſolatio percipere ſolent. *l. in omnibus. 6. C. de Civiu publ. lib. 12.*

75 Solent quandoque voluntarie in civitatibus, Studioſi & mercatorum item opificum filii ſe ad militandum pro aris & focis ultro offerre & aſſumere, ita factum Lovanii Heidelb. Colon. hac noſtra memoria; cum enim Colonienſes pro ſecuritate trajectus & molarum Anno 1632. Tuitium muniviſſent, idque Baudiſius nocte intercepiſſet, D. Thom. Apoſtolo Sacro, quem diem cives more antiquo novo magiſtratui creando per tribus & convivia lætum agunt ibi pro militantibus ſtudioſis erecti ſunt ſequentes

Articuli militares & ordinatio in celeberrima Univerſitate Colonienſi ad defenſionem Civitatis & Academiæ ſub ſpeciali vexillo voluntariæ congregatorum ſcholarium.

1. Omnes & ſinguli, qui ex ſingulari zelo ſub hoc vexillo voluntariè arma aſſumunt, jurent & promittant Deum religionem & honeſtatem præ oculis ſe habituros, & Ampliſſ. Senatui civico, præpoſitis & præfectis, & toti communitati fideles, item præfectò Senatus, conſulibus pro tempore, & conſtitutis ad hoc Commiſſariis Capitaneo aliisque præfectis obedientes fore, & quid hi nomine Senatus occurrente occaſione & exigente neceſſitate ad commodum, proſperitatem, conſervationem & bonum civitatis & communitatis ipſis mandabunt, id uti fideles patriotas & voluntarios milites Duci abſque exceptione contradictione & mora ſe effecturos omiſſuros & præſtaturos & promptos paratosque exhibituros in locis, ubi alii cives eorum filii ſe generoſe erunt exhibituri.

Si quis autem vel plures refractarij extiterint, in eos vel illos juxta cognitionem ſenatus, militarium Commiſſariorum Capitanei & præcipuorum officiorum hujus liberi vexilli pro qualitate transgreſſionis arbitrarie abſque reſpectu perſonæ vel perſonarum animadvertetur, ſalvis tamen antiquis Univerſitatis Juribus & privilegiis.

2. Quivis voluntarius à verbis blaſphemis contumelioſis & ejusmodi actionibus abſtinebit, & econtra omnibus virtutibus ac diſcretioni ſtudebit & voluntarii officii mandati & vigiliarum ſedulam curam habebit, & ſi unus aut plures, in exitu, vel reditu vexilli, in aut extra vigilias contra ſuum commilitonem, aut alias perſonas qualescunque blasphemis, vel aliis obſcœnis verbis aut geſtis ſe exhibuerit, vel tumultum, rixam, &c. excitaverit, is vel ij pro qualitate rei, Capitanei præcipuorum officiatorum & Juris arbitrio irremiſſibiliter punietur.

3. In eductione vexilli, quivis in ſuo ordine ſingulariter manebit, ſine præſcitu & licentia Capitanei, inde non diſcedet, in ipſo autem progreſſu per plateas inſolentes clamores evitabit, præeunti vel ſequenti ſuo commilitioni nullam inconvenientiam excitabit, ante omnia vero ebrietatem uti omnis mali cauſam ſummè fugiet, aliasque ſe honeſte ſervabit, ut honeſti amantes voluntarios milites decet, ut vexillum hoc laudem & gloriam inde reportet.

4. Quando

Digitized by Google

4. Quando officiati, vexilli conventionem notificabunt, quilibet in continenti abſque remora in loco deſtinato cum ſuperioribus & inferioribus conveniet ſive de die, ſive de nocte, nec emanebit ſub irremiſſibili arbitraria pœna, & ſimul expectabit à vexillo, ut violator juramenti, cum deſpectu & infamia dimitti.

5. Quilibet arma tam ſuperiora quam inferiora pura & mundata ſervabit neceſſario pulvere & aliis bene inſtructa in paratis habebit, eaque nullo modo vendet, hypothecabit aut pignorabit ſub arbitraria pœna, & quovis tempore ad requiſitionem cum iisdem comparebit, & cui placebit, licitum erit, durante præſentis belli tumultu gladium lateri accingere & geſtare.

6. Nemo extra urbem proficiſcitur abſque præſcitu Capitanei & ſui Corporalis, ſed ſi iter neceſſitas exiget, is hoc prius Capitaneo, vel Corporali notificabit.

7. Quivis ſub pœna arbitraria, in alium ab omnibus Balgen / abſtinebit, & familiaritati paci & concordiæ ſtudebit.

8. Si quis antiquum odium aut invidiam contra alium alat, eidem ſtante hoc & durante vexillo quamdiu eidem obſtrictus eſt, omni modo pacem relinquet nec vindicabit, verbis aut factis niſi Jure, ſi autem unus vel plures hoc transgredientes vel non ſervabunt, is vel illi Juri ſiſtentur, & pro cognitione punientur.

9. Proximus commilito inquietum ad pacem & unitatem incitabit, & omnia quantum in ipſo eſt componere obligatus erit.

10. Quando vexillum ad vexilliferi domum conductum eſt, quilibet modeſte & pacifice in plateis, abſque cauſata ulla inconvenientia aut tumultu domum aut per vias ſuas recipiet & à jaculando ſub pœna arbitraria abſtinebit.

11. Si unus vel plures morbo vel infirmitate afficiantur, is prævia notificatione à principalibus officiatis viſitabitur, ſi & voluntate divina decedat, more militari cum tota compagnia ejusque officiatis honeſtè terræ mandabitur.

12. Quando neceſſitas conventionem vexilli exiget, quilibet officiatus præfixâ inſinuatione perſonaliter comparebit, vel cauſas relevantes, ob quas comparere non poſſet allegabit, ſeque honeſtè excuſare tenebitur ſub pœna arbitraria.

13. Omnes officiati in plateis ſemper gladio accincti quamdiu hoc periculum durabit procedere debent, quod niſi fiat toties quoties quis ſine eo deprehenſus fuerit medii daleri pœnam incurret.

14. Ut hoc vexillum in meliori conſervetur eſſe, ab omnibus & ſingulis ejus commilitonibus ceſſæ & exſolutæ mulctæ (excepto quod cauſas civiles concernit) ad communem maſſam corporis inferentur, & deſuper tantum à capitaneo & præcipuis officialibus cognitio habebitur, hac ratione ſi pœnæ obnoxius in ſolutione jure impoſitæ mulctæ aut pœnæ ſe oppoſuerit, quod talis non attento ejus conditionis ſit vel ſtatus, ad inſtantiam capitanei, & præcipuorum officialium per ſenatus commiſſarium militarem ad hoc realiter adſtringatur, atque ita corpus manu teneatur.

15. Quod ſi unus aut alter matrimonium contrahere vel pro exigentia ex hac urbe habitationem transferre neceſſitetur, Is in hunc caſum ante ſub certa arbitraria pœna à capitaneo conſuetas dimiſſoriales more militari petere obligatus erit.

16. Cum autem Academia in diverſi ſtatus ſtudioſis conſiſtat, hoc Juramentum ipſis in privilegiis & libertatibus, non obſtaturum. Ampliſſ. Senatus liberæ hujus Imp. civitatis Colon. ſequenti modo ſe declaravit & reſolvit, *Veneт. 18. Febr. 1633.*

Declaratio ſcholarium diverſorum ſtatuum 76 qui tanquam voluntati ſe ultro obtulerunt, ſub erecto libero vexillo amore Religionis Catholicæ & hujus liberæ Civitatis in caſu neceſſitatis militiæ: quod ijs in caſibus quando cum ſuperioribus armis ſub eorum corporalibus, vel toto vexillo verſantur, & alias in omnibus cauſis & negociis militaribus, Ampliſſ. Senatui libenter ſubjecti eſſe velint, cum hac tamen conditione, ſi qui in privatis domibus ſcholæ aut in vicis & plateis, ut particulares perſonæ delinquent, quod ſuper eo à Rectore Univerſitatis, ut ante moris cognoſcatur & judicetur. Lectum & Ampliſſ. Sen. pati poteſt, ut hoc modo ab ipſis Juramentum præſtetur.

De Duello quædam minimè omittenda videntur, cum bello affinitatem habet duellum à 77 duobus ita dictum, non quidem quod ad hoc duæ tantum perſonæ requirantur, ſed ſint duæ partes conſli-

Digitized by Google

confligentium, ut in 3. Horatiis & 3. Curiatiis conſtat ex hiſtoria Rom: hac præter alias differentia, quod in duello numerus æqualis, in bello inæqualis eſſe ſoleat, ac licet Liebenthal *diſſ. 16: coll. polit. pag.* 669. per monomachiam ſolum intelligi velit aliud duellum quod à duabus tantum perſonis ſuſcipitur, quæ propriiſſima vocis eſt ſignificatio, alii tamen etiam hanc vocem tribuunt quando pari utrinque numero bini terni quaterni congrediuntur, *Tabor. in Armamentar. Juſtin. c.* 2. §. 4.

78 Differt etiam duellum à torneamento ut ſeria pugna à ludicra, Illud enim ſuſcipitur ea intentione etiam vulnerandi & occidendi, ſi aliter finis obtineri non poteſt, quæ in haſtiludiis & torneamentis abeſt, quamvis aliquando evenerit, ut in his non tantum vulnerati, ſed etiam occiſi homines fuerint, quod ſatis Henrici II. Galliarum Regis exemplo notum eſt.

79 Diviſio duelli communis eſt prima & generalis in proviſum ſive præmeditatum & improviſum, ſeu extemporaneum, ubi ſcil. conſenſio nulla præceſſit.

80 Quamvis enim judiciorum ordo mundi exordio à Deo in Paradiſo conſtitutus, *Geneſ.* 3. *Maranth. in ſpec. part.* 3. *numer.* 24. ab omnibus gentibus Canonico & Civili Jure approbatus ſit, ac conſtitutum, ut actiones quilibet ſuas coram Judice competente proponat & imperialem juſtitiam expectet, *t. t. X. de For. comp.* nec ſibi ipſi quis Jus dicat. *l. extat.* 13. *quod met. cauſ. l.* 176. *de R. I. l.* 14. *C. de Judic.* neceſſitas tamen exlex eſt, *c. quod non eſt in lege* 5. X. *de R. I.* & ſicut fames excuſat à furto, *c.* 3. *de Furt. c. diſcipulos de Con, ec. diſp.* 4. *Conſt. Carol. Anno* 146. Ita ob imminentem neceſſitatem defenſio privata & propulſatio licita eſt, quæ tamen non eſt hujus loci.

81 Sicut autem in ejusmodi defenſione improviſa paritas armorum non requiritur ita, in proviſo duello ſecus eſt, ut monoculum utroque præditus oculo quis provocet, huic alter oculus claudi & velari debeat, *Ferret. in tract. de duell. pagin.* 2. idemque in aliis debilitatis membris dicendo, & ſi eques peditem non aſſuetum equitare provocet, ille de equo deſcendere & pedes confligere debet licet hoc ei moleſtum ſit & vice verſa, facit, *l. damnum de R. I.*

An autem belli vel duelli, item an proviſi vel improviſi major ſit antiquitas non conveniunt inter ſe ſcriptores, privata quidem duella bellis antiquiora fuiſſe inde colligitur quod duella fere cum genere humano, & ante diluvium nata bella non niſi Jure gentium ſecundario quod dein uſu exigente & humanis neceſſitatibus ratiocinatio introduxit, §. 2. *v. ex hoc. Jure I. de I. nat. 9. &c.* 82

Prout in primis fratribus inventus eſt homicida Cain: An hoc autem pro duello proviſo vel improviſo habendum potius ſit, dubitari poteſt. Pro proviſo facit illud dictum Caini ad Abelem: egrediamur foras in agrum. *Geneſ.* 4. quæ videntur verba provocantis ad pugnam, ſed reſpondent alii hanc invitationem ejus ad deambulandum fuiſſe, non ad ſingulare certamen. Quomodo enim excuſari poſſet Abel, ſi hæc provocatio fuiſſet, eique aſſenſum ipſe præbuiſſet, ſeque in periculum conjeciſſet. Pro eadem ſententia allegatur quod dicit textus Sacer, *Gene.* 4. Conſurrexit Cain adverſus Abel, &c. unde commenti ſunt Rabbini, ab Abele ut fortiore primo conflictu fratrem fuiſſe proſtratum, hunc autem poſtea ſurgentem à lapſu recollectis viribus evaſiſſe ſuperiorem, Verum hæc violenta eſt explicatio, & inter fabulas recenſenda, prout & illa quam de Caino ſparſerunt, quod Abel ab eo dentibus diſcerptus fuerit. Vere enim ſurgere conſurgere vel inſurgere in alium dicitur non ſolum in terram proſtratus, ſed etiam qui in alium irruit, ut proinde probabilius ſit duellum hoc improviſum & primum fuiſſe. *Oſiander in annot. ad Grotium de jure B. lib.* 1. *c.* 1. *obſerv.* 2. *pag.* 138. unde elici poteſt, ſi frater fratrem oppreſſit, multo magis ſequentibus temporibus inter alios ſanguine non ita propinquos odia inſidias & duella orta fuiſſe, antequam exortæ eſſent reſpublicæ. 83

Duellum autem proviſum fuit Davidis cum Goliatho, ſed publicum fuiſſe colligunt ex ſeqq. ejus verbis, *lib.* 1. *Reg.* 17. *verſ.* 9. Eligite ex vobis virum, & deſcendat ad ſingulare certamen, & ſi quiverit pugnare mecum & me percuſſerit erimus vobis ſervi, ſi autem ego prævaluero & percuſſero eum, vos ſervietis nobis, ex quo licet evidens ſit hoc duellum pro- 84

Kkkk

proviſum fuiſſe quin tamen nec in dictam conditionem conſenſiſſe leguntur Hebræi, nec belli finis fuit occiſo Goliatho, *d. c. 17. verſ. 51. & 52.* proinde an publica autoritate & ad d. finem indicta fuit iſta pugna non ita certum eſt; publicum id dici poſſe non ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid verius eſt.

85 Huic pugnæ comparant monomachiam Rolandi Caroli M. propingui cum Gigante Mahumetano, ubi poſt diſputationem de fide Gigas ajebat: Tali pacto tecum iterum pugnabo, victus ero quòd ſi vera ſit fides quam tu aſſeris, ſi tu victus ſis mendax ſit, ubi Rolandus incœpit invocare auxilium Dei, Gigas Mahumetum, ſed hic victus occubuit Rolando ſuperſtite.

86 De horum ſubdiviſione ſpecialiori v. noviſſ. Problema Politicum Thomaſii editum Lipſiæ Anno 1671. in decretoria & proluſoria Auguralia Judicialia & Extra-Judicialia, Davidis cum Goliatho pugnam proluſoriam fuiſſe contendit, prout & præd. Gigantis.

87 Decretoria certe duella ſuadet parſimonia ſanguinis humani & evitatio calamitatum belli, cum ſatius ſit, paucorum quam multorum interitu libertatem & dominationem acquiri aut conſervari. Quid enim ſi frequentibus prælis, utrique populi ſint comminuti, ſi utraque pars conditiones æquas reſpuat, nil ſupereſt quam ut victor populus det leges victus accipiat. Quid ſi unum ſuperſit prælium quo una pars victrix recedet, altera abſque ſpe recolligendi ſe victa, ut accedente prælio certiſſima multorum futura ſit ſtrages, nemo non dicet multorum ſtragem unius vel paucorum cæde redimi longè eſſe melius, adeoque non peccare partem juſtam ſi duellum decretorium aut accipiat oblatum aut ad illud ſe ultro offerat, *ut factum apud Flor. libr. 1. c. 3. ante Citat. Not. in Grot. l. 3. c. 20. §. 43. p. 598.*

88 Nec idem dixerim in duello proluſorio, quale inter Abner & Joab, cum Saule mortuo in Regem unctus eſſet David ab ipſo DEO deſtinatus regno, Abner autem conaretur filium Saulis Isboſen ſucceſſorem patri conſtituere, & ſtarent utrinque acies ad prælium paratæ, quod & poſtea commiſſum fuit, & Abner diceret, ſurgant pueri & ludant coram nobis, Reſpondente Joab ſurgant & ſurrexerunt utrinque 12. numero, *2. Samuel. 2. v. 14. 15. 16.* quod an reale, vel proluſorium fuerit dubitat *Delrio 4. diſq. mag. cap. 4. quæſt. 4. ſect. 2. pagina 616.* qui hæc duo confundere videtur, verè enim proluſorium id fuit augurale & divinatorium ut explorarent, utrius partes milites fortiores eſſent, nam d. vox ludere proluſionem pugnæ ſignificat. Cum autem divinatio prohibita ſit, & pro ſola gloria, nec bellum nec duellum ſuſcipere liceat, non eſt mirum tales lanienas & ſpectacula Deo abominabilia eſſe & non permiſſa etiam non obſtante quod altera pars provocata ſit, & ei juſtitia cauſæ patrocinetur.

89 Idque ex eo licet colligere diſplicere Deo non minus provocantes quam provocatos tam juſtam cauſam habentem Joab quam Abner injuſtam, quo admirabili & raro exemplo ſinguli à ſingulis per mutuas cœdes trucidarentur hanc ſolam ob cauſam quod ſolius inanis gloriæ cauſa ſuſcepta iſta ſingularis pugna fuiſſet, *Sam. 2. verſ. 17.* cum non ſic ludendum ſit ſanguine humano, nec fortitudo virilis donum Dei, temere proſtituenda, ideoque Deus hoc ſingulare prælium fortunare noluit, ſed dein commiſſo generali bello & pugnâ fugato Abnere arma Joabi ſecundavit.

90 At dices Deo monomachiam Davidis cum Goliath non diſplicuiſſe, quam tamen proluſoriam fuiſſe ſupra dictum eſt, id quod ex eventu reportata victoria non difficulter elicitur, quia prius vires Davidi ſubminiſtrante S. Spiritu, à Davide commiſſa, arguunt ſatis ejuſdem Davidis preces & ſuſpiria, confidentia, armorum neglectus, cum ergo Deus hoc permiſerit, ſed etiam ejus adjutor fuerit, quis de ejus juſtitia dubitabit. ℞. enim in eo prælio non ludicri ſpectaculi, non humanæ ſed divinæ gloriæ rem actam, nec hoc temere in exemplum trahendū cum in illo certamine multa intervenerint ſingularia & miraculi plena.

91 De Augurali duello, cum manifeſtam involvat ſuperſtitionem lege Dei prohibitam non attinet hic multum dicere.

92 Judicialia nec à magiſtratu juſte decerni, ſine peccato ſuſcipi à ſubditis hinc probatur, licet fines detectio cauſæ obſcuræ, inveſtigatio innocentiæ, &c. boni ſint, quia hoc medium nimis crudele & minus neceſſarium eſt, cum alia ſup-

Digitized by Google

ſuppetant & ſacra & humana Scriptura, teſtimonia duorum vel trium, *Deuter* 19. *ve.* 15. *ubi numerus. ff. de Teſtib. c. Relatum* 11. *X. de Teſtam.* Item chirographa, *Jerem.* 32. *Verſ.* 10. inſtrumenta quibus in exercendis litibus eadem vis ineſſe dicitur quæ teſtibus, *l.* 15. *C. de Fid. inſt.* Item confeſſio publica prout Joſue juſſit Achanum publice fateri delictum & gloriam dare Deo, *Joſue* 7. *verſ.* 20. Juramentum etiam omnium controverſiarum finem vocat Apoſtolus, *Hebræ.* 6. *v.* 16. *l.* 1. *ff. de Jurej.* ut proinde non debeat pati Judex ad arma venire eos quos ſua Juriſdictione componere poteſt. *l.* 13. *§. æquiſſimum. ff. de uſufr.*

Solet quidem non raro evenire ut teſtes deſint ſi res in occulto ſine arbitris geſta ſit, ſi tabulæ nullæ confectæ ſed ſubreptæ, vel perditæ ſint, confeſſio non poſſit haberi. ℞. ſufficere quartum & alios adeſſe modos, & judicis eſt cuncta ad amuſſim rimari, prout nec Salomon inopia probationum inter duas mulieres de partu contendentes duello locum permiſit *c. afferte X. de præſumpt.* Ajunt alii duelli hoc medium aptius eſſe quam per Juramentum & tormenti probandi modos, cum in poteſtate jurantis aut eculeo ſubjecti poteſtate æque ſit fateri ac diffiteri crimen, in duellis non eſſe rem humani arbitrii, ſed fortis divinæ, cui primæ partes merito deferendæ ſint, & quod Deus non ſit permiſſurus ut reprobam partem fovens victor, & qui juſtam tuetur, victus evadat. Licet enim in eculeo aliquando non prodit veritas ſi pejerare & exquiſitiſſimos cruciatus morti anteferre dedicerit prout aliquando furti inſimulatos ſupplicio affectos & ad reſtitutionem furti præcedente gravi tortura damnatos innocentes fuiſſe compertum fuit, furto dein apud alios furti reos invento, non etiam ſemper in duello innocens vicit ſed ex c. ſignificaſti de purg. vulg. conſtat duos duello pugnaſſe qui ſe mutuo furti accuſabant, invento dein furto apud eum qui victor evaſerat.

93 Ad hæc quod duelli exitus ſæpe Judicem ducat in Labyrinthum inextricabilem oſtendit Delrio *diſq. mag. l.* 4. *ſect.* 2. *pag.* 614. exemplo duorum Hiſpanorum quorum unus proditionis alter gravioris etiam criminis per retorſionem accuſatus, cum ad duellum admiſſi 3. diebus conſeruiſſent & ſe diverſis mutuo vulneribus continuis ab ortu uſque ad occaſum ſolis manus confeciſſent, ut in neutrum inclinaret victoria uterque abſolutus fuit, unde infert Thomaſius *in problem. polit. de duello capit.* 4. *§.* 9. Si innocuus fuit uterq; uterque tamen calumniator fuit, adeoque ſi non fallax fuiſſet hæc probatio poſtquam prima die abſoluti erant debuiſſet utriuſque calumnia morte altero vel tertio die mulctari, ſi vero altero nocente nocens fuit alter, nocenti, cur triduana monomachia pepercit? Adhæc in jurej. & fidiculis ideo locus eſt in judiciis, quia hoc meræ naturæ conſonum eſt ut veri confeſſionem exprimat vel metus futuri, vel præſens dolor, natura verò gladio nullam ejuſmodi vim dedit niſi quis velit dicere ut ſilicum concuſſione ignis, ita enſium colliſione lucem veritatis apparere, quod tamen nihil eſt.

Objiciunt hæc duella in locum jurisj. ob 94
frequentia perjuria fuiſſe inducta à Longobardis, Germanis, Francis, Hiſpanis, multum olim uſitata ut oſtendit Delrio *diſq. mag. lib.* 4. *de loc.* Verum iſtas conſuetudines corruptelas eſſe ex ſequent. facile probatur, quia jure Divino prohibitum eſt omnibus illis locis quibus DEUM prohibemur tentare, & quibus vetatur quis hominem occidere, accedit Conc. Trid. *Delr. d. loc.*

Extra Judiciale duellum; ſine neceſſitate & 95
proviſum ſive ex ira ſive invidia procedat, hinc probatur quod defenſio ex intervallo ſit vindicta omni Jure prohibita quando Judicis haberi poteſt copia ac proinde peccat, qui ſibi arrogat jus in propria cauſa dicendi quod magiſtratui competit *l. qui Jurisd.* 10. *ff. de Jurisd.* nec tentanda ſunt remedia violenter quamdiu alia ſuperſunt, cum graviſſimum ſit homicidii crimen cujus reus eſt, qui volens alium occidit etiam noxium, ſi non habeat certam jus rei ſcientiam & poteſtatem Juridicam. Ajunt hic vitam & famam pari paſſu ambulare *l. juſta* 9. *ff. de man. vind.* Sed quicquid ſit in materia favorabili qualis ſubeſt in *d. l.* 9. aliud dicendum in materia odioſa. a. non vera ſed apparens tantum fama eſt, quæ prætenditur & falſa potius gloria quam nemo ſobrius vitæ exæquaverit. Imò 3. etſi de vera fama loquamur, nondum tamen inter hæc eſt paritas cum vita amiſſa recuperabilis non ſit, uti fama ſemel corrupta reſtaurari poteſt.

Digitized by Google

96 Hæc autem licet maxime provocantium culpam denotent, quos ubi cætera ſunt paria gravius peccare provocantes uti auctores facinoris facile liquet, unde frequentius provocatores periiſſe in duello legimus Deo crimen ſine dubio vindicante. Non tamen culpa etiam caret provocatus, quem criminis ſocium fieri nulla cogit neceſſitas ſed propria voluntas movet.

97 Dices cogit autem aliquando ut ſi minas interponat provocans niſi ad duellum compareat ex quibus obvius forte factus & ex inopinato ſine armis opprimi poteſt, cum comparens reſiſtere, & ſe tueri poſſit. R. non deeſſe remedia contra ejusmodi minas Judicialia de quibus Legiſtæ.

98 Circa duellum improviſum ex neceſſitate defenſionis ortum de quo aliquid actum *ſup. h. capit. num.* 80. *& ſeq.* hoc adjicio iſtam defenſionem & repulſionem adverſus injuriam homini & vim etiam brutis conceſſam, *l.* 3. *de l. & l. l.* 45. *de l. aquil.* ita ut ſi bruta animalia boves arientes & ſimilia ſe vulneraverint vel occiderint actio ſi quadrupes, ad damni reparationem competat. Si ſcil. animal aggreſſuram paſſum periit vel damnum accepit: Idem *l.* 1. *§.* 3. *ff. ſi quad paup.* quamvis feræ beſtiæ non tam frequenter ſe feriant ut cicuratæ & manſuetæ, nec Leonum feritas inter ſe dimicet nec ſerpentes ſe mutuo conficiant, Plinio teſte, juxta vulg. Extremè frigidam oportet eſſe hyemen, qua lupus lupum devoret.

99 Quod ſi autem non apparet quod animal fuerit provocans, ut ſi nullus adfuit ſpectator in loco ſolitario, contra dominum ejus, quod nocuit agi poteſt, & ſuperſtes aggreſſuram feciſſe præſumitur, prout ex facto hominis illicito & cæde ab eo commiſſa dolus præſumitur, *l.* 5. *de Injur.* maxime in civilibus quicquid in criminalibus dicatur, *l. fin. C. de Probat.* maxime cum contra dom. animalis tantum agatur civiliter & de minori præjudicio.

100 Inſuper tamen in neceſſaria defenſione hominis Jura moderamen inculpatæ tutelæ requirunt *l.* 1. *C. unde Vi.* §. 2. *l. de l. Aquil.* quo ſervato ſive defenſio facta ſit vulnerando ſive occidendo nullam ea mereretur pœnam, cum is in nullo peccaſſe cenſeatur *l.* 4. *C. ad l. Corn. de Sic. l.* 22. *de pæn. l. Gracchus. c. de adult.* imo ne quidem cenſura incurritur *Clem. unic. de Homicid.* & Sacerdos miſſam celebrans, ſi aliter parcere & evadere non poteſt aggreſſorem occidere & miſſam perficere licite poſſit, *Gail.* 2. *obſervat.* 210. *num.* 12. *& de PP. c.* 16. *num.* 9. *D. Thom.* 2. *q.* 65. *a.* 7.

101 Nec pro defenſione tantùm corporis & vitæ ſed etiam pro conſervatione pudicitiæ virgo violentum aggreſſorem interficere poteſt, cum inſtar vitæ hæc corrupta reſtitui nequit *l.* 1. *§.* 4. *ad l.* 1. *Corn. de Sic. l.* 1. *C. de Rapt. Virg. c. ſi Paulus* 32. *q.* 5. & Stupri metus major dicatur quam mortis, *l.* 8. *§.* 2. *quod met. cauſ. l.* 2. *§. Et cum* 24. *ff. de O. l.* unde Lucretia ob ſtuprum à Tarquinio illatum ſibi mortem conſcivit. *Flor. &c.*

102 Idem de famæ defenſione non dixerim, cum diffamatus hanc vere non amittat ut d. ſup. & alia Juris remedia ſuppetant, nec neceſſe eſt inſultatum primum expectare ictum cum propulſemus futura non præterita *Conſtit. Carol. a.* 140. *junct. l.* 45. *§.* 4. *ad. l. Aquil. l. fin. C. in quib. cauſ. in int. reſt.* eo quod vulnera non infligantur ad menſuram nec vulneraturus habeat ſtateram ſemper in manu, & poſſet expectato vulnere omnis ſpes defenſionis fieri irrita.

103 Ad fugiendum quoque non tenetur provocatus non tam quod fuga turpis cenſeatur, ſed magis ob periculum lapſus, quoque facilius fugientem ſubſequens provocator curſu prævenire, eumque à tergo vel latere adoriri & jugulare poſſit, quem à fronte reſiſtentem timeret, niſi periculum quis effugere poſſet *§. injuria l. de. l. Aquil.* militi quidem contra diſciplinam in acie cedenti, *l. omne delictum §. qui in acie* 3. *de milit.* ut & vaſallo probroſum eſt, ſi dominum ſuum in prælio periclitantem, nec lethaliter vulneratum dimittat *tun. quib. mod. f. am. c. un. item qui Domin. Quæ fuit prima cauſ* Sed hic nec in acie nec prælio verſamur, alias autem non legitur dedecus eſſe fuga ſaluti conſulere ſiquis tuto poteſt.

104 Quin & pro tertio, non tantum cognato ſed etiam extraneo defenſio licita eſt *l.* 3. *de l. & l.* exemplo Moyſis *Exod.* 2. *v.* 11. etſi ad hoc requiſitus quis non ſit cum interſit hominem ab homine beneficio affici & aliena pericula avertere, *l.* 6. *de appell.* 7. *infra de Serv. Ex poſt. l.* 2. *§.* 5. *de aqua & aq. pluv. l.* 24. *§.* 6. *de dam. inf.*

Filio

Digitized by Google

105 Filio contra patrem ſancta quidem & honeſta perſona patris eſſe debet *l. 9. ff. de obſeq. par. praſt.* & tamen ipſi contra patrem, ut & liberto contra patronum, licet ab eo rem inæſtimabilem acceperit *l. 106. de R. I.* ut & vaſallo contra Dominum, quamvis & hic beneficio à Domino affectus ſit, *c. 1. in fin. in quib. cauſ. feud. am.*

106 Quod ſi etiam princeps ſubditum tyrannicè invadat occidendi cauſa, vim vi repellendo cum occideri licebit, *D. Thom. 2. ſentent. diſt. 46. q. 2. Vaſq. Illuſtr. 8. num. 33. Clar. in §. homicid. numer. 30. facit* Clem. *& Paſtoralis. §. Cætero de ſentent & re judic.* Nec obſt. Exemplum Davidis manum Sauli tanquam Domino ſuo licet impio ſibi infecto inferre piaculum timentis, cui accedit ratio quod ſubditi principis ſaluti propriam poſtponere debeant. Ad Exemplum ℞. 1. potuiſſe Davidem Juri ſuo renunciare, ℞. 2. eum non fuiſſe in præſenti periculo. Ad rationem dicitur ad hoc non teneri ſubditum cum ſui internecione. ℞. 3. principem ſibi hanc vim ipſi inferre ut qui totius mali prima cauſa eſt, ut dicatur hoc modo læſi ſeipſo.

107 Unde facilè apparet quia ex intervallo ceſſat neceſſitas & periculum vitæ, perſecutionem quoque vulnerationem & occiſionem reddi illicitam, *l. 3. §. cum igitur de Vi & Vi armata.* Eum autem ferire tantum licet qui inſultat, non etiam tertium mediatorem *l. 45. §. 4. ad l. aquil.* niſi probet hunc ſe partialem in mediatione præbuiſſe, Bayeriſch Land-Recht *t. 47. a. 6.*

108 Ob rerum autem tantum periculum, nec vulnerare multo minus invadentem occidere licet, cum inter hæc duo nulla ſit proportio, *l. Sanccimus C. de SS. Eccl. lib 52. §. Tabernarius ad l. Aquil.* niſi forte impoſſibilis eſſet eorum recuperatio.

109 Verbali quoque injuria affecto verbali retorſione incontinenti uti prohibitum non eſt, *Minſ. Cent. 5. obſerv. 17. Gail. 2. obſerv. 105. nu. 9.* dummodo modus ſervetur ſed hæc, in perſonis diverſis ſtatus non eſt ſufficiens, *§. pœna de injur. l. inter artifices ff. de Solut.*

110 Conſuetudo vero ex intervallo libellum retorſionis in ſcriptis vel teſtamento per honeſtos viros mittendi juri noſtro non videtur conſona, *per trad. numer.* 107. *ſup. t.* niſi abſenti facta eſſet contumelia à tempore ſcil. quo in ejus notitiam venit: Ac licet maledictum pro maledicto non ſit rependendum, tamen inter utrumque magna eſt differentia quod primum maledictum ſit formaliter malum ex malitioſa voluntate deſcendens non etiam dictum poſterius ad purgandum vel abolendum in continenti malum quod tale tantum materialiter dicitur.

Facta tamen iſta retorſione in continenti adhuc actioni injuriarum locus eſſe poterit, quia recantatio ad conſervationem honoris, actio autem injuriarum ad diverſa tendunt *facit §. fin. de obl. ex del. 17. §. 1. inſ. de injur.* 111

Is autem qui præſcriptum à Jure moderamen excedens alium vulnerat vel occidit ex l. aquil. tenetur. §. 44. *de l. aquil.* & ob cædem etiam l. Cornelia tenetur ex dolo §. liberum de l. aquil. ita ut hæc priorem non tollat, *l. 7. §. 1. de injur.* Si autem in exceſſu latam culpam admiſit arbitrariam pœnam non effugit, *l. in lege ff. ad l. Corn de ſic.* Cum hæc in ſanguinariis pro dolo non ſit, *d. l. in lege.* ſicut eſt tam in contractibus, *l. quod Nerva deoſ.* ut & in famoſis *l. 11. §. 4. de his q. not. inſ. Dd. ad §. ſuſpect. Inſt. de ſuſp. tutor.* 112

Quod ſi quis confeſſus ſit ſe hominem occidiſſe, ſed cum addito quod fecerit ad neceſſariam ſui corporis defenſionem, at quia res geſta eſt in loco ſolitario remotis arbitris, controverti ſolet, An talis capite plectendus, an verò dimittendus ſit? Eſt quidem optima de mundo & probatio probata, partis confeſſio, at hic non cenſetur plene confeſſus, ſed cum adjecta qualitate defenſionis, ut proinde non videatur procedi poſſe ad ſententiam criminalem in defectu probationis luce meridiana clarioris, *mi. l. fin. C. de Probat.* Id ex facti & perſonarum circumſtantiis dijucandum cenſet, Fach. 1. *cont.* 27. 113

Supereſt de repreſſaliis dicere. Repreſſalia ſpecies belli ſunt & ſic huc ſpectare, eaſdem habent proprietates, ambo ſunt perſonarum & rerum apprehenſio, *Grotius. l. 1. c. 2. n. 5. de I. B. & P.* Et quidem ſi loquamur de repreſſaliis quas faciunt ſibi ii qui unum eundemque recognoſcunt ſuperiorem, aut qui ad ſuperiorem poſſunt recurrere quando ab inferiore vel mediato Judice denegata eſt juſtitia, ex rationibus quibus convellitur vindicta aut extrajudicialis defen- 114

Digitized by Google

ſio non neceſſaria autoritate propria conceſſa vel à Judice admiſſa hæc quoque everti poteſt *t. t. C. ut null. ex Vicar. l. 4. C. de Execut. & Exact. Nov. 52. in princ.*

115 Aliud tamen eſt ſi à ſumma poteſtate repreſſalia ſunt promiſſa, à qua etiam Jus belli pendet, *libr. 3. Ad. l. Jul. maj. l. un. C. ut arm. uſus Ord. Cam. part. 2. t. 15.* ut non tamen ſcil. ad cujusvis Judicis placitum exteri & eorum res detineantur ob periculum quod ipſorum quoque ſuperiores ob injuriam ſuis illatam noſtros viciſſim ſervabunt, unde facilis eſſet belli occaſio & ſic Carol. VIII. Gall. Rex hanc conceſſionem ad Jura Majeſtat. revocavit, Bodin. *l. de rep.* '*t. ult.* unde ſæpè etiam Impp. ipſi de conceſſione repreſſaliorum hæſitarunt, memores incommodorum quæ ex iis ſolent frequenter oriri, prout boni principis eſt curare ſedulo ne quid detrimenti vel periculi reſp. accipiat aut ex parva ſcintilla atrox oriatur incendium, unde nec Cameram nec Aulam Cæſaream eas

116 decreviſſe legimus. * Quod autem de Norico quodam adverſus Roſeneck. Polonum refertur apud Roding. *pand. Camer. liber. 3. t.* 18. §. 2. id ſimplex potius arreſtum ſapit quam veras repreſſalias, quæ minime ſunt confundenda, cum arreſtum ex obligatione aliqua antecedente naſcatur accedente officio magiſtratus ad petitionem actoris, ubi reo interdicit ne loco excedat, nec bona transferat, repreſſalia autem contra innocentes exercentur, *Geil. 1. n. 6.*

117 Id Jus concedendi repreſſalias præter Impp. ad Electores quoque & alios territoriorum Dominos extendit *Coler. part. 1. proceſſ. capit. 2. numero* 280. Cui quidem ſententiæ favere putant Inſtr. pac. *art. 8. §. gaudeant*, quod ſtatibus imperii cum exteris Cæſare inconſulto bellum gerendi, facultatem non adimit, ideoque repreſſalias iisdem competere inferunt. Quod ego tantum conſiderandum relinquo,

118 Prout autem nulla eſt regula ſine exceptione, Ita hic ab omnibus repreſſaliis exempti ſunt Legati *L. fin. de legat. libr. 8. §. 1. de R. D.* idem dicendum de Commiſſariis *Ruland. de Commiſ. pagina 1. libr. 3. capit. 3. numero* 16. cum ipſorum comitibus & rebus *Grot. libr. 2. de Jure bell. capit.* 18. *numer.* 8. modo res quas ſecum portant ipſis ſint propriæ ac neceſſariæ. Idemque dicendum de Principis conſiliariis *lib. 5. princ. C. ad l. Jul. maj.* 3. ut & de Clericis *l. un. de Injur. in* 6. qui voto concepto ad loca ſacra proficiſcuntur, *auth. omnes. C. comm. de ſucceſſ.* quod nonnulli ad eos tamen reſtringunt, qui inſignia peregrinantium geſtant D. Scholares *ex Auth. habita C. ni fil. p. pat.* cum famulis iisve perſonis quarum ſervitio carere non poſſunt, facit *l. 6. & 8. de uſu & habit.* & quamdiu apud Academicos permanent *Steph. de Juriſdict. lib. 3. pagina 2. capit. 2. numer.* 2. quod tamen ſolum in Imperio Romano valere ait *Lymn.* quia *Conſtitut. Frider.* tantùm ad Roman. Imper. directa eſt. 5. Mercatores euntes & redeuntes à nundinis exceptos probat *l. un. C. de Nund. 6.* Ita & fœminæ *No. 134. capit. 9. auth. ſed hodie C. de off. divers Jud.* 7. mortuum etiam à debitore detineri non poſſe, eſt *lib. 3. §. 4. ff. de ſepul. viol. l. fin. C. eod. de aliis v. Sprenger. in Jurisp. publ. pagina.* 113. 8. Extra cives alienæ reip. locum non habere contra concives facile liquet niſi ſint rebelles & transfugæ, *argt. lib. 13. §. 3. de uſufr. O. Cam. pagin. 2. t. 16. Geil. 1. obſerv.* 28. & ſic Frideric. I. Imper. contra rebelles Aneonitanos repreſſalium edictum promulgavit P. Petrus de Vineis *lib. 5. Epiſt.* 48.

Sed ſicut ad deſperata remedia medicos non decet eſſet pronos nec ad bella principes, ita princeps in concedendis repreſſaliis non debet eſſe temerarius, ſed requiritur 1. ut debitum ſit liquidum & res non ſit de lana caprina aut umbra aſini ſed majoris momenti, *facit. l. 9. de dol. mal.* item ut debitor ſit ſolvendo. *fac. l. 6. de dol. mal.* cum non cenſeatur denegari juſtitia quando ejus adminiſtratio eſt impoſſibilis, *v. Mind. de Proceſſ. capit. 19. memb.* 7. Juſtitiam quoque ad requiſitionem denegatam eſſe prærequiritur, vel ſaltem frivole protractam de quo Weſemb; *Conſ. 46. numer. 21.* & ſimul denegationis factæ à ſuperiore facta ſit probatio, cum pro judice militet præſumptio *l. 2. C. de off. Judic. junct. l. C. de ſuſcept. ex prapoſ.* nec etiam ſufficit pro impetrandis repreſſaliis querela partiſ etiam jurata quod deſperet de conſequendo Jure ſuo & juſtitia, ſed fieri debet per inſtrumentum publicum vel

Digitized by Google

vel teſtes *Gail. 1. obſervat.* 18. niſi denegatio eſſet notoria. Nullum quoque aliud ſupereſſe remedium debet quo quis ſuum conſequi poſſit niſi conceſſis repreſſaliis, *argt. l. fin. C. in quib. cauſ. in int. reſt.*

119 Sed & his omnibus concurrentibus pro abundanti Cautela conſultum eſt, ut ſuperior has concedere volens legatum mittat pro juſtitiæ adminiſtratione rationibus juſtæ petitionis additis & comminatione ſubjecta, ut iis poſthabitis conceſſio & executio earum fieri poſſit, Ita tamen ut fiat in territorio concedentis, *f. l. fin. de Jurud.* cum in alieno abſque bello quaſi aperto exerceri non valeant.

120 Poſtquam tamen talis Creditor ſuum ab alio repreſſalias paſſo recepit & innocens paſſus eſt, hic recepta atteſtatione, vel Judicem debitoris, qui repreſſaliis occaſionem dedit, vel concivem ſuum pro quo ſolvit convenire poteſt ad ſui indemniſationem, ac licet circa actionem ei competentem varietur, aliis omnem actionem negantibus, cum verus debitor cum hoc nihil contraxerit nec etiam deliquerit, cum omnis actio in perſonam ex contractu vel delicto aut quaſi naſcatur, §. 1. *de act.* realis vero ex defectu ſubſtantialium deficit, nec recte inferatur æquitas, hoc caſu actionem ſuadet, ergo competit. Nec etiam condictioni ex lege locus eſſe poteſt, cum nulla inter eum qui per repreſſalias excuſſus eſt & verum debitorem lege nova inducta ſit obligatio ut requirit *l. un. de Cond. ex leg.* ut nec ſtatuto aut moribus vel Canone Negociorum quoque geſtorum act. deficit, quia qui ſolvit ad negocium principalis dirimendum non acceſſit ſponte ſed coactus, prout nec geſſit negocium debitoris quod tamen ad hanc act. requiritur, §. 1. *Inſtitut. obligat. ex quaſi cont.* Verius tamen eſt, Condict. ex l. repreſſalias paſſo competere ex ſtatuto vel conſuetudine (ubi feudorum Jure datur condictio ex moribus) *Mindan. de proceſſ. capit. 50. Th. 1.* item negociorum geſtorum contra debitorem, *l. qui inutiliter 45. lib. 21. de neg. geſt.* ac licet ſponte is non acceſſerit, tamen ſufficit aliqua neceſſitate vel neceſſitatis ſuſpicione geſtum, *l. 3. §. 10. de neg. geſt.* Utilitas quoq; hinc ad verum devenit debitorem eum ſolutione hac per repreſſalias facta liberetur à ſuo creditore *l. 43. de neg. geſt. l. 45. §. 2. Cod.*

Quid ſi autem Principalis ſolvendo non ſit 121
vel tractu temporis factus ſit inſolvendo. Magiſtratum debitoris qui juſtitiam denegavit ſibi habebit obligatum utpote qui hoc modo cauſam repreſſaliis dedit.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXXIX.

DE Mediatis Imper. Civibus, Mercatoribus, Opificibus, Agricolis, Judæis.

SUMMARIA.

1. *De Civitatibus municipalibus.*
2. *De Civitatum Curiis & tribubus.*
3. *De Tribuum præſidibus.*
4. *Eorum Juriſdictione.*
5. *Reſtricta ad certas cauſas.*
6. *Habent arcam communem.*
7. *An harum tribuum ſtatuta confirmationem ſuperioris requirant.*
8. *Quæ ſint harum ſtatuta.*
9. *Quid ſi Tyro non expletis annis fugiat, an de novo annos incipere debet?*
10. *Quid de ſtatuto, ne quis extra opificium uxorem ducat?*
11. *An quis in duabus curiis eſſe poſſit?*
12. *Monopolia illicita.*
13. *An valeat, quòd unus capit, ni id alter perficiat*
14. *An molitores, tonſores, balneatores &c. ſtatuto excludi poſſint à tribubus?*
15. *Quid de Excoriatoris filio?*
16. *Quid in lictore?*
17. *Quid de eo, qui cum lictore edit, bibit, contrahit?*
18. *Quid de eo qui canem occidit?*
19. *An injuriatus mox à tribu excludendus ſit donec ſe defenderit?*
20. *Quis dicatur mercator?*
21. *An Mangones?*
22. *An qui ſemel emit & vendidit?*
23. *Quid de iis, qui merces emunt, ut aliam formam inducant.*
24. *Quid de uſurariis.*
25. *Quid de locatoribus equorum?*
26. *Quid de iis, qui prædia ſua locant, & aliena conducunt.*
27. *Commercia quibusdam prohiberi poſſunt.*
28. *Diſtinctio Mercatorum.*
29. *An Reg. & Principibus eam exercere deceat?*
30. *Artificum feriæ, recreationes & vacationes.*
31. *De Piſtoribus.*
32. *De Lanionibus.*
33. *De Coquis.*
34. *Sartoribus.*
35. *Sarcinatoribus & fullonibus.*
36. *Cura Magiſtratus circa luxum veſtium.*
37. *De Sutoribus & Veteramentariis.*
38. *Chirurg. Balneatoribus, Capſariis.*
39. *Obſtetricibus.*
40. & 41. *De Fabris, Tign. Lign. Ferrariis, aurariis.*
42. *Quid de pictura?*
43. *De Hiſtrionibus.*
44. *De Tibicinib. Citharœdis, &c.*
45. *De Athlethica.*
46. *De Saltatoria.*
47. *Quid de Tabernariis?*
48. *De equorum curruumq; Rectoribus.*
49. *De Campſoribus.*
50. *De Figulis.*
51. *De Inſtitoribus.*
52. *De Venatione.*
53. *An ullus Venator Sanctus, ubi Venatio Henrico III. Imp. occaſio fuit ad Imperium?*
54. *An venatio commodum afferat?*
55. *De Piſcationis utilitate.*
56. *De Aucupio.*
57. *De Scopariis.*
58. *De Lecticariis.*
59. *De Molitoribus.*
60. *De Opilionibus.*
61. *De Textoribus.*
62. *De Agricultura.*
63. *De Hortulanis.*

64. *De primo horto paradiſi.*
65. *Hortorum amatores reges etiam.*
66. *Hortorum jucunditas & utilitas.*
67. *De Judæis.*
68. *Receptio horum Regale eſt.*
69. *An ſalva conſcientia recipi poſſint?* *pro nega.*
70. *Pro Affirm. receptiores rationes.*
71. *An Judæi ſint Chriſtianorum ſervi?*
72. *An invitis ad baptiſmum cogendi?*
73. *An Judæi judicandi ſecundum leges Moſaicas vel civiles?*
74. *Quid ſi Judæus Chriſtianam concubinam poſtea converſus ducat, an proles prior legitimabitur per hoc?*
75. *Converſio Judæi filij ad fidem Chriſti an tollat patriam poteſtatem?*
76. *Judæus poſt baptiſmum an ob crimen ante admiſſum puniendus?*
77. *Judæi an ad medicinam admittendi?*

1 REſtant adhuc alii mediati inferioris ordinis, ex quibus tamen alii aliis ſunt ſuo modo digniores. Tales ſunt Civitates municipales & communitates, quæ Electori, Archi-Epiſcopo, Principi, Marchioni, Comiti, Baroni, &c. aut civitati etiam Imperiali ſubſunt; Item civitatum Imperialium & municipiorum cives, qui ſuo magiſtratui vel conſulibus, aut præfectis immediatè parent, iisque mediantibus, Imperatorem ſuperiorem habent, & quem mediantibus ſubalternis & proximis ſuis ſuperioribus appellant, & hoc modo etiam mediatè contribuunt
2 Imperio. * Diſtribuuntur autem ejusmodi civitates, municipia & communitates communiter in ſuas curias & tribus, ad quas pro diverſitate functionum recipiuntur, quarum in aliis plures, in aliis pauciores extant, ut plurimum mercatores, Artifices, in aliis Piſtores, Lanii, coqui recipiuntur (quin & in quibusdam locis Judæi ſuas Synagogas & congregationes habent) Illæ Germanicis dicuntur, Zünfften / quaſi per abbreviationem & Syncopen Zuſammenkunfften / quia conveniunt ad eas ejusdem officii & poteſtatis homines. *l. collegarum, 173. de V. S.* Argentinæ, Handwercker vocantur, alibi Gülden / quaſi Gelden / ubi quilibet ſuum Symbolum, den Zech confert. Beſold. *de Jure colleg. cap. 1. num. 1.* Et ex pluribus ejusmodi collegiis Univerſitas civitatis & corpus
3 urbis conficitur. * Hiſce tribubus, qui præſunt magiſtri tribuum Zunfft Meiſter / Geld-Meiſter / alibi, Banner-Herren / appellantur, alibi tribuni plebis, qui plebis ſuæ tribus partes tuentur, quibus non convocatis, nec adhibitis, Senatus totam remp. non repræſentat, *Wehn. verb.* Geld-Mei-
4 ſter. *Beſold. verbo* Zunfft *in fin.* * Ex quo autoritate ſuperioris conſtitutæ habent Jurisd. In omnibus cauſis ad artem earum pertinentibus, *l. fin. C. de Jurisdict. l. 2. C. de Conſt. pac.* ita tamen, ut cum Tribuno magiſtratus ſuperior loci concurrentem habeat Jurisdict. & in arbitrio actoris ſit, an ſuum confratrem vel collegam ejusdem ſecum artificii coram ordinario magiſtratu aut conſule, vel coram tribuno convenire velit, & locus ſit præventioni, & coram altero conventus forum declinandi, & ad alterum revocandi jus habeat.

Horum autem Jurisd. tantùm fundata eſt in 5
civilibus & cauſis ad artificium commune pertinentibus, ſive totum hoc corpus ſive ſingulos concernat, ſive adhuc ſint in collegio ſive dum eſſent in collegio, negotiati ſint, & ex hoc negotio dein conveniantur, Sichard *in d. l. fin. n. 3. C. de Jurisd.* Modica tamen coërcitio ſeu mulctæ irrogatio conceditur, *arg. l. cui Jurisd. de Jurisd. l. un. in prin. Si quis jus dic. l. de fin. off. ejus, cui mand. Jurisd.* Ad hæreditates plane, tutelas, teſtamenta & ſimilia Jurisdict. eorum non pertinet, *Reform. pol. de Anno 1548. §. 1. in fin.* nec ad cauſas criminales, *Valc. in l. per iniquum fin. n. 19. c. de Jurisdict.*

Habent inſuper hæ Curiæ communem ar- 6
cam & ſigillum *c. ſignificavit. 48. de appell.* domum communem pro conventionibus, Zunfft-Hauß / *Matth. Steph. de Jurisdict. lib. 2. pag. 2. cap. 6. num. 83. & 85.* poſſunt etiam ſtatuta condere inter ſe, ratione artis ſuæ in illis, quæ ad collegas pertinent, *d. l. fin. & l. 2. Moller. 2. Semiſt. 15,* quibus ipſi collegæ obligantur etiam in foro alieno quoad cauſæ deciſionem, Wehn. *pract. obſ. verbo* Zünfften. Alios autem non obligant, cùm inter ipſos valeant ad inſtar conventionis, conventio autem inter certas perſonas inita aliis non præjudicat, *l. ſæpè de re judic. l. ſi unus*

27. §. *ante omnia de Pact.* ſicut in ſimili Dd. & Magiſtri circa ſtudia & mores diſcipulorum, non verò ad cauſarum deciſiones ſtatuere poſſunt.

7. Q. *An harum ſtatuta confirmatione ſuperioris egeant?*

Id quidem negant, ideo, quod lege Civili confirmentur, *d. l. fin. C. de Jurud. 1. item C. in eria. 1. quod cujusque un. nom. c. 1. de Conſt. in 6.* ſed de contraria conſuetudine teſtatur Weſemb. *parat. de ll. n. 3. Schneid. in §. conſtat. n. 15. de Jure nat.*

8. Statuta autem apud pleroſque hæc recepta, ut nullus recipiatur niſi legitimè natus, Beſold. *de jure coll. c. 2. n. 2.* eoque nomine literas teſtimoniales, Geburts-Brieff exhibeant, quod tamen ad legitimatos per ſubſec. matrimonium non eſt extendendum, adeò ut etiam contra ſtatutum tales expreſsè excludens admittendi ſint, *Weſemb. in §. aliquando autem. fin. v. efficiuntur. I. de nupt.* Item ut teſtimonium vitæ bene ante actæ proferant, ut doceant ſe legitimo tempore opificium vel artem didiciſſe, & artis ſpecimen edat, vulgò ein Meiſter-Stück. *Beſold. de Jure Colleg. c. 2. n. 2.* in his tamen meritò inſpectio adhibenda, ne novi magiſtri nimiis ſumptibus in comeſſationibus graventur, nec tale opus magiſtrale cogantur facere, cujus hodie nullus eſt uſus.

9. Quæſtio hîc movetur: *Quid ſtante hoc ſtatuto, ut quis ad certos annos artem diſcat, ſi Tyro ante annos completos fugiat, & demum redeat, an teneatur ad integrum tempus de novo, an verò ad tot dies, ſeptimanas vel menſes, quibus abfuit?*

Hoc verius videtur, *Wehn. verb.* Zünfften. *per text. l. ſervum. §. 1. de ſtatut.* *Item Wehn. in verbo* auslernen. Non obſtat tanquam ſeparatum, quod quando Canones in novitio religioſo annum probationis requirunt continuus exigatur, nec interpolatus ſufficiat, adeoque qui per annum probatus exivit, ſi dein revertatur, novum annum probationis incipere & finire debet. Ratio enim differentiæ non levis ſubeſt, hæc ſcil, quod annus religioni conſtitutus, ſit ad experiendum omnes auſteritates religionis, per quatuor anni tempora & ſingulos 12. menſes conjunctim, quæ auſteritas maximè in continuatione conſiſtit, ut patet in Jejunio quadrageſimali, quòd faciliùs aliquis ſervaret, ſi inter diem Jejunii unum refectionis plenariæ interponeret, & eo, qui continuis diebus currit, reſpectu alterius, qui per intervalla quieſcit; Interpolare itaque volens non experiretur omnes difficultates, e g. egrediens ante quadrageſimam jam medio anno probatus, ſi rediret poſt paſcha, medii anni probationem rurſus ſuſtinens, vel exiret principio hyemis probatus, per æſtatem & ſequenti æſtate rediret, non ſentiret ille quadrageſimæ, hic hyemis difficultates in religione occurrentes, *Navar. lib. 3. t. de regular. Conſ. 37.* quæ conſideratio in novitio tyrone ad artem mechanicam aſpirante deficit & ceſſat.

Q. *Quid de ſtatuto opificum, ne quis extra opificium uxorem ducat?* 10

Hoc valere tradit Matth. Steph. *de Jurisd. lib. 2. p. 2. c. 7. n. 45.* modò quædam adſit, cum quâ licitè contrahere poſſit, Beſold. *in Th. verbo* Handwercker. Ratio autem ſtatuti hæc eſt, ut opificia rectius in ſua integritate conſerventur, nec hæc conſuetudo videatur cuiquam ~~vel~~ ſtatutum irrationabile, quaſi matrimonii libertati repugnans, ſi adſit ſcilicet electio ex pluribus quam in Matrimonium ducat, unde aliud dicendum, ſi ſtatutum requireret, ut certam perſonam duceret, viduam forte, vel filiam intendentis; *ad Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 2. cap. 7.* Similis farinæ ſunt conſuetudines, ut qui artificium diſcit jurare teneatur ſe nullum præter artis iſtius filium inſtructurum, item in iſta urbe ſemper victurum; item quod lanio, qui canem lapide projecto occidit vel gladio interfecit, ad tribum non ſit recipiendus, qui cum Lictore bibit, & ludit, qui ab alio defloratam & imprægnatam in uxorē ducit, qui ſuam propriam vaccam caſu mortuam excoriaverit, quas, & plures alias non eſſe rationabiles in Conſiſtoriis Saxonicis habitis refert Speid. *in verb.* Handwercker/ꝛc. *n. 43. p. 569.* * Similia ſunt, ne quis ſimul ſit 11 in duobus collegiis, *facit l. in prov. C. de n. l. hac parte. C. de prox. ſac. ſcrin.* Ceſſante autem Statuto prohibitivo, ſi quis duas artes mechanicas exercens in duabus tribubus receptus ſit, hunc ad utriusque onera & ſtatuta obligari, rationis eſt, *c. poſtul. 15. X de conc. præb. l. pen. ff. de off. aſſ. ff. l. 13. §. tempeſt. ff. ad Treb.* * Illud clarum quòd 12 Statuta opificum, quæ monopol. ſapiunt, invalida ſint, *R. I. Aug. a. 1548. t.* Die *Mon. l. un. C. de Mon.*

ut ſi

ut ſi inter ſe agant, ut unus tantùm emendi & vendendi certas res, Jus habeat, *t. l. un. Menochius. de arb. Jud. c.* 159. *n.* 2. ut merces non vendantur niſi certo inter ſe conuento pretio, *d. l. un. v. nov. C. d. monopol. Ref. Politic Anno* 1548. *t.* von Handwercken. *& alios multos de quib. Dd, ad t. C. de Monop.*

13 * Tale eſt, quod unus cœpit, ne alter perficiat, *Moller. 2. semeſt. c.* 15. *Beſold. d. loc. c. 2. n. 2. Rebuff. ad conſtit. Gall. tract. de Magiſt. artif.* 4. *gl.* 2. *n.* 18. *& ſeq.* Dicitur autem monopolium à Græca Mónos quod eſt ſolus & Poléo vendo, non Pólis civitas, & quamvis ante Ciceronis tempora lege cautum eſſet ne quis Romæ oraret Græce & vernacula ſed Romana tantum lingua admitteretur, exotica autem lingua ſero permiſſa ſit, *l.* 21. *in f. C. de Teſt. l. fin. C. de Teſt. tut. l.* 14. *C. de Teſt. man., l.* 48. *de re Judic.* unde Tiberius Græcum verbum in Senatu prolaturus prius veniam poſtulaſſe legitur apud Sueton. in vita ejus, tamen quia plura ſunt negotia quam vocabula *lib. 4. de praſc. verb* in defectu iis uti non videtur culpabile.

Porro an principi monopolium exercere, aut ea in privilegium alicui concedere poſſit, variatur ſententia. Neg. fundatur in R. I. Maximil. *de Anno* 1512. *Colon.* §. Und nachdem/ꝛc. & Carol. V. *Norimb. An* 1524. *in Comit. Spir.* 1530. *Comit. Auguſt. Reform. Polit. Anno* 1548. *&* 1577. *t.* Die *Monopolia*, & aliis quæ generaliter conceptæ ſunt. 2. Videtur talis contra jus gentium peccare dum ſubditis exercitium commerciorum ſubtrahit, *Bodin. 6. de rep. cap. 2.* qui ſubditorum commodis invigilare debet cogitans, ſubjectorum commodum ſuum eſſe, *Nov. 8. §. quantum Nov. Leon.* 59. Obtinuit tamen uſu ut ſi patrimonium principis exhauſtum ſit fortunaque ſubditorum tenuis, ut principi in ſuo territorio id negari nequeat, *Schütz. de Imp. Vol. 1. diſſ. 5. lit.* C. cum etiam juſta cauſa ſit favor utilitatis publicæ, *2. feud. 52. pr.* multo magis id de neceſſitate dicendum *Balthaſ. de operis ſubd. c. 9. p.* 91. atque ita Rudolphus Bohemiæ Rex Alberti Cæſaris filius negotiationem in argenti fodinis exercuiſſe, vinum, ſal, hordeum, triticum, ex horreis ſuis contrahendis monopolium ſibi vindicaſſe neceſſitate compulſum, ut ærarii inopiam ſublevaret, & debita per utrumque Wenceslaum Reges contracta exſolveret, traditur, *Petr. Greg. Toloſ. lib. 3. cap. 6. num. 47. de republ.*

Carol. V. Imper. quoque mercatorem Hiſpaniæ ut nemo præter eum toto decennio tabulas luſorias in Hiſpanias diſtraheret privilegiatum voluit, quo privilegio obtento cæteros mercatores opibus & potentia facile ſuperavit.

Ejusmodi ſtatutis prohibitis inter privatos affinia ſunt quando macellarii carnem inflant, ut fruſta grandiora & elegantiora appareant, Piſtores manibus oleo & aceto lotis panem exhalatum, ut major appareat, pinſunt, & ſimiles pactiones in aliorum damnum faciunt, Cereviſiarii cereviſiam prærancidam creta ac cinere miſcent, ut dulcedo revocetur, vel molitores abiciunt vi cogunt homines ne aliud molendinum accedant vulgo Zwang-Mühlen dicuntur, *Wehn. pract. obſ. v.* Mühl. n.

Quid de Statuto, quo prohibentur molitores, tonſores, opiliones, balneatores, tibicines, tympaniſtæ, eorúmque liberi ad honeſta artificia recipi? 14

Hoc damnat Reform. Polit. Auguſt. *Anno* 1548. *tit.* Von Handwercks-Söhnen. 37. *ibi*: Als auch in etlichen Oertern. *Myſing. 4. obſerv.* 31. *& R. I. Anno* 1577. *t.* 38. Balneatoribus verò hac ſuper re ſpeciali privilegio conſultum eſt ab Imp. Wenceslao, Anno 1406. *de quo Goldaſt. tom.* 2. Reichs-Sazung/ꝛc. *p.* 81. quod ab eo conceſſum dicitur in gratiam famulæ; quæ operam in Balneis locans eum captivum è poteſtate cuſtodum ſcapha abduxit, laribúsque patriis redditum, cupidum concubitu exhilaravit. * Quin etiam excoriatoris 15
filios non excludendos in ſcabinatu Jenenſi judicatum eſt, menſe Julio, An. 1626. *Richter. decil.* 80. *num.* 2. cùm excoriator non ſit infamis, ſed tantùm turpis & vilis perſona, Schneid. *ad § non autem n. 27. de inoſ. teſt.* * Licèt aliud deciſum ſit 16
de lictore in Collegio Jenenſi menſe April. Anno 1621. *Richter. d. l. n.* 19. Hoc quóque Statutum invalidum eſſe reputatur, in eo qui viduam lictoris duxit, & ita à Scabinis Lipſienſibus judicatum, ait Carpzov. *deciſ.* 18. * Item removeri non debet, 17
qui cum carnifice edit, bibit, vel alio modo converſatur, ut reſponſum à Jenenſibus menſe Mart. An. 1621. *Richt. d. loc. n.* 20. ut & qui cum carnifice vel excoriatore equorum contraxit, *Richter. n.* 21. qui per minas coactus eſt alteri aurem reſcindere, ut reſponſum à Jenenſibus Anno 1633. in Martio *Richter. d. loc. n.* 26. multò minus qui canem inter- 18

Digitized by Google

fecit ſive caſu ſive ex neceſſitate cùm non ſit infamis, *Pſeil. conſ.* 143. Licèt in quorundam locis aliud ſervetur.

19 *Quid de Statuto vel conſuetudine, quòd opifex injuria affectus, à Collegio excludendus ſit, donec ſe purgaverit ab objectis injuriis?*

Et hoc meritò reprobatur, in der Policey-Ordnung zu Augſpurg / *de Ann.* 1548, *tit.* Von Handwercks-Söhnen. *§.* 1. *v.* Es ſollen auch. *&* *Anno* 1577. *t.* 38. *§.* Es ſollen auch. *Danæu. Jur. Can. tit Opificum pacta.* 206. §. 6. cùm infamiam tantùm irroget lex vel ſententia delictum ſecuta, nec ab arbitrio privati hominis dependeat, alium notare, ut à Collegiis & Commerciis arcendus ſit.

20 II. Nunc ad particularia: Mercatores quod attinet, ſciendum non quemlibet, qui aliquid emit vel vendit, mercatorem eſſe, ſed eum, qui res mobiles faciendi gratiâ eo animo comparat, ut diſtrahat, *Gæd. in l. 66. r. 6. de V. S. c. Ejiciens,*
21 *diſt.* 88. * Mangones autem, qui ſervos venales exportatos ipſi emere præoccupant, ut cariùs vendant, vulgò Revenditores, Unter-Käuffer / pro mercatoribus propriè non habentur, *l.* 207. *de V. S. l.* 1. *in pr. de Trib. act. l. præcipimus. & l. juſtiſſime. de ædil. Ed. Strach. de merc. p.* 1. *n.* 16.

22 Q. I. *An autem qui ſemel merces emit, ut venderet, propriè dicendus mercator?*

Neg. placet, *Bart in Proœm. ff. n.* 10. *& in l. legatis. de Leg.* 3 *l. mariti.* §. *qui quæſtum. de adulter.* ubi tradit nomina verbalia alicujus functionis ſignificativa, quæ quis ſuâ voluntate ſeu optione aſſumit, ut mercator, hoſpes, &c. uno actu non verificari. *Strach de mercat. pag.* 1. *n.* 6. *pag.* 12. quod tamen non procedit, ſi unicum illum actum præcederet profeſſio ſeu deſcriptio in matriculam, *Idem num.* 6.

23. Q. II. *Quid de iis, qui merces emunt, ut ſuâ operâ eaſdem in aliam formam redactas vendant?*

Hos non mercatores ſed artifices vocandos puto *cum Stracha. n.* 23. *p. c. ejiciens. diſt.* 88.

Q. III. *An appellatione mercatoris veniant*
24 *uſurarii?*

Id videbatur affirmandum, *ex l. heredes. mer.* §. *cum ita ad Trebell. & l. quinquaginta de Probat. per cit. c. Ejiciens.* Sed negativa verior *per l. quæſitum.* §. *Idem. v. ſed ipſe de Fundo inſtrum.* ubi mercator & fœnerator, ut diverſa ponuntur; Clarior text: eſt *in l. quicunque.* §. *Labeo. ff. de Inſtit. act.* Strach. *n.* 27. dicit, hanc mercaturam dici poſſe ſed illicitam.

Q. IV. *An mercatorum nomine veniant locatores equorum?* 25

Affir. Bart. *argt. l. Legatis. de leg.* 3. *racha. n.* 38.

Q. V. *An qui propria prædia locant, & aliena conducunt, pro mercatoribus habendi?* 26

Affirm. *Strach. num.* 48. *per l. ſi cum villico.* 16. *de Inſtit. act. l. cuicunque.* §. *Labeo. Eod.*

Q. VI. *An autem mercatori licitum in diſtrahendis mercibus fraudulenter agere?* 27

Commendatione quidem honeſtatem emptori perſuadere licet, *l. Ea qua* 43. *de Cont. Emp. l.* 37. *de dol. mal. l.* 18. *&* 19. *de Ædil. Edict.*

Laudat enim venales qui vult extrudere merces. Licet non loquantur ut ſentiunt. Si tamen commendatio fraude ſit ſepta vel certa bonitas rei affirmetur quæ non ineſt de dolo conveniri poteſt. *d. l.* 18. pluris autem vendere quam emerit non eſt illicitum, *l.* 22. §. *fin. Locat. l.* 8. *C. de reſc. Vend. Nov.* 94. *c.* 1. *l.* 16. §. *pen. de minor. Fabian. de Monte. p.* 319. *n.* 8. *tract. de Empt. & V.*

Hoc minimè prætereundum, licèt commercia ſint Juriſd. *l.* 5. *de l. & l.* ideoque omnibus libera, ita etiam, ut cum Turcis & infidelibus negociari liceat, *Nehem. c.* 13. *v.* 21. magiſtratui tamen incumbit providere, ne omnes indiſtinctè commercia gerant, ut ſunt proditores & exploratores reip. *l. mercatores.* 4. *de Commerc;* & milites magiſtratus etiam & nobiles & quidam alii negociari prohibentur, *l. nobiles.* 3. *C. de Comm. & mercat. l. ne quis.* 6. *C. de dignit. l.* 15. *C. de re mil.* & hinc Theophilus Imp. Uxoris negotiatoriam navem in portu combuſiſſe legitur hoc addito: Cùm DEUS me Imperatorem fecerit, tu nauclerum facere contendis.

Diſtingui autem ſolet communiter inter 28
negotiationem diffuſam & tenuem ſeu ſordidam, *cum Ciceron.* 1. *offic. l.* 2. *C. de Epiſc. & Cler. junct. l. ne quis.* 6. *C. de dign.* ex quo fit, quòd illi, qui tantùm ad ulnam, menſuram, numerum vel pondus vendunt propriè Venalitiarii. Krämer vocentur, qui autem cum averſione, id eſt magna copia, proprie mercatores, Kauff-Leute dicantur.

Hac occaſione

Q. An

Digitized by Google

29 Q. *An Regibus & Principibus magnam exercere mercaturam, honeſtum ſit?*

Quod ex ſeqq. facilè reſolvitur, affirm. Sic Rex Salomon naves ſuas in Indiam miſit, quæ aurum, argentum, ebur, &c, adveherent, 3. *Re.* 10. *v.* 22, Idem fecit Joſaphat, Veſpaſianus, Pertinax, & ante Ipſos Tarquinius Priſcus Rom. Rex. *teſte Tiraqu. de nobil. c.* 33, *n.* 17. Luſitaniæ Reges armati, Claſſibus Æthiopica & Indica commercia obtinuerunt, & conſervârunt ſine contumeliâ, & cum maximo reip. bono, Regis quoque Hiſpan. & Confœderatorum Belgarum negotiationes Indicæ omnibus notæ ſunt, quas qui convulſerit, firmiſſimos rerump. nervos inciderit, Klock. *de arar. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 20. *& ſeq.* Sic ſalis vendendi Jus hodie tantùm Principes Magnates & Magiſtratus uſurpant; Quòd licèt Jure veteri etiam privati Juris fuerit, & horum arbitrio permiſſum, in quorum fundis reperiebatur, & ad quos fundi Jure proprietatis pertinebant, *l.* 39. §. 2. *de uſu. & uſuf. leg. ut ſupra oſtenſum de Jur. Imp. compar.* uti etiam auri, argenti, æris, ferri, plumbi, ſtanni, aliæquè fodinæ, præter decimam fiſco debitam, *Dd. ad c. un. quæ ſint reg. ut ſup. d.* Tractu tamen temporis ſalinæ publici Juris factæ, & Principibus addictæ ſunt; Et licèt Jure vetitum ſit, ut aliquis ſolus emat vel vendat, *l. un. C. de Monopol.* Regi vel Principi tamen permiſſum eſſe ut prohibere poſſit, ne alius ſalem vendat, utque de ſuo emant ſubditi docet Abb. *in c. ſuper quibusdam. de V. S. Alciat. in t. quæ ſint regal.* & privatos non Principes ligare, *l. un. C. de Monopol.* ait Hippol. *V. Klock. de Jure Vect. concl.* 3. *lit. a.* prout hoc in Gallia etiam exercet Rex Galliæ, *Marqu. Freher, de monet. fol.* 48. Ita in Italia quoque de vendendo ſale licitè monopolia exerceri ex ſuperiorum permiſſione, teſtatur Straccha, *de mercat. part.* 4. *n.* 30. In Bavaria ſalis vendendi & Cereviſiæ coquendæ Jus Dux & Elector ſibi ſoli vendicat; In Sileſia Jus emendi vendendiquè Lupuli, ſenatus Uratiſlavienſis ſolus uſurpat, ut & alibi Domini & Magiſtratus cupri, ferri & alias officinas, Klock. *de ærar. lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 12. *Dan. Meller.* 4. *ſemeſt. cap.* 17. *n.* 1. *V. etſi enim.*

30 III. Ad artifices tranſeundo, mercenariorum, opificum eorumque quorum vita manuum opere ac labore conſtat, ſinguli ſuæ artis ſolent habere patronos, ac tutelares: Ut Pictores S. Lucam, Fabri Eulogium vel S. Joſeph, Calcearii S. Criſpinum, Sartores Cutmannum, Venatores S. Euſtachium, alii alios, in quorum honorem peractis divinis epulas vel inter ſe agunt, vel ab aliis præbentur ipſis, prout etiam quo die primo noctu ad candelam vel incipiunt, vel deſinunt operari, ſolito liberius epulantur, ut & poſt erectam domûs alicujus contignationem fabris, & aliis poſt operis perfectionem exhibetur; In multis etiam locis ſui artificii hoſpites adventantes excipere & tractare ſolent, quæ ſingula quatenus ad honeſtam à laboribus recreationem vitæq; conjunctionem ſpectant, non videntur culpanda, ita tamen ſi nec nimis crebra ſint, nec ſumptuoſa aut luxurioſa, nec ut eſt hominum iſtorum ingenium, ad otium & voluptatem proclive, in popinis ſe ita volutent cum temporis reique familiaris jactura; ut interea liberi, uxor & familia, quam alere debent, fame, ſiti & aliarum ad victum cultúmque corporis pertinentium rerum inopiâ premantur nec uno die multorum dierum lucrum ac mercedem prodigaliter profundant: Qui mos partim ab antiquis ſaturnalibus ortum habere videtur, ubi domini ſervos convivio excipiebant, ipſiquè ſervorum officio fungebantur: Prout apud Gallos, & alibi, etiam die Jovis ſanctâ Rex Galliæ 12. mendicis epulum præbet, illorum pedes, Chriſti exemplo lavat, & unà cum aulicis miniſtrat, primum ferculum ipſe apponit, ſingulisquè apophoreti loco veſtem dat: Item die Epiphaniæ, aliquis aulicorum miniſtrorum Rex eligitur, cui Rex ipſe cæteriquè inter epulandum miniſtrant, quod etiam Coloniæ frequentatur. Huc ſpectant Eleutheria, feſti dies & Epulæ, quas ſervi manumiſſi celebrabant, quibus etiam in ſervitute per interſtitia refectio dabatur extraordinaria, ut proinde culpandi ſint hodierni temporis Chriſtiani, qui operarios Tyrones famulos famulásque, quamvis fideles durius tractant, quàm vel olim vel hodie Ethnici ſua mancipia, laboribus diurnis nocturnisquè fatigant, & ſimul inedia, ſiti, algore vel æſtu excruciant, verbis verò & verberibus tantùm non enecant, & non tam hominum quàm porcorum more habent, immemores iſtius, *Levit.* 25, ſervum tuum ne affligas per potentiam, ſed metuito DEUM tuum. Item *Eccleſ.* 7. Ser-

vus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua, &c. Meritóque D. Adrianus Umbritiam matronam in quinquennium relegavit, quòd ex leviſſimis cauſis ancillas atrociſſimè tractâſſet, *l. 2. §. fin ff. de his, qui ſui vel al. jur.* Servis, Tyronibus & artificibus autem ſuas vacationes & recreationes concedendas, ut vires recolligant, ut & agricolis, paſtoribus, aliisquè mechanicis exemplis ſacris facilè probari poteſt: Sic Abſalon eo tempore, quo oves ſuas in Baalſor tonderi curavit, Servis convivium adornavit, ad quod Davidem fratrésque ſuos invitavit, in quo Ammonem ob ſtuprum Tamari ſorori ante illatum obtruncari fecit: Simile exhibuit Nabal Zyphæus cui 3000. ovium & 1000. capræ erant, cum oves ſuas totondiſſet, 1. *Samuel* 25. Hujus feſtivæ recreationis occaſione Jacob cum Rachaele fugam arripuit, *Geneſ.* 31. plura amatæ brevitatis cauſa omitto.

31 Verùm inter artifices magna eſt differentia, *l. inter artifices de ſolut.* Sunt enim qui victum in civitate procurant Schönb. 4. *polit.* 46. Tales ſunt Piſtores, qui panem conficiunt, quos ante Perſicum bellum primis temporibus Romæ non fuiſſe, tradit Plin. *l. 8. c. 11.* idque ſervorum & mulierum opus extitiſſe, patet *ex l. quæſitum* 11. §. *Trebatius.* 5. *ff. de inſt. & inſt. leg. t. t. de Piſtorib. C. lib.* 11. *Cujac.* 16. *obſ.* 5. Jure noſtro inter ſordida munera refertur hæc ars, *l. maximarum* 12. *in med.* C. *d. Excuſ. muner. lib.* 10. *l. un. C. de Perfect. ß. dignit. lib.* 12. Illis annumerantur, qui cruſtula & mellita edulia quæque conficiunt, qui *apud Mart. lib.* 14. *Epig.* 222. Piſtores dulciarii dicuntur.

32 Lanii, qui certo loco tauros ſuos & ſimilia animalia mactant, ne ſi paſſim lanienam exerceant, totam urbem fœtore inficiant, unde conſultum eſt ut ad conſervandam aëris ſalubritatem in extrema civitatis parte locus aſſignetur, monet *Camill. Borell. de magiſt. Edict. lib.* 3. *cap.* 12. & ut in ſpecie excrementa porcorum propter fœtorem cerebro nocivam infectioni aptiſſimam removeant, nec non in urbe maximè tempore infectionis porci, ſed in ſuburbiis extra alantur. Hos à laniandis carnibus Jureconſultus appellat, *in l. cum laniones. princ. de fundo. inſt. Leg.* De Taberna autem Macellaria, ut de ſordidiſſima, loquitur Valer. *l. 3. c. 4.* ubi de Varrone ait, qui non loco tantùm humili, ſed etiam ſordido patre lanio natus ſit. De cibis autem ex ſanguine non conficiendis extat Leonis Imper. probitio *inter cives Nov.* 58. Ubi dicit quod non ſolum per Legislatorem Moyſen DEUS ſanguine veſcendum non eſſe mandavit. *Levit.* 17. Sed item in novo teſtamento à Præconibus gratiæ conſtitutum ſit *Actor.* 15. V. 29. *Can. Apoſt.* 62. Cui utrique legi cum multi præſtent ſe immorigeros, ſed alii gulæ, alij lucri cauſa hæc contemnant, & ſanguinem in eſcam convertant, inteſtinis tanquam tunicis illum infarciant, (quæ vulgo Blut-Wurſt dicuntur,) & velut confertum cibum ventri præbeant, quod tanquam Divinis præceptis & honeſtati publicæ contrarium Imp. fieri vetat, tam exerceri, quam vendi ſcelus quoque & deteſtandum eſſe appellat, pœna bonorum publicationis adjecta, ut ne contraventor acerbum in modum flagris cæſus, & cute tenus fœde tonſus in exilium perpetuo mittatur, pœna inſuper in Magiſtratum conniventem 10. librarum auri ſtatuta. Sic licet ante diluvium præter herbas animalium eſus conceſſus fuerit, *juxta text. Geneſ.* 1. *v.* 29. & 30. non tamen legitur, eo tempore homines uſos fuiſſe carnibus, nec S. Scriptura etiam memoria prodidit homines tunc vixiſſe frumento, & bibiſſe aquam; Poſt diluvium autem Univerſale, quia novus mundus quaſi videbatur, jus prius *Geneſ.* 9. confirmatum fuit, & carnes animalium in cibum ſunt converſæ *Geneſ.* 9. *v.* 3. Statim autem, & ſimul Noacho ſanguine veſci quia eſt anima carnis prohibitum fuit, *d. v.* 9. ut hæc lex ceremonialis, aut cum aliis ceremonialibus ſublata dici nequeat, quin potius tam ſeverè ſub pœna hæc ſanctio repetita videtur, *Levit.* 17. *v.* 10. *& ſeq.* quod beſtiales fieri videantur, qui ſanguinem edunt, quamvis ex hac ratione Empedocles & Pythagoras eſum carnium tanquam cæde & ſanguine cruentum, ſed male improbarint, & poſito, quod Ceremonialis lex eſſet, ut non eſt, ſatis eſt in nova l. id probatum, licet hoc accidentalis Eccleſiæ conſenſu antiquatum dicat, *Baron. Annal. Anno Chriſti.* 51. *n.* 4. *ad. Beſold. in conſid. polit. cit. & in cit. cap.* 4. *pag.* 29. Et ſic farciminum quorumcunque uſum hodie frequentiſſimum videmus, & in regiomontana regione farcimen exhibitum 198. ulnarum, Anno 1598. & aliud ponderans 434. pondo,

pondo, longum 596. ulnas; quod 19. homines portabant.

33 Coquos viles olim habitos & ſervilem artem fuiſſe, colligitur *ex l. Leg. 10 §. ſi unum de Leg. 3. junct. l. Servu. l. Urbanus §. Servu. E. d.* Apud Lacædæmonios autem aliis non permittebantur, quam carnis, cæteri, (& in ſpecie Mithæcus cocus inſignis) Sparta ejiciebantur, perinde ac ægrotantium purgamenta, ut proinde uxor nobilis non teneatur ejusmodi miniſteria ancillaria viro præſtare, *Tiraqu. de nobil. c. 20. n. 101.* Refert tamen Homer. *lib. 8. Iliad.* Andromacham Hectoris uxorem ſollicitam fuiſſe de ſubminiſtrando pabulo mariti, & *lib. 9.* Achillem & Patroclum operam coquinariam propriis exercuiſſe manibus, cum Ulyſſes & Ajax ad illos veniſſent, in hoc tamen locorum conſuetudo attendenda, *ad Tiraqu. c. 31. n. 36.* Poſtquam autem poſt Aſiaticam Victoriam peregrinæ luxuriæ in urbem Romam defluxere, tunc epulæ majori ſumptu apparari cæptæ; & coquus olim viliſſimum mancipium in precio eſſe cæpit, atque è culina adhuc Jure madens, fuligine tinctus, cum ollis, patinis, mortario, veru, receptus eſt, qui conquireret irritamenta gulæ, ubiq; inveſtigatus eſt, videlicet: *teſte Gellio.* Pavum ex Samo, Phrygium Attagenem, Grues Melicas, Hædum ex Ambracia, Murænam Tarlæſiam, Aſellum Peſſinuntium, Oſtreas Tarentinas, Nuces Thuſias, Palmas Ægyptias, Glandes Ibericas, &c, ex qua arte gloriam ſibi præ aliis vendicavit Apicius, ut opus fuerit pro coërcendo & temperando luxu legibus ſumpetariis & Cibariis, Archia, Fannia, Didia, Licinia, Cornelia, &c. quas Dononius roſtra conſcendens impedire conatus eſt, his verbis: Quirites fræni injiciuntur vobis nullo modo tolerandi, conſtricti eſtis liberi aliàs, amaro vinculo ſervitutis; Lex data vos frugi eſſe jubet, abrogemus illud horrendæ vetuſtatis rubigine obſitum Imperium: Quid enim opus libertate ſi volentibus luxu perire non licet, unde natæ & ad poſteros transmiſſæ tot popinæ, ganeæ, tabernæ, ubì homines edacitate, ebrietate & libidine perduntur; tot ferculorum genera, tot obſoniorum condimenta, tot menſarum leges, ritus & cæremoniæ, ut Aſiotorum, Mileſiorum, Sybaritarum, Tarentinorum, item Sardanapali, Xerxis, Tiberii, Vitellii, Heliogabali, Galieni aliorumque veterum Helluonum opipara convivia, ſordida & ruſtica præ his videantur, in quibus nihil agi cenſetur, niſi adſit potus abundantia, quæ vel Herculem inebriet, qui eadem navi ſæpiùs vehebatur, & potabat, adſit quoque ciborum copia quæ Crotonienſem Milonem expleat & Aureliani Phagonem, quorum ille triginta panes una cœna præter aliquos cibos, abſumere ſolitus, alter uno die ante Aureliani Cæſaris menſam aprum integrum, centum panes, vervecem & porcellum devoravit, bibit autem in infundibulo plus orca, quæ in ruſticorum Bacchi orgiis hodie etiam factitari aliquando ſolent, in quibus omnia furore, cruore plena, ex quibus vix ſine cicatrice abitur, ut non adeò mirùm, quod Albinus in Gallia, centum perſica, denos pepones, quingentas ficus paſſas, trecentas oſtreas una cœna devorârit, & Maximus Imper. 40. libras carnis una die, & vini amphoram bibit, quæ continet 48. Sextarios; Geta etiam dapes per Alphabetum inferri juſſerit, ſeque triduanis epulis ingurgitârit; Leo Iſauricus ſomno vinoque ſepultus per tres dies mortuo ſimilis jacuerit, quem vivum Ariadne conjunx tumulo incluſit, & edormitâ in eo crapulâ nemine aperiente mortuus, ſicque ſepultus antequam mortuus fuit. Sicut autem non omnia convivia indiſtinctè inhibenda, ut quæ etiam amicitiæ & concordiæ vincula ſunt, ſine qua vita noſtra non tantùm mortua, ſed etiam beſtialis eſt, quæ Sal & Sol vitæ dicuntur; Ita luxum & exceſſum revocatis in uſum legibus ſumptuariis inhibendum, monent politici Klock. *de ærar. lib. 2. c. 59. n. 20.* quarum ll. meminit Chockier. *in fac. hiſtor, lib. 5. c. 15.* quibus noſtra tempeſtate etiam apud Gallos in coquos animadverſum, tradit *d. loc. num. 4. pag. 461.*

IV. Sunt alii artifices, qui amictui proſpi- 34
ciunt, Schönb. *c. 47.* Sartores dicti, qui tamen à confectione prohibitarum veſtium abſtinere debent, viris enim non licuit aureas ac ſericas paragandas portare, *l. 1. & 2. C. de veſtib. holoſer. lib. 11.* nec etiam purpuram *l. fin. C. Eod.* * Ad hos 35
etiam Sarcinatores & fullones ſpectant, de quibus in *l. fullo. in p. de Furt. ancillarum. in princ. Eod.* In aula Turcarum 400. Sartores, totidem fabros ferrarios, Janitzaros 500. pro aula purganda & vilibus miniſteriis 400. qui canes & Falcones curant, exiſtere refert Chock. *in fac. hiſt. Cent. 1. c. 33.*

Sed

Digitized by Google

36 Sed hjc magiſtratui curæ eſſe debet, ne quis ultra ſtatum competenti veſte utatur, promulgatis vel in uſum reductis legibus veſtiariis ex R. I. Auguſt. de Anno 1600. t. von Uberflüſſigkeit der Kleider / *Reform. Polit. Auguſt. de Anno* 1530. *tit.* von unordentlichen und köſtlichen Kleidern. & *An.* 1548. *eod. tit.* 9. *add Petr. Toloſ. lib.* 4. *de rep. c.* 10. Veſtium autem prima origo fuit poſt lapſum Adami cum primi parentes conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata *Geneſ.* 3. *v.* 7. Deinde fecit DEUS Adæ, & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos, *d. c.* 3. *v.* 21. ut hodie faciunt veſtes pellifices. Fulones etiam dicuntur, qui maculas ex pannis detergunt, *de quibus in l. æquiſſimum.* §. *fructuarius* §. *item. ſi dom. de uſuf. l. apud. Treb. de aqua plu. art.* vel etiam qui eas poliunt, & lavant, §. *fin. inſt. mand.* De Lanificio eſt text. *Proverb.* 31. *v.* 13. quæſivit lanam, & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum, quamvis Judæis non licuit uti veſte ex lana, & lino confecta: Quæri autem hic ſolet, an Lanificibus Textores lanarum præferendi? Pro negativa facit, quia lana non accedit tincturæ ſed tinctura lanæ, & ſic materia prima eſt dignior, cui tantum aliquod accidens, ſeu color advenia, *facit l. ſed ſi, l. quicquid. in fin. de atq. Dom.* §. *ſi tamen Inſt. de R. D. Chaſſ. in Cat. gl. m. p.* 11. *con.* 41. Hi pro Patrono habent S. Severum, qui in Lanificii functione exiſtens factus eſt Archiepiſcopus, *c. ſtatuimus* 8. *his omnibus. diſt.* 61.

Q. II. *An Sartores Agricolis præferendi?*

Pro negativa facit, quod DEUS Agriculturam jam ante ordinavit condendo hortum deliciarum, prout & ante Statuarius fecit faciendo hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſui, *Geneſ.* 1. & 2.

37 Sutores calceis, ocreis & ſimilibus conficiendis deſtinati ad quos etiam ſpectant Veteramentarii, qui veteres calceos reficiunt de quibus Martialis:

Dentibus antiquas ſolitus producere pelles.

Qualis Jureconſultus Alphenus fuiſſe perhibetur, de quo Horat. 1. *Satyr.* 9.

- - - - - - - *Alphenus, vafer omni*
Abjecto inſtrumento artis, clauſâque tabernâ
Sutor erat.

Horum patroni Criſpus & Criſpinus duo fratres, qui in urbe Sueſſionis arte Sutoria vixerunt Chriſti fidem ſimul docentes ſub Diocletiano Annu 304. capite plexi.

V. Proſpiciunt alii valetudini, Schönb. *cap.* 48, ut Pharmacopæi, de quib. *c.* 33. *act. n.* 2. Item Chyrurgicis miniſteriis occupati, barbitonſores, *de quibus Tiraqu. de nobil. c.* 34. *ſub n.* 59. Hiſce annis 454. Roma caruit, cum nec capita, nec barbæ tonderentur, eos autem Ticinius Mena ex Sicilia adduxit; magnaque fuit contentio Romæ, an admittendi eſſent cum magna eſſe videretur temeritas vitam hominis novaculæ comittere Guevar. *in horo. proœm. gen. n.* 25. licet eorum origo antiquiſſima ſit. Dalilam quidem hoc officio functam in Sampſonem volunt, ſed textu ſacro melius inſpecto apparet aliud, quod ſcilicet, cum Sampſon veritatem Dalilæ aperuiſſet, *Jud. c.* 17. *n.* 17. dicens ferrum nunquam aſcendit caput meum, &c. ipſa vocavit tonſorem & raſit ſeptem crines ejus *verſ.* 19. ſcil. per advocatum tonſorem, Dionyſius autem Syracuſanus barbam tonſori nunquam credidit, ſed filiæ parvulæ barbam illi tondebant, adultis verò eam non auſus committere, ipſe candenti carbone ſibi capillum adurabat, cauſam interrogatus reſpondit, Certus ſum fore nonnullos majus tonſori præmium daturos ut me vita privaret, quàm ego quod barbam tonderet, *Plin. l.* 7. *c.* 59, Scipionem autem Africanum & Auguſtum primos radi Romæ quotidie inſtituiſſe ait Guevar. *in horol. princ. proœm. gen. n.* 34. *ante fin.* Balneatores, *de his. v. l. nam ſalut.* §. *fin. de offic. præf. urb.* & *Klock. de ærar. lib.* 2. *c.* 12. 4. Capſarii, qui veſtes in balneis pro mercede cuſtodiunt, *l. nam ſalutem.* §. *fin. de offic. præf. urb.* quamvis hoc nomen etiam iis applicetur, qui puerorum libros ad Scholam portant, *l. ſi coll. Baniw de man. Vind.* 39. Obſtetrices, quæ curam gerunt mulierum prægnantium, & parturientium, *l.* 1. *de Ventre inſp.* Prout de Conſtantia Uxore Henrici V. (vel ſecundùm aliquos VI.) legitur, quæ ne ſuſpicio eſſet eam ut jam annoſam, uterum mentitam, partum marito ſuppoſuiſſe, in medio Panormitanæ Eccleſiæ veſt bulo, vel ut alii volunt in Græzi Apulei Urbe, tabernaculo extenſo ventre cuſtodito, adhibitis obſtetricibus & nulla matronarum excluſâ palam & populo ſpectante, Frider. II. Cæſarem menſe Decembr. enixa eſt, *Goloſ. ad l.* 1. §. 10. *ut:* §. *ff. de Ventre inſpic.* 38

Quæ

Quæ etiam ſi partum ſupponant alienum, capitis periculum ſubeunt, *l. 2. d. Carbon. ed.* Et his aliquando arbitrium defertur, an aliqua virgo ſit, *juxta Cujac. 17. obſ. 27.*

40 VI. Opificibus accenſentur circa ædificia occupati, *l. fin. de Jur. imm.* ut ſunt Fabri, Nautæ, Structores, Sculptores Ligni, lapidis, Tignarii, qui ligna dolant. Fuſores, Scandularii, qui ædes tegunt, *Dd. ad l. ferri 235. §. 1. de V. S.* Faber Lignarius apud Homerum, 5. *Illiad.* fuit Harmonidas, qui Paridi naves fabricavit, ut & Ulyſſes *lib. 23.* ſibi ſuum lectum conjugalem ipſe fabricavit, *lib. 23. Odyſſ.* primum autem navigiorum uſum à Sædiis, Floßen / originem duxiſſe non eſt improbabile, quorum inventione Dædalus & Icarus fugere volentes, ille evaſit hic ſubmerſus, & Icarus Icariis nomina fecit aquis, quæ cauſa fabulandi de confectis ab utroque alis, de quibus aliàs Poëta:

Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragibilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus nec timuit; præcipitem Africum
Decertantem aquilonibus.
Nec triſtes Hyades nec rabiem Noth.

Horat. 1. Carm. od. 3. Hujus navigii quidam veſtigiũ eſſe volunt, *in l. 1. §. 14. de flum.* ubi fit mentio jactum, quodq; ratis navigium ſit temerè factum & inconditum *V. Fritſchium de l. gratia vel ratium p. 99.* Phocenſes autem primos ex Græcis longis navibus

41 uſos tradit Herod. *in Clio p. 103.* * Faber ferrarius fuiſſe perhibetur Vulcanus, Demoſthenes quoque à patre Macheropius dictus fuit quaſi filius fabri gladiorum. Fabri aurarii in uſu Juris aurifices dicuntur, *l. ſcribit. ff. de aur. & arg. leg. l. 1. C. de Exec. Artorff. lib. 10. §. Item quæri ur. 4. I. de Locat.* Inauratores quoque & Bractiatores vocari ſolent, *in l. 1. C. de Excuſ. artif. lib. 10. Tiraq. de nob. c. 34. n. 42.* Adhæc ceu præcipua multa alia revocari poſſunt quorum in bene conſtitutis urbibus & communitatibus uſus eſſe ſolet, de quibus hoc obſervandum, cujuslibet nationis conſuetudinem & morem, an ars quædam vulgaris ſordida ac mechanica, vel liberalis ſit attendendum, *juxta Bartol. in l. 1. C. de dignit. lib. 10. Alciat. in l. mercés. de V. S.* ſed ceſſante particulari conſuetudine occurrit

42 Q. I. *An Ars pictoria mechanicis annumeranda ſit?*

Hanc olim tanto in precio fuiſſe conſtat, ut primum gradum liberalium artium obtineret, non minùs talis quam Poëſis juxta illud Flacii.

Pictoribus atque poëtis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Dd. ad §. ſi quis in aliena tabula pinxerit, per illum text. I. de Rer. diviſ. Eſt enim pictura poëſis tacens, & poëſis loquens, tam ſibi ſunt affines. Sicut enim poëtæ hiſtorias & fabulas fingunt omnium rerum imagines, lumen, ſplendorem, umbras, exprimunt; ita pictor in una imagine variato ſitu plures ſpecies intuentium oculis obfundit, pingit ignem, radios, lumen, tonitrua, fulmina, occaſum, auroram, crepuſculum, nebulas, hominumque affectus, ſenſus animi, ac ipſam pene vocem, & quæ non ac ſi ita eſſent, apparere facit. Ut de Zeuxe & Parrhaſio pictoribus conſtat, qui cum de artis prærogativa concertarent, & prior pinxiſſet puerum uvas ferentem, tantâ ſimilitudine, ut aves advolarent, alter velum picturâ expreſſiſſet, uterque veritatem imitans vel fingens, ut ille avium judicio tumens, poſtularet deducto velo oſtendi picturam, tandem agnito errore, coactus fuerit huic palmam deferre, quod hic Parrhaſius artificem, ille aves fefelliſſet, quin & avium cantus depicto Dracone cohibitos fuiſſe, tradit Plinius, ut & idem in Ludis Claudii ad picturam corvos ſimilitudine deceptos advolâſſe, *Plin. l. 35. c. 10. qui l. 7. c. 38.* refert Ariſtidi Thebani pictoris unam tabulam centum talentis Regem Attalum licitatum fuiſſe, *plura Vide apud eundem l. 35. c. 10. & 11.* Hinc & II. noſtræ pictores à muneribus perſonalibus excuſant, *l. 1. C. de Excuſ. artif. lib. 10.* Quod minus dubium in illis pictoribus, qui non lucri vel negociationis quæſtusve ſed animi gratiâ ut inſtar Polynoti eam exercent, *V. Tiraq. de nobil. c. 34. n. 1. & ſeq.* Quamvis in quibusdam locis, & in ſpecie Coloniæ, Pictores inſtar aliorum artificum ſuam propriam habeant tribum, in qua conveniunt. Romæ tempore M. Aurelii Imp. Diognetus in tabulâ ſex Impp. bonos & in altera totidem Tyrannos depinxiſſe legitur, Interque hos Neronem tanto artificio, ut ſenatus decreto combuſta fuerit pictura, quòd tam flagitioſæ vitæ hominem tam bella pictura indignum eſſe dicerent, tam ad vivum etiam expreſſo truce vultu ut horrorẽ intuentibus incuteret, & ſi ibi relinqueretur verendũ eſſet ne fari aliquando, acſi viveret, inciperet,

43 Q. II. *Quid de hiſtrionibus?*

Qui non minùs, ac pictores geſtus, actus, ſermones & ſenſus hominum, exprimere, res mente conceptas geſticulatione explicare, clare mores & effectus omnes repræſentare norunt, ut ſpectator hiſtrionem etiam nihil loquentem intelligere poſſit ſine interprete, qui tam aptè ſenem, puerum, mulierem, ſervum, ancillam, temulentum, iracundum, omniumque perſonarum differentias exhibent, ut etiam ex longinquo ſpectator non audiens vocem, aut non intelligens idioma exoticum, intelligat actionis argumentum; Ex quorum numero Roſcius Syllæ dictator clariſſimus fuiſſe perhibetur à Cicerone: Verum his Maſſilienſiis nullum aditum conceſſit, *Valerio teſt.* Viles eos judicant Canones *c. diffinimus. 4. q. 1. c. pro delectione. de Conſec. diſt.* 2. ideoque ab hac arte tanquam vili & ſordida clerici abſtinere jubentur ſub pœna, *c. 1. de vit. & hon. Cleric. in 6.* & tales. Goliardi & buffones vocantur, *ad d. c. maritum. diſt. 33. l. 2. §. ait. prætor. de his qui not. inf. l. ſi. qua c. de ſpectacul. lib.* 11. Idem de Pantomimis, archimimis, Ambubais, quos Cicero Aulædas vocat, idem de funambulis, præſtigiatoribus, quos Schænobates vocant, *Zas de his qui not. inf. n.* 4.

44 Q. III. *Quid de Tibicinibus, Citharœdis, Citharistis, Lyriſtis, qui in nuptiis, operam ſuam venalem habent?*

Non hic ſermo eſt de muſicâ ſive vocali, ſive inſtrumentali, quæ inter honeſtas & liberales diſciplinas omnium conſenſu collocatur, Jureconſulto adſtipulante *in l. Athletas poſt princ. de his, qui not. inf.* de quibus Horat.

Omnibus hoc vitium eſt cantoribus, inter amicos,
Ut nunquam inducant animum cantare rogati,
Injuſſi nunquam deſiſtant.

Ita tamen ut Principibus non conveniat, ſed ſatiùs ſit his canentibus aliis audiendi otium ſupereſſe: Nec enim Jupiter pulſat Cytharam, docta Pallas deteſtatur tibias: Apud Homerum pulſat Citharædus, præbent aures Alcyones & Ulyſſes. Apud Virgil. cantat Jopas, auſcultat Dido & Æneas. De iis tantum, qui ſolius quæſtus gratiâ hæc promiſcuè conducti exercent quæſtio eſt, de quibus Martial. *lib. 5. Epig.* 57.

Artes diſcere vult pecunioſas?
Fac, diſcat citharœdus aut choraules.

Ex his Arion Methymnæus ob hanc artem Periandro Regi Corinthiorum dilectiſſimus, cùm magnam pecuniarum vim collegiſſet, redire domum volens, nautarum inſidiis expoſitus, & in vitæ periculo conſtitutus, Delphinorum ope, qui muſica delectantur, liberatus legitur *apud Ovid. in Faſtis.* Hos autem viles eſſe, & fuiſſe olim, probat Tiraq. *de nobilit. cap. 34. n. 9.* Hoc addito, quòd ſi quis non publicè ſed inter privatos parietes animi vel infirmitatis aut melancholiæ pellendæ gratiâ vel alterius honeſtæ occaſionis causâ hanc artem exerceat, id ipſi non ſit dedecori, *Tiraq. d. c. 34. n. 18.* De Comædiis Academicis aliud dicendum *per tradita ſupra c. de Acad.*

Quid de Athletica? 45

Hos artem ludicram non exercere, ſed virtuis gratiâ certare, traditur *in l. Athletas ff. de his qui not. inf. facit l. 1. C. de Athlet. lib.* 12. quòd ſi tamen & hi operas ſuas locarent ad pugnandum, ſordidi habendi ſunt. *argt. l. 1. §. ſenatusconſ. de Poſtul. ad Coras. 2. miſc. 24. Alex. ab Alex. 3. gen. dier. 9. Cujac. ad l. 6. Excuſ.*

Quid de arte ſaltatoria? 46

Hæc muſicæ cohæret, puellis & amatoribus frequentiſſima, quæ diſcurſitationibus in medias ſæpe noctes, & ad lucem ſine ſatietate protrahitur, ubi ad lyræ tympanique ac tibiarum numeros, pedes componuntur, & inceſſus moderantur, ubi ſæpè matrona, ut ait Petrarcha, diu ſervatum decus perdit, ſæpè infelix virguncula diſcit, quod meliùs ignoraſſet, multarum fama pudorque perit, unde multæ domum redeunt impudicæ, plures ambiguæ, caſtior autem nulla: Græci ſaltationum principia, è cœlis Stellarum Syderumque greſſu & regreſſu, complexu & ordine tanquam harmonica quadam cœleſtium chorea cum ipſa mundi generatione prodiiſſe voluerunt, qua Bacchus Thyrrenos, Indos, & Lydos belliciſſimos populos devicerit, ita ut demum in Delo nulla ſacra peragerentur citra Saltationem, apud Romanos verò Sacerdotes Salii in honorem Martis ſaltabant, quàm ſapientiſſimus Socrates jam natu grandior diſcere non erubuit. Sed quicquid Græci ſenſerint, qui ſtupra, adulteria, parricidia, denique nullum non facinus in DEOS retulerunt authores; quicquid Ethnici in gentilitatis tenebris conſtituti exiſtimarint; nobis conſtat

ſtat ex ſacris Exercitium hoc non è cœlis natum, ſed à dæmonibus excogitatum in divinitatis injuriam, quando populus Iſraël erexit ſibi vitulum in deſerto, cui cum ſacrificâſſet, cæperunt edere, bibere, & poſtea ſurrexerunt ludere, & cantantes ſaltabant in chorum, quòd tamen ad moderatas choreas inhoneſtis nuptiis aliiſque privatis amicorum conventibus inſtitutas, minimè trahendum eſt, ſed de iis intelligendum, ubi inconditis geſtibus, monſtroſo pedum ſtrepitu, ad molles pulſationes, ad laſcivas cantilenas, ad obſcæna carmina, ludi regimine obducitur ſcelus, & quæ abſcondit natura, velavit modeſtia, ipsâ laſcivè nudantur. Hinc Tiberius Saltatores Româ expulit, vetuitq eam artem uſquam exerceri, *add. c. presbyt. 19. diſt. 34. & Eccleſ. 9.* ubi legitur: Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis, nec audias illam ne fortè pereas, *Alex. ab Al. genial. dier. l. 4. c. 10. & l. 2. c. 25. Tiraqu. de nobil. c. 34. n. 22. & ſ.* Demum morem patrium hac in re conſiderandum ut etiam in cæteris negotiis, concludit Tiraqu. *d. loc. n. 31*, cum enim *2. Reg. c. 6.* Davidem totis viribus ante arcam ſaltâſſe legatur, unde facilè infertur, rem ipſam per ſe non eſſe indecoram, ſi pro re nata & tempeſtivè ſaltetur, juxta illud *Eccl. 3.* Omnia tempus habent.

47 *Quid de Tabernariis, propinariis, quos Hoſpites publicos vocamus?*

Cicero in oratione pro Flacco inter viliſſimam fæcem civitatum hos recenſet, *pro quo facit text. l. humilem. C. de inceſt. nupt. l. 1. C. de natur. lib. Clem. 1. de Vit. & hon. Cler. c. nulli. 3. diſt. 34. l. fin. C. ſi mancip. ita ven. ne proſt. l. athletas. §. ait prætor. de his qui not. inf. junct. text. l. quæ adulteria. C. de adulter.* Tales tamen non cenſeatur, qui vinum ex ſuis vitibus natum vendunt, niſi ad ulteriora procedant etiam carnes aliaque edulia vendendo, prout Clericus talis, qui vinum ex ſuis prædiis collectum vendit, negotiari non cenſetur, nec tenetur inde ſolvere gabellas, *c. Ejiciens. diſt. 88. Dd. ad c. quanquam. de Cenſ. in 6* maximè ſi id per alium vendat, Tiraq. *de nobil. c. 27. n. 8.* & hinc dicitur *in d. l. quæ adulterium.* C. *de adult.* quod etiam honeſtæ fœminæ vinum in taberna vendi faciant, & ſi non aſſiſtunt, nec miniſtrant, nec cenſeantur viles, ſed & hic conſuetudinem locorum inſpiciendam ratio ſuadet, cùm id quod apud quoſdam vile eſt, apud alios honeſtum eſſe poſſit, *Dd. ad & per l. probrum. 41. de V. ſignif.*

Quid de equorum curruumque Vectoribus vel aurigis? 48

Hos infimæ ſortis & vilis precii homines eſſe oſtendit, *l. Athletas. de his qui not. inf. l. Tit. §. fin. ff. de act. Emp.*

Quid de Campſoribus? 49

Et hos inter viles leges reponunt, *l. ſi Cohortal. c. de Cohort. lib. 12.* Quamvis argentarii inter honeſtos collocentur, & à muneribus perſonalibus eximantur, *l. 1. C. de Excuſ. artif. lib. 10.* quorum à ſuperioribus differentiam tradit Alciat. *l. 4. diſp. c. 22.* & Auguſtus Cæſar avum argentarium habuit, quod ipſi tamen objecit Cicero *In fin. Epiſtol. ad Q. fratrem.*

Præter hæc in bene conſtitutis Civitatibus, 50 uſui eſſe ſolent Figuli, qui ollas coctiles & ſimilia vaſa parant, quorum Collegium Numa Pompilius Romæ, *Plinio teſte lib. 35. c. 12.* ex qua arte Samos, Arretium, Surrentum, Saguntum, Pergamum, Mutina, Rhegium, & alia loca, celebrantur, ut & hodie urbs Schardingen in Bavaria ſuperiore ad Oenum. Et Agathocles Siciliæ Rex patre figulo natus fuit, de quo Auſonius:

Fama eſt fictilibus cœnâſſe Agathoclea regem,
Atque abacum Samio ſæpè oneràſſe luto,
Quærenti cauſam reſpondit; Rex ego qui ſum
Sicaniæ, figulo ſum genitore ſatus.

Tiraqu. *de nobil. cap. 4. n. 8.* Et Paulus *ad Rom. 9.* comparat DEUM figulo, qui alia vaſa effingit ad honorem, alia ad contumeliam, quod ante ipſum factum *Eſaia, c. 45. Hierem. c. 18. Sap. 15. add c. incommutabilis. 22. q 4.*

Huc inſtitores mercium, de quibus *tot. t. de inſtit. act. l. ſi cohortalis. C. de Cohort. lib. 12.* 51

Venatio magnates maximè decet, ut animus exerceatur, vel etiam corpus, ut magis ad omnem 52 virtutem capeſſendam ſenſus reddantur idonei, de qua Tiraq. *de nobil. c. 31. n. 139.* cui Gallos & Germanos præ aliis ſtudere, text. eſt *in c. quorundam. diſt. 34.* propter Ferarum copiam, & ſylvarum amplitudinem: nam Sylvam Arduennam Galliæ maximam millibus paſſuum amplius quingentis in longitudinem patere, tradit Cæſar *Com. lib. 6.* quod tamen parum eſt, ſi cum ſylva Hercynia

Mmmm 2 Germa-

Digitized by Google

Germaniæ conferatur, cujus latitudinem 9. dierum, longitudinem ultra dies 60. & neminem ejus initium ſimul ac exitum ſimul noviſſe, ſcribit Cæſar. *d. lib.* 6. unde ſæpè contingit aberráſſe in venando magnos Principes, qui feras ſectantes pro voluptate dolorem ſunt conſecuti, ac licèt Divus
53 Hieronymus *in c. Eſau* 11 *diſt.* 86 dicat, * Eſau venator erat, quoniam peccator erat, & penitus non invenimus in Scripturis Sanctis Sanctum aliquem Venatorem: Tamen id de ea venatione accipiendum; quæ à divinis publicisquè, ad quæ tenemur, nos divertit. Sanctum enim Euſtachium, ſeu Placidum Venatorem ex Sylvæ & venationis occaſione divino miraculo evocatum ad Sanctitatem, legimus, apparente ei cervo inter cujus cornua crucis figura, audita voce hac: Placide, quid me perſequeris? qui Chriſti fide ſuſceptâ egregius martyr factus, gaudere potuit venationem ei occaſionem ſalutis fuiſſe: Sic & ex Venatione Henrici III. provectio ad Imperium nata eſt; Cum enim Lutpoldus Comes de Raſu Conradum II. fugiens, in tugurio Ruſtico ſe cum uxore abſcondiſſet, & uxor nocte viro abſente maſculum peperiſſet, eoque vagiente vox audita eſſet, O Imper. infans erit tibi gener & heres, territus Imp. famulis ſuis infantem occidi juſſit, qui tamen miſericordia ducti infantem ſub arbore abſconderunt, & cor leporis Imp. retulerunt, quem puerum Dux Sueviæ Hermannus in venatione reperit & adoptavit, eum adultum Imper. demum ſibi tradi petiit moribus imbuendum; Cùm autem ſuſpicaretur hunc eſſe juvenem, quem infantem occidi mandârat, volens fata illudere, literas juveni dedit (ut ajunt Uriæ) ad reginam perferendas hujus tenoris: Si tibi vita propria curæ eſt, receptis literis facias mox portatorem necari, qui nil mali ſuſpicatus, Spiram celerius venit, & ad Decanum Eccleſiæ Cathedralis divertit, eo dormiente, cùm Decanus curioſitate ductus literas reſignâſſet, abhorrens à tali facinore pro verbo occidi ſcripſit, filiam noſtram uxorem tradas, quod & Imperatrix feciſſe fertur, ad quæ ſtupens Imp. à Duce Hermanno didicit, filium hunc eſſe de Raſu. & placatus generum poſt ſe Imperatorem deſignavit. *Ut Vicent. Gallus, Gotfridus Viterbienſis & nonnulli alij ſcriptis tradunt.*
54 * Solet quidem in dubium vocari, an venatio Principibus commodum afferat, cùm experientia doceat, in venatores, canes, retia & plagas non modicum impendi, quod fabula Actæonis inſinuat, qui à propriis canibus laceratus legitur, quia in eos omnibus ſuis opibus abſumptis tandem periit. Arniſ. *de Jur. maj. min. c.* 5. *n.* 7. prout & hodie multi triplo aut quadruplo plus in eam impendunt, quàm inde lucri ferant, qui earum latratus, raucum cornuum ſonitum, venatorum confuſos clamores libentiùs, quàm muſicum concentum audiunt, & quorum nares quivis odor facilè offendit, canes autem malè olere non putant. Sed tamen, ſi moderatè inſtituatur, dubium non eſt, quin ærario quoque utilis ſit venatio menſis & aulis: Sic Romulus venatus legitur non voluptatis. ſed victûs gratiâ *V. Klock. de ærar. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 39. *Tiraq. de nobil. c.* 37. *n.* 146.

Piſcatio quoque venationis ſpecies, cùm ea 55
in multis pari paſſu ambulat, *l. item ſi.* 9. *§. aucupiorum.* 5. *de Uſufr.* Et per eam *in c. un.* 2. *feud* 56. vectigal intelligitur, quod ex piſcationibus in mari & fluminibus Fiſco præſtatur, *facit l.* 17. §. 1. *de V. S. Boc. de regal. c.* 3. *n.* 141. Hujus utilitas inde apparet, quòd ex piſcatione Carpionum in Ducatu Lotharingiæ tertio quoquo anno Ducem ſedecim Francorum millia percipere, tradit Petr. Bertius *in deſc. Lothar. p.* 159. Et Cato Uticenſis heres teſtamento Cuculli factus ex ejus piſcina piſces 49. millibus vendiderit, Klock. *de ærar. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 82. Ex una piſcatura halecum, (qui ex Arctoi maris latebris accedente vere commutatis ſedibus tanta multitudine in æſtiva contendunt palabundi, ut oppoſitis retibus impetus eorum ſiſti nequeat) in Hollandia quotannis unum millionem & quatuor centena ac ſeptuaginta millia confici, ait Klock. *de Contrib. c.* 1. *n.* 342. nec minorem quæſtum fieri ex Aſellorum & Salmonum captura, *add. eundem Klock. de ærar. l.* 2. *c.* 35. *n.* 9. De Piſcatoribus D. Hier. *in d. c. Eſau*, piſcatores invenimus Sanctos multos, *diſt.* 86.

Aucupii utilitas non levis colligitur ex mul- 56
titudine coturnicum, quas ventus à domino egrediens, abripuit de mari, & dimiſit in caſtra Iſraëlitarum, *Exod.* 16. *v.* 13. *n.* 11. *v.* 31. *Pſ.* 87. *v.* 26. & Hoſtienſi Epiſc. ex coturnicum aucupio millia nummorum aureorum plus quàm quotuor quotannis obvenire, teſtatur Zoaner. *de venat. ferar. n.* 23.

Digitized by Google

n. 23. Apicularum fructus mellis & ceræ Poloniæ magnum vectigal inferunt, Klock. *de arar. l.* 2. *c.* 7. *n.* 3.

57 De ſcopariis qui pavimenta ſcopis expurgant, *text. eſt. in l. inſtrumenta. de fundo Inſt.*

58 De Lecticariis, qui lecticam deferunt, *l. ſcire debemus §. ſtipulationem. de V.O.l. legatis ſerv. §.* 1. *&* 2. *l. ſervis. urban. §. Lecticarius de Leg.* 3. *l. quaſitum. §. Celſus, de fund. Inſtr.*

59 De Molitoribus, *d. l. quaſitum. §. Celſus. de Fund. inſtruct.*

60 De opilionibus, vel ovium cuſtodibus, *l. cùm quæreret. §. fin. de leg.* 3. *l. fundi. §. fin. de fund. inſt.* Talis fuit ante Maximus Roman Imp. & David Judæorum Rex: 1. *Reg.* 16.

61 Textores inter ſervos poſuit Jureconſ. *d. l. ſervis legatis. §. ſi unus de Leg.* 3. multos alios ſpeciatim videre licet apud Angelum Politianum.

62 VI. Agriculturâ nihil melius nec libero homine dignius cenſuit Cicero *in offic. & Horat. Epod. Ode* 2. *his verbis:*

Beatus ille, qui procul negotiis,
Ut priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis
Solutus omni fœnere.

Quæ nec Regibus pudenda viſa eſt: Si Romani conſules ex agricolis lecti, à quibus celeberrima Romæ agricolarum familia. Hortenſiorum ab horti ſtudio, Pilumni à Pilo convertendi frumentario inſtrumento, Fabii à Fabiis, Piſones à Piſis, Lentuli à Lente, Cicerones à Ciceribus, aliiſquè quæ ferebant maximè nata, Klock. *de arar. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 6. De ruſticis *Proverb.* 28. legitur: Qui operatur terram, repletur panibus. Et in Pſalm. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es bene tibi erit; Horum ſancta ruſticitas celebratur, *in c. ſancta.* 2. *q.* 7. *Nov. de defenſ. Civit.* Quamvis hodie mutatis rerum vicibus callidiores & verſutiores facti ſint ruſtici, quàm oppidani, mox etiam daturi progeniem vitioſiorem, quorum vanæ fraudes in heros ſuos, vicinos, emptores & Parochos ſæpiſſimè deprehenduntur, quos callidos ruſticos non ruri ſed Juri operam dediſſe, & hoc abuti ait Menoch. *de arbit. Jud. caſ.* 194. *Petrarch. de remed. utriusq. fortun. dial.* 59. *Bart. in l.* 1. *C. ſine Cenſu.* Quæ agricolis competant Privilegia *tradunt Dd. ad l.* 1. *C. de Agricol. & in ſpecie Renat. Choppen. in tract. de privil. ruſtic. Tiraqu. de nobil. c.* 2. *n.* 59. Agriculturæ autem voce non tantum conveniunt qui agros & vineas, ſed etiam ſylvas, nemora, lucos, ſaltus, ſaliceta, cibuſta, hortos, paſcua & omnia bona ruralia colunt. Huc bucolica & cura pecuaria, quæ non minùs quàm priora reip. conducunt, unde in Hollandia tanta butyri & caſei copia provenit, ut ex eo quod ad exteras regiones effertur, decies centena aureorum millia anno cogi referat ex Guiceid. Lanſius, *in orat. pro Germ. fol.* 57. Cùm Maximil. Imp. Oenipontum ingreſſus videret in curia hos verſus lapidi inciſos.

Als Adam hackt und Eva ſpan /
Wer war doch da ein Edelmann?

In hunc modum ſubjecit,

Ich bin ein Mann wie jedermann /
Nur daß mir GOtt die Ehre gann.

Id eſt:

Quando Adam fodiebat humum, ac Eva fila trahebat,
Quis vir tum clarus nobilitate fuit?
Rp. Sum reliquis par ipſe viris, mihi facit honorem,
Qui ſola terrarum torquet ab axe Deus.

Maj. dier. canic. p. 2. *col.* 6. *p.* 814.

Hortulani hic minimè omittendi: eſt enim horticultura agriculturæ pars; Agriculturæ no- 63
men generale eſt tradens rationem colendi omne ſolum, ad fruges, prata, ſylvas, hortos, villas, quarum uſus eſt vel ad pecorum educationem in ſtabulis, vel volucrum in caucis, vel piſcium in vivariis pertinens, *ut ſub n.* 62. *d.* Hortulana autem ſolius horticulturam & curam concernit, ad herbarum, fructuum & arborum proventum.
* Primus horti artifex Deus fuit, qui Paradiſum
in Eden plantatâ in eodem arborum frugiferâ ſerie 64
conſtruxit admirabilem, eique Adamum hortulanum præfecit, quem locum voluptatis ſacer textus vocat, *Geneſ.* 2. ut deliciis tantùm, nullis verò cœli perturbationibus ſubjectum, *S. Auguſtin. de Civ. Dei. l.* 3. *cap.* 18. Eden enim Hebraicum delicias ſignificat, in cujus medio fons prorumpens, in 4. naſcentia flumina diviſus, in Nilum ſcil. Gangen, Tigrim, Euphratem, quorum nomina partim jam mutata ſunt. Cujus loci aditus poſt peccatum homini interclusus.

cluſus eſt, Cherubin ac Angelorum præſidio conſtituto, nec cui carni vel ſpiritui aditus ejus pateat, qui Diluvio Univerſali inundatus non fuit (cum Adamo & Eva ejectis ille terræ non maledixerit DEUS) ſed in præcipuum beatitudinis terreſtris locum reſervarit, inquè eum aliquos induxit, ut Enoch. *Gen.* 5. *Eccl.* 44. ac poſteà Eliam & alios. *de q. V. D. Thom. in ſumm. part.* 1. *q.* 105. & *q.*
65 103. *item.* 2. *ſent.* 17. *q.* 4. * Hujus loci amænitatem, cùm humana ars fingere non poſſet, imitari ſaltem conata eſt, inventiquè ſemper fuêre omni ætate tempore & loco non ſolùm plebei ſed etiam Impp. & Principes, qui curæ & voluptatis ſuæ partem non minimam efformandis & excolendis hortis collocârunt; Inter quos præ multis Curioſiſſimus fuit Perſarum Rex Cyrus, qui cum Lyſandrum hoſpitem ſuum in ſignum benevolentiæ Sardibus ad hortum ſuum introduxiſſet, & Lyſander omnia curiosè luſtrans, admiratus herbarum florùmque pulchritudinem, varietatem & diſpoſitionem, magis ſuſpiceret artificem, qui hæc ita compoſuiſſet, reſpondit Cyrus: Hæc ſuis manibus confecta & ſeminata, magis admirante eo addidit; Diadema hoc juratus teſtor, nunquam me cùm rectè valeo, cibum capere, quam ad ſudorem usque me priùs exercuerim, modo bellicis, modo hortulanæ aut ruſticæ rei laboribus. Cujus factum hodie multos magnates imitari videmus, & æmulari, ut & alios humilioris ſortis homines, qui nullis ſumptibus parcunt, ut hortum habeant, feracem exquiſitarum ſtirpium, florum & arborum, quem adhibitis peritis hortulanis, ad ornatum & delicias, ad commodum etiam, uſus culinarios ſtudioſiſſimè elaborari faciunt: Nonnulli etiam exiguioris conditionis homines, cum patrimonii ſui gravi diſpendio, qui florem unicum exoticum nullo odore vel uſu ſolo aſpectu & novitate commendabilem, quiquè vix octo dierum ætatem ferre ſolet, 500. aut mille florenorum pre-
66 cio comparant. * Ii autem magis commendabiles horti ſunt quibus præter delitias & voluptates pariter emolumentum concomitatur partim in ſanos ad victum, partim ad infirmorum curam redundans, qua de re pulchrè Petrus Laurenb. in ſuo apparatu plantario & Georg. Viſcherus, &c. præter multos alios. Nihil ſanè herbarum utilitate magis commendari ſolet à Medicis, nec ullus morbus, nulla debilitas in humanis, cui non ex herbis antidota parentur ſalutaria: Sic Chelidonium viſui medetur, quam virtutem ab hominibus ignoratam, pateſcerunt volucres hirundines, & ab iis velut Magiſtris Medicorum ſchola didicit. Dictamum verò herbam ſalutarem vulneribus Cervi, *Plin. lib.* 8. *c.* 27. ut & Teſtudo Bubulam herbam contra ſerpentum morſum proficere, docuerunt, quæ perſequi hujus non eſt loci.

III. Judæorum etiam collegia olim permiſſa 67
fuiſſet, probat *l.* 16. *de Exuſ. tut. l.* 3. *§. fin. de decur. l. circumcidere ad l. corn. de ſic. Cujac.* 7. *lib.* 30. nec eos vetus Eccleſia rejecit, quia eorum converſionem ante finem mundi prædicat divina veritas, *Matth.* 24. illis verbis: Non præteribit generatio hæc donec omnia fiant, ideo tolerari poſſe dicuntur, ut tamen pacificè vivant, habitu à Chriſtianis utantur diverſo. *c. in nonnullis* 15. *de Juda.* & juxta Receſſ. Imp. *de An.* 1430. Sollen ſie einen gelben Ring am Rock oder Kappen tagen. *add. c. fin. de Judæis l.* 5. & 19. *C. de Epiſc. aud.* dein nec Chriſtianos ipſi habeant pro ſervis, *d. c Judæi.* 5. *c. multa.* 2. *c. ad hæc.* 8. *c etſi. l.* 3. *de Judæi.* nec præficiantur officiis publicis, *c. cum ſit nimis.* & *c. Ex. ſpeciali. d. t.* nec novas Synagogas extruant. *c.* 3. X. & *l. fin.* C. *Eod.* denique nec matrimonia cum Chriſtianis contrahant, *c. ſi quis Judæica. in pr.* 28. *q.* 1. *d. l.* 5. C. *de*
Jud. * Hoc tamen Jus recipiendi Judæos, *ex A.* 68
B. t. 9. & *Ordin. Polit. An.* 1548. & 77. *t.* 20. nemini competit niſi quæ regalia à Cæſare obtinet, aut ex ſpeciali privilegio Jus hoc habet, Schönb. 5. *c. polit.* 26. *Mager. de advoc. cap.* 8. *n.* 22. *lib.* 2. *decret. tit.* 1. *libri.* 5. *Cornel. à Reutlern. in Juriſt. Romano. Cathol. c.* 66. & *ſeq. Sixt. de regal. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 9. *Wehn. pract. obſerv. verbo.* Juden. *Reinck. de Reg. ſac. lib.* 2. *claſ.* 1. *cap.* 3. *n.* 14. *Rumelin.* A. B. *diſ.* 8. *concluſ.* 16. Unde hodie poteſtas recipiendi Judæos omnibus competit, qui jura territorialia & regalia habent, nec tantum Civitatibus Imperialibus, ſed etiam nobilibus, Wehn. *pract. obſ. verbo.* Juden. & *verbo* Bogten,

An autem licitè recipi poſſint, non imme- 69
ritò in dubium à multis vocatur: Pro negativa faciunt execrabilia eorum fænera & uſuræ, quibus Chriſtianorum ſanguinem exugere ſolent, horum ſecundùm diabolum infenſiſſimi hoſtes, qui pelle induti vulpina, lupina, crocodolina,

incau-

Digitized by Google

incautos adoriuntur, ineſcant, irretiunt, expilant, & quaſi devorant, & progeniem ſuam viperinam à primis incunabulis ad hoc ſimul aſſuefaciunt, *ut latiùs exaggerat Majol. dier. Canic. Tom. 3. coll. 1. pag. 44. & ſeq. v. c. poſt miſerabilem. 12. c. quanto. 18. X. c. ex parte de uſur. in 6.* II. propter blaſphemias, irriſiones & ignominioſas voces, quas in Chriſtum & noſtram Religionem ſpargunt & evomunt, *Majol. p. 13.* III. quòd conſtet à Judæis plurimas excitatas fuiſſe ſeditiones, qui Tempore Trajani totum orientem perturbârunt, ut in Ægypto, Cyrene & Cypro 40. millia hominum trucidata fuit, quorum rebellionem ejus Succeſſor, Severus quoque Imp. expertus eſt in Syriâ Adrian. quoque Duce ſeditionis interfecto, ex quo tumultu quinquies centena millia hominum perierunt. Ut proinde multis in locis Bavaria, Saxonia & Salisburg. ditione non tolerentur, ex Palatinatu, Ducatu Würtenbergico proſcripti ſint, imò nec hinc tranſire ſine ſalvo conductu ipſis liceat; Idem in multis Civitatibus Imper. receptum: Receptos quoque Judæos, ſæpiùs Urbe expulſos hiſtorici teſtantur ſub Carol. V. Anno 1348. cum ex fontibus per ipſos veneno infectis, peſtis orta diceretur per totam ferme Europam, flammis & ſuppliciis abſumpti ſunt, *Mager. de advoc. c. 8. n. 297.* Ann. 1306. ex Galliis ejecti, & duplo plures tunc interiêre, quàm ex Ægypto fuerant egreſſi, *Klock. de ærar. lib. 2. c. 62. n. 46.* Ferdin. Hiſpan. Rex. Anno 1492. ob uſuras immoderatas; 24000. Judæos Regno ejecit, Münſter. *in Coſmogr. lib. 2. c.*
70 *23.* * Prævaluit tamen ſententia, humanius eſſe, ut certis conditionibus tolerentur & recipiantur, hocquè bonâ conſcientia fieri poſſe docet Vaſq. *illuſt. q. c. 8. n. 12. Klock. de ærar. lib. 2. c. 62. Rumel. ad A. B.* per rationes partim ſup. allegatas, partim, quòd eos DEO lucrari poſſimus, *c. ad menſam. 11. q. 3. c. infideles. 23. q. 4.* Qui ſi nullam ſedem aut hoſpitium apud Chriſtianos habere poſſent, catervatim ad Turcam confugerent, prout aliquando olim ad centum millia Judæorum ad eum migrârunt, Turcico Imperatore hanc Chriſtianorum ſtoliditatem admirante, quod tantam multitudinem in ſui propriam perniciem expellerent, quos ad ſuum uſum ſervare, & mancipiorum loco ad præſtanda ſervitia deſtinare potuiſſent, qui inſuper ad Turcas varia artificia & perfectiorem uſum machinarum bellicarum attulerunt, quibus ante barbara gens deſtituta, nunc nos oppugnare didicit, Mager. *de advoc. cap. 8. n. 249. Majol. dier. canic. tom. 3. coll. 1. p. 99.* Accedit *text. c. ſicut. §. fin. X. de Jud.* qui Judæos vel perſonaliter vel in bonis offendi vetat. Becht. *de ſec. concl. 92.*

Q. *An Judæi Chriſtianorum ſint mancipia, & pro talibus habendi?* 71

Neg. I. quia poſſunt propria poſſidere, cum Chriſtianis contrahere, & tam inter vivos, quàm teſtamento diſponere, *fac. c. miſerabilem. & c. quanto magis, X. de Uſur.* imò quòd Cives Romani ſint, & dicantur de illo populo, ubi degunt, docet *Trentacinquius. 1. var. reſol. Reſ. 3.* quamvis perpetuâ notati ſint infamiâ, *Auth. Gazaros. C. de hæret.* nebulones nequiſſimi, & perditiſſimi, qui ut verbis *Jeremiæ* 9. utar; In ore ſuo nobiſcum loquuntur pacem, & interim occultè nobis ſtruunt inſidias, ut deteſtandum ſit, quòd multi tam ſummi, quàm infimi ordinis viri faſcinationibus eorum dementati, eos in conſultationum reconditarum intimos receſſus, ut plurimum in præſentiſſimam fortunarum ſuarum perniciem adſciſcant, quibus illud Pſalmiſtæ objici poteſt: Cùm videbas furem, currebas cum eo; Quæ tamen Judæorum infamia facti eſt, ut proinde portæ dignitatum ipſis non pateant, *l. fin. C. de Judæ. c. 16. X. Eod.* hinc nec Juris, nec medicinæ Doctores, nec Chriſtianorum magiſtratus creari poſſunt, nec ipſis Juriſd. à magiſtratu Chriſtiano committi poteſt, Covar. *in Clem. furioſus. p. 1. §. 2. n. 8. concl. 6.* II. Servi non habent perſonam ſtandi in judicio, at Judæi in judicio actiones movent & excipiunt, *l. 8. C. de Judæ.* III. Inter ſervos non eſt matrimonium ſed contubernium, *l. 3 C. de Inceſt. nupt.* nec liberi ex eorum conjunctione ſuſcepti in poteſtate ſunt parentum, Judæi autem juſtas nuptias contrahunt, & liberos in poteſtate habent, *c. fin. ubi Panorm. n. 3. X. de Converſ. inf.* Nec obſt. *c. Etſi X. de Judæis.* ubi dicitur, quòd propria culpa Judæos perpetuæ Chriſtianorum ſervituti ſubjecerit, unde ex mera gratia dicuntur à Chriſtianis foveri, *§. c. Etſi. c. Judæi. de Teſtib.* Reſp. hæc de ſubjectione Politicâ intelligi, quo reſpectu ſervi Fiſci ſeu Cameræ Imperii dicuntur, unde debent Cæſari Imperium auſpicaturo, eine Cronen/Steuer.

Prout

Prout & veteri inſtituto Judæos Imperialis Cameræ ſervos & mancipiorum conditione Fiſco Cæſareo ſubditos fuiſſe, tradit Freher. *in not. ad Pet. de Andl. c. 8. n. 191.* Idque Jus à Cæſare quodam dum Wormatiæ reſideret, aulæ ſuæ Camerario datum, quod hodie ejus poſteri una cum gentilitio nomine Camerarii Wormatienſis de Dalburg obtinent; Duces quoque Bavariæ Judæos Cameræ ſuæ ſervos olim vocabant. *Hundio teſt. in annal. Salisburg. ubi de Epiſcop. Ratisbon. agit. fol. 215.* qui Ratisbonæ, cum civibus oneroſi eſſent, occaſione vacantis ex obitu Cæſaris Maximiliani Imperii urbe à civibus expulſi ſunt, in locum Synagogæ deſtructæ ædificata ædicula in honorem B. Virginis; Beſold. *ex Hund. in Theſauro. verbo* Juden.

72 Q. II. *An Judæi inviti ad Chriſtianam religionem armis exterioribus cogendi ſint?*

Quod Neg. cum D. Thoma licèt enim Chriſtiani deviantes ab orthodoxa religione præter cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas pœnæ ſæculari etiam ſubjaceant, adeoque cum gladio ſpirituali etiam temporalis in eos ſtringatur, diverſa tamen eſt ratio, qui enim ſemel fidem profeſſi ſunt, ſi abnegant, cogi poſſunt, ut ad ſemitam redeant, ſecus qui eam nunquam ſuſceperunt, & compertum eſt, licèt multi Principes clauſis Judæorum Synagogis, edictis & armis eorum exercitia ſcandaloſa abrogarint, eoſque ad fidem adegerint, aſſequi tamen nequiverint, ut animum impietatis & ſuperſtitionis plenum deponerent, quamvis ſe depoſuiſſe ſimulaſſent. Sic Ratisbonenſes inviti Baptizati ſub Henrico V. Imper. ad Judaiſmum relapſi ſunt circa annum 1068. *teſte Crantz. lib. 5. c. 14.* Judæi, qui in Hiſpania inviti baptizati erant Anno 694. non ſolùm Chriſtianiſmum deſeruerunt, ſed etiam contra Regem regnumque conſpirârunt, quæ omnia evitare tutiùs eſt, quàm tot periculis & difficultatibus certò imminentibus rempubl. exponere.

73 Q. III. *An Judæi Jure Romano uti, & ſecundùm illud judicari debeant?*

Non deſunt, qui tunc Judæos ad Juris noſtri obſervantiam adſtringi putent, quando Jus Moſaicum per Civile non eſt abrogatum, alias Jure Moſaico judicandi ſint, maximè quando inter ſe ipſos non cum Chriſtianis litigant; Sed erronea hæc opinio refellitur, *per l. 7. & 8. C. de Judæis,* ubi morem ſuum in conjunctionibus Judæi retinere prohibentur; Et hoc ipſa ratio dictat; Cùm enim Magiſtratui Chriſtiano ipſi ſubſint, ejus etiam legibus parere debeat, maximè cùm leges Moſaicæ & Politicæ, Politiâ eorum eversâ, Chriſtianum magiſtratum non obligent *per ea quæ tradit Gregor. de Valent. in 1. 2. D. Thom. tom. 2. diſp. 7. q. 7. punct. 7. Covar. 2. Var. reſol. 1. c. 17. in princ.*

Q. IV. *Quid ſi Judæus vel Turca mulierem Chriſtianam pro concubina habuit, eamque ad fidem Chriſti converſus in uxorem ducat, an filii in concubinatu geniti, legitimabuntur?* 74

Neg. Hoſtienſis hâc ratione, quia tempore concept. & nativitatis non poterat eſſe inter Chriſtianam & infidelem matrimonium, *c. cave. 15. 28. q. 1. Bellarm. de matrim. lib. 1. c. 21. l. ne quis 5. C. de Judæis.* Alii diſtinguunt aut talis coitus apud Judæos vel Turcas non erit reprobatus, & tunc proles ſecuto baptiſmo & matrimonio erit legitima, aliâs ſecus, *fac c. tanta X. qui fil. ſint leg.* Foſterus tamen *de ſucceſſ. lib. 6. c. 24. n. 15.* indiſtinctè legitimationi favendum cenſet.

Q. V. *An converſio à Judaiſmo ad fidem Chriſti, patriam poteſtatem tollat?* 75

Licèt Judæi non minùs liberos ſuos in poteſtate habeant, quàm Chriſtiani *c. fin. X. de Converſ. inf. Vivius Com. opin. lib. 2. opin. 150.* Liberi tamen eorum ad Chriſtianiſmum converſi patribus in Judaiſmo manentibus patria poteſtate eximuntur, foret enim inconveniens Judæis in Chriſtianos hoc Jus competere, qui ne quidem poteſtatem dominicam in ſervos Chriſtianos habere poſſunt, *t. t. C. ne Chriſtian. manc. Intrigl. de ſubſtit. Cent. 1. q. 66. n. 28.* Quod ſi autem pater ad fidem convertatur, ſive liberi convertantur, ſive in Judaiſmo maneant, in poteſtate patria perſeverant, cùm dicta ratio hic deficiat, nec per converſionem patris debeat ejuſdem conditio fieri deterior: Hinc ob periculum ſeductionis, quod liberis illis baptizatis à patre infideli imminet, in Concil. Tolet. 4. *c. Judæorum. 28. q. 1.* decretum eſt, hoſce, ne parentum rurſus involvantur erroribus, ab eorum conſortio ſeparandos, deputandos aut Monaſteriis, aut Chriſtianis viris, vel mulieribus, ut ſub eorum converſatione cultum DEI diſcant. Quin & omnis converſatio cum Judæis, ad fidem converſis &

Digitized by Google

ſis & baptizatis ſub gravi pœna interdicitur, *c. ſæpè 28. q. 1.* Pari ratione, quando pater eſt hæreticus, filius verò ad veram fidem converſus, hic nexus patriæ poteſtatis ſolvitur, ſalvis ei manentibus Succeſſionis tam teſtamentariæ, quàm legitimæ Juribus, *Intrigl. de Subſt. d. q. 66. n. 26. Nov. 115. c. 3. §. Si quis de prædictis. 14.*

76 Q. *An autem Judæus Baptizatus propter delictum in Judaiſmo commiſſum adhuc puniendus?*

Affirm. probatur, quia per Baptiſmum non corporalis ſed ſpiritualis pœna elicitur, *Spreng. in Juriſpr. publ. c. 264.* quamvis ſi verè pœniteat, ei præterita condonari ſoleant, ut alii hoc modo ad Chriſtianiſmum incitentur, *fac. c. ad abolendam. de Hæret.*

77 Sed an in bene conſtituta Republ. magiſtratus Judæos ad medicinæ praxin legitime admittet? Videtur quidem ars liberalis eſſe medicina adeoque eos admittendos prout Salomon à Rege Tyri infideli magiſtros operum ad cædenda ligna expetiit, quod nec videtur Judæis denegandum ut eorum opera utamur, dummodo prælationem non accipiant ſuper fideles: Verum id contra diſtricte prohibuit Gregor. XIII. Pap. Paul. IV. Pius V. & alij.

Sunt enim ex patre Diabolo Matth. 23. Sepulchra dealbata, Serpentes & genimina viperarum, quorum avi & majores odium in Chriſtum expleverunt, idem poſteri in Chriſtianos exercere quærunt, quare omnes merito ſuſpecti ſunt, ſicut autem ſuſpecto Judice ita etiam medico uti periculoſum *l. 16. C. de Judic.* nec enim ita piſces aquam quàm Judæi ſanguinem Chriſtianum ſitiunt Præter omnes Calamitates quas Judæos rebusp. & regnis attuliſſe conſtat ex Baron. *Tom. 1.* ad Ann. Chriſti 581. & alios de Joanne Pfefferhorn Judæo traditur quod aſſumpta perſona medici pro medicamento venena porrexerit pro expectata ſalute repentinum funus, ſed non diu iſtam Carnificinam permiſit DEUS dum hæc in quæſtione palam confeſſus eſt, qui etiam Judæis ſociis jurarat ſi unum Chriſtianum curaſſet loco ejus ſe 15. vita privaſſe, qui ſupplicio affectus eſt Hallis oppido Diœceſis Magdeburgenſis Anno 1514. Majol. *tom. 3. Canic. Coll. 1.* Sic Carol. Calvum Zedechias Judæus Medicus veneno ſuſtulit & Bajazethen II. Turc. Imper. filius Zelymus Hammon, Judæi Medici Uſtrachim opera interfecit, unde Horat. Turſel. in Epitom. hiſt. infert quam tuto Chriſtianorum ſalus Judæis Medicis credatur, qui ab hoc ab incunabulis nutriuntur, & in quibus cum ætate in Chriſtianos odium creſcit & invidia de quibus Juvenal. *Satyr. 14.*

Mox & præputia ponunt
Romanas autem ſoliti contemnere leges
Judaicum addiſcunt, ſervant & metuunt Jus
Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes.

Frequentant quidem templum pectus tundentes ſed hypocryſis hæc eſt ut videantur ſancti, ſed ſunt:

Mercede colentes
Non pietate DEUM, falſa ſub imagine recti
Decipiunt ſtolidos ac religionis in umbra
Mille actus vetitos & mille piacula condunt,
Hos fuge, peſtis enim nulla hac immanior, hi ſunt
Fex hominum, fons ſtultitiæ, ſentina malorum
Agmina ſunt ſub pelle lupi.

Ac licèt Baſilius Magnus Amphilochio teſte Joſephi Judæi Medici opera ſit uſus, tamen id ex ſingulari revelatione accidit, quia præſciverat illum tandem S. Baptiſma conſecuturum; pro quo D. Baſilius vitæ prolongationem petiit ideo ut eum in fidei Chriſtianæ negocio informaret qui parvum tempus non ſufficiebat, nam & S. Vincentius Dominicanus ex 70000. infidelium ad Chriſti fidem converſis tantum laudis non comparavit ſibi nec tantum laboris adhibuit, quantum ex illis de 5. Judæis converſis: quibus accedit eorum in fide ſemel ſuſcepta inconſtantia, quam teſtatum faciunt Coloniæ ante Eccleſiam Parochialem S. Pauli in ingreſſu ad immunitatem Collegii Andreatici ejusve immunitates duæ ſtatuæ æreæ inque unius manibus cattus & mus, in alterius canis & lepus memoratur eſſe monimentum Judæi ad fidem converſi, qui moriens dixerit fidendum eſſe tantum ſinceritati converſorum Judæorum quantum concordiæ iſtorum animalium, uti Mollerus *lib. 4.* de Rheno An. 1520. carminice memorat quod extat apud Gelen. *in Colon. Claudia lib. 3. Syntag. 27. p. 422*

Eſt quidem liberalis ars medicina tamen ejus exercitium & profeſſio etiam hominem ſincerum, probum, fidelem, requirit & honorum capacem

cem quæ omnia in Judæis deficiunt, in aliis actibus quidem mechanicis ſecus ſi non inde fidelium ſubverſio timetur, at medicina ſuperioritatem aliquam civilem politicam voluntate patientis medico tribuit, cujus imperio ſe ſubmittit, quæ in Chriſtianos Judæis non eſt permittenda. Ideo apud Romanos medici, teſte Seneca de Fato *lib.* 7. Impp. vocabantur, quorum conſilia mandata & imperia erant, *Aulus Gell. noct. Att. lib. 1. ut tradit Michaël. Beudevvin. in Ventilabrio Medico: Theolog. part. 2. q. 9. pag. 341. & ſequ.*

CAPUT XL. & ULTIMUM.

De Comitiis Imperialibus, Provincialibus & aliis conventibus.

S U M M A R I A.

1. *Comitiorum utilitas.*
2. *Unde hoc nomen deſcendat?*
3. *De eorum origine.*
4. *Diviſio.*
5. *Convocatio reſervatum eſt Imp.*
6. *Olim omnino libera Cæſaribus.*
7. *Quando & cur libertas reſtricta?*
8. *Hodie EE. conſenſu opus.*
9. *An etiam Regis Bohemiæ?*
10. *Quid ſi neceſſitas convocationem non patiatur?*
11. *An Rex Rom. ea indicere poſſit?*
12. *Quid ſi Imper. abſens alteri vices demandarit?*
13. *An Vicariis jus indicendi competat?*
14. *An ab his poſterioribus etiam EE. conſenſus exquirendus?*
15. *De Loco Comitiorum olim uſitatis.*
16. *Quid hodie obtineat, cùm certa limitatione.*
17. *An in Bohemiam ſtatus Imp. evocari poſſint?*
18. *Ad exempla quædam Reſpondetur.*
19. *An præcisè in Imper. Civitate habenda ſint Comitia?*
20. *An ad loci deſignationem EE. conſenſu opus?*
21. *An Cæſar pro arbitrio Comitia de loco in locum transferre poſſit.*
22. *Qui ad Comitia vocentur?*
23. *An Rex Bohemiæ?*
24. *An privilegium cenſeatur, quòd Rex Bohemiæ Comitiis non interſit?*
25. *An extori ad Comitia vocandi?*
26. *An Rex Hungariæ?*
27. *An fœderati Belgæ?*
28. *An Principes Italiæ?*
29. *An Princeps plures habens ditiones ſingularum nomine vocandus?*
30. *Quid ſi Princeps plures reliquit liberos?*
31. *Quid ſi Princeps ex ignobili conjuge filium procreárit?*
32. *Quandoque non ſtatus vocari.*
33. *De modo convocandi.*
34. *An cauſa inferenda?*
35. *An vocatio imperative fiat?*
36. *Elect. cur nepotes ſalutentur?*
37. *Comparatio ſtatuum.*
38. *Pœna non comparentium.*
39. *Cauſa abſentiæ an alleganda & qualis?*
40. *Conſilium pro vocatis.*
41. *Comitatus venientium qualis?*
42. *Comparitio fit ſumptu comparentis.*
43. *De legati prudentia & qualitate.*
44. *An ſi major pars emanet, ad propoſitionem.*
45. *An quis ad perſonalem comparationem arctari poſſit?*
46. *Comparentibus quid incumbat?*
47. *Cautela circa legatos.*
48. *An civitatis Imp. legati etiam mandato egeant?*

49. *An*

Digitized by Google

49. *An Status, qui nec comparent, nec legatos mittant, vota ſua ſcripto tranſmittere poſſint, eorumque habenda ſit ratio?*
50. *De officio Mareſchalli, ubi & Familiæ Pappenhemiæ antiquitas.*
51. *Aſſignatio manſionum.*
52. *Differentia inter Mareſchall. & civitates.*
53. *An nuncius civitatis, quæ non eſt ſtatus adveniens, ſe inſinuabit apud Mareſchallum?*
54. *Mareſchalli Juriſdictio.*
55. *Jus convocandi ſtatus.*
56. *Cauſa exprimenda.*
57. *Cura circa Annonam.*
58. *Et circa ſeſſiones.*
59. *Uti & Vigilias.*
60. *Officium Vice M. hereditarium.*
61. *De propoſitionis antecedentibus.*
62. *Propoſitio ſæpe per alios facta.*
63. *Seſſio tempore propoſitionis ubi Schema de anno 1663. Præſidente Archiepiſc. Salisburg.*
64. *In Comitiis 1663. Comitis de Wolckenſtein præfatio.*
65. *Archiep. Salisb. exhortatio ad ſtatus.*
66. *Cancell. Moguntini ſermo.*
67. *Aſſignatio horæ ad conſultandum.*
68. *Directorium cui incumbat?*
69. *Vota quæ viritim fiant & non fiant.*
70. *In civitatibus ſingulæ votum habent, ex quibus fit unum.*
71. *Ordo conſultandi.*
72. *De modo agendi.*
73. *Statuum paria & diſparia.*
74. *An ſtandum majoribus?*
75. *Exceptio quorundam.*
76. *An ſaniora attendenda?*
77. *An vota eminentioris ordinis?*
78. *Quæ Cæſaris & quæ ſtatuum partes?*
79. *An feminis ad Imper. & alter ad ſtatus ſpectet?*
80. *Alterum ſententia diſcrepans.*
81. *Quid ſi collecta omnia diſcrepent?*
82. *An Cæſar dirimet?*
83. *De receſſu Imp. formando.*
84. *Modus ſignandi.*
85. *De diſſentientium proteſtatione.*
86. *Munera miniſtris dari ſolita.*
87. *De conventu Electorali.*
88. *Collegiali.*
89. *Circulari.*
90. *De circulorum Capitaneo.*
91. *Conventu deputatorum.*
92. *Viſitatorum Cameræ.*
93. *Diætis Provincialibus.*
94. *Modus procedendi in his.*
95. *Modus procedendi in diatis Colonienſis electoralibus.*
96. *In his ſingulare quod primo referant inferiores & conſequenter ad ſuperiores ſtatus ipſumque Princ. Elect.*
97. *Q. 1. An comparitio in conventu hoc poſſeſſionem ſuperioritatis inducat?*
98. *An idem ſtatus Provincialis & Imperii eſſe poſſit?*
99. *Status an proprio ſumptu ad diatas comparere debent?*
100. *Princeps an conventum indicere poſſit extra territorium?*
101. *Status an in perſona comparere debeant?*
102. *Forma ad praxin applicata.*
103. *Reverſales dari ſolent.*
104. *An iis Princeps obligetur?*
105. *Exceptio à regula.*
106. *An obligent ſucceſſorem?*
107. *Concluſio operis.*

1 QUia non minimum conſervandi & augendi Imperii præſidium in fideli conſiliorum communicatione, & virium ſimultanea conjunctione conſiſtit, *Ant. Guevar. in horol. princ. lib. 3. c. 14. & 43. n. 194.* Quæ fiunt in Comitiis Univerſalibus, in quibus vaſtum & univerſum Imperii corpus caput & membra concurrunt, de Comitiis ad extremum a-
2 gendum. * I. Ad nomen & originem Comitiorum quod attinet, ſciendum, Comitia vel à coëundo vel comeando dicta, quia ad ea ex diverſis orbis Romani partibus plures coëunt, vel comeant, & ex pluribus animi motibus in eandem ſententiam deſcendunt, *Paurm. de juriſd. cap. 2. in princ. facit l. 1. §. 3. de pact.* Vox hæc quidem ante tempora Maximil. I. non reperitur uſurpata, ſed à tempore tranſlati in Carol. M. & Germanos Imperii usque ad Maxim. Curiæ nomen, congrega-

 tionis

tionis Reichs-Verſamlung / conſilii Imperialis
conventus & diætæ in uſu fuerunt, *ut ex Eginhardo*,
qui Carol. M. acta ſcripſit, *palam eſt*, quod Curiæ
ſolennes di[ff]erentur, ideo fortè quod ibi curas pu-
blicas agerent, vel publica curarent proceres; ſic
in Curiis Norinberg. & Metenſi legitur lata A. B.
Carol. IV. *c. 12. §. 1. & cap. 24. de ſeſſ. Elect. Arum.
ac Com. c. 1. n. 31.* Diætas dici ſolitas ex illo Ca-
rol. V. feſtivo dicto colligitur: Diæta diætam pa-
rit, & cum ſit generis fœminini, filia ſuffocat Ma-
3 trem, *Æn Sylv. lib. 1. Epiſt. 29.* * Ut ne quid
antiquitatis ignoretur, *ex dicto Imp. in princ. de
Teſt. ord.* rem ipſam ab ovo repetendo ſciendum,
uſum rei antiquiſſimum etiam in veteri lege cog-
nitum fuiſſe, *Num.* 10. *Joſue* 23. *&* 24. *Mach.* 14.
v. 44. *Paralip.* 16. *n.* 3. 2. *Heiſter.* 9. *& alibi paſſim.*
Stante etiam repub. veteri Rom. calata habita fue-
runt vel centuriata Comitia; Calata quia populus
Rom. ad ea calabatur, vel convocabatur, per tu-
bam vel cornua, *Dd. ad §. 1. de teſt. ord.* (prout
ante Deus Moyſi dato Imperio in populum duas
tubas argenteas ad eundem congregandum, &
4 movenda caſtra tribuerat, *num.* 19.) * Centuria-
ta verò quod populus per centurias diviſus ſuffra-
gia ferebat: Cum ipſis Romæ incunabulis in Sta-
tu libero Jus quidem hoc ita apud populum fuit,
ut Romulus, cum leges dare vellet & formare,
recte reip. omnem multitudinem convocaret; Au-
cto tamen populo cum difficulter omnes conveni-
re poſſent in tanta multitudine, *l. 2. §. deinde 9. de
O. I.* populus in triginta partes ſive curias diviſus,
l. 2. §. 2. de O. I. unde leges curiatæ dictæ, *d. §.* 2.
quod jus ſub Regibus dein continuatum eſt. Cæ-
ſar primus jus hoc cum populo diviſit, *Sueton. c.* 21.
Tiberius omne jus ſibi & ſenatui aſſumpſit, exclu-
ſo populo, quod fruſtra reſtituere tentavit Cali-
gula; *Sueton. cap. 16. add. Gruchum. de Rom. Com.*
Quomodo uſi fuerint in condendis ll. univerſali-
bus Impp. Theod. & Valentin. *tradit l. humanum.
8. de ll.* Quo Auguſtus Imp. *V. princ. l. de Codecil.*
5 *Greg. Toloſ. lib. 23. de rep. c. 4. n. 2. & ſeq.* * II.
Sicut autem Concilia Eccleſiaſtica alia univerſalia
ſunt, alia Provincialia, alia Epiſcopalia. Primi
generis œcumenica quatuor principaliter cele-
brantur, Nicænum, Conſtantinopol. Epheſinum,
Chalcedonenſe, quæ ut ſacras ſcripturas reſpici-
enda ſtatuit Imp. *in nov. Eccl. de titul.* 131. *cap.* 1.
quibus noviſſime ſæculo priori Concil. Trident.
acceſſit, *V. Covar. 4. var. 4. reſol. c.* 25. Provin-
cialia, quæ inter Epiſcopos, Abbates & Clericos
ejusdem Provinciæ inſtituuntur, olim, annuè *c.* 6.
p. diſt. 15. hodie ſaltem triennio ex præſcripto
Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de c. 1. de reform.* Epiſcopalia
verò ſeu diœceſana, quæ ab Epiſcopis inter ſuæ
diœceſis Abbates & Clericos quotannis habentur,
c. in annis diſt. 18. ex quibus univerſalia omnes li-
gant Chriſtianos *c. 1. §. 1. d. diſt. 15. c. 5. & 7. q. 1.*
Provincialia verò & Epiſcopalia tantum ſubditos
quamdiu in loco ſunt. Ita plane idem de Comi-
tiis dicendum: Ad univerſalia omnes Imperii Sta-
tus ad particularia non æquè convocantur, de iſtis
prius, de his in fine dicetur. Illa communiter
longiora, ob materiæ tractandæ difficultatem &
intereſſentium multitudinem hæc breviora eſſe
ſolent. Unde ea quidam Legatus Turcicus teſtu-
dini comparavit, cum ejus ſervitio adjunctus eſſet
à Rege Catholico Citharædus teſtudinem tangens
qui plurimum temporis in fidibus conſonandis im-
pendens, cum ludere inciperet, fides rumpeban-
tur; Prout autem Legati cubiculario æthiope
cum cheli duarum chordarum & diu ſine corrup-
tione fidium ludente, ipſe intulit; Ita tarde con-
veniunt, & mox ſine fructu recedunt Chriſtiani,
aliter Turcæ, *in quam ſententiam vid. Gold. Polit.
pag. 19. de Comit. Imper.* * Comitia univerſalia
communiter dicuntur conventus ordinum autho-
ritate Imperatoris cum Elector. conſenſu indicti.
Unde colligitur eorum convocationem Imp. re-
ſervatam; ut ſine ejus conceſſione etiam prætex-
tu publicæ ſalutis ſic convenire non liceat, *l. 1. de
Colleg. Conventicu'a C. de Epiſc. & Cler.* Sic man-
dato DEI Moyſes populum congregavit, *Num.*
20. *v.* 8. *&* 10. cumque Core, Datan & Abiron
citati à Moyſe venire contemnerent. dicentes non
venimus, eosdem terra abſorbuit; *Num.* 16. *v.* 13.
Sic omnem Iſraël convocavit Joſue *Joſ. cap.* 23. *v.* 2.
De Simeone ſtatuitur ne liceat conventum convo-
care ſine illo in regione. *Mach. cap.* 14. *verſ.* 44.
Prout & hodie Gall. Hiſp. Reges ut peculiare do-
minationis ſignum ſibi hanc poteſtatem in ſuis re-
gnis aſſerunt, *Toloſ. lib. 24. c. 5. num. 3. de republ.*
* III. Et quidem ſi priorum Impp. Carol. Magn. 6
ejusque ſucceſſorum antiqua tempora reſpiciamus,
ſatis conſtat, hanc convocandi poteſtatem nullis
vinculis

vinculis conſtrictam fuiſſe, ſed Imp. ſtatus ſuos & proceres convocaſſe ſine requiſito ullo conſenſu alieno, teſte anonymo Benedictinæ religionis, ſed doctoMonacho *in annal. reg. Francor. Pipin. lib. 1. an. 777. p. mihi.* 81. idque ſequentibus aliquot tempori-
7 bus perduravit. * Cum autem aliqui Cæſares non raro pro libitu, neceſſitate non ita graviter urgente ſtatus convocarent, bella obtenderent, tributa exigerent, placuit hac in parte Imperatoris poteſtatem reſtringi, & capitulat. Carol. V. a. 12. inſertum eſt, quòd non liceat conventum niſi de conſenſu EE. indicere, cui occaſionem dediſſe creditur Carol. V. anteceſſor Maxim. Imp. qui multitudine Comitiorum Status variè oneraverat, per quod exhauſti eorundem loculi, ut ipſi conqueſti fuerunt Comitiis Wormat. An. 1509. nec enim ad Comitia ſine magnis expenſis compareretur. *Ord.* des Regiments zu Augſpurg. *Anno* 1500. §. Von den zwaintzig: Hinc ea clauſula Capit. Carol. V. inſerta, ab eo tempore recepta, & receſſibus etiam Imperii inſeri ſolita eſt his verbis: Haben wir auf vorgehenden Rath / Wiſſen und Bewilligung ein gemeine Reichs Verſamlung ausgeſchrieben. *R. I. Ferdin. Anno* 1559. §. Derowegen. *Maxim. Ratisbon.* 1567. §. Wellen wir aber. Et noviſſimè *An.* 1654. Ratisbon. *illis verbis.* mit Rath und gutbefinden der ſämtlichen unſer und des Heiligen Reichs Chur-Fürſten / eaque clauſula etiam literis Cæſareis Evocatoriis inſeri ſolet. Per hoc autem Majeſtati nihil decedere contra Bodin 1. *de rep. c.* 8. 1. oſtendit Arumæ *de Com. c.* 3. *n.* 20. *& ſeq. qua de re ſupra c.* 12. *n.* 16. *pag.* 237. 250. Viſum autem fuit hoc compendium neceſſarium, ne vel Cæſar nimium gravaretur explorato plurium conſenſu, quam Electorum, & indictio comitiorum nimium protraheretur, neque ipſi Status ad expenſas minimè neceſſarias inducerentur: Undo cum prior ratio movens ceſſet, ſi in comitiis præſentes ſint Status, & de aliis novis Comitiis habendis agatur, horum quoque aſſenſum interveniſſe, docet Erklärung des Land-Friedens zu Augſpurg / *Anno* 1500. *in p. & R. I. Spira. Anno* 1526. *in princ.* quod
8 Civilius tunc eſſe videtur. * Hicque EE. conſenſus ita prærequiritur, ut unius neglectus & præteritio plus quàm multorum contradictio obſit, *argt. c. venerabilem cap. bona memoriæ. X. de Elect.* Ita tamen, ut omnibus requiſitis majoris partis aſſenſus ad hoc ſufficiat, prout alias oſtenſum: duplex enim in uſu juris eſt concordia; Una vera, quando omnium una eadem & concors eſt ſententia; Altera, quando major numerus conſentit, *l. quod major. D. ad munic. c. veſtra X. de Elect.* ut proinde licet unus aut alter Elector diſſentiat pluribus concordantibus, rectè clauſula uſitata literis Evocatoriis & receſſui inſeri poſſit & ſoleat, darzu uns wohlermeldte Chur-Fürſten ihren einhelligen Conſens dem Herkommen gemeß unter Ihrer Liebden Hand-Schrifft und Sigel gegeben haben. *Arum. de Comit. cap.* 3. *num.* 36. *pag.* 80.

Q. I. *Quid de Rege Bohem. an & hujus aſſenſu opus?* 9

℞. Ut ſupra, ejus rationem in hoc conſenſu adhibendo non haberi; Cùm enim ad Comitia non vocetur, ſed tantùm Electionis actibus intereſſe ſoleat, nec ad præliminaria Comitiorum eorumq; indictionem ejus placito opus erit. *Arum. c.* 3. *n.* 38.

Q. II. *Quid ſi ſubita neceſſitas & inopinatum bellum oriatur, ut non niſi cum magno Imperij diſcrimine deliberationem cum Electoribus mora periculum non admittat, nec res occurrens ad Comitia univerſalia differri poſſit?* 10

In tali caſu extremæ neceſſitatis, conſultum putant, ut Imper. ad præfectos Circulorum rem perſcribat pro eorum Statuum convocatione, utque de contributione extraordinaria agatur, *Arum. c.* 2. *n.* 46. quod conſilium an receſſibus, & Capitulationi conveniat ego non diſquiro, ſed conſiderandum relinquo.

Q. III. *Quid ſi autem Imp. ultra Alpes ſit, aut ad bellum profectus; an indictio, Regi Rom competet?* 11

Affirm. cùm hic Imperii perpetuus ſit Vicarius, & ab ipſo non aliter differat, quàm Scapha à navi *l. Scapham. de Evict. Arum. diſc.* 2. *ad A. B. Th.* 2. atque ita factum, conſtat ex *Imp. receſſibus.* R. I. zu Speyer. *Anno* 1542. §. So hat allein. *Et An.* 1555. §. Und im Fall. Licèt enim præſente Imperatore Regis Rom. poteſtas quieſcat, Rex Imperatorem dominum ſuum appellare ſoleat, *R. I. Spir. An.* 1542. *in p. &* prout & Imp. titulo Majeſtatis veneratur, 1542. ac ſe Rex minorem profiteatur, cùm una & ſumma Majeſt. ſit in Imperio cujus intuitu aliis non Majeſtatis ſed Regiæ dignitatis, Königliche Würde / titulus tribuitur, *R. I. Anno* 1526. §.

Weiter die Königliche Würde in Böhmen. & ſ. Und als auſ Königlichen Würden in Engelland. Cumque Legatus Regis Daniæ aliquando diceret, ſe nomine Regiæ Majeſtatis Daniæ votum dare, reprehenſus eſt à Directore, qui nullum eo in loco Majeſtatem præter Cæſarem agnoſci, regeſſit, Goldaſt. *lib. 3. cap. 13. n. 6. in Bohem.* Aliud tamen eſt, ſi Imperator abſit. Accedit; quòd Rom. Rex abſente vel impedito Imperatore omnia Jura Imperatoria exercere poſſit, *A. B. t. 5 Ord. Cam. p. 1. t. 1.* Nemlich wollen die Römiſche Käyſerl. Majeſt. als Römiſcher Käyſer/ oder im Fall/ daß Ihre Liebde und Käyſerliche Majeſtät nicht im Reich oder in der Nahe wären/ wir als Römiſcher König/ jederzeit/ ꝛc. adeò, ut etiam Comitia Rex Rom. proprio nomine indicere poſſit, *R. I. Spirenſ. Anno* 1532. §. ſohat. *Ibid.* Im Namen Ihr. Majeſt. und für uns ſelbſt.

12 Q. IV. *Quid ſi non ſit Rex Rom. & Imper. abſens, aliis Imperij negociis implicitus vices ſuas alteri demandarit?*

℞. Idem in hoc negocio poterit, quod ipſe Rex Rom. Sic Frideric. I. Imp. Romam profectus, Uladislaum II. Bohemiæ Ducem, Henricus VII. ultra Alpes coronationis cauſa abiens, filium ſuum Joann. Bohem. Regem Vicarium reliquit; Ludovicus Bavarus Imper. Eduardum Angliæ Regem Vicarium Imperii generalem Comitiis Francofurtenſibus declaravit, *Froſſard. lib. 1. in Princ. Hiſtor.* Sigismundus Bohemos bello perſequens, Conrad. Arch. Mogunt. Vicarium eſſe voluit in Imperio, Carol. V. cùm continuo in Germania eſſe non poſſet, Ferdin. II. fratrem, antequam hîc Rex Rom. eligeretur, Vicarium Imper. conſtituit, quo titulo uſus eſt in *R. I. de Anno* 1519. Jure autem communi huic & hiſce neceſſitate ita flagitante (niſi ſtrictior mandati tenor obſtet) Comitia indicendi Jus eſſe probatur, *l. 1. C. de Offic. Vicar.* Sic virtute & Juſſu patris, Jo. Rex Bohem. Comitia Norinbergæ indixit, in quibus Imperatori contra Robertum Regem Neapol. ſuppetiæ decretæ ſunt, *Arum. de Comit. n. 52*

13 Q. V. *Quid ſi autem Imper. ultra Alpes profectus, non exiſtente rege Rom. nullo vicario conſtituto aut eo mortuo abſit, an cura indicendi Comitia ad Imperij Vicarios ſpectabit, iique Comitia indicere poterunt?*

Affirm. *ex A. B. c. 4.* ubi dicuntur Vicarii Imperii, ſi ergò Vicariis Imperatoris hoc licet *juxt. q. præced.* multò magis his licebit, cùm Imperium plus ſit quàm Imperator, abſens maximè, *ut d. ſup.*

Q. VI. *An & his ad indictionem conſenſu EE. opus?* 14

Ratio aliqua dubitandi eſſe poteſt, quòd olim ſuperioribus ſæculis hi liberum hoc Jus habuerint, quod in ſolo Imp. limitatum, in aliis videtur incorrectum, *argt. l. præcipimus. C. de appell. in fin.* Verùm ſatis eſt ad hunc conſenſum tacita aliqua conſequentia, hæc ſi in Imper. requiritur, ergo etiam in rege Rom. Vicario conſtituto, ut & Vicariis Imperii, quorum minor quàm ipſius Imperatoris majeſtas autoritas & poteſtas eſt; *facit l. Barbarius. 3. in fin. de off. Prætor.* ex natura etiam ſurrogatorum, &c. *Licèt diſſent. Arum. de Comit. c. 3. pag.* 101. *n.* 56. nec Imperium plùs Juris Regi & Vicariis Imperii conceſſiſſe præſumitur, quàm Imperatori, prout nec Imperator ſuo Vicario plus tribuere potuit aut voluit, quàm haberet, *ex Vulg. Juris regulis.* Porro, an expediat frequentiora Comitia celebrari, id ex circumſtantiis rerum dependet: Poteſt quidē ſumptuum multitudo ex comitiis promanans, itineris moleſtia, temporis jactura & alia opponi, quibus non parùm debilitatæ fuerunt opes & potentia Germanorum, ſed ea privata ſunt, & facilè utilitate publica penſantur, cùm multis exorbitantiis & emergentibus immortalibus diſcordiis, per ea obvietur, licèt hodie non facile uſurpentur, niſi cum extremum pene fatum & ſumma neceſſitas hoc requirit. Carol. M. quotannis inſtituiſſe legitur *in annal pag. mihi* 90. prout & ante Carol. M. ad annuum conventum reges Francorum ex gente Morojungorum creatos carpento bobus junctis veniſſe tradit Egenhard, Car. M. ſcriba. *in ejus vita pag.* 302.

IV. Ad locum quod attinet, apud priſcos Romanos non in urbe ſed in campo Martio Comitia habebantur, *ut d. ſup. cap.* 31 *n.* 32. *& ſeqq.* Sub Cæſaribus frequenter in campis ſub dio habita ſunt, id de Carol. M. teſtatur innominatus Benedictinæ religionis Monachus *in annal. Pipini Anno* 777. *pag.* 63. qui tamen auctor ſe profeſſum fuiſſe in Lauresheim fatetur. *pag.* 76. Carol. M. aliquando in villa Ingelheim, ut & in villa Theo- 15

Digitized by Google

donis vulgo Dietenhofen / ad Moſellam in Duria, ditionis Juliac. quæ nunc Marcodurum dicitur, Item in Reus & Lahnſtein / teſte aliàs citato Anonymo, Anno 771. & paſſim. Otto I. prima Aquisgrani, altera Spiræ habuit, Henricus II. Francofurti Anno 1506. Henricus III. Spiræ Anno 1433. Idem Henric. IV. & Conrad. IV. Frideric. I. Marspurgi prima & ſecunda Magdeburgi, tertia Ratisbonæ, Frideric. II. Anno 1236. Moguntiæ ubi conſtitutiones Germanico Idiomate vulgatæ ſunt ante latinè vulgari ſolitæ,, ut etiam Rudolph. I. Herbipoli Anno 1287. ſtatuit, ut Notarii contractus Germanicè non latinè ſcribant, Adolphus Anno 1292. Coloniæ pacem Imp. ſancivit. Carolus verò IV. in A.B. *c. 28. §. 5.* imemoriali tempore id obſervatum ait, ut Prima regalis curia celebretur Norinbergæ, ut ipſe fecit Anno 1332. quod tamen non ita accurratè obſervatum. Fridericus enim III. primam curiam regalem Francofurti habuit, *R. I. de Anno* 1442. Maximil. I. Wormatiæ, *R. I. de Anno* 1495. Carol, V. etiam Wormatiæ, Anno 1521. ob contagionem Norinbergæ graſſantem. Maximil. II. Aug. Vindelic. Anno 1566. Rudolph. II. Ibid. *R. I. Anno* 1582. Matthias Anno 1613. Ratisb. ut & nunc Invictiſſ. Imper. LEOPOLDUS

16 Anno 1663. Ratisbonæ.* Hodie tamen id à Cæſaris pendet arbitrio, quem locum comitiis Imperii deſtinare, quovè ſtatus convocare velit, *per tradit. ſup. c. 12. n. 17. pag. 251.* maximè verò ſi non de primis ſed ulterioribus ſermo ſit, cum hac tamen reſervatione ex R. I. Wormatiæ An. 1527. ut non convocentur ſtatus ultra Auguſtam, nec infra Coloniam, multò verò minùs extra Imperium indici debent, abſonum enim videtur de rebus Imperii extra conſultare, & quas plurimas domi in Imperio comitiis peragendis commoditates habemus, apud exteros quærere, ſicque ſimul ſitientibus

17 propriis agris irrigare alienos. * Quod tamen de termino ultra Auguſtam & Coloniam dictum, Goldaſtus vult ad Circulos pertinere, ut extra eos comitia haberi non poſſint: Hinc nec in Lombardia, nec in Sabaudia, nec Ducatu Mediolanenſi aut Mantuano, nec aliis Italiæ Principatibus ac Feudis ad Imperium pertinentibus, nec in Bohemiâ Comitia hæc indici poſſunt, quod tamen poſtremum Arum. *c. 5. de Comit. n. 33.* in dubiū vocat; quia Bohemiam Germaniæ partem eſſe ſupra oſtenſum eſt: *de Bohem.* Prout Frideric. II. imperante Egræ habita fuiſſe Comitia ſcribit Avent. *l. 7. ann. Bojor. Baron. in ann. Eccleſ. Anno* 1097. *num.* 71. Wenceslaus quoque Egram ſtatus Imper. convocavit Anno 1388. Lehenm: *lib. 7. in Chron. Spirenſ.* Quamvis hic fortè dici poſſit, Egræ eveniſſe, quòd multis aliis Civitatibus, quæ ante Imperiales fuerunt, & poſtea per oppignorationes tales eſſe ſecundum quid tantùm deſierunt, *de ea ſpecie Goldaſt. in Regn. Bohem. lib. 1. c. 17. n. 6. tradit*, quod primum in ſuperiore Bavaria provincialis civitas, Beſold. *in Theſ. verbo* Eger / dein Imperialis facta per Ludovic. IV. Imper. Joann. Bohem. regi accepta ſumma viginti mille marcarum argenti oppignorata & aſſignata ſit, Anno 1315. & ab illo tempore in poteſtate Regis Bohemiæ cum pacto antecriſeos perſiſtat, donec ab Imperio reluatur, & quia Ludov. Imper. perpetuò reluitionem ſibi reſervavit, per hoc civitas Imperii eſſe non deſinat, cum aliàs dominium pignoris apud debitorem maneat, *§. Creditor. quib. al. lice.* nec valeat pignoris conſtitutio, qua dominium tranſeat ad creditorem, propter incompatibiltatem horum duorum.* Ulterius obmovetur, quòd Pragæ conventus Princi- 18 pum habitus fuerit de Adolpho Imper. dejiciendo, quæ regni Bohemici caput eſt & Electoralis Bohemiæ urbs, ut in ſuperiori Palatinatu Amberga; In Saxonia Wittenberga; in Marchia Cuſtrinum; in inferiori Palat. Heidelberga. Idem Rudolph. II. conventum Ord. deputatorum (qui ſunt Epitome Comitiorum) Pragæ Anno 1610. habuit, ubi ſtatus comparentes de Controverſia Cæſaris & Matthiæ fratris Hungariæ regi, de Bohemorum Moraviæ, & Sileſiorum defectione, de reſtitutione Civitatis Donawerdæ, de cauſa Juliacenſi & aliis conſultârunt, verùm abſonum foret apud Bohemos Comitia habere, qui Jus Comitiorum non habent, nec ad ea vocantur, & univerſas Comitiorum expenſas extra in aliud regnum exportare, ſubditos verò Imp. nummis & commodo nudare & Bohemiam veſtiri; Sit ergo Imperio Germanico ſubdita, ut ſubditam eſſe, dictum eſt, non tamen circulo, ut aliæ partes adſcripta eſt. Non obſtant exempla allata, quia conventiones illæ non generales fuerunt ſed particulares; Ad hæc in Imperio de ipſo Imperatore ſubmovendo, de controverſia inter Cæſarem & Fratrem aliosque qui in are-

Digitized by Google

in armis erant, conſultare non ſatis videtur tutum fuiſſe, ut in caſu illo emergenti alia loca tutiora requirerentur, quo caſu ſingulari ceſſante, clarum eſt, quòd difficilius ſit, & majori ſumptu opus proficiſcendi ad extera loca, commodius verò in Imperio vivere, tutius quoque dicere animi ſui ſententiam in patrio climate quàm alibi, & meliùs in ipſo centro, à quo cæteræ adjacentes provinciæ quietem vel motum habent, decet quoque minorem venire ad majorem potiùs quàm contra. Ac proinde licèt loci determinatio Imperatori permiſſa ſit, ſi tamen locum ſecundùm leges Imperii & commoditatem non nominet congruentem, ab EE. admoneri poteſt ad earum obſervantiam, Licèt aliquando etiam locus non à ſolo Imp. ſed cum conſenſu Statuum Imperii dictus fuit, *R. I.* zu Trier und Cölln/ *Anno* 1ſ12. *§. Item* haben wir. Wenceslaus autem Anno 1382. à Principibus rogatus Imperium inviſere, cum Legatis reſpondiſſet; Bene ſibi eſſe in Bohemia, ſi ſpectare vellent, Principes eo venirent, quo omnes offenſi fuerunt, erumpente in has voces Palatino: Sit in Bohemia Wenceslaus, Nos in Imperio imperabimus.

19 Q. I. *An præcisè in Civitate Imper. Comitia haberi debeant?*

Traditum eſt, *ſup. c.* 31. *de lib. Imper. civit.* Hoc add. quòd ab Anno 1ſ00. ſemper in aliqua Imperii civitate ut Auguſtæ Anno 1ſ00. 1ſ18. 1ſ30. 1ſ48. ſ1. ſ3. ſ9. 66. 82. Coloniæ Anno 1ſ12. Conſtantiæ, 1ſ07. Eslingæ 1ſ26. Francofurti 1442. Norinbergæ 1ſ21. & 24. Ratisbon. 1ſ07. 27. 37. 41. 46. ſ7. 67. 94. ſ80. 1603. & 13. Spiræ 1ſ36. 29. 42. 44. ſ7. 70. Treviris 1ſ12. Wormatiæ 1ſ21. 4ſ. habita legantur, Extant quidem veterum exempla etiam, ut Carol. Magn. Otton. III. Qui Quedlinburgi An. 98ſ. Henrici II. qui Noviomagi & aliorum, qui in Municipiis ea habuerunt, ſed à conſtanti jam 160. & plurimum annorum obſervantiâ noviſſimâ non facilè recedendum eſt, ad quam Carol. V. *in R. I. de Anno* 1ſ22. *§.* Und ſoll. relinquè Impp. ſe quodammodo adſtrictos agnoverunt. Nec obſtat, quòd Lunæburgi Anno 1ſ46. conventus habitus. R. Illum & quosdam alios particulares fuiſſe, à quibus ad univerſales non bene infertur.

20 Q. II. *An ad loci Comitialis deſignationem conſenſu EE. opus?*

Prò neg. facit *R. I. de Anno* 1127. *§.* Und haben derhalben/ cùm enim Capitulatione Cæſari extra fines Imperii & terminos jam ante dictos conventus agere non ſit permiſſum hinc, conſequens eſſe videtur, id Cæſari intra iſtos terminos, ubi voluerit, liberum eſſe & arbitrarium, maximè cùm ante Capitulationem, ſicut indicere liberè, ita locum præfigere ſine præſcitu EE. licuerit, Jure poteſtatis ordinariæ, *R. I. Francof. An.* 1442. §. Darum/ ꝛc. *& Colonia An.* 1ſ12. Anfänglich gegen Trier/ Quod autem noviſſima lex Imperii non mutat in illo vetera Jura intacta manent & illabefacta, *Vulg. l. præcipimus. in fin. C. de appell.* maximè cùm omnis receſſus à Jure odioſus ſit, *c. cùm dilectus. X. de Conſuetud. l. cùm quidam. de lib. & poſt,*

Q. III. *An etiam pro arbitrio Cæſar Comitia* 21
de loco ad locum, transferre poſſit?

Affirm. Quia id licuit ante capitulationes, *R. I.* zu Cöllen. *Anno* 1ſ12. ubi Maximil. Imper. comitia Treviris Coloniam tranſtulit; Sed hoc non reperitur mutatum, ergo manet. Sic etiam Carol. V. Comitia ante Wormatiæ indicta, ſuo ductu tranſtulit Ratisbonam, *R. I. Wormat. Anno* 1ſ4ſ. *§.* Dem allen nach. *Item Anno* 1ſ46. §. Dieweil wir. Item Ulmæ indicta ſolius Imp. auctoritate translata Auguſtam, *R. I. de Anno* 1ſſſ. *in princ. & §.* Demnach haben. Quanquam civile ſit, nec Majeſtate Imperiali indignum, ſi is ad hoc EE. aſſenſum expoſcat, ut fecit Rudolph. II. inſtantibus literis directis ad EE. Norinbergæ congregatos, Anno 1611.

Vocantur autem ad Comitia ſtatus Imperii, 22
die Reichs-Stände/ ita dicti, quòd Statum & locum ſedendi & votandi in conventibus Imperii habeant, quomodo eos ab immediatis Imperii civibus differre, *ſup.* latiùs oſtenſum eſt, *poſt Beſold. in Theſ. verbo* Reichs-Stand/ *Goel.* 1. *obſ.* 21, *n.* 4. *R. I. de An.* 1ſ12. *in princ. & an.* 1ſſſ. *§.* Dieweil.

Q. *Quid de Rege Bohemia?*

Licet is nobile Imperii membrum ſit & pri- 23
mus inter EE. ſæculares *c.* 7. *§. fin. c.* 8. A. B. tamen nulla Comitia Imperii ſed tantùm conventus electorales frequentat, *Arum. ad* A. *B. diſc.* 5. *Th.* 22. quia vacandus uni circulo adſcriptus ſit, neceſſe eſt, *R. I. de Anno.* 1ſ12. §. Darauf/ *&* 1ſ28. Hernach. Bohemia autem nulli circulo adſcripta eſt,

Digitized by Google

eſt, ut ex matricula & receſſuum inſpectione clarum eſt, nec verò ſeparatim undecimum circulum conſtituit; *ſed hac de re actum ſup.* Alii hanc rationem tradunt; cur ab annis 200. Bohemus non legatur decretis & comitialibus receſſibus ſubſcripſiſſe, I. quia Bohemi ſuperioritatem affectârunt. II. Conſtitutionibus ſe conformare recuſarunt, & quia iidem frequenter Reges Bohem, & Impp. fuerunt,

24 • Non deſunt, qui hoc privilegium loco competere Bohemo contendunt, quòd ad Comitia venire non teneatur, ſi tamen velit, iis intereſſe poſſit; prout Sereniſſ. Domus Auſtriaca, quæ indubitatè ſeſſionem, & votum habet, hoc gaudet Jure, quod Archi-Duces in Comitiis comparere non teneantur ex privilegio Frider. II. & Carol. V. quod etiam Ducibus Lotharingiæ, & aliis ex transactione inter Carol. V. tanquam Burgundiæ Ducem & Imp. Status Auguſtæ Vindelicorum 26. Jun. An. 1548. initia competit.

25 Q. *An præter Status exteri etiam Reges aut Principes vocandi?*

Etſi olim etiam exteros Reges ad Comitia Germanorum vocatos teſtetur Gold. *in præf. tom. 3. reſcript. Imp.* Idque tum maximè, quando de propulſando hoſte aliâve communi cauſa agebabatur, prout Carol. M. ſocios, & amicos æquè ac ſubditos ad reip. deliberationes & comitia adſciviſſe legimus, quod etiam noſtro ſæculo mirè conducere bono publico putat & fieri exoptat Goldaſtus; Tamen cum hos inter & Imper. nulla amicitia intercedat, & non ſint Imperii ſubditi, *Ariſt. 3. Polit. c. 6.* Hinc nec Status nec Comitiorum participes eſſe poſſunt, maximè cùm res minùs tuta ſit peregrinos arcanis Imperii deliberationibus intereſſe; & Majeſtati Imperii multum per hoc decederet, quaſi Imperator & ordines illorum conſiliis carere non poſſent; Fuit olim & eſt adhuc Germania invicta viribus, ſi conjunctæ maneant non diſpergantur in varia, forma moribus veteri par, imo ſuperior, in qua, etiam quibusdam partibus avulſis agros novalia olim quaſi deſerta jam culta videmus, oppida, arces & urbes munitiſſimas erectas, quibus olim ita non abundavit ut alienis non egeat præſidiis, auxiliis, Conſiliis: Quos ſi quis hodie ut olim barbaros appellaret, ipſe veriùs Barbarus cenſendus eſſet, Goldaſt. *in Polit. pag. 19. de magn. Imper. German.*

Q. *Quid de Rege Ungariæ?* 26

Licèt Regnum hoc ad Imp. ſpectet, quia tamen Imperii pars non eſt, meritò à conventibus Imperii ſequeſtratur, nec enim, ideo, quod uni Domino paret, Imperii portio cenſetur quamvis ſi inter ordines referretur, aliud dicendum, quod aliquando tentatum, ſed obtentu difficillimum, & vix practicabile, prout nec Philippus II. ab Arragonibus & Luſitanis, nec Carol, V, à Belgis, ut unionem ab ipſo propoſitam admitterent, impetrare potuit. *Eman. Meteran. l. 2. Belg. hiſt. p. 70.* Licèt Henricus IV. Regnum Navarricum aliáſque nationes Galliis ita adglutinârit, ut impoſterum divelli nequeant, *Boterus lib. 14. pag. 468.* cúmque Eduard III. Angliæ Rex Leucaſtrio ejúſque heredibus Aquitaniam liberè donâſſet, isquè Burdegalam veniens donationem factam oſtenderet, à Bajonenſibus & aliis reſponſum eſt, quod Aquitani ſic adjuncti & veluti inſiti eſſent Angliæ, ut nullo pacto ſeparari poſſint, *Froiſſ. hiſtor. lib. 4. p. mihi. 259.* Sic Ruſſiam & Podoliam Rex Ladiſlaus, & Lithuaniam Sigismundus Auguſtus, & Livoniam Stephanus Rex Poloniæ univit, *Joan. Boter. in theat. princ. tit. Rex Polon a.*

Q. *Quid de Provinciis Belgicis?* 27.

Has quotquot ſunt Imperii membra eſſe, ex transactione Anno 1548. cum Cæſare & Statibus inita luce clarius eſt, idquè ipſi Belgæ libello ſuo ſimplici Imp. Majeſtati & Statibus Imperii Comitiis Spirenſibus Anno 1570. exhibito diſertiſſimè confeſſi ſunt, qui in tutelam Imperii recepti legatos ad Comitia miſerunt, tributum ad Turcæ vim repellendam Imperatori præſentârunt, ut etiam inter Magdeburgenſem & Brabantiæ Ducem de ſeſſione, orta ſit contentio, & nunc poteſtate Hiſpanicâ liberati ad Imperium poſtliminio redire deberent, quos Rudolph. II. in literis Anno 1607. ad ordines ſcriptis Imperio & ſibi aſſeruit, *Meteran. lib. 27. hiſtor. Belg. p. 417.* Nec obtentus deſertionis illis patrocinatur, quod Status Imperii bello inter Hiſpanos & ordines fœderatos ſeſe implicare ex cauſis detrectârint. *Worm. lib. Ehrenb. lib. 1. de fœd. c. 2. n. 144.*

Quid de Italiæ Principibus? 28

Ratio dubitandi eſt, quod Imperium Romano-Germ. non ſolùm apud nationem Germanicam

Digitized by Google

activè & paſſivè ſit, nec ſolùm natio Germanica vel provinciæ Germanici ſoli, ſed etiam alia contineantur, quòd non tantùm ex coronatione, quæ I. Aquisgrani. II. in Lombardia, III. Romæ fit, *A. B. Carol. IV. c. 2. §. 2. & c. 3. §. 2.* Sed clariùs etiam ex numero Archi-Cancellariorum apparet per Germaniam, Italiam & Galliam, in quibus partibus ſuas ſinguli functiones exercent; Hos tamen ad Comitia in Italia convocari ſuadet ratio, ut ſicut Imper. Comitia Germaniæ in Germania habère poteſt, & extra habere non debeat, ita etiam re exigente in Italia Comitia indicens ad ea vocare Italos ſubditos poteſt, quod prioribus ſæculis factum teſtantur hiſtoriæ, ut Frider. I. Imper. Anno 1158. generalem Curiam omnibus Italicis civitatibus & primoribus ad Roncalias habendam indixit, convocatis inſuper omnibus Italicis Baronibus, & iterum Anno 1186. apud Mediolanum; Licet autem poſtquam res imperii in Italia accisæ & aquila Imperialis deplumata fuit, Imperatores aliquo tempore in Italia conventus indicere ſuperſederint, tamen Jus indicendi non eſt extinctum, ſed in reliquis Italiæ idem Jus, quod olim in totâ exerceri poteſt; Hoc tantùm Capitulationibus cauto ne Status Imp. Germanici, qui ad eadem olim vocari ſolebant, evocentur.

29 Q. I. *Quid ſi Princeps aliquis Imperii plures habeat ditiones, quæ ei ſucceſſionis vel alio titulo obvenerunt, an ſingularem nomine vocari poterit?*

Affirm. Sic enim Elector Palatinus intereſt Comitiis, ut Elector, deinde ut Palatinus ratione Simmeren und Lauteren / & diverſo reſpectu in Elect. & Principum ſenatu ſeſſionem habet, & Ludoviens Comes Palat. Anno 1603. vocatus fuit ad Comitia Ratisbonenſia, als Inhaber der Herrſchafft Ehrenfels / Item Duces Saxon. ut Electores, & ut Condomini der Fürſtlichen Grafſchafft Henneberg.

30 Q. II. *Quid ſi Principem Imp. mori contingat, pluribus relictis liberis pupillis?*

Tutores ad Comitia vocari, palam eſt, Idémque in Comitibus obtinere ex receſſus ſubſcriptione Anno 1594. & 1603. patet. Si verò minorem ætatem egreſſi ſint, nec Juri primogenituræ locus ſit, & Ducatum vel Marchionatum, &c. Cæſare probante diviſerint, ſinguli eo inveſtiti ad comitia vocandi ſunt per tradita in decreto Spirenſi, Anno 1570. §. Nach dem auch / Exemplum eſt in domo Saxonica Lineæ Vinarienſis & Coburgenſis: item linea Brandeburgica, Culenbacenſi & Onolſpacenſi: Ceſſante autem Jure primogenituræ & diviſione, cum ſinguli unam perſonam patris repræſentent, unius loco eos haberi ratio ſuadet.

Q. III. *Quid ſi Princeps ignobilem aut plebeiam duxerit uxorem an natus ex Principe & plebeia ad Comitia vocandus & admittendus?* 31

Licèt de J. Civili in legitimis nuptiis partus patrem ſequatur, *l. cùm legitima de ſtat. Hom.* Moribus tamen Germanorum utriùsque patris & matris haberi ſolet ratio in Collegiis Cathedralibus, & metropoliticis, Idémque in ludis Equeſtribus obtinet, *Petrus Fritz, de nobil. Civit. concl. 20. Bocer. de regal. c. 2. n. 12.* quod in Comitiis Imperii multò magis obtinere, ut à diſputante non definiente intelligi poſſe, ait Bernard Bertrami, *de Comit. memb. 3. n. 45. pag. mihi* 774. * Id ad- 32
jiciendum, quòd aliquando etiam alii qui jus ſeſſionis & ſententiæ dicendæ non habent, comitiis adeſſe jubeantur: Sic Imperator Aſſeſſores Cam. Imp. ad Comitia Ratisbon. Anno 1698. evocavit ea de cauſa, refert author nothwendiger Erinnerung / rc. infirmationi Donawerd. oppoſita, *p. 1. pag.* 270. ut rationes ſententiarum in den vier Kloſter-Sachen / ipſi ac ſtatibus exponerent, nec hæc evocatio nova & inuſitata, ſed inſuper Camerales evocati fuère, Anno 1541. *d. author. pag.* 270. *in fin.*

VI. Modùs convocationis alius olim fuit, 33
& nunc eſt: Sicùt Calatis Comitiis per præconem populus ad Campum Martium; Ita priſcis, temporibus, cùm Imperii fines ſe latiùs extenderent, ſtatus Imperii per Edictum exceptis Illuſtribus ad conventus univerſales Imperii convocabantur. Verùm poſtquam fines Imperii coarctati fuerunt, cùm nulli vel pauci extra Germaniam vocarentur, & edicto vocati rariùs venirent, ut propter paucitatem comparentium aliquando Comitia differri neceſſe eſſet, ut & evenit Frideric. III. Imp. conventum Francofurtienſem An. 1442. & Norinberg. Anno 1479. celebrare volenti; Ideo conſultiùs viſum fuit, ſtatus, per literas inſpecie:

ſpecie evocare, hocque à temporibus Frider. III, uſurpari cœpit, & ad hæc tempora promanavit, & hodie ex ſtylo ſervatur, *cujus formulam tradit Lehenm. in Chron. Spir. lib. 7. c. 98.* poſſunt autem ejusmodi literæ denunciatoriæ vel ſcribi vel imprimi, & ad inſtar Citationum continent. I. Nomen Imperatoris Regis vel Vicarii Citantis, II. Vocati. III. Cauſam vocationis. IV. Locum. V. Tempus. VI. Vocationem ipſam cum annexa comminatione

34 conſueta. * Cauſam autem convocationi dem Ausſchreiben/ inſeri ratio ſuadet. Si enim in actionibus privatis id æquum, ut citatus ad Judicem deliberare poſſit, quid ſibi agendum ſit, *l. 1. de Edend. Geil. 1. obſ. 51.* utique in publicis id magis opus erit, ut vocatus inſtructus comparere vel legatos

35 aut legales ſuos nuncios inſtruere poſſit. * Licèt autem literæ imperativè ad ſtatus deſtinari ſint ſolitæ: Quia tamen magna Comitiorum pars ad ipſos pertinet, in locum antiquæ formæ juſſionis quæ aliquam duritiem ſapere videbatur pro illis verbis; Gebieten/ herſchen/ befehlen/ quibus Frideric. III. Anno 1442. & Carol. V. Auguſtæ Anno 1550. uſi fuêre, hodie non ſine magnæ inſignis clementiæ laude blandiori alloquio temperantur, ita ut non tam citando, quam rogando nihil de majeſtate Imperatoris decedat, nec ſtatuum Jura, Privilegia ac libertas minuatur, ſi venire requirantur pro communi Imperii ſalute & incolumitate, *Beſold. V.* Reichs-Tag *in fin.* Verùm cùm res hæc meri arbitrii ſit, nec certis verborum formulis circumſcripta, totum à voluntate Imperatoris dependere videtur, quâ formâ Imperativa vel requiſitoria uti velit, cùm aliàs Principum preces armatæ dicantur, & tortuoſa verborum interpretamenta rigidè perſerutari magis ad cauſidicorum curioſitatem, quàm Principum gravitatem

36 ſpectet. * Cur in literis Evocatoriis ad Electores Eccleſ. datis nepotum & ſæculares voce Oheim/ vel ſimili agnationis nomine ſalutentur, traditū eſt ſupra, *V. Heig. q. 4. n. 62.* Quibus adde Veteres Impp. eos non nepotum ſed parentum nomine compellâſſe, *l. fin. C. de Conſul. l. 4. C. Locat.* prout Pontifices Reges & Principes filios ſuos compellant. Quamvis Auguſtus Elector Saxon. & alii, qui ſe à Patria Pontificum poteſtate de facto exemerunt, hanc appellationem repudient, & ipſe Elect. Naumburgi literas hac inſcriptione exaratas acceptare recuſârit, & Carol. Gall. Rex in proteſtatione contra Papam Anno 1563. exhibita dixerit: Pius IV. pater eſt, qui pro pane lapidem, pro piſce ſerpentem, pro ovo ſcorpionem dat ſuo filio: Hoc autem compertum ex Sacris, quòd non habebit DEUM patrem, qui Eccleſiam noluit agnoſcere matrem.

VII. Poſtquam ejusmodi literæ Evocatoriæ 37
ſtatibus debitè inſinuatæ ſunt, ipſis incumbit comparendo Cæſari obſequium, laboranti patriæ conſilium, ſuppreſſis verò auxilium exhibere.

Ac licèt olim in emanentes ſine gravi & le- 38
gitima cauſa mulcta conſtituta fuerit, quod etiamnum in Polonia obtinet, prout & apud Romanos qui ad Senatus vel Collegii conſilium vocatus non comparuerat, pignoribus captis aliisve modis cogebatur. Et M. Antonius Conſul Ciceroni, niſi in Senatum vocatus veniret, domum ejus ſe everſurum comminatus eſt, *Bodin. 3. de rep. c. 7. pag. mihi 826.* hæc tamen ſeveritas ab uſu in Germania receſſit & receptum eſt, ſuo quemque damno emanere, & pro ea vice ſuffragio privari, *R. I. de Anno 1522 §.* und wiewol. *& Ratubonæ Anno 1542. §.* auf welchem Reichs-Tag. *R. I. An. 1500. §.* nachdem *argt. c. fin. ubi gl. X. de major. & obed. cap. cum dilecti X. de dot. & Cont. l. nominationem C. de decur. c. cùm à nobis de Elect. Treutlerus, lib. 1. var. reſol. tit. quod cujusque univ. nom.* Quæ tamen clauſula, Si Evocationi inſerta fuerit, his verbis: D. L. erſcheine alsdann oder nicht/ ſoll doch nichts deſtoweniger mit denen anderen gehorſamen Ständen zum Beſchluß gehandelt werden/ und deine L. verbunden ſeyn/ an dignitati & præeminentiæ Electorum conveniat, aliquando in dubium vocatum, & Anno 1559. in Comitiis ad eam ſe difficiles præbuerunt Electores, non quidem quòd pœna ad ipſos non pertineat, ſed quod res authoritati Electorali indigna videatur, ipſos ad Comitia, quæ ſine eorum conſenſu inſtitui nequeunt, adeò minacibus verbis pro imperio vocari.

* Comparent autem vel in perſona vel per lega- 39
les nuncios; hi cauſis idoneis allatis, quare D. Comittens in perſona adeſſe nequeat, quas literis & ſigillis publicis demonſtrant, nec tamen neceſſe eſt, fidem hanc juratam eſſe, (licet hoc in EE. Epiſcoporum & Prælatorum requirant Canones) adeò ut nec legatis ac nunciis ad Rom. regis electionem, vel aliam æqualis momenti cauſam deſti-

 naais

natis illa jurandi neceſſitas imponatur, *c. 1. §. præterea. §. princeps A. B. Carol. IV.* Cùm impedimentum permanens in ſuperioribus EE. & Principibus maximè, ob negotiorum quotidie con- & occurrentium varietatem ac molem præſumatur; & juxta Senecam magna Imperia nunquam otioſa ſint: ut proinde Alphonſus Rex, cum ſub cæna ab importuno oratore per ſupplicationem interpellaretur, & vix edendi ſpacium liberum haberet, ſue clamaverit: Aſinorum conditionem meliorem eſſe quam ſuam, illis enim comedentibus dominos parcere, ſe nunquam vacuum: Guevar. *in horol. pr. lib. 1. c. 29.* Urgentes autem cauſæ eſſe ſolent diſcordia inter ſubditos excitata, ad quam ſedandam ſæpè unius Principis præſentia plùs, quàm decem conſiliariorum opera valet. Tale impedimentum morbi, bella, peſtis, latrorum vis, aquarum inundatio, unde loca, per quæ ad Comitia tranſeundum eſt, minùs tuta redduntur. Ita ut ob hæc impedimenta ne quidem nuncium quis mittere teneatur, *arg. Clem. Paſtor. §. notoria, de ſent. & re judic. c. accipimus de Fide Inſtr.* Hinc Carol. V. ex more prima ſuâ Comitia Norinbergæ agere volens, ob peſtem eadem Wormatiam transferre coactus eſt; Idem Carol. V. Aquisgrani coronandus ob rumorem ibidem graſſantis contagionis monitus fuit ab Archiepiſc. Palat. & Saxone, qui Regis adventum Coloniæ præſtolabantur, ut alium Coronationi locum deſtinaret. Sic Gregorius XII. Papa ſe excuſavit, quod non conveniret ad Concilium Piſanum, quia gravitatem cœli Piſani ferre non poſſet, *facit l. 2. §. fin. ibi. Vel aliqua fortuita ff. Si quis Caut. Felin. in c. accedens. n. 3. ut lite ne conteſt.*

40 * Si princeps ipſe comitia adire velit vocatus, conſultum eſt, ut ante Cæſarem ad locum comitiorum accedat, & in occurſum adventanti Imperatori procedens, unâ cum aliis obſequium eidem exhibeat, *Chaſſan. in Catal. gl. mund. p. 5. conſ. 24. num. 116.*

41 Quo autem comitatu Electori, Duci vel alteri Principi veniendum ſit, nullâ ſanctione cautum reperitur; Vetus quidem conſuetudo fuit, ut EE. quot vellent armatos adducerent, ſed eâ abolitâ Carol. IV. *in A. B. c. 1. §. debet.* decrevit in conventu Electionis, quòd nullus Elector majori comitatu, quàm 200. equitum, in quibus 50. tantùm armati ſint, accedat, ſed ejus rei alia eſt ratio ſuprà propoſita, nec quod in conventu Electorali de EE. conſtitutum aut ad univerſalem conventum, aut ad alios Principes vel ſtatus trahendum eſt. Tantus verò numerus non tantùm ſtatibus moleſtus, ſed ipſis etiam civibus, apud quos Comitia habentur, oneroſus ſimul & periculoſus foret, maximè quando unus alterum, eorum copia ſuperare contenderet. Decet autem Principes & magnates eo comitatu venire, quòd dignitatem ſuam apud exteros non ad invidiam ſed gratiam & authoritatem conciliandam tueri poſſint, & ſicut exceſſus jacturam, ita parcitas rei pecuniariæ incrementum operatur, Guevar. *in hor. lib. c. 29.* Sicut autem quæſtorem agere Principi ſordidum eſt, ſic Profuſum eſſe, periculoſum, *Guevar. in horol. lib. 1. c.* 14. ubi enim iter longum eſt, comitatus numeroſus, & conventus protrahitur, marſupium exhauriri neceſſe eſt, ad quàm profuſionem aliquando alluſit Raymundus Cardinalis Guiſenſis, & Nuncius Apoſtolicus in epiſtola ad ſtatus Imperii Norinbergæ congregatos, ſcripta his verbis: Si Reverendiſſimi Patres, Illuſtriſſimi Principes, Excellentiſſimi Senatores, vim pecuniarum, quam decem annis in celebrandis diætis inſumpſiſtis, in armando contra Turcam exercitu expoſuiſſetis, jam ille nec de Italia, nec Germania cogitaret, ſed relictâ Europâ ſecum bene agi putaret, ſi ea, quæ tenet ultra Bosphorum, poſſideret. Adeoque hac in re maximè moderamen adhibendum:

Medius tutiſſimus ibis.

Debent autem omnes EE. Principes & Sta- 42
tus ſuo ſumptu comparere, & ex proventu Cameræ ſine ſubditorum impenſis, & ea propter ultra taxam & debitam ſummam ſubditos ſuos collectare prohibentur, *R. I. de Anno* 1500. §. wie die Chur-Fürſten/ & *Anno 1576.* §. und nach deme/ *Arum. hic c. 5. n. 57. pag. 312.* Licèt hodiernis temporibus cum ordinarii reditus & ſolitæ collectæ, propter varias erogationes non ſufficiunt, ad hæc media tranſire neceſſe ſit, ut quæ de novo emergunt, novo curentur remedio.

Quod ſi verò vel ob ſubditorum indigentiam 43
ſive impoſſibilitatem, & ærarii tenuitatem conjunctim immenſis ſumptibus, quos Principis præſentia majores requirit, quàm ſi per legatum compareat,

Digitized by Google

pareat, is ſolvendo non ſit & hæ vel aliæ conſiderationes ac motiva perſonalem comparitionem impediant in legato deligendo prudentia meritò adhibenda; eum ex integritate conſiliariorum, legatorum, ut & ex diſpoſitione Senatus & aulæ de ipſius principe aliquod apud ſtatus judicium oriri non frequenter ſoleat, Guevar, *in horolog. lib. 1. c. 43. n.* 194. adeoque ad comitia generalia primi ſubſellii conſiliarios (treſſentliche Bottſchaffter/ mittendos ajunt: Hinc vituperium incurrit Ludovic. XI. Rex Gall. qui Olivario barbitonſore pro Comite ſtabuli, Medico Jacobo Cottier, pro Cancellario, & Caligario quodam pro Admiralio, vel ut Bodinus refert, *lib. 5. de rep. c. 2.* Sartore pro fæciali, tonſore pro legato, medico pro Cancellario uſus eſt. Hi tamen miſſi in receſſibus non legati, oder Geſandten/ ſed nuncij Bottſchaffter und Gewalthaber / appellantur: Cùm legatus propriè non niſi ad ſui ſimilem, nec ſuperiorem mittatur, Status verò ſummi infimique Imperatori parent. Talis autem legatus nuncius vel mandatarius accepto mandato à domino ſuo Principali, viæ ſe committens ordinariam ingredi debet, per quam quilibet territorii dominus eunti & redeunti ac poſcenti ſalvum conductum præſtare debet, quòd ſi verò per viam inſolitam iter faciens deprædationem paſſus ſit, dominus ad eam reſarciendam non tenetur, *Arum. de Comit. cap. 15. num.* 56.

44 Hic quæri poſſet, ſi major Statuum pars nec per ſe nec per legales nuncios compareat,

An nihilominus ad propoſitionem deliberationem & concluſionem procedi poſſit?

Compertum enim eſt, evocationes à quibusdam ſtatibus neglectas aliquando fuiſſe, & ob paucitatem comparentium conventus re infecta diſſolutos, ut factum Wormatiæ, Anno 1545. Ratisbonæ Anno 1546. idque non ſine gravi Reip. diſpendio. Pro negativa allegari ſolent Bart. *ad l. omnes populi ſub n. 16. v. nec ſufficit. de Juſt. & Jure.* & Decius *ad c. omnes X. de Conſtit.* qui volunt ad actum ab Univerſitate expediendum requiri ut ad minùs duæ partes conveniant. Quæ ſententia juvatur, *text. l. 3. ff. quod cujusque univ. nom.* ubi nulli licèt civitatis nomine experiri, niſi quem ordo dedit, cùm duæ partes adeſſent, aut ampliùs *junct. l. quod major.* 18. *ad munic.* Verùm Baldo, Aretino Felino, &c. viſum, quod reliquis omnibus emanentibus, ſi ſolus Imper. quid decernat, in Comitiis id vim legis habeat, quia totum Jus univerſitatis reliquis emanentibus ad unum recedit, *l. 7. §. 2. quod cujusque Univ. l. 22. §. 1. de Fideic. libert. c. cum à nobis. de Elect.* Ratio eſt, quia emanentium contumacia comitia indictis non debet præſentibus eſſe fraudi aut præjudicio, *Non obſt. r. ceſſ. Imper. Worm. Anno* 1545. ubi ipſe Imp. *in §.* Und ſeynd auf ſolchem Reichs-Tag teſtatur, communia Imperii negotia ob paucitatem, & mandatorum inſufficientiam in deliberationem trahi non potuiſſe; ſed plurium præſentiam requiri; Ideoque ea Ratisbonam tranſtulit prorogando ad feſtum 3. Regum Anno 1546. ubi etiam, cùm unus tantùm Elector & pauci ſtatus adeſſent, & Cæſar initium facere vellet, tamen in limine advertit, cum fructu procedi non poſſe: Verum cum ex receſſu 1545. appareat, præter E. Palatinum in perſona tantùm ex EE. præſentem multos legatos Principum & Statuum adfuiſſe, non eſt improbabile, hos ob difficultatem negotii ex defectu mandati inſufficientis ad deliberationem difficiles fuiſſe, ut proinde Comitia differenda unà cum Imp. Carol. V. exiſtimârint.

Quamvis citatio ita concipiatur & concipienda ſit, ut citatus vel per ſe vel per legalem procuratorem compareat, *Scaccia lib. 1. de Judic. cap. 33. n.* 3. ita ut judex actorem vel reum invitum cogere nequeat, ut ſe perſonaliter ſiſtat in judicio certis caſibus exceptis. *Wurmſ. pract. obſ. t. 5. de proc. obſ. 4. & 16. argt. l. 1. de Proc.* 45

Quær. II. T*amen, An Imp. ad perſonaliter comparendum vocare ordines poſſit?*

Quod regulariter negandum; Cùm enim nuncius rebus expediendis ſufficere poſſit, durior foret ſtatuum quàm inferiorum & ſubditorum ad judicia citatorum conditio, quòd minimè admittendum, *argt. l. 3. in fin. de off. Prær.* Licèt enim urget præſentia Turni, & ipſorum Elector. & Principum perſona rei feliciter gerendæ magnum præbeat adjumentum, ut colligitur ex Receſſ. Wormat. Anno 1545. & 1546. unde enixè Ferdinand. Rex Anno 1555. Principes Imperii tùm per literas tum miſſis internunciis hortatus eſt, ut ad conſultandum de

Digitized by Google

gravisſimis Imper. negotiis ipſi venirent, quod in ſpecie Auguſto Sax. Elect. factum, refert Sleidan. *lib. 15. & 16.* Attamen & hoc bonum ſuppleri poteſt, ſi ampliori mandato Legati inſtruantur, non tantùm ad audiendum & referendum, ſed etiam ad concludendum, ſive mit vollkommener Gewalt ohn hinterbringen / maximè ſi de re præter opinionem incidente ſuos dominos ob loci diſtantiam maturè conſulere nequeant, ne accidat id, quòd Tacitus ait, *lib. 19.* Ex diſtantibus rerum ſpaciis conſilia poſt res afferebantur, quamvis & hos legatos, quibus pleniſſima poteſtas data eſt, rectè facturos, ſi à quibusdam conſultò abſtineant, & ſi fieri poſſit, Principes ſuos requirant, & hoc ipſo fidem ſuam ac obſervantiam teſtatam ipſis faciant, velit Alberic. Gentil. 3. *de Legat. 17.* Prout in Comitiis communiter legati de geſtis & gerendis ſuos Dominos & Principales per curſores hinc inde diſpoſitos ſive poſtas certiorare ſolent, ut quid in cauſis præter opinionem ſubortis ſibi faciendum ſit, inſtruantur.

46 VIII. Poſtquam Status aut eorum legati ac nuncii ad locum Comitiis deſtinatum venerunt, nomina ſua & locum hoſpitii ac mandata ſua, vulgò Credentz-Schreiben / apud Cancellariam Electoris Moguntini profiteri debent, & ut mandatum ad acta Comitiorum referatur, quo in convocatione Statuum eorum ratio etiam habeatur, petant; quorum formulas habet Arum. *c. 6. de Comit. n. 3. & ſeq.* Quòd ſi autem mandatum hoc inſuper ad alias & proprias mandantis cauſas accommodatum ſit; tunc retento originali copia apud Pro-
47 tocollum relinquitur: * Hoc circa legatos admonendum quod expediat iis inſtructiones dari, conſultum tamen ſit, ut eæ ſeparatæ ſint à mandato, ne ſcil. cùm ad locum Comitiorum accedentes, nomen apud Moguntinum profitentur, exhibito mandato, arcana propalentur, prout in legatorum inſtructionibus explorandis multi ſolent eſſe curioſiſſimi, *Varſevic. de legat. pag. 285.* quarum capita ad ſingulos Comitialium literarum articulos dirigi ſolent, quas ipſos ſequi oportet: Eadem quoque mandata clauſulâ ſubſtitutoria muniti non inconſultum eſt, ne ſi ex quacunque infirmitatis vel alia cauſa legatum abeſſe neceſſitas poſtulet, ipſa commiſſio & Legatio reddatur fruſtratoria. Prout Legatus Palatini Anno 1566. in Comitiis Auguſtanis; & Anhaltinus Anno 1567. vi ejusmodi clauſulæ alium ſubſtituiſſe legitur.

Q. II. *An etiam civitatum Imperialium Legati mandato egeant?* 48

Volunt quidam nullo mandato inſcriptis his opus ſed ſimplici eorum relationi credi, quòd longo uſu receptum tradit *Auctor* des außführlichen Berichts/ etc. Hoc tamen vix videtur rationabile, Cùm nec Imperatoris quidem nuncio ſine literis credatur, *l. un. C. de mand. princ. Stckard. in l. 8. num. 9. C. quom. & quando Judex.* multò minùs ergo Civitatum Imperii legatis, *arg. d. l. Barbarius. 3. in fin. de Offic. Prat.* Excipiuntur quidem Cardinales à Pontifice ablegati, *ex ſententia Joan. Andreæ in c. cum literis de Reſtit. in integ.* ſed hæc exceptio infirmat regulam in caſu non except. *Jurib. vulgatis.* Ad hæc ſi in omnibus cauſis tam ordinariis quàm ſummariis legitimatio perſonarum requiritur, *Marant. in ſpec. part. 4. n. 38.* exceptio autem qualificationis perſonarum primaria ſit, quæ omiſſa judicales omnes actus retro nullos reddit, *l. Exigendi* C. *de Procur.* Quanto magis hæc etiam in Civitatum ut aliorum Statuum legatis requirenda eſt, qui cum reliquis Statibus de maximis Imper. negociis ad Conſilium admitti cupiunt. Et hoc confirmat Receſſ. Worm. *An.* 1545. §. Dem allen nach & *Ratiſbon. Anno* 1546. §. Dieweil wir *Ibid.* Dazu des Heiligen Reichs freye und Reichs-Städte ihre gevollmächtigte Räthe und Botſchafften mit vollkommenen Gewalt: Ad hæc etiam Civitatum Ablegati in Cancellaria Moguntina nomen ſuum profiteri debent, ut alij, quod ſine exhibitione mandati fieri abſurdum eſt. Demum cum ablegati Civitatum in conventibus deputatorum ſine mandato non admittantur *Receſſ. Auguſt. Anno* 1582. §. Folgen nun obgemeldte. Multo magis in univerſali conventu id requiritur, ubi enim majus ſubeſt periculum, cautiùs agendum eſt.

Q. III. *An Status, qui nec comparent nec legatos mittunt, vota ſua ſcripto tranſmittere poſſint, eorumque habenda ſit ratio?* 49

Id neg. de Jure communi *per c. ſi quis juſto. 46. §. abſens. d. Elect. n 6. P. Gregor. l. 17. Syntag. cap. 12. n. 24. cui Aurea B. adſtipulatur. cap. 4. §. cæterum.*

In ſu-

Google

Inſuper II. legatus E. vel Principis apud Cæſaream Majeſtatem audientiam petere, abſentiam ſui Domini Principalis excuſare, ad Conſultationem ſe offerre, & ſuam perſonam ad hoc clementiſſimè acceptari petere ſolet. III. Reliqua extraordinaria, ut ſunt feudorum conceſſiones, Inveſtituræ eorum, confirmationes privilegiorum, &c. ad conſilium aulicum ſpectant, in quo de his mandatæ & ſupplicæ exhibentur, cui Conſilio Imperator Præſidem, Vice-Præſidem & alios Conſiliarios ex EE. Principum, Comitum & Baronum ordine durante diæta adſciſcere ſolet. IV. Item apud Mareſchallum Imperii ratione hoſpitii ſe inſinuant, ut paulo poſt dicetur. V. Status quoque eorumque nuncij, dum in loco Comitiorum Cæſaris adventum expectant, id faciant, ut ingreſſum Imper. in urbem ſua aſſiſtentia magis reddant honorificum & glorioſum, eumque concedenti apparatu excipiant: Sic EE. & alii Status Frideric. III. Cæſarem Ratisb. venientem Anno 1471. exceperunt, de ordine autem in hac deductione ſervando *V. Arum. c. 6. de Comit. n. 28.* ubi etiam hac de re literæ Electorum & Carol. V. reſponſio extat, ubi cùm Matthæus Lang, &c. Archiepiſc. Salisburg. ſupra Cæſaream Majeſt. benedictionem pronunciare vellet, Pontificius Legatus accurens id ſibi aſſumpſit; Apparatum idem Arum. *n.* 32. *fol.* 351. refert, quo Rudolph. II. Auguſtæ in Comitiis Anno 1582. exceptus eſt, quâ pompâ inductionis peractâ Statûs & abſentium nuncii ad ſua hoſpitia diſtributione Mareſchalli de Pappenheim ipſis aſſignatâ redire ſolent. IV. Seipſos quoque invicem Status vel eorum nuncii poſt acceſſum ſalutare ſolent, maximè ad ea attendendo, quæ ipſorum inſtructione continentur; Et quidem Palatinus E. ad conferentiam Status Proteſtantes convocari aliquando conſuevit, & quia duplicis ſunt generis negotia, alia Politica, alia verò Eccleſiaſtica, de hiſce inter Catholicos ut plurimum apud Salisburgenſes, inter Proteſtantes in ſpeciali eorum conventu agitur: Cùm Lutherani & Calviniſtæ non colliment in omnibus ad eandem metam.

IX. Ex Aurea Bulla *cap. 27. §. ſicut autem.* quod officium ſit E. Sax. S.R.I. Archi-Mareſchalli, ſup. ſuo loco traditum eſt, hoc in abſentia præſtat Vice-Mareſchallus: Colligitur autem non obſcurè ex d. B. Carol. IV. etiam ante illam in uſu fuiſſe officia Sub Camerarii, Magiſtri Coquinæ, Vice-Pincernæ, & Vice-Mareſchalli, non tantùm in Comitiis, ſed etiam aliis Imperii conventibus.
* Hoc officium Mareſchalli, in Familia Pappen- 50
heimia perpetuum & hæreditarium eſt: Hos Pappenheimios autem olim Catilinos Romanæ nobilitatis ſydera fuiſſe, & temporibus Druſi ac Tiberii Neronum in Rhætia primùm, deinde Vindelicia conſediſſe, arcémque Catilinam ad Lycum condidiſſe, Matth. à Piberach, tradit. Hàc noſtrâ memoriâ Godefridus exercitus Dux ſua virtute militare pro Cæſare & Imperio Hectoris, Achillis, Herculis, Alexandri & Jul. Cæſaris Gloriam æquavit: Ut & ante Henricus Junior Pappenheimius cædem Philippi Cæſaris generosè ultus, cujus pater Henric. cum anteceſſoribus & ſucceſſoribus huc usque S. R. I. Mareſchalli hereditarii titulum feliciter geſſit & adhuc gerit. Cui ſeqq. adhærent prærogativæ I. namque hic adventu Cæſaris bey dem Eintritt / primus Urbem ingreditur. Licèt hac de re Anno 1520. in adventu Carol. V. ad actum Coronationis Aquisgranum peragendum, concertatio cum Juliacenſibus & his orta ſit. II. Sicut in proceſſione Archi-Mareſchallus Imperialem vel Regalem enſem deferens, immediatè Imper. ſeu Regem antecedit, & medius inter Cæſarem & Archiepiſ. Trevirenſem progreditur, *A. B. c. 22.* ita eo abſente hoc Vice-Mareſchallus facit quicquid aliquando facto fuerit in funere Ferd. I. *de quo ſup.* III. Fuit quidem olim controverſia inter Vice-Mareſchallum in una cum aliorum EE. Vicariis, contra EE. Legatos, an ab his vel aliis officia EE. abſentium ſupplenda; Sed pro Vicariis contra Legatos præjudicia allata ſunt, *ſup.* IV. Ad hæc ſicut olim in Palatiis manſionarii erat officium, manſiones præparare, & adventum regis provincialibus denunciare (qui eum cum familia regio hoſpitio ſuſcipere tenebantur) qui mos origine Romanus eſt, qui hoſpitium ſuſceptionem metatum vocârunt, *de quo t. 40. l. 12. C. Beſold. de theſ. verb.* Einquartirung. * Ita hodie 51
in comitiis Imperii Vice-Mareſchallus de Pappenheim hoſpitia & loca ſtatibus eorúmque legatis & exterorum Ambaſſiatoribus aſſignat, & foribus nomina inſcribit, in tantùm, ut nullus Imperii Princeps aut Status ab inſcriptione liber ſit, quamvis im-

vis im

Digitized by Google

vis in loco Comitiorum proprium habeat palatium aut domum, & quia Vice-Marſchallus in hoc paſſu ſuam intentionem metandi habet fundatam, qui ad Comitia comparent, hoc Jus ei intervertere non poſſunt. CúmqueComitiis Ratisbon. An. 1603. magni cujusdam Principis legatus ſibi ipſi locum elegiſſet, jus ad aliud hoſpitium tranſivit. *Arum. de Comit. cap. 6. n. 63.* Prout etiam nullæ ædes ab hoc hoſpitum recipiendorum munere immunes ſunt, cùm non perſonæ ſed patrimonii onus ſit, *L. 3. §. munus. ff. de mun. & hon.* exceptis iis, quibus principali beneficio id conceſſum eſt, ut immunitate gaudeant, *L. 6. & fin. C. de Profeſſ. l. 8. C. de Metaph.*

52 Hoc Jus adſcriptionis, **oder Anſchreibung** / licèt aliquando in dubium vocatum inter Vice-Mareſchallum & civitates, in quibus Comitia habebantur; Tamen res amicabiliter compoſita, & transactio Anno 1614. 26. Octob. confirmata eſt, ita tamen, ut extra ſtatus eorum nuncios aut exterorum Regum vel Principum legatos non extendatur.

Quid ſi autem nuncius alicujus civitatis, quæ ſta-
53 *tus non eſt, adveniat?*

Hæc quæſtio incidit Anno 1603. Comitiis Ratisbon. dum civitatis Brunſwicenſis legatus, cui controverſia mota, hac de re Vice-Mareſchallum compellaſſet, ſed Henrici Julii Principis Legatus contraxiſſet, Vice-Marſchallus re ad Electoris Saxoniæ Archi-Mareſchalli Legatos & Conſiliarios delatâ, licet hi eam competere, exiſtimarent, tamen Rudolph. I. Imp. inſcriptionem reprobavit, & ne deinceps fieret, mandavit, *Arum. cap. 6. num. 62.*

Inſuper idem nomine Archi-Mareſchalli,
54 judicium in ſtatuum Imperii, earum & exterorum legatorum familiam & peregrinos quoſcunque exercet. Qua ſuper re etiam inter eum & civitates, in quibus erant comitia, non leves aliquando extiterunt differentiæ. Civitates ſuſtinuerunt durantibus comitiis, Jurisd. ſuam durare: Et contra allegatum, quòd ad Imperatoris adventum alia omnis inferioris magiſtratus Jurisdictio quieſcat, & quòd minor judex non poſſit Jurisd. exercere in præſentiâ majoris, *l. judicium ſolvitur. 58. de Judic.* non ſecus ac oriente ſole nulla lux lunæ, *Bodin. de rep. 3. cap. 6.* non ſecus ac advolatum aquilæ cæteræ quieſcunt aves; Cùm tamen ſæpè nunc inter ipſos ſtatuum miniſtrales modò inter illos & cives, modò inter peregrinos, item inter hos & cives vel miniſteriales lites inciderent, ad ratihabitionem Imper. & Saxon. Electoris hæc res per legatos Bavaricos & Wirtenbergicos tranſacta eſt Anno 1614. Indignum viſum fuit poteſtatem in aulam ab alio, quàm Mareſchallo uſurpari, cùm aliàs uſitatum ſit, ut aulici à Jurisdictione civitatis & magiſtratus civici ſint exempti, *Matth. Steph. de Jurisdict. lib. 2. pag. 2. cap. 2. num. 81.* quod multò magis obtinet in aſſeſſoribus ſuperiorum tribunalium & Principum Conſiliariis eorúmque miniſtris aulicis, *Surd. Pap. deciſ. 423.* cùm par in parem multò minùs inferior in ſuperiorem Jurisd. exercere poſſit, *c. inferior. de major. & obed. l. ille a quo. 13. §. tempeſtivum. ff. ad Trebell.* Adhæc rationi conſonum, ut in Comitiis, quæ non ſolùm Imperatoris, ſed totius Imperii ſunt, ei cognitio in ſtatus commendetur, qui non ſolius Imperatoris ſed totius Imperii eſſet officiarius; Cumque forenſes Comitiorum reſpectu eò acceſſiſſe videantur, idem Mareſchallus Jus diceret, nec vero magiſtratus urbicus jus conquerendi habeat; adhæc negociorum multitudine oneretur Mareſchallus, ipſi magiſtratui in ſuos cives Imperium relinqui, conſultum viſum fuit, *Bertram. de Comit. concl. 60.* Hinc I. Jurisdict. civilis ſoli Vice-Mareſchallo reſervata eſt, quando ſtatus, eorum nuncii, exteri, proceres, eorum Ambaſſiatores, miniſtri & eorum familia inter ſeſe vel ſi contra hos, cives aut civitati ſubjecti conquerantur. II. Quando inter ſtatuum nuncios, proceres, exteros, Ambaſſiatores, eorumque domeſticos delictum admiſſum eſt, etiam usque ad executionem capitalem, idem Jurisd. exercet, ut civitatis miniſtris, in qua comitia habentur, ad hoc utatur, ſuo tamen Mareſchalli ſumptu; Sin autem ſtatus eorumque domeſtici contra civem querantur, magiſtratus loci adeatur; In dubio autem quando neſcitur, an quis ſit ſtatuum familiaris vel civis, Mareſchallo potiùs cognitio competat. De reliquo Magiſtratui telonia aliaque ſimilia jura reſervantur poſt adventum Cæſaris in urbem, ita tamen ut ad finem Comitiorum in recompenſam aliquam mille floren. V. Mareſchallo ſolvantur, *Beſold. verbo Mareſchall. Arum. c. 6. n. 59.* Occaſione hujus transactionis in Co-

in Comitiis Ratisbon. Anno 1603. inter Vice-Mareſchall. & Senatum ortâ controverſiâ: Cùm Vice-Mareſchallus cuidam merces in foro venales habere permiſiſſet: Senatus ſibi præjudicari exiſtimans ſe fundavit in verbis d. Transactionis illis, poſt ingreſſum Cæſareæ Majeſtatis, unde arguebat, quamdiu Cæſar non intrâſſet, non competere Vice-Mareſchallo Jus, & inferebat, anteà ſtatuum legatos pro legatis non haberi, nec Ratisbonenſes in templo ipſis cedere voluerunt, item miniſtros eorum eſſe ſub Jurisd. magiſtratus ac teneri ad vectigal eſculentorum ac poculentorum.
55 Sed ad ulteriora tranſeundum. * Item Vice-Mareſchallo competit jus convocandi ſtatus, die Umſage / idquè ad juſſum Cancellariæ Moguntinenſis per Schedam V. Mareſchallo miſſam; Ideò cùm Anno 1613. comitiis Ratisbon. Directori Auſtriaco ex Cancellaria Moguntina inſinuaretur, ut conventionem ad horam 3. indiceret, isque diceret hanc inſinuationem Vice-Mareſchallo competere, Moguntini verò replicarent Archi-Mareſchallum hac inſinuatione eſſe contentum; Tamen in conſilio Principum contradictum, quod derogaretur Electori Saxoniæ, & eſſet contra receptum morem, Hoc autem, quod de juſſu Moguntinæ Cancellariæ dictum, non de prima convocatione ſed de ſequentibus intelligendum: Primam enim Cæſar vel eo abſente Cæſareus Com-
56 miſſarius Mareſchallo mandare ſolet. * Cauſam tamen convocationis indicare non eſt opus, ſed hæc in conſilio Electorali & per E. Moguntinum; In aliis verò per directores, Schedula verò convocationis in Cancellaria Moguntina con- & ſubſcripta, Saxoniæ Electori, ſi adeſt aut ejus Cancellario vel Secretario traditur, qui eam Vice-Mareſchallo mittit ac committit; Absque autem Moguntinæ Cancellariæ ſcitu Sax. Elector convocandi jus ex ſe nullum habet, abſente verò vel decedente Saxone, Cancellariæ Mogunt. Vice-Mareſchallo eam committit, nec tenetur Saxoniæ E. Conſiliariis eam ſchedam primo annunciare, licèt aliter Anno 1603. actis teſtantibus obſervatum ſit.

57 Incumbit etiam Vice-Mareſchallo de Pappenheim providere, ne civitas comitiis deſtinata ob adventantium multitudinem caritate annonæ prematur, ſed ut rerum neceſſariarum adſit copia & juſto pretio omnia vendantur, qua de re edita eſt An. 1612. Francofurti in conventu ordinatio annonaria, *de qua Arum. cap. 6. n. 81.* * Ejusdem 58
eſt Status aut abſentium nuncios poſtquam in ſenatum venerint, monere, ut ſeſſionem ſuam occupent, & operam dare, ut ſtatus in poſſeſſione loci & voti defendantur; Item nequis extraneus, cui hoc Jus non eſt, in ſenatum irrepat, & ſecreta conventus in hoſtium notitiam veniant, prout Anno 1613. Ratisbonenſibus Comitiis unum Germanum, alterum Hollandum à Turcis ſubmiſſos fuiſſe traditur. * In tanta quóque hominum mul- 59
titudine & variarum gentium mixtura, ei curæ eſſe debet, ut die ac nocte ſecuræ ſint viæ, ſcrutari, quo pacto nocturnæ vigilum excubiæ ſint conſtitutæ, ut Senatus miniſtros hinc inde diſpoſitos habeat, ne per incendium, irruptionem, aut inteſtinos motus, aliquid detrimenti civitas accipiat, quæ res Carol. V. Anno 1530. Auguſtanis Comitiis ſollicitum habuit, cùm in memoria haberet, quàm negligenter prioribus Comitiis Wormatiæ Anno 1521. habitis excubiæ diſpoſitæ fuiſſent, quibus tres vel quatuor ſingulis noctibus interfectos fuiſſe, relatum eſt. * Porro mor- 60
tuo Vice-Mareſchallo hoc officium ad ſeniorem familiæ devolvi ſolet, adeóque ſi decedat ſenior relicto filio, & adſit frater decedentis ſenior relicto filio, hic indignitate ſuccedit, *l. 1. de alb. Scrib. l. 2. C. de praſ. prat. Aul. Gell. lib. 1. noct. att. c. 15.* ſecus in Electoratibus ſervari, ſupra oſtenſum eſt.

X. Poſt adventum Cæſaris vel Cæſarei Com- 61
miſſarii & ſtatuum, ac concedentem reſpirationem ad propoſitionem, quæ omnium actionum inſtituendarum principium eſt, baſis & fundamentum, devenitur; Ante eam ſolet Sac. Cæſ. Maj. Vice-Mareſchallo injungere, ut ſingulos ſtatus eorúmque nuncios ad eam audiendam convocet, qui tempore & hora præſtituta in Cæſaris Palatio comparere, & quidem EE. vel eorum nuncii in interiori Camera, Principes verò & aliorum ſtatuum nuncii in Ante-Camera expectare ſolent. Ante autem, quàm propoſitio fiat, Cæſar aut Cæſ. Vicarius cum univerſis templum accedere, & miſſam de S. Spirit. audire ſolet, ut is omnium corda illuſtret, *Aur. Bull. Carol. IV. cap. 2.* quamvis ſacrificio miſſæ durante, quidam ex choro in proximum conclave ſe ſubducere ſoleant, & ibi

uſque ad finem miſſæ permaneant. *V. ſup. cap. 6. n. 1. pag. 53.* Omnibus reverſis cantatur ode Veni S. Spiritus, &c. quod hactenus ſine intermiſſione factum fuiſſe, conſtat. Sic & olim Impp. in bellum ituri aut ex bello reverſi primum omnium ædem Jovis, deinde veſtalium Jani adibant quorum humeris in æde veſtalium injiciebatur paludamentum, in æde Jovis Senatores pedem in templo Jani manum averſam conſules oſculabantur, quod poſtremum ab eo tempore quo Sylla tria civium millia ipſi manum oſculantium trucidavit, in uſu eſſe deſiit & nullus deinceps manus Imperatoris oſculatus eſt Guevar. *in horol. lib. 1. c. 38. pag. 143.*

62 * Eadem obſervantur, ſi nomine Cæſaris Commiſſarius Comitiis præſit, ſive unus, ſive plures, prout Frideric. III. Imper. ad Comitia Norimbergam Comitem de Werdenburg, Maximilianus Anno 1489. Francofurtum filium ſuum & Epiſcopum Aichſtadenſem ablegavit, ut & Anno 1492. Confluentiam eundem filium & Comitem Zollerenſem. Carol. V. opera fratris Ferdinandi uſus eſt, *R. I. zu Nürnberg / An. 1524. 1525. 1545. & 1546.* aliis eidem quandóque adjunctis, Comitiis Eslingæ Anno 1526. habitis nomine Carol. V. Imper. Philippus Marchio Badenſis præfuit, ut & Ratisbonenſibus An. 1527. Wolfgangus Comes Monsfortii Spirenſibus, Anno 1529. Rurſus Ferdinandus aliis Anno 1542. Auguſtanis, 1555. Ratisbonenſibus 1557. & Auguſtanis rurſus 1559. quibusdam ſolus, quibusdam verò aliis adjunctis. Cùm autem à Maximil. II. Comitiis Ratisb. An. 1567. Albertus Bavarus, Carolus Comes Zolleranus & Georgius Ilſingenſis præfecti eſſent. Id quidem Friderici Palatini Legatis diſplicuit, quod Palatinus cum Saxone perpetuus eſſet Imperii Vicarius ex *A. B. c. 5.* ſed ſine rationabili cauſa, cùm A. B. tantùm de vacante Imperio loquatur, aut quando Imperator ultra Alpes vel extra Imperium profectus nulli vices commiſit. *Arum. de Comit. cap. 7. n. 17.* ſicquè proviſio hominis ſeu Imperatoris abſentis vel impediti facit ceſſare proviſionem legis, *l. fin. C. de pact. Convent.* cum plures Impp. extra Imperium conſtitutos vices alteri & aliis demandâſſe, legamus. Sic Frideric. I. Imper. Romam profectus, Uladislaum Bohemiæ Regem, Henricus VIII. Filium ſuum Joannem Bohem. regem, Vicarium Imperii reliquit, *Arum. de Comit. c. 3. n. 52.* Eorumque exemplo Rudolphus II. in Comitiis Anno 1588. & 1603. Ratisbonæ habitis fratris Matthiæ, poſtmodum Electi Roman. Imp. opera uſus eſt, receſſus comitiorum oſtendunt. Cur autem, quod EE. Principibus & Statibus licet ut per ſuos compareant Legatos, commiſſarios, delegatos, & deputatos, id Imperatori non liceret contra *l. 3. in fin. de offic. præt.* Ita præſentibus Comitiis Ratisbon. Anno 1662. inchoatis quæ adhuc continuantur, Invictiſſ. Roman. Imper. LEOPOLDUS Vicariâ poteſtate Celſiſſim. Principem GUIDOBALDUM Archiepiſc. Salisburg. Sedis Apoſtolicæ Legatum natum, &c. ex Illuſtriſſima familia Comitum de THUN præfecit, ſub cujus directione, felicem & optatum exitum habitura brevi ut res moræ impatiens exigit, ſperantur, ſed morte præventus finem ei videre non licuit.

XI. Finitis ſacris Cæſar vel ejus Legatus 63
aut Legati cum pompa ſplendore & apparatu, omnibus Elect. Principibus, Ordinibus comitatus ad Curiam deducitur: Cæſar ſolium eminentius & ſuam quisque ſeſſionem occupat. Electores paulò demiſſiùs ſedent inferiùs, ad dexteram ſedent Archiduces Auſtriæ, Archiepiſcopi Magiſter Ord. Teutonici. Epiſcopi, Abbates, partim Principali dignitate Illuſtres, partim prælati tantùm & Abbatiſſarum legati. Ad ſiniſtram reliqui Principes politici eorumque legati, quibus Comites, Barones & Civitates ordine confuſo promiſcuè ſtantes ſe adjungunt, ſeſſionibus autem & locis occupatis ad ipſam propoſitionem devenitur. * Præſenti 64
Conventu Celſiſſ. Principis Archiepiſcopi Cæſarei Vicarij, &c. Con-Commiſſarius Georgius Ulricus Comes de Wolckenſtein, &c. primò ad Status Sermonem habuit: præmiſſis Curialibus & cauſis, cur Cæſarea Majeſtas in perſona intereſſe Comitiis non poſſet, ob pericula ſcil. Regnis hæreditariis ſuis imminentia à Jurato Chriſtiani nominis hoſte Turca allegatis, ideoque hanc provinciam Celſiſſim. Principi Archiepiſcopo Salisburg. clementiſſimè delatam, pro bono communi in honorem Cæſaris, in Germanicæ nationis totiusque Chriſtianitatis incolumitatem acceptatam fuiſſe, additâ gratiarum actione EE. Principibus, Statibus, eorundemque conſiliariis nunciis ablegatis, &c. pro comparitione, &c. eos requirendo in vim Cæſarearum Credentialium conjunctim & diviſim, ut Propo-

ſitionem

Digitized by Google

ſitionem ſcripto comprehenſam, non tantum patienter audirent, ſed etiam, ut, qualiter rei neceſſitas exigit, ſeſe ſuper ea declarare vellent. Id quod non tantùm apud Cæſar. Sac. Maj. Celſiſſim. Princeps meritò prædicabit, additis oblationibus tum S. Cæſ. Majeſtatis tum Celſiſſ. Principis nomine ſolitis & conſuetis. Quo ſermone finito nomine, Cæſar. Majeſtat. Con-Commiſſarius D. de Gran. S. Rom. I. Imper. Conſil. Aulicus, à Celſiſſ. Principe, quam ex ejus manibus, Cæſaream propoſitionem, flexo poplite ſuſcepit, eam Salisburgenſi Conſiliario Cameræ D. Conrado Bartholomæo Oxl tradidit, quam ipſe præſentibus S. R. I. ordi-
65 nibus diſtinctè prælegit & recitavit. * Hac propoſitione lecta, Celſiſſ. Princeps Archiepiſc. Salisburg. Cæſareæ Majeſt. Principalis legatus, S. R. I. Principes & Status fere ſequenti verborum formâ affatus eſt: Quòd urgentiſſimas cauſas, quæ S. Cæſ. Majeſt. D. S. Clementiſſimum, ut hæc comitia indiceret, moverint S. Rom. Imp. Electores Principes Status eorumque conſiliarii, nuncii & legati non tantùm ex literis Evocatoriis, ſed etiam jam prælecta propoſitione ſufficienter intellexiſſent. Et ſicut ſuæ S. Cæſ. Majeſtatis ſollicita & paterna intentio eò maximè collimat, quatenus primo hæreditario hoſti Chriſtiano propter ejusdem contra commune Chriſtianum nomen moventem & imminentem periculoſam diſſenſionem, & de facto aliquo jam tempore in Tranſylvania aliisque locis præjudicialem invaſionem unanimi conſilio & conjunctis viribus cum effectu obviari, maximè curæ eſt, dein S. R. I. Imperium in bona tranquillitate conſervari, & magno labore ſumptúque obtenta pax conſervari, ut & priſtina germanica confidentia inter caput & membra, & horum inter ſeſe firma collocari, & demum quando juxta pacificationem ad exequendum relictæ & ad Comitia remiſſæ materiæ leuterari, & absque mora componi poſſint: Hinc S. Cæſaream Majeſtatem ea indubitata confidentia clementiſſimè duci; quòd bene memorati Domini EE. Principes, Status eorúmque Conſiliarii & Legati d. propoſitionem cum ſuis graviſſimis circumſtantiis pro exigente neceſſitate ritè ponderare, condecenter debitè deliberabunt, & deſuper promptè ac unanimiter ſe declarabunt, prout S. R. I. tranquillitas & cujusvis particulare commodum & proſperitas hoc ipſum requirit, hac annexa aſſecuratione ad Dominos Elect. Principes & Status eorumque Conſiliarios, & Legatos, &c. tam S. Celſit. vi Cæſareæ commiſſionis Principalis, qua fungitur, quàm ut Condirectorem conſilii Principum ſe indefeſſo ſtudio elaboraturam, & ad obtinendum tam ſalutarem ſcopum omnibus viribus cooperaturam, ad eumque finem, confidentionaliter concurſuram, nihilque à ſua parte prætermiſſuram, cum oblatione Cæſareæ ſuæ Majeſtatis gratioſiſſimæ, &c. Quæ exhortatio ex ſingulari affectu erga Rom. Imper. & nationem Germanicam à Celſiſſ. Principe gratioſiſſimè profecta, neminem non patriæ amantem
commovit. * Demum Electoris Archiepiſcopi 66
& Archi-Cancell. Moguntini Cancellarius, tum Sac. Cæſareæ Majeſt. nomine omnium EE. Principum & Statuum pro Paterna ſollicitudine tum quod in hac ſua neceſſitatâ abſentia S. Maj. tanto, tamque ſpectato S. R. I. Principi hanc Provinciam Clement. committere voluerit, ſua verò Celſitudo eandem ſuſcipere pro bono communi non detrectârit, cum recommendationibus & oblationibus, conſuetis, Sic & olim ſub Frider. III. Ratisbon. nomine Cæſaris ante propoſitionem Epiſcopus Tridentinus præfationem habuit, alii aliorum miniſterio uſi fuerunt excuſantes vel abſentiam Cæſaris, vel Statibus gratias pro comparitione agentes cum oblatione gratiæ Cæſareæ. Poſt vero propoſitionem præſente Cæſare Moguntinus, eo Anno 1595. Anno 1603. & aliâs paſſim abſente, ejus Cancellarius gratias agere conſuevit. Poſt oblationes per Moguntinum vel ejus Cancellarium factas, ſolet peti, ut propoſitio deſcribenda communicetur, quæ etiam Cancell. Moguntino traditur; Eoque ordine quo ante Cæſar vel ejus Commiſſarius ad aulam reducitur. Conſuevit inſuper ex Cancellaria Moguntina Mareſchallo de Pappenheim ſcheda mitti, qua ſtatus ad deſcriptionem propoſitionis vocare jubetur, utque ad certam horam ſuos juratos mittant ſcribas, cùm ſufficienti mandato ad domum ſenatoriam deſcribendi cauſa, cujus tenorem tradit *Arum. c. 7. n. 45.* Licèt Anno 1530. finitâ propoſitione & ſecuta reſponſione Archi-Mareſchallus omnes EE. Principes & Status ſonorâ voce circa tertiam pomeridianam ut ſcribas in curiam ad eam deſcribendam mitterent, promulgârit, ubi monendum plures

Digitized by Google

ab uno legato mitti non poſſe, cúmque in Comitiis Ratisbon. Anno 1594. duorum Principum fratrum nomine duo deſcriptores ab eorum conſiliariis cum ſufficienti mandato mitterentur, non niſi unus admiſſus eſt, quibus Scribis propoſitio per ſecretarium Moguntinum dictari ſolet.

67 XII. Propoſitione exceptâ, ſcripto per amanuenſes & ad Status perlatâ, ex cancellaria Moguntinâ Vice-Mareſchallo convocatio omnium Imp. ordinum ad diem certum & horam præfigitur; Nec enim lecta propoſitione protinus ad conſultandum devenitur, ſed congruens ſpatium & induciæ aliquæ deliberatoriæ concedi ſolent, quod etiam in comitiorum proceſſu obſervatur. Cumque in comitiis Norinbergenſibus An. 1487. Frider. III, Cæſar Elect. Colonienſem poſt propoſitionem protinus interrogâſſet, an ipſi contra Matthiam UngariæRegem aſſiſtere vellet, reſpondit, non eſſe uſitatum, niſi prævhabita deliberatione cum Coelectoribus ſe reſolvere. Et cùm Anno 1594. Director. in conſilio Principum ſupplicationes nonnullas ſtatibus prælegiſſet, ſuperque iis ex tempore votum exquireret, illi recuſârunt & cum deſcriptione ſupplicarum tempus deliberan-
68 di poſtulârunt. * Cùm autem tria conſilia ſint vel Collegia EE. Principum, & Civitatum, ut ſup. ſingulis capitibus oſtenſum; In Collegio Elect. juxta ordinem ſedendi in A. B. præſcriptum viritim ſuffragia dantur, exquirendi verò & colligendi ſuffragia Jus Moguntino competit, qui reliquorum votis auditis ſuam exponit ſententiam ac licet hunc EE. omnes requirere fuerint ſoliti *ex Aur. Bull. cap. 4. th. 50: lit. d. Petrus. de Andl. lib. c. Caſtald. de jure Imper. quæſt. 8. num. 21. verſ.* 24. Hodie tamen hæc requiſitio Moguntini non ad omnes EE. pertinet, ſed ſolius Saxonis eſt officium, Buxtorff. *d. loc.* Et hi EE. unum votum conſtituunt in Altero Collegio proponendi & dirigendi prærogativa inter Archi-Epiſcop. Salisburgenſ. & Archi-Dux Auſtriæ alternatur. *ut ſupra ſuo loco d. Arum. d. Comit. cap. 7. num.* 87. *Lymn. in annot. ad* Capit. *Matth. a.* 40, *pag.* 567.

69 In hoc Collegio Principes tam Eccleſiaſtici quàm Politici item Magiſt. Ord. Teutonici, ut & Abbates Principali dignitate eminentes item Magiſter Equitum S. Joannis viritim ſententias dicunt, nunc unus ex Eccleſiaſticis, mox ex Politicis à Vice-Mareſchallo rogati quas Director adſcribit per vic. Prælati reliqui omnes, duo tantùm vota habent; unum Suevi, alterum Rhenani; Prout etiam Comitibus, Baronibus in Curias diſtinctis non ultra quatuor ſuffragia competunt, quæ licèt per Syndicos & Commiſſarios frequenter dari ſolent, non ideò tamen ad Collegium Principum accedere, & deliberationibus intereſſe ipſis negatur, Wehner. *in pract. obſerv. verbo.* Graffſchafft. Et quia in hoc collegio ſenatus quandoque amplus eſt, nonnunquam pro Comitiorum acceleratione, certus quorundam ſua communi eorum placito delectus, qui vota ſit rebus diligenter & circumſtantiis perpenſis, literis conſignatâ, cæteris exhibeant perpendenda.

In Collegio civitatum inter ſe ſingulæ ſen- 70
tentiam dicunt, poteſtas autem exquirendi vota eſt penes communem Syndicum, ab illa civitate, in quâ Comitia aguntur conſtitutum, & collocatur in medio conſilii ubi deputati cum Secretario ſedent ad menſam & ſervant inſuper civitates Rhenenſes per Spiram. Sueviæ verò per Ulmam Regiſtraturam, quod Norinberga etiam obtinuit.

In dubium hîc primâ fronte vocant, quis 71
ordo & Proceſſus in conſultationibus ſervandus ſit, quod ante omnia directores proponere conſueverunt, ad vitandam confuſionem relationum & correlationum, quanquàm plurimùm Collegio EE. hic deferri ſoleat, id tamen non ſit tam ex neceſſitate, quàm ſpontaneâ voluntate, cùm aliorum Statuum placitum æq; ac illorum ſuam vim & authoritatem habeat: Ac licèt non temerè nec facilè ab ordine propoſitionis recedere fas ſit arg. receſſus *An,* 1576. Darauff ſie dann/ & *An.* 1582. da nun ſolche wichtige Sachen. Si tamen cauſas rationabiles allegent, cur alio quàm in propoſitione ſervato modo conſultationes inſtitui velint, audiendi meritò videntur: Sic Auguſtanis Comitiis Anno 1530, Joann. Elector. Saxon. cum reliquis proteſtantibus deſideravit, ut punctus Religionis tanquam gravior altero, qui erat de perpetuo & durabili exercitu contra Turcam conſcribendo &

con-

continuando, primo definiretur, licèt ab Imper. in propoſitione inverſus ordo ſervatus fuiſſet; Cui poſtulato Imper. non invitus annuit. Et ſanè, ſi ordo à ſoliùs Cæſaris diſpoſitione in propoſitione facta dependeret immutabiliter, fruſtra Status hâc ſuper re conſultarent, quem mutare non poſſent, Jus hac de re deliberandi quidem ad ſolos EE. pertinere, voluit Althus, *c. 33. n. 68.* ſed Cæteros quoque ordines ſuper ordine deliberare experientia teſtis eſt; Et ex hoc capite ſcil. ob obſtinatam de ordine agendi conſultationem conventus Ratisbon. Anno 1607. diſſipatus fuiſſe traditur quamvis in tali diſſenſione tutiùs foret, herciſcundorum medium viam ſequi & omnia unis deliberationibus conjungere ac decidere; Cujus ſuaſor fuit Cæſar dd. Comitiis Anno 1607. Fuit quidem aliquando hoc quorundam ſtatuum poſtulatum; ut ante ſuſcipiendam deliberationem de capitibus propoſitionis, gravamina eorundem particularia, deciderentur; Verùm hoc planè præter & contra ordinem, cùm publica præferenda ſint commodis privatorum; & præpoſterum, ſi Cæſaris poſtulata ob quæ Comitia indicta ſunt, ſtatuum cauſis incidentalibus poſtponantur, ut proinde ſufficere videatur Cæſaris Clementiſſima oblatio, quod gravioribus expeditis etiam gravamina expedienda ſint, ut factum Anno 1613. decreto Cæſareo 7. Sept. Ratisbon. d. Anno 1613.

72 Adhæc quoque præliminariter deliberari ſolet circa modum, an ſtatus in pleno ſenatu vel coram deputatis, durch einen Ausſchuß / conſultare velint, qui poſterior modus ob multitudinem ſtatuum celeriorem expeditionem præbere ſolet, & obſervatus eſt Norinbergæ Anno 1431. 1566. & 1594. quamvis alter frequentior ſit, quia propoſitionis capita omnes tangunt, quodque omnes tangit, de eo omnes deliberare & id probare vel reprobare volunt, quod ipſis meliùs videtur. Prior tamen commodior, quando articuli certi incidunt, qui non niſi à peritis intelligi poſſunt, ut ſunt militaria, monetaria, Telonaria, &c. & ſimilia, & ita aliquando ſex Electores, duo Principes, unus Eccleſ. alter ſæcularis, duo prælati, duo Comites vel Barones, duo ex civitatibus ad hoc aſſumpti loquuntur, in qua conſultatione EE. tantùm ſeſſione præeminent, aliàs autem ſingulorum votum pro uno habetur, & 6. Electores ſæpe ab aliis octo votantibus ſuperantur, unde in hunc modum EE. non facilè conſentiunt, licèt alii ſtatus ad eum propendeant.

Poſt propoſitionem eique accidentalem modum ad merita cauſæ & ejus capita proceditur, quando EE. in uno vel altero articulo concluſerunt, conveniunt, & alteri Principum collegio ſuum animi motum & ſententiam exponunt, quàm ſi ordo Principum approbat, bene eſt, ſi minùs in conclave ſuum ſe conferunt, ut ulteriùs conſultent, & deliberatione peractâ iterum in curia convenientes Principes ſuam ſententiam aperiunt, quâ cognitâ Electores prævio conſilio indicant Principum Collegio, in quo cum ipſis invicem conveniant & diſcrepent ſive paria & diſparia. Spe eâ freti Principes in diſparibus mutatâ opinione ſuæ ſententiæ adhæſuros; Qui ſi adhuc diffideant utriusque Collegii diſparia Imperatori vel ejus Commiſſario referuntur, per Secretarium Moguntini, dein his in diſparibus perſeverantibus Civitatum nuncii ad utrumque ſenatum vocantur, & utriusque Collegii votum in ſcripturam redactum, non per Cancellarium ſed Secretarium vel vivâ voce, vel ex ſcripto proponitur, cui relationem ſuam Civitates quoque adjungunt, ſuoque ſuffragio vel uni aut alteri accedunt, vel ab iisdem recedunt, idem proponitur, ſi duo Collegia EE. & Principum concordent; Ex quibus relationibus & correlationibus tandem naſcitur ſæpè hinc inde in idem placitum conſenſus, cui ſi Cæſaris accedat confirmatio, ſententia legis & decreti vim ſequitur. 73

Q. *Hic oritur ſatis ambigua an in Comitiis Imperii votis majoribus ſtandum ſit, Et quidem in cauſis religionis?* 74

Id negant Proteſtantes eò quod in ſolitis & conſuetis majora vota non concludant in aliorum præjudicium, ſed unius contradictio plus operetur quam multorum conſors aſſenſus, *ex l. Sabin. Com. Divid.* Et harum cauſarum 12. ſibi ſimiles refert Bertramus

Digitized by Google

Bertrami *de Com.th.73.* In Politicis tamen negotiis id affirmandum, *ex l. quod major. ad municip.* Cùm propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem, res alias ſine exitu, futura eſſet *l. 17. §. 6. de Recept. arb.* & pene impoſſibile ſi omnium expectetur concors ſententia, unquam finem aſſequi, ſperandum, eſſet *l. 1. §. fin. de acqu. poſſ. fac. l. 3. quod Cujusque un. nom. l. duo ex tribus 39. de re Jud. l. nominationum C. d. De-
75 cur. l. ſi quod C. de Legat.* Et certè ſi majoribus votis ſtandum non eſſet ſtaretur minoribus, quod rationi adverſatur, ſi ex tribus in bellum duo concludant, unus reſiſtat, hujus unius arbitrio plùs quàm duorum deferendum foret, *add. t. t. de his, quæ fiunt à maj. part. Cap. c. inter 21. §. diſcretioni. c. cùm in Jure. 33. c. venerabilem. 34. §. objectionibus. c. coram. 35. X. de Elect. junct. A. Bull. c. 2. accedit.* Text. in R. I. Trevirenſi Anno 1512. §. Es ſollen auch die Chur-Fürſten. Item Ordnung des Regiments zu Worms / *Anno* 1621. *ibid.* durch den mehrern Theil. §. wurde ſich auch begeben. & alibi. * Licèt autem ab hac ſententia alii aliquos 12. vel 13. Caſus exceptos velint, in quibus omnium conſenſum requirunt quos refert Bertrami. *de Comit. N. 73.* Tamen ſecundùm eundem, ſi penitius introſpiciantur, apparet omnes alias, quæ unquam in deliberationem comitiorum trahi poſſunt, ſub iisdem vel implicitè ſaltem contineri vel ad eas reduci poſſe, ideóque iſtâ exceptione admiſſâ facilè judicare licet. quid in Comitiis ſolidè decidi poſſit, cùm juxta Poëtam ſint:

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus.

Et

Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno,
Cuique ſuum caput eſt, ut pileus, improbat Hermes,
Approbat Hermannus, nec idem placet omnibus unquam.

Reinck. de Reg. ſec. 8. n. 61.

76 Q. *An ſaniora vota prævalere debeant?*

Negativa placet, nunquam enim erit controverſiarum finis, ſuum quovis ſanius exiſtimante, *Baccian. de probat. lib. 2. c. 43. n. 72.* Prout qui in Electorali collegio plurium calculis eligitur, Imperator eſt, *A.B. cap. 2.* nec in hoc collegio ſaniora attenduntur, ut traditum, *ſub c. 7. q. 19. n. 21. pag. 91.* cur ergo ſanioritas in aliis collegiis attenderetur, in quibus collegarum omnium inter ſe par eſt poteſtas & authoritas, *l. collegarum. 173. de V. S.* omnes æquali poteſtate funguntur. prout prætores provinciales, item præſides urbanorum collegæ, parem dignitatem poteſtatem & imperium habebant, *l. Ex omnibus. cum ſeqq. de off. præſid.* cur unius ex tribus collegiis votum altero collegio prævaleret?

Q. *An in eminentiori ordine aut gradu conſtitu- 77
ti voto plùs quàm alteri tribuendum?*

Et hoc negandum, tum ex dictis, tum etiam, quia conſtat non fuiſſe majus imperium conſulis ætate grandioris, quàm junioris, nec ejus qui conſulatu ſæpiùs functus fuerat, quàm cui faſces primò delati erant, *Gadd. ad d. l. 173. de V. S.*

Sed nunc alteriùs perplexa oritur quæſtio, 78
quæ Oedipum aut Delium natatorem requireret, quanta Cæſaris in comitiis & quanta ſtatuum ſtatuendi ſit poteſtas; Abſolutam poteſtatem ſolus Imperator ex Germanicis ſibi nunquam arrogavit, nec adhuc arrogat, & ſi arrogaret, obſtarent leges fundamentales, Capitulationes, ipſaque obſervantia. Quin imò veteres etiam Rom. Imper. ingenuè faſſi ſunt, proceres eſſe partem corporis ſui in partem ſollicitudinis adſcitos *l. quisquis. C. ad l. Jul. maj.* Id profeſſus ingenuè fuit Auguſtus *in l. humanum C. de ll.* & exemplo oſtenditur *in §. 1. fideic. hered. & §. 1. de Codicillis.* Ut Imperator aſſem votorum Comitialium ſibi non adſcribit, ita ſtatus ſibi adſcribere nec poſſunt, nec debent, nec ſolent; Licèt Bodinus Cæſari nihil ferè, ſed omnem poteſtatem ſanciendi confirmandi decreta ſtatibus tribuat, *l. 2. de rep. 26. pag. 346.* Quæ ejus ſententia refutatione indigna, opprobrium magis quam commiſerationem meretur, uti ex livore aliquo contra Rom. Imperatorem profecta ab Andio ſine bono: Jurat ſanè Cæſar ſe in Imperii negotiis ſine procerum conſenſu nil conſtitutum, Ita Carol. V. *a. 2. & 32. Capitulat. inſt. pac. Cæſ. Suedic. a. 8. §. gaudeant. plura allegata ſunt ſui.* Quæ autem & quanta Comitiorum pars ad Cæſarem & ordines pertineat, non adeò expeditum eſt. * Non deſunt, qui in univerſum ſuf- 79
fragiorum Jus inter Cæſarem & ſtatus ut aſſem comitiorum in duos ſemiſſes diſtribuunt, unum Cæſari, aliquam univerſis ordinibus attribuentes prout & olim Jus Comitiorum inter Cæſarem & po-

Digitized by Google

& populum diviſum fuiſſe, ſcribit Sueton. Idque quia in partem ut d. ſollicitudinis vocantur proceres & ſtatus: Parte autem non expreſsâ juris eſt notiſſimi, partes æquales intelligi *§. ſi plures de hered. inſtit.* itaque ſicut ſoli Imp. unum ſic ordinibus alterum ſemiſſem hi tribuunt, quorum hic in tres ſextantes pro numero trium collegiorum ſubdividitur, ut ſingulis Collegiis hoc modo triens, ſemiſſis, vel ſextans, totius aſſis competat, quorum unum ſextantem EE. ſecundum Principes, tertium liberæ Imper. civitates habeant. Quâ computatione ſtante & poſitâ, hoc ſequeretur: quod ſi Cæſari, unum ordinum conſilium accederet, ex ſuppoſito, quòd majora concludant, Cæſar ſuum intentum habeat, qui ſi cum ſuo ſemiſſe unius conſilii votum ſive ſemiſſis trientem habeat, adeoque $\frac{6}{12}$ ex proprio, & $\frac{2}{12}$ ex uno voto Conſilii ſtatuum habitis $\frac{8}{12}$ ſive $\frac{2}{3}$ jam non tantùm majora, ſed $\frac{2}{3}$ votorum fruetur, quæ uni $\frac{1}{3}$ ſive $\frac{2}{3}$ aliorum conſiliorum derogabit. Prout $\frac{2}{3}$ votorum etiam in Elect. Papæ prævalent, item de Jure Can. quando Poſtulatio cum Electione concurrit, textibus vulgatis. Verùm hæc ſententia quamvis Cæſarianis favorabilis, qui facile unum conſilium in ſuam ſententiam pertrahere poſſent: Statibus tamen multùm periculoſa; nec ſatis tuta videtur:

80 * Hinc aliorum eſt ſententia, quòd in Comitiis, quicquid agitur & concluditur, contractus & transactionis inſtar ſit inter Imperatorem ex una & ſtatus Imperii ex altera partibus, quod ex formula illa receſſibus vulgariter inſeri ſolita colligere licet notanter in Receſſ. Wormat. Anno 1521. §. Und haben wir uns mit den Ständen/ und ſie ſich wiederum mit uns verglichen/ in quo contractu vel transactione una pars tranſigens ſit Imperator, & altera ipſi imperii ordines conjunctim, ut proinde qualis in contractibus duarum partium paciſcentium vel tranſigentium requiritur conſenſus, talis etiam hic in Comitiis requiratur, in illis autem alter alterum invitum non obligat, cum omnis contractus ab initio voluntatis ſit, & mutuum Synnallagma ab utraque parte intervenire debeat, *l. Labeo* 14. *d. V. S.* nec uni major, nec alteri minor in decernendo competat authoritas, ſed ſicut invitus obligari, ita etiam obligare alium nequeat. Hoc tamen adjecto, quòd quando ab una parte Cæſaris adeſt conſenſus, non ſit ſimpliciter neceſſe ex altera parte ſtatuum, ex quâ plures Cenſores, ſive tria collegia, univerſorum concordantem adeſſe conſenſum, ſed majoris partis voluntas ſufficiat, ut evenire ſolet de jurè in pluribus Conſortibus, in quibus majoris partis placitum ſufficit, *l. 7. §. fin. & l. 8. ff. de pact. ac alias paſſim.* Si ſcil. non faciant actum inſolitum *l. Sabinus Comm. divid.*

Quid ſi autem ſtatus inter ſe convenire nul- 81
lâ ratione poſſint, & ſingula Collegia ſingulare habeant votum, nec ab eo diſcedere velint; Nihil planè actum videri poteſt, cùm ſubſtantiale requiſitum contractus, ipſe conſenſus deficiat.
* Sed an diremptio ſtatibus diſcordantibus penes 82
ipſum erit Cæſarem? Id nonnulli eruunt, *ex receſſu Spirenſi de Anno* 1544. §. als wir aber in der Handlung befinden. *ubi id factum legitur pag. mihi.* 343. *Auctor* nothwendigen Erinnerung *contra* Donawerthiſche *Information. p. 2. pag.* 237. quod hoc ſtatus confeſſi ſint Comitiis Ratisbon. Anno 1576. Cæſari hoc modo ſupplicantes: Unſers Erachtens gantz unvonnöthen/ auf des eins oder andern Theils Bewilligung zu ſehen oder zu warten/ ſondern Euer Kayſerl. Maieſtät haben diß-falls vollkommene Macht und Gewalt zu Verhütung gröſſers Unraths/ ꝛc. Ihr Kayſerl. Amt zu interponiren. Et quidem ſi ſtatus diſcrepantes id Cæſareæ deciſioni liberum relinquant, res non habet dubium; at ſi id non faciant dura nux eſt, quam frangant Politici in publicis exercitationibus, ego nec ſupremæ Majeſtati nec Principum libertati & poteſtati quicquam detractum velim, mihi rerum publicarum minùs perito non liquere, fateor exemplo Juris-Conſulti *in l. 13. §. fin. de arbit.*

Quid ſi nunc conſenſus in omnibus vel qui- 83
buſdam punctis, omnium Statuum vel plurium adſit; Ad promulgationem decreti proceditur, cujus notula ab Elect. Moguntino concipi & Cæſari triumque Collegiorum deputatis in Electorum conclavi proponi ſolet, ad quem actum, quiſque Electorum unum vel duos (quibus tamen una tantum vox competit) ex Principum ſenatu Eccleſiaſtici & ſeculares ſex. Civitates ex duobus ſcamnis duos deputant, qui ad Reviſionem conceptus adhibentur,

hibentur, ita ut Cæſarei Commiſſarii votum habeant deciſivum, & quod alias majori parti placet ratum manet. Decretum verò ſoliùs Cæſaris nomine concipitur, Secretarius autem Moguntinus Electorum & Statuum tam præſentium quàm Legatorum nomina adſcribit, & catalogum eorum Statui, ad quos pertinet, ad examinandum tradit, ita ut qui plures ditiones & vota habeat, pluries etiam ſubſcribat: Cum autem Duces Wirtenbergici An. 1603. Ratisbonæ ſubſcriptionem nomine ſui Ducatus & comitatus Mompelgardenſis in uno loco urgerent, alii ſe eorum conatui oppoſuerunt. *Arum. c. 7. n. 1. Beſold. in Theſ. verb.* Gefürſte Grafen. *in quaſt. ante finem pag. 326.* Demum receſſu reviſo ſigillis & ſubſcriptionibus munito, Status à Cæſ. Majeſt. ad publicationem convocantur, quæ Cæſare ſolium regale aſcendente, aſſidentibus EE. Principibus Statibus eorumque legatis peracto ſacrificio miſſæ, ut propoſitio, perficitur, ubi Cæſare præſente à Statu aliquo initium fit, ita Anno 1594. factum teſtatur Arum. *c. 7. n.* 101. & dein à Moguntini Cancellario perlegitur. Demum Cæſar Statibus gratiâ ſuâ oblatâ eos ad obſervantiam receſſus adhortatur, & cum proceribus diſcedit; Receſſus autem duo fiunt originalia, quorum unum Imper. alterum Elector Moguntinus aſſervat; Hic etiam notum facit, quando receſſus dictandus ſit & deſcribendus, & copia quoque Cameræ Imperiali transmittenda mandatur, & Status non niſi veniâ à Cæſare petitâ diſcedunt.

Licèt ſignandi ratio non ſemper fuerit eadem, ſed ſoli Impp. olim ſignabant, ut conſtat 84
ex A. B. cap. 4. & receſ. Imp. Anno 1442. & 1495. *Wormatia*, aliquando Imper. Archiepiſc. Moguntinus & quidam nomine Statuum, aliàs aliter, ut Auguſtæ Anno 1500. 1521. 24. 25. Anno 1542. nomine Civitatum nemo ſignavit. Noviſſimus ſignandi & ſubſcribendi modus hic eſt; Funiculus duplex infimæ parti pergameni transfixus in ſuperiori parte, Sigillum Cæſaris conjungit, & poſt ejus Sigillum in duo latera diviſus manet, à dextero latere Sigilli Cæſaris. Eccleſiaſtici ſigilla apponunt, Moguntinus vel ejus conſiliarius; Eo autem abſente alius Elector, qui in ſeſſione prior eſt. I. Eccleſiaſticus Princeps ex ſecunda Principum claſſe III. unus ex Prælatis à latere verò ſiniſtro in altero funiculi latere, Elector Bavariæ, aut conſiliarius, aut alius Elector ſæcularis, II. Princeps aliquis ſæcularis ex Collegio Principum. III. Unus ex Comitibus Wetteraviæ vel Sueviæ alternis vicibus, ultimo loco appenditur ſigillum civitatis ejus, in qua comitia habita fuerunt, hac ſcil. forma noviſſimè uſurpatâ Comitiis Ratisbonenſibus Anno 1654.

Sigillum Cæſ.

Prælaten	Geiſtliche Fürſten.	Maintz.	Bayren.	Weltliche Fürſten.	Grafen.
Dominicus Abbt zu Weingarten.	Michaël Oswald. Graf von Thun/ic. Salzburg. Joann. Weil. D. Magdeburg.	Joann. Philipp. Ertz-Biſchoff zu Maintz.	Herman Egon Graf zu Fürſt.	Pfaltz Lautern. Joann. Friderich. Pawel von Reimingen.	Joann. Victor D. wegen der Wetterauer Grafen.

Civitas in qua Comitia habita.

Cammer und Rath der Stadt Regenſpurg.
Conſtantin zu Leißkirchen Herr zu Trausdorff.
Wegen Burgermeiſter und Rath der Stadt Cöllen.

Atque

Atque ita proceſſum in Comitiis proximis & his adhuc durantibus Ratisbonæ à principio huc usq;.

Poſtquam enim S. Cæſ. Majeſt. 1662. Comitia Ratisbonam indixit 8. Februar. Electorum prævio conſenſu. Cui Cæſar ipſe cum perſonaliter intereſſe non poſſet multis & gravibus de Cauſis, Archi-Epiſc. Salisburg. &c. ad hoc ut locum tenentem requiſiviſſet, hic medio Auguſto Ratisbonam appulit fere primus & in Monaſterio S. Emerani divertit.

Dein Anno 1663. 20. Jan. facta eſt propoſitio, cui ipſe Archi-Epiſcopus Methodicam præmiſit viva voce inhortationem, dein ad ipſam rem facto tranſitu conſultatum primo fuit de modo deliberandi & concluſum juxta ordinem propoſitionis Cæſareæ procedendum eſſe.

Et I. quidem punctus ſubſidii Turcici in deliberationem venit, quod diviſum in præteritum, præſens, futurum, ob præteritum & præſens aliqui 12. 15. 20. 25. alij 30. 40. & 50. usque ad 100. menſes Romanos in ſpecie Archi-Epiſc. Saliburgenſis addixerunt.

3. Poſt preces jejunia & eleemoſynas Papam alios Reges, Civitates Hanſeaticas, exterasque Respublicas ut & nobiles immediatos requirendos & de non transportandis armis ad hoſtes ante omnia inhibitiones faciendas placuit, Cumque inſuper punctus ſecuritatis proponeretur & Capitulationem alii faciendam allegarent Utriusque alternatio de die in diem placitata fuit ubi de matricula controverſia incidit. Et quamvis in propoſitione de armatura mentionem non factam nonnulli dicerent. Cùm tamen de periculo Turcico multa quotidie occurrerent, ad hanc deventum, conſcriptio militum propoſita & promiſſum juvare Cæſarem armis contra Turcas implicitum & ut Anno 1521. ita nunc ad 14. (24.) Aprilis juxta Altenberg militem ſiſtendum.

Deliberatum etiam de Officialibus diſtributione cohortum, Quis ductor, quomodo miles ſuſtentandus, ne circuli hoſpitatione onerentur, de æmulatione officialium evitanda, de Tormentis & aliis neceſſariis.

Ubi Cardinal de Thun & Archiep. Salisb. etiam milites ſeparatim miſit & non tantum promiſſum præſtitit ſed etiam totam legionem complevit belli duce & tormentis adjunctis. Directores conſtituti Principes Epiſcopus Monaſterienſis & Badenſis Durlach quorũ prior gratis operas ſuas obtulit.

Quas copias defenſivè & offenſivè adhiberi placuit.

Sed in Octob. pax cum Turcis ſubſecuta eſt inde 85
ſupervenit informatio Bremenſis & eam controverſiam vel amicabili compoſitione vel via Juris ſolvendum placitatum fuit, Item deductio Cæſ. Erfordienſis quam Magdeburg. & A. C. A. urgebant Herbipolenſi legato contra proteſtante Legatis aliis inſtructionem à ſuis Principalibus expectantibus.

Quod ſi autem Status aliquis vel aliqui particulares ex Statu contra unum vel alterum punctum, quem ſibi præjudicialem autumant, vel etiam contra totum receſſum proteſtentur, ut contra decretum Spirenſe A. 1529. proteſtati ſunt Elect. Sax. & conſortes; Item A. 1530. Ratisbonæ Proteſtantes, unde nomen hoc ortum, & contra receſſum 1532. §. Als auch ferners. Alii contra articulum de Concilio An. 1548. §. Ferners. rc. Tamen ejusmodi proteſtatio non attenditur, cùm proteſtatio nihil novi Juris tribuat, ſed vetus tantũ conſervet, *l. ſi debitor. 4. §. 1. quib. mod. pig. vel ſup.* quando autem cum Cæſare majora Collegiorum vel in ipſo Collegio majora ſtant contra proteſtantem, iſta pluralitas per hanc ſerotinam contradictionem everti non poteſt, nec illi de præjudicio queri poſſunt, cum reliqui Status Jure voti liberi uſi, nulli facere cenſeantur injuriam, *l. injuriarum. §. 1. de Injur.* & ſicut abſens dicens ſe nolle venire, ita hîc aſſerens ſe nolle conſentire, ſua contumacia & contradictione nihil efficit, ſed ut abſentis ita contradicentis votum ad plures alios recidit, *c. 2. de Elect. in 6.* Quin imò eorum etiam nomina ſive conſenſerint, ſive non, ſed expreſsè contradixerint, nihilominus receſſui, inſeri ſolent dummodo eadem ante apud Moguntinũ profeſſi ſint, atteſtante receſſu A. 1545. & 1555. licet & hac ſuper re Proteſtantes A. 1613. conqueſti ſint, allegantes, quòd non conſentientium nomina aliàs Anno 1530. & 1552. omiſſa ſint; & in ſpecie Electoris Ludovici, Palatini, cùm ſignare nollet, non ſit facta
mentio. * Receptum autem eſt miniſtris Can- 86
cellariæ Moguntinæ pro ſtudio variarum expeditionum munus aliquod decernere, quod non à Statibus, ſondern vom Reichs-Pfennings-Meiſter / ipſis numeratur. Ut & Vice-Mareſchallo

juxta prædicta, item ſenatus Civitatum in communi illis, qui ex loco Comitiis deſtinata ſua officia præſtiterunt, honorarium & remunerationem præſtari conſuevit.

Verum ſolent quandoque quædam vel ad proximam univerſalem diætam vel ad conventum particularem non rarò reſervari, quare nunc de particularibus conventibus aliquid ſubnectendum,
87 * Hi ſunt duplices: In quibusdam certa pars, in aliis verò ex omnibus ordinum Collegiis ſelecti conveniunt; Huc ſpectant conventus Electorum, Electoralis Chur-Fürſtl. Wahl-Tag/ *de quo ſat ſupra & Cluten. in diſſ. de Comitiis Electoralib.* II. Eorundem conventus collegialis Chur-Fürſtl. Collegial-Tag/ item Chur-Fürſten-Tag ad illum Rex Bohemiæ non, ad hunc vocatur, ut ante monitum, *Beſold. & Wehn. in verbo* Wahl-Tag. III. Conventio deputatorum, Deputations-Tag. IV. Conventus Circulorum Creiß-Tag. V. Viſitatorum Cameræ, Viſitations-Tage. Quibus accedunt diætæ provinciales.

88 De Conventu EE. Collegiali, in quo extra Electionum ejusque adjuncta alia publica privatave negocia ab EE. tractantur, *V. act. pub. tom. 2. l. 8. tract. 4. p. 1. 753. apud Londorpum* vom Collegial-Tag zu Mühlhauſen/ *1619. Anno* 1627. recepti olim annui fuêre hodie verò non niſi urgente neceſſitate celebrantur, *hac de re actum ſup. cap.* 12. *q. 7. n.* 10. *pag.* 246.

89 Ad circulares conventus quod attinet, aliquando Circuli omnes, nonnunquam quidam aut unus tantùm conveniunt; Illi univerſales dicuntur quatenus ſe invicem reſpiciunt, alias reſpectu Comitiorum Imperii non univerſales ſunt; Et hi annuè bis aut ſemel pro neceſſitate convocantur in iisque tractatur de contributionibus moneta probanda ac reprobanda, ſententiarum & mandatorum Imperialium executione ac pace publicâ ſervandâ *Matth. Steph. de Juriſd. lib. 2. p. 1. c. 4. n.* 48. Item de præſentandis Aſſeſſoribus Cameræ prout circuli ſinguli nominandi duos Jus habent, *ex conſt. Maxim. Anno* 1507. §. 1. *Ord. Cam. part. 1. t. 1.* §. Deßgleichen. & *Anno* 1512. §. Und ob jemand. *Anno* 1522. §. Welcher geſtalt. *Anno* 1555. §. Und damit. Iis, quæ de circulis ſupra breviter dicta ſunt, *cap. 5. 4. pag.* 48. hoc addendum, quòd unicuique circulo in ſua regione incumbit: I. Cura & defenſio pacis publicæ. II. Juſtitiæ executio. III. Cura monetæ publicæ. IV. Contributionum moderatio. V. Inquiſitio de Vectigalibus, *R. I. de Anno* 1522. & 1566. & negocia ſimul cujusque regionis, *R. I. de Anno* 1548. & 1570. Singuli ſibi ſuos ſingulos eligunt capitaneos cui adjungunt 4. Conſiliarios Laicos. Erklärung des Land-Friedens zu Nürnberg / *An.* 1555. *tit.* welcher Geſtalt durch einen jeglichen / ꝛc. qui Dux ejusdem circuli Princeps, Comes, Baro, aut Eminentioris dignitatis ſtatus, aut alia Perſona idonea licèt ejusdem circuli non ſit, eſſe debet. *R. I. Auguſt. anno* 1555. §. Und damit obgeſetzte. hoc autem cautum. *an.* 1555. §. und ſollen die Jenige. ne hæc dignitas in extraneum conferatur. *V. quæ dixi ſup. cap. 7. q. 17. pag.* 89. licèt Daniæ Rex exempla prædeceſſorum & aliorum in contrarium allegaverit. Quamvis autem 6. Circulis ab initio conſtitutis videlicet I. Francico, II. Bavarico, III. Suevico, IV. Rhenano, V. Weſtphalico, & VI. Saxonico, *R. I. de anno* 1500 §. Wir ſer Rath. poſteà acceſſerint neceſſitate ita poſtulante diviſo Saxonico & Rhenano adhuc IV. ab Imper. Maximilian. I. Auſtriacus, Burgundicus, Electoralis Rhenanus & ſuperior Saxonicus, atque ita decem effecti ſint, *R. I.* zu Trier und Cöllen. *Anno* 1512. §. Darauf haben wir. & *anno* 1522. *tit.* Erklärung des Land-Friedens. Quoties tamen in Comitiis aliquod Circulariter deliberandum decernitur, in ſex contrahi circulos ſolent, quod etiam in præſentatione Aſſeſſorum obtinet, *ex ordin. Cam. p. 1. c. 2. R. I. de anno* 1556. §. Und ſollen unſerer *Wehn. in pract. obſ. verb.* Stand des Reichs. Aliquando extra ordinem, urgente periculo à Circulis Imperator ſubſidium charitativum exegiſſe legitur, ablegatis ad eos Commiſſariis, qui cauſas convocationis & imminentis periculi exponerent, *Arum. c. 2. n.* 44. ſed per hoc Status ſe gravari queſti ſunt, *Comitiis Ratisb. anno* 1597. & *an.* 1603. & hunc modum omitti petierunt, eorumque quæ ſoluta erant compenſationem ad ſervandam cum cæteris æqualitatem poſtulârunt. * Singuli autem
circuli ſuos habent Capitaneos, Crayß-Obriſten 90
dictos. Ad modum conveniendi quod attinet, ſingulorum Circulorum Principes, die ausſchreibende Fürſten / ordines ſuo circulo incorporatos, certo tempore, ad certam civitatem convocant,

in ſuo

in ſuo etiam circulo, quo ubi conventum, Legati apud eundem, nomina & mandata ſua edunt, dieque deſtinato Legatis in curia ſedentibus, is cui indicendi jus eſt, proponit ſingulorum ſententias rogat, eo quo ſedent ordine, deinde ſuam addit, & quod majori parti placuit, Decreti Circularis habet vigorem, dummodo res ſit, quæ circulari diſpoſitioni ſubeſt, *ut patet ex decreto* Anno 1555. §. und damit. Et conveniunt communiter in aliqua Imperiali aut etiam magna, alteri in iſto circulo ſubjecta Civitate, ubi ſua archivia habent, iiſque regulariter duo Principes, Eccleſiaſticus unus, alter ſæcularis præficiuntur. Specialia de circulo Franconico tradit *Wehn. in obſerv. verb.* Craiß.

91 Sunt alii Conventus deputatorum, in quibus ex univerſo ordinum Collegio ſelecti conveniunt, qui conventus primùm decreto Auguſtano Anno 1555. inſtitutus eſt, Beſold. *in Theſaur. verb.* Deputations-Tag. Legatus vel Commiſſarius Cæſaris, Electores omnes ſex vel hodie ſeptem excluſo Rege Bohemiæ, Quatuor Principes Auſtr. Herbipol. Monaſter. Bavarus, ex Prælatis Abbas Weingartenſis ex Comitibus Fürſtenberg. Ex Civitatibus Imp. Colonia & Norimberga. Horum officium olim fuit perſonale nec ad Succeſſores tranſitorium, dein factum hereditarium *R. I. de anno* 1559. §. Nachdem ſich darneben/ *pag. mihi* 556. Quibus prædictis ibidem adjuncti ſunt, Dux Juliæ & Landgravius Haſſiæ *d. receſſ.* §. *ſqq.* auf daß dann bißfalls. Et poſtea Epiſcopus Conſtantienſis duces Brunſwicenſes & Pomeraniæ *R. I. de anno* 1570. §. und damit ſolche wichtige Dinge/ ꝛc. Qui numerus in Conventu deputatorum ad unguem ſervatus fuit, *v. Receſſ.* 1600. Licèt extraordinariè Anno 1577. Francofurtum Conventum deputatorum ob ſpeciales cauſas extraordinariè plures confluxerint. Cauſa conventus aliquando fuit motus vel tumultus, quibus compeſcendis, unus 3. vel circulorum vires non ſufficiebant: Tunc enim Capitanei circulorum, auxilio opus eſſe cenſentes, Moguntino E. cum aliis adjunctis id per litteras exponunt, Moguntino autem tanquam Archi-Cancellario Imperii per Germaniam nomine Imperatoris Principes & ordines deputatos convocandi Jus eſt: Ubi ut in Comitiis univerſalibus & conventu circulari, accedentes nomen & mandata apud Moguntinum edunt: Cæſareus autem Commiſſarius re cum Electoribus communicata, capita deliberationis ſcripto concepta ordinibus in curia civitatis plerumque congregatis proponit & ſingulis dat deſcribenda. Ac licet ante hac inter ſelectos paria ferendorum ſuffragiorum jura eſſent, ita ut omnes & ſinguli, viritim juxta ordinem Seſſionis in Comitiis conſuetum, ſententias dicerent, ac vota majora concluderent: Hodie tamen aliter ſervari dicitur, ita ut propoſitionis Capitibus deſcriptis in duas claſſes ſe dividant, & hoc modo jus ſuffragiorum in duos ſemiſſes diſtribuatur, quorum unum Cæſaris Commiſſarii, alterum reliqui deputati habent: Deputatorum ſemis rurſus in duos quadrantes ſubdividitur, quorum unum Electores, alterum reliqui Principes aliique ſtatus obtineant, tam Eccleſiaſtici quàm Sæculares, Prælati, Comites, Civitates, Electores autem & Principes viritim ſententias dicant.

De Viſitatorum Cameræ conventibus in 92
ſpecie *V. Denaſi Jus Camer. verbo Viſitatio.* Ad hos conveniunt delegati Imp. & Statuum, qui Spiram mittuntur ad Judices idoneos conſtituendos, ad tollendas Cameræ corruptelas, & querelas ſtatuum abolendas, *O. Cam. p.* 3. *t.* 55. Hi ſunt annui quos Elector Moguntinus indicit, & ad eum comparent, Legatus Cæſaris Elector Mogunt. duo Electores, & quem Moguntin. inſuper ex Electoribus vocavit, duo Principes unus Eccleſiaſt. alter ſæculares, Prælatorum Comitum & Civitatum nomine ſingulorum Legatus *Dan. Ott. de J. pub. c.* 13. *p.* 356. *de quibus ſupra.*

Ad extremum ſunt conventus & dietæ pro- 93
vinciales, quas ſinguli Electores, Principes & domini territoriales in ſua Provincia ac territorio indicunt ſuis ſtatibus convocatis, quæ Land-Täge/ vocantur, in Sileſia Fürſten-Täge/ quia ſtatus ibi Principales, ſunt Principes. Status alias communiter conſtant ex Prælatis vel Capitularibus Eccleſiæ Cathedralis (ut in Electoratu Colonienſi) Comitibus, Nobilibus, & Civitatibus. In Friſia orientali eſt ordo Equeſtris, Civitates & communitates quorundam Pagorum. In Auſtria ſunt Prælati, die Ritterſchafft und Städte/ conſtat namque, quod ſicut Imperator ad publicam totius Imperii utilitatem, *l. un. C. de ſuperind. lib.* 10.

Digitized by Google

proteſtantis conſervat, cùm ſit voluntatis declaratio *c. cum Ferrarienſis. X. de conſtit. l. ſi quis de leg.* 3. Item dic ſi citatus quidem compareat propoſitionem audiat, ſed ad conſultationes oon accedat, nec eum aliis coocludat, nec receſſum provincialem ſubſcribat, ut factum fuiſſe refert, Fritſchius *in tract. de conv. provinc. c. 4. n. 20. & aliis ſmodis ibi ab eo recenſitis.*

98 Q. II. *An per hoc quod Comes vel Baro ſit ſtatus provincialis ſtatus Imp. eſſe deſinat?*

℞. Id affirm. ſi pleno ſubjectionis Jure priocipi Imp. ſint obſtricti, ſi tamen bona inſuper immediata inditione principis poſſideant horum reſpectu ſtatus Imperii eſſe & manere poſſunt ut experieotia ſatis docet.

99 Q. III. *An ſtatus provinciales propriis ſumptibus ad hac Comitia convenire debeant?*

Æquius eſt communi provincialium ſubditorum ſumptu id fieri ne officium hoc ipſis ſit damnoſum. In quibusdam locis principes die Verpflegungen / ſubminiſtrat, ut in diœceſi Colon. fiaot alibi ut in Elector. Saxoniæ princeps ſtatibus ſuis quoad certum modum impenſas ſuppeditat quæ per collectationem ſubditorum extraordinariam refunduntur.

100 Q. IV. *An princeps hos conventus extra fines ſui principatus indicere poſſit?*

Licèt id non facilè futurum ſit, nec factum legatur, quòd princeps ſtatus extra ſuam provinciam evocarit. Neg. tamen videtur cùm Imper. ſtat. Imp. non niſi intra Germaniam evocare poſſit, *ut ſupr. d.*

101 Q. V. *An ſtatus in perſona comparere debeant?*

Civitates per Syndicos Conſules vel mandatarios comparere oomnis ratio ſuadet; Ut & Capitulum quando ut ſtatus patriæ ad Comitia comparet, ut in diœceſi Colon. comparet, in aliis maxime ſi periculum forte patriæ immineat, id negatur & ſi emaneant ſuo damno emanent, & receſſu provinciali nihilominus obligantur.

102 Forma autem hæc fere eſſe ſolet, uti dictum quæ in Comitiis univerſalibus. Cùm Principi viſum fuerit cooventum inſtituere (quod quibusdam locis non niſi cum conſeoſu Capituli fit apud Eccleſiaſticos, ut in diœceſi Col.) ſolet princeps ordines per literas, vel ſcripto conceptas, vel typis impreſſas monere ut loco deſtinato, vel in reſidentia quandoque alia Civitate vicina (prout in Saxonia aliquando Dresdæ nonnunquam Torgavii, Lipſiæ ac Miſniæ, in Colonienſi diœceſi aliquaodo in urbe Colon. nonnuoquam Bonnæ, & alibi inſtituta fuerunt meo Syndicatus nobilium tempore) compareant, quæ nomen vocantis, vocati, cauſam vocatioois, locum & tempus vel terminum competentem ac juſſionem, aliquaodo cum annexa comminatione, inſtar Citationis Judicialis continere ſolent, quibus debite inſinuatis, pro more & qualitate perſonæ de victualibus provideri ſolet, pro ipſis & eorum equis ac famulis ſi ibi id receptum. Quibus in termino comparentibus ab invocatione S. Spiritus facto initio in aula ſua vel alio conclavi per Cancellar. & vel præcipuum Conſiliarium propoſitio fit, aut per ſecretarium publicè legitur (niſi ipſe princeps io perſona intereſſe velit,) qua lecta ſtatus oretenus moneri ſolent, ut ſine longiori mora ſuper ejus contentis ad deliberationem & reſolutionem procedant, & ſingulis ſtatibus exemplum propoſitionis ſcriptæ à Secretario ex Cancellaria extradi ſolet. Admonitione vero peracta ſtatus ſinguli per ſuum Syndicum, & principales ſtatus per ſuum oratorem (ubi ſinguli ſtatus ſuos diverſos habent Syndicos,) vel ſe declarant, gratiarum actiooe prævia pro paternâ cura & ſollicitudine erga patriam ejusque ſubditos quod propoſitionis puncta & articulos ſedulo examinabunt, & ut patriæ neceſſitas, & utilitas exegerit ſe reſolvent. Inde ſtatus ſinguli in ſingula loca recedunt, in unum Capitulares, in alium Comites, in tertium Nobiles, in quartum Civitates ſeu eorum deputati, ubi ſingulorum votis exquiſitis quodvis Collegium unum facit concluſum & per continuas relationes omnia Collegia vel claſſes referunt & correferunt, donec in unam veniant conſonantiam aut ſi diſcordes maneant, concordia, vel diſcordia ſtatuum vota ad principem vel Cancell. aut Conſil. per priocipales ſtatus Syndicum excepta referuntur. Quod ſi data reſolutione contentus ſit Princeps in Cancellaria receſſus concipitur, ſuper iis quæ acta & concluſa ſunt, & præmiſſa relectione ſingulorum ſtatuum ſigillo & ſubſcriptione principali munitur & publicatur & ſingulis ſtatibus extraditur & in Cancellaria in cuſtodia ſervatur ac pro lege patriæ ſive Jure provinciali habetur.

Digitized by Google

Quod ſi autem ſtatus ad puncta propoſitionis expectatam reſolutionem non, ſed negativam darent, aut aliqui affirmarent, alij negarent, ſive pari ſive diſpari numero Collegiorum. Cum in quibuſdam locis ex privilegio vel conſuetudine majora non concludant, ut in diœceſi Colon. receptum, & alias quando actus non ſolitus eſt faciendus uno contradicente res non expeditur, *l. Sabinus. 28. ff. Com. divid.* Ab ipſo Principe vel Cancell. aut Conſiliario, nova declaratio proponitur & eorum duplica expectatur & nonnunquam triplica & quadruplica ſequitur antequam ad concluſionem deveniatur, ad quam prolixitatem vitandam per orales conferentias inter principis Conſiliarios ex una & ſtatus ex altera partibus controverſa puncta examinari & deliberari ſolent, donec commune concluſum ex mutuis re: & correlationibus inde reſultet & tunc, ut ſupra dictus receſſus provincialis inde formatur ſignatur & communicatur, *ut ſup. d.*

103 Solent autem in diverſis Germaniæ provinciis, Reverſales ſtatibus extradi, ſed ſicut initio regiminis in quibuſdam, ita etiam ſolutis Comitijs ubique id non eſt receptum, cum non ubique ordinum, ſeu ſtatuum provincialium, eadem ſit poteſtas Libertas & potentia, & ubi ordines provinciales non agnoſcuntur, ſine reverſalibus libertas & ſubditorum jura confirmantur, ubi populus autem eſt liberior promiſſione publica & reverſalibus ejus libertati conſuli ſolet, quarum origo uti Capitulationis Cæſareæ quæ earum ſpeciem habet incerta eſt formam exhibet, Fritſch. *in tract. de Reverſ. cap. 2. §. 7.*

104 Q. *An ejusmodi aliisque reverſalibus princeps ſubditis datis obligatur?*

Machiavelliſtæ forte negabunt, verum aliter ſentiunt Saniores Politici Principis, tam divino quam humano Jure iis obligari nec quidem de plenitudine poteſtatis reſilire ab iis poſſe, Klock. *de Contrib. c. 16. ſect. 1. n. 172. Gail. 2. obſerv. 59.*

* Niſi forte urgentiſſima, & vera non ſimulata 105
neceſſitas & ſalus populi vim earum reſolvat, ut ſi pro obtinenda pace quid facere cogatur cujus omiſſio in detrimentum patriæ & ſubditorum vergat cum ſalus populi ſuprema lex ſit, *Caramuel. de Pace Greita Germ. n. 393.*

Q. II. *An etiam Succeſſorem obligent?* 106

Aliqui dubitarunt, ſed Affirm. quia Succeſſor ſubditos relinquere debet in eodem ſtatu & uſu privilegiorum quo anteceſſor & in quo eos invenit, quod etiam in Ingreſſu regiminis promittere ſolet.

Sed jam tempus equum ſpumantia ſolvere Colla. 107

Ex quibus omnibus & ſingulis jam propoſitis, ſi quid vel ſedi Apoſtolicæ, Cæſareæ Majeſtati, El. Principum aut Statuum exterorumve authoritati ac libertati obviare videatur, id pro non ſcripto haberi velim, benevolum lectorem, omni meliori modo rogans, ut ſepoſito omni affectu attentè priùs hæc legat, quàm cenſorium calculum ferat, *juxta l. 2. C. de Sent. ex breviculo recitand.* defectum verò, & menda etiam, quæ præter opinionem irrepſerunt, vel humaniter ſuppleat, vel excuſet, memor illius Juſtinianæi *in l. 2. §. ſi quid autem. 14. C. de V. Jur. En.* quòd omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare, divinitatis magis quàm humanitatis eſt, ſive ut repetitur *in l. 3. §. ſi quid. 23. C. Eod.* In nullo aberrare (ſeu in omnibus irreprehenſibilem ac inemendabilem eſſe) divinæ utiquè ſolius non mortalis ſit conſtantiæ ſeu roboris. Demum nullo ſiniſtro judicio præoccupatus cogitet nos dediſſe Cæſari quod Cæſaris eſt, & nihil ſcienter aut conſulto admiſcuiſſe ad alterius injuriam.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

Verborum & rerum adauctus, locupletiſſimus in quo prior numerus paginam, alter numerum marginalem capitis deſignat.

A. Pag. N.

Abbas quis dicatur. 405. 1.
Abbatia S. Petri 382. 18.
Abbatum diviſio. 405. 1.
Abbatum alij comparent alij non comparent in Comitiis. 342. 6.
Abbatum S. Auguſtini & Benedicti de pracedentia differentia. 284. 6.
Abbatiſſa qualiter in ſacularibus comparentur Abbatibus. 405. 3.
Abbatiſſarum diverſitas. ibid.
Abbatiſſas in Comitiis vocem habere an conveniat? 415. 52.
Abbatiſſarum Imper. nomina. 343. 9.
Aberdonenſis. 569. 127.
Abuſus non tollit uſum. 170. 235.
Ab Imper. male informato an ad eundem appelletur Exempl. 150. 161.
Academiarum antiquitas. 545. 2. 551. 31.
Academ. locus. publicus. 549. 13.
Academ. an in municipiis erigenda. 550. 14.
Academia hodierna deſcriptio. 548. 9.
Academias an erigat Papa. 547. 7.
Academia in majoribus civitatibus erigenda. 517. 8.
Academia qualis locus eligendus. 548. 9.
Academia Platonica locus in ſalubris. 548. 10.
Academia hodie locus ſalubris eligendus. 549. 11.
Academia an erigenda in loca ubi mercatura viget. 550. 15.
An in Civitate municipali. ibid. 16.

Pag. N.

Academia privilegia confirmanda. 550. 17.
Academicis ſalaria congrua conſtituenda. ibid. 18.
Academiarum 4. Collegia. 573. 147.
Academiarum utilitas & neglectarum incommoda. 545. 2.
Academia vocis prima origo. 546. 3.
Academiarum erectio eſt de reſervatis. 126. 100.
Academia qua habent merum imperium. 573. 145.
Acclamationes conſuota. 84. 10.
Olim qua uſitata. ibid.
Accuſans necem defuncti ſi victus non appellet an pœnam incurrat. 169. 230.
Achaorum ratio viros à regimine excludentium refellitur. 270. 81. 82.
Actio qua competit in Jure ſeſſionis turbato. 347. 19.
Achaorum mos ut viri parerent, & ejus rationes. 269. 73. 270. 74.
Adriani Statua in arce Salisburgenſi. 373. 9.
Adventia an Fiſco cedant. 171. 250.
Adoptivo an competat jus primogenitura. 248. 14.
Ædificare in flumine cur vetitum? 162. 194.
Ægyptus Rom. Imp. horreum. 31. 13.
Ægypti Reges Pharaones dicti. 31. 14.
Æquales hauſtus an inter pocula ſervandi. 216. 11.
Ærarij auctio an cauſa ſit ſufficiens belli. 133. 138.
Ærarium Reip. an expediens. 487. 56.
Ærarium an Comœdiis agendum. 488. 57.
Æs purum & impurum. 175. 269.
Ætas ad doctoratum. 587. 182.

Ætatis

Ætatis an ratio habenda in ſeſſionibus? 355. 51
Ætatum magiſtratus an ratio? 394. 75
Ætas 18. an in Electore completa requiſita. 258. 43
Ætas hæc an etiam in aliis principibus legitima? 260. 46
Ætatis hunc terminum an pater abbreviare poſſit? 260. 47
Ætas in Elect. ſæculari qua neceſſaria? 60. 56
Ætas juvenilis ſtudiis apta. 596. 209.
Ætatis defectum patiente Electore an curator votum habeat? 60. 58
Ætati an in ſeſſione nihil deferendum? 355. 53
Africa fuit ſub Imper. Romano. 31. 8
Africam Juſtinian. recuperavit 90. annis à Wandalis poſſeſſam. ibidem.
Agnatus proximus Electoris impuberis ſi minor ſit. 258. 39
Agnatus proximus ſi Clericus. 258. 40
Agnatus frater ſi deſit an alij agnati ad Tutelam Electoralem præferendi? 258. 41
Agnati fratres ſi plures ſint an omnes Tutores erunt? 258. 42
Agricola. 635. 62
Agricultura Laus. ibid.
Aichſtadenſis Civitas unde d. 395. 19
Aichſtadenſis Epiſc. pars in Bavaria pars in Suevia. 395. 19
518. 116
Albertus Magnus Ratisbona Coloniam conceſſit & chorum Domini canorum extruxit, ibi ſepultus. 399. 30
Albinagii jus in Gallia. 75. 37
Alchimiſta. 579. 159
Alchimia augere ærarium an ſit licitum? 489. 60
Alienatio urbium in rege an valeat? 296. 13
Altenbiergicus Saxo. 424. 15
Altenburg. Comes Albertus in arcem fugiens dolo Moguntini capitur. 392. 13
Altenburg. & Vinnarienſis controverſia de præcedentia? 424. 16
Altdorfia Comitis hiſtoria. 410. 15
Altdorfiana Academia. 552. 32
Altzheim. 522. 142
S. Amandi Hiſtoria. 383. 19
Amniſtia an licita? 142. 142
Amœneburg. 275. 12
Anatomia an concedenda? 579. 160
Andegavenſis Academ. Galliæ 566. 91
Andernacum. 523. 143
Andlavienſis Abbatia in Alſatia inferiori. 414. 40
S. Andreæ Collegiata Coloniæ 282. 29
Hæc fuit ſacellum S. Materni. ibid. Olim monialium Collegium Tranſlatum in Kônigsfeld cum monialibus.
S. Andreæ Acad. in Scotia. 569. 126
Angaria an Jus reale vel perſon. 173. 257
Angariæ an debeantur caſtro directe & tranſlato? 173. 258
Angarias præſtando ſubditi ſi diripiantur princeps damnum compenſabit. ibid. 259
Angariarum regale. 173. 256
Anhaltini Principes. 438. 45
Angl. & Hiſp. Regum controverſia. 340. 30
Anglia ad Imp. Rom. pertinuit. 33. 27
Angliæ Reges oleo uncti. 93. 20
Angliæ Rex culpatus. 82. 3
Annulus doctoralis quid denotet. 584. 173
Annulus Imperatoris quid denotet? 94. 25
Anſeatica Societas unde dicta. 474. 25
Anſeaticarum urbium emporia. ibid. 26
Anſeaticæ urbes recenſitæ. ibid.
Anſeaticum fœdus an licitum. 475. 27
Antuerpia. 523. 144
Apothecarij. 576. 156
SS. Apoſtol. Collegiata Coloniæ. 282. 30
Eam Pilgrinus Epiſc. perfecit. ibid.
De eadem hiſtoria. ibid.
In Benedictinos liberalis. ibid.
Appellatio ab Imperatore ad Status Imperij. 149. 160
ab Imperatore male vel non ſatis informato ad melius informandum. 150. 161
Appenagij exempla. 9
Ejus cauſa impulſiva. ibid.
Hoc congruum eſſe debet. ibid.
Aquila duplex. 20. 22
Aquila deplumata. 38. 65
Virtus tamen ejus non emarcuit. 38. 66
Aquilæ natura. 21. 24
Aquiſgrani incendium. 500. 83
Aquiſgranum Regia civitas locus conſecrationis Cæſareæ ex A. B. 499. 88
Aquiſgrani frequenter egit Carol. M. Imp. ibid.
de Carol. M. fabula vel hiſtoria. ibid.

Aquam

Digitized by Google

Aquam effundere in viam an liceat. 160.183
An fumum vel ſtercus. 106.84
Aquiſgrani ornamenta pro Coronat. Cæſarea aſſervantur. 499.83
Arabia ſub Imperio fuit. 32.14
Arcana non revelanda. 7.33
Archiducum origo ex arca Noë. 417.2
Archi-Cancellarij an ſint per Aſiam, Africam, Hiſpan. 24.6
Archi-Ducalis tituli origo. 417.2
Archi-Epiſcopi unde dicti. 368.3
an recte habeant Juriſdict. temporalem? 226.6
affirmativa late probatur. ibid.
& contraria reſolvuntur. 228. ibid.
Archi-Epiſcopi quomodo Electores aſſumantur. 229.7
Archi-Epiſcopalis Elector. conſequentia. 234.24.
Archi-Epiſc. non inveſtitus à Cæſare. 60.54
Archi-Epiſcopalis conſecratio eſt neceſſaria. 234.25
Archi-Epiſc. non conſecratus an ad Elect. vocandus. 59.53
Archi-Epiſc. Legatus S. Apoſt. an poſſit à ſubditis ſuorum Epiſcoporum per viam ſimplicis querelæ adiri. 373.7
Archi-Epiſc. Legatus natus quis. 372.4
Archi-Epiſc. plura requiſita. 236.30
Archi-Epiſc. qualitates neceſſariæ. 231.12
ætas legitima. ibid. 13
Scientia. ibid. 14
Religio orthodoxa. ibid. 15
Neophyta an eligibilis. 232.16
Illæſis natalibus eſſe debet. ibid. 17
Bigamus an creandus. ibid. 18
In hoc an Papa diſpenſet. 233.19
Archi-Epiſc. Jura in ſubditos. 369.5
Archi-Epiſc. & Epiſcopi exempti an per legatum à latere conſecrari poſſint? 368.4
Archi-Epiſcopus recipit Appellationes ſuorum inferiorum. 369.6
Archi-Epiſcopo à quo Coadjutor detur. 240.37
Archi-Cancellariatus Trevirenſis in quo ſub recto conſiſtat. 296.14
Archi-Trevirenſis Vaſalli. 297.17
aula antiquiſſima ejuſdem. ibid. 18.
Arenbergici Comites. 440.50
Arelatenſis regni alienatio an valeat? 296.13
Arelat. regnum venditum. 33.24
Arelatenſe regnum avulſum, unde ei nomen. 294.6
Argentaria aliter explicata. 176.274
Argentariarum regale. 174.264
Argentina urbs à tempore Neronis. 395.21
Argentinenſis Academ. 552.33
Argentinenſis Epiſcopalis reſidentia eſt in tabernis Alſaticis. 396.21
Argentinenſis Epiſcopatus origo. 395.21
unde urbs dicta. ibid.
Argentinenſes homagium Cæſari præſtiterunt pro ſe & poſteris 501.84
Argentin. & Helvetiorum fœdus. Pons ibi Rhenanus ligneus. Bodini error. ibid.
Argentorati S. Maternus templum ſtruxit. 395.21
Argentorati urbis antiquitas. 500.82
Cur d. Strasburg' ibid.
Venetiis comparatur. ibid.
Organum ibid.
Ridicula pictura. ibid.
Horologium artificioſum. ibid.
Argentum. 175.267
Argentum vivum. ibid. 268
Ariſtocratia quid? 11.8
Ariſtocratiæ reip. exemplum. ibid. 9
Ariſtocratia oppoſita Oligarchia. ibid. 10
Armandia regale. 158.178
Armandia competunt Civitatibus. 478.35
Armorum nomine quid veniat. 159.179
Arma an nobilibus geſtanda. ibid. 180
Armamentaria celebriora. ibid. 181
Arnberg Ducatus. 440.50
antiquiſſimus. ibid.
Votum virile habet. ibid.
Documentum ejus. 440.51
Artifices à loco ſtudii arcendi. 459.12
Artificum ſingulorum patroni. 637.30
Artificum variæ functiones. 638.31
Articuli militares Scholarum. 623.75
eorum declaratio. 622.70
Arx vel urbs an obſidenda vel vi occupanda. 617.60
Arx Schyrenſis in Monaſt. converſa. 423.8
Aſia Rom. Imperio paruit. 31.10
Non tamen tota
Aſchaffenburg captum. 275.13
Aſſeſſores Cameræ unde. 194.11
Aſſeſſores nobiles vel graduati. ibid. 12

Digitized by Google

Athletica ars. 642.45
Aucupium. 644.56.
A. C. A. *an in Archi-Cancell. eligibilis.* 38
Auersberg. 442.58
Auguſta primus prædicat Lucius. 396.23
Hic Ulricus in SS. relatus. ibidem
Auguſta-Vindelicorum textorum habet copiam. 510.106
Iris hic olim culta. ibid.
S. Severus in Lanificij functione factus eſt Archi-Epiſcopus. 640.36
Auguſti Imper. nativitas. 17.4.
Avinionenſis Academia. 566.92
Aula Trevir. Archiepiſc. antiquiſſima. 297.18
Aulicum Imp. conſilium. 187.3
Aulici Conſilij locus. 187.8
Aulici conſilij tempus. 189.11
Aulici conſilij Jurisd. ut fundata. 189.12
an in cauſis Eccleſiaſticis. 189.13.
Aulici conſilij cauſas Cameræ avocare non poteſt. 190.14
exceptis 2. caſibus. 190.15
Aulicum conſilium an ſit Judex in cauſis fractæ pacis. 190.16
Aulicum judicium ſervat proceſſum in Camera uſitatum. 191.17
Aulici conſilij perſona alia ad Senatum alia ad Cancellariam ſpectant. 188.9
Auraſia. 523.145
Aurelianenſis Academia. 566.93
Aurea bulla quid. 2.6
Aurea bulla unde dicta. 3.15
Ejus promulgandæ cauſa. 4.17
an à Carol. IV. lata. 4.18
A. B. *ubi lata.* 6.29
Eam Imp. tollere non poteſt. 6.30
A. B. non eſt revocata. 4.16
de A. B. error quorundam 2.6
Auriga. 643.48
Auri libra quid ſit 168.221.
Aurum 174.265
Auri Copia in India. 174.266
Auſtrega unde dicta. 204.9
eorum cauſa. ibid. 10
Auſtreg. origo an à moribus. ibid. 11
an ex ordinatione Imp. ibid. 12
Auſtregarum triplex ordo. 204.13
an iis locus in Criminalibus 205.14
an in matrimonialibus. ibid. 15
an his Judicati executio competat. ibid. 16
Auſtregis omiſſis an Camera vel Judicium aulicum in prima inſtantia adiri poſſit? ibid. 17
Auſtrega an ſtricti Juris. ibid. 18
an iis gaudeat immediatum Capitulum ſede vacante: ibid. 19
Auſtreg: an Judices ordinarij. ibid. 20
an iis gaudeant ſponſa & Vidua quorum ſponſi & mariti iis gauderent. 205.21
Auſtria Cor & Clypeus R. I. 417.2
Auſtria Carol. V. multos viros ſuppeditavit. 417.2
Auſtria olim Bavariæ ſubdita. 417.2
Auſtria Ducum Laus. 11.5
Auſtriacorum Impp. Laus. 308.34
Auſtriaci plures Impp. nec tamen imperium deſiit eſſe electivum. 48.10
Auſtriacorum præeminentia. 417.1
Auſtriaca domus potens facta. 417.4
Auſtriaca domus Cæſares. 417.5
Auſtria 2. lineæ. 418.6
Auſtria provinciales conventus. ibid. 7
Auxilium Turca an petendum? 147.147
Auxiliarium aſſiſtentia non ſatis tuta. ibid.

B.

Baccalaureatus: 581.165
Badenſis Marchio. 434.32
Baden Hochberg. ibid. 34
Badenſium origo. ibid. 33
Baindt Abbatiſſa Ciſtercienſ. 415.51
Balneatores. 640.38
Bamberg. centrum Germaniæ. 392.14
Bambergenſis Epiſcopus non agnoſcit Metropolitanum. ibid. 13
Bamberga olim libera urbs. ibid. 15
S. Cunegundis ferrum candens nudis pertranſivit pedibus. ibid. 15
Bamberga palatium. 177 278
Barbi & Mülingen Com. 460.85
Baronum vox unde. 450.3
Baro an poſt Comitem locandus. ibidem.
Baſileenſes unde, & cur piſcatores 401.39
Baſileenſis Academ. 552.24
Baurenſcheid quid ſit: 51
Bavariæ Dux Archi-Dapifer Imperii: 318.1

Bava-

Bavaria olim Electoralis dignitas adhaſit. 318. 3
Bavar. Elect. Imperatoris judex. 320. 8
An hic mos imperatorem conveniendi Majeſtatem lædat. ibid. 9
An coram Bavaro Imperator in feudalibus conveniendus. ibid. 10
Bavarus an Judex in cauſa depoſitionis Cæſaris? 321. 11
Bavarus an Judex ſi conveniatur. ibid. 13
Bavaria Elect. tempore inter Regni ſignavit ut Vicarius. 319. 5
Bavaria Elect. officium. 318. 1
Bavaria hodie diviſa. ibid. 2
Bavariæ moderni El. Genealogia. 322. 16
Belgium diviſum. 46. 51
Bellum an ex ſola dominandi libidine ſuſcipere licitum? 604. 27
An expediat magis ditiones amplificare vel conſervare? 605. 28
Religionis conſervatio an cauſa. 606. 29
Patriæ defenſio an cauſa belli. ibid. 30
An amicorum defenſio? ibid 31
Vindicta injuriæ an cauſa belli? ibid. 32
Denegatio tranſitus an juſta? 607. 33
Belli cauſa an ſit eos debellare & ad veram fidem cogere? ibid. 34
Princeps bellum gerens an fortalitium tertii neutralis occupet licitè. ibid. 35
Belli Ducis qualitates. 608. 36
Belli Ducem an unum vel plures eſſe expediat? 613. 51
an literatum? 609. 38
Bello an perſonaliter reges intereſſe conveniat? ibi. 39
Belli Ducem an in prima acie verſari deceat? 610. 40
an eum cunctatio deceat? 613. 51
Concluſum ei an mutare? 614. 52
Belli Ducis autoris pluſquam militum robur. ibid. 54
Belli indicendi jus reſervatum. 136. 131
Bellum defenſivum ubi in mora eſt periculum an conſenſum E. requirat. 138. 134
Bellum an die feſto geri poſſit? 139. 136
Belli & pacificationis connexio. 139. 137
Belli & pacis differentia. ibid. 137
Belli Duces an pacem facere poſſint. ibid. 138
an ei cui libera adminiſtratio conceſſa eſt ut Vicariis? 141. 144
Belli indictio hodie ſtatuum conſenſum requirit. 137. 133
Benedictini an Canonicis Regularibus potiores? 356. 55
Benedictinorum Baſilianorum & aliorum differentia. 384. 36
Benedictinum Salisburg. Monaſt. S. Petri. 382. 18
Beneventum Papæ donatum. 37. 57
Bentheimenſis Comes. 458. 62
Berchteſgadenſis præpoſitus. 408. 7
Berg Comes Marggravius in Bergenopſom. 459. 78
Bibliopega cujus ſint fori. 592. 201
Biberacum urbs Imp. 517. 115
Bingium urbs Mogunt. occupata. 275. 14
Bipontinus ducatus. 424. 13
Biſantium. 507. 102. & 523. 147
Biſantina urbis tranſlatio. 384. 22
de Electione Decani. ibid.
Biſontinus Archiepiſc. S. R. I. princ. 383. 21
Biturienſis Academia. 567. 94
Blanckenheim Com. 454. 24
Bohemia an ad Archi-Cancellariatum Germaniæ ſpectet. 273. 5
Bohemia non conſtituit circulum. 300. 11
Bohemia an mere hereditaria. 312. 48
Bohemia an cum conſenſu Imp. alienari poſſit? 312. 49
Bohemia an in feudum conceſſa? 312. 50
Bohemi aſſenſu an ad Comit. opus? 653. 9
an ſi velit non vocatus intereſſe poſſit? 24
Bohem. Rex ubi homagium præſtet? 313. 52
an perſonaliter Inveſtituram ab Imper. petere debeat? ibid. 51
Bohemia an feudum Roman. Eccleſ.? ibid. 53
Bohemia an Imperio aperiatur ob feloniam ibid. 54
Bohemia quid pendat Imperatori. 314. 56
Bohemia, Moravia, Sileſia, an teneatur ad expeditionem ab Imper. indictam? 315. 57
an ad extraordinarias Imperij contributiones? 315. 58
Bohemiæ hodierna diſtributio. 316. 59
Bohemiæ Rex ſi ſe indignum reddat quorum erit judicare. 316. 60
Bohemiæ Rex alios præcedit Reges & Imperatricem. 298. 1
Bohem. Rex primum potum offert Cæſari. ibid. 3
Bohemia quando Chriſti fidem aſſumpſit. ibid. 2
Bohemiæ Rege in ſolenni curia abſente quis munus Archi-Pincernæ obeat? 309. 36
Bohemiæ Rex impeditus an legatum mittet, an Imperator idem Rex id expediet. ibid.

Digitized by Google

Bohemia quibus initiis facta ſit Juris Germanici. 304. 24
Bohemi leonem caudam inter fœmora ſulcantem pro inſigni recuſant. 198. 5
Bohemia ceſſit oppidum Höchſt Moguntino. 310.45
Bohemia Regi an Maj. competat. 313. 54
Bohemia Rege impuberi quis facienda expediat. 309. 38
Bohemia Rex ſi nondum inveſtitus. ibid. 39
Bohemia Regno vacante quis Regis officium aget. 310. 40
Bohem. an habeat ſuffragium in depoſitione Cæſaris. ibid 41
Bohem. Reges cur aliquando non vocati ad Elect. Cæſaris. ibid. 42.
Bohem. Rex an ſeipſum eligere poſſit? ibid. 43
Bohemia an per ſucceſſionem deferatur. 302.19
Bohem. quando Electoratus acceſſerit. 307.30
Bohem. Rex an ut ſervus tractetur quod potum miniſtrat? ibid. 31
ad hoc an teneatur? 308. 32
an ſub Corona regali? ibid. 33
Vinum cur aqua mixtum propinet Cæſari. ibid. 34
Bohemorum calicis inſigne quid velit. 307. 30
Bohemia Rex an vocandus? 61. 59
Bohem. Rege minore an ſtatus Regni vel ejus Curator vocandus. 61. 60
Bohemia notabiles proventus. 279. 7
Bohemum dein acceſsiſſe Electoribus Burgundi ſententia. 2. 8
Bohemus Jus eligendi habet, ut alij Electores. 299. 8
Bohemus ad alios conventus imperij & negotia extra electionem non vocantur. ibid. 9
Bohemia Germaniæ pars. ibid. 10
Bohemia Regni capaces mulieres. 302.20
Bohemis an feudum imperij habere licitum, 300. 15
Bohemi poſt rebellionem Haſsiticam Juribus exuti. 301. 16
Ea iis ſicut exteris inconſulto Imperatore bona in Imp. acquirere non licuit. 300. 15
Bohemi ad officia German. aſſumpti. 300. 12
Bohemi qui ad dignitates Germaniæ admiſsi. 300. 13
Bohemi ad Politica admiſsi. ibid. 14
Bohem. an ut Rex vel ut Archi-Pincerna votum habeat. 308. 35
Bohemus vi & injuſte pulſus adhuc votum habet. 308. 35
Bohem. an habeat vocem paſsivam? 310. 44
Bohem. Rex conſecratur & à quo. ibid. 45
Bona contrahentium inceſtas nuptias. 170. 237
an hæc pœna ſublata? ibid. 138
Bonorum publicatio an locum habeat in inceſtis ſponſalitiis? 171. 241
Inceſtus ſine copula an mereatur pœnam publicationis. ibid. 242
Quid in ſponſalibus de præſenti? 170. 240
Quid ſi Jure tantum Canonico nuptiæ vetitæ? 171. 243
an d. pœna hodie abolita. ibid. 244.
Bona proſcriptorum regale ſunt. 133. 122
Bona damnatorum an reſervanda fratribus Diſt. 172. 258
Bona caduca quæ? 168. 223
Bona vacantia quæ? ibid. 222
Bona vacantia & derelicta qualiter differant. 169. 224
Bonorum vacantium regale an civitates municipales ſibi acquirere poſsint. ibid. 226
Bona indignorum quæ. ibid, 227
Bonif. I. Archi. Moguntinus. 273. 12
Bonifacius Martyrio affectus. ibid. 33
Bonifacius Fuldæ ſepultus. ibid. 34
Bononienſis Academia. 557. 67
Bonorum Hennebergicorum poſſeſſores. 460. 89
Boſo Rex alapam Epiſcopo infligit. 295. 8
Boppardia à tempore Regno exutus Druſi. 295. 9
Hanc Arch. Trev. vi occupat. ibid.
Boppardiæ alienatio. ibid. 9
Boppardia. 523. 148
Boruſsia ſub imperio fuit. 34. 34
Brachel. 523. 149
Brandeburgici Elect. officium. 332. 1
Brandeburgico quando electoratus acceſserit. ibid. 2
Brandeburg. Dux Pomeraniæ. ibid. 3
Pomeraniæ diviſio hodie. ibid.
Brandeb. tenet Archi-Epiſcopatum Magdeburgenſem. ibid. 4
Brandeburgici jus ad Jul. Cliviæ, ducatus, 333. 9
Brandeburg. Epiſcopus. 447. 73
Brunberg. 459. 70
Bremenſis Ducatus. 434. 35

Bremenſis urbis & Archi-Epiſcop. differentia. 434.36
Bremenſium inſigne cur claves. 436.37
Briſacum. 513.150
Britannia maxima Imper. provincia. 33.26
Brixinam translatus Epiſc. 401.41
Brixienſis Epiſcopus. ibid. 40
Bronchorſt. &c. 458 63
Brunſvicenſ. Saxo. 425.21
Buchavienſis am Bodenſee. 414 38
Buchavien am Federſee. 521.135
Buchornia. 788.126
Budingen. 453.16
Bulſcheid. Collegium juxta Aquisg. 499.83
Burdegalenſis Acad. 567.95
Burggravii qui. 422.6
Burgundia olim regnum. 418.8
Burgundia ab Arioviſto occupata. 419.10
Burgundica provincia. 36.49
Burſcheid Monaſt. 6. Ciſterc. Vir. 415.46
Burſfeldenſis congregatio. 412.31

C.

Cadmonenſis Acad. in Normand. 567.96
Cadis auctor ſi ignotus. 170.231
Heres ſi in accuſando proventus. ibid. 232
Pœna non ulciſcentis necem defuncti ſublata. ibid. 233
Heres parans accuſationem transmittit hereditatem. ibid. 234
Cæſarea Juriſdict. diviſio. 187.4
Cæſar. Auguſt. in Arragonia. 568.108.
Cæſar & Reges an pacificationi perſonaliter intereſſe debeant. 140.140.
Cæſaris ſententia gravatus an ad Bavarum confugere poſſit. 321.12
Calenberg. 415.21
Cameracenſis Epiſcopus & qui ei ſubſunt. 403.47
Camera Spirenſis Judicium quale. 192.1
Camera varie ſumitur. ibid. 2
Camera varia variorum locorum. ibid. 3
Camera Spirenſis locus. 193.4
Camera an transferri poſſit? ibid. 5
Camerale judicium conſtituentes perſonæ. ibid. 7
Cameralium ſalaria olim & hodie. ibid. 9
Cameræ præſides à quo creantur. ibid. 10
Cameralium privilegia. 194.16
Cameralium obligatio. ibid. 17
Cameræ Fiſcal. & advocati. 194.18
Cameræ præfectus Cancellariæ. ibid. 19
Camera an in bannum declaret. 198.28
Camera an Judex in Criminalibus contra immediatos imperii ceſſantibus Auſtregis. ibid. 29
Camera in quibus cauſis non cognoſcat. 198.30
Camera an ſubſit Vicariis. 327.13
An etiam Vicario Saxoni. ibid. 14
In Camera paritas religionis non ſpectat ad Cancellariæ miniſtros. 194.20
Camera an ordin. habeat Juriſdict? 195.21
Camera an Juriſdict. habeat cumulativè vel privativè? ibid. 22
Camera an legitimare poſſit. 135 127
Cameræ forum qui ſortiantur niſi Auſtregas habeant. 195.23
Camera judicat in 1. & 2. Inſtantia. 196.24
Campidonum. 522.138
Campidonenſis Abbas. 407.5
Candiana Univerſ. in Reg. Valent. 569.113
Canonici textus in decreto emendati. 3.13
Cantabrigenſis Acad. Angliæ antiquiſſima. 569.124
Canonicum J. pars I. publici. 3.9
Capitulatio an abſoluta poteſtati deroget? 85.8
an majeſtatem lædat? ibid. 9
Capitulatio an etiam in caſu neceſſitatis ſervanda. 86.10
Capitulatio à quibus fiat. 87.12
Capitulatio an recte præſcribatur. 84.2
Capit. etiam in SS. nota. 85.3
Capit. etiam apud alios in uſu. ibid.
Capitulationis origo. ibid. 5
Capitulatio an præſcribenda ante coronationem Regis Rom. ibid. 6
Capitulationis articulos an electus neceſſario ſervare teneatur. 85.7
Capitolium Coloniæ à S. Plectrude in aſceterium virginum converſum. 283.33
quod Pipinus ratum habet.
Capitulationis effectus. 88.14
Capitulatio pars Jurispubl. 2.8
Carolomanus factus Monachus Bened. 50.19
Carol. V. laudes. 49.16
Carol. V. rationes abdicati à ſe Imperii. 49.15
Carol. V. Monaſterium ingreſſus. ibid.

Carol. V. 24. dies Febr. memorabilis, & variæ expeditiones. 49.16
Carol. V. reſignans minor fuit ſeptuagenario ſed alia adfuit ratio. 52.29
Inſtantia reſolvitur. 53.30
Carol. IV. oppignoravit telonia. 4.18.
de Carol. *IV. elogium Imp. Maximiliani I.* 4.19
Carticenſis Acad. 568.106
Caſſianus primus Brixenſium Epiſcopus ſtylis puerorum confoſſus. 401.40
Caſtell. Comes. 457.53
Caſtella Regnum ſucceſſivum. 47.5
Cataphracti an meliores vel levis armaturæ milites. 619.63
Cathedratici exactio. 391.8
Catinenſis Academia Siciliæ. 565.83
Coliſtadium in Alſatia. 505.93
Chyrurgi. 998.38. & 579.157
Chaldaa ſub imperio fuit. 12.15. & 32.14
Chymenſis *Epiſcopatus.* 381.15
Cibi an ex ſanguine conficiendi. 638.32
Ciſtercienſium & Benedict. cuculla colore differunt. 375.14
Cyriacus renunciavit Papatui. 50.22
Circulares conventus & capitanei. 6.89
modus in iis conveniendi. 90
Citati an quis poſſit ut perſonaliter ad Comitia accedat. 661.45
Cives unde dicti. 464.1
Civitatem condere reſervatum 127.101
idem de translatione. 469.10
Civibus an conſultum arma in manibus relinquere. 614.53
Civitas aliquando pro urbe materiali, aliquando pro civium congregatione ſumitur. 465.2
Civitas quouſque ſe extendat. 465.3
Civitates habent Juriſdictionem territorialem. 478.34
Civitates aliquæ olim imperiales. 522.141.
Civitates privilegiis differunt. 468:10
Civitatum origo. 471.17
Civitates diviſæ in quaterniones. ibid.18.
Civitates dd. Legerſtädt. ibid.19
item anſchreibende. 472.ibid.
Civitas an perumpenda. 620.66
Civitates Jura perſonalia principum non habent. 472.20
Civitates Jus ſuffragii in Comitiis habent. 472.21
Civitatum Germaniæ ordo. 473.22
Civitates aliquæ ſunt imperiales quales olim non erant. ibid.23
Civitates Imper. an ſe alienæ advocationi ſubjicere poſſint. 474.24
Civitates ſtatuta condunt an nova contra antiquiora. 494.78
Civitates in 2. ſcamna diviſæ. 495.79
Rhenanum & quæ in eo. ibid.80
Civitatibus Jus collectandi competit. 484.47
Civitatis legatis an mandato opus. 485.48
Civitatibus an pro placito liceat fortalitia facere? 480.40
Civitates an muris & vallis munitas eſſe expediat? 481.41
Civitas & ſuperior an Jure occupet agros privatorum pro fortalitiis faciendu? 482.42
Civitates imp. ſunt ſtatus. 477.29
Civitates ab Imperio avulſa. 38.64
Civitatum Jura. 475.28
Civitatum imperii ſubdiviſio. 470.15
Civitatum deputati. 477.31
Civitatis condendæ Jus reſervatum. 127.101
Civitatibus an bona vacantia competant? 590.64
quid in hereditate locis diverſis ſita. ibid.65
Clavium jus habent civitates. 479.36
Clivia Duces *ad quadam beneficia* Eccl. *nominant.* 105.18
Coadjutor cum futura ſucceſſione an preferendus omnibus de Capitulo. 354.44
Coadjutor an Archi-Epiſcopo recto detur vivente? 237.32
Coadjutorum uſus non eſt novus. ibid.31
Coadjutor à quo dandus. ibid.32
Coadjutoris aſſumptio an omnium Capitularium conſenſum requirat. ibid.33.
Coburg. Saxo. 425.17
Collatio extraordinaria quid. 173.260.
non competit præfecto prætorio. 174.261
Collectandi varii modi. 485.48.
Collecta pro refectione mœnium. ibid.
an etiam à poſſeſſionatis non habitantibus in urbe ſolvenda? ibid.49
Collecta an pro donatione propter nuptias filii ſolvenda. 362.79. & 363.81
Collecta caſus ſingularis. 365.91

Digitized by Google

Collecta fit in ſubſidium. 365. 89
Collecta an fiat à principe abdicato. 265. 92
Collegium ad minus 3. perſonas requirit. 100
Collegia ſtatuum tria Collegium Electorale *primum.* 668. 68
Collegium principum Eccl. *&* Polit. *ibid.* 69
Colleg. Civitatum *Imper.* *ibid.* 70
Conſultationum ordo. *ibid.* 71
Deliberatio circa modum. 669. 72
Collegia ſucceſſive conſultant. *ibid.* 73
Colmaria unde dicta. 502. 92
Colon. *& Trevirenſis ſeſſio alternatur.* 277. 1
Colon *I.* Epiſcopus *S.* Maternus *ter mortuus.* *ibid.* 2
Colon. *I.* Archi-Epiſcopus. 276. 4
Colon. *I.* Elector. *ibid.*
Colon. *cur in ſuo territorio ad dexteram* Cæſaris *ſedeat?* *ibid.* 5
Colon. *E. cur in* Gallia *etiam ad dexteram* Cæſ. *ſedeat?* *ibid.* 6
Colonienſis urbs cum B. V. *nata.* *ibid.* 7
Colonienſis an etiam in ſuis Epiſcopatibus *jus ſedendi ad dexteram habeat?* 277. 8
Colon. *beneficia* 1. 2. 3. *gratia.* 102. 10
Colon. *E. an habeat Jus conſecrandi* Cæſarem? 277. 10
E*xtra* Diœceſin *cui conſecratio competat.* *ibid.* 11
Colonienſis Archi-Epiſcopus *Maximilianus, &c.* 278. 15
Colonienſes Arch. *Regum minorum tutores.* 13
Colonienſis ra lus *diata.* 94
In diœceſis Colonienſis diatis primo ſuper propoſitione deliberant & referunt civitatem deputati. 95
Colonia *prima* Eccleſia *à* S. Matern. *extructa.* 278. 15
ubi & quo loco. *ibid.*
Colon. *Academia.* 552. 35
Colon. *Metropolitana* Eccleſia *tectum verſatile.* 281. 24
Colonienſis campana pondus in Eccleſia *Cathedrali.* *ibid.* 25
Colon. *Eccleſia modernæ fundamenta.* 278. 19
ex vivo lapide ſtructa. 281. 20
Summi altaris materia ex marmore. *ibid.* 21
Bacilli in ea pendentes numerum annorum quibus Eccleſia *præfuit* Archi-Epiſcopus *deſignant.* *ibid.* 22
Colon. El. *muniendi oppida ſua Jus impetrat.* 468. 9
Colon. El. *nondum inſulatus an conſecrare poſſit* 90. 9
Colon. Elect. *Maximiliani cura ad concordanda ſtatuta diverſa & contraria.* 286. 40
Colon. *Archi-Epiſcopatus dividitur in ſuper. & inferiorem.* 286. 41
Colon. *urbis ortus.* 496. 82
Colonienſes Italici *Juris ſunt.* *ibid.*
Colonia cum Deipara *nata.* *ibid.*
Colonia Vitellius Imper. *proclamatus.* *ibid.*
Colonia Trajanus Imper. *ſuſcepit.* *ibid.*
Colonia mœnibus cincta. *ibid.*
Colonia ad inſtar Lunæ. *ibid.*
Colonia amplitudo. *ibid.*
Colonia Jurisdict. habent Comites. *ibid.*
Colonia Juriſdict. Comitum *de Benthen.* *ibid.*
Colonia urbis inſignia. *ibid.*
Coloniam 3. Regum *corpora expugnato Mediolano tranſlata.* *ibid.*
ubi Abbatiſſa fratrem ſuum ſingulari aſtu liberavit. *ibid.*
Colonia urbis Circuitus. *ibid.*
Colonia ignis viſus ſub tempora Auguſti. *ibid.*
Colonia ſunt 19. *parochia.* 286. 40
Comœdiarum utilitas. 288. 57
Comites variè differunt. 449. 2
Comites diverſi ordinis. 450. 5
Comitum dignitas realis antiqua. 449. 1
Comitum & Baron. *enumeratio.* *ibid.*
Comitum & Baronum *Scamna.* 450. 4
Comitia an tantùm in civitate Imper. habenda? 478. 33
Comitia non indicuntur extra Imperium. 299. 11
Comitialis locus. 654. 15. & 478. 32
Comitiorum utilitas. 651. 1
Locus eſt in arbitrio Cæſaris. 655. 16
Comitiorum origo. 652. 3
Comitiorum vox olim incognita. 651. 2
Repræſentatio ſeſſionis Comitialis *Ratiſbon. anno* 1663. 2
Comitia Romana diviſa. 652. 3
Comitia centuriata. *ibid.* 4
Conciliorum Eccleſiaſt. diviſio in Provinc. & Epiſc. *quæ ſingula.* *ibid.* 5
Convocandi mos ad Comitia. *ibid.* 6
Capitulatione poteſtas Cæſaris *reſtricta.* 653. 7
Terminus nec ultra Auguſtam, *nec* Coloniam *pro Comitiis.* 655. 17
Comitia an in Civitate *Imperii habenda?* 656. 19

Loci

Digitized by Google

Loci deſignatio an Elect. conſenſum exigat? 656.20
Comitia an Cæſar pro arbitrio transferre poſſit? ibid. 21
Vocandi ad Comitia ſtatus. ibid. 22
Comitialia concluſa pacta ſunt & contractus. 671.80
Collegia ſingula ſi ſingulare habent votum. 671.81
Comitiorum diremptio an ſpectet ad Cæſarem. ibi. 82
Receſſus Imper. examinatur. 671.83
Signandi receſſum modi. 672.84
Proteſtatio contra receſſum. 673.85
Cancellaria honoraria. ibid. 86
Comit. aliquando interſunt qui jus voti & ſeſſionis non habent. 658.32
Modus convocandi olim. ibid. 33
Litera convocationis an imperat. 659.35
Complutenſis Academia in Regno Caſtellæ. 568.110
Complexu excipitur Doctor. 584.176
Commendatores aliqui ſunt immediati non tamen ſtatus. 527.11
Commendatores 6. Teuton. in Burgundia. 411.29
Communia inter virum & uxorem an cedunt Fiſco? 171.249
Compromiſſarius an delegare poſſit. 79.52
Compromiſſarius intra quod tempus eligere debeat. ibid.
Compromiſſarius an vices alteri delegare poſſit. ibi. 53
Compromitti an poſſit ut certam perſonam is eligat. 80.54
Compromiſſariis pluribus aſſumptis an valeat nominatio à majore parte facta? ibid. 55
Compromiſſarij an aliquem ex ſe nominare poſſint? ibid. 56
Compromiſſariis tribus conſtitutis an unus voto ſe eligendi adhærere poſſit? ibid. 57
Compromiſſariis data facultas an ab EE. revocari poſſit? ibid. 58
Compromiſſariis an cenſeatur facta gratia & unde conſtet? 81.60
& an revocari poſſit? 80.58
Compromiſſarij ſi ſemel nominarint & nominatus acceptare noluit, an de novo nominabunt. 81.59
Compromiſſi negotium quamdiu cenſeatur integrum. ibid. 61
Compromiſſo omnium El. conſenſu facto, ſi unus E. ante abſens ſupervenerit, an id impedire poterit? ibid. 62
Comparitio in Comitiis fit, vel in perſona, vel per nuncium. 659.39
Conſilium pro principe perſonaliter comparet. 660.40
Comitatus Electoralis. ibid. 41
Comparitio fit ſumptu proprio. ibid. 42
Comes immediatus an ſimul eſſe poteſt ſtatus provincialis? 667.98
Comites quidam nuda ſeſſione gaudent. 461 96
Concilia Epiſcopalia & Provincialia quæ. 369.7
Conc. Provinc. quos ligent. ibid. 8
Concilium Agrippinenſe. ibid.
Concilia Provincialia in corpus Juris relata omnes ligant. ib d.
Conciliorum ſtatuta an ligent delinquentem extra territorium? 370.10
Conceptio non attenditur quoad Jus primogeniti. 258.37
Concurrentibus pluribus Illuſtribus aut nobil. quis potior. 356.54
Confluentia ſubeſt El. Trevir. 295.11
Confraternitatis pactum an obliget ſucceſſores? 265.55
an hoc requirat conſenſum ſubditorum. ibid. 56
Confratribus bellum gerentibus cui pacto junctus ſuccurret. ibid. 57
Confratrum pacto deficiente an bona ad Cæſar. devenianti? 266.58
Confraternitatum nova pacta an hodie. 263.51
Confraternitatis pactum an etiam de Electoratu intelligendum? ibidem 52
Conimbricenſis Academia in Luſitania. 568.109
Conſtantia. 523.152
Conſtantini Imp. laus. 19.12
Conſtantino Crux apparet. 18.9
Conſtantini donatio in Sylveſtrum de urbe Roma. 32.16
Conventuum provinc. modus. 665 93
Coronatio Cæſarea. 88.1
Conſiliarij digniores mittendi. 660.43
Conſiliorum neceſſitas. 123.94
Conſilium Cæſareum duplex. 187.7
Conſtantinenſis unde. 396.22
Conſtantienſis Primus Epiſcopus S. Paternus. ibid.
Conſtantinopolitanæ urbis expugnationi cauſam dedit vana Chriſtianorum ſuperſtitio. 31.12
Conſecratio Electionis conſequens. 89.1
Conſecratio an unctio adhibenda? 92.17
Conſti-

Digitized by Google

Conſtitutiones Imp. recenſentur. 2.7
Conſuetudo fœminam Regni capacem reddere poteſt. 271.83
Conſuetudo Germaniæ perſequendi feram vulneratam in alio. 158.177
Conſules an melius à toto populo vel parte eligantur? 492.78
Controverſia Colonienſis & Moguntini circa Coronationem. 91.10
Controverſia inter Sedem Romanam & Conſtantinopolitanam. 349.25
Controverſia inter natum ex putativo & vere matrimonio Comitum Flandriæ. 250.18
Contemptus an agere poſſit ad reſciſſionem actus poſt electionem. 233.20
Contemptus ſi moriatur an ſucceſſor in beneficio rite electioni contradicat. 233.20
Contemptus ſi jus remiſit an judex ex officio electionem reſcindere poterit? ibid.
Contemptus ſcholarium 594.205
Conviventes apud alios & nunquam convivia habentes. 215.11
Conviviis omnino abſtinentes. 216. ibid.
Conviviorum ſumptuariæ leges. ibid.
Convivia amicitiam conſervant. ibid.
Convocatio ad Comitia qualiter probetur. 49.13
Coquorum ars. 639.33
Cornel. Münſter. 412.35
Corbeia Monaſterium. 409.12
Corona à Rudolpho confecta. 95.30
Coronatur etiam Papa. 89.2
Corona Galliarum Regis pretioſiſſima. 95.30
Corona Turcarum Regis pretium. ibid.
Coronatio Imp. quotuplex. ibid. 31
Coronatio Imper. extra Colonienſ. diœceſin cui competat, pro & contra, jam concordatum. 91.10
Coronatio an ſit de neceſſitate Electi Imperator. 89.3
Coronationis Cæſareæ locus. ibid. 4
Coronatio cui competat Aquisgrani. 90.6
Corona quid deſignet. 95.28
Corona duplex aperta & clauſa. ibidem.
Corona Papæ triplex quid. ibid.
Corona Imp. non eſt ferrea. ibid. 30
Coronationis Conſequentia. ibid. 33
Cracovienſis Poloniæ Academia. 566.87
Credentiales exhibendæ. 662.46
Croneberg & Gerolſeck. 455.32
Cubicularius ſupremus Imp. 332.7
Culenbacenſis Saxo. 425.19
Cumulatio titulorum plurium an præcendentiam tribuat. 357.59
S. Cunegundis Bambergam ſile cinxit. 392.25
S. Cuniberto columba apparens tumulum S. Urſulæ monſtravit. 281.28
S. Cuniberti Collegiata Coloniæ. ibid.
S. Cunibertus Suſatum in partem prædæ accipit. ibid.
S. Cuniberti ortus & vita. ibid.
Curienſis Epiſc. 404.52
Cuſtodia & reparatio urbium Civitatibus competit. 479.38
Cytharadi an ſcholares. 589.194

D.

Dalila an tonſorem vocaverit, vel ipſa hoc munere functa. 640.38
Damnati ad mortem an teſtari poſſint. 172.252
Dania ſubacta Imperio. 34.28
Dani an Germani? 76.40
Daniæ Regni divitiæ. ibid. 42
Dania ſucceſſiva non fuit ſed hodie eſt. 47.6
Dantiſcum. 523.153
Darÿ ſomnium. 13.18
Daventrium. 523.154
David ſecundum prætulit primogenito. 252.25
Davidis Ungnadÿ factum. 28.4
Decani Facultatum à Profeſſoribus eliguntur. 573.148
Deductio auf Gnad und Ungnad. 141.141
Degradandi poteſtas regale bannum quibus competat. 125.98
Delictum patris liberis nocet. 219.4
Delphinatus Gallo ceſſit. 37.61
Democratia duplex. 12.11
Democrates Alexandro M. conſuluit ut in monte Athon urbem conderit. 469.14
Depoſitio Imperatoris vacaturam inducit. 53.32
Depoſitionis ritus. 595.206
Deponi an poſſit Imperator? 53.32
Deputatorum conventus. 665.91
Deuren ſeu Marcodurum. 523.155
Dextera ubi in ſedendo & ambulando. 359.67
Dietrichſtein, &c. 442.56
Diepholt Comites. 460.86
Differentia inter Gallos & Francos. 74.35
inter Concilia Provincialia & Archi-Epiſcop. 369.7
inter urbem Romam & Romanam urbem. 466.5
Diffidationes privatæ inhibitæ. 136.132

Digitized by Google

Diffidationem an inducant hæc verba, ich will mich
rächen.. 138.135
Dignitas non moritur. 82.5
Dilingana Academia. 553.36
Dinckelſpila.. 517.114
Diſcendi ætas apta. 596.209
Diſpenſatus à Papa ut eligi poſſit in Epiſcopum an per hoc fiat eligibilis in Coadjutorem 239.35
Diviſiones dignitatum novæ.. 244.8
Diviſio votorum comitialium.. 625.79
Diviſio Imp. relata ad tempora Carol. *M..* 18.10
Diviſio dignitatum in Quatuorviros.. 42.7
Dixmuyden.. 460.79
Doctorum privilegia.. 582.168
Doct. degradat. doctorari non pot:. 588.189
Doctor. in Cathedra *actum exercet..* 582.169
Doctorari an poſſit mortuus?. 585.178
Spurius.. 586.180
Doctoratus an nobilitati obſit? 586.181
Doctores magnates fuere. ibid.
Ætas ad doctoratum.. 587.182
Dolana Acad. in Burgundia.. 553.37. & 567.97
Domus crimen læſæ Majeſtat.. committentium diruenda.. 187.297
Donawerda.. 523.156
Dotandi filias cauſa. 363.83
Dotanda filia principis an ex immobilibus. 363.84
Dotatio filiæ Hiſp. an ſufficiens.. 364.86
Dotes variæ familiarum.. ibid..
Duacenſis Academia. 553.38.
Ducisburgenſis Acad.. 557.65
Ducum vocis origo.. 421.1
Duelli improviſi inter bruta. 628.98.
contra quod præſumptio.. ibid. 99
In duello improviſo hominis moderamen requiritur. 628.100.
an pro defenſione pudicitiæ? ibid. 101
an pro fama? ibid. 102
an fugiendum? ibid. 103
an pro tertio licitum? ibid. 104..
an filio contra patrem? 629.105
ſubdito contra dominum? ibid. 106
non ex intervallo. ibid. 107
an ob res, ſeu bona? ibid. 108.
Verbalis retorſio.. ibid. 109
ex intervallo de conſuetudine licita.. ibid. 110
Repreſſal. jus.. 630.117
& de jure earundem. ibid. 118
Duelli *cum bello affinitas.* 624.77
Differentia *à torneament..* 625.78
ejus diviſio in prov. & improv. ibid. 81
in hoc armorum paritas non requiritur.. ibid.
utrius major antiquitas.. 625.82
Cain & *Abelis duellum quale.* 83
Davidis *cum* Goliath. 626.84
Duellorum *alia diviſio.* ibid. 86
Duell. *decretorium..* ibid. 87..
Duellum proluſorium.. ibid. 88
an Deo placuerit? 627.90
Duellum augurale.. ibid. 91
Judiciale.. ibid. 92
Duelli exitus dubius. ibid. 93
objectio reſolvitur. ibid. 94
Duellum extraneum.. ibid. 95..
Duellantium uterque culpabilis. 628.96
Duysburgum.. 524.157.
Duo ſimul regnantes. 12.13.
Durlach Baden.. 434.33

E.

Eberſtein B. de Battenberg.. 458.63
Eburenſis *Acad. in Luſitania..* 568.111
Eccleſiaſt. EE. *voce nepotis appellantur* 659.36
Eccleſiaſt. EE. *prærogativa & tituli.* 224.1
EE. *cur nepotes ſalutentur à* Cæſare.. ibid..
Eccleſiaſtica *bona an pro bono pacis cedi poſſint* A. C. A.. 144.150
Eccleſia S. *Ruperto poſita..* 382.19
Eccleſiaſtic. Ordo ſæcularem Juriſdictionem tribuit.. 229.7
Eduardus Angliæ Rex Imper. Rom. acceptare noluit. 85.7
Effœminati viri.. 27.80
Eggenburgicus.. 441.53
Egra 524.158
Egram *ſtatus Imperij evocavit* Wenceslaus.. 299.11
Ehrenbreitſtein *arx..* 295.12
Eiſenacenſis *Saxo..* 425.18
Einſidelenſis *Monaſterij principia & ſucceſſus..* 406.4
Elchingen *Monaſterium..* 411.19
Electores omnes ad Electionem *vocandi..* 59.50
Electore Eccleſiaſtico *mortuo an vocandum* Capitulum. ibid. 51
Elector hoſtis an vocandus? 59.52

Elector

Digitized by Google

Elector accipiens pecuniam an ipſo Jure pœnam incurrit, an per Judicis ſententiam? 78.49
Electoralium votorum ſola majoritas an ſaniora ſint attendenda? 77.46
Electoris pecuniam accipientis qua pœna? ibid. 48
Election. & poſtulationis differentia. 234.23
Electus an cogendus ad acceptandum? 233.19
Electores an in unum compromittere poſſint in vel extra Electorale Collegium? 78.50
& an in duos? 79.51
Elector an ſeipſum eligere poſſit? pro & contra rationes & reſponſiones. 76.42
Elector filius an patrem vel conſanguineum eligere poſſit? 77.43
Elector impubes eſt ſub cura ſenioris patrui. 258.38
Electio intra quod tempus facienda? 77.44
Electis duobus Imper. in diſcordia quid faciendum? ibid. 45
Elect. Imper. definitur. 49.12
Electorum origo unde? 206.1
varia ſententia Probabilior qua. 207.2
EE. dignitas & præminentia. 208.3
EE. ad indictionem Comitiorum conſenſus requiritur? 219.16
EE. conſenſu an opus circa locum Comitiorum? 219.17
EE. conſenſu non petito vel non obtento an acta Comitialia nulla? 219.18
EE. conſenſu an opus ad translationem Comitiorum? 220.19
EE. conſenſus an collegialiter intervenire debeat? ibid. 20
Nobilitandi Jus an EE. & principibus competat? ibid. 21
Electorales an inducias quinquennales concedant? 221.22
Legitimari an poſſint? ibid. 23
EE. Eccleſiaſtici ſunt principes Epiſcoporum. 2.5.2
EE. præminentia an in aliis actibus obtineat? 213.8
Electores an conventibus Electoralibus perſonaliter intereſſe debeant? 217.12
Electoratum ad Imperium reverſum an Cæſar conſanguineo ſuo dare poſſit? 167.62
Electoratum devolutum an Imp. tenetur dare proximo de familia? 267.63
Electoratum per vim aut rebellionem excluſus an vocandus & votum habeat? 62.65
EE. votorum quis ſcrutator. 67.8
EE. an vota ferant ſecrete. ibid. 9
EE. Vota conditionalia aut alternativa an valeant? 68.10
E. an votum ſcripto tranſmittere poſſit? 68.11
E. an perſonaliter ſi ætatem legitimam habet comparere debeat? 62.66
Electores ſæculares olim 4. nunc 5. &c. 242.1
Electores ſuos habent ſuboſſiciatos. ibid. 2
Elect. ſæcularibus defertur Jus per ſucceſſionem. 243.3
Electoratum ſæcularem poſſidens an in Electoratu alio ſuccedere poſſit? 254.29
Electores an eodem tempore pater & filius eſſe poſſunt? 253.27
an duo fratres? 254.28
an 2. Fratrum liberi? ibid.
Electorali familia emortua an EE. conſenſu pro novi Electoris aſſumptione opus? 266.59
Electore mortuo ſi duo Impp. electi diverſis eum contulerint, quis admittendus? 267.60
EE. plures ſi de electoratu contendant quis vocandus? 61.62
ejus rei præjudicium. 62.63
Electionis antecedentia. 65.1
Conſequentia. 82. ibid.
Electoris non comparentis per ſe vel legalem nuntium pœna. 63.69
EE. major pars ſi remaneat vel recedat an præſentes ad electionem procedant? ibid. 70
Elect. votis paribus an Papa vacet imperium? ibi. 71
EE. cur 7. in A. B. an hic numerus augeri poſſit ut jam auctus eſt? 64.72
non obſtante contradictione anonymi. 64.73
an octavus recte conſtitutus? 335.4
Electi nec alibi quam Francofurti facta. 57.45
EE. an exteri præferendi. 213.9
EE. an extra negocium Electionis Jure conventus agant. 214.10
EE. conſenſu opus ad Comitia. 653.8
Electores cur ſeptem. 209.4
Electores cur nepotes ſalutentur? 659.36
Elector. convivia an toleranda? 215.11
Electionis jus alius & alius electoratum habere non poteſt.
Electionis adjuncta. 66.1
Electionis primus actus eſt invocatio divini nominis. ibid.

Digitized by Google

Elect. & duces an habeant jus Legitimandi? 135.126
Electio facta ab hæreticis an ſit valida? 271.84
Electorum reſidentia. 271.86
Electio publicatur. 82.1
Electus Imper. an alÿs principibus privilegia confirmare debeat? 82.2
Elect. quid incumbat in celebratione Curiæ & menſæ Imperialis. 96.34
Elect. Archi-Cancellarÿ unde dd. 225.3
Et an immediate à Caſare pendeant? 226.4
Elect. Eccleſiaſtici Eminentiſſimi. 224.1
Elect. Eccleſiaſtici an recte adhibeantur ad Elect. Imp. 226.5
Elect. abſente in celebratione ſolennis Curiæ quis vices ejus ſupplet, an abſentis Legatus, vel Vice-Mareſchallus, &c. 96.35
Electio Epiſcopi, ubi facienda? 230.10
& intra quod tempus. ibid. 8
S. Eliphÿ Corpus ad S. Martinum Majorem Coloniæ. 285.37
ejus origo & vita. ibid.
Elvvangen Monaſt. 408.7
Emanentium pœna. 63.69
Embda. 460.83
S. Emeranus innocens mactatus. 398.29
S. Emerani Colleg. Benedict. Ratisbonæ. 398.29
Empyrici. 879.158
Enſis cur Imperatori tradatur. 94.24
Enſis portatio ante Imperatorem, cui competat. 331.30
Epiſcopatum an Papa invito conferre poſſit? 117.79
Epiſcopatus non eſt ſimplex dignitas. 391.10
Epiſcoporum S.R.I. ſtatuum enumeratio. 391.11
Epiſcopi Germani à ſuis Capitulis eliguntur. 390.3
Epiſcopi conſequuntur ea quæ ſunt ordinis per conſecrationem. ibid. 4
Epiſcopatus an ſit ordo? ibid. 5
Epiſcopi Germaniæ alios præcedunt. ibid. 5
ab Epiſcopis appellatur ad Archi-Epiſcopos. 368.3
Epiſcopi nomen unde. 389.1
etiam apud Ethnicos uſitatum. ibid. 2
Epiſcopus qualis eligendus an invitus? ibid. 1
An in minoribus ordinibus? ibid.
An qui duxit meretricem? ibid.
An habens liberos ut S. Petrus Petronellam? ibid.
Epiſcopos Papa fratres compellat. ibid.
Epiſcoporum promotorum ad hanc dignitatem beneficia à tempore Conſecrationis vacant Papæ.
Epiſcopus diſpenſatus ne conſecratur an cenſeatur diſpenſatus ad retinenda benef. per annum. 389.1
Epiſcopi ultra & Citramontani. ibid.
Epiſcopus an requiratur ad eſſentiam Civitatis? 468.8
Epiſcopi in ſcamno Eccleſiaſtico. 341.5
Epiſcopo Jurid. competit in ſuos. 391.9
Epomide Doctor veſtitur. 584.174
Equites aurei Velleris. 601.1
Equitis & peditum cohortum differentia. 604.24
Epſtein. 459.69
Equites an præferendi peditibus. 669.62
Erbach. 457.56
Erb-Truckſeſſi S.R.I. Comites de Zeil. 455.30
Erb-Verbrüderung quid? 49
Erb-Vereinigung quid? utriusque differentia. ibid.
Erphordienſis Academ. 553.39
Eslinga ad Neckarum. 515.111
Eſſendienſis Abbatiſſa. 413.37
Esbal Monaſterium. 398.27
Evangelici an recte fiant Doctores in Jure Canonico. 9.11
Exercitus diviſio. 603.20
Excubias an ejus ſubditi partes agere teneantur in palatio principis. 178.279
Expectativa ſuper Electoratu conceſſa. 267.61
Expectativam ſuper feudo Imperÿ an dare poſſit Cæſar? 268.64

F.

Faber ferrarius. 641.41
Fabri, ſtructores, ſculptores, nautæ, Tignarÿ. ibid. 40
Falckenſtein. 453.18
Famæ & honoris reſtitutio. 133.120
Fœmina an Jure deterior ſint conditionis quam viri? 270.77
Fœminam non eſſe hominem J. C. voluit Cujac. ibid. 78
Fœminis objicitur hæc imago. 33.q.5 ibid. 79
Fœmina deficientibus maſculis an ſtante pacto confraternitatis excludatur. 264.53
quid ſi etiam adſint bona allodialia & feuda fœminea. ibid. 54
Fœmina cur à Feudis arceantur. 183.315
Fœderum conciliatio. 147.157
Fœdus, an cum infidelibus licitum ſit? 147.157
Feria ſcholarium cur inducta. 596.109
Ferdinandus Epiſc. Paderbornenſis ſit Coadjutor Monaſterienſis. 238.34

Ferra-

Digitized by Google

Ferrarienſis Acad. 558.68
Ferrum. 175.270
Feudale Jus pars eſt Jur. publici. 3.14
Feuda in diœceſi Colonienſi an maſculina ſine vel promiſcua diciſum. 287.43
Fides pacto data an neceſſitatem ſervandi inducat? Affirm. 144.152
quicquid diſſentiat Eccius. 145.152
Eccij epitheta. ibid.
Fidei ſervata exempla. ibid.
Fiſcus ob non ſolutum tributum bona negligentis vendere po eſt. 486.50
quomodo dominium in emptorem transferat? ibid.51
alius Creditor ejusdem debitoris an avocandi habeat licentiam. ibid. 52
an fundus à Domino ſine cenſu vendi poſſit? ibid. 53
an diſt. inter præſentem præteritum & futurum cenſum. 487.53
Figuli. 641.50
Fine an pro Germanis habendi? 75.39
Flandriæ Comes ad diverſa beneficia Eccleſiaſtica Jus nominandi habet. 102.10
Fleckenſtein in Alſatia. 454.22
Florentini & Ferrarienſis de præcedentia concertatio. 353.38.39
Florentia libera facta. 34.33
Florentina Academia. 558.69
S. Floriani martyrium. 397.32
Fluminum aggeres Rumpentium pœna. 166.206
Fluminum conſervatio ad civitates ſpectat. 483.44
Fluminis uſus an prohiberi poſſit? 484.45
Fluminis curſus non impediendus. 162.195
pro ejus tranſitu an quid poſſit exigi? Pro Affirm. 162.196
Pro negativa rationes. 163.197
Flumine curſu mutato an Vectigal ſequat.? 163.200
Flumine inundante cujus ſint trabes avectæ. 162.201
Fluminis curſu mutato an Vectigal debeatur? 14
Fodere metalla in alieno an liceat? 222.28
Fodere in alieno cur liceat? 223.33
Fodina quæ principi debita. 222.27
& quid in fodinis alienis. ibid. 28
Fodinam privato ceſſante in ſuo, an perſequi liceat Principi? 223.30
ad Fodiendum Concurrente Domino & principe, quis potior? 223.31
privatis Concurrentibus quis potior cenſendus? ibid. 32
Fodiendo vel cadendo lapides an liceat facere ut fragmenta cadant in alienum? 223.34
Fodrum quid? 360.74
Fœmina, cur à Feudis arceantur? 7.32
Forma vocandi ad Electionem omnes intereſſatos. 233.20
Formicæ urbem repræſentant. 464.1
Fortuna bona an præcedentiam tribuant? 357.58
Foſſuram in alieno perſequi in proprio captam an liceat? 223.30
Franciſcanorum cautela in nominando generali. 352.33
Franciſcana veſtis varius color pro locorum Varietate. ibid.
Freiſach ad Eccleſiam Salisburg. ſpectat. 381.14
Francofurtenſibus quid tempore Electionis Cæſareæ incumbit? 64.74
Francofurtum ad Mœnum. 503.88
Locus Elect. quis ex A. B. ibid. 88
Francofurt. collocati ante Aquenſes. ibid.
Francofurtenſis Acad. ad Oderam. 553.40
Franconici Scamni Comites. 345.23
Francorum origo. 394.17
eorum ultimus Dux Hethanus. ibid.
Adelbero Comes de Lambach Epiſcopus Herbipolenſis fuit. ibid.
Mortuus in Auſtria celebri Monaſterio Lambacenſe. ibid.
Franequera Friſonum Acad. 556.64
Friburgenſis Acad. 553.41
Fridberga. 508.103
Friderici I. Imp. & Adriani Papæ diſſenſio. 40.71
Friſingenſis Epiſcopatus. 398.26
Frumentorum altitudo in Ægypto. 31.8
& bis in anno meſſis. ibid.
Fugger Comit. in Kirchberg. 456.38
Fuldenſis Abbas. 407.4
ejus prætenſio circa præcedentiam.
Fullones. 639.35
Fundamentalibus Legibus & Capitulationi an princeps ſolutus ſit? 118.85
Furſtenburg Comites. 454.27

G.

S. Gallenſis Abbas. 405
hoc monaſterium aliquando fuit ſtudiorum Seminarium. ibid.

Galliæ Reges ad beneficia Eccleſiaſtica nominant. 102.10
Gallia imperis pars. 33.22
Galliæ Reges ſtrumas curant. 22.31
Galliæ Regni inſigne olim crotta ejus occaſio. 47.4
In locum aſſumpta 3. lilia. Salicæ legis conditores. ibid.
Gall. Rex an in Elect. Imp. votum paſſivum habeat? Rationes pro negativa. 73.31
Galliæ Reges an à Germanis orti? 73.32
an à Trojanis? 74.34
Gall. Rex ubi in Imper. reſideret? ibid. 36
Gallorum liga cum Germanis per hoc eos non reddit Germanos. ibid. 34
Galli & Hiſpani Controverſia. 350.29
Galliæ legatus ſuſtinet Religionem Chriſti in Galliam prius quam Germaniam fuiſſe invectam. ibid. 28
Gallici legati auſus in puncto præcedentiæ. 29.4
Gallis aliquando Electionem placuiſſe voluit Hotoman. 46.2
Galliæ Reges ſancti. 22.29
ut Reges Ungariæ. 23.33
Galliæ Regnum ſucceſſivum tantum in maſculos. 46.2
Gallia diviſa à Cæſare in 3. partes. 42.6
Galliæ lilia an deſignent ſpem ad Imper. Rom. 75.38
Galliæ Reges diverſorum locorum Canonici. 94.21
Galliarum Regi certi generis vinum non propinandum. 308.34.
Ganderhemenſe Benedictinum Virginum Monaſterium. 415.47
Geldria. 460 80.
ad Imperium ſpectans. 36.49
Gelnhauſen Civitas. 502.90
Gemelli nati ex Electrice quomodo ſuccedent. 255.31
Gemellorum & plurium uno partu natorum exempla. ibid.
Gemellorum quis primo ad fruitionem admittendus. 257.33
Genua ſe exemit ab Imp. 34.32
Gengenbacenſe Monaſter. 411.18
Gengenbachium. 522.140
Genuenſium Dux an perpetuus? 421.2
S. Georgij Collegiata Coloniæ. 283.32
Hic præpoſitura extincta. ibid.
Gevenrodenſe Monaſterium. 415.42
German. Colleg. Rom. 129
Germani ad bibendum proni. 10.4
Horum excuſatio. ibid.
Germanus quis cenſendus ut in Imper. eligi poſſit. 72.29
Gilmer clade affectus à Juſtiniano. 19.16
Gienga. 581.118
Glieſana Acad. 553 43
Giengenbach. Monaſt. 411.18
Gladius cur Imp. tradatur. 94.25
Gleichen. 453.21
Graduum diſtributio in Eccleſ. & Republ. ut fit inter angelos. 346.16
Græcia ſub Imp. fuit. 31.11.
Græcia Imperium. 13.19
Gratia delinquenti facta. 133.123
non temere facienda. 133.124
Gravellano exprobanti data reſponſio à Landgravio Haſſiæ. 29.4
Grabenhagenſis S. Gregorij in Valle. 507.98
Gradus & honor Doctoralis. 581.164
Grafeneck. 455.34
Granatenſis Academ. 568.112
Groningenſis Acad. 552.42
Griphſvvaldenſis Acad. ibid. 44
Gracienſis. ibid. 45
Guelphorum origo. 410.15
Guidobaldus Salisb. Archiep. 372.4
Guntherus Schvvartzburg in ſui electionem conſentire noluit niſi major pars EE. conſentiret. 63.70
Gurcenſis Epiſcopatus. 375.14
Guttzellenſe Ciſtercienſis. 415.49
Gymnaſia. 569.128
an privatæ inſtitutioni præponenda. 598

H.

Hagenau in Alſatia. 502.91
Hailbronna. 519.125
Halberſtadienſis Epiſcop. 445 64
Halberſtad. Mind. Caminec. 332.5
Pruſſia translatio. ibid.6
Halla Suevorum. 518.120
Hannovia Comites. 451.7
Urbis ſitus. ibid.8
Hanſa Teutonica Angl. Rex non recte privilegia ademit. 82.6.

Haſſia

Haſſia ſitus. 429.24
cujus vicariatui adſcribenda. ibid.
Haſſica ſatisfactio juxta inſtrumentum pacis ſoluta ex diœceſi. 429.25
Rhenanum Provincia Colon. Ducatu Juliæ *quid?* ibid.
Montenſi. ibid.
Inferioribus dominiis. ibid.
Eiſlia Comitibus. ibid.
Weſtervvaldia. ibid.
Epiſcopatu Monaſterienſi Paderbornenſi & aliis. ibid.
Haſſia ſuperi[illegible] *urbs Darmſtatt.* 431.28
Haſſia Dux habet puerum à lupo educatum. 430.25
Haſſia cum Pomerania differentia de praecedentia. 351.33
Hatzfelt Comes. 454.23
Hechbach Monaſt. 415.50
Heidelbergenſis Academia. 554.47
Heiligſtad. 275.15
Helvetii à vicariis regebantur. 35.46
Helvetorum exemptio ab Imperio. 35.45
Henneberg. 439.48
Hennebergenſis poſſeſſio. 460.89
Herbipolenſis Academia. 553.46
Herbipolenſis Epiſcopatus. 374.16
Herverd. 414.42
Hierarchia Eccleſ. origo. 367.2
Hildegardis inceſtus inſimulatio. 407.5
Hildeſ. Epiſcopatum fundavit Carol. M. ejus diviſio. 396.24
Hildeſii Spiritus mira facit. ibid.
Hirſchfeld. 447.75
Hiſtoria de S. Gebhardo Adelberone de Lambach & Altmanno Pariſiis ſtudentibus. 400.36
Hiſpalenſis Acad. 569.114
Hiſpania à Saracenis occupata. 32.18
à Ferdinando Caſtelæ Rege liberata. ibid.
Hiſpaniæ Regi Majeſtas in Comitiis non tribuitur. 450.29
Hiſp. Regnum ſucceſſivum ad maſculos & fœminas. 47.5
Hiſpaniæ Rex aperta corona utitur. 95.29
Hiſtrionica ars. 742.43
Hiſp. Rex nominat ad beneficia. 102.10
Höchſt ad Mogunt. ſpectat. 275.16
Hic Chriſtianus Brunſuic. Dux à Tillio *caſus.* 216.16
Hohen-Embs Comites. 455.35
Hohen Lohe Comitum 2. lineæ. 457.52
Hohenſtein. 459.68
Hohen Zolleren. 441.52
Hoijo Comites. 460.84
Hollandia Imperio ſubfuit. 36.50
Holſatiæ Dux. 438.42
Holſatica familia. 438.43
& feudum Imp. 34.28
Homburg arx & urbs. 451.6
Honores conferendi Jus eſt reſervatum. 125.97
Hortulani. 645.63
Horti primus artifex Deus. 645.64
Hortorum amatores Reges. 646.65
Horti qui magis commendabiles. 646.66
Hoſtem ad deſperationem redigere an conſultum? 616.56
Hoſtis an præveniendus? ibid.57
an in ditione expectandus? 617.58
Humanum genus in tres ſtatus diviſum, Cleric. milites & ruſticos. 340.1
Hungaria deficientibus Regiis liberis electiva. 48.8
Hungaria Tiberio paruit. 34.28
Hus Conſtantiæ combuſtus. 396.22

I.

Iconomachia cauſa ruina & exciſionis. 20.21
Jenenſis Acad. 554.48
Ilerdenſis Acad. in Regno Arragoniæ. 569.115
Immatriculatio ſcholarium. 590.195
Immobilem Imperii ſedem Viennæ eſſe an expediat? 419.11
Imperandi variæ forma. 11.6
Imperandi varietas pro varietate ingeniorum. 9.1
Imperator caret I. perſona ſingulari. 118.84
Imperat. & Rex Romanorum diverſa ſunt. 95.32
Imper. alter ubi litem movebit? 321.14
Imper. cur Diaconi more veſtitur? 94.24
Imper. abſens vices committere poteſt. 654.12
Vicarii an vivente & abſente?
Imper. nullo rege Rom. nec ſubſtituto Comitia indicent? 654.13
An & hic EE. conſenſu opus. 654.14
Imp. à regibus nomine Majeſtatis compellatur ipſos autem Ew. L. *compellat.* 29.4
Imperator qualis eligendus. 68.12
1. Unus tantum. ibid.13
2. Mas non fœmina. ibid.14

3. *Vir-*

3. *Virtuoſus.* 68. 15
4. *Laicus non Clericus.* ibid. 16
5. *Comes vel Baro.* 69. 17
6. *An potens?* ibid.
Imper. electus an cogi poſſit ad acceptandum? ibid. 18
Imp. non eſt quærendus ſenex. 70. 22
Imp. an non germanus eligibilis? 69. 2
Imp. ſervit in miſſa Papa. 94. 23
id fecit Carol. Sigiſm. Frider. III. Imperat. miniſtrans Papa ſtolam & pluviale non recte induit. 94. 23
Imp. an bona Imp. alienare Jure poſſit? 38. 67
An ob cauſam & merita? 39. 68
An in cauſa neceſſitatis? ibid. 69
Imp. an exemptos ad Imp. revocare poſſit? ibid. 70
Imp. an ſponte reſignare Imperium poſſit? 50. 20
Affirm. ex textibus & ratione deducta. ibid. 21
Imp. in conviviis Papa aliis Regibus præfertur. 29. 4
Imper. an pro libero ſuo arbitrio ſe exonerare poſſit? 51. 26
Imperator non habet ſuperiorem. 53. 30
renuncians an pœnitere poſſit? ibid. 31
Imperatores, qua Imperio exuti ab Imperio. 54. 34
Imperatore vivente an alius eligi poſſit? 55. 39
Imper. an adhuc Jus condendi & interpretandi ll. habeat? 114. 74
Imp. non habet ordinem Subdiaconatus. 94. 21
Imp. an novo homini gratiam facere poſſit ut ad inſtar nobilis ad Collegia nobilium aſſumatur? 539. 59
Imperia Monarchica 4. 12. 14
Imperiorum I. origo à Deo. 14. 26
Imperiis ſingulis an aſſiſtat angelus. 15. 29
Impp. ante Carol. M. qui Germani. 72. 28
Imperatorum plurium nomina inſcriptis alternata. 855. 50
Impp. ex pueris electi. 70. 23
In Imper. an corporis venuſtas ſpectanda? 71. 24
Impp. Canonici variis locis. 94. 21
Imperium adhuc Romanum eſt. 31. 25
Imperium cur ſacrum. 22. 28
Imp. Rom. an Monarchia? 22. 31
Imperij Status quomodo capita vertentur. 27. 39
Imperij decrementum. 17. 6. 19. 17
Imp. occidentalis Status? 21. 24
Imp. cur. Rom. Germanicum. 22. 26
Imper. an translatum in Carol. Germanum vel Francum. 22. 27
Imp. Rom. qualiter vacet. 49. 13
1. *Morte naturali.* ibid. 14
2. *Morte Civili ſi Imp. fiat religioſus.* ibid. 15
Imperium an majus Imperatore? 26. 38
Imperium an in una urbe conſiſtere poſſit? 16. 30
Imperium Corpori aſſimilatur. 41. 1
ulterior utriusque comparatio. ibid. 2
Imp. diviſiones. ibid. 3
1. *Immediat. & immediates Imp. Cives.* ibid.
2. *In tria Collegia.* ibid. 4
3. *In claſſes ſeptem.* ibid. 5
4. *In circulos olim 6. nunc 10.* ibid. 6
Imperia non uno tempore ſimul ſed ſucceſſive interierunt. 13. 22
Incrementa & decrementa varia Sedis Apoſtolicæ. 17. 1
Incrementum Imp. orientalis. 19. 13
Indictio Comit. an ad regem ſpectet? 653. 21
Indigena an exteris præferendi 434. 76
Indiviſibiles res qualiter Juridice dividenda. 257. 32
Induciæ dierum de die Civili ſunt intelligendæ. 146. 155
Induciæ quæ, & diviſiones. 146. 155
aliæ breves. ibid. 156
in his belli ducis ſufficit autoritas. ibid.
Ratio differentiæ. ibid.
Ingolſtadij pretioſa ſtatua B. V. ſervatur ultra 100000. floren. æſtimata. 322. 15
Ingolſtad. Academia. 554. 50
Ingrati heredis Crimen. 169. 229
In rebus humanis nil ſtabile. 14. 23
Inſignia Regum Galliæ quæ? 74. 38
Inſtabilitatis humanarum rerum exempla & teſtimonia. ibid. 24
In ſtatu innocentiæ fuiſſet ſtatus Politicus. 15. 27
Inſtructiones pro legatis. 47
Inſtitores mercium. 643. 51
Inſula in terram coalnerunt. 14. 24
Inter Angelos & dæmones eſt Politia. 15. 28
Introductio Doct. in Cathedram. 582. 169
Inveſtitura renovatio petenda. 268. 65
Inveſtitura an præcedat fidelitatem. ibid.
Inveſt. nova terminus. ibid. 66
Inveſtituræ locus. 269. 67
Inveſtitura ſolemnia. ibid. 68

Digitized by Google

Inveſtitura incapaces fœmina maximè in feudis digni atem. 269.70
Invitum filium aut contra voluntatem elocare an principi liceat? 220.86
In uno Imperio duplex eſt Majeſtas. 24.34
ejus ratio. 25.35
Irmen-Seul. 396.24
Iſenburg & Budingen. 453.16
Iſenſe Monaſt. Benedict. 411.20
Italia Rom. Imp. ſedes. 32.16
Italiæ ducum conditio. 421.2
Judæorum Collegia. 646.67
Judæi an tolerandi? ibid.
Judæorum receptio regale eſt. ibid. 68
an licite recipiantur? ibid. 69
Affirm. certis conditionibus. 647.70
Judæi an Chriſtianorum ſervi? ibid. 71
Judæi an invìti ad religionem armis cogendi? 648.72
Judæi an Jure Roman. uti debeant? ibid. 73
Judæus vel Turca, ex concubina Chriſtiana genuit filium, eamque duxit, an filius legitimetur? ibid. 74
Converſio à Judaiſmo an patriam poteſtatem tollat? ibid. 75
Judæus baptizatus an ob delictum ante commiſſum adhuc puniendus? 649.76
Judæi an Medici eſſe poſſint? ibid. 77
Judæa ſub Imp. fuit. 32.14
Judæi hoſtiis acris abuſi. 400.35
Judæi lactantis Scrophæ in Curia Salisburgenſi effigies. 374.11
Judex ſententiam mutare non poteſt. 133.123
Judices an poſſint eſſe illiterati? 124.95
Judiciorum diviſio. 185.1
Judicia Chriſtiani an fas exercere? ibid.
Julia Helmſtadian. Academia. 554.49
Juliæ Ducum Genealogia. 426.22
Juliæ Ducatus controverſia. 427. ibid.
Juliæ Cliviæ Montium Duces. ibid.
Juliaci urbis principia. 426.22
Beatrix & de majoribus ducum, ibid.
Jusjur. an rectè ab Imper. exigatur ante Coronationem 92.14
Juramenti Imp. formula. ibid. 16
Juramentum perſonalis promiſſio an ad hæredes transeat? 82.6
Juramentum an Elector. ſibi remittere poſſint? 66.5
Juramentum tactis SS. Evangeliis an licitum? 66.4
Juris Conſultorum encomia. 576.154
Juris Conſulti 50. ſancti. 574.152
Jurej. præſtito ab Imper. electo cur prius Principes interrogentur de fide ſervanda. 92.15
Juridica facultas. 574.152
Juris defin. & diviſio. 1.1
Jurisdict. Imperatoris univerſaliter fundata eſt. 187.5
Juris C. Medicis præferendi. 576.153
Juris publ. Commendatores. 2.3
Juris publici definitio. 1.2
Jurisdict. communicatio an ſit conveniens? 200.7
Jurisdictio an oblatis clavibus Cæſari ceſſet? 479.37
Juris privati cognitio non ſufficit. 2.4
Jurisp. differentia à privato. 2.3
Jus canonicum pars Juris publici. 2.9
Juris canonici laus. 3.12
Jus publicum an ex uſu Comitiorum diſcendum? 7.34
Jus public. cur in Inſtitut. omiſſum. 8.35
Jus publ. an collectum ex I. nat. gent. & Civili? ibid. 36
Jus publ. an in Academ. tractandum? 7.31
Ius publ. in quo conſiſtat. 8.1
Juſtiniano Imperante luſus præſagium victoriæ. 19.14
Juſtin. Cod. repetitæ lectionis eo anno tulit quo Reg. S. Benedicti promulgata. 576.
Juſtin. & Benedictus cognati. ibid.
Juſtinianus in numerum SS. relatus. ibid.
Juſtinianus an à fide defecerit. ibid.
Juſtingenſes poſſeſſores. 457.51
Iuvavii everſio. 305.25.

K.

Kaiſersberg. 507.97
Kaiſersheim Ord. Ciſterc. 412.30
Kaufbeuren urbs Imp. 515.110
S. Kilianus exemplo S. Ioannis Baptiſtæ occiſus. 394.16
Kilianus Herbipolenſ. patronus. ibid.
Kintzingen ſitus. 450.5
Klettenberg. 459.72
Kinigseck Comites de Aulendorf & Rotenfels. 445.53

Digitized by Google

Königſtein ſitus Moguntinus Stolbergenſes tenuerunt. 452.12
Königſtein prætenſiones. 458.66

L.

LandaVia in Alſatia. 506.95
Hic Rhenum Danubio jungere Carol. M. voluit. ibid.
Lacedæmoniorum mos in colendis uxoribus. 270.76
Landgravij. 422.5
Landſaſſij, qui.
Landvogtiam Ferd. I. reluit. 508.104
Lavantinus Epiſcopatus. 382.17
Landſpergij furor in Helvetia. 35.46
Lands-Vereinigung *in E. Colon.* 2.5
Lanij. 638.32
Lauvenburgici. 437.40
Laxenburg unde dicatur. 155.165
Lebus incorporatus. 447.72
Lecticarij. 635.58
Legatum non decet eſſe nimis timidum. 346.16
Legati qualitas. 660.43
Legatorum Sed. Apoſt. differentia. 372.5
Legato Principis an locus & Sedes ſui Principis debeatur? 347.18
vide ibid. Fallentia.
Legis qua olim dicebatur. 602.5
Legitimatus per ſubſ. mat. an legitime nato potior? 249.16
Legitimatis pluribus uno actu quis potior? 250.17
Legitimatus natis an præferendus? 248.15
Legitimatio natalium reſervatum. 135.125
Legitimatio per reſcriptum an fieri poſſit per procur.? 135.129
Legitimari an poſſint per reſcript. naturales in præjudicium legitimorum & agnatorum. 135.128
Legitimati per reſcriptum an ſuccedant in Feud.? 135.129
Legitimare an princeps poſſit domino & agnatis invitis? 136.130
an recipiantur ad tribus? 634.8
Legitimatum per reſcriptum Baſtardum appellans, an actione injuriarum teneatur? 135.126
Legitima ob delictum filij patre vivente an confiſcanda ſint? 170.147
Legitimatus nepos per ſubſ. matrim. patre defuncto filio legitimo an præferendus? 250.18

Leges ſubditis dare regale. 114.73
Leges non permittunt quempiam vivere in anxietate? 596.208
JCti non omnes divites. ibid.
Philoſophica paupertas. ibid.
Leiningenſ. Comit. in 3. lineas diviſi. 451.9
Leodienſis urbis amplitudo. 402.45
Epiſcopatus fuit Tongris. ibid.
Hic S.Servatius & S.Lambertus vixerunt. ibid.
Leopoldus ſuperbus dictus quod præter famulos 52. Comites & Barones ſecum haberet. 63.68
Leuchtenbergici Comites. 438.44
ultimus familia mortuus. ibid.
Leutkirchen. 521.136
Lex Longobardica. 2.5
Lex regia. ibid.
Libri D. traduntur. 585.271
Licentia gradus 581.166
differt à Doctoratu. 582.167
Limburg. dem. 457.57
Lindavia. 521.129
Lindavienſis Abbatia. 424.41
Lintzium. 418.8
de Lippe Comites. 460.91
Lipſienſ. Academia. 554.51
Littera moratoria. 129.106
An tantum mercatoribus l. m. aliis indulgenda? 129.108
vid. Moratoria Littera.
Livonia imperio adjecta. 34.55
Lobkowitz Princeps. 441.54
Locus in eundo & ſedendo quis dignior. 772.1.359.66
Lohr arx. 459.71
Lohr ſitus. 450.5
Lohr Comitatus 457.55
Lombardia. 37.55
Lotharingia Ducatus 439.49
Lovanienſis Academia. 554.52
Lövvenſtein & Wertheim Comes. 457.54
Lubeca ſitus ubi de nupt. Qualenſibus 301.85
Lubecenſis Epiſcopatus. 446.70
Luca urbs Italiæ. 37.54
Lucenſium Reſp. 34.38
Ludovicus Bavarus renunciare voluit Imperio. 90.28
Ludi in tyrones ſoliti. 596.209
Lugdunum Batavorum. 557.66

Luſan-

Digitized by Google

Lauſannenſis olim Imp. ſtatus. 35.44
Luſitania Regnum eſt ſucceſſivum. 47.5
Lutherus Jus Can. excuſſit. 3.50

M.

Macedonicum Imp. 13.19
Macedonia Provincia Imp. fuit. 31.13
Magdeburg. Archiepiſc. I. Adelbertus. 444.63
Magdeburg. in bannum declaratum. ibid.
Magiſter Equitum S. Joannis. 404.53
Magiſtratus conſtitutio reſervatum, 122.88
pro & contra. ibid. 89. ſeq.
Magiſtratus ſorte an eligendus? 493.73
Magiſtratus perpetuos vel temporales eſſe quid expediat. 493.68
Magnetis vis in ſimulacro. 175.27
Magni Duces qui. 421.3
Magorum bona an confiſcanda? 173.224
Magiſtratus creatio remiſſivè. 174.262
Mahumetana ſecta orige. 31.9
Majeſtas divina & humana. 178.283
Majeſt. humana læſa crimen. ibid. 284
hoc eſt inſtar ſacrilegij. ibid. 286
Fit à ſubditis. ibid. 285
Papa ſubditus an hoc in Imp. committat. ibid. 287
exter hoc committit in alterius principis territorio. ibid. 288
Maj. Læſæ pœna. 179.289
Bodinus hanc pœnam culpat. ibid. 290
Rerum exempla. ibid. 291
An fiat contra alios Reges? an in Papam? 184.320
Subditi Imperij an in Papam? 184.321
An hodie contra Imp. Rom. an contra Princ. mediatos? ibid. 324
An contra Tyrannum? an Imperatricem? ibid. 325
An in offendentem Cardin. ibid. 326
An in Legatum Papæ vel Cæſ. 185.327
An ob necem Conſiliarij? ibid. 328
An contra conſulentem de ſucceſſione? ibid. 329
in hoc crimine an filiabus hereditas matris quæratur? 183.315
cur pœna ad filias extenſa. ibid. 317
Filia damnati patris an ex ejus bonis dotanda? 184.319
Majeſtatis reo ſolvens debitor an liberetur? 183.313
Confiſcatio in læſ. Maj. fit etſi ſint liberi. 179.292
Majeſtas Imp. an præſumatur per hoc, ſi Cæſar Hiſp. aut Bohemiæ Reges titulo Majeſt. compellet. 312.47.
Majeſtatis realis ſubjectum. 25.37
Majoribus votis an tribuendum. 77.47
Majorica Lullana Acad. 569.116
Manderſcheid. 456.45
Mansfeld. 452.13
Manſio principalis domus ſenioris ſervatur in diœceſi Colonienſi. 288.46
Id etiam in Ducatu Juliæ obtinet. ibid. 47
Domus intelligitur cum annexis. ibid. 48
Hortus cohærens quis dicatur? 289.49
Huc ſpectat Jurisdict. & mulcta. ibid. 50
Item Eccleſia adjuncta. 290.52
Quid de tormentis bellicis in arce principali? 289.51
de molendino? 290.53
de molis ventoſis? ibid. 54
Quid ſi plures ſint manſiones principales? ibid. 55
An idem in ſucceſſione matris obtineat? ibid. 56
Si primogenitus eligat primam, Secundusque ſecundam, an Tertius tertiam manſionem eligere poſſit, vel an mortuo ſecundogenito plures liberi ſimul ſecundam eligere poſſint? ibid. 57
Manſio præcipua an conferenda? ibid. 59
at ſi primogen. ſit Clericus? ibid. 60
Manſionis præcipuum ſi deficiant filij an Seniori filiæ competet? 291.61
Poſthumus etiam filiæ præferendus. ibid. 63
Caſus ſingularis. 292.64
Manſionum aſſignatio. 663.51
Marci Sittici Archiepiſcop. Familia. 455.36
Marchiones unde dicti. 421.4
Mareſchalli officium in Comitiis. 663.50
Primus urbem intrat. ibid. 51
Vice-Mareſchall. hoſpitia præbet. 664.52
An præbeat etſi non ſit ſtatus? ibid. 53
Jurisd. in Comitiales. ibid. 54
Vice-Mareſchallus ſtatus convocat. 665.55
Cauſam indicare non eſt opus. ibid. 56
Vice-Mareſchall. attendit ad annonam. ibid. 57
monet ut ſeſſionem occupent. ibid. 58
Vias ſecuras ſervat. ibid. 59
Vice-Mareſchall. officium ad Seniorem familiæ devolvitur. ibid. 60

Propo-

Vice-Mariſch. Propoſitio principium eſt. 665. 61
Marggravius Miſnia primus. 439. 46
B. Mar. Colleg. Colon. in Capitolio. 283. 33
Marpurgenſis Decanus Facult. Iuridica Comes Palatinus eſt. 45. 17
Marpurg. Acad. 555. 53
S. *Martini Benedict. olim in Inſula Rheni igne abſumpta.* 285. 37
Marthalenſe Monaſt. 411, 25.
Maſſilienſis Acad. 568. 107
Matricula inſcriptus Status. 42. 8
Matricula unde dicta. 42. 9
Matrimonium ſpirituale facilius ſolvitur. 52. 25
Maximil. II. Vini temperatiſſimus. 308. 34
S. Maximi martyrio locus ſacer. 382. 19
Maximini Monaſt. Trevir. 297. 16.
Mechtildis donatio. 32. 17
Mediatores pacis quales. 140. 141
Medicorum an major quàm aliorum ſit numerus? 580. 161
Medicus an recidivum eodem ſalio ſanare debeat? ibid. 162.
Medicina aliquando inter artes ſerviles habita. 577. 156
Medicina magis privata. ibid. 155
Medici Sancti, Poëta, Angeli. ibid. 156
Medicorum laus. ibid. 155
Mediolanenſis Academia. 559. 70
Mediolani reditus. 35. 41
Mediolanum. 35. 40
Mediolanum everſa ut Carthago, & alia urbes. 465. 1
Megapolitanus Ducatus. 432. 28
Megapolitanus Dux. 432. 29
Melck. Auſtriaca Sedes unde d. 41. 3
Memminga urbs Imp. 515. 109
Mercator quis dicendus. 634. 20
Mangones an Mercatores? ibid. 21
Mercator an is qui ſemel emit ut mercem venderet? ibid. 22
quid qui res emunt ut ſua opera aliam formam tribuant. ibid. 23
Mercatoris voce an veniant uſurarij? 634. 24
an locatores equorum? 335. 25
an qui ſua pradia locant, & alia conduns? ibid. 26
Mercatura certis interdici poteſt. 636. 28
Mercatorum diviſio. ibid.
Mercatura an Reges & Principes deceat? 637. 29
Mersburg. Epiſcop. 446. 98
Meſſana Academ. 565. 84
Meta Imperio ſubtracta. 35. 42
Motenſis Epiſcopus unde. 403. 49
Meternich Baro. 457. 48
Winneberg. arx. 457. 48
Bilſtein. ibid.
Metropolitani unde dicti. 368. 3
Militum vociferatio & barritus. 617. 159
Milites auro decoros eſſe an expediat? 647. 64
Militibus an JC. praferendi? 600. 1.
Militum varij Ordines. 601. 1
Miles unde dicatur. ibid. 4
Militis ſtatura qua? 602. 6
Milites aurati. 601. 1
Milit. equites & pedites. 602. 8
Milites viri ſint non fœmina ibid. 9
Laici non Clerici. ibid. 10
Ingenui non ſervi. ibid. 11.
neceſſitatis cauſa excepta. ibid.
Honeſti. ibid. 12
non Surdi. ibid. 13
an h c removeri poteſt? 603. 14
oculo carens non excluditur. ibid. 15
Negociatores non militent. ibid. 16
atatis 17. Annorum. ibid. 17
non Eunuchi. ibid. 18
Mindenſis Epiſc. 446. 66
Mindernenſe Monaſt. 411. 24
Minores magiſtratus lui mulcta habuerunt. 186. 220
Minoris filij ſuccedentis exemplum ante majores. 219. 7
Miraculis quid tribuendum. 391. 12
Miſnenſis Epiſc. 446. 69
Miſnia Marggravij. 439. 46
Miſſilium jactationis origo. 338. 14
uſitata etiam Pontificibus. ibid. 15
Miſſilia conſulibus jactare vetitum. ibid. 16
Modi ad Imp. perveniendi, ſucceſſio & electio principaliores. 46. 1
Moguntina Academia. 555. 54
Moguntia Rheni latitudo. 273. 15
pons ibi ſuper Rhenum fuit brevi incendio perijt. 273. 16

Megun-

Digitized by Google

Moguntia 42. *Canonici.* 275.10
Moguntina Eccleſia *recenſentur.* ibid.
Moguntia urbs occupata. ibid. 11.
Moguntina urbis origo. 271. 2
Moguntin. *Archi*-Cancell. *fundamenta.* 458. 67
Moguntinus inter EE. dignior. 272. 1
Moguntinus I. *Epiſc.* 273. 3
Moguntia *Epiſcopus Franciſcanus.* ibid.
Item Rota-ij filius. ibid.
Mogunt. *Archi-Cancellarius Imper. per German.* ibid. 4
Mogunt. *habet Archivium Imperij.* ibid.
Mogunt. Bohemiæ *Regem conſecrare ſolitus.* 273, 6
Moguntinus *an trimeſtre inſciis* EE. *breviare poſſit.* 58. 47
quid in caſu evidentis util. vel neceſſitatis? 59. 48
Moguntino mortuo an Capitulum jus convocandi EE. *habeat.* 57. 43
Moguntini intimatio an prærequirat conſenſum Papæ. 57. 44
Moguntinus an in quacunque vacatura EE. *convocet?* 56. 41
Mog. olim conſecravit Bohem. *Regem.* 273 6
Mog. *in* Electione Carol. *V. primum votum dedit.* 67. 7
Moguntinus cur præferentiam habeat. 272. 8
Præcedentia ordo variat. ibid. 9
Moguntina ſedes olim fuit Wormatiæ. ibid. 10
Cur Moguntiam *translata.* ibid.
Molitores. 635. 59
Molendinum in flumine an ponere liceat ſine conſenſu Principis. 163. 198
Molendinum in flumine ejus? 163. 199
Monachi ejusdem monaſterij ſpecie differant. 356. 55
Monarchia Romana quarta. 2'. 24
Monarchia cum Ariſtocratia mixtio. 23. 33
Monarchiæ prævalentia. 12. 12
Monarchia oppoſitum Tyrannorum. 11. 7
Monaſterienſem Epiſcopatum Carol. M. *fundavit.* 402. 42
quando urbs extincta. ibidem
Monaſterium in Valle. 507. 98
Monaſt. Anabaptiſtarum ſeditio. ibid 43
Moneta cujus expenſis cudenda. 221. 2
Monetam an in auro Chymico ſignare liceat? 221. 25
Monetam metallo miſcere an liceat? 488. 59
Monetam falſam inferiorum cudens an ignis ſupplicio afficiendus? 221. 26
Jus cudendi Monetam *multæ urbes habent.* 489. 61
Moneta impreſſa inſignia an Jus ſuperioritatis probent? 490. 62
Monetæ cudendi Jus an locari poſſit? 490. 63
Monetandi regale remiſſive. 167. 214
Monetam Cæſaris eſſe docet Chriſtus. ibid.
Moneta in corio ſignata. ibid. 216
Monetæ precium an commutare liceat Principi? 167. 217
Monopolia vetita. 634. 12
quod unus cœpit, alter non perficiat. 635. 13
Montfort. 454. 26
Montipeſſulana Acad. 567. 100
Montalbanenſis Acad. ibid. 99
Moravia, Sileſia, Luſatia, an ut feuda Imperat. caducitati ſint obnoxia? 314. 55
Moravia Myrrhæ *fertilis.* 306. 27
Moraviæ inhabitatores olim Quadi. 306. 26
Moravia unde dicta. 305. 26
Meers Comitatus. 461. 95
Moſcoviæ Ducis ſubtractio à Tartaris. 352. 34
ejusdem acquiſita dignitas. 352. ibid.
Moratoria literæ quæ? 129. 106
an Juri ſint conſona? ibid. 107
an tantùm mercatoribus fallitis, vel etiam aliis ſint indulgendæ? ibid. 108
Judæis an concedendæ? ibid. 109
ad quod tempus indulgendæ? 130. 111
an cautio ſemper neceſſaria? 130. 112
an ea fidejuſſori poſſint? ibid. 113
Major pars creditorum an & qualiter eas concedat? 131. 114
Moratoriæ induciæ datæ à Cæſare an tranſeant ad heredes. ibid. 115.
Iis durantibus uſuræ an currant? ibid. 116
an in futuris debitis hæ induciæ locum habeant? 131. 117
an proſint contra omnes ſuos creditores ut à nullo arreſtari poſſint? 132. 118
Mulctarum compendia regale. 167. 218

Mundi duratio. 14.25
Müntzenberg Wildenfeld. 452.11
Münchenrodenſe Monaſt. 411.23
Murbach. 408.6.
Muſea ſole excellentior. 352.36
Mutina Comitatus. 37.61
Mutinenſis Academ. ex Bononienſi nata. 565.81

N.

Nantes in Ducatu Britonum. 567.101
Naſſovij. 442.59
Naſſovia Comites Saarbruken & Sarwerden. 450.5
Naturalis pronitas ad diſſentiendum. 76
Naturalis reverentia aliquam praecedentiam tribuit. 352.36
Natus ex matrimonio putativo ſi concurrat cum nato ex legitimo thoro quis potior. 450.18
Naumburg. Episcop. 446.67
Navigare prohibito quomodo conſulatur. 262.193
Navigare ſi duo ſimul velint, quis potior. 261.192
Neapolis eo Jure utitur quo Roma uſa. 33.20
Neapolis regnum ſucceſſivum. ibid.
Neopolitana Academia. 559.71
Neuburg. Principatus. 432.11
Neomagum. 400.81
Unde dictum. 37.52
Neutralitas an eligenda? 610.41
In dubio cui adhaerendum. 611.42
& ſi ſint aequalis potentia belligerantes. ibid. 43
Cogi an quis poſſit ut uni parti adhaereat? ibid. 44
An licitum uni parti apparenter aſſiſtere, latenter alteram juvare? ibid. 45
An à neutralitate reſilire? ibid. 46
Neutrali qu'd attendendum. ibid. 47
In bello inteſtino quid? 612.48
An in hoc ſimulatio bene ſit licita? 612.49
Quid ſi in ſeditione praedicta non ſint practicabilia. 613.50
Nicolai Bened. Monaſt. in Beauvailer. 286.39
Hic ſervatur lancea Chriſti, de ea hiſtoria. ibid.
Et arbor ex ramo arido qui viridis factus in manu S. Udalrici. ibid.
Nidermünſter Abbatia Ratisbonenſis. 415.44
Nili aggeres rumpentium poena. 266.205.
Nini imperium. 12.16
Nigromantici non ſunt ſcholares. 589.193
Nobilitatem quis tribuat. 529.18
Nobilitas an tacite concedi poſſit? 530.21
Nobilitatem conſequentes quomodo jure noſtro vocentur. 529.19
Nobilitandi mos per Codicillos non eſt novus. ibid.
an inventum hoc mere Civile? ibid. 20
Nobilis ſit Conſiliarius in ſuperiori Curia aſſumptus 530.22
Nobilis an ſit quem Princeps nobilem appellat? ibid. 23
Nobilitare an poſſit Auguſta? ibid. 24
An Rex Romanorum? ibid. 25
An Vicarij Imperij. ibid. 26
Nobiles cur urbes frequenter fugiant. 539.61
Nobilitas quibus rebus & an divitiis quaratur? 535.39
Nobilitatem virtus. ibid. 40
An ſcientia? 536.41
An Feudum vel Juriſdictio? ibid. 42
An militia? ibid. 43
An ordo Clericalis? ibid. 44
An conſuetudo vel ſtatutum? ibid. 45
An aſtra nobilitent? ibid. 46
An patria nobilitat? ibid. 47
An praeſcriptione quaratur? 537.48
Nobilitatem ſibi falſo adſcribentis poena. 537.49
Nobilitas an in liberos derivetur? ibid. 50
An in natos ante quaſitam patris dignitatem? ibid. 51
Nobilitate patris an illegitimi fruantur? 538.52
Nobilitas an ad aſcendentes tranſeat? ibid. 53
An ad transverſales? ibid. 54.
Nobilitat. viri an uxor participet? ibid. 55.
Nobilitas. ex nuptiis quaſita uxori & viduis an alteri ſimilis? ibid. 56
Nobilitare an poſſit Collegium Electorale? 530.26
Nobilitare an poſſint Reges & alij ſuperiorem non recognoſcentes? 531.27
An Regina? ibid. 28
An Camera Imperialis? ibid. 29
Auſtria Duces & alij principes. ibid. 30
Nobilitari an poſſit indignus? 532.31
An infans? ibid. 32
An abſens? 533.33
An furioſus? ibid. 34
An poſthumus? ibid. 35
An in articulo mortis? ibid. 36
An mortuus? ibid. 37

Nobi-

Digitized by Google

Nobitari an poſſit invitus? 534. 38
Nobiles unde dicantur. 529. 17
Nobilium arma an olim in uſu? 528. 16
Nobilitas uxoris an in virum transfundatur? 539. 57
Nobilis pater ducens concubinam ignobilem an prolem ante conceptam nobilem reddat? ibid. 60
Nobiles filiæ in diœceſi Colonienſi certa ſumma contenta eſſe debent, pro conſervatione familiarum ita concluſum. 238. 46
Certa limitatione. ibid.
Nobiles immediati in 3. claſſes diviſi. 526. 3
Hi olim Jus Comitiorum habuerunt nunc non habent, & quomodo id amiſerint. ibid. 6
Immediata quadam Collegia non tamen ſunt ſtatus. 527. 8
Nobilitas an per infamiam amittatur? 540. 62
An per paupertatem? ibid. 63
An per ingreſſum religionis? ibid. 64
An judicis munus ei deroget? ibid. 65
An advocati officium? ibid. 66
An procuratoris? ibid. 67
An ars medecina? 541. 68
An agricultura? ibid. 69
An mercatura? ibid. 70
An artes viles? ibid. 71
Nobilitatem amittens pater an poſteris præjudicet? 542. 72
Notarios creandi Jus regale. 174. 263
Not' eſſt Comes. 458. 60
Norbertus Archi-Epiſcop. Magdeburg. Siburgi ante profeſſus. 444. 63
S. Norberti Corpus per Reverendiſſ. de Queſtenburg. Abbatem Strohovienſem translatum Pragam ex urbe Magdeburg. ibid.
Nordlinga urbs Imper. 516. 113
Norenberga ſitus. 511. 107
Locus prima Curia regia. ibid.
Cives an hic ſubſint uxoribus? 502. ibid.
Ornamenta Imp. hic ſervata. 513. ibid.
Urbis hujus Eccleſia. ibid.
Iſt eine auſſchreib nde Stadt. 514. ibid.
Norenberga alia ornamenta. 512. ibid.
Adminiſt. reip. qualis. ibid.
Norinbergæ Status Ariſtocraticus. 11. 10
Novella an eodem tempore lata? 574. 152
Novesienſes Canonici regulares autoritate Apoſtolica ejecti & reſtituti. 121. 87
Numeri ſeptenarij perfectio. 209. 4
Numero qua numero vim non ineſſe. 210. ibid.
Numerus legum in corpore Juris. 575. 152
Numerus EE. an augeri poſſit? 210. 5
Numerus Statuum ab Imperio avulſorum. 38. 63
Numero octavo EE. ſtante an duo poſſint Septemviri? 213. 7
Nundinarum jus. 128. 104
Nundinarum Francofurtenſium origo. ibid.

O.

Ober Ehenheim in Alſatia. 507. 96
Obermünſter Ratisbon. 415. 45
Obſtetrices. 640. 39
Occaſio prima diviſionis Imperij. 18. 8
Occidentalis Imp. origo. 20. 18
Occid. Imp. incrementum. ibid. 20
Ochſenhuſanum Monaſt. 411. 17
Odenheimenſe Bendict. Virg. 412. 31
Oettingen. 454. 28
Offenburgum. 521. 133
Offingen ſitus. 450. 5
Officiorum militarium diverſitas. 603. 21
Oldenburg. & Delmenhorſt. 459. 76
Oldenburgenſes Comites. 458. 61
Oleum S. Remigij. 93. 18
Oleo S. Martini inunctus Rex Henricus IV. ibid. 19
Olei S. Remigij virtus. ibid.
Olei S. Martini origo. ibid.
Olla luſus an licitus. 489. 60
Olmitz Moraviæ Metropolis. 305. 25
Omen tempore Juſtiniani. 19. 14
Onnedenſis Acad. in Cantabria. 569. 117
Onsbacenſis vel Anſbacenſis. 425. 20
Onolsbacenſis Saxo. ibid.
Opera ruſticorum an in pecuniam converti poſſint? 157. 172
Et an hæ ſemper peti poſſint? 158. 173
Op'tiones. 636. 60
Ordinis Teutonici origo. 385. 23
Ordo S. Michaël. 601. 2
S. Joannis. ibid. 3
Ordinandi Jus unde ortum. 390. 6
Ordines SS. cur ferijs 4. temp. conferantur. ibid. 7
Ordo Fratrer Mendicantes. 356. 55
Ortenburgenſis Comes. 453. 20
Ortenburg. 459. 77
Oſcana Acad. in Arragonia. 569. 118

Oſna-

Oſnabrug. Epiſcopat. unde dictus. 402. 44
à Carol. M. fundatus. ibid.
Oſnabrugi quidam in oleo bullienti combuſtus. 402. 44
Oſſunenſis Academ. in Granat. 569. 119
Oſt-Friſia Embdani Comites. 460. 82
Ottenburanum Monaſt. 412. 28
Ottonis IV. Intentio perdita recuperandi. 40. 71
Oxonienſis Academ. 569. 125
Ottenburgenſe Benedictinum Monaſterium. 412. 28

P.

Pacificationis media. 141. 142
Pacificatio an ſucceſſores liget? 14. 152
Pacificat. Monaſt. Contradictio. 2. 7
Pactum Compenſationis. 143. 146
Satisfactionis. 143. 147
Paderbornenſis Academ. 555. 55
Paderbornenſia monimenta. 397. 25
Paderbornenſis Epiſcopus Coadjutor Monaſterienſis. 397. 25
Urbs unde ſic dicta. ibid.
Paderbornenſis Epiſcopus gerit titulum Pyrmont. 453. 21
Paderborn. inſtar maris fluit. 397. 25
Palaſtinam Veſpaſianus ſubegit. 32. 15
Hac à Saracenis occupata. ibid.
Palatia Principum regale. 177. 275
Palatium Romanum unde. ibid. 276
Palatium Trevirenſe. ibid. 277
Palatinus E. ſpargit miſſilia. 338. 13
Palatinatus jam diviſus, in eo religionis mutatio. 336. 7
Palatinatus religionem Catholicam aliquando recepit. ibid. 1
Palatini E. dignitas & officium. 335. 1
: Votum 4. nunc ſeptimum habet. ibid. 2
Palatinatum qui aliquando tenuerint? ibid 3
Palatini E. fundamentum pro Vicariatu Imperij. 319. 6
Pallium Archi-Epiſcopale quid? 235. 26
non traditur niſi pravio juramento. ibid.
Pallium Archi-Epiſcopo in mari ſubmerſo non eſt in mare jactandum. 236. 27
Pallij ubi & quando uſus ſit. ibid. 28
Pallium an gratis dandum? ibid. 29
Panormitana Academ. 565. 85
Papa V. m. Pontifex.
Papa ab Imp. non appellatur. 149. 159
Papa an ll. ſolutus? 120. 84
Papa renunceare poteſt. 20. 22
Papa ſenex eligi ſolet. ibid.
Papa indultum an concedentis morte expiret? 239. 35
Reſolvitur & confirm. 240. 37
Minus expirat ſi res non ſit integra. 239. 35
Reſolvitur objectio. ibid.
Reſpondetur ad dubium. ibid.
Ulterior confirmatio. ibid.
Papa cum duos juvenes Cardinales creaſſet jocoſum dictum. 92
Papa promiſſio ſe Pontificatum ad placitum Cardinalium reſignaturum, an valeat? 51. 26
Pappenheimia Familia antiquitas. 663. 50
Papienſis Acad. 562. 72
Pariſienſis Acad. 567. 103
Parthi uxores vilipendebant. 270. 75
Paſſavienſis Epiſcopatus origo. 399. 31
Patavina Univerſ. 563. 73
Patria poteſtas an attendenda in pracedentia? 355. 52
Patritij ſi ſoli magiſtratus capaces ſed inhabiles ſint, an plebeis locus erit? 493. 74
Paupertatis onera. 1-4. 96
Pauperes ad magna evecti. ibid.
Pecunia Util. & neceſſitas. 99. 1
Pedellus an fruatur privilegijs? 592. 199
Penaliſatio vetita. 595. 207
Periodicorum annorum obſervatio. 14. 25
Perſia ſub Imperio fuit. 32. 14
Perſicum Imperium. 13. 17
Peterhuſanum Monaſterium. 411. 26
Peruſina Academia. 563. 74
Pfopfingen. 518. 117
Pfullendorf. 519. 123
Pfaltz Lauteren unde d. 423. 19
Pfaltz. Zimmern. 423. 10
Pfaltz. Veldentz. 424. 14
Philoſophica facultas. 580. 163
Philippo Pulchro mortuo in Gallia non ſucceſſit filia. 47. 3
Pharmacopola. 578. 156. & 640. 38

Picolo-

Digitized by Google

Picolomini Princeps. 442. 57
Pictavienſis Academ. 567. 102
Pictoria ars an liberalis? 641. 42
Pilatus à Tiberio exilio mulctatus. 393. 15
Pileo Doctorali ornatur Doctor. 583 172
Piſanum Gymnaſium. 563. 75
Piſcatio. 644. 55
Piſcationum reditus remiſſivè. 178. 281
Piſcari prohibitis qualiter ſuccurretur. 162. 193
Plectrudis Coloniæ Capitolium in templum & Collegium commutavit. 400. 34
Plectrudis Coloniæ in Capitolina Eccleſia ſepulta. 16
Plectrudis Paſſaviÿ templa ſtruxit. 400, 34
Pœna majeſtatis contra liberos an ſit juſta? 179. 293
Pro negativa rationes. 294
Pro affirmativa. ibid.
Reſp. ad rationes contrarias. 180. 295
An infantes etiam puniendi? 181. 296
Domus an diruenda. ibid. 297
An readificari poſſit? 182. 298
damnum in dejectione alteri datis quis reſtaurabit. ibid. 299
Condemnati læſo majeſt. ſi ſint in diverſis territoriis. ibid. 300
Feuda in confiſcationem an veniant? ibid. 301
an emphiteutica? ibid. 302
an futura? ibid. 303
an hereditates nondum aditæ? ibid. 304
an relicta ſub conditione? ibid. 305
an peculium profectitium ex delicto patris? ibid. 306
an profectit. ex delicto filiÿ? ibid. 307
an publ. bonis filiÿ, adventitium? ibid. 308
an caſtrenſe vel quaſi ex delicto patris? ibid. 309
an hoc ex delicto filiÿ? 183. 310
an confiſcatio ipſo Jure fiat? ibid. 311
an accuſatus alendus ex bonis ſuis? ibid. 312
Plumbum. 175. 272
Plures ex una familia ſæpe aſſumi moderatores an expediat? 65. 70
Politica inter Angelos & Dæmones. 15. 28
Polonia electiva. 48. 7
Poloniæ & Sueciæ Regum controverſia. 351. 31
Polonia ſub Imperio fuit. 34. 30
ejus longitudo. ibid. 31
Pomerania cum fide Chriſti imperio acceſſit. 427. 23
Pomerania pars Regno Sueciæ acceſſit. 427. 28
Pomeraniæ diviſio. ibid.
Pontifica us ſummi vices. 17. 8
Pontifex V. m. Papa.
Pontifex plures quàm Imp. 17. 2
Pontifex conſtituit Patriarchas. 17. 5
Pontifex non confirmatur uti Epiſcopi. 89. 2
Pontificis præcedentia probata. 346. 16
Pontifex an Imperatori in ſeſſione præferendus? 349. 26
Pœna læſæ Majeſtatis. 179. 289
Pœna militares. 621. 67
Pœna ſuffragiÿ pecuniâ corrupti. 77. 48
Pœna non comparentium ſtatuum. 659. 38
Pœna Electoru non comparentis. 63. 69
Pœna non ulciſcentis necem ſublata 170. 233
Pœnam mortis Jure divino conſtitutam an princeps poſſit remittere? 135. 224
Portzia cooptatio in principem Imperiÿ. 442. 60
Popinariÿ. 643. 47
Populi aliÿ, aliÿs proniores ad ſubjectionem. 10. 2
& pro diverſitate Climatum. ibid. 3
Portugalia ſucceſſiva. 47. 5
Portugalia occaſione Hiſpaniæ imperio erepta. 33. 23
Portus regale. 164. 202
Portuum diviſio. ibid. 203
Poſnenſis Acad. 566. 89
Poſſeſſio per ſtatuum probanda. 44. 14
Poſtarum Jus reſervatum. 128. 105
Potus ripatica exigere licet. 487. 54
an ſine licentia principis. ibid. 55
Pragam Comitia Imp. non evocanda. 301. 18
Praga non eſt immediata civitas Imp. Rom. 300. 16
Pragenſis Academia. 555. 56
Præcedetia etiam in Collegiÿs attenditur. 555. 55
Præcedentia Jus pro locorum & circumſtantiarum diverſitate variatur. 352. 35
Præcedentiarum controverſiæ. 346. 16
Eam an etiam Clericis & Religioſis prætendere licet? ibid.
an eam tribuat ſolum ſucceſſio in principatu ſæculari ſine inveſtitura? ibid.
an ſpes capeſſendæ dignitatis? 353. 42
Proced. tribuit res judicata. 354. 45
an laudum? ibid. 46
an major libertatis aſſecutio? 358. 60
an conſuetudo? 354. 47

Uuuu Præ-

Præcedentia noviſſimi actus attendends. 354.48
Præcedentiam non tribuunt actus privati. ibid. 49
Præcedentiam an deferant animi detes. 358.61.
Præcedentiam an recuperet is, qui priſtinam dignitatem dimiſſam recuperavit? ibid. 63
Præceptorum immoderata ſævitia.. 595.205
Præfectura in Alſatia an cum ſtatu compatibilis? 509.105.
Præfecti Tribuni poteſtas.. 633.3.
Habet Jurisd.. ibid. 4
ſed in Civilibus non Criminal.. ibid. 5.
Habet arcam & ſigillum.. ibid. 6
& curia communem.. ibid.
Præfectus ſine mandato etiam feliciter pugnans punitur.. 621.68
Prælatorum diviſio in duo ſcamna Suevicum & Rhenanum.. 342.7
utrorumque nomina.. ibid. 8.
Prælatorum quidam tantum ſeſſionem non etiam votum habent in Comitiis.. 416.53.
Præmium pro doctrina exigere an licitum? 551.19.
Præpoſiti nomen gener. & ſpeciale.. 405.2
Præſentatio Cameralis quid? 194.13.
ex quibus ea fiat:. ibid..
Intra quod tempus facienda.. 194. 14
Præſentandi ad minus duo.. ibid. 15.
Præſto. Joannes. à. Salomone. originem ſuam. ducit.. 31. 8.
Precum primariarum Jus regale eſt.. 100. 6.
quæ ſint. hæ preces.. ibid..
unde ita dictæ.. 101.7
Cur Imperiales vocentur? ibid..
earum formulæ.. ibid..
unde Imperator habeat:. ibid. 8.
Conſuetudo earum an valeat? ibid. 9.
pro & contra.. ibid..
à quo tempore uſitatæ:. 103. 12
An competant in territorio Auguſtanæ Confeſſ.? ibid. 13.
An alteri committi poſſint? 104.15.
An favorabiles? ibid. 14.
An præſent. tollantur? ibid. 16.
An Imp. variare poſſit? ibid. 17.
Precibus duobus hodie & cras conceſſis quis potior. 105.18.
Si duo concurrant di eadem dâta:. ibid. 19
Si uni conceſſa ſint per Cæſarem alteri per delegatum quis potior.. ibid. 20
Preces ſi non ſint ſortitæ ob mortem preciſtæ effectum, an alium nominari poſſit? 105. 21
Preciſta benef.. ſi fiat litigioſum & preciſta lite pendente moriatur an Imperat. alium nominare poteſt? ibid. 22
Precibus vivâ voce conceſſis ſi moriatur Imper. an ſucceſſor ratificare & reſcriptum dare debebit? 106.23
Preces concedens Imp. an poteſt mutare naturam beneficij? ibid. 24
Preces. an concedi poſſint ante confirmationem à Papa?. ibid. 25
Precum facultatem an Papa poſſit revocare? ibid. 26
Precibus an Cæſar conditionem poſſit apponere? ibid. 27
Precibus an gravari poſſit exter qui in Germania 3. vel 4. benef. habet? ibid. 28
Precibus an locus ſi principale benef. ſit extra Germ. acceſſoria vero in eadem? 107.29
Precibus an locus ſi benef. ſit ſitum extra Germ. ſed ex Jure devoluto ſpectet ad Epiſcopum Germaniæ? ibid. 30
Precibus an locus in Epiſcopat:. Metenſi,. Tullenſ.. Verdunenſi? ibid. 31
Precibus an affecta benef: Jurisdict:. ibid. 32.
Precibus an locus in officiis Eccleſ. 108. 33
Precibus an locus ſtante ſtatuto Capituli ut aliqua beneficia ſupprimantur? ibid. 34.
Precibus an affecta beneficio ex cauſa perm. vel reſignati vacantia? ibid. 35.
Precibus an affecta benef. reſervata? ibid. 36
Et quid de benef. ad Sedem Apoſtol. legitime devoluto? ibid. 37
quid de litigioſis? ibid. 38
quid de monocularibus? ibid. 39
Preces an obtineant ſi collator unum benef. habet in & tria extra Imperium? ibid. 40
&, quid ſi collationem unius in Imp. & præſentationem plurium extra Imp.. 109. 41.
quid ſi ſolus habet unius collationem & alia 3. conferre poſſit cum ſociis? ibid. 42
Precibus an ſubjaceant dignitates majores in Cathedralibus Pontificales? ibid.
Item an principales in Collegiatis:. ibid. 43
Precibus an tantum affecta beneficio Capitulo vacantia? ibid. 44
Precibus an locus in omni caſu vacatura? ibid. 45

Preces.

Preces concepta in caſum mortis an locum habeant in caſu depoſitionis. ibid. 46
Precibus an affecta benef. quovis menſe vacantia? 110. 47
Preces ordinario abſente an inſinuari poſſint Vicario? ibid. 48
& an Vicario extra diœceſin. ibid. 49
Quod ſi Ordinarius lateat vel impediat ne inſinuatio vel inhibitio ad ſe perveniat. ibid. 50
Precibus ad Capit. directis cui ſint inſinuatæ. ibid. 51
Preciſta intra quod tempus providendum. ibid. 52
Precum capaces an ſint Cæci? ſurdi? ibid. 53
Preciſta ſi contrahat matrim. an renunciet per hoc precibus? ibid. 54
Precibus conceſſis ei qui non habet primam tonſuram vel ætatem ſufficientem, ſi tempore vacaturæ acceptatum vel collatum habeat an hoc ſufficiet? 111. 55
Precibus an illegitimus frui poſſit? ibid. 56
Precum acceptatio infra menſem à vacatura fieri debet. ibid. 57
an alius acceptare poterit & ratihabitio ſufficiet? ibid.
à quo die menſis hic currat? ibid. 58
an contra minorem vel impeditum? ibid. 59
Preciſta acceptare poteſt per procuratorem. ibid. 60
an Laicus talis eſſe poſſit? ibid.
Preciſta an preces in alium transferre poſſit? ibid. 61
Preciſta an poſt menſem acceptare poſſit ſi res adhuc ſit integra? 112. 62
Preciſta an omiſſâ primâ vacaturâ ſecundam acceptare poterit? ibid. 63
Preciſta ſi petit beneficium quod vacans per obitum Titij vacabat per obitum Sempronij. 113. 64
Preces concepta ad certam Eccleſiam an ſpectent ad Capellam Clauſtri vel Ambitum ejus Eccleſia? ibid. 65
Preciſta beneficiatus in una Eccleſia an in eadem acceptare poſſit per preces præbendam. ibid. 66
Preciſtam ſi Ordinarius recipere recuſet. ibid. 67
Precum & ordinaria Collationis Cumulatio an detur? 72
executores an contra exemptos procedere poſſint? ibid. 68
quales Executores eſſe debeant. ibid. 69
& an ſubexecutorem dare poſſint. ibid. 70
quid ſi executor vel ſubexecutor ante collationem moriatur. 113. 71
Primogenitura an juſta? 243. 5
contra eam object. & reſp. ibid. 6
Primogenitus an is qui primo manum protulit? 257. 35
Primogeniti Electoris minorennis inter eſt proximus ejus agnatus. 258. 38
Primogenitura in ſecularibus electoribus locus eſt. 243. 4
Primogenitura conſuetudo an liget Clericos? 252. 25
Primogenitus defectuoſus an admittendus? 251. 20
Ex primogenito natus an ſecundogenito præferendus? 252. 25
Primogenitura Jus an pater in ſecundum transferre poſſit? 252. 23
Primogen. & majoratus Jus an differant & quomodo? 246. 9
Cauſa ſingularis. 252. 24
an uti nepos ex primogenito ſecundogenito præfertur, ita nepos ex ſecundogenito præferatur filio tertiogenito. 254. 29
quid de patruelibus? 255. 30
Primogen. tenetur alijs ad alimenta. 245. 8
an ſuccurrere debeat in dote pro filia appanagiati? ibid. 9
Primogen. collectare poteſt pro fratre. 364. 88
an jus hoc competat nato, an dignit. electoralem? 245. 11
an in omnibus ditionibus Electoralibus? 247. 12
Primogenitura ut locus ſit an deduci ante debeat legitima? 246. 10
Primogenitus ſi renunciet? quid 247. 13
Princeps an ſubditos compellere poſſit ad mutuandam pecuniam? 361. 76
Princeps an & quibus ll. ſolutus? 118. 84
Princeps an jus alterius tollere poſſit? 121. 87
Principis nova dignitas an ſit cauſa ſuſtinendi ſtatus? 462. 78
Principum vox ambigua trifariam accipitur. 340. 2
Principum diviſio in Eccleſiaſticos & Seculares. 341. 3
Principum Eccleſiaſt. cum ſcamnum. 341. 4
Principum ſecular. ſcamnum & eorum nomina. 341. 10
Principatuum plurium nomine an unus ſeſſionis vocandus? 658. 29

Principe mortuo pluribus relictis heredibus an vocandi? 658. 30.
Princeps qui duxit ignobilem an vocandus? ibid. 31
Principum Statuta an Juri prætorio comparanda? 360. 73
Princip. miniſtri ſi in urbe delinquant an conſul in eos Jurisd. habeat & exercere poſſit? 491. 67
Principibus an ſubditi ad collectam teneantur pro filia elocanda? 362. 79
an tantum pro una? ibid. 80
an pro filia ingreſſura Monaſterium? 363. 81
an pro ſpuria? ibid. 82
Prioritas in officio à quo tempore metienda. 356. 56
Privatorum domus an propalatio principis poſſit occupari? 178. 280
Privatus ob delictum seſſionem ſi ex gratia recuperet dignitatem an priorem locum etiam recuperet? 359. 65
Privilegiorum conceſſio regale eſt. 116. 75
An hæc ſtatuum Conſenſum requirit? 116. 76
Privil. immunitatis à collectis Turcicis an Imp. concedere poſſit? 117. 77
Privilegia an competant in patria ſtudentibus? 590. 196
Privilegium an adimi poſſit? 117. 78
Privil. confirmatio an ad ejus ſubſtantiam requiratur? 82. 4
Privil. an morte Imp. expiret? 82. 5
ob beneplacitum datum an morte concedentis extinguantur? 118. 80
Privil. ſuperveniente gravi læſione an revocabile? ibid. 81
Privilegio dolo interveniente conceſſo quis cognoſcet? ibid. 82
Privilegium ſi lædat an in totum tollendum? ibid. 83
Privilegia de non appellando qui habeant. 197. 25
quædam ſunt ad certam ſummam. ibid. 26
appellatio aliquando & cauſa qualitatum non datur. ibid. 27
Privilegium de non evocando executore eſt Comes de Schvvartzenburg. 300. 11
Privilegia circa damnatos ad mortem. 133. 123
Privilegiorum confirmatio an facienda circa bona Imper. oppignorata? 83. 8
Privilegia an confirmari poſſint ab Electo nondum conſecrato. 83. 7
Pro-Cancellarius ſequitur Rectorem. 573. 146
Profeſſoris filij an gratis examinandi? 587. 183
Dd. bullati qui? ibid. 184
Dd. & Scholares an à Jure migrationis immunes? 588. 185
Profeſſ. famuli & nuncij ad Acad. forum ſpectant. 592. 200
Profeſſor quantum remp. augeat & ditet. 551. 20
Profeſſorum ſplendida ſalaria 551. 19
Profeſſor intra annum moriens an totius anni ſalarium ad heredes tranſmittat? 552. 22
Profeſſori infirmo ſalarium debetur. 553. 23
an legere poſſit per ſubſtitutum? 551. 24
peregrinanti an ſalarium debetur? 55. 25
Ei donata pecunia ad iter ſi moriatur, an pecunia repetitioni ſit obnoxia? ibid. 26
ante annum remotus an totum ſalarium recipiet? ibid. 27
quid ſi recedat ob belli vel peſtis timorem? ibid. 28
Prof. liberi an aliis præferendi? 551. 29
an Prof. domus aſſignanda? ibid 30
Prometentium pœna. 623. 72
Propagatio relig. an cauſa belli? 138. 133
Provocationis extrema reſervatum. 148. 158
Provocatio ad Tribunal DEI pro & contra examinatur. 150. 162
Prumenſis Abbatia. 408. 10
Prumienſe Monaſterium ingreſſus eſt Lotharius Imp. 49. 17
Pruſſia diviſio. 332. 6
Pyrmont. 453. 11

Q.

Quedlinburgenſis Academia. 414. 39
S. Quirini Martyrium. 399. 32

R.

Raab per Comitem de Schvvartzenberg recuperata à Turcis. 442. 60
Rantzau Comites. 457. 49. & 461. 94
Ratzenburg Epiſcopatus. 446. 71
Ratisbon. Epiſcopatus unde d. hic S. Paulinus primò Chriſtum prædicavit & S. Lupus. 398. 28
Ravensburgum. 521. 130

S. Ruper-

S. Rupertus totam provinciam convertit. 521. 130
Ratisbonæ in urbe quinq; ſunt ſtatus Imperij. 399. 30
Ratisboni Scamni Suevici. 509. 105
Ponte celebris ibid.
Certamen duorum de arte ibid.
Realis majeſt. an in omni regno 27. 46
Rechum & Linden Comites in circulo Weſtphaliæ ſitus. 456. 47
Origo ex familia de Aſpermont & Linden in Torneamentis frequentes. ibid.
Rechberg Comites. 456. 37
Rector Acad. ſummus eſt Magiſtratus. 570. 130
Rectorum ſceptra. ibid. 131
Rectoris Electio. ibid. 132
Rectoris munus temporale. ibid. 133
Rectoris ætas quæ requiſita. ibid. 134
Rector an confirmandus à Superiore? 571. 137
Rector an debeat eſſe Clericus? 570. 135
Rector an cogi poſſit ad ſuſceptionem? 571. 136
Rector an ordin. habeat Jurisd. 571. 138
Scholaris ſe alteri ſubjiciens an revocari poſſit? 571. 139
Rector an depoſito officio ob injuriam conveniri poſſit? 571. 140
Rector an excluſum reſtituere poſſit? ibid. 141
Rectoris munus quod? 572. 142
à Rectore omiſſo medio an ad Imper. appellare fas ſit? ibid. 143
Rector an Juris. habet Criminalem? 572. 144
Regiomontana Acad. in Pruſſia. 555. 58. & 566. 90
Reifferſcheid Votum cum Salmenſibus. 463. 88
Vide Gall.
Regalium numerus. 100. 1
Regalium neceſſitas. ibid.
Regalia unde dicta? ibid. 2
Regalia quid? ibid. 3
Regalia EE. competunt ex conceſſione. ibid. 4
Regia lex. 2. 5.
Regalia majora & minora. 100 5
Eccleſiaſtica & Politica. ibid.
Regimen Ariſtocratiæ a. Oligarchia quod præval at. 12. 12
Regum trium Situs Coloniæ. 497. 82
Regnare an duo ſimul poſſint? 56. 40
Regum 3. ſeu Magorum litteræ quæ valvis & januis adſcribi ſolitæ ſunt C. B. M. quid denotent? 499. 82
Regis ex infima ſorte creati ſolertia. 70. 20
Regum poteſtas irregularis an ex jure divino. 85. 4
Reichenau Monaſterium. 409. 13
Religioſorum variorum origines. 351. 33
Religionem novam an faciat novus habitus? ibid.
Religionis exercitium an pro bono pacis concedi poſſit? 144. 151
Religionis Perſonarum paritas. 194. 20
quicquid diſſentiat anonymus. ibid.
Renunciatio Jurata an ſit revocabilis? 364. 87
In Renſe depoſitio Imp. Wenceslai promulgata fuit, ante juxta Lanſtein peracta. 59. 48
Hic ab EE. 3. Clanger Tubar. exaudiri potuit. ibid.
Renſe E. Colon. reluit. 59. 49
Reſervata & Regalia Imp. 101. 6. ſeq.
Reſignatio Imperii in cujus manibus facienda. 52. 27
Reſignatio Imp. qua forma fiat. 96. 36
Reſpublica durat quoad Jura, etſi ex Monarchia fiat Ariſtocratia. 352. 37
Reſtitutus à Principe an famam recuperet? 359. 65
Reſtitutus ex juſtitia an etiam recuperet alienata? 133. 122
Reſtitutionis pactum quid involvat? 143. 149
Reverentia in mari & navigatione. 360. 70
Reverſales. 103
iis Principes obligantur. 104
Reverſalia Regni Bohemiæ. 307. 30
Reverſalibus ſucceſſor tenetur. 106
Reviſores an Jud. ordinarij? 201. 8
an recuſari poſſint. ibid. 9
Reviſione pendente an executio ſuſpendatur? 201. 10
Reviſioni an certa ſumma deputatæ? 202. 11
Reviſione obtenta ab interlocutoria quis dein cauſam principalem tractabit? ibid. 12
Reviſio Reviſionis an ſit admittenda? ibid. 13
Reviſionis remedium quod? 199. 4
Reviſionis & ſupplic. differentia. ibid. 2
Reviſionis deputati. ibid. 5
Reviſionis tempus olim. 200. 6
Reuſſen. 453. 14
Reutlingia. 516. 112
Rhegij Comites. 37. 61
Rheinſtein & Tatenbach. 461. 93

Rhemenſis Acad. in Campania. 568.104
Rhegij Comites. 37.61
Rhoni latitudo moguntia. 273.15
Rheni pons Moguntia à Carolo Magno factus. 273.16
Rinchavia optimo vino celebris. 275.14
Ripatica regale. 165.204
Riparum uſus publicus. 166.207
en exigendum à peregrinis. ibid. 208
Ripat. an quis vitare poſſit? ibid. 209
Ripis muniendis an forenſis contribuere teneantur? ibid. 210
Rieberg. Comites. 456.44
Domini Oſt-Friſia. 460.82
Rixingen Comites. 451.10
Roderici fatalis apertura in Toleto. 32.19
Rogenburg. Monaſt. 411.22
Romani Imperij pracedentia. 28.3
Rom. Imp. aliquando ſucceſſivum. 48.9
Roma non ſola fuit Civitas. 465.3
Roman. Rex an eligi poſſit Imperatore vivente, diſting. 55.39
Romanum Gymnaſium vetus. 569.128
Romani Imper. depoſitio. 54.34
Romania. 37.55
Roma hodierna facies. 17.7
Roma prima Eccleſia. 278.17
Romana virtus in Germanos translata. 30.7
Romani Imperij corporis diſtributio. 45.1
Romanum Imperium. 13.20
Romani Imperij exigua initia. 29.5
Romani Imperij dignitas. 28.3
Romano-Germanicum cur Imperium dicatur & vox Romano praferatur. 22.26
Rom. Rex in ſuis ditionibus aliquos Epiſcopos denominat. 102.10
Roncelia privilegia ſcholarum publicata. 593.203
Rosheim. 507.99
Roſtochienſis Acad. 555.57
Rotmunſter in Suevia. 415.48
Rotenburgum. 518.1 9
Rotvvila. 519.121
Rotvvilenſis Jurid. origo. 201.1
ejus cauſa & initium. ibid. 2
Judex Comes de Sultz. ibid. 3
Caſaris non ſtatuum eſt judicium. ibid. 4
Rotvveilenſes Aſſeſſores. 519.5
Rotvveila qui ſubſint. ibid. 6
Rotvvila ad Cameram appellatur. ibid. 7
abrogatio hujus petitur. 204.8
S. Ruperti frater Truibertus. 371.1
S. Rupertus Salinarum inventor. 373.9
Rubenzal in Bohemia. 317.61
Rumores falſos ſeminare an licet? 615.55
Rudesheim. 275.14

S.

Sabaudia & Mediol. Controverſia. 351.32
Ille Imperij Vicarius. 36.47
Sabaud. antiquiſſima familia. 436.38
Sacerdotii & Imp. in Republica connexio. 340.1
Sacerdotis puerum baptizantis exemplum in nomine Patris, Filii & Spir. S. 374.12
Savitia padagogorum. 594.205
Salaria de exceſſu non culpanda. 552.20
Salarium Cameralis Judicis olim. 193.8
Procuratoris Fiſci. 194.18
Salernitana Academia. 564.76
Salernitana cum Angliis conſortium. 564.77
Salfeld. 447.76
Salonenſis Epiſc. olim. 401.40
Sain & Witgenſtain Comites. 450.6
Sain an Archi-Epiſcopo Trevirenſi caducus factus? 451. ibid.
an à Palatino vel Trevirenſi dependeat? ibid.
an in eo locus primogenitura. ibid.
Quis alterum excludat inter contendentes? ibid.
Salisburg. cum Auſtriacis alternatio. 418.7
Salisburgenſis Acad. 555.59
Salisburgenſis non eſt factus Legatus poſt Magdeburg. 372.1
Salisburg. aliquando Electorum numero adſcribendus fuit. 373.7
Salisb. eminet poſt EE. inter Eccleſ. 370.1
Salisb. ſubſunt alij Epiſc. pauci. 375.13
Salisb. initia. 373.8
Salisb. Norici antiquitas. 370.1
Salisb. primus Archiep. 371.2
Salica lex. 2.5
Salm, Sylvani & Rhenani. 441.55
Salm, & Reifferſcheid Comites. 456.46
Salmanticenſis Acad. in Regno Caſtella. 569.120
Salmonſ. Princeps. 453.17

Sal-

Digitized by Google

Salmensvveilenſe Monaſt. 490. 14
Saltatores. 642. 46
Saarbrucken ſitus. 450. 5
Sarcinatores. 639. 35
Sartores an agricolæ præferendi? 640. 36
Sartores. 639. 34
Saxoniæ inferioris ſcamni Comites. 345. 14
Saxoniæ Ducum præcedentia. 351. 33
Saxon. E. *officium & dignitas.* 322. 1
Saxo primus urbem in ſolenni Cæſaris deductione ingreditur. 322. 2
Sax. in Comitiis Jurisd. exercet, in ſtatu Imperij. ibid.
Saxones converſi. ibid. 3
Saxones 30. annis bello infeſtati. ibid. 4
Saxonum devictorum pœna. ibid.
Saxonum Electorum in 5. familiis ſtetit. ibid. 5
Saxo Vicarius vacante Imp. 324. 6
Saxo an Vicarius Imperatore trans Alpes eunte? ibid. 7
Saxo an Vicarius ſit in locis, ubi Jus Saxenicum in deſuetudinem abijt? 325. 8
Saxo an Vicarius in locis nulli aſſignatis? ibid. 9
Scoparij. 645. 57
Schauenburg. 453. 19
Schemburg. 454. 25
Schuſſenreitenſe M. 410. 16
Schvvartzenberg. 443. 61. & 459. 75
Schvveinfurdium. 521. 137
Schvverinenſ. Epiſc. 447. 74
Sedere Doct. in cathedra jubetur. 583. 170
Seligenſtadium. 276. 17
Semiramidis Regnum. 12. 16
Senenſis Academia. 565. 78
Sicilia. 565. 83
Sicilia ſucceſſiva. 47. 5
Sigiſmund. Imper. dictum culpatum à Placentino Card. 119. 84
Signum Crucis apparens Conſtantino M. 18. 9
Sileſia cur parum vini ferat. 307. 29
Sileſij cur E.ores aſini dicantur. ibid.
Sileſia antiqua Germaniæ *Provincia ad fidem Chriſti converſa.* 306. 28
Sintzendorf. 456. 43
Sinzing. locus ubi ſignum Crucis Conſtantino apparuit. 18. 9
Sittenſis Epiſcop. 403. 48
Sonderberg. & Gottorff. 438. 41
Sondeshauſen. 459. 75
Soledurum urbs antiqua. 293. 2
Sonneg. 456. 42
Sonnenvvald. 452. 11
Solms Comitatus diviſio. 451. 11
Spira Nemetum urbs. 502. 87
Spiegelberg. 460. 90
Spirenſis Epiſcopatus antiquitas. 395. 20
Jeſſus primus Epiſcopus. ibid.
Spirenſes Canonici *una menſa uſi.* 395. 20
Stabula ruſticorum an à milite reparanda? 623. 74
Stabulenſis Abbatia. 408. 11
Stanislas Epiſc. cadet. 566. 87
Stapula Jus. 127. 102
an non utendo amittatur? ibid. 103
Statua Mercurij in monte Heidelb. 537. 12
Statua in Arce Salisburg. 373. 9
Statuta Collegiorum de Nobilibus ſolis admittendis an valeant? 559. 58
Status an proprio ſumptu compareant? 99
Status R. I. in tria Collegia dividuntur. 340. 1
Statibus cur votum communicatum. 45. 16
Status dignitas an realis vel perſonalis? ibid. 17
Status an ſcripto votare poſſint? 68. 11
Status Imp. *an* Capita *dicendi?* 27. 39
Status Politicus, *an in ſtatu Innocentiæ fuiſſet?* 15. 27
Statutum opificum ne quis extra officium ducat uxorem an valeat? 634. 10
de ſtatuto ne quis ſit in 2. Collegiis. ibid. 11
Statutum excludens ab arte molitores, tonſores, &c. 635. 14
Excoriatores *an excludendi?* ibid. 15
Lictores *an excludendi à tribubus?* ibid. 16
quid de eo qui cum carnifice bibit? 636. 17
quid de ſtatuto quod artificium diſcens nullum velit docere? 638. 18
Statutum an valeat ut bona in cenſum non relata in commiſſum cadant. 485. 49
Statuum Imp. *requiſita.* 42. 8
Statuum conſenſus an requiratur ad conſtituendum Imp. ſtatum? 44. 15
Status plusquam 20. à tempore Rudolphi ab Imp. diſceſſerunt. 38. 64

Statu-

Digitized by Google

Statuum mixtio an Monarchiam tollat? 23. 33
Statibus omnibus, an depoſitio Imperatoris competat? 54. 36
Stella minima major eſt quàm terra 43. 1
Stipendia militum majora & minora, 604. 26
Stratagemata contra hoſtes. 615. 55
Stratag. occupandi arces & urbes. 618. 61
Strada montana. 336. 6
Stannum 175. 271
Stolberg. 458. 65
Strada montana reſtituta. 272. 2
Strumas curandi poteſtas, an ad Sanctitatem faciat? 22. 30
Studioſi nomine qui veniant. 588. 190
Subditi ad quid Epiſcopo teneantur. 391. 8
Subdiaconi officium exercent etiam non ordinati Subdiaconi Coloniæ in Metrop. 94. 22
Subditi an mediatum dominum ſequi teneantur? 158. 174
Subjectio immediata jus reale. 527. 12
Immediati alij, aliis digniores. ibid. 13
Nobilium vox gener. vel ſpecialis. 528. 15
Subſtantia in dignitate qualiter mutetur. 353. 41
Succeſſio ex eadem familia Papa viſa inconveniens. 48. 10
Suecia Regina reſignatio. 96. 37
Suecia Reges depoſiti. 53. 33
Sueci olim Reges. 351. 31
Succeſſor in officio an ſui anteceſſoris præcedentia gaudeat? 358. 62
Sultzbach. 414. 12
Sultz. Comites. 454. 29
Superindicti cauſa an ſit Domini captivitas à Turcis? 363. 77
Supplicatio quo Jure inducta. 199. 1
in Conſilio aulico recepta. ibid. 2
in Camera à ſententia non obtinet. ibid. 3
Swibertus primus Monaſterij Chriſtum prædicavit. 402. 42
Suevia Nobilium querela. 524. 159
Suevici ſcamni Comites. 344. 12
Suffragij corrupti pecuniâ pœna. 77. 48
Suffatum a l Cliſvenſes pervenit. 416. 22
Suſpenſus ad tempus an eo finito priorem locum recipiat? 359. 64
Supradictum quid? 360. 71
Tunc tantum imponendum, quando alius non eſt locus & neceſſitas ſubeſt. 360. 74
Sutores, & eorum patroni. 640. 37
Syndicus vel Medicus reip. an præcedat reliquos ſenatores. 588. 186
Synodaticum. 369. 9
Syracuſana Academ. 565. 86

T.

Tabernarij. 641. 47
Talandi factum. 407. 5
Taurinenſis Acad. 565. 82
Tegernſee Monaſtrium. 398. 27
Teutonici Ord. Equites & Melitenſes an feudorum capaces? 385. 24
Textores. 645. 61
Theologica Facultas. 574. 149
Theophraſti Paracelſi ars Chymica. 221. 25
Sepulchrum. 374. 10
Theſaurus Regale. 185. 330
quibus caſibus. 185. 331
Theſaurus an arte dæmonis inquiri poſſit? 185. 332
Theſauri infelix inveſtigatio. 32. 19
Tibicines, Citharædi, Lyriſtæ. 642. 44
Tiberius Cæſar à malo incurabili ſanatus, tacto ſudario S. Veronicæ.
Ticinenſis eadem quæ Papienſis. 565. 79
Tigurina Reip. incrementum. 36. 46
Tiraquelli laus. 528. 15
Tiro fugiens an de novo diſcet? 634. 9
Todi Comitatus venditus. 37. 59
Toletana Academia. 569. 122
Toloſana Acad. 568. 105
Tonn. 453. 15
Torque aurea ornatur Doctor. 584. 175
In Trajectenſi Cathedra S. Lamberto ſurrogatus Hipertus. 283. 33
Translatio circa jus conſecrandi. 92. 13
Tranverſale ſcamnum. 345. 15
Tranverſ. ſcamnum Principum. 444. 62
Tranſylvania à Trajano victa. 34. 36
Trautmansdorf. 456. 39
Tremonia d. Dortmund. 507. 102
Trevirenſis Metropolitana S. Petro dicata. 297. 15
Trevirenſ. urbis antiquitas. 293. 2
Trevirenſis E. dignitas. ibid. 1
Archi-Cancell. per Galliam ad quid? 294. 5
Trevirenſis Acad. 555. 60
Treviorum urbs quando muris cincta. 293. 3

Treviris

Digitized by Google

Treviris Eucharistiæ Chriſtum prædicavit. 293. 4
Treviris aſſervatur corpus S. Matthiæ Apoſtoli. ibid.
Tribus ambulantibus medius locus dignior. 359. 68
Tribuum ſtatuta an confirmanda? 634. 7
Tridentum unde nomen habet. 401. 37
Tridentinum concilium. ibid. 38
Tridentina urbs à Wenceslao Gregorio XII. donata. 37. 60
Trivultij de pecunia ſententia. 100. 1
Troja in Apulia Benedicto Papæ X. donata. 37. 56
Tubingenſis Acad. 556. 61
Tuitium à Baudeſio nocte occupatum. 285. 38
Sed altero die expulſus. 286. ibid.
Tullum Imperio ſubtracta. 35. 42
Tullenſis Epiſc. 403. 50
Turckhaim. 507. 100
Tuſculanum Caſtellum Imp. aſylum. 37. 58
Tutela an Proximus privari poſſit? 261. 48
Tutor E. an poſt. ann. 18. etiam regimen principatus dimittat? 259. 44
an idem in aliis principibus? 260. 45
Typrogaphi quæ ſpectent. 592. 101

V.

Vacandi beneficij modi. 230. 11
Valentina Acad. 169. 123
S. Vallis Gregoriana. 412. 34
Vas Vinarium Heidelb. 337. 10
Uberlingen. 519. 122
Udenheim pagus in civitatem erectus. 127. 101
Vectigalium multitudo. 217. 12
Vectigal. ſine conſenſu EE. nec inſtituenda nec augenda. 217. 13
Vectigal. jus an EE. communicatum? 13
Vectigalia Nero abolere voluit. 100. 1
Vectig. conſtituta quid regulariter debeatur. 217. 13
an ad hoc omnium EE. conſenſus an majoris partis ad hoc requiratur? 218. 14
de Vectigalibus remiſſive. 166. 211
Vectigal. an pecunia vel ipſis rebus præſtandum? 167. 212
qualis pecunia ſolvenda? ibid.
Vectigal. an à via aberrans ſolvet. 167. 213
Veblen Comites. 461. 92
Veldentz Palatinatus 424. 14
Venatio an duobus in una ſylva competere poſſit? 157. 167
Venandi jus an habeat uſufructuarius. 157. 168
Venatio an cumulativè vel privativè competat? 156. 166
Venationis Jure alteri competente an domino plures arbores exſcindere liceat? 157. 169
an ſylvam in novale convertere. ibid. 170
Venandi jus competenti an competat jus glandis legendæ? 157. 171
Venantis contra edicta Principum pœna. 158. 175
Semel vel bis punitus an tertia capite plecti poſſit? ibid. 176
Venatio. 643. 52
Venatores pauci ſalvi. 644. 53
Venatio an Principi lucroſa? 644. 54
Venatio ſpecies regalium. 155. 163
in adſcripta. ibid. 164
Venatio ſanitati conducit. ibid.
Venetia. 565. 80
Veneti an ſub Imp. Rom. unquam fuerint. 34. 3
Veneti alio modo Duces dicti. 423. 2
Venetorum Alexandro Papæ data reſponſio. 32. 16
Venetorum obſervatio circa locum. 359. 67
Venetiis ſtatus Ariſtocraticus. 11. 10
Venia ætatis conceſſio. 130. 119
Verdenſis Epiſcopatus. 403. 51. & 445. 65
Verdunum Imp. *ſubtractum.* 35. 42
Veſalia capta præbuit exemplum Vindictæ divinæ. 276. 18
Veſtium prima origo. 640. 36
Veſtiariæ leges. ibid.
Viarum publicarum regale. 159. 182
earum tuitio Civitatibus *competit.* 479. 39
Per viam publicam an liceat aquam ducere & ire? 160. 186
Vice-Mareſchalli officium Elect. Saxoniæ abſente. 331. 29
Vidua Profeſſorum. 591. 198
Via an claudi poſſit? 661. 189
Viam publicam clauſam an quivis aperire poſſit? 161. 190.
Pro via publica agens an poſſit conſtituere procuratorem? 160. 186
Vicariorum ſententia an appellationi ſubjaceat? 327. 15

Digitized by Google

Vicarij vacante Imper. cujus juriſdict. ſubſint. 327.16
Vicarij ad benefic. Eccleſ. præſentant. 327.17
an fructus collectos lucrentur? 328.18
Vicariæ poteſtas inveſtiendi an ad feuda exempta Com. & Baron. ibid. 19
an ad feuda Archiep. Epiſc. Abbatum ſpectet? ibid. 20
Vicarij an conſenſum dare poſſint ad alienationem feudi Imperij. ibid. 21
Vicarij duobus contendentibus cui homagium præſtandum. ibid. 22
Vicariorum poteſtas quæ circa nec prohibita nec conceſſa. ibid. 23
Vicariis an majeſtas & plenitudo poteſtatis competat? 330.24
Vicariis an ad gratioſa manum admovere liceat? ibid. 25
Vicariatus qualiter expiret. ibid. 26
Vicariorum acta an electus omnia ratificare debeat? ibid. 27
Vicarius per Italiam quis tempore interregni. 326.11
Videtur vox an improprietatis vel modeſtiæ nota? 119.84
Viennenſis Academia. 556.62
Vinarienſis Saxo. 424.16
Vini miſcendi Conſuetudo. 308.34
Vinum an militibus dandum? 621.69
Vinum aqua miſcentes. 621.69
mercatoria pœna. ibid.
Vinum hodie militibus datur. 623.73
Virginibus abuti an ſumma poteſtati liceat? 118.86
Ulma. 514.108
S. Ulrici ſepulchrum & Abbatia. 412.39
Ultimi aliquando primo votum dant juxta locorum conſuetudinem. 67.7
Ultrajectum. 36.49
Ungnadius Comes de Weiſſenwolf. 456.41 *Vide Præcedent.*
Ungaria Rex an ad Com. Vocandus? 657.26
Vota conditionalia & alternativa an valeant? 68.10
Vota an per litteras tranſmitti poſſint? 68.11 & 662.49
Votorum major pars an reſpectu concurrentium vel ipſius collegij Electoralis habenda? 77.47
Vratiſlavienſis. 566.88
Urbes an in monte vel plano ſtruendæ? 469.11
Pro locis monteſis. ibid. 12
Negativa probatur. ibid.
Urbs Roma & Romana an differant? 466.5
Urbis pomeriis extenſis an hac urbis appellatione contineantur? 467.6
Urbium diviſio. 469.13
Urbes liberæ quæ dicantur? 470.14
Urbes aliquæ mixtæ. 523.144
Urſpergenſe Præmonſtrat. Monaſterium. 411.21
S. Urſula Collegiata Coloniæ? 384.34
S. Urſula quando trucidata? ibid. 35
S. Urſula cum ſociis Baſileæ excepta. 401.39
Uſura an durante dilatione à Principe indulta currant. 131.116
Uſus aratri in condendis urbibus. 464.1
Uxor in allodialibus ſuccedit viro non in feudis. 269.71
Uxores ſi quis habet plures. 357.35
Uxores plures habere ubi mos? ibid.
Uxores profeſſorum an habeant privilegia? 591.197

W.

Wilibaldus Aichſtad. Patronus. 395.19
Waldecenſis Comites. 453.15
Wallenſtein. 457.50
S. Walburga in Aichſtad. ſepulta. 395.19
Wartenberg. Comes. 458.60
Weingartenſe Monaſterium. 410.15
Weinbaden Civitas. 450.5
Weichenſtephan Eccleſia principia à S. Corbiniano. ibid.
Weiſſenburgenſis Abbas. 408.9
Weiſſenburg am *Nordgau.* 522.139
Weiſſenburg in Alſatia inter 4. Imperij pagos. 506.94
Weiſſenwolf. 456.94
Wenceslas Boh. Ducis cædes. 299.9
Wenceslai vota præſagia. 5.25
Wencesl. Neopuntium ſubmergi juſſit. ibid. 26
Wenslaus captus. ibid. 27
Wenceslai aliqua laus. ibid. 28
Wenceslai depoſitio. 53.37

Wer-

Digitized by Google

Werdenſis & Helmſtad. Abatia. 412.32
Weſalia ad quem olim ſpectarit. 295.9
Weſalia avulſio d. Ober-Weſel. *ibid.* 10
Wetterhuſanum Monaſter. Canonic. S. Auguſtin. 412.27
Wetteravici Comites. 450.4
Wetteravicum ſcamnum. 344.11
Wernerum puerum in Ober-Weſel *Judæi mactarunt.* 295.9
Wernerus ultimus Germaniæ Martyr dicitur, & eſt ibi vinitorum patronus. *ibid.* 10
Wetzler urbs oppignorata. 502.89
Wila. 519.124
Wimpfen. 521.132
Winshemia. *ibid.* 131
Wittenberga Acad. 556.63
Wittgenſtein. 451.6
Wolfenbütel. 425.12
Wolfgangi Theod. Arch. ſepulchrum. 374.10
Wolfsegg. 451.31
Wormatiæ antiquitas. 502.86
Wormatienſis Epiſcopatus. 394.18
Urbis nomen à vermibus. *ibid.*
Clodovæus à S. Remigio baptizatus. *ibid.*
Amandus Epiſcopus Wormatienſis. *ibid.*
Wormat. ult. Archiepiſcopus Servilio. *ibid.*
Wormat. Arch. translatus Moguntiam. 373.11
Wormatiæ damnatus Taſſilo. *ibid.*
Wormat. Carol. M. Coronatus *ibid.*
Wirtenberg. Ducum origo. 433.30
Subditi. *ibid.* 31

X.

Xiti magi Ludificationes. 5.22
Xitus ſues vendit. *ibid.* 23
Xitus à dæmone raptus. *ibid.* 24

Z.

Zell. 455.31
Zella am *Hamersbach.* 521.134
Zimmeren Principatus. 423.10
Zingari an habeant remp. 16.31
Zuphania. 37.53.

F I N I S.

ANT-1318248

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

8385

Digitized by Google